

A  
3  
54

6N-4

2.a.2.8.



*D. cipriani m. adyri. opera*

3  
8-102

D. CÆCILII  
C Y P R I A N I  
C A R T H A G I N I E N S I S  
E P I S C O P I, T O T I V S A F R I C Æ  
Primatis ac gloriosissimi Martyris  
Opera,

Iam denuo quam accuratissime recognita, collatione facta Editionum Pauli Manutij & Guilielmi Morelij ad exemplaria aliquot manuscripta vetustissima, certoque ordine, habita temporum ratione, in tres Tomos nunc primum distincta.

*Adnotationes Jacobi Pamelij S. Th. L. Ecclesie Brugensis Canonici, toti operi sparsim interiectæ; quibus tum Castigationum ratio & Lectionum varietas obiter indicatur, tum quidquid ad Antiquitatem Ecclesiasticam pertinet, paucis explicatur.*

Ab eodem recens adiecta D. Cypriani Vita è scriptis ipsius collecta, & Scripturarum citatarum index locupletissimus desideratus hæcenus.

*Indicem operum D. Cypriani iuxta priores editiones, reperiet lector post Vitam Auctoris.*


Editio altera priori castigatio.

*Sevendio de Orden  
del Consejo  
D. Villavien  
Jacion, us*



PARISIIS,  
Apud Sebastianum Niuellium via Iacobæa sub Ciconis

M. D. LXXIIII.







AMPLISS. PRÆSV-  
LI DN. VIGLIO ZVICHE-

MO FRISIO, S. BAVONIS APVD  
Gandauenses Præposito, Cæsaris antea Caroli V.  
nunc Hispaniarum Regis Catholici Philippi  
consilij Priuati Præsidi, ac Illustrissi-  
mi Ordinis aurei velleris  
Cancellario;  
S. P.



VANTO semper fuerit in pretio & auctoritate, Claviß. Domine Præses ac Præsul amplissime, D. ille Cyprianus, iam inde à primis Ecclesie efflorescentis incunabulis, nihil attinet commemorare; quippe quod iam olim lippis (quod aiunt) & tonsoribus peruulgatum sit. Testatissimum id reddunt luculentiss. de tanto viro veterum Patrum Elogia, quæ partim in Prolegomenis nostris, & vita Auctoris, partim in Adnotationibus citata reperire est. Diuorum dico Pontij, Gregorij Nazianzeni, Hilarij, Ambrosij, Prudentij, Augustini, Fulgentij, Maximi, Isidori, Petri Chrysologi, Bedæ, Hrabani; item Eusebij, Freculphi, Ioannis Zonara, Nicephori, & aliorum. Ipse quoque Cyprianus seipsum satis commendatum reddit, quum (vt D. Hieronymi verbis vtar) purissimi fontis instar dulcis incedat & placidus; ingenio etiam (quod recte censuit Lactantius) sit facili copioso; suauis, & (quæ sermonis maxima virtus est) aperto; vt discernere nequeas, vtrumne ornatior in eloquendo, an facilius in explicando, an potentior in persuadendo fuerit. Vsq; adeo vt non possim non illis adferri, qui inter Orthodoxos Patres Latinos, primas illi eloquentiæ partes tribuunt; præsertim consentientibus D. Gelasio Papa in Concilio Romano, & Casiodoro Institutionum diuinarum cap. 19. Me certe ita transuersum rapuit huius sanctiss. viri sacundia & pietas, vt, vbi primum iam iactis Theologie fundamentis in manus venit, mirum in modum ipsius perpetuo lectio delectatus sim. Verum male me habebat, tum quod tam pauca exstarent scriptorum ipsius monumenta, tum quod ea ipsa mendis scatere deprehenderem. Animum etiam non tam angebat, quàm discruciat, quod, quum cæterorum Ecclesiasticorum veterum pleraque proflarent, huius non modo Lucubrationes nobis eripisset tam vasta rei literariæ clades, sed & titulos ipsos ob suam ipsorum celebritatem inuidisset Antiquitas. Sic enim in Catalogo scriptorum D. Hieronymus: Huius ingenij superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint eius opera. Spe tamen nonnulla ductus, in vetustiss. Belgij nostri Bibliothecis reperiri posse aliquid non editum hæctenus, aut saltem castigatius; iam ante annos plus minus octo statueram, si non auctiorem, certe emendatiorem aliquando D. Cyprianum in lucem emittere. Verum studij Theologicis consuecundis tum occupatior, profectio deinde in Gallias præpeditus, ab instituto destiti; donec eodem penè tempore prodierunt, Romana Pauli Manutij viri eruditiss. & Guilielmi Morelij Parisiensis, editiones. Quod vbi primum intellexi, statim Antuerpia euocaui, vt inter se vtramque conferre liceret. Ego verò id cum cæpissim, prima quidem fronte deprehendi, haud penitentiam ab ipsorum vtroque nauatam operam; in progressu tamen didici, non frustra me laboraturum, si ex vtraque

## Epistola

illa editione, tertiam quendam constarem, & denuo ab Umbilico (quod aiunt) D. Cyprianum recognoscere. Quod vi studioforum cum fructu maiori fieret, ex tota Belgica quos delitescere alicubi sciebam Manuscriptos codices continuo accersui, atque una excisos quotquot haberi poterant, etiam illos qui ante Erasmi recognitionem essent editi; quorum catalogum sub finem Prolegomenon Lector curiosus reperiet. Interea ne quid postmodum foret in mora, diligenter perlectis omnibus in vniuersum ipsius operibus, inuestigare cepi legitimum illum iuxta quem scripta sunt ordinem, de quo in praefationibus trium Tomorum latius. Ne autem tædij nimium adferret illa exemplarium inter se collatio, si nihil una adnotarem quod Theologorum & Antiquariorum studia promoueret; visum fuit operepretium, eadem opera Antiquitates Ecclesiasticas seruo in hoc nostro Auctore animaduertere, & deinde explicandarum illarum gratia (exemplo Rhenani in Tertullianum) Adnotationes adicere. Serio itaque tandem opus adgressus, anni vnius spatio Deo fauente ad calcem vsque tantum non perduxi. Iamque erat in votis, vt primo quoque tempore prelo committeretur, quum sub Pascha Anni 1566. motus illi Belgici incrudescere ceperunt, atque adeo Catholicis omnibus animos adimere. Ita factum, vt Typographorum nemo meos hos labores, ad sesquiannum, ex quo primum T. C. sunt exhibitæ & inscriptæ, agredi ausus fuerit. At nunc veluti postliminio in lucem caput effert & ad te redit. Prepositæ dignis, noster Cyprianus; & quidem non minus oportuno, quam ante biennium, tempore. Quum enim reducendis ad mentem sectariis, quæ ab illis, pro dolor, seducti sunt, pharmacum aptius aliunde deprimi nequeat quam ex Apotheca Antiquitatis Ecclesiasticæ; si quis profecto Veterum Patrum, iste vel maxime, non vnius modi, sed omnis generis suppeditare poterit. Exempli gratia. Si de Romani Pontificis Primatu sit controversia, abunde satisfecerint Epistola LV. quæ est 7. ad Cornelium, & liber de Vnitæ Ecclesiæ; vbi tum Primatum Petro datum & super illo edificatam à Christo Ecclesiam adferit, tum Petri Cathedram principalem Ecclesiam dicit, & non aliunde hereses oboriri & schismata, quam inde quod vni in Ecclesia vice Christi iudici non obtemperetur. Si de Sanctorum in caelis cum Christo iam regnantium inuocatione dubitetur, statim occurret epistola LVII. quæ est postrema ad Cornelium; vbi, si quis ipsorum prior hinc excederet, rogat vt apud misericordiam patris non cesset oratio; illud item Epiphonema libri de Disciplina & habitu virginum: Tantum mentore tunc nostri, cum incipit in vobis virginitas honorari. Si de Martyrum festis; narrat Auctor epistola XXXIII. quæ est de Celerino Lectore ordinato, Martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebrari. Si de suffragiis defunctorum disceptet quispiam; plus satis illa probat epistola LXVII. ad Furnitanos, quum prohibet pro dormitione Victoris sacrificium offerri, quod contra Concilij decretum Geminium Faustinum presbyterum tutorem ausus esset eonstituere. Si de Purgatorio, restabitur epistola LII. ad Antonianum, quosdam ad veniam stare, missos in carcerem non exire inde donec soluant nouissimum quadrantem, pro peccatis longo dolore cruciatis emundari & purgari diu igne; alios contra, statim à Domino coronari. Si de confessione sacramentali, quam auricularem nuncupant, incidat disputatio; laudat eos Auctor libro de Lapsis, qui vel hoc ipsum quod cogitauerunt, apud sacerdotes Dei, dolentes & simpliciter confitentur, ac ita Exomologesin conscientie faciunt. Si de augustissimo Eucharistiæ sacrificio; latius est de illo Tractatus Epistola integra ad Cæcilium numero LXXIII. vt omittam, quod Libro de Oratione Dominica verba illa Praefationis Missæ commemoret: Sursum corda, Habemus ad Dominum. Iam si contra Caluinistas agendum sit, toties inculcat Corpus & Sanguinem Domini, vt nemo frequentius; praesertim verò epistola ad Cæcilium & libro de Lapsis. Si aduersus Anabaptistas; suffecerit vel vnicæ epistola LIX. ad Fidum, de baptizandis infantibus. Si denique cum nouis Trinitariorum monstris consistendum; tela subministrabit epistola LXXXIII. ad Inbaianum, & dictus liber de Oratione Dominica, sub finem. In summa nihil fere est hodie de Religione controversum, quod non sua D. Cyprianus auctoritate explicatum reddat; & omni ambiguitate deterfa Antiquitati Ecclesiasticæ consonum demonstrat; verum ne prolixiores simus; pauca hæc in medium adduxisse sufficiat, cætera ex Indice vtroque & Adnotationibus nostris petat Lector diligens. Porro quantum vigiliarum, laborum; molestiarum mihi dauorandum fuerit, tum in accersendis exemplaribus, tum in euoluendis non modo codicibus variis sed & Auctoribus tam profanis quam Ecclesiasticis, nolo commemorare; sat enim superque dictæ Adnotationes id, vel me tacente, in publicum produnt. Vtinam vtinam tantum frugis adferre queant lucubrationes hæc nostræ, atque summis semper votis exoptari; quippe qui haud alio instituto Deum tester me hæc tenus hoc sacum voluere; quam vt Theologis, vt Antiquitatis studiosis, vt omnibus denique qui Christiano censentur nomine, aliquid conferre posset hæc opella nostra. Quam  
figra-

## Dedicatoria.

figratam postmodum intellexero, non grauabor Deo auspice idipsum in Tertulliano aliquando adtentare, iuxta quod à me postulare ceperunt viri quidam eruditi, nisi (quod malim) me præuertat Ioannes Harrisius Anglus Thomæ Moro quondam à Secretis, sicuti ego illum in D. Cypriano anteverti. Qui pro sua humanitate (vt obiter insinuem qui aliquid mihi opis contulerunt) in aliquot locis vnde me extricare vix poteram; variis quibusdam sui exemplaris Lectionibus haud parum me iuuit; neque minus, vir vtriusque linguae peritissimus Ioannes Clemens Medicus, etiam Anglus. Optimam item mihi nasarunt operam, communicatis patris sui viri eruditiss. castigationibus & coniecturis, Antonius & Valerius Cauchij Iureconsulti Ultraiectini fratres, publica functione dignissimi. Praeteris quoque ingenue fateor acceptam me referre debere Diui Cypriani castigationem, ac locupletationem dictis Morelio & Manutio; huic verò maxime, vt cuius exemplar longe repererim emendatius. Non omnino tamen nihil à me præstitum, immo (praeter 700. & eo amplius locos restitutos in sola scripturarum citatione marginali) ab innumeris insuper mendis perpurgatum nunc prodire Auctorem, æquis Lector censerebit; ita vt sperem (si citra inuidiam dicere liceat) nulla posthac errorum cognitione opus fore. Quare etiam apud dictum Manutium & Illustrissimum Cardinalem Borromæum, cuius auspiciis illius prodit editio, confido non malam me gratiam initurum; si benigne mentem meam perpendere non fuerint grauati; sibi que persuadeant, dum subinde Manutij mentionem facio, non me ipsius operam reprehendere, sed significare velle dumtaxat, non omnia ita exacte ab illo restituta, vt etiam hic locum habeat illud Prouerbiij: Posterioribus semper melioribus; quo ipso T. C. dum primum illi hocce opus inscripsi, satis ad meliteris calcem addidit. Praesertim quum proprio cerebro à me tributum sit nihil, sed omnia ex auctoritate Ms. librorum eorumque vetustissimorum, & vnius iam olim excusi; inter quos de nomine merito recensendus venit, Abbatia Cambrensis codex, cæteris multo castigatior. Recens verò præterea adieci ex ipso D. Cypriano Vitam eius, & scripturarum citatarum, indicem locupletissimum desideratum hæc tenus; ordine quoque, mea quidem sententia, temporum habita ratione, legitimo, nunc primum in tres Tomos integrum opus distinxi. Argumenta demique noua reposui, pro frigidiusculis illis G. Remboldi, vsitatis hæc tenus, atque vna censuras nostras multis in locis; idque ex ipso Cypriano potissimum: vt præteream dictas Adnotationes, quas toti operi interieci. Quæ, si cuiquam prolixiores videantur, maxime verò in libro, Quod idola Diij non sint, & in Concilio Carthaginiensi, meminere ille, quod supra etiam dixi, non solis Theologis laborem hunc nostrum desudare, Et certe, tum grata Antiquitatis commemoratio; tum historiarum varia explicatio, tum etiam locorum aliquot ex aliis Auctoribus & sacris & profanis, vbi occasio se offert, restituito, Lectori beneuolo tædium adiment.

Cæterum, non vna me ratio permouit, cur, pro more antiquitus obseruato, sub tuæ C. patrocinio hoc quicquid est Lucubrationum publicauerim. Et imprimis, quum mihi deligendus esset vir magni nominis quispiam, cuius auctoritate à Zoilorum calumniis labor hic noster vindicaretur, quis huic cause Patronus aptior illo dari queat, qui fidem Catholicam sua aduocatione, consilio, fauore, proximis hisce annis, in tam cruenta illa animorum dissensione, tot sectarum colluione, ita strenuè tutatus est, vt perpetuam laudem apud posteros omnes promeruerit. Deinde, quis non studioforum suas illi dedicerit operas; qui non modo ingenij acumine, dicendi facundia, linguarum peritia, eruditionis præstantia cæteros longe anteuertit, sed insuper etiam eruditorum omnium Mæcenatem se præbet. Quod abunde testatur, & in Duacensi noua Academia, & apud Louanienses, nouarum Praelectionum in litteris humanioribus, Mathematicis, Medicina, Iurisprudentia, Theologia, institutio, & dotatio, haud ita pridem facta; iussu quidem T. C. auspiciis verò inuictiss. Principum Caroli V. Imperatoris Augusti, & Philippi Hispaniarum Regis. Praesertim verò recens erectio Collegij illius insignis in dicta Academia Louanensi, tuis priuatis sumptibus procurata; in quo Frisij tui, olim bellica fortitudine celebratissimi, ad humanitatem omnem, ad bonas litteras, ad Ecclesiarum denique ministeria probè formentur, & ita tandem non solum T. C. tanquam primo Institutore, sed & toti Patriæ ornamento sint. Verum de his hæc tenus, ne Panegyricon potius quam præfationem conscribere videar. Illud certe potissimum huius T. C. inscriptionis causam dedit, quod, quum me & matrem chariss. cum liberis suis omnibus iam olim deuinctiss. tuæ humanitati fateri necesse sit, primum hunc studiorum meorum foetum alteri oblatum non decuerit, quam illi quænti Parentis loco perpetuo veneratus sum. Neque profecto id immerito. Veteris enim necessitudinis non oblita T. C. quæ illi cum Patre meo pia memoria C. V. Adolpho Pamelio intercesserat, dum vna vterque Carolo V. Cesari essetis à secretis consilijs; in eam curam semper incubuit, vti familiam nostram, quantum fieri posset,



## Epistola Dedicatoria.

*promoueret & eueheret. Quare merito ἀγαθίστης nota in me torqueatur, si non gratitudinis aliquod symbolum ponam. Accedit ad hæc, tanta illa tui in hunc Auctorem animi propensio; quam dictis suis litteris plus satis T. C. insinuauit, opere quoque commonstrauit, dum Epistolam Ioannis de la Haye Theologi Canonici Tornacensis ad me destinauit, de reperiis apud Rothmaceses D. Cypriani reliquiis; quam adeo & Prolegomenis nostris adieci, ut sibi posthac congratulatur Belgium, de tanto apud se etiamnum adseruato thesauro, quem plerique à sectariis Lugduni concrematum metuebamus, vna cum sacro D. Irenci corpore. Quod restat Mæcenus optime, munus hoc non leuidense, Diuum inquam Cyprianum martyrem illum celebratissimum, lato quæso alacrique vultu suscipito, meisque in illum Aduotationes aduersus inuidorum morsus tuo patrocinio defendito; mei interim meorumque sicut hæctenus haud immemor. Deus Optimus Max. T. C. diu nobis seruet incolumem. Brugis Flandrorum, ipfis Kalend. Iunius, Anno à Christo nato 1568.*


T. C. deditiss. cliens  
Iacobus Pamelius.

## SVFFRIDI PETRI LEOVARDIENSIS FRISII EPIGRAMMA IN DIVVM CYPRIANVM, opera & industria doctissimi viri Iacobi Pamelij in integrum restitutum.

<p>ὣς μὲν ῥοδὸδάκτυλος Ἐκλάμπουσα τὸν ἥλιον, Καὶ λευκά λενος ἔππερος Μήνιν τὴν περικαλλέα Ἀγγέλλει σαφὰ τοῖς βροτοῖς. Τῶν δὲ χρυσιδρύων πάλαι Ἀνδρῶν εὐσεβῶν χαλὰ Ὅντος γ' ἱεραῖ βιβλία Ἐγχιθεῖα, τ' οὐρανοῦ Καὶ χάρις μέγαν ἔξοχον Κτιστὴν καὶ πατέρ' ἀμειροτον Ἀνθρώποις ἔπι δ' εἰκνυσι. Καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ πετραγυμνία Τῶ χριστῶ τε φερεσβίφ, Καὶ πάντεσιν ἀποστόλοις, Καὶ τοῖς πατέρεσιν ἀγίοις, Γινώσκων παρέχ' σαφῶς. Καὶ δὴ καὶ παρέχ' σαφῶς Γινώσκων τίνα καρτερεῖ, Καὶ τοιγνήσια πίστεως Σοιχεῖ ἡμετέρας πέλει. Αἰεὶ γὰρ τὰ παλαιότερα Προύχει τοῖσι νεωτέροις Τῶς ἀρώταις, ἰδὲ κυρίαις Ἀρχαῖς οὐνεχα γειννῶ. Εἰ γοῦν ἦθεος, ἢ δ' ἔθους, Καὶ τῆς πίστεως εἴνεκα Τῶν δ' ἐκκλησία γλίχεται,</p>	<p>Ἐς ὄντος τὰ δὲ βιβλία Πολλῶν ἄξια ἀποῦδεων. Καὶ τῆς φροντίδος εἰκότας Τὴν τελείην χρεῖν οἰσεῖν Σοί, ὃ ἐλλογμώτατε Ἰάκωβε Παμῆλιε, Ἀνδρῶν φέρτε Βρυγέον, Δίας φωσφόρε Φλανθρίας, Ὅς νυκτός τε καὶ ἡμέρας Γδράσας, τὸν εἰ ἀγίος Ἡμῶν Κυρριανὸν πόνοις Ἐ' υβούλοισ τε καὶ ἔμφορσιν Ἐ' λκεις εἰς φάος ἐκ σκότους, Ἐ' λκυθέντα τε μνείων Λαμπαρύνεις ἀπὸ σφαλμάτων. Καὶ γὰρ μὴν ὄδε πάντοθεν Δύσμορφος, ῥυπαρὸς τέως, Ἄ' ἔρυνει τὸ παρὸν χαλὸς Ἐ' υειδῆς τε, καὶ ἀγλαὸς Πάντως ἐκ σέθεν πέλων. Καὶ δὴ γ' ὡς τὸ πάλαι ποτε, Δοξῶν τῶν καθαρωτάτων Καρπὸις ἔβρυει ἀφθόνοις, Ὡς αὐτὸς πάλιν ἀθήσει, Καὶ νῦν ἀπεκείως γέμει Ὡς οἶν χριστοφίλοισ ἐὼν Τοῖς πᾶσι ἀφελιμώτατος.</p>
--	---

ADOLPHI MEKERCHI BRV-  
GENS. I. C. IN EVN-  
dem Cyprianum.

**H**æc in varias partes distractus, & omni  
Ordine turbato sparsus in orbe fuit  
Cacilius Christi præco, Martyrque fidelis,  
Qui vetus à casta Cypride nomen habet.  
Is nunc in classes digestus, & omnia scitè  
Compositus, vultu splendidiore nitet.  
Hic etenim cernis quonam ordine epistola quæuis,  
Et quo sit scriptus tempore quisque liber.  
Menda vides explosa procul, tenebræque remotas.  
Omnia sunt ipso lucidiora die.  
Præstitit hoc indefessi pia cura Pameli  
Voluentis præscos nocte diæque Patres.  
Inunc, & rebus seriem quidquam addere lucis,  
Ordinis & ratio quod sit habenda, nega.



PRO-

PROLEGOMENA IN D.  
Cyprianum.

VITA BEATISSIMI MARTYRIS CY-  
PRIANI, PER PONTIVM  
eius Diaconum.

**D**E hac Vita D. Hieronymus ita scribit in Catalogo Virorum illustrium: Pontius diaconus Cypriani, usque ad diem passionis eius cum ipso exsilium sustinens, egregium volumen vite & passionis Cypriani reliquit.

**C**YPRIANVS Religiosus Antistes, ac testis Dei gloriosus, tamen multa conscripsit, per quæ memoria digni nominis superuiuat; et si eloquentiæ eius ac Dei gratiæ larga fecunditas ita se copia & vbertate sermonis extendit, ut vsque in finem mundi fortasse non taceat: tamen, quia operibus eius ac meritis etiam hæc prærogatiua deberetur, ut exemplum suum in littera dirigatur, placuit summatim pauca conscribere; non quod aliquem gentilium lateat tanti viri vita, sed ut ad posteros quoque nostros incomparabile & grande documentum in immortalem memoriam porrigatur. Certè durum erat, ut (cum maiores nostri plebeis & catechumenis martyrium consecutis, tantum honoris pro martyrij ipsius veneratione dederint, ut de passionibus eorum multa, aut, propè dixerim, pœnè cuncta conscripserint, ut ad nostram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, peruenirent) Cypriani, tanti sacerdotis, & tanti martyris, passio præteriretur, qui & sine martyrio habuit quæ doceret, & quæ dum vixit gesserit, non paterent: quæ quidem tanta, atque tam magna, & mira sunt, ut magnitudinis contemplatione deterrear, ac imparem me esse confitear ad proferendum dignè pro meritorum honore sermonem, nec posse sic profequi facta tam grandia, ut, quanta sunt, tanta videantur: nisi quod numerositas gloriarum sibi met ipsa sufficiens, alieno præconio non eger. Accedit ad cumulum, quod & vos de eo multum, aut, si fieri potest, totum desideratis audire, concupiscentes ardore flagranti, vel facta eius cognoscere, et si interim viua verba tacterunt. \* in qua parte si dixerò nos opibus faciendæ defici, minus dico. faciendæ enim ipsa deficit digna facultate, quæ desiderium vestrum pleno spiritu fatiet. Ita utrimque grauiter irgemur. ille nos virtutibus suis onerat, vos nos precibus fatigatis. Vnde igitur incipiam? unde exordium bonorum eius aggrediar, nisi à principio fidei, & natiuitate cœlesti? siquidem hominis Dei facta non debent aliunde numerari, nisi ex quo Deo natus est. Fuerint licet studia, & bonæ artes deuorum pectus imbuerint: tamen illa prætereo, nondum enim ad vtilitatem, nisi sæculi, pertinebant. postquam & sacras litteras didicit, & mundi nube discussa in lucem sapientiæ spiritualis emerfit, si quibus eius interfui, si qua de antiquioribus eius operibus comperi, dicam: hanc tamen petens veniam, ut quidquid minus dixerò (minus enim dicam necesse est) ignorantia meæ potius, quam illius gloriæ derogetur. Inter fidei suæ prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam si continentiam tueretur: tunc enim posse idoneum fieri pectus, & sensum ad plenam veri capacitatem peruenire, si concupiscentiam carnis robusto atque integro san-  
ctimoniam \* vigore calcaret. Quis vnquam tanti miraculi meminit? Nondum secunda  
natiuitas nouum hominem splendore toto diuinæ lucis oculauerat, & iam veteres ac  
pristinæ tenebras sola lucis paratura vincebat. Deinde quod maius est, cum delectatione  
diuina quædam iam non pro conditione nouitatis, sed pro fidei festinatione didicisset,  
statim rapuit quod inuenit promerendo Domino profuturum. Distractis rebus suis ad  
indigentiam pauperum sustentandam, tota prædicia pretio dispensans, duo bona simul  
iunxit, ut & ambitionem sæculi sperneret, qua perniciosus nihil est, & misericor-  
diam, quam Deus etiam sacrificiis suis prætulit, quam nec ille qui legis omnia manda-  
ta seruasse se dixerat, fecit, impletet: & præpropera velocitate pietatis, pœnè ante cœpit

Matth. 19.

osce. 6.

\* in qua parte faciendæ viribus deficiamus, dico.

\* rigore.



## D. Cypriani Vita.

perfectus esse, quam disceret. Quis oro de veteribus hoc fecit? Quis de antiquissimis in fide senibus, quorum mentes & aures per plurimos annos diuina verba pulsauerant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis fidei homo, & cui nondum forsitan crederetur, supergressus vetustatis ætatem, gloriosis & admirandis operibus, perpetravit? Nemo meritis statim ut feuit. Nemo vindemiam de nouellis scrobibus expressit. Nemo adhuc vnquam de nouiter plantatis arbusculis matura poma quæsiuit. In illo omnia <sup>\* incredibiliter.</sup> <sup>\* mensis.</sup> incredibilia cucurrerunt. Præuenit, si potest dici (res enim fidem non capit) præuenit, inquam, <sup>1. Tim. 3.</sup> tritura sementem, vindemia palmitem, poma radicem. Aiunt Apostoli litteræ, debere neophytos præteriri, ne stupore gentilitatis nondum fundatis sensibus ad hærente; aliquid in Deum nouitas inerudita peccaret. Ille fuit primus, & puto solus exemplo, plus fide posse, quam tempore promoueri. Sed etiam in Apostolorum Actis eunuchus ille describitur, quia toto corde crediderat, à Philippo statim tinctus; non est similis comparatio. Ille enim & Iudæus erat, & de templo Domini veniens prophetam legebat Isaiam & sperabat in Christo, etiam nondum eum venisse crediderat: Hic de imperitis gentibus veniens, tam matura cœpit fide, quanta pauci fortasse perfecterint. Mora denique circa gratiam Dei nulla: nulla dilatio. Parum dixi: Presbyterium, & sacerdotium statim <sup>\* emeruit.</sup> accepit. Quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti? Multa sunt quæ adhuc plebeius, multa quæ iam presbyter fecit, multa quæ ad veterum exempla iustorum, imitatione consimili profecutus, promouendo Dominum totius religionis obsequio præstitit. Nam & sermo illi de hoc fuerat vtitatus, ut si quem prædicatum Dei laudatione legisset, suaderet inquiri, propter quæ facta Deo placuisset. Si Iob, Dei testimonio gloriosus, dictus est verus Dei cultor, & cui in terris nemo compararetur; faciendum docebat ille, quidquid Iob ante fecisset: ut dum & nos paria facimus, simile in nos Dei testimonium prouocemus. Contemptis ille dispendiis rei familiaris, in tantum exercitata virtute profecit, ut nec pietatis temporalia damna sentiret. Non illum penuria, non dolor fregit. Non vxoris suadela deflexit: non proprii corporis dira pœna concussit. Permansit in suis sedibus fixa virtus, & altis radicibus fundata deuotio; nullo diaboli tentantis impetu cessit, quo minus Dominum suum, fide grata, etiam inter aduersa benediceret. Domus eius patuit cuicumque venienti. Nulla vidua reuersa est sinu vacuo: nullus indigens lumine, non illo comite directus est: nullus debilis gressu, non illo baiulo vectus est: nullus nudus auxilio, de potentioris manu non illo tutore protectus est. Hæc debent facere (dicebat) qui Deo placere desiderant. Et sic per bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores semper imitatur, etiam ipse se fecit imitandum. Erat sane illi etiam de nobis contubernium viri iusti, & laudabilis memoriæ Cæcilij, & ætate tunc & honore presbyteri, qui eum ad agnitionem veræ diuinitatis à seculari errore correxerat. Hinc toto honore, atque omni obseruantia diligebat, obsequenti veneratione suspiciens, non iam ut amicum <sup>\* conuulsis scilicet.</sup> animæ cœqualem, sed tanquam nouæ vitæ parentem. Denique, ille demulsus eius obsequiis, in tantum dilectionis immensæ merito prouocatus est, ut de sæculo excedens, <sup>\* accersitione.</sup> <sup>\* cuncta.</sup> arcessitione iam proxima, commendaret illi coniugem ac liberos suos, & quem fecerat de sectæ communionem participem, postmodum faceret pietatis hæredem. Longum est ire per singula: <sup>\* sancta eius facta onerosum est enumerare.</sup> sancta eius facta onerosum est enumerare. Ad probationem bonorum operum, solum hoc arbitror fatis esse: quod iudicio Dei & plebis fauore, ad officium sacerdotij, & episcopatus gradum adhuc neophytus, & ut putabatur, nouellus, electus est. Quamuis in primis fidei suæ adhuc diebus, & rudi vitæ spiritalis ætate, sic generosa in dolens reluceret; ut etiam nondum officij, spei tamen fulgore resplendens, imminens sacerdotij totam fiduciam polliceretur. Non præteribo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem eius & honorem totus populus aspirante Domino prosiliret, humiliter ille secessit: antiquioribus cedens, & indignum se titulo tanti honoris existimans, ut dignus magis fieret. Magis enim dignus efficitur, qui quod meretur excusat. Quod tunc ardore plebs æstuans fluctuabat, spiritali desiderio concupiscens (ut exitus docuit) non tantum episcopum: sed in eum quem tunc latentem diuinitatis præfagio taliter flagitabat, futurum etiam martyrem requirebat. Obsederat fores domus copiosa fraternitas, & per omnes aditus sollicita caritas cir-

## D. Cypriani Vita.

Act. 9.

tas circuibat. Potuisset fortasse tunc illi Apostolicum illud euenire, quod voluit, ut per fenestram deponeretur; si cum Apostolo etiam ordinationis honore similaret. Erat videre cæteros omnes <sup>\* suspensio.</sup> <sup>\* anxio.</sup> <sup>\* expectare.</sup> <sup>\* venturum.</sup> <sup>\* cum gaudio nimio</sup> <sup>\* excipere.</sup> <sup>\* venientem.</sup> <sup>\* Inuitus dico; sed dicam.</sup> <sup>\* necesse est.</sup> <sup>\* Quidam illi restiterunt,</sup> <sup>\* etiam ut vinceret.</sup> <sup>\* Quibus tamen quanta lenitate, quam patienter, quam beneuolenter</sup> <sup>\* indulgit,</sup> <sup>\* quam clementer ignouit,</sup> <sup>\* amicissimos eos postmodum & inter necessarios computans mirantibus multis?</sup> <sup>\* Cui enim posset non esse miraculo, tam memoriosæ mentis obliuio?</sup> <sup>\* Exinde quemadmodum se gesserit, quis referre sufficiat?</sup> <sup>\* quæ illi pietas?</sup> <sup>\* qui vigor?</sup> <sup>\* misericordia quanta?</sup> <sup>\* quanta censura?</sup> <sup>\* Tantum sanctitatis & gratiæ ex ore eius lucebat, ut</sup> <sup>\* confunderet intuentium mentes.</sup> <sup>\* Grauis vultus & lætus. nec</sup> <sup>\* seueritas tristis, nec comitas nimia, sed admixta vtrinque temperies;</sup> <sup>\* ut esset ambigere,</sup> <sup>\* vereri plus an diligere mereretur: nisi quod & vereri & diligere merebatur.</sup> <sup>\* Sed nec cultus fuit dispar à vultu, temperatus & ipse de medio.</sup> <sup>\* Non illum superbia secularis inflauerat: nec tamen prostratus affectata penuria sordiderat: quia & hoc vestitus genus à iactantia minus non est, quam ostentata taliter ambitiosa frugalitas.</sup> <sup>\* Quid autem circa pauperes episcopus faceret catechumenus diligebat?</sup> <sup>\* Viderint pietatis Antistites, seu quos ad officium boni operis instruxit ipsius ordinis disciplina: seu quos sacramenti religio communis, ad obsequium exhibendæ dilectionis arctauit.</sup> <sup>\* Cyprianum de suo talem accepit cathedra, non fecit.</sup> <sup>\* Statim denique pro talibus meritis etiam Proscriptionis gloriam consecutus est.</sup> <sup>\* Nec enim aliud oportebat, quam ut eum, qui intra secretam conscientiam latebram, religionis & fidei toto honore florebat, etiam publicè celebrata gentiliū fama titularer.</sup> <sup>\* Potuisset quidem tunc pro velocitate qua semper omnia consecutus est, etiam martyrij circa eum debita corona properare; maximè cum & suffragiis sæpe repetitis ad leonem postulareretur: nisi per omnes ordines gloriarum transeundum illi esset, & sic ad summa veniendum; & nisi imminens ruina optam fecundi pectoris indigeret.</sup> <sup>\* Finge enim tunc illum martyrij dignatione translatum.</sup> <sup>\* Quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis ostenderet?</sup> <sup>\* Quis virgines ad congruentem pudicitiam discipulam, & habitum sanctimoniam dignum, velut frenis quibusdam lectionis dominicæ coerceret?</sup> <sup>\* Quis doceret poenitentiam lapsos, veritatem hæreticos, schismaticos vnitatem, filios Dei pacem, & euangelicæ precis legem? per quem gentiles blasphemii repercussis in se iis, quæ nobis ingerunt vincerentur?</sup> <sup>\* A quo Christiani mollioris affectus circa amissionem suorum, aut quod magis est, fidei paruioris consolarentur spe futurorum?</sup> <sup>\* Vnde sic misericordiam, vnde patientiam disceremus? quis liuorem de venenata inuidiæ malignitate venientem dulcedine redemij salutaris inhiberet?</sup> <sup>\* Quis martyras tantos exhortatione diuini sermonis erigeret?</sup> <sup>\* Quis denique tot confessores frontium notatarum secunda inscriptione signatos, & ad exemplum martyrij superstites referuatos, in centio tubæ cœlestis animaret?</sup> <sup>\* Bene, bene tunc, & verè</sup> <sup>\* spiritualiter contigit quod vir tam necessarius, tam multis, & tam bonis rebus à martyrij consummatione dilatus est.</sup> <sup>\* Vultis scire secessum illum non fuisse formidinem?</sup> <sup>\* Vt nihil aliud excusum, ipse postmodum passus est: quam passionem vti que ex more vitaret, si & ante vitasset.</sup> <sup>\* Fuit vero formido illa, sed iuita, formido quæ Dominum timeret offendere: formido quæ præceptis Dei mallet obsequi, quam sic coronari.</sup> <sup>\* Dicata enim in omnibus Deo mens, & fides diuinis admonitionibus mancipata, credidit se nisi Domino latebram tunc</sup> <sup>\* iubenti paruisset, etiam ipsa passione peccare.</sup> <sup>\* Puto denique etiam nunc aliqua de dilationis vtilitate differenda, tamen iam dudum pauca perstrinximus: per hæc enim quæ videntur postmodum subsæcuta, sequitur ut probemus; secessum illum non hominis pusillanimitate conceptum, sed, sicuti est, verè fuisse diuinum.</sup> <sup>\* Vastauerat Dei populum persecutionis infestæ, insolens, atque acerba grassatio, & quia omnes decipere vna fraude non poterat artifex hostis: quacunque miles incautus prodiderat latus nudum, dispari genere sæniendi, singulos diuersa strage deiecerat.</sup> <sup>\* Debebat esse qui posset faucios homines & varia expugnantis inimici arte iaculatos, adhibita medicinæ cœlestis medela pro qualitate vulneris vel secare interim, vel fouere.</sup> <sup>\* Seruatus est vir, ingenij præter cætera etiam spiritualiter temperati: qui inter resultantem collidentium schismatum fluctus, Ecclesiæ iter medium, librato limite gubernaret.</sup> <sup>\* Nonne hæc, oro,</sup>



## D. Cypriani Vita.

consilia diuina sunt? Hoc fieri sine Deo potuit? Viderint qui putant posse fortuito ista contingere. Ecclesia illis clara voce responderet, dicens: Ego sine Dei nutu necessarios reseruari non admitto. Percurramus tamen cetera, si videtur. Et ut postmodum lues dira, & detestabilis morbi vastitas nimia; innumeros per diem populos a sua quemque sede abrupto impetu rapiens, continuatas per ordinem domos vulgi tremantis inuasit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium; exponere suos impie; quasi cum \* illo peste morituro, etiam mortem ipsam aliquis possit excludere. Iacebant interim tota ciuitate, non iam corpora, sed cadauera plurimorum: & misericordiam in se transcurrentium, contemplatione fortis mutae flagitabant. Nemo respexit aliud, praeter quam lucra crudelia. Nemo similis euentus recordatione trepidauit. Nemo fecit alteri quod sibi fieri voluit. Quid inter haec egerit Christi & Dei pontifex, qui pontifices mundi huius tanto plus pietate, quanto religionis veritate praecesserat, scelus est praeterire. Aggregatam primo in loco vno plebem de misericordiae bonis instruit: & docens diuinam lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum profert officia pietatis. Tunc deinde subiungit non esse mirabile si nostros tantum debito charitatis obsequio foueremus; eum perfectum posse fieri, qui plus aliquid publicano, vel ethnico fecerit: qui malum bono vincens, & diuinam clementiam instar exercens; inimicos quoque dilexerit; qui pro persequentium se salute, sicut Dominus monet, & hortatur, orarit. Oriri facit Deus iugiter solem suum, & pluuias subinde nutriendis feminibus impertit; exhibens cuncta ista non suis tantum, sed etiam alienis: & qui se Dei etiam filium esse profiteatur, cur non exemplum patris imitatur? Respondere nos decet natalibus nostris, & quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit; sed \* probare potius in sobole traducem boni patris aemulatione bonitatis. Multa alia & quidem magna praetereo, quae temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore sermone replicari. De quibus hoc tantum dixisse satis est. Quod si illa gentiles pro rostris audire potuissent, forsitan statim \* crederent. Quid Christiana plebs faceret, cui de fide nomen est? Distributa sunt ergo continuo pro qualitate hominum atque ordinum ministeria. Multi qui angustia paupertatis beneficia sumptus exhibere non poterant, plus sumptibus exhibebant; compensantes proprio labore mercedem diuitiis omnibus cariorem. Et quis non sub tanto doctore properaret inueniri in parte aliqua talis militiae, per quam placeret & Deo patri, & iudici Christo, & tam bono interim sacerdoti? Fiebat itaque exuberantium operum largitate quod bonum est ad omnes, non ad solos domesticos fidei. Fiebat plus aliquid quam de Tobiae incomparabili pietate signatum est. Ignoscat ille, & ignoscat iterum, & frequenter ignoscat: aut, ut verius dixerim, merito concedat, tamen si ante Christum plurimum licuit, plus aliquid licuisse post Christum: cuius temporibus plenitudo debetur. Necatos ille a rege & proiectos sui tantum generis colligebat. His tam bonis & tam piis actibus superuenit exilium. Hanc enim vicem semper repraesentat impietas, ut melioribus peiora restituat. Et, ut quid sacerdos Dei proconsule interrogante responderit taceam, sunt acta quae referant. Excluditur interim a ciuitate, ille qui fecerat boni aliquid pro ciuitatis salute; ille qui laborauerat, ne viuentium oculi paterentur infernae sedis horrorem; ille inquam qui excubiis pietatis inuigilans (pro nefas) ingrata bonitate prouiderat ne omnibus terram ciuitatis faciem relinquentibus multos, exules, deserta respublica, ac destituta patria sentiret. Sed viderit saeculum, cui inter poenas exilium computatur: \* Nobis patria minus cara, & commune nomen est; qui parentes ipsos, si contra Dominum suaserint, abhorremus. Illis extra ciuitatem suam viuere grauis poena est. Christiano, totus hic mundus, vna domus est. Vnde licet in aditum & abstrusum locum fuerit relegatus; admixtus Dei sui rebus, exilium non potest computare. Adde quod Deo integro seruiens, etiam propria in ciuitate peregrinus est. Dum enim se carnalibus desideriis continentia Sancti spiritus abstinet, conuersationem prioris hominis exponens; etiam inter ciues suos, aut propere dixerim, inter parentes ipsos, vita terrestris alienus est. Accedit, quod & si haec talia poena possent videri; in huiusmodi tamen causis atque sententiis, quas ob approbandae virtutis experimenta perpetimur, non est poena, quia gloria est. Sed esto sane nobis poena exilium. Illis vltimum crimen, & pessimum nefas etiam ipsorum conscientia testis adscribat, qui

Mat. 5.

Calat. 6.

Tobia 2.

1. Pet. 2.

\* illa.

\* probat debere potius, & c. emulatio. nem. \* credi-dissent.

\* Illis patria nimis cara & totus affectus est in patrias: nos & patrias.

## D. Cypriani Vita.

bat, qui possunt innocentibus irrogare quod putant poenam. Nolo nunc describere loci gratiam; & deliciarum omnium paraturam interim transeo. Fingamus locum illum situ sordidum, squalidum visu, non salubres aquas habentem, non amoenitatem viroribus, non viciniam litoris; \* sed rupes vastas siluarum, inter inhospitas fauces desertae admodum solitudinis aua mundi parte summotum. Possit, licet talis locus, habere nomen exilij, quo Cyprianus sacerdos Dei venerat; cui si hominum ministeria deficerent, vel alites, ut Heliae, vel ut Danieli angeli ministrarent? Absit, ut credat aliquis, cuiuslibet minimo, dummodo in confessione nominis constituto, aliquid defuturum. Tantum abest ut Dei pontifex ille, qui misericordiae semper rebus institerat, horum omnium opibus indigeret. Iam nunc quod secundo posueram loco, cum gratiarum actione repetamus. Prouisum esse diuinitus etiam pro animo tanti viri, apricum & competentem locum, hospitium pro voluntate secretum, & quidquid apponi eis ante promissum est, qui regnum & iustitiam Dei quaerunt. Atque ut omnium frequentiam visitantium fratrum, & ipsorum inde ciuium charitatem, quae representabat omnia, quibus videbatur esse fraudatus; admirabilem visitationem Dei non praeteribos: qua Antistitem suum sic in exilio esse voluit de securura passione securum; ut imminens martyrij pleniore fiducia, non exulem tantummodo Curubi, sed & martyrem possideret. Eo enim die quo primum in exilij loco mansimus, (nam & me inter domesticos comites dignatio charitatis eius delegerat exulem voluntarium quod vitam & in passione licuisset) Apparuit mihi, inquit, nondum somni quiete sopito, iuuenis vltimum hominis enormis: qui cum me quasi ad praetorium duceret, videbar mihi tribunali sedentis tum Proconsulis admoueri. Is ut in me respexit, adnotare statim cepit in tabula sententiam, quam non sciebam, nihil enim de me solita interrogazione quaesierat: sed enim iuuenis, qui a tergo eius stabat, admodum curiosus legit quidquid fuerat adnotatum. Et quia id verbis proferre non poterat, nutu declarante monstrauit, quid in litteris tabulae illius haberetur. Manu enim expansa & complanata ad spatium modum, ictum solitae animaduersionis imitatus; quod volebat intelligi, ad instar liquidi sermonis expressit. Intellexi sententiam passionis futuram. Rogare ceppi, & petere continuo, ut dilatio mihi vel vnius diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione disernerem. Et cum preces frequenter iterassem, rursus in tabula ceperat nescio quid adnotare. Sensi tamen de vultus serenitate, iudicis mentem, quasi iusta petitione commotam. Sed & ille iuuenis, qui iam dudum de passionis indicio gestu potius, quam sermone prodiderat; clandestino identidem nutu, concessam dilationem, quae in crastinum petebatur, contortis post inuicem digitis, significare properauit. Ego quamuis non esset lecta sententia, & si de gaudio dilationis acceptae laeto admodum corde gauderem; metu tamen interpretationis incertae sic tremebam, ut reliquiae formidinis, cor exultans, adhuc \* toto pauore pulsarent. Quid hac reuelatione manifestius? quid hac dignatione felicius? Ante illi praedicta sunt omnia, quaecumque postmodum subsequuta sunt. Nihil Dei verbis imminutum: nihil de tam sancta promissione mutilatum. Singula denique, secundum quod ostensa sunt, recognoscite. Dilationem petit crastini cum de passionis sententia cogitaretur: postulans ut res suas de illo, quem impetrauerat, ordinaret. Hic dies vnus significabat annum, quo ille post visionem acturus in saeculo fuerat. Nam ut manifestius dicam, eo die post exactum annum coronatus est, quo hoc illi ante annum fuerat ostensum. Diem autem Domini, & si \* non annum in diuinis litteris legimus, promissioni tamen futurorum, debitum illud tempus accipimus. Vnde nihil interest, si sub diei significatione solus annus ostensus est, quia illud plenius debet esse quod maius est. Quod vero nutu potius, & non sermone explanatum est, repraesentationi temporis seruabatur sermonis expressio. Soler enim tunc verbis quodcumque proferri, quotiens quidquid proferretur impletur. Nam & verum nemo cognouit quare hoc ei ostensum fuisset, nisi postquam eodem die quod viderat, coronatus est. Medio nihilominus tempore imminens passio pro certo ab omnibus sciebatur: Passionis tamen dies certus ab eisdem omnibus quasi ignorantibus, tacebatur. Sane & in scripturis tale aliquid inuenio. Nam Zacharias sacerdos, promisso sibi per angelum filio, quia non crediderat obmutuit; ita ut filij nomen, scripturus potius quam rela-

\* sed vasta rupe siluarum inter inhospitas cautes .at. sed rupes vastas & siluarum.

2 Reg. 19. Dan. 3.

Matth. 6.

\* multa trepidatione.

\* alibi descriptum non.

Luc. 1.

b



## D. Cypriani Vita.

tutus, nutu tabulas postulare. Merito & hic, ubi Dei nuncius passionem Antistitis imminuentem nutu potius expressit: & fidem admonuit & sacerdotem muniuit. Dilationis autem petendæ ratio, de ordinatione rerum & de voluntatis dispositione veniebat. Quæ vero res illi, aut quæ voluntas ordinanda, nisi ecclesiastici status? Suprema iccirco accepta dilatio est, ut quicquid circa pauperum fouendorum curam supremo iudicio disponendum fuerat, ordinaretur. Et puto propter nihil aliud, immo vero propter hoc tantum, etiam indulgentia ab ipsis, qui eiecerant, & qui occisuri erant, admissa est; ut præsens præsentibus pauperes, nouissimæ dispensationis extremis, & ut plenius dixerim, totis sumptibus releuaret. Ordinatis ergo tam piè rebus & sic voluntate disposita; proximabat dies crastinus. Iam de Xisto bono & pacifico sacerdote, ac propterea beatissimo martyre, ab vrbe nuncius venerat. Sperabatur iam iamque carnifex veniens, qui deuota sanctissimæ\* victimæ colla percuteret: & sic erant omnes dies illi quotidiana expectatione moriendi, ut corona singulis posset ascribi. Conueniebant interim plures egregij & clarissimi ordinis & sanguinis, sed & sæculi nobilitate generosi: qui propter amicitiam eius antiquam, secessum subinde suaderent: & ne parum esset nuda suadela, etiam loca in quæ secederet offerebant. Ille verò iam mundum suspensa ad cælum mente neglexerat; nec suadelis blandientibus annuebat. Fecisset fortasse tunc etiam quod à plurimis & fidelibus petebatur, si & diuino imperio iuberetur. Sed nec illa sublimis tanti viri gloria sine preconio transcunda est: qua iam sæculo tumescente & de fiducia principum infestationem nominis anhelante: ille seruos Dei, prout dabatur occasio, exhortationibus dominicis instruebat, & ad calcandas passiones huius temporis, contemplatione superuenturæ claritatis animabat. Videlicet tanta illi fuit facti cupido sermonis, ut optaret sic sibi passionis vota contingere, ut dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam sacerdotis; cum ecce Proconsulis iussu ad hortos eius (ad hortos inquam, quos inter initia fidei suæ venditos, & Dei indulgentia restitutos, pro certo iterum in vsus pauperum vendidisset, nisi inuidiam de persecutione vitaret) cum militibus suis princeps repente subitauit; immo, ut verius dixerim, subitasse se creditit. Vnde enim posset tanquam improviso impetu mens semper parata subitari. Processit ergo, iam certus expungi, quod diu fuerat retardatum; processit animo sublimi, & erecto, hilaritatem præferens vultu & corde virtutem. Sed dilatus in crastinum ad domum principis à prætorio reuertebatur; cum subito per Carthaginem totam sparsus rumor\* increpuit: productum esse iam Tascium, quem præter celebrem\* gloriosam opinionem notitiam etiam de commemoratione præclarissimi operis nemo non nouerat. Concurrerant vndique uersus omnes ad spectaculum, nobis pro deuotione fidei gloriosum, gentilibus & dolendum. Receptum eum tamen & in domo principis constitutum vna nocte continuit custodia delicata; ita ut conuiuæ eius, & cari in contubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota sollicita ne per noctem aliquid sine conscientia sui fieret, ante fores principis excubabat. Concessit ei diuina tunc bonitas verè digno ut Dei populus etiam in sacerdotis passione vigilaret. Forsitan tamen quærat aliquis, quæ causa fuerit à prætorio reuertendi ad principem. Et volunt hoc scilicet quidam de suo, tunc proconsulem noluisse. Absit ut in rebus diuinitus gestis segnitiam siue fastidium proconsulis conquerat. Absit ut malum hoc intra conscientiam religiosæ mentis admittam; ut de tam beatissimo martyre ructus hominis iudicaret. Sed crastinus dies ille, quem ante annum dignatio diuina prædixerat, verè crastinus esse debet. Illuxit denique dies alius, ille signatus, ille promissus, ille diuinus; quem si tyrannus ipse differre voluisset, nunquam profus valeret: dies de conscientia futuri martyris lætus; & discussis per totum mundi ambitum nubibus, claro sole radiatus. Egressus est domum principis, sed Christi, & Dei princeps, & agminibus multitudinis mixtæ ex omni parte vallatus est. Sic autem comitatu eius infinitus exercitus adhærebat, quasi ad expugnandam mortem manu facta veniretur. Eundi autem interfuit transitus stadij. Bene verò, & quasi de industria factum, ut & locum congruentis certaminis præteriret. qui ad coronam iustitiæ consummato agone currebat. Sed ubi ad prætorium ventum est, nondum procedente Proconsule, secretior locus datus est. Illic cum post iter longum

\* passioni

\* increpuit.  
\* gloriosæ  
\* opinionis

## D. Cypriani Vita.

nimio sudore madidatus sederet (sedile autem erat fortuito linteo tectum, ut & sub ictu passionis episcopatus honore frueretur) quidam ex tesseriis quondam Christianus res suas obrulit; quasi veller ille vestimentis suis humidis sicciora mutare: qui videlicet nihil aliud in rebus oblati ambiebat, quam ut proficiscentis ad Deum martyris sudores iam sanguineos possideret. Cui ille respondit, & dixit: Medelas adhibemus quærelis quæ hodie forsitan non erunt. Mirum, si contempserit laborem corpore, qui mortem mente contempserat. Quid plura? subito Proconsuli nunciatus est; producit, admouetur, interrogatur de suo nomine, se esse respondit; & hæc tenus verba. Legit itaque de tabula iam sententiam iudex, quam nuper in visione non legerat: sententiam spiritalem non temere dicendam; sententiam episcopo tali, & tali teste condignam; sententiam gloriosam; in qua dictus est sectæ suæ signifer, & inimicus deorum, & qui suis futurus esset ipse documento, & quod sanguine eius inciperet disciplina sanciri. Nihil hac sententia plenius, nihil verius; omnia quippe, quæ dicta sunt, licet à gentili dicta, diuina sunt. Nec mirum vtrique, cum soleant de passione pontifices prophetare. Signifer fuerat, qui de ferendo signo Christi docebat: inimicus deorum, qui idola destruenda mandabat: documento autem suis fuit, qui multis pari genere securis, prior in Prouincia, martyrij primitias dedicauit. Sanciri etiam cœpit eius sanguine disciplina: sed martyrum; qui doctorem suum imitatione gloriæ consimilis æmulati, ipsi quoque disciplinam exempli sui proprio studio sanxerunt. Et cum exiret prætorij fores, ibat comes militum turba, & ne quid in passione deesset, centuriones, & tribuni latus texerant: ipse autem locus\* æqualis est ubi pati contigit, ut arboribus ex omni parte densatis sublime spectaculum præbeat. Sed per enormitatem spatij longioris visu denegato per confusam nimis turbam, personæ fauentes in ramos arborum reperant; nec vel hoc illi negaretur ut ad Zachei similitudinem de arboribus videretur. Sed iam ligatis per manus suas oculis moram carnificis virgere tentabat, cuius munus est ferrum; & labente dextera gladium vix trementibus digitis circuibat, donec ad perpetrândam prætorij viri mortem, clarificationis hora maturæ, centurionis manum concessio desuper vigore firmatam, permissis tandem viribus expedit. O beatum Ecclesiæ populum, qui episcopo suo tali, & oculis pariter & sensibus, & quod est amplius publicata voce compassus est; & sicut ipso tractante semper audierat; Deo iudice coronatus est. Quamuis enim non potuerit euenire, quod optabant vota communia, ut consortio pariter gloriæ simul plebs tota pateretur; quicumque sub Christi spectantis oculis, & sub auribus sacerdotis ex animo pati voluit, per idoneum voti sui testem legationis quodam modo litteras ad Deum misit. Sic consummata passione perfectum est; ut Cyprianus, qui bonorum omnium fuerat exemplum, etiam sacerdotales coronas in Africa primus imbueret: quia & talis esse post Apostolos prior cœperat. Ex quo enim Carthagini episcopatus ordo numeratur, nunquam aliquis, quamuis ex bonis, & sacerdotibus ad passionem venisse memoratur; licet semper Deo mancipata deuotio, dicatis hominibus pro martyrio deputetur: Cyprianus tamen etiam ad perfectam coronam Domino consummante profecit; ut in ciuitate ipsa, in qua taliter vixerat, & in qua prior fecerat multa præclara, prior etiam sacerdotij cœlestis insignia glorioso cruore decoraret. Quid hoc loco faciam, inter gaudium passionis, & remanendi dolorem? in partes diuisus animus; & angustum nimis pectus affectus duplices onerant. Dolebo, quod non comes fuerim: sed illius victoria triumphanda est. De victoria triumphabo: sed doleo: quod comes non sum. Verum vobis tamen & simpliciter confitendum est quod & vos scitis, in hac me fuisse sententia. Multum, ac nimis multum de gloria eius exulto; plus tamen doleo, quod remansi.

Joan. II.

L. M. 19.

\* in æquali.

ACTVS PASSIONIS D. CYPRIANI  
CVIVS IPSE PONTIVS MEMINIT IVXTA  
editiones Manutij & Morelij.

**T**EMPORE Valeriani & Gallieni, cum gloriosum nomen Christi à gentilibus exosum, intentione máxima conaretur auferri, & esset persecutio apud urbem Romam: beatissimus Cornelius pontificatum prædictæ vr̄bis summis vir-  
b ij



## D. Cypriani vita.

tutibus præditus tunc regebat; comprehensusque à præfide & diuturnis tormentis afflictus gladio finiuit temporalem vitam, percepturus à Deo sine fine perpetuam. Sed cum hoc odium fuisset etiam in Libycis terminis irrogatum; multi Christianorum populi malentes transitoriam vitam amittere, & illa quæ à Deo promissa sunt adipisci, diuersis tormentis afflicti consummabantur. Ferunt etiam tunc à præfide clibanum calcis accensum, & in ore illius prunas cum ture exhibitas, & præfidem dicere Christianis: Eligite è duobus vnum, aut tura super his carbonibus offerre Ioui, aut in calcem demergimini. Tunc trecenti viri fide armati, se istu rapidissimo, Christum Dei filium Deum fatentes, iecerunt in ignem, & inter vapores calcis puluerei sunt demersi; quos sibi Christus consecrauit. In his autem diebus cum talia gererentur, beatus Antistes Cyprianus Carthaginensem regebat ecclesiam. Qui comprehensus à gentilibus sedente Paterno Proconsule in ciuitate, iniquis tribunalibus præsentatur. Cui Paternus ait: Nobilium imperatorum ad me scripta venerunt: vt hi qui diis cæremonias execrantur immolare, ad sacrificandum compellantur inuiti. Exquisiui de nomine tuo; quid respondes? Sanctus Cyprianus respondit: Nullos Deos noui, nisi vnum & verum, qui fecit cælum & terram, & quæ in eis sunt, huic Deo nos Christiani deseruimus; hunc deprecamur diebus ac noctibus & pro salute populi, & pro statu Imperatorum vestrorum. Proconsul dicit: Ergo in hac voluntate perseueras, vt non sacrifices? Sanctus Cyprianus respondit: Bona voluntas quæ Deum nouit mutari non potest. Proconsul dixit: Iustum est etiam vt & presbyteros requiram. volo ergo scire per te, qui sunt presbyteri, qui in hac ciuitate consistunt. Sanctus Cyprianus respondit: Legibus vestris bene atque vtiliter censuistis, nos delatores non esse. Itaque eos exhibere non possumus. Sed nec ipsi se vltro offerunt, cum hoc scriptura sancta prohibeat. A te enim quaesiti, inueniuntur. Proconsul dixit: Iustum est, vt nulla conciliabula faciant, neque cæmeteria ingrediantur. Quod qui facere deprehensus fuerit, capite plectatur. Sanctus Cyprianus respondit: Fac quod tibi præceptum est. Et post hæc ductus est in exilium beatus martyr per præceptum Aspasij proconsulis in ciuitatem Curubitanam. Post dies autem multos regressus de exilio, habitabat in hortis suis. Cùmque ibidem moraretur, venerunt ad eum duo principes ex officio proconsulis Galerij Maximi: & leuantes eum in curriculum suum duxerunt ad Proconsulem in locum vbi pro reparanda sanitate degebat. Et collectus ab Adstatore officij secessit in hospitium eius in vicum, qui dicebatur Saturni, & habitabat ibi. Conuenit autem ad eum omnis populus fratrum. Quod cum comperisset beatissimus martyr præcepit custodiri puellas, quæ aduenerant audire verbum Dei: quoniam ante ostium principis manebant ob amorem martyris gloriosi. Mane autem facto oblatas est Beatus Cyprianus Proconsuli. Quem intuirus ait: Tu es Tascius Cyprianus qui te \* Papatē. Papam sacrilegæ mentis hominibus præbuiisti? Iusserunt te sacratissimi Imperatores sacrificare. Consule tibi ne pereas. Sanctus martyr respondit: Ego sum Cyprianus: Christianus sum, & diis sacrificare non potero; tu vero quod tibi præceptum est fac. In re enim tam iusta, nulla \* consulatio. consultatio est. Tunc iratus Proconsul dixit: Diu sacrilega mente vixisti, & plurimos tibi nefariæ conspirationis hominis aggregasti, & inimicum te diis Romanis & sacris religionibus constituisti, nec te pij sacratissimi que Imperatores ad consensum cæremoniarum suarum reuocare potuerunt. Et ideo cum sis nequissimi criminis auctor & signifer deprehensus, eris ipse documento his, quos scelere tuo tecum aggregasti: Sanguine tuo sancientur disciplina. Et his dictis decretum ex tabella recitauit: Tascium Cyprianum gladio animaduerti placet. Sanctus Cyprianus hæc audiens dixit: Gratias ago Deo omnipotenti, qui me à vinculis huius corporis dignatur absolueret. Et cum duceretur; populus fratrum plangens & eiulans dicebat: Et nos cum eodem decellemur. Perductus autem gloriosus martyr, exiit se lacernum birrum, quem indutus erat: complicans, & posuit ad genua sua. Dehinc tunicam tulit & diaconibus tradidit. Et stans in linea, expectabat spiculatorum: cui & \* viginti aureos dare præcepit. Fratres vero flentes, linteamina & oraria ante eum ponebant: ne sanctus cruor defluens absorberetur à terra. Ligatis quoque manicis ad ceruicem à \* Tulliano presbytero ipse sibi manu propria oculos texit; & sic gladio percussus, occubuit. Huiusque corpus propter gentilium curiositatem, cum

D. Aug.  
infra Ap-  
pacitores  
nicipat

Meminit  
etiam ho-  
rum mar-  
tyrij Pru-  
dentius in  
passione  
Cypriani  
& à Pos-  
sidio voca-  
tur marty-  
res Massæ  
candidæ.  
Quo etiã  
nomine  
celebra-  
tur ipsorū  
festum in  
Martyro-  
logiis 24.  
Augusti.  
Ad quem  
diem Be-  
da hæc ip-  
sa verba  
recenset.

\* Papatē.

\* consul-  
tatio.

\* viginti  
quinque.

\* Tullianus

cum

## D. Cypriani passio iuxta Ms. vet. cod.

cum magna turba populi in proximo collocatum est. Sed ne à gentilibus tolleretur, nocte adueniente, ex eodem loco vbi positum fuerat sublatum est: & inde cum cereis & scholaribus in area cuiusdam Candidi procuratoris, cum magno triumpho sepultum est. Tale martyrium beatus Cyprianus Carthaginensis Episcopus expleuit pro nomine domini nostri Iesu Christi: cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen. Curubitana ciuitas dicitur, vbi in exilium fuit. Vicus vbi in domo principis officiorum habitauit, dicitur Saturni, inter veneriam & Salariam. Atrium quoque Proconsulis dicitur Sauciolum. Locus in quo decollatus est vocatur Sexti. Sepultus est in areis Macrobij Candidi procuratoris, quæ sunt in via \* Appellensi iuxta piscinas. Passus est XVIII. Calend. Octobris. Galerius Maximus Proconsul, post dies paucos discessit è sæculo. \* Mappa-  
lienfi.

### PASSIO BEATI CYPRIANI IUXTA VETERES MANUSCRIPTOS varios codices.

Quam non modo editione Morelij duobus in locis variè descriptus reperitur hic Passionis actus, sed & à Volphango Lazio latius editus cum Abdia de Vitis Apostolorum, & in Manuscripto pro Guilhelmitarum Brugensium quodam codice, putari operepretium, seorsum à precedenti hunc eam publicare, præsertim quum quæ ex Actu Passionis infra citantur à Diuo Augustino & Paulo Diacono, magis cum hoc quam cum illo conueniant. In hoc item, non in alio, reperitur illud, quod citat idem August. lib. 2. seu potius 1. contra Epistolam Gaudenij cap. 23. in hæc verba: His sacris litteris eruditus B. Cyprianus, in Confessione dixit: Disciplinam prohibere, ne quis se offerat.

**I**MPERATORE Valeriano quartum, & Gallieno tertium consulibus, tertio Kalendarum Septembrium, Carthagine in secretario, Paternus Proconsul Cyprianus Episcopo dixit: Sacratissimi Imperatores Valerianus & Gallienus, litteras, ad me dare dignati sunt, quibus præceperunt, eos qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas cæremonias recognoscere. Exquisiui ergo de nomine tuo: quid mihi respondes? Cyprianus Episcopus dixit: Christianus sum, & Episcopus. Nullos alios Deos noui, nisi vnum & verum Deum, qui fecit cælum & terram, mare & quæ in eis sunt omnia. Huic Deo nos Christiani deseruimus, hunc deprecamur diebus ac noctibus, pro nobis, & pro omnibus hominibus, & pro incolumitate ipsorum Imperatorum. Paternus proconsul dixit: In hac ergo voluntate perseueras? Cyprianus Episcopus respondit: Bona voluntas, quæ Deum nouit, immutari non potest. Paternus proconsul dixit: Poteris ergo secundum præceptum Valeriani & Gallieni, exul ad urbem Curubitanam proficisci? Cyprianus Episcopus dixit: Proficiscor. Paternus proconsul dixit: Non solum de Episcopis, verumetiam de presbyteris mihi scribere dignati sunt. Volo ergo scire ex te, qui sint presbyteri, qui in hac ciuitate consistunt. Cyprianus Episcopus respondit: Legibus vestris bene atque vtiliter censuistis, delatores nos non esse. Itaque de regi & deferri à me non possunt, in ciuitatibus autem suis inueniuntur. Paternus Proconsul dixit: Ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: Cum disciplina prohibeat, vt quis se vltro non offerat, & tuæ quoque censuræ hoc displiceat: nec offerre se ipsi possunt, sed à te exquisiti inueniuntur. Paternus Proconsul dixit: A me inueniuntur. Et adiecit: Præceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec cæmeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam salubre præceptum non obseruauerit, capite plectetur. Cyprianus Episcopus respondit: Fac quod tibi præceptum est. Tunc Paternus Proconsul, iussit beatum Cyprianum Episcopum in exilium deportari. Cùmque diu ibidem moraretur, successit Aspasio Paterno proconsuli Galerius Maximus Proconsul, qui Sanctum Cyprianum Episcopum ab exilio reuocatum sibi iussit præsentari. Cùmque Cyprianus sanctus martyr, electus à Deo, de ciuitate Curubitana, in qua exilio præcepto Aspasij Paterni tunc Proconsulis datus fuerat, regressus esset; ex sacro præscripto in hortis suis manebat. Inde quotidie sperabat veniri ad se, sicut illi ostensum fuerat. Et cum illic demoraretur, repente Idibus Septembris Tusco & Basso consulibus, venerunt ad eum principes duo: vnum b iij



## D. Cypriani passio iuxta Ms. vet. cod.

strator officij Galerij Maximi proconsulis, qui Aspasio Paterno successerat, & alius equitrator à custodiis eiusdem officij, qui & in curriculum eum leuauerunt, in medióque posuerunt, & in Sexti perduxerunt. Vbi idem Galerius Maximus Proconsul, bonæ valetudinis recuperandæ gratia secesserat. Et ita idem Galerius Maximus Proconsul, in aliam diem Cyprianum sibi reseruati præcepit. Et eo tempore beatus Cyprianus ductus; ad principem & statorem eiusdem officij Galerij Maximi proconsulis clarissimi viri, secessit. Et in hospitio eius, cum eo in vico qui dicitur Saturni, inter Veneriam & Salariam mansit. Illuc vniuersus populus fratrum conuenit. Et cum hoc sanctus Cyprianus comperisset, custodiri puellas præcepit, quoniam omnes in vico ante ianuam hospitij principis manserant. Et ita altera die, octaua decima Kalendarum Octobrium, mane, multa turba conuenit ad Sexti, secundum præceptum Galerij Maximi Proconsulis. Et ita idem Galerius Maximus Proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri præcepit, in atrio Saucio sedenti. Cúmque oblatus fuisset, Galerius Maximus Proconsul Cypriano Episcopo dixit: Tu es Thascius Cyprianus? Cyprianus Episcopus respondit: Ego sum. Galerius Maximus Proconsul dixit: Tu papam te sacrilegæ mentis hominibus præbuiisti? Cyprianus Episcopus respondit: Ego. Galerius Maximus Proconsul dixit: Inferunt te sacratissimi Imperatores ceremoniari, Cyprianus Episcopus dixit: Non facio. Galerius Maximus ait: Consule tibi. Cyprianus Episcopus respondit: Fac quod tibi præceptum est. in re tam iusta, nulla est consultatio. Galerius Maximus collocutus cum consilio, sententiam vix ægrè dixit verbis huiusmodi: Diu sacrilega mente vixisti, & plurimos nefariæ tibi conspirationis homines aggregasti, & inimicum te diis Romanis & sacris legibus constituisti, nec te pij & sacratissimi principes Valerianus & Gallienus Augusti, & Valerianus nobilissimus Cæsar, ad\*sectam ceremoniarum suarum reuocare potuerunt. Et ideo cum sis nequissimorum criminum Auctor, & signifer deprehensus, eris ipse documento, his quos scelere tuo tecum aggregasti, sanguine tuo sancietur disciplina. Et his dictis decretum ex tabella recitauit: Thascium Cyprianum gladio animaduerti placet. Cyprianus Episcopus dixit: Deo gratias. Post hanc vero sententiam turba fratrum dicebat: Et nos cum ipso decollemur. Propter hoc tumultus fratrum exortus est, & multa turba eum profecuta est. Et ita idem Cyprianus, in agrum Sexti perductus est, & ibi se lacerno bitro expoliavit, & genu in terram flexit, & in orationem se domino prostravit. Et cum se dalmatica expoliasset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit, & cepit spiculatorem sustinere. Cum venisset autem spiculator, iussit suis, vt eidem spiculatori X. V. aureos darent. Linteamina verò & manualia à fratribus ante eum mittebantur. Postea vero Beatus Cyprianus manu sua oculos sibi textit. Qui cum lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Iulianus presbyter, & Iulianus subdiaconus ei ligauerunt. Et ita beatus Cyprianus passus est. Eiusque corpus propter gentiliū curiositatem in proximo positum est cum cæreis & scholaribus, in areis Macrobij Candidi procuratoris, quæ sunt in via Mappaliensi iuxta piscinas, cum voto & triumpho magno. Post paucos autem dies Galerius Maximus Proconsul decessit. Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die octaua decima Kalendarum Octobrium, sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus: regnante vero domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

\* confensum.

## VITA BEATI CÆCILII CYPRIANI PER DIVVM HIERONYMVVM.

*Descripta est ex Catalogo Virorum illustrium.*

**CYPRIANVS** Afer primum gloriosè rhetoricā docuit: exinde, suadente presbytero Cæcilio, à quo & cognomentum sortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogauit: ac post non multum temporis, electus in presbyterū, etiā Episcopus Carthaginienſis cōstitutus est. huius ingenij superfluum est indicem texere, cū sole clariora sint eius opera. Passus est sub Valeriano & Gallieno

## Sermo D. Augustini de S. Cypriano.

& Gallieno principibus, persecutione octaua, eodem die, quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno.

### SERMO DIVI AVGVSTINI, DE SANTO CYPRIANO Martyre.

**R**ecenset hunc Posidius in Indiculo operum eius inter tractatus 4. de Natali Cypriani, & denuo à me castigatus est, ad editiones Parisiensem, Lipsij, & Ioannis Vlimmerij.

**S**ERMONEM à nobis debitum, auribus & cordibus vestris exigit tam grata & religiosa solemnitas, qua passionem beati martyris celebramus. Tristis proculdubio tunc Ecclesia fuit, & non damno cadentis, sed desiderio recedentis; semper cupiens videre presentem tam bonum rectorem atque doctorem: sed quos afflixerat sollicitudo certaminis, consolata est corona victoris. Et nunc, non solum sine villa tristitia, verum etiam cum ingenti lætitia, cuncta quæ tunc gesta sunt, legendo recolimus, dièquæ isto nobis gaudere concessum est, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, sed expectamus hilariter redeuntem. Placet itaque vniuersam illam fidelissimam, & fortissimam, & gloriosissimam in martyris passionem cum exultatione recordari præteritam, quam tunc fratres sustinere futuram. Primo igitur quod pro fide confessionis Christi in exilium Curubin missus est; non sancto Cypriano aliquid nocitum, sed multum illi præstitum ciuitati. Quo enim ipse mitteretur; vbi ille non esset, propter cuius testimonium mittebatur? Christus ergo qui ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi, in omni loco membrum suum excipiebat, quocumque furor inimici pellebat. O stulta infidelitas persequentis. Si quæris exilium quo Christianus iubeatur ire; prius si potes, inueni vnde Christus cogatur exire. De patria sua in alienam te arbitraris excludere hominem Dei, in Christo nusquam exsulem, in carne vbiq; peregrinum? Sed iam commemorare & considerare delectat, post illud, quod Cyprianus non senserat, sed inimicus putabat exilium, quid ex ordine passionis ipsum consecutum sit. Cùm enim Cyprianus sanctus martyr electus à Deo, de ciuitate Curubirana, in qua exilio præcepto Aspasio Paterni Proconsulis missus fuerat, regrederetur, in hortis suis manebat. Et inde quotidie sperabat veniri ad se, sicut ostensum erat illi. Quid iam fremeret persecutoris impetus, aduersus cor semper paratum, accedente etiam Domini reuelatione firmatum? Quando enim desereret patientem, qui non est passus præoccupari nescientem? Iam ergo quod ad eum passioni exhibendum duo missi sunt, qui eum etiam secum in curriculum leuauerunt, in medióque posuerunt; & hoc diuinæ admonitionis fuit, vt gaudens recoleret, ad eius se corpus pertinere, qui inter iniquos reputatus est. Christus nanque inter duos latrones ligno suspensus, ad exemplum patientiæ præbebatur: Cyprianus autem inter duos apparitores ad passionem curru portatus, Christi \* vestigio sequebatur. Quid illud, quod cum in alium diem dilatus apud custodes esset, atque illuc se multitudo fratrum ac sororum congregans, pro foribus pernoctaret, custodiri puellas præcepit; quanta intèntione considerandum, quanta laude prædicandum, quanto præconio commendandum est? Vicina corporis morte, non moriebarur in animo pastoris vigilantia pastoralis; & cura tuendi dominici gregis, usque ad extremum vitæ huius diem mente sobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris, manus iam proxima cruenti carnificis. Ita se martyrem cogitabar futurum, vt esse non obliuisceretur Episcopum; magis curans, quam rationem pastorum principi de commissis sibi otibus redderet, quam quid infideli Proconsuli de fide propria responderet. Amabat quippe cum qui Petro dixerat: Amas me? Pasce oues meas. Et pascebat oues eius, pro quibus sanguinem fundere, illum imitās, properabat. Custodiri puellas præcepit, sciēs se non solum habere simplicem Dominum, sed etiam versipellem aduersarium. Itaque aduersus leonem aperte frementem, in confessione virile pectus armabat; aduersus infidiantem lupum gregi, sexum foemineum muniebat. Ita vere sibi consulit, qui Deum iudicem cogitat; apud quem causam gestæ huius vitæ, atque ab illo sibi muneris iniuncti quis-

Mat. 28.

\* vestigia

\* tam

Mat. 21.



# Sermo D. Augustini de S. Cypriano.

2<sup>a</sup> Cor. 5.

que dicturus est. Vbi omnis homo recipit, sicut testatur Apostolis, quæ per corpus gestit, siue in bonum, siue in malum. Ita sibi consulit, qui ex fide viuens, & satagens ne ab extremo præoccupetur die, extremum computat omnem diem, & sic Deo placitos mores perducit vsque ad extremum diem. Ita sibi beatus Cyprianus Episcopus misericordissimus, & martyr fidelissimus consulebat: & non sicut eum lingua subdola diaboli per os possessi à se impij iudicis monere videbatur, dicens: Consule tibi. Cum enim eius immobilem mentem videret, quando ei dixit: Iusserunt te principes cærimoniari. Responditque ille, non facio: adiecit & ait: Consule tibi. ipsa est lingua subdola diaboli, & si non huius qui nesciebat quid loqueretur, illius tamen qui per eum loquebatur. Loquebatur enim Proconsul non tam secundum principes homines, quorum iussa sibi inuncta iactabat, quam secundum principes potestatis aëris, de quo Apostolus dicit: Qui operatur in filios dissidentia. Quem per huius quoque linguam operari Cyprianus nouerat, quod ipse non nouerat. Nouerat, inquam Cyprianus, cum à Proconsule audiret: Consule tibi; quod caro & sanguis dicebat stolidè, hoc diabolus dicere subdole: atque intuebatur in vno corpore duos, istum oculis, illum fide. Nolebat eum iste mori: nolebat ille coronari. Proinde circa istum placidus, circa illum cautus, huic aperte respondebat, & illum occultè vincebat. Fac, inquit, quod tibi præceptum est. In re tam iusta nulla est consultatio. Dixerat quippe ille: consule tibi. Ad hoc responsum est: in re tam iusta nulla est consultatio. Consulit enim, qui consilium vel impertit, vel quaerit. Sed Proconsul non à Cypriano consilium accipere volebat, sed eum potius vt à se acciperet admonebat. At ille: In re, inquit, tam iusta, nulla est consultatio. Non adhuc consulo, quia non adhuc dubito. Abstulit enim mihi dubitationem ipsa iustitia. Iustus autem vt securus moriatur in carne, certus viuunt in fide. Præcesserat Cyprianum multi martyres, quos flagrantibus exhortationibus suis ad vincendum diabolus accenderat: & erat vtique iustum, vt quos veridicus loquendo præmiserat, patiendò intrepidus sequeretur. Ergo in re tam iusta, nulla est consultatio. Quid ad hæc dicamus: quid ad hæc exultemus tanta conceptione gaudiorum? In quid erumpat cor nostrum, & os nostrum, nisi in ipsam venerabilis martyris vltimam vocem? Cùm enim Galerius Maximus decretum ex libello recitasset: Thascium Cyprianum gladio animaduerti placet; respondit ille: Deo gratias. Habentes igitur de re tanta memoriam præsentis loci, festiuitatem sollempnissimi diei, propositionem saluberrimi exempli; omnibus medullis nostris & nos dicamus: Deo gratias.

Ephes. 5.

## PASSIO BEATI CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINIENSIS PER PAVLVM Diaconum edita.

**D**E Paulo Diacono ita scribit Sigebertus in Chronico: Anno Domini 807. Carolus Imperator per manum Pauli Diaconi sui, decerpens optima quæque de scriptis Catholicorum Patrum, lectiones vnicuique festiuitati conuenientes, per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecit. Quare recte hæc passio antea Pontio perperam inscripta, Paulo Diacono adscripta est à Manutio & Morelio.

Mat. 19.

**T**EMPORIBVS Valeriani iniquissimi Imperatoris, fuit in Carthagine, quæ est in Africa, gloriosissimus vir, nomine Cyprianus, qui primo quidem rhetoricam docuit: deinde à quodam presbytero, nomine Cæcilio, conuersus ad fidem Christi, nomen quoque sortitus est Cæcilius: qui omne culmen gestiens assequi Christianæ religionis, perfectionem (quam Christus consulenti iuueni de vita æterna depromperat) secutus, omnem substantiam suam pauperibus erogauit; vt nudum mater Ecclesia suscipere, quem nudum mater carnea terræ edidisset: veraciter perspiciens, non posse perfecte in inenarrabili Dei sapientia philosophari, terrenis cupiditatibus innoxium. Namque ita Dei ineffabili sapientiæ contemplandæ se tradidit, vt toto orbe prope notissima, sole clarius extent eius innumera volumina, quæ in euangelis & aliis volumini-

# D. Cypriani Vita.

Mat. 5.

luminibus optime perorauit: chronicam quoque valde vtilem composuit, & exhortatorias ad multos sanctorum epistolas, in quibus ardorem fidei velut bonus demonstrauiit athleta. Post multum verò temporis, vt non abdita maneret lucerna sub modio, sed vt luceret instar stellæ spiritualis solis, posita est super candelabrum; vt præsentis & secuturi agnoscerent, non debere doloribus momentaneis cedere, quibus perpetua beatitudo fixa maneret. Denique comprehensus à ministris Paterni Proconsulis Carthaginensis, ante eum in quoddam secretarium adductus est, cui ita dixit: Sacratissimi Imperatores Gallienus & Valerianus ad me litteras dirigere dignati sunt; in quibus sanxerunt, vt omnes homines, deos quos Romani adorant, debeant adorare; & qui contempserint hoc præceptum, gladio feriantur. Audiui vero, quod tu Deorum cultum pro nihilo ducas: vnde hortor vt consulas tibi, & deos honores. Cyprianus respondit: Christianus ego sum, & nullos alios deos noui, nisi vnum & verum Deum, qui creauit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Huic Deo Christiani seruiamus; hunc noctèque dièque deprecamur pro omnibus, etiam pro Imperatoribus. Paternus Proconsul dixit: Si in hac voluntate perseveraueris, pessima morte peribis. Sanctus Cyprianus Episcopus respondit: Bona voluntas est, quæ Deum timet: & ideo non potest immutari. Paternus Proconsul dixit: Quia in hac voluntate permanes, secundum præcepta principum exilio deputandus es. Sanctus Cyprianus respondit: Exul non erit, qui Deum in mente habebit: quoniam Domini est terra & plenitudo eius. Paternus Proconsul dixit ad eum: Antequam proficiscaris, dic vbi sint presbyteri, qui in hac ciuitate esse dicuntur, vel similes tui. Sanctus Cyprianus respondit: Bene atque vitiliter legibus vestris sanxistis, nullos delatores fore debere; iccirco à me prodi non debent, sed à vobis inueniantur; quia & hoc censuistis, vt nullus se vltro offerret. Proconsul dixit: Ego à te cum tormentis eos exquiram. Sanctus Dei respondit: Per me non prodentur. Proconsul dixit: Præceptum Principum est, ne qui Christiani conciliabula faciant, vel cæmeteria ingrediantur; & si quis hoc violauerit, gladio animaduertatur. Sanctus Dei respondit: Fac quod tibi præceptum est. Cùm ergo videret animum eius immutabilem in religione diuina, fecit eum in ciuitate Curubitana exularem, vbi aliquandiu exemplo boni operis multis profuit, nemini obfuit. Cùmque ibi Domino in sanctitate deseruisset, mortuus est Paternus Proconsul. Et ipse de exilio regressus, in quodam hortulo commanebat. Cùmque de eo perlaturum esset ad Galerium Maximum, qui Paterno successerat, misit duos ministros, & iussit eum ad se adduci. Qui cùm venisset ad eum, leuauerunt eum in curru suo, & ad Galerium Maximum perduxerunt. Qui cum vidisset eum, ait: Tu es Thascius Cyprianus? Sanctus Cyprianus respondit: Ego. Galerius Proconsul dixit: Tu es quem Christiani Papam suum nominant? Sanctus Dei respondit: Ego. Proconsul dixit: Iusserunt tibi principes nostri adorare Deos. Sanctus Dei respondit: Non faciam. Proconsul dixit: Melius facies si saluti tuæ consulas, & deos non contempnas. Sanctus Dei respondit: Salus mea & virtus mea Christus Dominus est, cui sine fine seruire desidero. Proconsul dicit: Vicem tuam doleo, & vellem consuleret tibi. Sanctus Cyprianus respondit: Consultum mihi melius non esse quæro, quam vt Deum meum adorans, ad ipsum tota mentis auditate festinem: quoniam non sunt condignæ passionis huius temporis ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Iratus Galerius Proconsul, ait: Diu sacrilega mente vixisti, & nefariæ conspirationis homines aggregasti tibi, & inimicum te diis & sacris religionibus eorum præbuidisti, & non æquissimis consiliis principum assensum vnquam præbuidisti; sed semper auctor iniqui nominis & signifer extitisti; & propterea cæteris quos sceleri tuo aggregasti, exemplum eris, & in sanguine tuo discent disciplinam. Tunc ergo dictauit sententiam, dicens: Thascium Cyprianum diis libamina offerre renuentem, gladio animaduerti placet. Cùmque duceretur ad decollandum, sequebatur eum multitudo populi, & alij clamabant: Moriamur simul cum sancto Episcopo. Et cum peruenisset in locum qui dicitur \* Sextus, quarto ab vrbe miliario; expoliatus se birro, & tradidit carnificibus. Dalmaticam verò tradidit diaconis, & stetit in linteis, expectans spiculatorem. Et dum ille appropinquasset, iussit suis, illi dare viginti aureos. Cùmque prostrauisset sese in terrâ, orauit cum lachrymis, & à fratribus linteamina offerebantur, vnde oculos sibi tergebat. Et cùm surrexisset ab oratione, sententia ex tabella recitata

Rom. 8.

\* Sexti



## D. Cypriani Vita.

est, ita: Thascius Cyprianus gladio feriat. Et statim respondit sanctus Dei: Amen. Et ceruicem obrulit gladio, temporalémque vitam finiuit, recepturus à Deo sine fine perpetuam. Sic ergo Beatus Cyprianus subsecutus est fide gloriosa sanctum Cornelium; eodem martyrij genere; eodem passionis die, licet non eodem anno, deuicto diabolo, triumphator migravit ad cœlum. Et sicut scriptum est: Quo modo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. Ambo fide clari, ambo constantia inuicti, ambo martyrio gloriosi. Nos ergo fratres oremus Omnipotentem Deum, pro serenissimo Imperatore Carolo: quatenus qui beatum Cornelium Papam & martyrem de Romanis partibus ob munimen sui, cunctorumque fidelium sibi proximari fecit, ac nos de tam magno patrono honorauit: per suffragia huius incliti martyris beatitudine perennis vitæ sibi concessa, sanctorum omnium, quos venerabiliter excoluit, confortia adipisci mereamur perpetuo obtinenda: præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre uiuit & regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

### BEATI AGOBARDI EPISCOPI LVGDVNENSIS

LII. CARMEN, DE TRANSLATIS LVGDVNVM RELIQUIIS

Sanctorum Martyrum, Cypriani, Sperati, & Pantaleonis.

**H**uius translationis meminere Venerab. Beda in Martyrolog. ad XVI. Kalend. Augusti, ac Ado Viennensis in Chronico, ubi etiam Leidrabi & Agobardi Episcoporum meminit. Paucis verò eam ipsam in hæc verba recenset Sigebertus: Anno Domini 802. Legati Imperatoris Caroli, ab Aaron Annimira venientes; inter cætera munera, corpora etiam Cypriani Carthaginiensis Episcopi & Martyris, & Sperati primi Scillitanorum martyrum, & caput Pantaleonis Martyris in Franciam adferunt. De Scillitanis verò Martyribus scripsit etiam D. Augustinus sermonem vnum teste Possidio, qui non exstat. Porro carmen hoc Morelio acceptum debeo.

**R**ector magnificus, piusque Princeps  
Augusto Carolus decore fultus,  
Sceptrum nobile Francicum rege bat,  
Subiectos populos pie gubernans;  
Lectos aquora infferat secare,  
Eorumque ducem viros adire,  
Dum pacem colit ac studet quieti,  
Et famam cupit eleuare regni.  
Ac iam propitio sibi tonante,  
Post multos nimie via labores  
Ingressu reduci salum petentes,  
Intrantur Libycos repente fines;  
Qua Carthago graui iacens ruina  
Deflet præteritæ decus inuertæ:  
Quondam diues opum, chorusca bello,  
Florens conciliis, fidèque pollens;  
At nunc Barbaricis subacta frænis,  
Et prisco penitus honore nuda,  
Vix vitam tenuem gemendo ducit,  
Curis anxia, seruiens tributis.  
Hic dum Basilicas Deo dicatas,

Et Christi subeunt verenda templi,  
Cernunt ut tua Cypriane Martyr  
Seruaret locus neglectus ossa.  
Tum vero nimio dolore moti,  
Et magno gemitu polum tuentes,  
Pescunt auxilium Dei perennis,  
Pro quo, sancte, caput tibi recisum est.  
Et mox adituus precando flexis  
Pandunt sarcophagum, certantque sacros  
Artus stringere linteis paratis,  
Committuntque sacro corpus locello;  
Sperati quoque Martyris beati,  
Nec non Pantaleonis ossa raptim  
Tollunt, cuncta simul ligantque pannis,  
Ac tantas loculis gazas recondunt.  
Conscendunt celeres ratem paratam,  
Nec feri metuunt pericla ponti;  
Portantes Domino pios alumnos,  
Quorum cuncta preces tremunt profunda.  
Egressis Arelas opima, portu  
Occurrit placido sinuque leto

Fessos

## De translat. Reliq. D. Cypriani.

Fessos accipit, ac fouet benigne,  
Gaudentes reditu soloque nato.  
Illec eximias opes ouanti  
Deponunt animo, stupente portu;  
Terrenis solitos parere fluctus,  
Cælestes subito tulisse gazas.  
Quod mox comperit optimus sacerdos  
Lugduni placidam tenens cathedram,  
Sollerti studij calore flagrans;  
Intentusque sacris rebus ubique  
Leidrados, prece supplici serenum  
Regem postulat, impetratque raptim,  
Ut rite sacra Martyrum piorum  
Nostris manibus ossa conderentur.  
Et nunc ad placidam Iohannis aram,  
Qui Christum vitrea resperfit unda,  
Dignis cultibus & honore claro,  
Florens inclite Cypriane dormis.  
Sed quæso vigiles, vigilque nostris  
Intendas precibus; fiasque nobis  
Clemens & validus Dei patronus;

Soluas crimina, conferasque vota.  
Sit quæso memor illa lingua nostri,  
Quæ confessa Dei perenne verbum,  
Ceruicem gladio dedit secandam;  
Sed Christum cecinit, silere nescit.  
Hanc Christus iugiter benignus audit,  
Vei sacros populos stilo excitantem,  
Hæresesue prauas deosque falsos,  
Verbi fulmine funditus cremantem:  
Hanc & pro populo & patrono nostro  
Semper quæsumus audiat rogantem;  
Pastorem foueat, gregem propaget,  
Det munus fidei, decus salutis.  
O doctor sacer, ô beate Martyr,  
Serua Pontificem pius Agobardum,  
Qui nomen, meritum, tuumque festum.  
Dictis extulit & honore compsit.  
O triplex honor, ô triforme culmen  
O tres magnifici, piique testes;  
Sit nobis triplici, ô fauens precatu,  
Pollens unica trinitas per æuum.

### DE EARVNDEM D. CYPRIANI RELIQUIARVM

TRANSLATIONE AD ECCLESIAM ROTHNACENSEM,  
Epistola Ioannis de la Haye Theologi, Canonici Tornacensis, ad  
Amplifs. Præsidem Dñ. Viglium Zvichemum Frisium.



**V**EM ADMODVM gloriatur Cicero nobilissimam Græciæ Ciuitatem Syracusas, acutissimi ciuis sui Archimedis monumentum ignorasse: donec ab homine Arpinate & peregrino illud didicisset: sic tanti, tamque celeberrimi hospitis (Cyprianum dico) perpetua sane ignorantia Tornacum laborasset: nisi vestra monitionis classico, tãquam reuelatione quadam solemni, & plane deorum, nobis innotuisset. Bruxella enim non ita pridem reuersus, percunctari cœpi, num aliquando D. Cypriani corpus quiescere Rothnaci in Tornacensi territorio, audiissent, qui eo aliquando fuissent profecti. Illi plane ignorare affirmauerunt; celebre quidè illic esse D. Hermetis & Cornelij nomen, sed de Cypriano nihil. Ideo à nō multo tēporē me accinxi itineri; & fati prolixo sermone habito cum Canonicis, illi me deduxerunt ad gazophilacium templi. Ibiq; oculis meis exposuerunt feretrum cupreum deauratum Apostolorum imaginibus interstinctum, in tres veluti distinctum capsulas laminis tribus deauratis, quod opus antiquissimum iudicauerunt adhibiti aurifices; cuius longitudo quinque fere pedes æquat; in cuius margine tales inscribuntur versus:

Duplex vita tenet cælos, hic ossa tenentur,  
Sufficit ad titulum. Celestinum capit aula,  
Ossa signillauit hic operosa manus,  
Gaudent in cælis Cornelius & Cyprianus.  
Vita Celestini gladio fuerat data fini;



## De translat. Reliq. D. Cypriani.

*Cornelius gladij suscepit acumine funus,  
Cum quo bis deni gladio ceduntur & vnus;  
Carnificisque manu sic passus erat Cyprianus.  
Hic Celestinum sanctos locat & Cyprianum.  
Hic est demonium pellens, morbumque caducum,  
Hæc breuis arca, patres coniungit Apostolicos tres.*

Et certe Ludouicus pius, fundator fuit Rothnacensis Ecclesiæ; cuius filij Caroli tempore, reliquiæ D. Cypriani ad monasterium nouum (quod dicunt esse Endense iuxta Aquisgranum) Lugduno fuerunt delatæ. Cuius monasterij Abbas aliquando fuit Dominus temporalis totius territorij Rothnacensis, quod vendidit postea Guidoni Comiti Flandriæ; ex quo Abbate, tales se suscepisse reliquias, profitentur. Curauit bona fide exscribendum quod in Archiuo & antiquis codicibus descriptum habebatur. Quæ omnia bona fide exscripta, manu secretarij Capituli D. V. destino. Cui dignas repêdere grates haud opis sit nostræ; cuius indicio contigerit, me sacrum tanti Martyris corpus venerari præsentem, cuius visendi gratia Carthaginem lubens perrexissim.

*In Archiuo verò hæc leguntur.*

Post multa curricula annorum, gloriosissimo Karolo Francis imperante, contigit legationem Francorum ferentes illustres ac sapientia circumspectos legatos, transitum per Africam fecisse. Hi cum Carthaginem ditutam, & loca venerabilia sanctorum Martyrum, reuertentes à Rege Persarum Aaron, qui excepta India totum pene tenebat Orientem, vidissent, facile sibi conciliato Principe, ac fauorem re tali præstante, pro magno munere rogauerunt, vt ossa beati Cypriani eis ferenda permitteret. Quod ille non magni ducens, continuo postulata concessit, vtque Imperatori, cuius gratiam omnium Regum qui in toto orbe terrarum erant ac Principum amicitia præponeret, ipsi ea ferrent, libenter assensit. Cùmque venerabiles Legati, ingentia dona, Martyrum scilicet reliquias, ferentes; & beati Sperati Martyris membra, qui vnus fuit de illis 1200. Martyribus præclarissimis Schilichanis, caput etiam gloriosi Martyris Panthaleonis, secum cum beatis ossibus Cypriani habentes, reuertenterur; prosperis vsi velis, tandem peruenerunt Arelatem; ibique sacrorum membra Martyrum signata interim relinquentes, legationem suam glorioso Imperatori renunciare, multo iam exacto tempore, festinauerunt; & vt animum Regis de legatione strenue peracta reconciliarent; inter alia de Sanctorum reliquiis ab Africa deportatis animum eius attollunt. Vnde ille plurimum lætus, eas tam diu apud Arelatem digna veneratione reseruari iussit, donec ipse magno aliquo opere in regno suo templum conderet, vbi tam pretiosum pignus ingenti cultu & ornatu reponeret. Sed emergentibus causis, dum opus tardius construitur, occasionem nactus Leuidradus venerabilis, Lugdunensis Episcopus, gloriosum Imperatorem rogauit, quatenus ad suam ciuitatem deferre beata Martyrum ossa ei liceret. Annuit Imperator, sed & idem ocuis opus suum perfecit. Cum honore ergo in ciuitatem Lugduni deportata sunt, ibique in maiori Ecclesia beati Ioannis Baptistæ ac Sancti Stephani Martyris aliquanto tempore sunt custodita, & ad defensionem ciuium, Deo id misericorditer operante retenta. Imperatore verò iam votum suum de ædificatione templi non longe alias transferente, Sanctus Episcopus beatissimas reliquias gloriosorum Martyrum post venerabile & sacrum altare decentissima sepultura recondidit, ac posteris ciuibus suis profuturum honorabiliter commendauit. [ Sed post, interposito tempore, glorioso Karolo regnante Ludouici filij Imperatoris filio, reliquiæ iterum beati Cypriani ad Monasterium nouum, quod idem Rex Augusto opere construxit in Cœpendio palatio, Deo iubente translatae sunt. Referuntur autem cum beato Cypriano passi, Crescentianus, Victor, Rosula & Generalis. Amen.

Descripta sunt hæc ad verbu ex Adonis Martyrologio, ex quo etiã quada cãstigauit.

Hucusq; Ado.

DE DI-

## DE DIVI CYPRIANI SCRIPTIS IOANNIS TRITHEMII Testimonium.



CYPRIANVS Ecclesiæ Carthaginensis in Africa Episcopus, vir doctus atque sanctissimus, multis annis Rhetoricam gloriose docuit, & in omni literatura seculari doctor magnificus fuit. Deinde persuadente presbytero Cæcilio, a quo sortitus est cognomen; ad fidem Christi conuersus, omnem substantiam suam pauperibus erogauit. Ac non multo post in presbyterum electus, etiam Episcopus ordinatus est. Qui cum in diuinis scripturis studiosus esset; ad ædificationem fidelium multa vtiliter edidit, & subiecta volumina Latino sermone conscripsit: videlicet; De gratia Dei ad Donatum, contra Demetrianum, De pietate & eleemosyna, De laude martyrij, de Zelo & liuore. De bono patientiæ, De mortalitate, De virginitate, De Lapsis, De sacramento calicis, De vnitatem fidei, De oratione Dominica, De vanitate idolorum, De vita clericorum, De duobus montibus, Ad Antonianum de Nouato. De Iudæis ad Quirinum, libros duos. Ad Cornelium Papam Epistolas octo. De aleatoribus. Ad Iubaianum. Epistolarum ad diuersos librum vnum. Sed & alia multa composuisse dicitur, quæ ad manus nostras non venerunt. Libellus de duodecim Abusionibus sæculi, Cypriano à plerisque adscriptus, phrasin eius non redolet. Passus est tandem sub Valeriano, eo die quo Cornelius Romæ, sed non eodem anno, videlicet anno Domini CCXLVIII. Indictione XII. XV III. Kal. Octobris.

## VITA D. CYPRIANI CAR- THAGINIENSIS, EX IPSIVS SCRIPTIS COLLECTA, Per Iacobum Pamelium.



MIRABUNTUR scio plerique, quidam *ταυτολογίας*, alij temeritatis fortassis arguent, quod post tot sanctorum veterum Elogia, velut anser (quod aiunt) inter olores, D. Cypriani vitam denuo describendam susceperim. Verum aduertant quæso illi, non nouo me exemplo id facere; quippe quum ante me id adtentarint, de D. Ambrosio post Paulinum presbyterum Io. Costerius; de D. Chrystostomo post Palladium & Theodorum Erasum Roterodamus; idem denique post alios complures, & post eum longe eruditiss. Theologus Marianus Victorius de D. Hieronymo. Spero itaque & me non ingrati studio operam nauatorum, si de D. Cypriano, tum, quæ ab aliis compendij gratia prætermissa sunt, ex ipsius scriptis suppleam, tum, quæ cum historiæ veritate minus consentire videntur, pro viribus in concordiam redigam; vt ita tandem illius ætatis Africana historia, obscura hæctenus, magis innotescat. Priusquam tamen institutum adgrederiar, ne quis nominum posthac hallucinetur affinitate, paucis demonstrandum venit, plures fuisse Cyprianos, qui in numerum diuorum relati sint: Atque adeo alium esse hunc nostrum Cyprianum Carthaginensem, à D. Cypriano qui Nicomediæ cum Iustina martyrium passus est, item à D. Cypriano Vnizibirensi in Africa Antistite martyre; vt præteream D. Cyprianum Pictauiensem martyrem, cuius festum à Pictaui celebratur 13. Iulij, & D. Cyprianum Abbatem Petragoricum, cuius memini erunt in Martyrologiis Bedæ & Vsuardus 9. Decembris.

Quod vt compendio perstringam, verum esse quod dixi de duobus postremis, nemo est qui dubitet: de Vnizibirensi etiam Cypriano satis id constat, quippe qui longo post tempore (iuxta quod recensent Victor Vticensis libro 2. de persecut. Vandal. & Beda in Martyrolog. ad 12. Octobris) passus sit, cum quatuor milibus noningentis septuaginta sex aliis, sub Hunericho Rege Arriano. Atqui de altero illo Cypriano cum Iustina passo, haud exigua est controuersia, quibusdam magni nominis Auctoribus pro eodem virtutumque reputantibus. Verum ego Aloysij Lippomani sententiæ non assentiri non pos-



## D. Cypriani Vita collecta ex

sum, quod ille à nostro Cypriano prorsum diuersus sit; utpote qui sub alio Imperatore, in alia prouincia, in alia ciuitate, sub alio iudice, cum alia passionis comite, & alio die martyrij coronam adeptus sit. Noster enim Cyprianus, sub Imperatoribus Valeriano & Gallieno, in Africa, Carthagini, sub iudice Galerio Maximo, Comitibus Crescentiano & aliis tribus, X V I I I. Kalend. Octobris passus est. Alter sub Imperatore siue Claudio siue Diocletiano, in Bithynia, Nicomediae, sub iudice Eutholmio, cum Iustina virgine, V I. Kalend. Octobris. Huius quoque reliquiae Romam statim delatae sunt; illius longo post tempore adseruatae in Africa. Quicumque autem tandem possint oboriti scrupuli, ut non me patiar diuelli ab hac nostra sententia, facit Auctoritas Ecclesiae, quae, variis diebus iam praenotatis, vtriusque festum iam olim celebrat. Manifestum id euadit, ex Bedae, Adonis, Vsuardi, Vvandelberti, & Romano Martyrologiis: ac veteri Ms. Sacramentorum libro Bibliothecae D. Bauonis Gandensis, in quo reperire est alias atque alias de illis, Collectas & Praefationes Ecclesiasticas. Nobiscum consentiunt M. Marullus, Raphael Volaterranus, S. Antoninus, Vincentius Bellouacensis & Hermannus Contractus. Astipalantur quoque D. D. Augustinus ac Hieronymus, & Lactantius; dum Oratorem siue Rhetorem, non verò Magum, nostrum Cyprianum fuisse testantur, neque Iustinae virginis vel verbo mentionem iniiciunt: immo verò e contrario, non à virgine, sed à presbytero Cæcilio conuersam tradunt. Adde, quod, si magus fuisset, non diceret D. Pontius, bonis illi artibus ante Christianismum imbutum fuisse. neque ipse Cyprianus Epist. ad Donatum, ubi suam narrat conuersionem & usque adeo in daemones inuehitur, id reticisset. Verum de hoc plus satis. Vnum hoc hic adhuc praefandum duxi, nostro huic Martyri, praeter Cypriani nomen, fuisse etiam praenomen Thascij, idque æthnicis notum magis, ut patet ex passione ipsius per Pontium & Prudentium. Qui quum constanter legant: Thascius, non: Tadius, aut: Thacius, seu: Statius, prorsus illud legere oportet apud D. Augustinum, Paulum Diaconum, ac Adonem; praesertim quum ipse Auctor se Thascium nuncupet Epist. ad Florentium Pupianum. Rem ipsam aggrediamur. Qui linguas itaque infantium facis disertas Deus, tuque sanctissime Christi Martyr Cypriane (ut cum Diuo Nazianzeno loquar) ex alto propitius nos respice, & nostrum sermonem ac vitam dirige.

Epist. 69.  
Tom. 2.

CYPRIANVS, qui & Thascius vel ipso teste, episto. iam dicta, Carthagini natus est ciuitate Africæ primaria, de qua infra ad Concilium Carthaginiense latissime. Parentum suorum nusquam meminit; at D. Gregorius Nazianzenus diuitiis clarum fuisse scribit, potentia conspicuum, genere cognitum; immo senatorij ordinis illi nobilitatem adscribit. Quorum illud, quod ad diuitias adinet, ex hoitis aliisque bonis ab ipso distractis satis constat. Institutio fuit liberalis; & bonis artibus ac studiis (D. Pontio teste) pectus eius à tenera adoleſcentia imbutum est. In tantam etiam venit gloriam eloquentiae (inquit D. Hieronymus) ut Oratoriam quoque publicè doceret Carthagini. Quo tempore fuisse illi se sodalem indiuiduum, significat sua ad ipsum Epistola Donatus: Cre. lo (inquit) te retinere sanctissime Cypriane, quæ nobis fuerit apud Oratores garrulitas, vnus sensus, vna cogitatio, indiuidua lectio. Causarum verò patronum etiam aliquandiu fuisse, mihi sic verisimile ex Epistola ipsius ad eundem Donatum, ubi verbis vititur foro tantum non propriis. Procul igitur abest ut Magus fuerit, quum etiam apud æthnicos omni functione tales excluderentur; praesertim & Lactantio adfirmante Institut. diuin. libr. 4. cap. 1. magnam illum sibi gloriam (non ex Magia) peritissimum fuisse, ex eo probatur; quod postea Christianus factus, peculiari pæne sibi soli scripturarum & potissimum Psalmorum vratur versione; ut certo mihi persuadeam, de ipso inter ceteros verisimum esse illud Diui Augustini, quod vnusquisque ex Græco propriam sibi interpretationem scripturarum commentatus sit; atque hinc factum, ut sua ætate tot essent, tamque variae editiones latinæ: ut præteream quod subinde Græcis vratur vocibus; & in hoc quoque Tertulianum imitetur, quod citet Euangelia, & Matthæum, & sic de ceteris.

Lib. Tribus  
Test. ad  
Quintum.

Atque hæc de ipsius institutione ante baptismum. Inter ipsa fidei suæ prima rudimeta, postquam & sacras litteras didicit; statim quod sibi profuturum putabat inde arripuit

Ita

## ipsius scriptis per Iacob. Pamel.

Ira factum, ut & continentiam tueretur, & distractis rebus suis omnem substantiam in pauperes erogaret; idque teste Pontio, adhuc Catechumenus; ut ante pæne caperit perfectus esse, quam disceret. Catechistam habuit, qui & illum ad agnitionem veræ fidei traduxit, Cæcilius (non Cæcilianus ut male habent exemplaria Pontij) presbyterum; à quo & Cæcilij praenomen sortitus est; cuius ipse quoque meminit Cyprianus dicta ad Florentium Epistola. Collegam verò illi in baptismo fuisse Donatum illum de quo supra; tum Donatus ipse, tum Cyprianus apertius significat sua ad illum Epistola: Scis ipse (inquit) & pariter mecum recognoscis, quid detraxerit nobis, quidue contulerit, mors ista criminum, vita virtutum. In qua Epistola ita stilum suum exercet; tali vititur adparatu verborum pompæque sermonis, quali postea nunquam. Quod consulto fecisse illum putat D. Augustinus libro 4. de Doctrina Christiana, cap. 14. ut sciretur à posteris, quam linguam doctrinæ sanitas ab ista redundantia reuocarit, & ad eloquentiam grauiorem modestiorémque restrinxerit; qualis & in aliis eius scriptis seure amatur, religiose adpetitur, sed difficile impletur. In quibus suis scriptis omnibus, quam perpetuo Tertullianum imitetur, sæpissime commonstrauimus; vnum hoc loco ea de re suffecerit D. Hieronymi testimonium: Vidi ego (inquit Catalog. script. Ecclesiast.) quendam Paulum, Concordiæ, quod oppidum Italiae est, senem, qui se Beati Cypriani iam grandis ætatis Notarium, cum ipse admodum adoleſcens esset, Romæ vidisse diceret, referréque sibi solitum: nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione vnã diem præterisse, ac sibi crebro dicere solitum: Da magistram, Tertullianum significans. Verum hæc de stilo ipsius sufficiant. Adhuc Neophytus Cyprianus per omnia Ecclesiastica munia ad presbyterium promotus est. In quo qui se gesserit, longum esset (inquit Pontius) ire per singula; ad probationem bonorum operum hoc satis esse arbitror, quod mox ad officium sacerdotij & Episcopatus gradum electus sit. Quam inuitus verò, quum iam ea de causa se subduxisset, quanta flagitatione, quanta vi ad Episcopatum raptus sit, latius prosequitur Pontius; eo ipso profecto dignus magis, quod se indignum existimaret. Atque id est quod ad plebem suam scribens de se dicit: Sacerdoti quem tanto amore & ardore fecistis. Et de eadem sua ordinatione loquitur in hæc verba Epistola ad Cornelium 7. de Fortunato & Felicissimo: Quando Episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi vniuersi suffragio deligitur. Vbi etiam satis insinuat, quendam Donatum fuisse suum in Episcopatu proximum Decefforem; non verò Agrippinum illum, qui primus hæreticos rebaptizandos censuit. Quamquam enim Epistola ad Quintum, hunc bonæ memoriæ virum dicat; addit tamen: cum cæteris coepiscopis suis qui illo tempore &c. quum alioqui dicere debuisset: nostro tempore; & ad Ianuarium, sententiam illam iam pridem ab Antecessoribus suis statutam dicit; ad Iubaianum verò, multos iam annos & longam ætatem intercessisse, ex quo sub Agrippino Episcopi plurimi hoc statuerint. Nuncupat quidem D. Augustinus libr. 2. contra Donatistas cap. 7. Agrippinum Cypriani prædecefforem, sed non proximum; & libro 3. cap. 12. verbis infra citatis, nobiscum sentire se satis ostendit. Pro nobis etiam facit, quod dicta ad Cornelium Epist. meminerit Cyprianus Concilij Lambesitani iam antea celebrati, in quo condemnatus fuerit Priuatus hæreticus; quod ego post illud Agrippini Concilium conuenisse censeo. Et eo quoque posterius videtur, illud sub Antecessore Cypriani celebratum concilium, cuius meminit Epistola ad Farnitanos, quo statutum narrat; ne quis excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, pro eo defuncto non oraretur.

Porro de tempore quo cooptratus est ad Episcopatum Cyprianus, difficultatis est plurimum. Etsi enim Epistola ad plebem de quinque presbyteris, in secessu biennium se transeſſisse significet, & dicta Epistola ad Cornelium iam tum quadriennio se dicat in Episcopatu probatum; hos tamen quatuor annos conciliare cum annis Consulum, Decij Imperatoris, & Pontificis Cornelij, hoc opus hic labor est. Usque adeo ut Oedipo quopiam coniectore sit opus, neque videam quo pacto ex hoc Labyrintho extricare me queam; atque adeo etiam tacere mallet, nisi pollicitis standum foret. Ego certè, ex eo quod eam Epistolam scriptam constet, anno quinto Episcopatus Cypriani, instante, immo iam cæpta, persecutione quæ sub Gallo & Volufiano facta est, qua paulo post in

c ij



## D. Cypriani Vita collecta ex

exilium missus, & postea etiam passus est Cornelius; ita colligere mihi posse videor. hos quatuor annos, ut anno à Christo nato ducentesimo quadragesimo nono, in Episcopum delectus & ordinatus fuerit Cyprianus. Verum dissoluendi veniunt nodi duo, uti est in proverbio, plane Gordij, tum de biennio quo in secessu fuit Cyprianus, tum de tempore ordinationis Cornelij in Episcopum Romanum. Quod enim ad illud adinet, quum non nisi post eadem Philipporum Cæsarium exordium suum ceperit septima illa sub Decio Imperatore Christianorum persecutio, qua Fabianus Romanus Pontifex passus est; difficile est inuenire biennium integrum; præsertim, quod vix duobus annis videatur imperasse Decius, & tamen post Paschæ ex secessu rediisse Cyprianum constet, iam occiso tyranno & pace Ecclesiis reddita. Hic si dicamus anno 250. passum Fabianum, nihil erit scrupuli, sed obstat calculus annorum 14. qui ipsi tribuuntur. Quare si hunc numerum saluum velimus, cum plerisque historicis diuinandum erit, statim à Philipporum clade secessisse Cyprianum, paulo plus dimidia anni parte ante obitum Fabiani; quod si sub Pascha anni 250. contigisse dicamus, inde ad Pascha vsque anni 252. duo anni computantur. Quam coniecturam nostram probabilem facit, quod dicto anno 250. in fastis Romanorum consulum ponatur initium Imperij Decij; & tamen inter Philippos & Decium intermedium à quibusdam ponatur Imper. Cæs. Mapinus P. F. Augustus; qui paulo post interfectus sit. item quod satis insinuet Marianus Scotus, occisos Philippos mense Ianuario, dum imperasse eos dicit ad Kalend. vsque Februarias. Pro eadem facit, quod scribit Dionysius Alexandrinus Epistola ad Fabium Antiochenum apud Euseb. Eccl. hist. libr. 6. cap. 31. Alexandria anno integro ante edicta principalia persecutionem hanc septimam sumpsisse exordium, ministro quodam Dæmonum superstitionis vulgaris agitante. Videtur ergo & Carthagini plebs persecutionem cepisse iam ante edicta Decij, præsertim, cum Cyprianus non vno in loco plebis se ad leonem postulantis, Imperatorij verò decreti (vbi postea Epistolis ad Antonianum & Successum) nusquam in secessu meminerit. Maior est scrupulus de initio Pontificatus Cornelij, ob locos quosdam Cypriani prima sibi inuicem facie contrarios, ut omitam iam olim receptam historicorum sententiam, quod non diu vacauerit sedes Romana inter Fabianum & Cornelium; & quorundam quod sub Decio vterque passus sit: contra tamen, disertis verbis indicat Clerus Romanus Epistola 2. ad Cyprianum, diu, immo anno integro tum vacasse Pontificatum; dum & nondum sibi Episcopum post excessum Fabiani constitutum scribit, & paulo ante gratias illi agit, de missis ad confessores Romanos litteris, quibus felicitates illorum condignis laudibus prosecutus fuerat. At qui illæ ad confessores litteræ, præsertim priores, prorsus conuincunt, per annum in carcere illos fuisse: & vero non nisi post mortem Fabiani coniectos illos in vincula, testatur in illius vita Damasus. Huius verba sunt: Post passionem verò Fabiani, Moyfes & Maximus presbyteri, & Nicostratus Diaconus, comprehensi sunt & in carcerem missi. Ipsius verò Cypriani: Eant nunc Magistratus & Consules siue Proconsules, annuæ dignitatis insignibus & duodecim fascibus gloriantur; ecce dignitas cælestis in vobis honoris annui claritate signata est, & iam reuertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate transfreta est. Vbi etiam hyberno tempore comprehensos illos insinuans, prorsus cum Damaso consentit. Iam verò Decio superuixisse Cornelium, adserit Cyprianus Epist. ad Antonianum: Qualis (inquit) firmitas fidei? Sedisse intrepidum Romæ in sacerdotali cathedra, eo tempore, quum tyrannus infestus sacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur. Et paulo post: Cornelius, quantum ad eius deuotionem pertinet & timorem, passus est quicquid pati potuit; & tyrannum armis & bello postmodum victum, ipse prior sacerdotio suo vicit. Cui tamen rursus aduersari videtur epistolis duabus primis ad Cornelium, vbi conuentus Episcoporum meminit, qui videtur fieri non potuisse ante pacem datam, atque adeo neque ante eadem Decij; & tum primum nihilominus electionem Cornelij pro legitima agnoscit, repudiata Nouatiani electione schismatica. Quid hic dicam, quo me vertam, quo pacto me extricem non video; præsertim quum duas ordinationes mense Decembri à Cornelio factas commemoret Damasus, & si dictam sententiam amplectamur de 14. annis Fabiani & anno integro vacationis; vix

vno

## ipsius scriptis per Iacob. Pamel.

vno anno potuerit Pontifex esse Cornelius, aut saltem non duobus Decembribus. Perplexum etiam me magis reddit, quod incertum sit; quo anni tempore Pontificatum inierit Cornelius, etiam apud Onuphrium doctissimum illum Chronographum. Nam quem in Epitome Romanorum Pontificum XIIII. Kalendas Aprileis, in Chronico non ita pridem edito IIII. Idus Iulias creatum dicit; & aliter rursus Christianus Massæus chronic. libr. 9. delectum scribit XXVII. Ianuarij. Ego equidem, vero non absurdum existimabam, electum quidem anno 251. Cornelium mense Iulio, & non ordinatum nisi anno sequenti. Sed obstat, tum quod Moyfes confessor paulo post Martyr, & Nouatianus ipse, subscripserint adhuc dictæ Cleri Romani Epistolæ; teste Cypriano epistola ad Antonianum; ita ut non nisi anno integro post Fabiani decessum; potuerit schisma Nouatiani contingere; tum quod non diceretur sedisse Romæ in sacerdotali cathedra ante ordinationem; ut præteream, quod eo ipso loco satis insinuetur, iam prius & delectum & ordinatum fuisse. Quare non vico aliud effugium, quam ut dicamus 13. dumtaxat annos in Pontificatu vixisse Fabianum, & passum anno 250. iam occisus, illis ipsis diebus, Philippis Imperatoribus; quo etiam anno Cyprianus post Pascha secesserit. Atque ita anno euoluto & vno atque altero mense, anno 251. creatum Cornelium, ac mox ab ordinatione ipsius, confessores Romanos à Nouato seductos, vbi primum carcere prodierunt schisma excitasse, ac Nouatianum Episcopum fecisse. Atque adeo sedisse Romæ Cornelium anno fere integro vsque ad Decij tyranni eadem, quum multo (inquit Cyprianus) patientius & tolerabilius audiret leuari aduersum se æmulum Principem, quam constitui Romæ æmulum sacerdotem. Neque tamen antea, omnium Episcoporum Africæ suffragiis pro legitima habitam ipsius ordinationem, quam pace iam data, anno 252. in concilio 1. de lapsis paulo post Pascha; iuxta quod indicat Cyprianus epistola ad ipsum prima. Anno verò 253. sub Imperatoribus Gallo & Volusiano passum Cornelium, imperante cum illis adhuc Q. Herennio Hetrusco Decio senioris Decij filio. Nam eo anno demum interfectum illum testantur Fasti Consulares; Decium verò illum qui paulo post patrem interfectus est, nuncupant C. Valentem Hostilianum Mefs. Quinctum, ipsius Decij non filium sed generum; cui vxor fuerit Herennia Hetruscilla Imperatoris Decij filia, quemadmodum ex antiquis numismatis comprobatur Onuphrius. Quam sententiam si sequamur; & conciliabuntur Historici, quorum alij sub Gallo & Volusiano, alij sub Decio passum Cornelium scribunt; & cæteri etiam scrupuli eximentur. Neque verò etiam necesse erit ad illud confugere, quod supra coniecimus; ut ante mortem Fabiani Cyprianus secesserit. Obstat tantummodo, communis chronographorum sententia, quod quatuordecim annis federit in Pontificia sede Fabianus. At contra, nobiscum sentit Eusebius in Chronicis, non modo iuxta excusa exemplaria (ne forte quis mendum subesse suspicetur) sed & iuxta Ms. codices Bibliothecarum D. Victoris & D. Genouesces apud Lutetiam Parisiorum. Neque multum dissentit Marianus Scotus, qui est ex Martyrologiis alleget annos 14. prius tamen tredecim dumtaxat annos Fabiano adtribuit. Martinus item Polonus non amplius quam tredecim annos & aliquot menses enumerat. Per me interim licet vnicuique hic in suo sensu abundare, dummodo dictos locos Cypriani inter se & cum alijs Historiis in concordiam valeat redigere; immo verò pergratum fuerit, si quis aliud quid adinuenerit quod probetur magis; quippe qui hæc tam late ea solum de causa tractauerim, ut alijs ansam præberem veritatis diligentius inuestigandæ.

Anno igitur (ut ad institutum redeat oratio) à Christo nato 249. in Episcopum delectus est Cyprianus, Imperatoribus Cæsaribus M. Iulio Philippo August. II I. & M. Iulio Aug. F. Philippo Aug. I I. Consulibus, qui fuit 13. Fabiani Pontificis, & Millefimus ab vrbe condita; quod ex Ludis sæcularibus dicto consulatu celebratis testatur faciunt nummi veteres. Episcopatum autem gessit toto decennio & aliquot mensibus, ad X V I I. vsque Kaléd. Octobris anni 259. In quo administrando quæ illi pietas, qui vigor, quanta censu, quanta misericordia, quanta sanctitas, ex sequentibus manifestum euadet. Principio adhuc pace Ecclesiæ perdurante, in eam curam totus incubuit, ut Disciplinam diuinitus traditam, restitueret, quam (vel ipso teste) pax longa corruperat; atque hoc est quod de

c iij

Libr. de  
Lapsis.

Epist. 15.  
Epist. 55.  
Epist. 52.  
Epist. 82.

Epist. 31.

Epist. 16.

Epist. 52.

Epist. 41.  
Epist. 42.

Epist. 52.

Epist. ead.

Epist. 41.

Libr. de  
Lapsis.



## D. Cypriani Vita collecta ex

Epist. 55.  
Tom. 2.

se dicit: In quiete seruens disciplinae. Quae eius verba à priori me sententia reuocant, quam in Adnotationibus meis infra reperire est; vt etiam primo loco inter ceteros tractatus, non tamen (quod ibi censebam) à presbytero adhuc sed iam Episcopo, librum de Disciplina & habitu Virginum hoc primo Episcopatus anno conscriptum putem.

Anno verò 250. Consulibus Fulvio Æmiliano & Vettio Aquilino, non multis elapsis in Episcopatu mensibus (vnde sic vt statim id contigisse dicat Pontius) iam passo Fabiano & in carcerem Romae coniectis Moyse, Maximo, Nicostrato, Celerino, Rufino, Urbano confessoribus; pro meritis talibus Proscriptionis gloriam promeruit Cyprianus; Proscriptus adplicito & adiuncto Episcopatus nomine. Publicè enim lectum fuisse testatur ipse epistola ad Pupianum: Si quis tenet vel possidet de bonis Cæcilij Cypriani Episcopi Christianorum; vt (inquit) etiam qui non credebant Deo Episcopum constituenti, vel diabolo crederent Episcopum proferenti. Mox deinde, quum hæc plebi ethnicæ non sufficerent, sed (vti ad Clerum Romanum scribit) turbationis impetu primo, clamore violento ad leonem eum populus repetitis suffragiis flagitaret; non tam suam salutem quam quietem publicam cogitans, secessit, ne per inuerecundam præsentiam suam, seditio, quæ cœperat, plus prouocaretur. Ante tamen secessum, aliquod confessionis pro Christo specimen ab illo editum, colligi videtur ex verbis illis epistolæ sæpe dictæ ad Cornelium: In circo, in Amphitheatro diuinæ dignationis testimonio honoratus. Quo verò secesserit, reperire non licuit; at secessisse cum illo Victore diaconum sit verisimile ex epistola ipsius 1. ad Clerum, fortassis eum ipsum, qui postea cum illo passus est. Illud constat, ægre tulisse illius secessum Romanos presbyteros sede iam vacante; quod id testentur tum ipsorum ad Clerum Carthaginensium litteræ, tum ad ipsos Cypriani purgatoria epistola. Immo & Carthagini non defuisse, qui secessum calumniarentur patet, tum ex Pontio, qui multis verborum ambagibus illum excusat, tum ex frequentibus ad suum Clerum & plebem Cypriani litteris, quibus quod latebram tenere se purgat. Duas verò potissimum sui secessus causas adfert. Priorem, quod ex diuino mandato id fecerit. Hinc est illud epistolæ ad Clerum de presbyteris qui Lapsis temere pacem dabant: Audietis omnia quando ad vos reducem me dominus fecerit, qui vt secederem iussit; cui similia reperire est in vita ipsius per Pontium. Alteram, ne præsentia sui gentiliū inuidiam prouocaret; præsertim quum aliorum presbyterorum non esset tam inuidiosa præsentia. In hoc secessu, etsi absens corpore (verbis eius vti pergo) nec spiritu tamen nec actu nec monitis defuit, quo minus, secundum Domini præcepta, fratribus, in quibus posset, sua mediocritate consuleret. Et quid egerit, loquuntur imprimis epistolæ numero 13. quarum exemplaria ad Clerum Romanum misit; quarum pleraque, ne hic sim æquo prolixior, suo ordine quo epistola 15. commemorantur, ab epistola tertia ad illam vsque reperiet lector. Deinde omnes illæ, quæ prima epistolarum classe continentur, summam ipsius vigilantiam abunde produnt; præsertim constitutis qui sua vice fungerentur, tum Tertullo presbytero, postea Episcopo, & Rogatiano seniore postmodum martyre, tum Britio & Numidico presbyteris. Eodem secessus tempore, quem ad biennium perdurasse docet dicta ad Clerum epistola de 5. presbyteris conscriptos existimo libros eius de Spectaculis, de Disciplina & Bono pudicitiae, & de Laude Martyrij.

Atqui absentis Cypriani animum angebat haud parum, Lapsorum (quos sacrificatos & Libellaticos vocat) impudentia, qui, quum initio Decianæ persecutionis sacrilegis contactibus manus suas atque ora maculassent, vel nefandis libellis conscientiam polluisent, exambibant (inquit) ad Martyres passim, Confessores quoque importuna deprecatione corrumpabant, vt sine discrimine vel examine singulorum darentur Libellorum milia. Immo verò presbyterorum quorundam temeritas; qui siue prece siue pretio conducti, pacem temere Lapsis dabant, citra Episcopi conscientiam. Huc pertinent Epistolæ illæ tres, ad Clerum, ad Martyres, ad Plebem, de Lapsis qui pacem petierant, cum plurimis sequentibus. In quibus ita suam hac de re definit sententiam, vt exactam penitentiam, ante exomologesin factam, ante manum ab Episcopo & Clero impetratam, ad communionem non admittantur Lapsi, neque nomen eorum in Ecclesia recite-

Epist. 55.  
Epist. 69.

Epist. 15.

Epist. 55.

Epist. 6.

Epist. 3. et 15.

Epist. 10.

Epist. 35.  
& 3.

Epist. 15.

Epist. 6. 7.  
& 37. & 40.

Tom. 3.

Epist. 52.  
Epist. 15.

Epist. 10.  
11. 12.

## ipsius scriptis per Iacob. Pamelium.

recitetur. Ita tamen, vt iis qui in infirmitate deprehensi essent, & penitentes communicationem desiderarent, subueniretur. Cæterorum vero causæ vsque in pacem Ecclesiæ differrentur, quamuis Libello accepto à Martyribus; & tum primum Lapsorum tractaretur ratio, collatione consiliorum facta, cum Presbyteris, Diaconis, ac Laicis stantibus, id est, iis qui in fide perstiterant. Quod ipsum etiam definitur Clerus Romanus, ac Moyse & Maximus, cæterique Confessores, vt ex ipsorum epistolis constat; & cum illis etiam Nouatianus, Cypriano teste ad Antonianum, contra tamen quam postea sensit, vt infra latius. Immo vero anno secundo secessus Cypriani, anno (inquam) 251. sede Fabiani adhuc vacante, celebrata Romæ Synodus de Lapsis idipsum censuit; facit eius mentionem Clerus Romanus epistola 2. ad Cyprianum. Atque hæc prima fuit Ecclesiæ de Lapsis sententia, quæ postea tamen legitima ex causa bis immutata est. Ad cuius intellectum maiorem, tribus, quod aiunt, verbis indicandum est, quid discrepent libelli Lapsorum à libellis Martyrum, ne quis nominum affinitate falsus, Cyprianum secus, quam sensit, intelligat. Libelli igitur Lapsorum, quos Proconsuli offerebant, vt euaderent supplicia, hæc reperitur, epistola ad Antonianum, formula: Ego prius legeram & episcopo tractante cognoueram, non sacrificandum idolis, nec simulachra seruum Dei adorare debere, & iccirco ne hoc facerem quod non licebat, quum occasio libelli fuisset oblata (quem nec ipsum acciperem, nisi ostensa fuisset occasio) ad Magistratum veni, vel alio eunte mandauit: Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aram diaboli me venire non posse; dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam. Cui similia videtur libro de Lapsis. Libelli autem Martyrum exemplar non inueni disertis verbis expressum in Cypriano, sed specimen quoddam præbet epistola illa breuis à Luciano nomine Confessorum omnium conscripta seu conficta potius, in hæc verba: Scias nos vniuersis, de quibus apud te ratio constiterit quid post commissum egerint, dedisse pacem: & hanc formam per te & aliis Episcopis volumus innotescere. Quod, vt fiat clarius, iam olim, etiam ætate Tertulliani (vti constat ex libro eius ad Martyres) vetus erat consuetudo vt Lapsi ad carceres commeantes pacem à Martyribus peterent, præquam pro Christo mortem caperent. Illi vicissim petentium desideria ponderantes, merita quoque singulorum & delictorum genera expedientes, pacem quibusdam concedebant, eamque libello à se subscripto signatam ad Episcopum destinabant; qui diligentius examinatis singulorum desiderijs, exomologesi, & mansuptione præuia, ad communionem eos admittebat. Quæ certe pax non aliud fuisse videtur, quam penitentia per Episcopos impostæ relaxatio, atque adeo indulgentiarum genus quoddam. Accessit absentis Cypriani animo tabescenti dolor maior, accessit alia persecutio, & alia tentatio, quod infesta tempestas (rursus verbis eius vtor) quæ plebem maxima ex parte protrauerat, etiam cleri portionem sua strage perstringeret; quod nempe non modo ex clero quam plurimi Christi fidem desererent tormentorum metu, sed etiam semel Christum confessi confessores, gloriam suam vita improba commacularent. Quod quidam etiam Presbyteri plusculum sibi auctoritatis arrogare presumerent, atque adeo schismatis fomenta quædam ministrarent. Hi quum initio inter se δις δις παροι dissentirent, postea tamen vnum schisma fecerunt. Erant enim quinque numero, qui, vti iam diximus, temerè nimis pacem & communionem Lapsis concederent. Alij quidam, & inter hos Nouatus & Fortunatus, omnem omnino pacis spem illis præcludebant. Quum vero & ad horum scripta rescribere differret Cyprianus, & certi aliquid præterea nollet de Lapsis ante pacem Ecclesiæ datam statuere; criminibus in vnum conuenientibus, ex vtraque sibi mutuo repugnante, conflata est vna factio. Atque hoc est, quod epistola quadam de quinque scribit presbyteris, qui se Felicissimi factioni coniunxerant. Eandem enim Felicissimi fuisse quæ Nouati erat, manifestum sit, tum ex eo quod illum signiferum seditionis & ducem factionis nuncupet Cyprianus, tum quod de Nouato in hæc verba scribat ad Cornelium: Idem est Nouatus, qui apud nos ptimum discordiæ & schismatis incendium seminavit, qui quosdam istic ex fratribus ab Episcopo segregauit, qui in ipsa persecutione, ad euertendas fratrum mentes alia quædam persecutio nostris fuit. Ipse est, qui Felicissimum satellitem suum, Diaconum, nec permittente me nec

Epist. 15.

Epist. 26.  
ac 30.

Epist. 52.

Epist. 37.

Epist. 52.

Tom. 2.

Epist. 17.

Epist. 6.

Epist. 40.

Epist. 38.  
ac 55.  
Epist. 49.



## D. Cypriani Vita collecta ex

iciente, sua factione & ambitione constituit. Vbi & hæc de illo adiicit: Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ; pecuniæ quoque Ecclesiæ denegatæ; has de illo exigunt pœnas, quas in eius furore conspicimus. Pater etiam eius in vico fame mortuus, & ab eo in morte postmodum nec sepultus. Vterus vxoris ( adlegebantur enim tunc etiam coniugati in Presbyterorum ordinem ) calce percussus. Hanc conscientiam criminum iampridem timebat; propter hanc se non de presbyterio tantum excitari, sed & communicatione prohiberi pro certo tenebat; & vrgentibus fratribus imminerebat cognitionis dies, quo apud nos caussa eius ageretur, nisi persecutio ante venisset. Similia facinora narrat alibi Felicissimi: Ad rapinas (inquit) & fraudes eius, quas dilucida veritate cognouimus, etiam adulterij crimen accessit. Neque vero sanctiores fuisse quinque illos presbyteros, patet ex epistola ad Cornelium sæpe citata, vbi plerisque illorum, ob nefanda sacrificia & crimina in se probata, sententia nouem episcoporum (en conuentum Africæ Cypriano absente) condemnatos dicit. Erant hi, Felix, Iouinus, Maximus, Repostus, & Fortunatus; quorum iste postea à veteri hæretico Priuato & aliis quatuor Carthagini Pseudepiscopus constitutus fuit. Haud parum interim commendanda venit Cypriani etiam adhuc delitescens vigilantia, qui Caldonio & aliis Episcopis scripserit, vt Felicissimum & complicès excommunicarent, idque in hæc verba: Quum Felicissimus comminatus sit, non communicaturos in monte secum, qui nobis obtemperassent, id est, qui nobis communicarent; accipiat sententiam quam prior dixit, vt Abstentum se à nobis sciat: Quod ipsum se fecisse Episcopi rescripserunt: Abstinuimus (inquiunt) communicatione Felicissimum & Augendum, item Repostum, &c. quæ verba ea de caussa huc adduxi, quod veterem contineant excommunicationis formulam, quali tamen etiamnum vtimur.

*Epist. 38.* Ad plebem vero insuper scripsit Cyprianus, vt diligenter sibi cauerent à lupis illis O-uile dominicum infestantibus, vt ab eorum contagione discederent, & sermones eorum velut cancer & pestem fugiendo vitarent. Seruatus est itaque ad hoc à Domino Cyprianus in secessu, vt ipse postmodum martyrio destinatus, prius ad Dominum complures sua exhortatione martyres præmitteret, qui alioqui incentiuo tubæ celestis destituti, à fide excidissent. Huc pertinent, tum dictus liber de Laude Martyrij, tum epistolæ ipsius ad Romanos ac Africanos Martyres. Seruatus est deinde (inquit Pontius) vir iste ingenij præter cætera etiam spiritualiter temperati, qui inter resultantes schismatum fluctus, Ecclesiæ iter medium librato tramite gubernaret. Postquam enim hæc flagitia à factione Nouati & Felicissimi in Africa designata sunt, dicto anno 251. Imp. Cæsar. Cn. Messio Traiano Decio Aug. I I. & Annio Maximo Grato consulibus, ipse Nouatus (inquit Cyprianus epistola ad Cornelium sexta) cum sua tempestate Romam quoque ad euertendam Ecclesiam nauigans, similia illis & paria molitus est; à Clero portionem plebis auellens, fraternitatis bene sibi cohærentis & se inuicem diligenti concordiam scindens. Et planè, quoniam magnitudine sua Carthaginem Roma debeat præcedere, illic maiora & grauiora commisit. Qui istic aduersus Ecclesiam Diaconum fecerat, illic episcopum fecit. Quam historiam vt latius paulo prosequamur; creatus fuit hoc tempore Romanus Pontifex Cornelius Castini filius. Non tamen ad Episcopatum (inquit alibi Cyprianus) subito peruenit; sed per omnia officia Ecclesiastica promotus, ad sacerdotij sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tum deinde Episcopatum ipsum nec postulauit, nec voluit, nec inuasit; sed quietus & modestus, pro pudore virginalis conscientiæ suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi & custoditæ verecundiæ, ipse vim passus est, vt episcopatum coactus exciperet. Et factus est Episcopus à plurimis collegis qui tunc in vrbe Roma aderant, de dei & Christi iudicio, de clericorum pæne omnium testimonio, de plebis quæ tunc adfuit suffragio, & de sacerdotum antiquorum & honorum virorum collegio; quum nemo ante se factus esset, quum Fabiani locus, id est, quum locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis adhuc vacaret. Contra tamen, Romam quum venisset Nouatus, simulatione quadam sanctitatis, continuo in suas partes pertraxit Nouatianum presbyterum, deinde & confessores quosdam primos in clero, è carcere prodeuntes, de quibus supra, Maximum, Nicostratum, Sidonium, Vrbanum & Macharium; Moysè iam defuncto, & Celerino (vti ex Epistolis de illo

## ipsum scriptis per Iacob. Pamel.

illo perspicuum sit) iampridem in Africam profecto. Et paulopost, gliscente (inquit *Epist. 42.* Cyprianus) & in peius recrudescente discordia, Nouatus Nouatianum Episcopum Romæ constituit; & contra sacramentum semel traditum diuinæ dispositionis & catholice vnitatis, adulterum & contrarium caput extra Ecclesiam fecit. Quæ ordinatio Nouatiani quanta vi facta sit, latissimè prosequitur Cornelius epistola ad Fabium Antiochenum, apud Eusebium Eccl. Histor. lib. 6. cap. 33. & Nicephorum lib. 5. cap. 3. ac 5.

Anno Domini 252. dicto Imperatore Decio & Q. Herennio Etrusco (pro quo quidam perperam olim scripserunt: Rustico) Decio Cæsare illius filio, consulibus; statim post Paschæ (iuxta quod prædixerat) è secessu rediit Cyprianus; iam occisis fraude Galli per Barbaros Gothos Decio patre & eius genero, & pace Ecclesiis reddita. Statim vero conciliando dicto Ecclesiæ schismati omnem nauauit operam. Et imprimis (vti constat ex Epistola 2. ad Cornelium) litteras dedit, quibus Romanum Clerum ad concordiam hortatus est. Deinde concilium Africæ Carthagini indixit, ex quo mox Romam missi sunt Caldonius & Fortunatus Episcopi, qui præsentia sua & consilio eniterentur quantum possent & elaborarent, vt ad catholicæ Ecclesiæ vnitatem scissi corporis membra componerent. Neque tamen e contrario suis partibus decrant Schismatici: verum destinati sunt ad hanc Synodum à Nouatiano (quod habet Epistola 1. ad Cornelium) Maximus presbyter, Augendus Diaconus, Machæus quidam, & Longinus; qui ordinationem Nouatiani Africanis significarent, & libellum famosum aduersus Cornelium secum adferrent. Hi cum in statione inuidiosis conuitiis & clamoribus turbulentis prouerent & flagitarent, vt crimina quæ se adferre ac probare dicebant, publice & à plebe recognoscerentur; non est passus Cyprianus. Quin potius certiores redditi qui illuc plurimi conuenerant Episcopi, ex reditu Stephani & Pompei collegarum, de legitima electione & ordinatione Cornelij: ipsos statim à communicatione sua cohibendos censuerunt. Atque vna iterato illic abstenti sunt (teste alibi Cypriano) quinque illi presbyteri factionis Felicissimi. Inter ea vero quæ Cornelio obiciebantur, fuit calumnia illa, cuius meminit epistola ad Antonianum, quod Trophimo cuidam & aliis thurificatis, hoc est qui idolis thus immolauerant; communicasset. Atque adeo constat, simili in Cornelium vfos illos calumnia, quali postea in Cæcilianum Donatistæ. Et certè (vt obiter id hic quoque dicam) hinc *Kαθάρους* se nuncuparunt, quod immundis, ita lapsos vocabant) non communicarent, quum tamen ipsi nihil minus quàm puri fuerint; ad quod cognomen adludere mihi videtur Cyprianus epistola ad Magnum: Et nomina (inquit adulterata fingentes. In hoc iplo autem concilio (iam ante edito per Cyprianum libro de lapsis) scripturis diu ex vtraque parte prolatis, temperamentum tale (ipso teste) de ratione lapsorum salubri moderatione libratum est; vt examinatis causis & voluntatibus & necessitatibus singulorum, Libellatici tanquam qui minus deliquissent admitterentur; sacrificati vero diu pœnitentiam agerent, & si periculum infirmitatis vrgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Consensit in hanc ipsam sententiam paulopost & Cornelius, habito Romæ concilio; quod loco citato Eusebius celeberrimum fuisse dicit; Episcoporum nempe 60. presbyterorum totidem, cum Diaconis pluribus. Vbi tum Nouatianus cum factione Nouati & Felicissimi ab Ecclesia pulsus est, tum lapsorum ratio (eodem Eusebio teste) pertractata; vt constare videatur, non duo tunc Romæ concilia, sed vnum idémque fuisse, quod & de lapsis & contra Nouatianum indictum fuerit. Huius quoque Romanæ Synodi Decretum fuisse puto, cuius in hæc verba epistola ad Hispanos Cyprianus meminit: Iampridem etiam Cornelius collega noster decreuit, Episcopos lapsos ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione tamen Cleri atque sacerdotali honore prohiberi. Quod etiam in omnibus Africanis conciliis ea de re factis statutum fuisse, eo ipso loco Cyprianus significat, & eiusdem etiam fit mentio epistola ad Epictetum. Interea vero non ociosa fuit Cypriani pia sollicitudo ad Schisma componendum, sed & aureum illum librum de vnitate Ecclesiæ ac librum de Oratione dominica huius rei gratia conscripsit; & vna cum secunda sua ad Cornelium epistola, qua ordinationem eius comprobauit, ad confessores quoque à Nouato seductos litteras dedit adhortatorias, vt ad vnitatem redirent. Quas ipsas litteras magna ex







## D. Cypriani Vita collecta ex

Epistola Cypriani ad Assuritanos de Fortunatiano ipsorum episcopo, non perinde certum est, quare etiam illam in variarum classem reiecerimus. Inter quas (ut hoc obiter dicam) si quæ alia, lectu profecto sunt dignissima, epistolæ ad Pomponium de virginibus, & ad Cæciliam de sacramento calicis. Forte eadem ætate conscripti sunt libri illi tres testimoniorum ad Quirinum; quandoquidem tunc plusculum illi otij fuerit. Præter quos scripturarum veluti locos communes, nullum in scripturas commentarium edidit. Quum enim totus esset (inquit ad Paulam D. Hieron.) in exercitatione virtutum, occupatus persecutionum angustiis, de scripturis sanctis nequaquam discebat. Quare fallitur Paulus Diaconus, dum in Euangelia optime illum perorasse scribit; atque eiusdem est momenti, quod adfert de ipsius chronica. Hoc tamen diffiteri nemo queat, qui indicem scripturarum ab illo citatarum inspexerit; quod etsi ex instituto non explicauerit, innumeros tamen locos velut aliud agens elucidauerit. Verum ad historiam feriem reuertamur.

Anno domini 255. Imperatoribus Cæsaribus P. Licinio Valeriano Aug. II. & P. Licinio Gallieno Aug. consulibus, martyrij palmam promeruit Lucius Pontifex, 4. nonas Martias, postquam duas mense Decembri ordinationes celebrasset, & annum unum sedisset cum aliquot mensibus. Neque verò multo post mense Aprili successore illi creatus est Iulius Stephanus Iulij filius etiam Romanus; antea ipse Archidiaconus, cui & thesaurum ecclesiæ (teste Damaso) moriens concrediderat. Huius Pontificatus initio, quum Martianus Arlatensis Episcopus ad Nouatiani schisma & hæresin defecisset; Cyprianus certior factus per Faustinum Lugdunensem Episcopum, statim Stephano scripsit, ut Martianum ab Ecclesia eiecisset & alium Episcopum in ipsius locum substitueret. Eodem verò anno celebratam existimo post Pascha Synodum illam Africæ Episcoporum; 7. aduersus Basilidem Asturicensem & Martialem Emeritensem in Hispaniis Episcopos lapsos; in qua (Cypriano teste qui illi præfuit) pronuntiatum est, iuxta Decretum Cornelij in concilio Romano, de quo supra, ab omni honore sacerdotali prohibendos illos esse; atque adeo comprobata est electio Felicis & Sabini in ipsorum locum. Tunc etiam celebrata concilia illa Orientalium de rebaptizandis hæreticis, ex eo mihi colligere video, quod paulo post scripsit Stephanus ad Firmilianum, Helenum & cæteros, qui illis interfuerant: non communicatum se illis, quandiu in ea sententia persisterent. Horum alterum apud Symnada, alterum apud Iconium Phrygiæ oppida, commemorat Dionysius Alexandrinus epistola ad Fabium, apud Nicephorum. De quorum hoc in hæc verba Firmilianus ad Cyprianum: Plane (inquit) quoniam quidam de eorum baptismo dubitabant, qui, etsi, novos Prophetas recipiunt & Κατὰ φύσιν appellantur, eosdem tamen Patrem & Filium nosse nobiscum videntur; plurimi simul conuenientes in Iconio, diligentissime tractauimus & confirmauimus, repudiandum esse omne omnino baptismum, quod sit extra Ecclesiam constitutum. Ad quod conuenisse idem testatur, ex Galatia, Cilicia, & propinquis regionibus Episcopos; August. verò numero 50. fuisse dicit lib. 3. contra Cresconium Gram. cap. 3. Et fortassis eodem anno (bis enim in anno quando necessitas ecclesiæ requirebat, visitata fuerunt olim concilia; inter Pascha nempe & pentecosten, & mense Septembri vel Octobri) celebratum est primum Africanum eadem de re concilium, Episcoporum Africæ dumtaxat, quos constat fuisse 32. ex inscriptione epist. ad Ianuarium & cæteros Numidas Episcopos, qui quæstionem Cypriano mouerant. Nisi quis malit, anno sequenti, & hoc & alia duo Africana celebrata dicere. Neque enim magnopere refert, modò mihi concedatur, tria omnino in Africa fuisse sub Cypriano de rebaptizandis hæreticis concilia, & non nisi sub Stephano contigisse hanc tragediam. Quorum illud, tum ex D. August. constat lib. 3. de bapt. contra Donatist. cap. 10. tum ex epistola Cypriani ad Iubaianum, & initio concilij Carthaginensis. Hoc verò comprobatur ex D. Hieron. contra Lucifer. Augustino compluribus in locis, & Vincentio Lirinensi in libello aduersus profanas hæresum nouitates; qui conitanter Stephani mentionem faciunt hac de re scribentes, & nusquam Cornelij. Item ex Nicephoro, qui lib. 6. c. 7. Dionysium Alexandrinum primam de hoc baptismo epistolam ad Stephanum scripsisse tradit; quam haud dubie ad Cornelium scripsisset, si sub eo cœpisset hæc controversia. Coniungit etiam hoc ipsum epist. Cypriani 2. ad Stephanum, qua primum cum illo

## ipsius scriptis per Iacob. Pamel.

illo communicat & confert tanquam rem nouam, suam & collegarum hac de re in utroque concilio sententiam. Scripsit autem statim post primam Synodum eiusdem argumenti epist. Cyprianus ad Quintum Mauritaniam Episcopum. Fuit interim quæstio non tam de rebaptizandis quam de baptizandis hæreticis; quippe quum ipsorum baptismum non haberet pro legitimo Cyprianus; alioqui certè, ab Anabaptismo profus alienum se commonstrat, epist. supradicta ad Cæciliam, ubi negat baptismum iterari posse. Quem etiam ita abominatur D. August. ut disputet, fatius ne sit non baptizari; quam rebaptizari, lib. 2. de baptis. contra Donat. cap. 24. Neque verò vlla de lapsis baptizandis (in quo hallucinatur Nicephorus) fuit disceptatio, quum iam antea illi in catholica baptizati forent.

Anno Domini 256. Imperatoribus Cæsaribus Valeriano III. & Gallieno II. Consulibus, celebratum est secundum Episcoporum Africæ & Numidiæ concilium; in quo non modo baptizandos esse qui ex hæresi reuertebantur decretum est, sed & illud, ne Episcopi aut presbyteri ab iisdem redeuntes, alia conditione recipiantur, quam ut communicent laici, id est in ordine laicorum. Exstat hæc vtraque definitio, dicta ad Stephanum epistola quo magis miror dicere D. August. lib. 6. de bapt. c. 15. nihil continere de Baptismo epistolam Cypriani ad Stephanum; vidisse adeo illum suspicor epistolam primam ad Stephanum dumtaxat, de qua supra. Ex epistola autem ad Iubaianum, Episcopos 7. huic Synodo interfuisse constat. Quæ ipsa epistola scripta est accepto responso à Stephano. Quod quidem hodie desideratur; verum multa inde citantur, tum hæc ad Iubaianum, tum ad Pompeium Cypriani, & ad Cyprianum Firmiliani Cappadociæ Episcopi epistolis; quæ tres ex proposito aduersus eam Stephani epistolam conscriptæ sunt. Nisi malit quis, binas eadem de re scripsisse litteras Stephanum. Cui fauere videtur, quod aliquandiu post epistolam ad Iubaianum, scriptæ videantur dictæ ad Pompeium & Firmiliani epistolæ, immo & post Carthaginense concilium tertium. Quod hoc ipso anno celebratum constat Carthagini, Kalendis Septembribus, Episcoporum numero 87. ex Africa, Numidia, & Mauritania, quorum omnium etiamnum exstant sententiæ. Atqui ut ad Stephanum recurrat oratio, ex verbis his ipsius: Si quis ergo à quacunque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus imponatur; constat vrisse illum, non tam scripturas, quam traditionem ecclesiæ contrariam, eamque Apostolicam. Quæ enim (inquit D. Augustinus lib. 2. de Baptis. c. 8. verba illa pertractans) per vniuersam ecclesiam custodiuntur, non nisi ab Apostolis tradita & commendata credi oportet, etiam si in litteris eorum non reperiantur. Quare rectè Vincentius Lirinensis: Primum (inquit) omnium Agrippinus Carthaginensis Episcopus, contra diuum canonem, contra vniuersalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium confacerdotum, contra morem atque instituta maiorum rebaptizandum esse censebat. Neque tamen etiam ab Agrippino ad Cyprianum vsque, in vsu fuisse dictum Decretum, pulchrè argumentatur hoc pacto D. August. lib. 3. de Baptis. c. 12. Cæterum (inquit) si permanebat ab Agrippino vsque ad Cyprianum consuetudo baptizandi ab hæreticis venientes, ut quid facta sunt à Cypriano hac de re concilia? Ut quid Iubaiano dicit, non se rem nouam facere aut repentinam, sed ab Agrippino institutam? Cur enim Iubaianus de nouitate turbaretur, si ab Agrippino vsque ad Cyprianum hoc tenebat Ecclesia? Cur denique tot eius collegæ in concilio dixerunt; rationem & veritatem consuetudini præponendam, ac non potius dixerunt, eos qui aliud facere vellent, & contra veritatem & consuetudinem facere? Antea certè ante Agrippinum, visitatam fuisse de non rebaptizandis hæreticis consuetudinem etiam in Africa, satis ostenditur (inquit idem Aug. lib. 2. de Baptis. ca. 9.) ex ipsius B. Cypriani verbis in eadem ad Iubaianum epistola. Ait enim: Sed dicit aliquis: Quid ergo fiet de iis, qui in præteritum de hæresi ad ecclesiam venientes, sine baptismo admissi sunt? Vbi certè quid fieri solet, etsi fieri non vellet, satis ostendit. Firmilianus quidem dicta sua epistola dicit, consuetudini Romanorum opponere se contrariam suorum consuetudinem. Verum ipse caussæ suæ seruebat, & plusculum profecto sibi sapere videbatur. Licebit enim & aduersus illum cum Aug. arguere: Si consuetudo talis fuit in Oriente, quid opus fuit, huius rei gratia, nouum in Iconio indicium? Quocirca



## D. Cypriani Vita collecta ex

non contentus Stephanus, sua illa definitione, traditionis veritatem proponere; etiam Firmilianum & collegas Orientales communicatione sua abstulit, quando in suo instituto peristerent. Quod ipsum & fecisse illum de Cypriano ac coepiscopis; indicare videntur, D. August. lib. 5. de Baptif. c. 25. & Firmilianus in epistolæ suæ calce. Ipse e contrario Cyprianus, quantumuis ad Pompeium duriusculè quædam in Stephanum irritatus profuderit; ab ecclesia tamen se separare noluit, & cum ipso etiam Stephano concordiam & pacem noluit labefactare. Atque hoc est quod epistola ad Iubaianum scribit: *Epist. 74.* Seruatur à nobis patienter & firmiter charitas animi, collegij honor, vinculum fidei, & concordia sacerdotij. Propter hoc etiam libellum de bono Patientiæ conscripsimus. *Epist. 73.* Vbi paucis occasionem indicat scripti dicti libelli; qua ipsa de causa, vt suos collegas à liuore & inuidia in Stephanum alienos redderet, librum etiam de zelo & liuore in lucem edidit. Atqui quis (inquit Lirinensis) totius huius negotij exitus? quis vtique, nisi vilitas & solitus? Retenta est antiquitas, explosa nouitas. Quid? ipsius Africani concilij quæ vires? Donante Deo nullæ; sed vniuersa, tanquam somnia, tanquam fabulæ, tanquam superflua, abolita, antiquata, calcata sunt. Et, o rerum mira conuersio, auctores eiusdem opinionis catholici; consecutores verò, hæretici iudicantur. Nondum enim (inquit August. lib. 2. de bapt. c. 7.) erat diligenter illa baptismi quæstio pertractata, sed saluberrimam consuetudinem tenebat Ecclesia. Quam tamen consuetudinem, nisi anteprior Agrippinus & nonnulli per Africam coepiscopi etiam per concilij sententias differere tentauissent, non auderet Cyprianus saltem ratiocinari aduersus eam; sed in tam obscura quæstione turbatus, & vbiq; intuens vniuersalem robustamque consuetudinem, coarctaret se potius, & prece, & testatione mentis in deum, vt quod postea plenario Concilio visum est, id verum esse perspiceret & doceret. Quum enim secutum se dicat sententiam dicti concilij; hac adtestatione satis ostendit, multo magis se fuisse commemoratum, si quod de hac re transmarinum vel vniuersale concilium factum esset. Postea vero, dum inter multos ex vtraque parte tractatur & quæritur, non solum inuenta est veritas, sed etiam ad plenarij concilij auctoritatem roburque deducta; post Cypriani quidem passionem, sed antequam (inquit) nos nati essemus. Et fortasse etiam factum est (ait idem August. lib. 2. cap. 4.) vt veritati patefacta cesserit, sed nescimus. Neque enim omnia quæ in illo tempore inter Episcopos gesta sunt, memoriæ litterisque mandare potuerunt, aut omnia quæ mandata sunt nouimus. Cui similia in Cypriani excusationem habet idem August. Epist. 48. ad Vincentium Donatistam in hæc verba: Correxisse illum sententiam, non inuenitur; non incongruenter tamen de tali viro existimandum est quod correxerit, & fortasse suppressum est ab eis, qui hoc errore nimium delectati sunt, & tanto velut patrociniocare noluerunt. Aut igitur hoc non sensit omnino, aut hoc postea correxit in regula veritatis; aut hunc quasi næuum sui candidissimi pectoris cooperuit vberem charitatis, dum & vnitatem ecclesiæ toto orbe crescentis copiosissimè defendit, & perseverantissimè retinuit vinculum pacis. Accessit etiam huc, quod tanquam sarmentum fructuosissimum, siquid in eo fuerat emendandum, purgavit pater falce passionis. Hæc ille, de Cypriani correctione adhuc suspensam retinens sententiam. D. Hierony. etiam Dial. contra Lucifer. Episcopos quidem, qui cum Cypriano rebaptizandos hæreticos statuerant, ad antiquam consuetudinem reuolutos, nouum scribit emisisse decretum, sed de Cypriano tacet. *Tom. 2.* Verum Dionysius Alexandrinus, verbis infra citatis in præfatiuncula ad concilium Carthaginiense, videtur retractationem quandam etiam ipsi Cypriano ascribere, quum ad Stephanum scribens, cui ille superuixit, omnes vbiq; Antistites cum ipso sentire adserit. Et certè Ven. Beda libello 8. Quæst. quæst. 5. disertis verbis Cypriani palinodiam adserit: Cyprianus (inquit) cum suis coepiscopis qui erant in Africa, rebaptizandos esse hæreticos contra morem Ecclesiæ statuit; sed quia in suo sensu, qui sibi rectus videbatur, bonis abundare operibus studuit, mox corrigi meruit, atque ad vniuersalem sanctæ Ecclesiæ normam spiritualium virorum institutione reduci. Neque verò obstare potest huic sententiæ, quod D. Gelasius apud Gratianum Dist. 15. c. Romana ecclesia, inter Apocrypha numeret librum de Pœnitentia Cypriani; quandoquidem æque nos vtamur illius libri testimonio, & Antoninus in summa Historiali, de Cypriano apud

## ipsius scriptis per Iacob. Pamelium.

pud Nicomediam passo conscriptum illum tradat. Cuius generis ennumerat etiam philacteria quædam titulo orationis Cypriani, quæ multos characteres & nomina Dæmonum continebant. Vt interim sit de Cypriano; certè non solum Afri iuxta quod modo diximus, sed & orientales illi Episcopi qui Iconij & Synnadæ conuenerant, suum rescindere decretum. Cuius rei locuples testis est D. etiam Aug. li. 3. contra Donat. c. 1. 2. & 3. Postea vero & plenario siue œcumenico concilio (quod Nicenum esse epist. ad Iubaian. comprobauimus) Stephani sententia confirmata est, & inde in hunc vsque diem *Epist. 73.* ad nos per manus tradita. Soli olim Donatistæ, & Hilarius quidam, non (vti opinatur Ioan. Langus in Nicephorum) Pictauiensis Episcopus, sed Romanus Diaconus, denuo hanc camerinam mouerunt. At illos totis libris 7. de baptifimo Augustinus, hunc verò Hieronym. egregiè refutat Dialogo contra Lucifer. Quorum vterque disertis verbis dictam nostram de concilio Niceno confirmat sententiam. August. quidem, dum lib. 2. c. 7. plenarium illud siue vniuersæ Ecclesiæ concilium, antequam natus esset; celebratum dicit, quod de Niceno verissimum est. Hieron. verò in hæc verba: Synodus (inquit) Nicæna omnes hæreticos suscepit, exceptis Pauli Samosatani discipulis; vbi alludit ad 19. Canonem.

Anno Domini 257. M. Valerio Maximo, & M. Acilio Glabrione consulibus, celebratum concilio illud Africæ concilium, è quo scripta est epist. ad Furnitanos; eo quod *Epist. 66.* Geminius ille victor episcopus, quem illic defunctum constat, Synodo Carthaginiensi anno præcedenti interfuerit. Ex quo etiam scripta videtur illa ad Rogatianum episcopum epist. de superbo Diacono, ob simile vtriusque exordium. Si autem viuo adhuc Stephano (quod indicare videtur loco supracitato Dion. Alexan.) suam sententiam retractarint Orientales & Afri episcopi; oportet vt conuenerint duo concilia hoc anno aut sequenti, alterum in oriente, alterum in Africa; in quibus priori contrarium Decretum ediderint. Nam altero horum annorum passum constat B. Stephanum Pontificem, variant enim historici. Onuphrius quidem in chronico, in hunc annum passionem illius reuocat, quem si sequamur, sedit ille duntaxat annos duos & menses aliquot; quod sentit quoque Eusebius & in chronico & in eccles. hist. Verum, quum Marianus Scorus & Martinus Polonus 4. Ado. Rhegino, & Platina 7. illi annos adtribuant; magis placet eiusdem Onuphrij in Epitome Pontificum prior sententia, de tribus annis. Quippe quæ confirmetur his verbis Damasi: Fuit temporibus Valeriani & Gallieni (ita enim lego, pro: Gallicani) & Maximi (cui adiciendum censeo: ac Glabrionis) vsque ad Valerianum quarto & Gallienum tertio consules. cum igitur consules hi in sequentem annum incidierint, necesse est tres annos Stephano tribuamus, & apud eundem Damasum legere oportebit 3. pro eo quod 7. est enim facilis error in numerorum notis. Atque adeo etiam Xisto Pontifici non annum integrum & menses 10. aut 11. cum aliquot diebus contribuere licebit. sed duntaxat menses 11. dies 13. qui computantur ab X I. Kal. Sept. quo die creatum scribit Onuphrius in dicta Epitome, vsque ad VIII. Idus August. Tusco & Basso consulibus. Quod ipsum confirmari videtur ex Eusebio, apud quem in vtroque libro legitur sedit 6. Sixtus annos X I. si ibi legamus menses vndecim. Sed quum hæc omnia meris coniecturis nitantur, liceat & hic vnicuique sequi quod volet; modo tamen in hoc mihi & Onuphrio consentiat, quod passus sit Xistus papa ante Cyprianum dictis consulibus. Pro mea interim illud facit sententia, quod Firmilianus epist. sua dicat 22. fere annos in *Epist. 75.* tercessisse ad id vsque temporis ab initio persecutionis sub Maximino, qui inueniri iusto calculo nequeunt, nisi adnumerentur Stephano anni tres; præsertim quum illo adhuc viuo scripta sit illa epistola.

Anno Domini, mea quidem sententia, 258. Imperat. Cæsaribus, Valeriano IIII. & Gallieno III. consulibus, passus est Stephanus Martyrium IIII. Nonas Augusti, quod latissimè describitur ab Adone in Martyrologio; & paucis interiectis diebus, creatus est Pontifex Xistus eius nominis secundus, philosophi filius, Atheniensis, Græcus. Et deinde 3. Kalend. Septembres, Cyprianus Christum publicè professus, proculdubio hoc anno, à proconsule Aspasio Paterno Curubis in exilium relegatus est. Qui proconsul *Act. pass.* an idem sit cum Ouinio Paterno qui aliquot post annis Consulatum Romæ gessit, aliorum permitto disquisitioni. Curubis vero oppidum est, mari Lybico, Peninsulæ in morem, circid ij



## D. Cypriani Vita collecta ex

cundatum, haud procul à Pentapoli; locus apricus & amœnus, teste Pontio Diacono, qui Cyprianum spontaneus exul comitatus est. Huc quum venisset Cyprianus, mox ex visione quadam (qualibus frequentissimè utebatur, & plurimum tribuebat) didicit, se intra annum ipso die Martyrij corona decoratum iri, quo primum illic hospitio exceptus fuerat. Neque vero etiam in exilio ociosum fuisse Cyprianum, testantur inde ad Martyres conscriptæ litteræ, quos ad extremum vsque vitæ diem non destitit ad mortem pro Christo obeundam adhortari. Inter has exstat insignis illa epistola ad Nemesianum, Lucium & alios episcopos ad metalla damnatos. Quibus a deo etiam, etsi in exilio constitutus, subsidium vitæ misit; vti ex tribus illorum responsis constat. Item illa ad Rogatianum Iuniorem in carcere constitutum, de martyrio Rogatiani senioris. An vero hoc anno an sequenti passi sint 300. illi Massæ candidæ Martyres, de quibus in actu passionis Cypriani Pontius ac Prudentius, & Martyrologia ad 24. Augusti, non satis constat; sub Valeriano tamen & Gallieno passos vno ore testantur omnes; ita dictos, quod in clibanum calcis ardentis demersi fuerint.

Anno denique 259. M. Aurelio Memmio Tusco, & Pomponio Basso consulibus (Tuscum enim nuncupant Damafus, Cassiodorus, Fasti Græci, Marianus Scotus, Gregorius Aleander, Christianus Massæus, Ioan. Cuspinianus, & Ms. tres codices in Actu passionis Cypriani; quum Tuscum soli appellent Trebellius Pollio, Fl. Vopiscus, Onuphrius, ac Hubertus Goltzius) decreta est à Cæsaribus veluti noua quædam & acerba magis quam antea, persecutio; de qua ita scribit epi. ad Successum Cyprianus: Rescripsit Valerianus ad Senatum, vt episcopi & presbyteri & Diaconi in continenti animaduertantur; Senatores verò & egregij viri, & equites Romani, dignitate amissa etiam bonis spoliarentur, & si ademptis facultatibus Christiani esse perseverauerint, capite quoque mulctentur. Subiecit etiam Valerianus Imperator orationi suæ exemplum litterarum, quas ad præsides prouinciarum de nobis fecit; quas litteras quotidie speramus venire. Xistum autem in cœmeterio animaduersum sciatis octauo Iduum Augustarum die, & cum eodem Quartum. Sed & huic persecutioni quotidie ipsistunt Præfecti in vrbe; vt si qui sibi oblari fuerint, animaduertantur, & bonarum fisco vindicentur. Hactenus ille. Constat autem hinc, paulo ante passionem Cypriani passum Romæ Xistum Pontificem; quæ quum contigerit Tusco & Basso consulibus, hoc ipso anno obiisse Xistum dicamus, necesse est; præsertim cum dictæ Cypriani epistolæ meminerint Martyrologia Bedæ, Adonis & Vsuardi, ac Marianus Scotus; qui etiam disertis verbis adserit, martyrio coronatum Xistum dictis consulibus. Cum Xisto verò passos scribunt tum B. Quartum, tum Felicissimum & Agapitum Diaconos, ac Ianuatium, Magnum, Vincentium (seu potius, iuxta Platinam, Innocentium) & Stephanum subdiaconos. Quem etiam post triduum III. Idus Augusti secutus est D. Laurentius ipsius Archidiaconus, cui thesauros Ecclesiæ asseruandos tradiderat. Deinde etiam altero elapso triduo Hippolytus cum aliis 19. Atque hoc est quod superioribus verbis scribit Cyprianus, quotidie Romæ Præfectos persecutioni institisse. Atqui Cyprianus, quum iam ab exilio reuocatus, per hos dies ex sacro rescripto (ita vocabant edictum Imperatorium) in hortis suis moraretur, & nunciaretur, missos esse Lictores qui illum Vticam perducerent; *Epist. 83.* fecississe se iusta de causa scribit ad aliquot dies; quod congrueret, episcopum in ea ciuitate in qua ecclesiæ dominicæ præest, Dominum confiteri. In qua etiam epistola suos monet, ne se vltro tradant, dicens disciplinam Dominicam id prohibere; quod ipsum denuo ab illo reperitum in passione, citat D. August. lib. 1. contra epist. Gaudentij, qui perperam secundus inscribitur. Expectabat igitur Cyprianus in abdito secessu Proconsulis aduentum, quum repente superuenerunt Idibus Septembris duo Magistri officij siue Adparitores, qui eum ad Galerium Maximum, nouum Proconsulem (fortassis eundem, qui Valerius Maximus nuncupatus, bis iam antea Romæ consulatum gesserat) pertraherent. A quo dilatus in crastinum, deo ita destinante, vt interea de rebus ecclesiæ disponderet, postridie XVIIII. Kalendas Octobris ad Prætorium perductus est. Vbi à Proconsule hanc excepit sententiam: Thascinum Cyprianum gladio animaduerti placet. Atque inde eductus in locum qui dicebatur Sexti, eam orationem pronunciaisse creditur,

*in Act. P. 83.*


## ipsius scriptis per Iacob. Pamel.

creditur, quæ titulum habet: In die passionis eius: ac ita capite plexus Martyrium subiit, & vitam hanc caducam cum sempiterna commutauit. Primus (inquit Pontius) qui sacerdotales coronas in Africa suo sanguine imbuerit. Passos vero cum illo testantur Martyrologia, Victorem Diaconum, Crescentianum, Rosulam, ac Generalem. Atqui corpus ipsius cum carere sepultum est, in areis Macrobij Candidi Procuratoris, quæ sunt iuxta piscinas in via Appellensi, seu potius Mappaliensi. Testatur enim Victor Vticensis lib. 1. dirutas à Vandalis duas egregias Ecclesias S. Martyris Cypriani, vnam vbi sanguinem fudit, aliam vbi eius sepultum est corpus, qui locus dicitur Mappalia. Cætera quæ in hac passione contigerunt, latissimè prosequitur Pontius, Actus passionis vterque, D. quoque Augusti. & Paulus Diaconus; quare ad illos Lectorem remitto. E quibus plus satis constat, passum Cyprianum, vti iam diximus, sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus; quod ipsum etiam testantur Eusebius in histor. & chronico, Hieroni. catal. script. Beda in chronico, Haymo de Christi. rerum memoria, Freculphus historiæ Ecclesiasticæ, Gregorius Turonensis in Francorum Annalibus, Marianus item Scotus, Nicephorus, Martinus Polonus, Hermannus Contractus, Vincentius Bellouacensis. Antoninus, & I. Philippus Bergomas Historici. Verum de Xisto non item, quem & Martyrologia & complures (quemadmodum etiam de Cypriano sentiunt Gregorius Nazianzenus, Symeon Metaphrastes, Ioannes Zonara, & alij quidam) sub Decio passum volunt; cuius etiam Decretalis epistola scripta legitur Valeriano & Decio consulibus. Huius discrepantiæ conciliandæ gratia, Marianus anno post hunc secundo, quo in fastis ponuntur Cornelius secularis II. & D. Iunius Donatus consules, ponit Decium Cæsarem & Valerianum; sed quum ipsemet fateatur, passum Xistum Tusco & Basso cons. non satis constat sibi. Martinus Polonus, dicit à Valeriano & Gallieno creatum quendam Decium in Cæsarem, qui non fuerit Imperator & Decius Iunior dictus sit (fortassis alludens ad dictum D. Iunium) ac sub hoc passum scribit D. Laurentium. Et hanc ipsam sententiam citat Antoninus; verum placet illi magis Vincentij sententia, vt Gallienus Imperator, etiam Decius, cognominatus sit. Ego verò, quandoquidem cum æthnicis scriptoribus illa minus conueniant, probarim maximè alteram illam, quam etiam recenset Marianus & ad quam alludunt Martyrologia sententiam; vt Decij ac Valeriani persecutio pro vna reputetur, atque adeo 16. aut plures recensentur anni, persecutionis Decianæ. Præsertim, quum & D. Hieron. quantumuis alibi duas has persecutiones distinctas faciat; in vita tamen Pauli Eremitæ sub initium, Decium & Valerianum persecutores simul iungat. Confirmatur verò ex eo hæc sententia, quod statim ab initio imperij sui Decius, illum ipsum Valerianum qui postmodum imperator exstitit censorem Romæ constituerit; atque adeo sit verisimile, vna ab vtroque persecutionem indictam fuisse. Quod ipsum disertis verbis habet Ioan. Zonara Annal. Tom. 2. Decius (inquit) imperij amplitudine considerata, vt quidam aiunt, Valerianum collegam adsciuit; & vterque alterum cohortatus, persecutionem atrocissimam contra Christianos instituerunt. Porro (vt & illud, ad historiæ Africanæ cognitionem maiorem, adiciam) ex eo quod Optatus Mileuitanus lib. 1. contra Perilianum, episcopos Carthaginenses enumerat Cyprianum & Lucianum, qui Cæcilianum præcesserint, videtur Cypriano in episcopatu successisse Lucianus. Operæpretium verò visum est adiicere, quanto illum honore Lybies post obitum coluerint. De hoc enim Procopius apud Nicephorum lib. 17. cap. 12. Cyprianum (inquit) virum sanctum maxime omnium Carthaginenses venerantur, eique templum magnificum pro vrbs mœnibus ad litus maris statuerunt. Atque præter multos alios cultus quos ei exhibent, festum quoque anniuersarium diem celebrant, quem Cypriana nominant. Et eodem, quo festum eum conuentum, nomine, tempestatem quandam procellosam appellare solent nautæ, quandoquidem in id tempus incidere solet. Hoc templum Vandali sub Honoricho Rege Catholicis Christianis per vim ademptum euertere, eiectis inde cum magna contumelia sacerdotibus; & deinceps id, vtpote Arrianis commodum, restaurarunt. Quum autem vicem eam dolerent atque deplorarent Lybies, persæpe Cyprianum ferunt, in somnis, quibusdam apparentem dixisse: Christianos minime de se sollicitos esse debere, ipsum enim se tempore suo vindicem atque vltorem fore. Eam rem (inquit) d iij



## D. Cypriani Vita &c.

quum illi renunciaretur, Iustinianus Imperator vt auspiciatum omen accepit. Et prædictio hæc oracularis, in Bellisarij tempora recte incidit, quo duce Carthago Romano imperio subiecta est, nonagesimo quinto anno postquam templum id Christianis est redemptum. Eo bello Vandali omnino sunt expugnati, & Arrianorum opinio, ex Lybia ciecata; Christiani autem templa sua recuperarunt, iuxta Cypriani Martyris prædictionem. Hactenus ille. Idipsum testantur tum 4. D. Augustini tractatus de natali Cypriani, quorum meminit Possidius in Indiculo, & sermo habitus ad mensam Cypriani de conductis in vineam, tum quod dicit ille epist. 120. se Psalmum 72. exposuisse, nocte qua illucebat Beatif. Cypriani solemnitas. Alibi autem etiam illius diem festum iam olim celebratum, vt recentiores omitam & Martyrologia, in oriente id perspicuum faciunt D. D. Nazianzenus & Symeon Metaphrastes suis in illum Encomiis; in Occidente vero D. Prudentius hymno 7. *Ἐπι γρηγορίου*, & Maximus ac Petrus Chryzologus sermonibus de illo editis. Cæterum quæ de translatione S. Cypriani inter Prolegomena collocauimus, sua auctoritate etiam Ado confirmat, in Chronico & Martyrologio. Primum itaque anno Domini 802. Legati Caroli Magni Imperatoris, reuersi ab Aaron Ammiræ Persarum Rege, secum adtulerunt in Gallias D. Cypriani reliquias, sub Leidrado Lugdunensi Episcopo; cuius successor fuit Agobardus, à quo carmen illud conscriptum est. Inde Carolus Ludouici Pij filius Caroli Magni nepos, ad Monasterium nouum illas transtulit. Ab eius denique Monasterij Abbate tum temporis Domino eius territorij, Rothnacenses nostri illas ipsas D. Cypriani reliquias accepisse se gloriantur. Situs est is locus, medio fere inter Tornacum & veteres Neruios, quos Aldenardanos dicimus, itinere; Collegiata ecclesia insignis. Gratuletur itaque sibi de tanto thesauro Belgium, nec minus quam olim Africa festis laudibus tantum Martyrem prosecuatur. Quod restat, siquid minus eruditum, minus concinnum, expositum minus dixerim, humani fragilitati ingenij adscribendum Lector meminerit: siquid contrà, quod ad vitam pietatem ac eruditionem promouere queat, in hoc nostro scripto atque adeo hoc opere repererit, non nobis, sed Deo Opt. Max. acceptum referat. Cui laus & benedictio, & gratiarum actio in sæcula sæculorum: Amen.



## INDEX OPERVM OMNIVM

CYPRIANI IUXTA HVIVS EDITIONIS

ORDINEM, CVM ADIECTIS AD EPISTOLAS alterius editionis Notis, & Asterisco ad ea quæ recens sunt edita.

TOMVS PRIMVS EPISTOLAS

CONTINENS NUMERO

LXXXIII.

Epistolæ statim à baptismo D. Cypriani conscriptæ.

- \* I. Donati ad Cyprianum, Pag. 1. Li. 2. ep. 2.
- II. Cypriani ad Donatum, Ibidem.
- Epistolæ in secessu Cypriani toto biennio conscriptæ.
- \* III. Cleri Romani ad Clerum Carthaginiensem, de secessu Cypriani. Pag. 10.
- III. Cypriani ad Clerum Romanum, de dormitione Episcopi Vrbici. Pag. 12. Li. 3. ep. 21.
- \* V. Ad Clerum suum, de cura pauperum & quiete plebis. Pag. 13. Li. 5. ep. 2.
- VI. Ad eundem, de cura pauperum & confessorum. pa. 14. Li. 3. ep. 10.
- VII. Ad Rogatianum & cæteros confessores, de obseruanda disciplina. pa. 16. Li. 1. ep. 5.
- VIII. Ad Clerum de deprecando Deo pro peccatis. pa. 19. Li. 4. ep. 4.
- IX. Ad martyres & confessores, de Mappalico. pa. 21. Li. 2. ep. 6.
- X. Ad clerum de presbyteris qui temere pacem Lapsis dederant, necdum sedata persecutione, & contra conscientiam Episcoporum. pa. 25. Li. 3. ep. 14.
- XI. Ad Martyres & Confessores qui petierant Lapsis pacem dari. pa. 27. Li. 3. ep. 15.
- XII. Ad plebem de rescripto Martyrum ac iis qui pacem petebant. pa. 29. Li. 3. ep. 16.
- XIII. Ad Clerum de Lapsis Catechumenis, ne vacui communione exeant. pa. 30. Li. 3. ep. 17.
- XIII. Ad eundem de iis qui ad pacem festinabant. pa. 32. Li. 3. ep. 18.
- XV. Ad Clerum Romanum, de præcedentium epistolarum exemplis è suo secessu Romam missis. pa. 33. Li. 3. ep. 5.
- XVI. Ad Moysen & Maximum & cæteros Confessores Romanos, de eorum confessione. pa. 35. Li. 1. ep. 4.
- XVII. Confessorum vniuersorum ad Cyprianum de pace Lapsis data. pa. 37. Li. 5. ep. 14.
- \* XVIII. Cypriani ad Clerum de præcedenti & duabus sequentibus epistolis. pa. 38. Li. 3. ep. 19.
- \* XIX. Caldonij ad Cyprianum & compresbyteros de iis qui sacrificarent, siue de Lapsis. Ibidem. Li. 5. ep. 15.
- XX. Cypriani ad Caldonium responsum. pa. 39. Li. 3. ep. 20.
- \* XXI. Celerini ad Lucianum de Numeria & Candida. pa. 40. Li. 5. ep. 4.
- \* XXII. Luciani ad Celerinum de pace omnibus Lapsis data. pa. 42. Li. 5. ep. 4.
- \* XXIII. Cypriani ad Clerum Romanum de sex epistolis præcedentibus & Luciani inuerecundia. pa. 43. Li. 5. ep. 22.
- XXIII. Ad Clerum suum de litteris præcedentibus Romam missis, & de Saturo Lectore ac Optato hypodiacono factis. pa. 46. Li. 4. ep. 3.
- XXV. Ad Moysen & Maximum & cæteros confessores de confessione eorum & Lapsis. pa. 47. Li. 5. ep. 12.
- \* XXVI. Moysis & Maximi & cæterorum ad Cyprianum Rescriptum. pa. 48. Li. 5. ep. 6.
- \* XXVII. Cypriani ad Lapsos, qui illi de usurpata pace per Paulum martyrem data, scripserant. pa. 51. Li. 5. ep. 5.
- \* XXVIII. Ad Clerum de Gayo Diddensi ac aliis qui Lapsis communicabant. pa. 52. Li. 5. ep. 5.
- \* XXIX. Ad Clerum Romanum de iisdem Lapsis qui sibi pacem à Paulo martyre datam vindicabant. pa. 54. Li. 5. ep. 15.
- \* XXX. Ad Cyprianum Cleri Romani responsum. Ibidem. Li. 2. ep. 7.
- XXXI. Ad eundem Cleri Romani aliud eadem de re rescriptum. pa. 56. Li. 3. ep. 4.
- XXXII. Cypriani ad Clerum suum de missis Romam & acceptis inde litteris. pa. 60. Li. 2. ep. 15.
- XXXIII. Ad Clerum & plebem de Aurelio Lectore ordinato. pa. 61. Li. 4. ep. 5.
- XXXIII. Ad eosdem de Celerino Lectore ordinato. pa. 63.



## Index.

- XXXV. Ad eodẽm de Numidico ordinato presbytero. pa.66. *Li.4.ep.10*  
 XXXVI. Ad clerum de cura pauperum & peregrinorum. pa.67. *Li.3.ep.24*  
 XXXVII. Ad eundem vt confessoribus in carcere constitutis omnis humanitas prebeatur. pa.68. *Li.3.ep.6*  
 \* XXXVIII. Ad Caldonium & ceteros de abstinento Felicissimo. pa.69. *Li.5.ep.7*  
 \* XXXIX. Caldonij & ceterorum ad Clerum Carthaginensem de abstento Felicissimo cum suis. pa.71. *Li.5.ep.16*  
 XL. Cypriani ad plebem de quinque presbyteris factionis Felicissimi. Ibidem. *Li.1.ep.8*

### Epistolæ scriptæ sub pontificatu Cornelij & Lucij.

- XLII. Ad Cornelium, quod ordinationem Nouatiani non receperit. pag.75. *Li.2.ep.11*  
 XLII. Ad eundem, de ordinatione eius à se comprobata, & Felicissimo. pa.77. *Li.2.ep.10*  
 XLIII. Ad eundem, quod ad confessores à Nouatiano seductos litteras fecerit. pa.79. *Li.2.ep.9*  
 XLIII. Ad confessores Romanos vt ad vnitatem redeant. pa.80. *Li.3.ep.2*  
 XLV. Ad Cornelium de Polycarpo Hadrumetino. pa.81. *Li.4.ep.3*  
 XLVI. Ad Cyprianum Cornelij de Confessoribus ad vnitatem reuerfis. pa.82. *Li.3.ep.11*  
 XLVII. Cypriani ad Cornelium responsum congratulatorium de illorũ reditu ex schismate. pa.84. *Li.2.ep.12*  
 XLVIII. Ad Cyprianum Cornelij de factione Nouatiani cum suis. pa.88. *Li.3.ep.12*  
 XLIX. Cypriani ad Cornelium de Nouatisceleribus responsum. pa.86. *Li.2.ep.8*  
 L. Maximi & ceterorum confessorum ad Cyprianum de suo reditu ex schismate. pa.88. *Libro.3.*  
 LI. Cypriani ad illos de reditu congratulatoria. pa.89. *Li.3.ep.5*  
 LII. Ad Antonianum, de Cornelio & Nouatiano. pa.91. *Li.4.ep.2*  
 LIII. Ad Fortunatum & alios collegas de his qui per tormenta superantur. pa.104. *Li.3.ep.23*  
 LIII. Ad Cornelium Synodi Africanæ de pace Lapsis danda. pa.106. *Li.1.ep.2*  
 LV. Ad eundem Cypriani de Fortunato & Felicissimo. pa.110. *Li.1.ep.3*  
 LVI. Ad Thybaritanos exhortatoria ad Martyrium. pa.124. *Li.4.ep.6*  
 LVII. Ad Cornelium in exilio, de eius confessione. pa.130. *Li.1.ep.1*  
 LVIII. Ad Lucium reuerfum ab exilio. pa.133. *Li.3.ep.1*

### Epistolæ miscellanæ in pace Ecclesiæ variis temporibus conscriptæ.

- LIX. Ad Fidum de infantibus baptizandis. pa.134. *Li.3.ep.8*  
 \* LX. Ad Episcopos Numidas de redemptione fratrum ex captiuitate Barbarorum. pa.136. *Li.5.ep.8*  
 LXI. Ad Euchratium, de Hystrione. pa.138. *Li.1.ep.10*  
 LXII. Ad Pomponium de Virginibus. pa.136. *Li.1.ep.11*  
 LXIII. Ad Cæcilium de sacramento Dominici calicis. pa.143. *Li.2.ep.3*  
 LXIII. Ad Epictetum & plebem Assuritanorum de Fortunatiano quondã eorum Episcopo. pa.153. *Li.1.ep.7*  
 LXV. Ad Rogatianum Episcopum, de superbo diacono. pa.155. *Li.3.ep.9*  
 LXVI. Ad Clerum & plebem Furnitanorum de Victore qui Faustinum tutorem nominauit. pa.157. *Li.1.ep.9*

### Epistolæ scriptæ sub pontificatu Stephani & de baptizandis hæreticis.

- LXVII. Ad Stephanum Papam de Martiano Arelarensi, qui Nouatiano consensit. pa.160. *Li.3.ep.3*  
 LXVIII. Ad clerum & plebem Hispaniarum de Basilide & Martiali. pa.162. *Li.1.ep.4*  
 LXIX. Ad Florentium Pupianum de obrectatoribus. pa.168. *Li.4.ep.9*  
 LXX. Ad Ianuarium & ceteros Episcopos Numidas Cypriani & Coepiscoporum de baptizandis hæreticis. pa.172. *Li.1.ep.12*  
 LXXI. Ad Quintum de baptizandis hæreticis. pa.175. *Li.1.ep.12*  
 LXXII. Ad Stephanum Cypriani & Collegarum de Concilio. pa.177. *Li.2.ep.12*  
 LXXIII. Ad Iubaianum de baptizandis hæreticis. pa.179. *Li.2.ep.12*  
 LXXIII. Ad Pompeium contra Epistolam Stephani. pa.190. *Li.2.ep.12*  
 LXXV. Ad Cyprianum Firmiliani contra eandem Stephani epistolam. pa.196. *Li.2.ep.12*  
 \* LXXVI. Cypriani ad Magnum de baptizandis Nouatianis & de iis qui in lecto gratiam consequuntur. pa.207. *Li.1.ep.6*  
*Li.5.ep.10*  
*Epist.10.*

### Epistolæ in exilio conscriptæ, & sub finem vitæ.

- LXXVII. Ad Nemesianum & ceteros Martyres in metallo constitutos. pa.215. *Li.3.ep.25*  
 LXXVIII. Ad Cyprianum Nemesiani cum collegis responsum. pa.218. *Li.5.ep.10*  
 LXXIX. Ad eundem Lucij cum collegis responsum. pa.219. *Li.3.ep.7*  
 \* LXXX. Ad eundem Felicis & ceterorum responsum. pa.220. *Li.5.ep.11*

LXXXI.

## Index.

- \* LXXXI. Cypriani ad Rogatianum Iuniorẽm & ceteros Confessores in carcere constitutos. pa.221. *Li.4.ep.1*  
 \* LXXXII. Ad Successum de nuntiis Roma reuerfis persecutionem nuntiantibus. pa.223. *Li.5.ep.9*  
 \* LXXXIII. Ad Clerum de suo sub finem vitæ fecessu. pa.225. *Li.5.ep.11*

### TOMVS SECVNDVS, LIBROS CONTINENS ET TRACTATVS VARIOS.

- De Disciplina & habitu Virginum. pag.226.  
 De Lapsis. pa.237.  
 De Vnitate Ecclesiæ Catholicæ vulgo de simplicitate prelatorum. pa.252.  
 De Oratione Dominica. pa.263.  
 Ad Demetrianum. pa.278.  
 De Idolorum vanitate. pa.288.  
 De Moralitate. pa.295.  
 De opere & Eleemofynis. pa.304.  
 De bono patientiæ. pa.314.  
 De Zelo & Liure. pa.323.  
 Ad Fortunatum de exhortatione Martyrij. pa.329.  
 Ad Quirinum Testimoniorum contra Iudæos liber primus. pa.344.  
 Ad eundem Testim. contra Iudæos liber secundus. pa.354.  
 Ad eundem Testim. liber tertius. pa.370.  
 Concilium Carthaginense de baptizandis hæreticis. pa.398.

### TOMVS TERTIVS, OPERA CYPRIANO ADSCRIPTA CONTINENS.

- \* De Spectaculis. pa.415.  
 De Disciplina & bono pudicitia. pa.419.  
 De Laude Martyrij ad Moysen & Maximum & ceteros Confessores. pa.424.  
 Ad Nouatianum, quod Lapsis spes veniæ non sit neganda. pa.434.  
 Ad Cornelium Papam de Cardinalibus operibus Christi. pa.443.  
 De natiuitate Christi. pa.447.  
 De ratione Circumcisionis. pa.452.  
 De stella & Magis ac Innocentium nece. pa.454.  
 De baptismo Christi & manifestatione Trinitatis. pa.457.  
 De Ieiunio & tentationibus Christi. pa.460.  
 De Cœna Domini & prima institutione omnia consummantis sacramenti. pa.466.  
 De ablutione pedum. pa.472.  
 De vnctione Chrismatis & aliis sacramentis. pa.475.  
 De Passione Christi. pa.477.  
 De Resurrectione Christi. pa.481.  
 De Ascensione Christi. pa.485.  
 De Sancto spiritu. pa.488.  
 \* De Aleatoribus. pa.492.  
 \* De Montibus Sina & Sion contra Iudæos. pa.496.  
 \* Carmen, Genesis. pa.504.  
 \* Carmen, Sodoma. pa.508.  
 \* Carmen, ad Senatorem Apollatam. pa.512.  
 \* Hymnus de Pascha domini. pa.515.  
 Oratio pro martyribus. pa.517.  
 Oratio quam dixit Cyprianus in die Passionis suæ. pa.518.  
 De singularitate Clericorum Origenis secundum quosdam. pa.520.  
 In Symbolum Apostolorum Rufini Aquileiensis expositio. pa.242.  
 \* Ad Vigilium Celsi in alternationem Iasonis & Papisci præfatio. pa.568.  
 \* Aduersus Iudæos qui infecuti sunt Christum. pa.572.  
 De reuelatione capitis beati Ioannis Baptistæ. pa.576.  
 Ad Fortunatum de duplici Martyrio. pa.581.  
 \* De duodecim abusibus sæculi. pa.596.  
 \* Dispositio cœnæ. pa.604.



INDEX OPERVM D. CYPRIANI IVXTA  
VVLGATAM ET MANVTII EDITIONEM, CVM  
adiectis ad Epistolas noſtræ editionis notis in margine.

EPISTOLÆ LIBRI PRIMI.

I. Cognouimus frater. Ad Cornelium Papam de confeſſione eius.	Pag. 130.	Epist. 57.
II. Statueramus quidem. ad eundem, de pace Lapſorum.	pa. 106.	Epist. 54.
III. Legi litteras tuas, ad eundem, de Fortunato & Felicissimo.	pa. 110.	Epist. 55.
III. Cùm in vnum conueniſſemus. Ad Clerum & plebem in Hispania conſiſtentes, de Baſilide & Martiale.	pa. 162.	Epist. 68.
V. Et iam pridem vobis. Ad Rogatianum & cæteros confeſſores.	pa. 16.	Epist. 7.
VI. Pro tua religioſa diligentia. Ad Magnum de Nouatiano, & de iis qui in lecto gratiam conſequuntur.	pa. 207.	Epist. 76.
VII. Grauius & dolenter motus. Ad Epictetum & plebem Aſſuritanorum, de Fortunatiano quondam Episcopo eorum.	pa. 153.	Epist. 54.
VIII. Quanquam fratres chariſſimi. Ad plebem, de quinque presbyteris schismaticis.	pa. 71.	Epist. 40.
IX. Grauius commoti ſumus. Ad Clerum & plebem Furnitanorum, de Victore qui Fauſtinum presbyterum tutorem nominauit.	pa. 157.	Epist. 66.
X. Pro dilectione tua. Ad Eucratium, de Hiltrione.	pa. 138.	Epist. 61.
XI. Legimus litteras tuas frater. Ad Pomponium, de virginibus.	pa. 139.	Epist. 62.
XII. Cùm ſimul in concilio eſſemus. Ad Ianuarium & cæteros, de hæreticis baptizandis.	pa. 172.	Epist. 70.

Epistolæ libri Secundi.

I. Ad quædam diſponenda. Ad Stephanum Papam de concilio.	pa. 177.	Epist. 72.
II. Bene admones Donate. Ad Donatum.	pa. 1.	Epist. 2.
III. Quanquam ſciam frater. Ad Cæcilium, de ſacramento dominici calicis.	pa. 143.	Epist. 63.
III. Cunctos vos pariter. Ad Moysen & Maximum presbyteros & confeſſores.	pa. 32.	Epist. 16.
V. In ordinationibus. Ad Clerum & plebem, de Aurelio confeſſore, lectore ordinato.	pa. 61.	Epist. 33.
VI. Exulto latus & gratulor. Ad martyres & confeſſores.	pa. 21.	Epist. 9.
VII. Quanquam bene ſibi conſcius. Cleri Romani ad Cyprianum.	pa. 56.	Epist. 31.
VIII. Et cum diligentia. De Nouato & Nouatiano.	pa. 86.	Epist. 49.
IX. Et religioſum nobis. Ad Cornelium de confeſſoribus.	pa. 79.	Epist. 43.
X. Quod ſeruis Dei. Ad Cornelium de ordinatione eius.	pa. 77.	Epist. 42.
XI. Venerunt ad nos frater. Ad Cornelium de ordinatione Nouatiani.	pa. 75.	Epist. 41.
XII. Et egiffe nos & agere. Ad Cornelium de confeſſoribus reſgreſſis.	pa. 84.	Epist. 47.

Epistolæ libri Tertij.

I. Et nuper quidem tibi. Ad Lucium de exilio reuerſum.	pa. 133.	Epist. 58.
II. Cùm frequenter chariſſimi. Ad confeſſores prauos.	pa. 80.	Epist. 44.
III. Lectis litteris veſtris fratres. Ad confeſſores de ſchiſmate reuerſos.	pa. 89.	Epist. 51.
III. Quales litteras. Ad Clerum de epistolis tam ſuis quam Romanorum edendis.	pa. 61.	Epist. 32.
V. Quoniam comperi fratres. Ad Clerum Romanum de ſeſſione ſua.	pa. 33.	Epist. 15.
VI. Quanquam ſciam vos fratres. Ad Clerum, vt confeſſoribus in carcere conſiſtentibus omnis humanitas præbeatur.	pa. 68.	Epist. 37.
VII. Exultantibus nobis. Lucij Papæ & cæterorum tam martyrum, quam confeſſorum.	pa. 219.	Epist. 79.
VIII. Legimus litteras tuas. Ad Fidum de infantibus baptizandis.	pa. 134.	Epist. 59.
IX. Grauius & dolenter. Ad Rogatianum Episcopum de ſuperbo diacono eius.	pa. 155.	Epist. 65.
X. Optaueram quidem fratres. Ad Clerum de cura pauperum & quiete confeſſorum.	pa. 14.	Epist. 6.
XI. Quanquam ſollicitudinem. Ad Cyprianum de confeſſoribus reuerſis.	pa. 82.	Epist. 46.
XII. Ne quid minus ad poenam. Ad Cyprianum de quibusdam ſchiſmaticis.	pa. 85.	Epist. 48.
XIII. Fauſtinus collega noſter. Ad Stephanum de Marciano Arelatenſi, qui Nouatiano conſenſit.	pa. 160.	Epist. 67.
Certi ſumus frater. Ad Cyprianum à Maximo, Urbano, Sidonio, Macario, cum Cornelio Episcopo pacem feciſſe.	pa. 88.	Epist. 50.
XIII. Diu patientiam meam. Ad Clerum de presbyteris, qui temere pacem Lapſis dederunt necdum ſedata perſecutione.	pa. 25.	Epist. 10.
XV. Sollicitudo loci. Ad martyras & confeſſores, qui lapſis petierunt pacem dari.	pa. 27.	Epist. 11.
XVI. Ingemiscere vos. Ad plebem de reſcripto martyrum, & lapſis, qui pacem petierunt.	pa. 29.	Epist. 12.

VXII.

Index.

XVII. Miror vos fratres. Ad Clerum de lapſis, & catechumenis ne vacui exeant.	pa. 30.	Epist. 13.
XVIII. Legi litteras veſtras fratres. Ad Clerum de eis qui ad pacem feſtinant.	pa. 32.	Epist. 14.
XIX. Dominus loquitur & dicit. Ad Clerum, non dandam Lapſis pacem ante poenitentiam actam.	pa. 38.	Epist. 18.
XX. Accepimus litteras veſtras. Ap Caldonium prima.	pa. 39.	Epist. 20.
XXI. Cùm de exceſſu boni viri. Ad Clerum Romanum, de dormitione Episcopi Urbici.	pa. 12.	Epist. 4.
XXII. Ne quid conſcientiam. Ad Clerum de litteris Romam miſſis, & de Saturo Lectore, & Hypodiano Optato factis.	pa. 46.	Epist. 24.
XXIII. Scripſiſtis mihi frat. Ad Fortunatum & cæteros de iis qui per tormenta ſuperantur.	pa. 104.	Epist. 53.
XXIII. Saluto vos fratres. Ad Clerum propter curam pauperum, & peregrinorum, vt de pecuniis eius ſtipendientur.	pa. 67.	Epist. 36.
XXV. Gloria quidem veſtra. Ad Martyras & confeſſores in metallo conſtitutos.	pag. 215.	Epist. 77.

Epistolæ libri Quarti.

I. Saluto vos fratres, chariſſimi. Ad Rogatianum & cæteros confeſſores.	pa. 221.	Epist. 81.
II. Accepi primas litteras. Ad Antonianum de Cornelio, & Nouatiano.	pa. 91.	Epist. 52.
III. Gloriam fidei & virtutis. Ad Moysen & Maximum presbyteros, & cæteros confeſſores.	pa. 47.	Epist. 25.
III. Quanquam ſciam fratres. Ad Clerum de deprecando Deo pro peccatis noſtris.	pa. 19.	Epist. 8.
V. Agnoſcenda & amplectenda ſunt. Ad Clerum & plebem, de Celerino confeſſore, lectore ordinato.	pa. 63.	Epist. 34.
VI. Cogitaueram quidem fratres. Ad Thibaritanos de exhortatione martyrij.	pa. 124.	Epist. 56.
VII. Quæſuiſti etiam filii. Ad Magnum ſecunda, de iis qui in lecto gratiam conſequuntur.	pa. 210.	Epist. 76.
VIII. Legi litteras tuas frater. Ad Cornelium de Polycarpo Hadrumetino.	pa. 81.	Epist. 45.
IX. Ego te frater credideram. Ad Florentium quem & Puppianum.	pa. 168.	Epist. 69.
X. Nunciandum vobis fuit. Ad plebem de Numidico confeſſore presbytero ordinato.	pa. 66.	Epist. 35.

Epistolæ libri Quinti.

I. Cùm perlatum ad nos fuiſſet. Ad Clerum de ſeſſu eius.	pa. 225.	Epist. 83.
II. Saluto vos incolis. Ad Clerum de cura pauperum & quiete plebis.	pa. 13.	Epist. 5.
III. Integre & cum diſciplina. Ad Clerum de Gaio Diddenſi presbytero, & Philumeno Hypodiano; & Faurino Acolutho.	pa. 52.	Epist. 28.
III. Poſt factas ad vos litteras. Ad Clerum Romanorum de multis confeſſoribus, & de Luciani inuercundia, & Celerini confeſſoris modeſtia.	pa. 43.	Epist. 23.
V. Ercommunis. Ad Clerum Romanorum de iis qui ſibi pacem à Paulo martyre datam vindicabant.	pa. 54.	Epist. 29.
VI. Dominus noſter. Ad lapſos, qui illi de vſurpata pace ſcripſerunt.	pa. 51.	Epist. 27.
VII. Vehementer contriſtatus ſum. Ad Caldonium, & Herculanium episcopos.	pa. 69.	Epist. 38.
VIII. Cùm maximo animi noſtri gemitu. Ad Episcopos Numidas, de redemptione fratrum ex captiuitate barbarorum.	pa. 136.	Epist. 60.
IX. Vt non vobis. Ad Succellum Episcopum de nunciis Roma reuerſis.	pa. 223.	Epist. 82.
X. Semper magnis ſenſibus. Nemeſiani & aliorum ad Cyprianum.	pa. 218.	Epist. 78.
XI. Reſalutamus te. Felicis & cæterorum, ad Cyprianum.	pa. 220.	Epist. 80.
XII. Inter varios. Moysen & Maximi & cæterorum confeſſorum ad Cyprianum.	pa. 48.	Epist. 26.
XIII. Quum perlegiſſemus Cleri Romani, ad Cyprianum.	pa. 54.	Epist. 30.
XIII. Scias nos. Confeſſorum vniuerſorum ad Cyprianum de pace Lapſis data.	pa. 37.	Epist. 17.
XV. Neceſſitas. Caldonij & cæterorum ad Clerum Carthaginienſem de abſtento Felicissimo cum ſuis.	pa. 38.	Epist. 19.
XVI. Abſtinuimus. Caldonij & cæterorum ad Clerum Carthaginienſem de abſtento Felicissimo cum ſuis.	pa. 71.	Epist. 39.

LIBRI ET TRACTATVS

Oblatrantem te. Ad Demetrianum.	pa. 278.
Diſciplina cultus ſpei. De habitu virginum.	pa. 226.
Cùm moneat Dominus. De vnitatem Eccleſiæ.	pa. 252.
Deos non eſſe quos colit vulgus. Quod Idola dij non ſunt.	pa. 288.
Multa & magna ſunt. De opere & eleemoſynis.	pa. 304.
Zelare quod bonum videas. De Zelo & Liuore.	pa. 225.
De patientia locuturus. De bono patientiæ.	pa. 314.
Et ſi apud plurimos veſtrum. De mortalitate.	pa. 295.
Pax ecce dilectiſſimi fratres. De Lapſis.	pa. 237.
Euangelica præcepta. De oratione Dominica.	pa. 263.
Deſideraſti Fortunate. Ad Fortunatum De exhortatione martyrum.	pa. 329.
Optemperandum fuit. Ad Quirinum aduerſus Iudæos.	pa. 344.
Chriſtum primogenitum eſſe. Ad eundem aduerſus Iudæos.	pa. 354.
Pro fide ac deuotione tua. Ad eundem.	pa. 370.

Scriptiſti



# Indiculus.

Scripsisti mihi frater charissime. Ad Iubaianum de hæreticis baptizandis. pa. 179.  
 Quamquam plene ea. Ad Pompeium, contra Epistolam Stephani. pa. 190.  
 Retulit ad me frater charissime. Ad Quirinum. pa. 175.  
 Concilium Carthaginense. De baptizandis hæreticis. pa. 398.  
**OPERA ADSCRIPTA CYPRIANO.**  
 Et si incongruum est. De laude martyrij ad Moysen & Maximum & ceteros confessores. pa. 424.  
 Probatio capitulorum. De montibus Sina & Sion aduersus Iudæos. pa. 496.  
 Ut me satis contristat. De spectaculis. pa. 415.  
 Promiseram. De singularitate clericorum. pa. 520.  
 Solent matres. De cardinalibus operibus Christi vsque ad eius Ascensum ad patrem. pa. 443.  
 Aliquas officiorum. De disciplina & bono pudicitia. pa. 419.  
 Cogitanti mihi. Ad Nouatianum, quod Lapis spes veniæ non sit neganda. pa. 434.  
 Mihi quidem. Expositio in Symbolum Apostolorum, Rufino Aquilicani presbytero auctore. pa. 543.  
 Multiphariam. De duplici martyrio. pa. 517.  
 Hagios. Oratio pro Martyribus. pa. 517.  
 Domine sancte. Oratio B. Cypriani, quam sub die passionis suæ dixit. pa. 518.  
 Narrat Iosephus. Tractatus de reuelatione capitis B. Ioannis Baptistæ. pa. 577.

Epist. 73.  
 Epist. 74.  
 Epist. 75.

## INDICVLVS CODICVM TVM EXCVSORVM TVM MS. QVIBVS SVM VSVS IN HAC D. CY- priani recognitione, cū præmissa Notula qua citari solent.

Affig.	<b>C</b> odex Abbatiae Affligimensis haud procul Bruxel- la, Manuscriptus.	informa 8.	Harric.
Angl.	Codex Anglicus Ms. 10. Clementis, qui ad me quasdam inde castigaciones misit.	Codex Ms. Ioann. Harrisi Angli, ex quo castigaciones haud penitendas ad me misit.	Hieru.
Aug.	Libri 7. D. Augustini de baptismo contra Donatistas, ex- cusi & Ms.	Hieron. operum triplex editio, vnde castigatum est Rufini Symbolum.	Manut.
Bland.	Codex Abbatia Blandiniensis apud Gandenses quæ D. Petri. ut capatur Ms. nunc à seclariis concematus.	Editio Romana apud Paulum Manutium, ceteris om- nibus multo castigatior, & epistolarum libro 5. auctior, anni 1563.	March.
Cambr.	Codex Ms. Abbatia Cambrensis in Hannonia, omnium optimus.	Codex Ms. Abbatia Marchinensis, haud procul à Dua- censi Academia.	Morel.
Carr.	Fragmentum quoddam Lud. Carrionis, quo quadam Cy- priani opuscula continentur.	Editio Guilielmi Morelij apud Lutetiam Parisiorum an- ni 1564. auctior præ ceteris & egregie etiam reco- gnita.	Parif.
Cauch.	Excursus codex, cum castigacionibus ad marginem Ioann. Cauchij Vltraieclini, ex Ms. variis codicibus.	Editio Parisiensis apud Arnulphum Langelier anni 1541.	Rédol.
Co. Ms.	Codex D. Pantaleonis apud Coloniæ.	Editio vetus, ante Erasmi recognitionem Parisiis excusa, apud Guilielmum Remboldum, qui primus epistolas in libros distinxit.	Torn.
Col. exc.	Editio Colon. apud Heronem Alopecium anno 1520.	Codex Ms. Abbatia D. Nicolai extra muros Tornacen- sis.	Vet. edi.
Cofter.	Castigaciones Ioannis Cofterij, ad marginem adscriptæ co- dicis Cauchij.	Editio omnium vetustissima, sine nomine Typographi aut Oppidi, quantum apparet excusa statim post in- uentam artem Typographicam, multo Erasmi editio- ne castigatior.	Vulg.
Dun.	Codex Ms. Abbatia Dunensis in Flandria, ex incendio secliariorum superstes.	Vulgata editiones omnes præter Manuij & Morelij.	
Erasm.	Editiones omnes ex castigacione Erasmi circa annum 1520.		
Froben.	Editiones Frobenij, & præsertim anni 1525.		
Grau.	Editio Henrici Grauij, Colonia excusa anno 1544. in of- ficina Quenteliana.		
Gryph.	Editio Lugdunensis apud Sebast. Gryphum anni 1549.		

# INDEX SCRIPTVRARVM TOTO OPERE CITATARVM LOCVPLETISSIMVS.



QVVM in veterum operibus soleant plerique non aliud quam  
 Scripturarum toto opere explicatarum Indicem texere, id-  
 que etiam verbis immutatis, ita vt quæ plerumque citantur  
 iuxta editionem 70. Interpretum, ipsi describant iuxta vulga-  
 tam D. Hieronymi editionem (quam rectè viderint alij) con-  
 silio eruditiss. quorundam Theologorum, & verbotenus ipsum Cypria-  
 num secutus sum, & quidquid apud illum citatur, in hunc indicem conte-  
 xui, addito tamen illis scripturis asterisco, quæ aut ab Auctore aut à me in  
 Adnotationibus explicantur. Ita habebit studiosus Lector veterem Psalmo-  
 rum translationem, ac in aliis editionem 70. puram putam, ex qua collatio-  
 ne cum cæteris veteribus facta, castigari possit, quæ hodie illius titulum præ-  
 fert, & ne per singula vagari necesse sit, (quod quam molestum sit, ipse mul-  
 totiens experientia didici) scripturæ locos explicatos haud difficile depre-  
 hendet: Primus autem Numerus indicat paginam, & littera: A, columnam  
 primam, littera: B, secundam.

## EX GENESI.

Gen. 1.*	<b>S</b> piritus Domini ferebatur super aquas, pagina 400. a. 456. b. 489. a	bus vitæ tuæ. Spinas & tribulos eiciet tibi, & edes pabulum agri. In sudore vultus tui edes panem tuum donec reuertaris in terram de qua & sumptus es, quia terra es & in terram ibis, 317. a. 386. a. 552. b
*	Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram. 230. b	Ad Cain munera non respexit Deus. 257. a. 4.
*	Crescite & generate. 232. b	270. a
2.	Compleuitque deus die septimo opus suum. 336. b	Et interfecit fratrem suum Abel. 111. a. 126. a *
*	Plasmavit deus hominem & insufflauit in fa- ciem eius flatum vitæ. 192. b	Et vocauit nomen eorum Adam. 498. a *
*	Plantauerat autem dominus deus paradysum. 183. a. 473. a	Et placuit Enoch deo, & non est inuentus postmodum quia Deus illum transtulit. 301. a. *
3.*	Et erunt duo in carne vna. 420. b	386. a. 498. b
*	Tunc dixit Deus ad serpentem: Quia tu hoc fecisti, maledictus tu ab omni pecore, & ab om- ni genere bestiarum terræ. Pectore tuo & ven- tre repes, & erit tibi terra cibus in omnibus die- bus vitæ tuæ. Et ponam inimicitiam inter te & mulierem & inter semen tuum & semen eius: ipse tuum obseruabit caput, & tu obseruabis cal- caneum eius. 357. a	Videntes filij Dei, &c. 230. a. 532. b *
*	Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitus tuos, & in tristitia paries filios, & con- uersio tua ad virum tuum & ipse tui dominabi- tur. 232. a. 382. a	Et vidit dominus Deus redundare nequitas hominum super terram, & quod omnes in ma- lum recordarentur à principio dierum suorum & dixit: Perdam hominem quem feci à facie ter- ræ ab homine vsque ad pecus, & à reptili vsque ad volatilia cæli. 436. b
*	Tunc dixit dominus ad Adam: Quia exaudi- sti vocem vxoris tuæ, & manducaisti ex illa arbo- re, de qua sola preceperam tibi ne manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In tristitia & gemitus edes ex ea omnibus die-	Arca Noe. 194. a. 201. a. 254. b. 436. a. *
		489. a
		Noe obtulit Deo, & delectatus est Deus in odorem suauitatis. 210. a
		Bibensque vinum inebriatus est. 143. b. 145. *
		b
		Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in illam terram quam tibi ostendero; & faciam te in gentem mag- nam & benedicam te, & magnificabo nomen



# Index Scripturarum toto

- tuum, & eris benedictus; & benedicam qui te benedixerit, & maledicam qui te maledixerit, & benedicentur in te omnes tribus terræ. 349.a
- 12.\* Benedicentur in illo omnes gentes. 144.a
- 14.\* Melchisedech rex salem protulit panem & vinum, fuit autem sacerdos Dei summi & benedixit Abraham. 143.b. 467.a
- 15.\* Credit Abraham Deo & deputatum est ei ad iustitiam, 143.b. 306. b. 384.a
- 17.\* Circumcidetur ex vobis octavo die, & cæt. 135.a. 452.b
- 19.\* Et pluit dominus super Sodomam & Gomorrhā sulphur & ignem de cælo à domino. 383.a
- \* Vxor Loth retro respexit. 20.b
- 22.\* Et tentavit Deus Abraham & dixit ad illum, Accipe filium tuum vnicum quem diligis Isaac. & vade in terram altam imponens illum ibi in holocaustum, hostiam, in vnum ex montibus in quo tibi dixero. 316.b. 379.a
- \* Et vocavit Abraham Angelus domini de cælo & dixit illi: Abraham, Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Noli imponere manum tuam super puerum neque feceris illi quicquam. Nunc enim cognovi, &c. 355.a. 380.b
- 24.\* Non accipias vxorem filio meo de femine Chanaam. 387.b
- 25.\* Et dixit Dominus Rebecca: Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. pag. 348. b. 497.b
- \* Esau primatus perdidit. 186.a
- 27.\* Et benedixit Isaac Iacob: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit dominus. Et det tibi Deus de rore cæli, & à fertilitate terræ multitudinem frumenti, & vini, & olei, & seruiet tibi gentes, & adorabunt te principes, & eris dominus fratris tui, & adorabunt te filij patris tui, & qui te maledixerit, erit maledictus, & qui te benedixerit erit benedictus. 349.a
- \* Iacob fugientem persecutus est Esau. 111.a
- 28.\* Lapidem posuit Iacob ad caput suum, pag. 360.a
- \* Rachel mandragoras concupiscit. 445.a
- 31.\* Et dixit mihi Angelus domini in somnis. Ego sum Deus, quem vidisti in loco Dei, vbi vixisti mihi titulum lapideum, & vouisti mihi votum. 355.a
- 35.\* Dixit autem Deus ad Iacob: Exsurge & ascende in locum Bethel, & habita illic, & fac illic altare illi Deo, qui tibi apparuit cum fugeres à facie Esau fratris tui. ibid. b.
- 37.\* Ecce somniator venit. Nunc ergo venite occidamus eum. 170.b
- \* Et vendiderunt Ioseph fratres eius, pag. 111. a
- 38.\* Thamar cooperuit se pallio, & adornauit, & cum aspexisset eam Iudas, visum est ei meretricem esse. 383.b

Vt vidit autem Ioseph, quoniam superposuit pater suus manum dexteram super caput Effraim, graue illi visum est; Et apprehendit Ioseph manum patris sui, auferre eam à capite Effraim ad caput Manasse. Dixit autem Ioseph ad patrem suum. Non sic pater. Hic est primogenitus meus, superpone dexteram tuam super caput eius. Ille autem noluit & dixit: Scio fili mi scio, & hic erit in populum, & hic exaltabitur, sed frater eius Iunior maior illo erit, & semen eius erit in multitudinem gentium. 349.a

Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum. Adorabunt te filij patris tui, catulus leonis Iuda, de fructu filij mi ascendisti, recubans obdormisti sicut leo, & velut catulus leonis. Quis excitabit illum. Non deficiet princeps de Iuda, & dux de femoribus eius, quoadusque veniant deposita illi, & ipse est spes gentium. Deligans ad vitam pullum suum, & ad Helicem pullum asinæ suæ. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vux amictum suum. Formosi oculi eius à vino, & candidi dentes eius magis quàm lac. 144.a. 349.a. 553.b

## EX EXODO.

**Q**uantoque eos deprimebant, tanto plures fiebant & inualescebant magis, pagina 355.a

Et apparuit ei Angelus domini in flamma ignis de rubo, & vidit quoniam rubus arderet igni, rubus autem non cremabatur. Et dixit Moyses: Transiens video hoc grande visum, cur itaque non crematur rubus. Vt vidit autem quoniam accedit videre, vocauit eum dominus Deus de rubo dicens: Moyses Moyses. Qui dixit: Quid est? Et dixit: Ne accesseris huc, nisi solueris calciamentum de pedibus tuis; Locus enim in quo stas, terra sancta est. Et dixit ei: Ego sum deus patris tui, deus Abraham, & deus Isaac, deus Iacob. 361.a. 391.a

Quis dedit os homini, & quis fecit mutum os, quis surdum & quis videntem & cæcum, nonne ego dominus Deus tuus. Et nunc perge, & ego aperiam os tuum, & instruum te quid loquaris. 335. a

Digitus dei est hic. 489.b

Orate pro me dominum, quia peccavi, pag. 438.b

Accipiant sibi singuli ouem per domos tribuum, ouem sine vitio; pfectum, masculum, anniculum erit vobis. Ab agnis & ab hædis accipietis & occidet illum omne vulgus synagogæ, filiorum Israel ad vesperam; & accipient de sanguine eius, & ponent super duos postes, & super limen in domibus, in quibus eum edent in ipsis, & edent carnes ipsa nocte assatas igni, &

# opere citatarum locupletissimus.

- igni, & asyna cum picridibus edent. Non edetis de eis crudam neque coctam in aqua nisi assatam igni, caput cum pedibus & interaneis, nihil derelinquetis ex his in mane, & os non constringetis ex eo. Quæ autem relicta fuerint de eo vsque in mane igni cremantur. Sic autem comedetis eum: Lumbari vestri præcincti, & caligæ vestræ in pedibus vestris, & edetis eum festinanter & bacula vestra in manibus vestris; Pascha est enim domini. 359.b. 377.b
- Et erit sanguis in signo vobis super domos in quibus vos ibi eritis, & video sanguinem & protegam vos, & non erit in vobis plaga diminutionis cum percutiam terram Aegypti. 284.a. 362.a
- In domo vna comedetur, non eiicietis de domo carnem foras. 208.a. 355.b. 389.b. 467.a. 470.a
- Petierunt ab Aegyptiis vasa argentea & aurea. 435.b
- Deus autem præibat eos; die quidem per columnam nubis ostendere illis iter, noctu autem in columna ignis. 355.a
- Exitus Israel de Aegypto. 483. a.b
- 14.\* Quid hoc nobis fecisti in eiiciendo nos de Aegypto? Melius est nobis seruire Aegyptiis, quam mori in solitudine hac. Et dixit Moyses ad populum: Fidite, & stete, & cernite salutem, quæ à Domino est; quam vobis faciet hodie, Dominus ipse pugnabit pro nobis, & vos tacebitis, pagina. 333.b
- Pharao submersus in mari rubo, pagina 211 b
- Promouit autem angelus Dei, qui præcedebat exercitum filiorum Israel. 355.b
- 15.\* Lignum apud mara. 327.b
- 16.\* Excitatus populus iste, & colligant sibi diurnum in diem, & tentabo eos an possint legem meam sustinere an non. 498. b
- Colligat vnusquisque gomor per singula capita. 211. a.b
- 16.\* Dixitque Moyses ad Iesum. Elige tibi viros & exi, & constitue cum Amalech in crastinum. Ecce ego stabo in cacumine collis, & virga Dei in manu mea. Et factum est cum leuabat manum Moyses, praualebat Israel, vbi autem submiserat manus Moyses, inualescebat Amalech: sed manus Moyses ferant graues, & accepto lapide supposuerunt sub eo, & sedebat super eum: & Aaron & Vr sustentabant manus eius hinc & inde, & factæ sunt manus Moysi stabiles vsque in occasum solis, & fugauit Iesus Amalech & omnem populum eius. Et dixit dominus ad Moysen: Scribe hoc vt sit memoria in libro, & da in aures Iesu, quoniam deletionem deleam memoriam Amalech de sub cælo. 334.a. 360. a. 362.a. 479. b
- 19.\* Et dixit Dominus ad Moysen: Descende & testificare populo, & sanctifica illos hodie & cras, & lauent vestem suam & sint parati in perendium diem, die enim tertio descendet dominus in montem Sina, pagina 362. b
- Et mons Sina fumabat totus, quoniam descendebat dominus in eum in igne. 390.b
- Cum præcepisset dominus Moysi vt sanctificaret populum in diem tertium, sanctificauit ille & adiecit: Estote parati: tribus diebus non accedatis ad mulieres. 38. b
- Et sacerdotes qui accedunt ad dominum Deum sanctificentur ne forrè derelinquat illos deus. 153.b. 163.a. 178.b
- Non erunt tibi dij alij absque me. 279. b. 331.b
- Non facies tibi idolum nec cuiusquam similitudinem. 331.b
- Non accipies nomen domini Dei tui in vanum. 378.b
- Honora patrem & matrem. 184.b
- Non facietis vobis deos argenteos neque aureos. 387.a
- Sacrificans diis eradicabitur nisi domino soli. 114.b. 153. b. 239.a. 282.a. 332. a. 494.b
- Omnem viduam & orphanum non vexabitis. Si autem vexaueritis eos, & vociferantes exclamauerint ad me, exaudiam exclamationes eorum, & irascar animo in vobis, & perimam vos gladio, & erunt coniuges vestræ viduæ & filij vestri orphani, pag. 391.b
- Principem populi tui non maledices. 378.b
- Innocentem & iustum non occides. 359.a
- 23.\* Non apparebis in conspectu meo vacuus. 455.a
- Ecce ego præmitto angelum meum ante faciem tuam ad custodiendum te in itinere, vt te inducat in terram, quam tibi præparauit. Obserua eum & obaudi eum, & ne fueris inobaudiens ei, & non deerit tibi, nomen enim meum in illo est. 355.b
- 25.\* Septiformis lucerna in tabernaculo martyrij. 336. b. 349.a
- Scriptas digito Dei. 489.
- 31.\* Populus ad Aaron: Exsurge & fac nobis deos qui nos præcedant, quia Moyses vir hic qui nos eiecit de Aegypto, quid ei acciderit nescimus. 344. b
- Et fecit ex eis caput bubulum. 319.a
- Et confedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. 387.a
- 32.\* Occidit Moyses idololatrias. 462.a
- 32.\* Precor (ait Moyses ad dominum) domine deliquit populus hic delictum grande & fecerunt sibi deos aureos, & nunc si dimittis eis delictum, dimitte, sin autem dele me de libro quem scripsisti. Et dixit dominus ad Moysen: Si quis deliquit ante me, deleam eum de libro meo. 242. a. 332. a. 345.a

## EX LEVITICO.

**A**facie senioris exsurges, & honorabis personam presbyteri. 389.b



# Index scripturarum toto

7. \* Omne varium & immundum eiice foras extra castra. 436. a  
 \* Omnis mundus manducabit carnem. Animal autem quæcunque manducauerit ex carne sacrificij salutaris, quod est domini, & immunditia ipsius super ipsam est, peribit anima illa de populo suo, pag. 241. a. 390. a. 494. b  
 10. \* Nabath & Abin filij Amon offerebant ignem alienum 181. b. 258. b  
 19. \* Sancti estote quoniam ego sanctus sum. 173. a. 266. Nō dormiet merces mercenarij tui apud te vsque in mane. 389. b  
 \* Non facies cirrum ex coma capitis vestri ibidem.  
 \* Non corrupetis effigiem barbæ vestræ. 245. a. 389. b  
 \* A facie senioris exsurges, & honorabis personam presbyteri. 389. b  
 20. \* Adulteros non patieris viuere. 420. b  
 21. \* Homo in quo fuerit vitium & macula non accedet offerre dona Deo. pag. 153. b. 163. a. 178. b  
 24. \* Et locutus est dominus ad Moyfen, dicens: Produc cum qui maledixit, foras extra castra, & imponent omnes qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidabit eum omnis synagoga filiorum Israel. 378. b

## EX NUMERIS.

- Num. 8. **A**ccipe Leuitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos. Et ita facies eis purificationem eorum, circumsparges eos aqua purificationis. 211. a  
 \* Aqua asperisionis purificatio est. 211. a  
 11. \* Definat murmuratio eorum à me, & non morientur. 378. b  
 12. \* Et fuit Moyfes homo lenis nimis. 95. a  
 16. \* Chore Dathan & Abiron surrexerunt contra Moyfen. 153. b. 163. b. 181. b. 209. a. 258. b  
 \* Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum & nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis ne simul pereatis in peccato eorum. 209. b  
 \* Memoriale filiis Israel, vt non accedat quifquam alienigena, qui non est ex semine Aaron, imponere incensum ante dominum, & non sit.  
 19. \* Et omnia quæ tetigerit immundus, immunda erunt. 173. a  
 19. \* Et homo qui fuerit immundus vsque ad vespertimo & mundus erit. Si autem non fuerit purificatus die tertio & die septimo, non erit mundus, & exterminabitur anima illa de Israel, quoniam aqua asperisionis non est super eum sparfa. 210. b  
 20. \* Apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius & impones eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam eius & indue Eleazarum filium eius & Aaron appositus moriatur illic. 163. b

- Afina Balaam. 335. a  
 \* Non quasi filius homo Deus suspenditur, neque quasi hominis minas patitur, pag. 361. b  
 \* Ecce populus quasi populus leoninus exsurgit. 349.  
 \* Procedet homo de semine eius & dominabitur multarum gentium, & exaltabitur Gog regnum ipsius, & augebitur regnum eius, & Deus eduxit eum ab Aegypto, quasi claritas vnicornis ei, & edet gentes inimicorum suorum & crassitudines eorum emedulabit, & ballistis suis configet inimicum. Recubans requiescit quasi leo, & quasi catulus leonis: quis suscitabit eum? Qui benedixit te benedicti sunt, & qui maledixit te maledicti sunt. 357. b  
 \* Orietur stella ex Jacob, & exurget homo ex Israel. 357. b. 454. a  
 \* Zelus Phinees. 183. a. 462. a

## EX DEUTERONOMO.

- D**ominus Deus tuus, Deus zelans est, pag. 183. a  
 \* Non facies tibi idolum nec cuiusquam similitudinem. 387. a  
 \* Audi Israel, dominus Deus tuus, deus vnus est. 271. a  
 \* Diliges dominum Deum tuum, de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua. 271. a. 380. a  
 \* Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruias. 311. b. 377. a  
 \* Non tentabis dominum deum tuum, pag. 464. a  
 \* Dominus Deus vexabit te, & famem iniiciet tibi, & cognoscet in corde tuo, si benè custodieris præcepta eius siue non. 298. b  
 \* Caue ne sanguinem edas. 468. b  
 \* Tentat vos dominus Deus vester, vt sciat si diligitis dominum Deum vestrum ex toto corde vestro ex tota anima vestra. 298. 334. b. 379. a  
 \* Et propheta ille, aut somnium somnians, ille qui locutus est, vt errare te faceret à domino Deo tuo, interficietur. 73. a  
 \* Quod si rogauerit te frater tuus, aut filius tuus, aut filia tua, aut vxor tua quæ est in sinu tuo, aut amicus tuus qui æqualis est animi tui, latenter dicens: Eamus & seruiamus diis alijs, dijs gentium, non consenties ei & non exaudies eum & non parces oculus tuus super eum, & non celabis eum, adnuncians adnunciabis de illo. Manus tua erit super eum imprimis interficere eum, & manus omnis populi postremo, & lapidabunt eum & morietur quoniam quæsiuit auertere te à domino Deo tuo. 332. b  
 \* Aut si audieris in vna ex ciuitatibus quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic, dicentes: Eamus & seruiamus diis alijs quos non nosti, inrerficiens

# opere citatarum locupletissimus.

- ficiens necabis omnes qui sunt in ciuitate cade gladij, & incendes ciuitatem igni & erit sine habitaculo in æternum. Non reedificabitur etiam nunc, vt auertatur Dominus ab indignatione iræ suæ, & dabit tibi misericordiam, & miserabitur tui & multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, & obseraueris præcepta eius, pagina 332. b  
 15. \* Non arabis in primogenitis boum, 460. b  
 16. \* Non accipies personam, nec secundum minimum, nec secundum maximum iudicabis. 440. b  
 17. \* Et homo quicumque fecerit in superbia, vt nō exaudiat sacerdotem aut iudicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, 73. b. 111. a. 140. b. 155. b. 169. a  
 \* Et omnis populus, qui audierit timebit, & nō aget impiè etiam nunc. 155. a  
 18. \* Prophetam excitabo eis de fratribus eorum sicut te, & dabo verbum meum in ore eius, & loquetur ad eos ea quæ præcepero ei. Et quisquis non audierit, quæcunque locutus fuerit propheta ille in nomine meo, ego vindicabo. 348. a  
 \* Non ominemini neque auguremini. 389. b  
 22. \* Non induetur vir vestem muliebrem. 138. b.  
 23. \* Non scenerabis fratri tuo vsura pecuniæ & vsura ciborum. 384. b  
 \* Si autem voueris votum domino Deo tuo, non tardabis reddere illud, quia inquirens quæret illud dominus Deus tuus à te, & erit in peccatum, ea quæ egredientur per labia tua, obseruabis, & facies donum quod locutus es ore tuo, 382. a  
 24. \* Non morientur patres pro filiis.  
 25. \* Deponet calciamentum de pede eius. 361. a  
 27. \* Et scribes super lapidem, omnem legem hanc manifestè nimis. 360. a  
 28. \* Eritis gentes in caput, incredulus autem populus in caudam. 349. b  
 \* Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis diu ac nocte & non credes vitæ tuæ. 361. b. 552. b  
 30. \* In nouissimis diebus circumcidet Deus cor tuum & corteminiis tui ad dominum Deum amandum. 346. b  
 \* Ecce dedi ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum: elegi vitam, tibi vt viuas. 385. a  
 31. \* Cum diuideret excelsus gentes, statuit terminos gentium, secundum numerum angelorum Dei, 549. b  
 \* Sacrificauerunt dæmonijs & non Deo, 332. a. 345. a  
 \* De vineis Sodomorum vitis eorum & palmetus eorum de Gomorra. Vua eorum vua fellis, botrus amaritudinis ipsius. 553. b  
 \* Mihi vindictam & ego retribuam. 282. b. 391. a  
 \* Videte, videte quia ego sum Deus, & non

est Deus præter me. Ego interimam & viuere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est qui eripiat de manibus meis. 331. b  
 \* Qui dicunt patri & matri: Non noui te, & filios suos non agnouerunt, hi custodierunt præcepta tua, & testamentum tuum seruauerunt. 266. a. 308. b. 333. a

## EX IESVNAVE.

**N**on recedet liber legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo die ac nocte, vt *Iosue* 1. obserues facere omnia quæ scripta sunt in eo. 191. a  
 \* Patrem tuum & matrem tuam & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, & omnis qui exierit ostium domus tuæ foras, reus sibi erit, 208. a. 255. a  
 \* Et dixit dominus ad Iesum: Fac tibi cultellos petrinus, nimis acutos, & assidens circumcide secundo filios Israel. 346. b  
 \* Et factum est cum esset Iesus in Iericho, circumspexit oculos & vidit hominem stantem ante faciem suam, & frameam habentem in manu eius, & dixit: Noster es, an aduersarium? Ille autem dixit: Ego sum dux virtutis domini, nunc adueni. Et Iesus cecidit in faciem ad terram, & ait illi: Domine quid imperas famulo tuo? Et ait dux virtutis domini: Solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est. 361. a  
 \* Tribui autem Leui non dedit possessionem, 158. a  
 \* Et accepit lapidem magnum, & statuit eum illic contra dominum, Et ait Iesus ad populum: Ecce lapis iste erit vobis in testimonium, quia iste audiuit omnia quæ dicta sunt à domino, quanta locutus est ad vos hodie, & erit vobis in testimonium in nouissimo dierum, quando recesseritis à Deo vestro. 360. a

## EX IVDICVM LIB.

**E**T fecerunt filij Israel malignum coram domino Deo patrum suorum, qui eiecit eos de terra Aegypti, & secuti sunt deos gentium, quæ circa illos sunt, & offenderunt dominum & reliquerunt Deum, & seruiuerunt Baal. Et adiecerunt filij Israel iterum facere malignum coram domino, & seruiuerunt Baal & diis alienigenarum, & reliquerunt dominum, & non seruiuerunt illi. 345. a

## EX REGNORVM LIBRO I.

**L**oquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & vox eius non audiebatur, & exaudiuit eam Deus. 265. a  
 \* Nolite gloriari, neque loquamini elata, & non procedat magniloquentia de ore vestro, quia Deus scientiarum dominus. 375. b. 439. a



# Index Scripturarum toto

Inualidus factus est arcus potentium, & infirmi accincli sunt virtute, 375. b  
 \* Sterilis peperit septem, &c. 336. b. 349. a  
 Quoniam erigit à terra pauperem, & à sterquilinio erigit inopem, & sedere eum facit cum potentibus populi, 439. a  
 \* Si delinquendo peccet vir aduersus virum, orabunt pro eo dominum, si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo? 332. b. 381. b. 495. a  
 \* Eos qui clarificat me clarificabo, & qui spernit me, spernetur, 266. b. 327. a  
 \* Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia quæ sunt in corde meo faciet, & ædificabo ei domum fidelem, & transibit in conspectu Christorum meorum omnibus diebus, & erit qui remanserit in domo tua, veniet adorare in in obolo pecuniæ & in pane vno, 348. a  
 6. \* Posuerunt arcam super lapidem magnum, 360. a  
 7. \* Lapidem statuit Samuel, & appellauit eum Abennezer, id est, lapis auxiliator, 360. a  
 8. \* Non te spreuerunt sed me, 112. a. 155. b. 169. a  
 16. \* Homo videt in facie, Deus autem in corde, 95. a. 244. b. 385. b  
 17. \* Lapis, quo frontem Goliath percussit Dauid, 360. a

## EX REGNORVM II.

Reg. 6. \* **A**Nte arcam Dauid saltauit, 415. b  
 7. \* Et fuit verbum domini ad Nathan dicens Vade & dic seruo meo Dauid. Hæc dicit dominus: Non tu ædificabis mihi domum ad inhabitandum, sed erit cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo femem tuam post te, qui erit de vtero tuo, & parabo regnum eius, hic ædificabit mihi domum in nomine meo, & erigam thronum eius in sæcula, & ego ero in ei patrem, & ipse erit mihi in filium, & fidem consequetur domus eius, & regnū eius vsque in sæcula in conspectu meo, 347. b. 357. b

## EX REGNORVM III.

3. Reg. 11. **E**T auerterunt vxores alienigenæ cor eius post deos suos, 387. b  
 \* Et excitauit dominus sathanam ipsi Salomoni, 259. a. 270. b. 389. a  
 \* Achias propheta Ieroboam regi obuius factus in campo, in duodecim scissuras, vestimentum suum discidit, dicens: Sume tibi decem scissuras, quia hæc dicit dominus: Ecce scindo regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem sceptræ, & duo sceptræ erunt ei propter seruum meum Dauid, & propter Hierusalem ciuitatem, quam elegi, vt ponam nomen meum illic, 255. a  
 \* A tribu Iuda & Benjamin scissæ sunt decem tribus, 208. b  
 22. \* Et indignatus est dominus in omne semen Israel, & dimouit eos, & dedit eos in direptionem donec abiiceret eos à facie sua, quia dissi-

patus est Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi regem Hieroboam filium Nabath, 208. b  
 Homo Dei ad Hierobam missus, 208. b  
 Helias passus à coruis, 269. b. 307. a  
 \* 13.  
 \* 17.  
 Hæc dicit dominus: Fidelia farris non deficiet, & capsaces olei non diminuetur, vsque in diem quo dabit dominus imbrem super terram, 309. a. 476. b  
 \* 19.  
 Aemulando æmulatus sum domino Deo omnipotenti, quia dereliquerunt te filij Israel, altaria tua demolierunt, & prophetas tuos interfecerunt gladio, & remansi ego solitarius, & quærunt animam meam auferre eam, 345. a

## EX REGNORVM IIII.

**A**Vruga Israel Helias, 415. b  
 Duplex Helias spiritus, 491. b. \* Reg. 2.  
 Infans resuscitatus ab Heliazæ, 135. a. \* 4.  
 Non morientur patres pro filiis, & filij non morientur pro patribus, vnusquisque in peccato suo morietur, 98. a.  
 Venit Nabuchodonosor Rex Babyloniam in Hierusalem, & expugnabat eam, & dedit eam Deus in manu eius, 270. b. \* 24.

## EX PARALIPOMENON I.

**N**Abla, æra, tympana, tibias, citharas, choros, 1. Paralip. 15. b

## EX PARALIPOMENON II.

**D**ominus vobiscum est, dum estis cum ipso, si deliqueritis eum, derelinquet vos, 333. b. 381. b. 2. Paralip. 15.  
 Et dixit eis Zacharias: Hæc dicit dominus Deus: Dereliquistis vias domini, & ipse derelinquet vos, 117. a. \* 24.  
 Ozias lepra percussus, 258. b. 470. b. \* 26.

## EX ESDRAE I.

**S**atis non sit Deo cum vastarantur Iudæi, nisi alienigenas vxores cum filiis quoque quos ex illis procreauerant, reliquissent, 387. b. 534. a. 1. Esdr. 10. \*

## EX ESDRAE II.

**D**esciuerunt à te & abiecerunt legem tuam post dorsum suum, & prophetas tuos interfecerunt, qui obtestabantur eos, vt reuerterentur ad te, 345. a. 2. Esdr. 9. \*

## EX ESDRAE III.

**V**eritas manet & inualescit in æternum & viuit & obtinet in sæcula sæculorum, &c. 193. b. 536. a. 3. Esdr. 4. \*

## EX TO.

# opere citatarum locupletissimus.

## EX TOBIA.

Tobia. 2. **E**T dixi Tobia filio meo: Vade & adduc quemcumque pauperem inueneris ex fratribus nostris, qui tamen in mente habeat Deum ex toto corde suo, eum adduc & manducabit pariter meum prandium hæc. Ecce sustineo te fili donec venias. 273. b  
 \* Vbi sunt iustitiæ tuæ, ecce quæ pateris. 298. a. 376. b  
 4. \* Omnibus diebus vitæ tuæ, fili Deum in mente habe, & noli præterire præcepta eius, & iustitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, & noli ambulare viam iniquitatis, quoniam agente te ex veritate erit respectus operum tuorum. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab illo paupere, ita fiet vt nec à te auertatur facies Dei. † Quomodo habueris fili, sic fac. Si tibi fuerit copiosa substantia, plus ex illa fac eleemosynam. Si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo communica. Et ne timueris cum facis eleemosynam. Præmium enim bonum reponis tibi in diem necessitatis.  
 \* Quoniam eleemosyna à morte liberat, & non patitur ire in tenebras. Munus bonum est eleemosyna, omnibus qui faciunt eam coram summo Deo. 96. a. 309. b. 373. b  
 6. Vxorem accipe ex semine parentum tuorum, & noli sumere alienam mulierem, quæ non est ex tribu parentum tuorum. 387. b  
 12. \* Opera Dei reuelare & confiteri honorificum est. 272. a. 298. a  
 \* Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. 272. a  
 Quia eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata. 305. b  
 \* Nam cum orabas tu & Sarra, ego obtuli memoriam orationis vestræ in conspectu claritatis Dei. Et cum sepelires tu mortuos simpliciter, & quia non es cunctatus exsurgere & derelinquere prandium tuum, sed abisti & condidisti † mortuos, missus sum tentare te. Misit me Deus curare te & Sarram nurum tuam. Ego enim sum Raphael vnus ex septem angelis iustis, qui assistimus & conuersamur ante claritatem Dei. 272. a. 298. a  
 13. \* Ego in terra captiuitatis meæ confiteor illi, & ostendo virtutem eius in natione peccatrice. 336. b

## EX IOB.

Tobia. 1. **I**Ob homo verus & iustus habuit septem filios, & filias tres. Et emundabat illos offerens pro eis hostias Deo secundum numerum illorum & pro peccatis eorum vitulum vnum. 309. a  
 \* Ecce omnia quæcumque habet, in manus tuas do, sed ipsum caue ne tangas 270. b. 389. a  
 Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus etiã ibo sub terram: dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, Sit nomen domini benedictum. 297. b. 376. a

Animaduertisti puerum meum Tob, non enim est similis illi quisquam in terris homo sine querela, verus Dei cultor. 298. a  
 Dic verbum aliquod in dominum & morere. At ille intuitus eam dixit: Tanquam vna ex insipientibus mulieribus locuta es. Si bona excepi- mus de manu domini, mala cur non tolerabimus? 298. a. 378. b  
 In his omnibus quæ contigerunt ei, nihil peccauit Iob labijs suis, in conspectu domini. 298. a.  
 Reprehendam sapientes in astutia ipsorum. 314. b. 388. b  
 Quis enim mundus à fordibus? nec vnus, etiã si vnus diei sit vita eius in terra 385. b  
 Est arbori spes. Si enim abscissa fuerit, iterum pullulabit, & virgultum eius nunquam deficit; quod si senuerit, in terra erit radix eius, si autem in petra mortuus fuerit truncus eius, ab odore aquæ refloret, & faciet fructum quasi nouella. Vir verò si mortuus fuerit, abiit, & mortalis si ceciderit, vltra iam non erit 560. b  
 Qui resuscitaturus est super terram pellem meam, quæ hæc nunc haurit. 561. a  
 Conseruaui egenum de manu potentis, & pupillo cui non erat adiutor auxiliatus sum. Os viduæ benedixit me, cum essem oculus cæcorum, pes quoque claudorum ego essem, & inualidorum pater. 373. a. 391. b  
 Et, si oculis consensit cor meum. 533. a  
 Aut adduces draconem in hamo, & ponēs capistrum circa nares eius? 550. b

## EX PSALMIS.

**C**Atheda pestilentia. 256. a  
 In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. 392. a  
 Et erit velut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. 500. b  
 Ad quid tumultuatae sunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes collecti sunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum, & abiciamus à nobis iugum ipsorum. 347. b. 392. a  
 Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, annuncians imperiū ipsius. 364. a. 497. a. 499. b  
 Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gētes hæreditatē tuā & possessionē terminos terræ. 357. a  
 Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas fictile confringes eos. 97. b  
 Et nunc reges intelligite, emendamini, qui iudicatis terram. 391. b  
 Seruite domino in timore, & exultate ei cum timore. 380. b  
 Continete disciplinam ne forte irascatur dominus, & pereatis de via recta, cum exarserit cito ira eius super vos. 139. b. 126. b



# Index scripturarum toto

3. \* Ego dormiui & somnum cepi, & exsurrexi, quoniam Dominus auxiliatus est mihi. 362. b. 554. b
4. \* Dicite in cordibus & in stratis vestris, & transfundimini. 65. a
- \* Sacrificate sacrificium iustitię & sperate in dominum. 348. a
5. \* Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo domine, mane exaudies vocem meam; Mane assistam tibi & contemplantor te. 273. 3364. a
6. \* Apud inferos autem quis confitebitur tibi? 391. b
11. \* Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exturgam. 554. b
14. \* Qui pecuniã suam non dedit in fenore, & munera super innocentes non accepit: qui ista fecerit non commouebitur in æternum. 384. b
15. \* Non derelinques animam meam apud inferos, neque dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. 362. b. 467. a. 480. a. 554. a
17. \* Qui ascendit super Cherubin, & volauit super pennas ventorum. 555. b
- \* Cum iusto iustificaberis, & cum viro innocente innocens eris, & cum peruerso peruersus eris.
- \* Constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. 349. b
18. \* In vniuersam terram exiuit sonus eorum. 197. b
- \* Et ipse velut sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt Gigas viam currere; à summo cœli egressio eius, & decursio eius vsque ad summum eius, & non est qui lateat à calore eius. 61. a
- \* Præcepit domini lucidum illuminans oculos. 527. b
- \* Timor castus perseverans in sæcula sæculorũ. 381. a
- \* Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine.
19. \* Det tibi Dominus secundum cor tuum. 41. a
- \* Isti in curribus, & isti in equis, Nos autem in nomine domini Dei nostri magnificabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autem surreximus & erecti sumus. 334. b
21. \* Ego autem sum vermis & non homo, maledictum hominis, & abiectio populi. Omnes qui me videbant despiciebant me, & locuti sunt in labiis & mouerunt caput, sperauit in domino eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum. 358. b
- \* Aruit velut testa virtus mea, & lingua mea adglutinata est faucibus meis, ibidem.
- \* Et in puerem mortis deduxisti me 553. b
- \* Effoderunt manus meas & pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem contemplati sunt & viderunt me, & diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam fortem miserunt. Tu autem domine, ne eon gaueris auxilium tuum à me, in auxilium meum attende. Libera à gladio animam meam, & de manu carnis vnica meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Enarrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesię laudabo te. 361. b. 553. b
- \* Commemorabuntur & conuertentur ad dominum omnes termini terrę, & adorabunt in conspectu tuo omnes patrię gentium, quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur omnium gentium 364. a
- \* Calix tuus inebrians, quam peroptimus. 22. 145. b
- \* Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, & non iurauit subdole proximo sibi, iste accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Ista natiuitas eorum, qui eum quærunt, qui quærunt faciem Dei Iacob. 360. b. 500. a
- \* Auferte portas principes vestras & extollimini portę æternales, & introibit rex glorię. Quis est iste rex claritatis? Dominus fortis & potens dominus fortis in prælio. Auferte portas principes vestras & eleuamini portę æternales & introibit rex claritatis. Quis est iste rex claritatis, dominus virtutum ipse est rex claritatis. 364. a. 555. b
- \* Vias tuas domine ostende mihi & semitas tuas edoce me, & deduc me ad veritatẽ tuam, & doce me, quoniã tu es Deus saluator meus. 356. b
- \* Odiui Ecclesiam malignatium, & cum impiis non sedebo. 558. a
- \* Si directa fuerint in me castra non timebit cor meum. Si exsurrexerit super me bellum, in illud ego sperabo. Vnam peti à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini per omnes dies vitę meę. 197. a. 334. b
- \* Redde eis retributionem eorum, quoniam nõ intellexerunt de operibus domini. 345. b
- \* Domine reduxisti ab inferno animam meam. Saluasti me à descendentibus in lacum. 362. b. 554. b
- \* Domine in voluntate tua, & c. 471. a
- \* Quę utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem? 553. b
- \* Nunquid exomologesin faciet tibi puluis? 391. b
- \* In manus tuas commendo spiritum meum. 553. b
- \* Sermone Dei cœli solidati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum 354. b
- \* Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo. 378. b
- \* Gustate & videte quoniam dulcis est dominus: felix est vir qui sperat in eum. Timete dominum Deum omnes sancti eius, quoniam non est inopia eis qui eum metuant. Diuites eguerunt & esurierunt, qui autem inquirunt dominum non indigebunt omni bono. 350. a
- \* Quis est homo qui vult vitam & amat videre dies optimos?

contine

# opere citatarum locupletissimus.

- \* Contine linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur inuidiosẽ. Declina à malo & fac bonum, quære pacem & sequere eam. 77. b. 260. a
- \* Proximus est dominus contritis corde, & humiles spiritus saluabit. Multę pressurę iustorum, sed ex omnibus illis liberabit eos dominus. 376. a
- \* Mors peccatorum mala. 440. a
36. \* Noli zelare bene ambulantem in via sua. 325. a
- \* Observabit peccator iustum, & stridebit ad eum dentibus suis. Deus autem irridebit eum, quoniam prouidet quia veniet dies eius. 325. a
- \* Iunior fui ctenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & fenerat, & semẽ eius in benedictione est. 269. a. 209. b. 373. b
- \* Vidi impium exaltatum, & extolli super cedros Libani & transiui & ecce non fuit, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. 111. b
37. \* Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. 551. b
- \* Ego autem sicut surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.
- \* Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo increpationes. 552. b
- \* In capite libri scriptum est de me. 454. a
40. \* Beatus qui intelligit super egenum & pauperem in die malo liberabit eum Dominus. 305. b. 373. b
- \* Qui manducat panes meos; ampliabit aduersum me supplantationem. 551. b
43. \* Propter te interficimur tota die, æstimati sumus vt oues victimę. 333. a
44. \* Eructauit cor meum sermonem bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamis scriptoris acute sribentis; decorus specie super filios hominum. Effusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in sæcula. Accinge ense tuo ad femur potentissime. Decorum & speciei tuę, & intende & dirige & regna propter veritatem, & mansuetudinem & iustitiam. 364. a
- \* Thronus tuus Deus in sæcula sæculorum, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis super participes tuos. 356. a. 476. b
- \* Astitit Regina ad dexteram tuam in veste inaurata, amicta est varietate. 394. b
- \* Audi filia & vide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui, quoniã desiderauit Rex speciem tuam, quia ipse est dominus Deus tuus. 200. b. 364. b
45. \* Vacate & cognoscite, quoniam ego sum Deus exaltabor in gentibus & exaltabor in terra. 356. a
- \* Ascendit Deus in iubilatione, dominus in voce tubę. 555. b
46. \* Deus decorum Dominus locutus est & vocauit terram. A folis ortu vsque ad occasum, ex Syon species decoris eius.
- \* Deus manifestus veniet, Deus noster & non filebit, ignis ante eum ardebit, & in circuitu eius procella nimia. Aduocauit cœlum sursum, & terram, vt separet populum suum. Colligite illi iustos eius, eos qui disponunt testamentum eius in sacrificiis, & annuntiabunt cœli iustitiam eius, quoniam iudex est. 320. a. 363. b
- \* Non edam carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam. Sacrifica Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Inuoca me in die pressurę, & eruam te, & clarificabis me. 384. a
- \* Peccatori autem dixit Deus: Ad quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum, tu autem odisti disciplinam, & abiectisti sermones meos retro, si videbas furẽ, concurrebas ei, & inter mœchos particulam tuã ponebas. 147. b. 165. a
- \* Sacrificium laudis clarificabit me, & illic via est in qua ostendam illi salutare Dei. 348. a
- \* Os tuum abundauit malitia, & lingua tua complectebatur infidias; sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuę ponebas scandalum. 77. b
50. \* Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. 385. b
- \* Tibi soli deliqui, & nequissimum in conspectu tuo feci. 440. a
- \* Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicit. 216. b. 221. b. 298. a
- \* Qui hominibus placent confusi sunt, quoniã Deus nihil fecit illis. 227. b
- \* Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi erant iacula. 551. b
54. \* In domino speraui, non timebo quid faciat mihi homo. 377. a
55. \* Non nisi soli Deo subiecta est anima mea. 377. a. b
- \* Ascendit homo ad cor altum. 444. b
- \* Exsurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant à facie eius qui oderunt eum. Sicut deficiit fumus deficiat, sicut tabescit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei, & iusti iucundentur, & exultent in conspectu Dei, & lætentur in iucunditate. 363. b
- \* Certe Deo, pfallite nomini eius, iter facite ei, qui ascendit in occasum. Deus nomen illi. 356. a
- \* Turbabuntur à facie eius patris orphanorum, & iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit vnanimis in domo. 19. b. 208. b. 255. b. 265. b. 391. b
- \* Producent vinctos in virtute, similiter eos qui in iram prouocant. Qui inhabitant in monumentis; Deus dum prodires in conspectu populi tui, in transeundo in æterum. 363. b
68. \* Descendisti in limum profundi, & nõ est substantia. 553. b
- \* Et dederunt in esca mea fel, & in siti mea potauerunt me aceto, ibidem.
- \* Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam 71.



# Index scripturarum toto

- tuam filio regis; Iudicare populum tuum in iustitia. 36.4. b
73. \* Deus autem rex noster ante saeculum, operatus est salutem in medio terra. 36.4. b
- \* Tu confregisti capita draconis, dedisti eum in escam populo Aethiopum. 550. b
77. \* Panem Angelorum manducauit homo. 468. a
81. \* Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernens. 356. a
- \* Humilem & pauperem iustificat.
- \* Non cognouerunt neque intellexerunt, in vmbra deambulabunt. 345. b
- \* Ego dixi: Dij estis, & filij altissimi omnes; vos autem sicut homines moriemini. 356. a. 480. a
- \* Exsurge Deus, iudica terram, quoniam tu exterminabis in omnibus gentibus. 363. b
83. \* Quam dilectissime habitationes tue Deus virtutum, desiderat & properat anima mea ad atria Dei. 301. a
84. \* Conuersus viuificasti me, & de abyssu terrae iterum reduxisti me. 554. b
87. \* Et factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. 480. 355. 4. b
- \* Exclamaui ad te domine tota die, extendi ad te manus meas. 361. b
88. \* Et ego primogenitum ponam eum, altissimu apud reges terrae. In aeternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele illi. Et ponam in saeculum saeculi semine eius. 354. a
- \* Si dereliquerint legem meam & in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum 19. a. 96. b. 238. b
- \* Misericordiam autem meam non dispergam ab eis.
90. \* Angelis suis mandauit, & c. 463.
- Super aspidem & basiliscum conscendes, & draconem & leonem calcabis. 437. a
92. \* Parata sedes tua ex tunc, a saeculo tu es. 555. b
93. \* Dominus cognouit cogitationes sapientium, quia stultae sunt. 314. b
- \* Omnes dij gentium daemonia, dominus autem caelos fecit.
95. \* Annunciate in gentibus, quia dominus regnauit a ligno, & transiuit in gentibus. 499. b
96. \* Dominus regnauit exultat terra, iucundentur insulae multae. 364. b
103. \* Qui aedificat in caelo ascensum suum. 555. b
105. \* Et tentauerunt Deum in loco inaquoso. 499. a
106. \* Misit sermonem suum & curauit illos. 354. b
109. \* Dixit Dominus Domino meo sede ad dexteram meam, quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. Virgam virtutis tuae, mittet Dominus a Syon, & dominaberis in medio inimicorum tuorum. 363. a. 555. b
- \* Ante luciferum genuite. 143. b. 348. a
- \* Iurauit dominus & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. 143. b. 348. a
- De torrente in via bibet. 466. b
- Initium sapientiae timor domini. 380. b
- Disponet sermones suos in iudicio. 556. a
- Distribuit dedit pauperibus, iustitia eius manebit in saeculum saeculi. 374. a
- Idola gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Os habent & non loquuntur, oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt, neque enim est spiritus in ore eorum. Similes fiant illis qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in illis. 331. b. 426. a
- Obscurabitur super terram in die lux. 553. a
- Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. 216. b
- Præciosa in conspectu domini mors iustorum eius. 22. b. 216. b. 221. b. 338. b
- Non metuum quid faciat mihi homo. Dominus mihi auxiliator est. 334. b
- Bonum est confidere in dominum, quam fidere in homine, bonum est sperare in dominum, quam sperare in principibus. 377. a
- Emendans emendauit me dominus.
- Lapis quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli. A domino factus est iste, & est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies quem fecit dominus, ambulemus & iucundemur in eo. 273. a. 359. b
- O domine salua igitur. O domine dirige igitur. 360. a
- Benedictus est qui venit in nomine domini. 355. b
- Beati qui immaculati sunt in via, qui ambulat in lege domini. Beati qui persequuntur martyria eius, in toto corde exquirunt eum. 339. a. 380. a
- Lucerna est pedibus meis verbum tuum, & lux semitis meis. 527. b
- Confige clauis de metu tuo carnes meas. 361. b
- Erraui velut ouis quae perit. 440. a
- Qui seminant in lachrymis in exultatione metent. Ambulantes ambulabant, & plorabant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes gremia sua. 338. b
- Iurauit Deus ipsi David veritatem & non reprobauit eam: de fructu ventris tui ponam super thronum meum. 338. a
- Ecco quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. 197. a
- Idola gentium argentum & aurum, & c. sicut supra. 331. b
- Cantate nobis cantica de canticis Syon. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. 499. b
- Quod est imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. 244. b
- Mihi autem vehementer honorificati sunt amici tui. Deus 532. b

Adle-

# opere citatarum locupletissimus.

140. \* Adleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. 147. a. 361. b
- \* Oleum peccatoris non vngat caput meum. 173. a
- E X P A R O E M I I S  
S A L O M O N I S.
- \* *Prout.* **Q**uoniam quidem vocabam & non obaudiebatis, & extendebam verba mea, & non intendebatis, sed irrita faciebatis mea consilia, meis autem increpationibus non intendebatis: itaque & ego vestrae perditioni superidebo. Gratulabor ergo aduersum vos, cum aduenerit vobis interitus, & cum aduenerit vobis subito tumultus: euersio autem simul & procellae, & cum aduenerit vobis pressura, & expugnatio. Erit enim, cum me inuocaueritis, ego autem non exaudiam vos. Quarent me mali, & non inuenient: oderunt enim sapientiam. Verbum autem domini non assumpserunt, neque voluerunt meis consiliis intendere. Spreuerunt enim meas correptiones: ideoque edent viam suam fructus, & sua impietate satiabuntur. 520. a
2. \* Prudentiam fac notam tibi, vt te seruet a muliere aliena & pessima. 521. b
3. \* Fili, ne neglexeris disciplinam Dei, nec defeceris ab eo correptus. Quem enim diligit Deus corripit. 226. b. 388. a
- \* Ne dixeris: Abi & reuertere, cras, ego dabo, cum possis continuo bene facere: non enim scis quid contingat sequenti die. 373. b
- \* Ne adduxeris impium in habitaculum iustorum. 390. a
4. \* Non declinabis in dexteram neque in sinistra. 526. a
6. \* Praecium meretricis tantum est vnus panis, mulier autem preciosas animas capit. 522. a
- \* Quis aligabit in sinu suo ignem, vestimenta autem sua non comburat? Aut quis ambulabit super carbones ignis, pedes vero non comburent? & c. 521. a
8. \* Dominus condidit me initium viarum suarum, in opera sua ante saeculum fundauit me; in principio antequam terram faceret & antequam abyssos constitueret, priusquam procederent fontes aquarum, antequam montes collocarentur, ante omnes colles genuit me dominus, fecit regiones & inhabitabilia, & fines inhabitabiles sub caelo, cum pararet caelum aderam illi, & cum feceraret suam sedem, cum super ventos validas faceret desuper nubes, & cum confirmatos poneret fontes sub caelo, quando fortia faciebat fundamenta terrae, eram penes illum disponens; ego eram cui adgaudebat, quotidie autem iucundabar ante faciem eius in omni tempore, cum letaretur orbe perfecto. 353. b
9. \* Sapientia aedificauit sibi domum & subdidit columnas septem. Mastrauit suas hostias, miscuit in cratera vinum suum, & parauit suam mensam, & misit seruos suos conuocans cum excelsa praedicatione ad crateram dicens: Qui est insipiens declinet ad me. Et egentibus sensu dixit: Venite edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis, Derelinquite stultitiam & quaerite prudentiam, & corrigite scientiam in intellectu. 144. a. 354. b
- Qui corripit impium odietur ab eo, corripit sapientem & diligit te. 391. a
- Non occidet Dominus fame animam iusti. 269. a. 307. a
- Qui fidens est in falsis, hic pascit ventos. 400. a
- Qui ambulat simpliciter, ambulat fidenter. 385. a
- In multiloquentia non effugies peccatum, parcens autem labiis censatus eris. 391. a
- Captans annonam maledictus in plebe est. 387. a
- Si iustus vix saluus erit, iniustus vbi parebit? 528. b
- Benedictio autem eius in capite est, qui communicat. 387. a
- Imprudens eadem die enunciat iram suam; abscondit autem in honorem suam astutus. 376. b
- Abominatio est domino, labia mendacia, 392. a
- Qui parcat baculo odit filium. Ibid. 13.
- Noli diligere detrahere, ne extollaris. Ibid.
- Est via quae videtur apud homines recta esse, nouissima autem eius veniunt in profundum inferorum. 529. b
- Sapiens timendo declinabit ab omni malo: insipiens autem confidens sui miscetur iniquo. 521. b
- Liberat de malis animam martyr fidelis. 379. a
- In omni loco speculantur oculi Dei, bonos & malos. 264. b. 385. b
- Qui oderunt correptiones, confumentur turpiter. 141. a
- Non diligit indisciplinatus castigantem se. 141. a
- Eleemosynis & fide peccata purgantur. 304. b
373. b
- Cor viri cogitet iusta, vt a Deo dirigatur gressus eius. 328. a
- Peruersus in ore suo portat perditionem, & in labiis suis ignem condit. 118. a
- Melior est vir patiens forti. Qui enim iracundiam continet, melior est, quam qui vrbem capit. 376. b
- Malus obaudit linguae iniquorum, iustus autem non intendit labiis mendacibus. 118. a. 170. a
- Frater fratrem adiuuans exaltabitur. 95. b
- Testis falsus non erit impunitus. 305. a
- Qui miseretur pauperis, Deum fenerat. 308. b. 373. b
- Qui conuersatur sine vituperatione in iustitia, beatos filios relinquit. 373. b
- Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis. 305. a
- Ne dixeris: Vliscar me de inimico meo, \*



# Index scripturarum toto

sed expecta dominum vt tibi auxilio fit. 282.b. 391.a

- 31. \* Qui obturat aures suas ne audiat imbecillum, & ipse inuocabit Deum, & non erit qui exaudiat eum. 305. b. 373. b
- 22. \* Astutus videns malum puniri, vehementer erudietur. Cadentibus impiis iusti vehementer terrebuntur. 51. a
- 23. \* In aures imprudentis noli quicquam dicere; ne quando audierit; irideat sensatos sermones tuos. 278. a. 385. a
- 25. \* Si esurierit inimicus tuus, pasce eum, & si sitierit, potabis eum: hoc enim facies carbonem viuus superfundes capiti eius. 373. b
- 36. \* Ne respondeas insipienti ad ipsius insipientiam, ne similis fias illi, sed responde insipienti contra ipsius insipientiam, vt non videatur sibi sapiens esse. 178. a. 529. b
- \* Qui fodit foueam proximo suo, ipse incidet in eam. 391. a
- 28. \* Beatus homo qui veretur omnia per metum. 380. b  
Qui dat pauperibus nunquam indigebit, qui autem auerit oculum suum, in multa penuria erit. 306. b. 373. b
- 29. \* Homo animosus parit lites, & vir iracundus exaggerat peccata. 303. a
- \* Infernus & amor mulieris, & terra que non satiatur aqua, & ignis non dicit, sufficit. 338. a

## EX ECCLESIASTE.

- Eccles. 1.* Non satiatur oculus videndo. 333. a  
Vidi vniversa opera que facta sunt sub sole, & ecce omnia vanitas. 377. a
- 5. \* Prout voueris votum Deo, ne moram feceris, redde illud. 382. a
- 7. \* Noli esse iustus multum, & noli argumentari plusquam oportet. 385. b
- 10. \* Scindens ligna periclitabitur in eis, si incidet ferrum. 389. b

## EX CANTICIS.

- Cant. 1.* \* Osuerunt me custodem in vineam, siue, pomarij. 499. a. 501. a
- 3. \* In cubili meo quesiui quem dilexit anima mea, in noctibus quesiui eum, & non inueni eum. 555. a
- \* Exite & videte filia Hierusalem coronam qua coronauit eum mater tua. 552. b
- 4. \* Veni sponsa de libano, aduenies & pertransibis a principio fidei. 200. b
- \* Hortus conclusus soror mea, sponsa, fons signatus, puteus aquae viuae, paradysus cum fructu pomorum. 194. a. 201. a. 207. b
- 5. \* Intraui in hortum meum soror mea, sponsa, & vindemiaui myrrham meam. 553. b
- \* Ego dormio & cor meum vigilat. 272. a
- \* Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos. 474. b
- 6. \* Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suae, electa genetrici suae. 207. b. 254. a. 558. a

## EX SAPIENTIA.

- I**n simplicitate cordis quaerite illum. 385. a  
Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum. 96. b
- \* Circumueniamus iustum, quoniam insuauis est nobis & contrarius est operibus nostris, & exprobrat nobis peccata legis. Promittit scientiam Dei se habere, & filium Dei se nominat, factus est nobis in traductione cogitationum nostrarum, gratis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & mutatae sunt viae illius, Tanquam nugaces aestimati sumus ab illo, & continet se a viis nostris, quasi ab immunditijs, & praefert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sunt, & tentemus quae futurae sunt illi. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam illius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum. Haec cogitauerunt & errauerunt, excorcatit enim illos malitia iporum & nescierunt sacramenta Dei. 559. a. 499. a
- \* Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, imitatur autem illum qui sunt ex parte eius. 324. a
- \* Et si coram hominibus tormenta passus sunt, spes eorum immortalitate plena est, & in paucis vexati, in multis bene disponuntur, quoniam Deus tentauit illos & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausta hostiae accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti & tanquam scintillae in arundinetis discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit dominus eorum in perpetuum. 221. b. 338. b. 379. a. 427. a. 428. b
- \* Discipulam qui abiicit, infelix est. 139. b. 226. b. 388. a.
- \* In locis impiorum gemunt iusti, in illorum autem perditionem, abundabunt iniusti. 376. b
- \* Melius est esse sine filiis cum claritate. Immortalitas est enim in memoria illius, quia & apud Deum nota est, & apud homines. Cum praesens est imitantur illam, & desiderant eam cum se abduxerint; & in perpetuum coronata triumphat, in coinquinatorum certaminum praerium vincens. 537. b
- \* Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius, placita enim erat Deo anima illius. 386. a
- \* Propter hoc properauit educere eum de medio iniquitatis. 301. a
- \* Tunc stabunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum, videntes turbantur timore horribili & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes inter se poenitentiam agentes, & praer angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati aestimabamus vitam illorum insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo computari

## opere citatarum locupletissimus.

- putati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Lassati sumus in iniquitatis via & perditionis, & ambulauimus solitudines difficiles, viam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam vmbra. 284. b. 338. b. 379. a
- 6. \* Iudicium durissimum in his, qui praesunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potentia tormenta patientur. 391. a
- \* Qui enim custodierint iuste iusta iustificabuntur. 528. a
- 9. \* Quis enim hominum poterit scire consilium Dei, aut quis poterit interrogare quid velit Deus &c. 527. a
- \* Deprimat terrena cogitatio sensum multa cogitantem. 526. b
- 13. \* Neque opera adtendentes, agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aetrem, aut girum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, aut lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt. Quorum si propter speciem hoc aestimauerunt, sciant quanto iis dominus sit speciosior; aut si virtutes & opera eorum mirati sunt, intelligant ab ipsis, quoniam qui haec constituit fortia, fortior est illis. 331. b. 386. b
- 15. \* Omnia idola nationum existimauerunt deos, quibus neque oculorum vsus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti in manibus ad contrectandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos & qui spiritum mutatus est, is finxit illos. Nemo autem sibi similem homo poterit Deum fingere cum sit enim mortalis mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem ipse iis quos colit, quoniam ipse quidem vixit, illi autem nunquam. 331. b. 386. b
- 16. \* Panem de caelo, &c. 470. a

## EX ECCLESIASTICO.

- Eccles. 1.* \* Initium sapientiae metuere Deum. 380. b
- 2. \* Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & praepara animam tuam ad tentationem. 297. b. 428. a
- \* In dolore sustine, & in humilitate tua habe patientiam: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines autem receptibiles in camino humiliationis. 297. b. 319. a
- \* Respice fili nationes hominum, & scito. Quis sperauit in domino, & confusus est, permanfit in mandatis illius, & derelictus est, aut inuocauit eum, & despexit illum? quonia pius & misericors dominus & remittens in tempore tribulationis peccata omnibus inquiringibus se in veritate. 441. a
- 3. \* Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. 385. a
- A mans periculum in illo periet. 538. b
- Sicut aqua extinguit ignem, sic elemosyna extinguit peccatum. 304. b. 373. b
- \* Esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum, & eris velut filius altissimi, si obedieris. 391. b
- \* Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & remissus in operibus tuis. 390. a
- 5. \* Ne dixeris: Peccaui & quid accidit mihi triste? Est enim altissimus patiens redditor. 383. a
- 6. \* Amicus fidelis medicamentum vitae & immortalitatis. 390. a
- \* Ex tota anima tua time Deum & sacerdotes eius sanctifica. Honora Deum ex tota anima tua & honorifica sacerdotes eius. 155. b
- \* Ne pigriteris visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. 391. a
- 9. \* Cum saltatrice noli assiduus esse, nec audias illam, ne forte disperdas in efficacia eius. 525. a
- \* Cum aliena muliere ne sedas omnino, & ne alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem, Ibidem.
- \* Longe abesto ab homine habente potestatem occidendi, & non suspicaberis timorem. 390. a
- \* Viri iusti sint tibi coniuua. Ibidem.
- 10. \* Noli te extollere in faciendo opere tuo. 385. a
- \* Qui gloriatur in diuitiis, paupertatem vereatur. 538. b
- 11. \* Ante mortem ne laudes hominem quenquam. 14. b
- \* Ab scintilla vna augetur ignis. 536. b
- \* Omne animal diligit simile sibi. 528. b
- 13. \* Fili si habes bene fac tecum, & Deo dignas oblationes offer, memorare quoniam mors non tardat. 373. b
- 14. \* Abominatio est coram domino, desigens oculum. 533. a
- \* Qui diligit argentum non satiabitur argento. 387. a
- \* Qui spernit modica, paulatim cadet. 528. b
- 19. \* Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga; & si vane iurauerit non iustificabitur. 378. b
- 23. \* Ego ex ore altissimi prodiui ante omnem creaturam. Ego in caelis feci, vt oriretur lumen indeficiens, & nebula texti omnem terram. Ego in altis habitauit & thronus meus in columna nubis. Gyrum caeli circuiui, & in profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulauit & in omni terra steri. Et in omni populo, & in omni gente, primatum habui, & omnium excellentium & humilium corda propria virtute calcaui. 354. a
- \* In me omnis spes vitae & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, Ibidem.
- 25. \* Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti. 390. a
- \* Beatus vir qui veretur omnia per metum. 521. b
- \* A muliere factum est initium peccati, & propter hanc omnes morimur. 522. a
- \* Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. 298. b. 334. b. 376. a
- 27. \* Volatilia ad sibi similia conueniunt. 528. b



# Index scripturarum toto

28. Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbabit pacem habentes. 39.1.a
- \* Sæpi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. 118.a. 170.a. 258.a. 390.a
29. \* Conclude elemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. 305.b. 373.b
31. \* Nequius oculo quid creatum est? 533.a
32. \* Rectorem te petierunt noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, curam illorum habe, & confidera. 492.a
- \* Peccator homo euitat correptionem, & ad voluntatem suam inuenit comparationem. 529.b
- Non te credas viâ laboriosâ, ne ponas animæ tuæ scandalum.
34. \* Dona iniquorum non probat altissimus. 391.a
- \* Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lautio eius? 175.b
42. \* In medio mulierum noli assiduus esse. pagin. 339.a
- \* De vestimentis procedit tineâ, & à muliere iniquitas viri. 523.a
- \* Melior est iniquitas viri, quâ beneficiens mulier. 528.b

## E X E S A I A.

- Esa.1.* **A** Vdi cælum & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est.
- \* Filios generavi & exaltaui, ipsi autem me reprobauerunt. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit, & populus meus non me intellexit. Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis. Semen nequam, filij scelesti, dereliquistis dominum, & in indignationem misistis illum sanctum Israël. 266.a. 327.a. 345.b
- \* Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igni extitæ; regionem vestram in conspectu vestro. alieni comedent eam; & deserta & subuersa populis alienis derelinquetur filia Syon, sicut casa in vinea, & sicut custodia in cucumerario, quasi ciuitas quæ expugnatur. Et nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorra similaremur. 346.a
- \* Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum dicit Dominus? Plenus sum holocausto, marta arietum, & pinguamina agnorum, & sanguine taurorum, & hircorum nolo. Quis enim ex quæsiuit ista de manibus vestris? 348.a
- Neomenias sabbatum & diem magnum non patior, ferias & ieiunium vestrum execratur anima mea.
- \* Iam non laxabo peccata vestra. Cum extenderitis manus, auertam faciem à vobis, etsi multiplicaueritis preces, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini mundi estote, auerte nequitas ab animis vestris, à conspectu oculorum meorum, cessate à nequitia vestris. Discite bonum facere, exquirite iudicium, conseruate eum qui

- iniuriam patitur, iudicate pupillo, & iustificate viduam, & venite disputemus dicit dominus, etsi fuerint peccata vestra vt phœnicum, & niuem exalbabo, etsi fuerint quasi coccinum, & lanam inalbabo. Et si volueritis & audieritis me, bonæ terræ edetis. Si autem nolueritis, & non audieritis me, gladius vos consumet. Os enim domini locutum est ista. 350.b. 385.a. 391.b
- Et erit in nouissimis diebus manifestus mos domini, & domus Dei super vertices montium, & exaltabitur super colles & veniet super illum omnes gentes, & ambulabunt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem domini, & in domum Dei Iacob, & nunciabit nobis viam eius, & ambulabimus in illa. De Syon enim procedet lex, & verbum Domini ab Hierusalem, & iudicabit inter gentes, & redarguet populum multum; & cœcidit gladios suos in aratra & lanceas suas in falces, & iam non discent pugnare. 197.a. 347.a. 360.b. 500.a
- Venite ambulemus in lumine Domini: Dimisit enim populum suum domum Israël. 346.b
- Completa est, &c.
- Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, & curuatus est homo & humiliatus est vir, & non laxabo illis. 153.b. 239.a. 332.a
- Dies enim domini Sabaoth super omnem iniuriosum & superbum, & super omnem elatum & excelsum. 111.b. 282.a
- Ecce dominator dominus Sabaoth auferet à Iuda & Hierusalem valentem & validum, valentiam panis & valentiam aquæ. 350.a
- Dominus abstulit ab Hierusalem virtutem panis & aquæ, fortem, gigantem hominem, & bellatorem, iudicem, prophetam, destinatorem & senem laudabilem, consiliatorem & peritum architectum, & prudentem adiutorem.
- Væ animæ ipsorum, quia cogitauerunt cogitationem pessimam aduersum seipsos dicentes: Alligemus iustum, quia inutilis est nobis. 551.b
- Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & semitam pedum vestrorum turbant. 53.a. 240.b. 391.b
- Ipsè dominus in iudicium veniet, cum senioribus & principibus populi. 552.a
- Exaltatæ sunt filia Syon, & ambulauerunt alto collo, & nutu oculorum, & incessu pedum, trahentes tunicas & pedibus simi iudcentes. Et humiliabit Deus principales filias Syon, & reuelabit dominus habitum earum, & auferet dominus gloriam vestis illarum, & ornamenta earum, & crines, & cincinnos, & lunulas, & discriminalia, & armillas, & botronatum, & dextralia, & annulos, & inanes, & ferica contexta cum auro & hyacyntho. Et erit pro odore suauitatis puluis, & pro cingulo recte cingentis, & pro ornamento capitis caluitium habebis. 229.b
- Septem mulieres apprehendent hominem vnum. 336.b

Et ex.

# opere citatarum locupletissimus.

5. \* Et expectaui vt faceret vvas, fecit autem spirnas, & non iustitiam, sed clamorem. 552.b
- \* Vineâ Domini Sabaoth, domus Israël est. 146.a
- Væ qui coniungunt domum ad domum, & agrum ad agrum. continuant, vt auferant proximo suo aliquid. Nunquid habitabitis foli super terram? 387.
- \* Væ qui arguti sunt in semetipsis. 385.b
- \* Et in his omnibus non sunt conuersi, igitur extoller signum in gentes quæ longæ sunt, & attrahet illos à summo terræ. Et ecce cito leniter venient, non esurient, neque sitient. 349.b
- Visio Isaïæ. 444.a.2.b
6. \* Vade & dic populo isti: Aure audietis & non intelligetis, & videntes videbitis & non videbitis. Incrassauit enim cor populi huius, & auribus grauitèr audierunt, & oculos suos concluderunt, ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & reuertantur & cure illos. 345.b. 426.a. 436.a
7. \* Si non credideritis non intelligetis. 346.a. 384.a. 544.a
- Et adiecit dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum à domino Deo tuo, in altitudinem sursum, & in altitudinem deorsum. Et dixit Achaz: Non petam & non tentabo dominum Deum meum. Et dixit: audite ergo domus Dauid, Non pusillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat agonem. Propter hoc dabit Deus ipse vobis signum: Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel manducabit; priusquam sciat reprobare malum, & eligere bonum. 22.b. 357.a. 547.b
8. \* Vos nolulistis aquam Syloa, quæ vadit silentio, sed magis voluistis aquam Rassin, quapropter induco vobis Regem Assyriorum, qui montes vestros in planum dabit, & introibit terras vestras. 575.a
- \* Tunc manifesti erunt, qui signant legem ne discant. Et dicit: Expecto Deum qui auertit faciem suam à domo Iacob, & fidens ero in illu. 346.b
9. \* Terra Zabulon & terra Neptalim via maris, & cæteri qui maritima inhabitatis, & trans Iordanem gentium populus ambulans in tenebris, videte lumen magnum, qui habitatis in regione vmbrae mortis, lumen lucebit super vos. 349.b
- \* Ecce natus est nobis puer, & datus est nobis filius, cuius imperium super humeros eius, & vocatum est nomen eius Magnæ cogitationis nomen. 362.a. 449.b. 451.a
10. \* Verbum consummans & breuians in iustitia: quoniam sermonem breuiatum faciet Deus in toto orbe terræ. 271.a. 354.b. 543.a
11. \* Et exibit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus

- scientiæ & pietatis & implebit eum spiritus timoris domini. 357.b. 476.b
- Et erit in die illa radix Iesse, qui surget imperare omnibus gentibus: in illum gentes sperabunt, & erit requies eius honor. 349.b
- Vlulate, proximus est enim dies Domini, & obtritio à Deo aderit. 283.b
- Ecce enim dies domini venit, insanabilis indignationis & iræ, ponere orbem terræ desertum, & peccatores perdere ex eo. 283.b
- Tu autem dixisti in animo tuo, in cælum ascendam, super stellas Dei ponam sedem meam, sedebo in monte alto, super montes altos in Aquilonem, ascendam super nubes, ero similis altissimo: Tu verò ad inferos descendes in fundamenta terræ, & qui te videbunt mirabuntur super te. 111.b
- Hic homo qui concitat terram & commouet reges, qui ponit orbem terræ totum desertum. 392.a
- Edamus & bibamus, cras enim moriemur. Nō remittetur vobis peccatum istud, quoad vsque moriamini. 387.a
- Resurgent mortui, & suscitabuntur qui in monumentis sunt. 559.b
- Mulieres quæ venitis ab spectaculo venite. Non enim est populus habens intellectum. 555.a
- Ecce ego immitto in fundamenta Syon lapidē pretiosum electum, summum angularem, honoratum, & qui crediderit in eum non confundetur. 359.b
- Dedit illis Deus spiritum transpunctionis. 245.b
- Et erunt vobis hi omnes sermones, sicut sermones libri qui signatus est: quem si dederis homini scienti litteras ad legendum, dicit: Non possum legere, signatus est enim. 345.b
- Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes. 146.b. 163.a. 191.b
- Sed in illa die audient surdi sermones libri, & qui in tenebris & qui in nebula sunt; oculi cæcorum videbunt. 345.b
- Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. 314.b
- Væ vobis filij desertores: Hæc dicit Dominus: Habuistis consilium & non per me, & fecistis conuentionem, & non per spiritum meum adiciere peccata super peccata. 111.b. 435.b
- Nunc exurgam dicit Dominus, nunc clarificabor, nunc exaltabor, nunc videbitis, nunc intelligetis, nunc confundemini, vana erit fortitudo spiritus vestri, ignis vos consumet. 363.a
- Quis nunciabit vobis, quia ignis ardet? Quis nunciabit vobis locum illum æternum? Ambulans in iustitia, & manus abstinentes à muneribus, grauens aures, & non audiat iudicium sanguinis, & comprimens oculos suos ne videat iniustitiâ. Hic inhabitabit in alta spelunca petrae fortis. Panis illi dabitur, & aqua eius fidelis, regē cum claritate videbitis. 364.a
- Confortamini manus resolutæ, & genua debilia, exhortamini: Qui estis pusillanimi, nolite metuere. Deus noster iudicium retribuet, ipse

fij



- veniet, & saluos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet claudus sicut ceruus, & plana erit lingua mutorum, quia rupta est in deserto aqua, & riuus in terra sitienti, 356.b
49. \* Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis riuus implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur; & erunt omnia tortuosa in directum, & aspera in campum, & videbitur claritas domini, & videbitur omnis caro salutare Dei, quoniam dominus locutus est, 355.b
- Clama: Omnis caro fenum, & omnis claritas eius vt flos feni. Aruit fenum, & flos decidit, verbum autem domini manet in æternum. 228.a. 386.a
- \* Palmo mensus sum cælum, & pugno comprehendi terram, & finxi hominem ex omni limo terræ. 498.a
41. \* Ecce feci te sicut rotas vehiculi trituranis, nouas in se retornatas, & triturabis montes, & extenuabis colles, & sicut lanuginem pones, & ventilabis, & ventus occupabit illos, & procella disperget, tu autem iucundaberis, in sanctis Israël, & exultabunt inopes, & egeni; quærent enim aquam, & non erit, lingua enim illorum à siti siccat. Ego Dominus Deus, ego exaudiam Deus Israël, & non derelinquam eos, sed aperiam inter montes flumina, & in mediis campis fontes, faciam desertam in nemora aquosa, & sitientem terram in aquæ ductus; ponam in inaquosam terram, cedrum & buxum, & myrthum, & Cypressum, & populum, vt videant & cognoscant, & sciant & credant simul quia manus Domini fecit ista, & sanctus Israël ostendit. 355.a
42. \* Ecce puer meus dilectissimus, ponam super eum spiritum meum, & iudicium gentibus nunciabit, & c. 501.a
- \* Non clamabit, neque audiet quis in plateis vocem eius, arundinem quassatam non confringet & linum fumigans non extinguet, sed in veritate proferet iudicium, fulgebunt & non quassabitur, quoadusque ponat in terra iudicium, & in nomine eius gentes credent. 320.b. 358.b
- \* Ego Dominus Deus, vocaui te in iustitia, vt teneam manum tuam & confortabo te; & dedi te in testamentum generis mei in lumen gentium, aperire oculos cæcorum, producere à vinculis vinctos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus Deus, hoc mihi nomen est, claritatem meam alij non dabo, neque virtutes meas sculptilibus. 356.b
- \* Dominus Deus virtutum prodibit & comminuet bellum, excitabit certamen, & clamabit super inimicos suos cum fortitudine. Tacui. Nunquid semper tacebo? 320.b. 363.b
- \* Quis dedit in direptionem Iacob, & Israël, his qui prædabantur illum? Nonne Deus cui peccauerunt, & nolebant in viis eius ambulare neque audire legem eius? Et superduxit
- super eos iram animationis suæ. 243.a. 270.b
- Noli timere quia te redemi, & vocaui te nomine tuo, meus es tu. Et si transferis per aquam tecum sum, & flumina te non inundabunt. Et si transferis per ignem, flamma te non comburet. Quonia ego dominus Deus tuus, sanctus Israël, qui te saluum facio. 355.a
- \* Nolite ergo priora meminisse, & antiqua nolite reputare. Ecce ego facio noua, quæ non orientur, & cognoscetis, & faciam in deserto viam & flumina in loco inaquoso, adquare faciam genus meum electum, plebem meam quam acquisiui vt virtutes meas exponeret. 144.b. 347.a
- \* Ego sum, ego sum, qui deleo facinora tua, & non commemorabor te, tu autem in mente habe, & iudicemus. Dic tu facinora tua prius, vt iustificeris. 441.a
- \* Sic dicit Dominus Christo meo Domino, cuius tenui dexteram, vt exaudiant eum gentes. Et fortitudinem regum disumpam; aperiam ante illum portas, & ciuitates non claudentur. 349.b
- \* Sic dicit Dominus Deus Sabaoth: Fatigata est Aegyptus, & negotiatio Aethiopum, & Sabaim viri alti ad te transgredientur, & tunc erunt serui, & post te ambulabunt vincti compedibus; & adorabunt te & in te precabuntur, quoniam in te Deus est, & non est Deus alius præter te. Tu enim es Deus, & non sciebamus, Deus Israël saluator. Confundentur & reuerentur omnes, qui aduersantur tibi, & cadent in confusionem. 355.b
- \* Si sitierint per deserta adducet illos, aquam de Petra producet illis, si detur Petra, & fluat aqua, & bibet plebs mea. 144.b. 347.a
- \* Non sum contumax, neque contradico, dorsum meum posui ad flagella, & maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non auerti, à ferocitate sputorum, & fuit Deus auxiliator meus. 17.a. 320.b. 358.b
- \* Reuelauit Dominus brachium suum, illum sanctum, in conspectu omnium gentium; videbunt omnes gentes ipsa suprema terræ salutem à Deo. 355.a
- \* Discedite, discedite, exite inde, & immundum nolite tangere. Exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa domini. 239.b. 383.a. 494.b
- \* Quibus non est nunciatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent. 350.a. 551.a
- \* Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Annunciauimus coram ipso sicut pueri, sicut radix in terra sitienti. Non est figura eius neque claritas & vidimus illum, & non habuit figuram neque speciem, sed figura eius sine honore, & deficiens præter cæteros homines. Homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem: quia auersa est facies eius, inhonoratus est, & non est computatus. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet, & nos putauimus illum esse in dolore, & in plaga, & in vexatione: ipse autem
- autem vulneratus est propter facinora nostra, & infirmatus est propter peccata nostra. Doctrina pacis nostræ super illum, & liuore eius sanati sumus. Omnes sicut oues errauimus, homo à via sua errauit, & Deus tradidit illum pro peccatis nostris, & ipse propterea quod vexatus est, non aperuit os suum. 358.a. 552.a
- \* Sicut onis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tendente se sine voce, sic non aperuit os suum: In humilitate iudicium eius sublatum est; natiuitatem eius quis enarrabit? Quonia auferetur à terra vita eius, à facinoribus populi mei adductus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius, & ipsos diuites pro morte eius, quia facinus non fecit, neque infidias ore suo, propterea ipse consequetur multos, & forium diuidet spolia: propterea quod tradita est ad mortem anima eius, & inter facinorosos deputatus est. Et ipse peccata multorum pertulit, & propter facinora illorum traditus est. 320.b. 359.a. 552.b
54. \* Iocundare sterilis quæ non parit, erumpe & exclama quæ non parturis, quia multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet virum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & auleorum tuorum, & fige. Noli parcere, longas fac mensuras tuas, & paolos tuos confirma. Adhuc in dexteram tuam, & in sinistram tuam extende, & semen tuum gentes possidebit, & ciuitates desertas inhabitabit, Noli timere quia reuincas neque reueraris, quam maledicta es, quoniam confusionem æternam obliuisceris. 348.b
- \* Ad tempus in modico derelinquam te, in miserationibus magnis congregabo te. 471.a
55. \* Qui sititis, vadite ad aquam, & quotquot non habetis pecuniam, eunt emite, & bibite sine pecunia. 390.b
- \* Ecce testem manifestauimus illum nationibus, principem & imperantem gentibus. Gentes quæ non nouerunt te inuocabunt te, & populi qui ignorabant te ad te confugient. pag. 349.b
- \* Quærite dominum, & cum inueneritis, inuocate eum. Cum autem appropinquauerit vobis, relinquat impius vias suas; & vir facinorosus cogitationes suas; & reuertatur ad dominum, & misericordiam consequetur, quia in multum remittet peccata vestra. 377.a
57. \* Videte quomodo iustus perit, & nemo intelligit; & viri iusti tolluntur, & nemo recognoscit, à facie enim iniustitiæ sublati sunt iusti, & erit in pace sepultura eius. 359.a
- \* Super quem aperuistis os vestrum, & aduersus quem relaxastis linguas vestras. pag. 552.b
- \* Illis sudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia, super hæc non indignabor? dicit Dominus. 114.b. 153.b. 332.a
- \* Non in æternum indignabor vobis, neque semper non defendam vos. 438.a
- \* Propter peccatum modice contristauimus eum,
- & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo, & contristatus est, & abiit tristis in viis suis. Vias eius vidi & curam eum, & dedi ei exhortationem veram pacem super pacem. 438.a
- \* Exclama in fortitudine & noli parcere: sicut tuba exalta vocem tuam, annuncia plebi meæ peccata ipsorum, & domui Iacob facinora eorum. 305.a
- \* Me de die in diem quærunt, & cognoscere vias meas concupiscunt, quasi plebs quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei non deseruerit. Postulant nunc me iudicium iustum, & appropinquare Deo concupiscunt, dicentes: Quid, quia ieiunauimus & non vidisti, humiliuimus animas nostras, & non cognouisti? In diebus enim ieiunij inueniuntur voluntates vestre: aut enim subiectos vobis subpungitis, aut ad iudicia & lites ieiunatis, aut proximos cæditis pugnis; vt quid mihi ieiunatis vt hodie vox vestra audiat in clamore? Non hoc ieiunium ego elegi, nisi humiliet homo animam suam. Et si contorseris quasi circulum collum tuum, & faccum & cinerem substraueris, nec sic vocabitur ieiunium acceptum. Non tale ieiunium elegi, dicit Dominus. 373.a
- \* Sed solve omnem nodum iniustitiæ, resolute suffocationes impotentium commerciorum. Dimitte quassatos in requiem, & omnem conflagrationem iniustam disipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum vesti, & domesticos seminis tui non despicias. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua cito orientur, & præbit ante te iustitia, & claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamabis & Deus exaudiet te, & dum adhuc loqueris, dicet: Ecce adsum. 272. a. 305.a. 373.a. 389.a
- \* Nunquid non valet manus Domini vt saluos faciat? aut grauabit aurem vt non exaudiat? Sed peccata vestra inter vos & Deum separant, & propter delicta vestra auertit faciem suam à vobis ne miseretur. 243.a. 281.a. 354.b. 384.b
- \* Manus enim vestre inquinatæ sunt sanguine & digiti vestri in peccatis. Labia autem vestra locuta sunt facinus. Et lingua vestra iniustitiam meditatur. Nemo loquitur verum, neque est iudicium verum. Fidunt in vanis, & loquuntur inania, qui parturiunt dolorem, & pariunt facinus. 355.a. 384.b
- \* Spiritus Domini super me propter quod vnxit me, bene nunciare pauperibus misit me; curare contribulatos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, vocare animum Domini acceptabilem & diem retributionis. 357.b. 546.b
- \* Quis est iste qui venit de Edom rubor vestimentorum eius ex Bofor? Quare rubicunda sunt vestimenta tua, & indumenta tua velut à calcatione torcularis pleni & percalcati. 144.a. 553.b



# Index scripturarum toto

- Torcular calcaui solus filiae Syon. 553.b
- \* Non senior neque angelus sed ipse dominus liberabit illos; quia diligit eos & parcet eis & ipse redimet eos. 356.b
65. \* Manifestus factus sum eis, qui me non quaerunt; inuentus sum ab eis, qui me non interrogabant. Dixi: Ecce sum genti quae non inuocauit nomen meum. 350.a
- \* Expandi manus meas tota die ad plebem contumacem, & contradicentem mihi; qui ambulat vias non bonas, sed post peccata sua. 361.b. 549.b
- \* Ecce qui seruiunt mihi manducabunt; vos autem esurietis. Ecce qui mihi seruiunt bibent, vos autem sitietis; ecce qui mihi seruiunt iucundabuntur, vos autem confundemini. Vos interficiet dominus. Eis autem qui seruiunt mihi nomen non inabitur nouum, quod benedicetur in terra. 350.a
66. \* Dicit dominus Deus, Caelum mihi thronus, & terra suppedaneum pedum meorum, quam mihi sedem edificabitis, aut quis locus ad requiem mihi? Omnia enim ista fecit manus mea, & sunt omnia mea ista. 355.a. 376.a
- \* Et super quem aspiciam alium, nisi super humilem & quietum, & tremetem sermones meos. 17.a. 38.a
- \* Ecce enim dominus sicut ignis veniet, & sicut procella currus eius, retribuere in ira vindictam. In igne enim domini iudicabuntur & in gladio eius vulnerabuntur. 310.b
- \* Venio colligere omnes gentes & linguas, & venient & videbunt claritatem meam, & dimittam super eos signum & mittam ex eis conseruatos in gentes quae longae sunt, quae non audierunt nomen meum neque viderunt gloriam meam, & nunciabunt claritatem meam in gentes. 349.b
- E X H I E R E M I A .
1. \* Priusquam te formarem in vtero noui te; & priusquam exires de vulua sanctificauit te, & prophetam in gentibus posui te. 242.a. 349.b
2. \* Me dereliquerunt fontem aquae viuae, & effuderunt sibi lacus detritos, qui non potuerunt aquam portare. 172.b. 256.a. 345.b
- \* Sine causa percussi filios vestros, disciplinam non exceperunt. 280.a
3. \* Et mœchata est in lignum & lapidem, & in his omnibus non est reuera ad me. 147.b
- \* Et dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent oves pascentes cum disciplina. 139.b. 226.b. 347.b. 388.b
4. \* Renouate inter vos nouitatem, & ne seminaueritis in spinis, circumcidite vos Deo vestro, & circumcidite præputium cordis vestri ne exeat sicut ignis ira mea, & exurat, & non fit qui extinguat. 346.b. 536.b
5. \* Verberasti eos, nec doluerunt; flagellasti eos nec vcluerunt credere, nec accipere disciplinam. 280.a
6. \* Et dixi: Audite vocem tubae. Et dixerunt:
- Non audiemus. Propter hoc audient gentes, & qui pascent pecora in eis. 349.b
- \* Noli orare pro populo hoc, & noli postulare pro eis in prece & oratione, quia non exaudiam in tempore quo inuocabunt me, in tempore afflictionis suae. 242.a. 332.a
- \* Hæc dicit Dominus: Nunquid qui cadit, non surget, aut qui auertitur non conuertetur? 391.b
- \* Cognouit tempus suum turtur & hirundo, ruris passeret custodierunt tempora introitus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini: Quomodo dicetis, sapientes sumus, & lex domini nobiscum est? In cassum facta est metatura falsa, scribae confusi sunt, sapientes trepidauerunt, & capti sunt, quia verbum domini reprobaauerunt. 345.b
9. \* Non gloriatur sapiens in sapientia sua, neque gloriatur fortis in fortitudine sua, neque gloriatur diues in diuitiis suis; sed in hoc gloriatur qui gloriatur, intelligere & nosse, quoniam ego sum dominus, qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam super terram: quoniam in his est voluntas mea, dicit dominus. 377.a
10. \* Hæc dicit dominus: Secundum viam gentiliū ne ambulaueritis. 383.a
- \* Domine significa mihi & cognoscam, tunc vidi meditationes eorum. Ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad victimam; in me cogitauerunt cogitatum, dicentes: Venite, mittamus lignum in panem eius, & eradamus à terra vitam eius, & nomen eius non erit in memoria amplius. 359.a. 361.b. 552.b
12. \* Facta est hæreditas mea mihi sicut leo in sylua. Dedit super me vocem suam, propterea exosus sum eam. Et propter hoc dereliqui domum meam. 552.b
- \* Exterrita est quae parit, & teduit anima eius. Subiit sol ei cum adhuc medius dies esset, confusa est & maledicta, reliquos eorum in gladio dabo in conspectu inimicorum eorum. 362.b
- \* Vt quid, qui contrastant me, prævalent. Plaga mea solida est, vnde sanabor? Dum fit, facta est mihi quasi aqua mendax non habens fidem. 181.b
- \* Et auferam de ciuitatibus Iuda & de quadriuiis Hierusalem vocem lætantium, & vocem gaudentium, vocem sponsi, & vocem sponsae. 361.a
17. \* Maledictus homo qui spem habet in homine. 241.b. 377.a
- \* Benedictus homo qui fidet in domino, & erit in Deo spes eius. 377.a
- \* Et homo est & quis cognoscet eum. 357.b
- \* Et veni in domum figuli, & c. 554.b
20. \* Ecce sermo Dei factus est eis in maledictum, & non volunt illum. 345.b
23. \* Nolite audire sermones pseudoprophetarum quoniam visiones cordis eorum frustrantur eos. Loquuntur, sed non ab ore domini. Dicunt eis qui abiiciunt verbum Domini. Pax erit vobis, & omnibus ambulanti in voluntatibus suis: Omnis qui ambulat in errore cordis

# opere citatarum locupletissimus.

## E X T H R E N I S H I E R E M I A E .

- re cordis sui, non venient super eum mala. 72. b. 256. a
- In nouissimis diebus cognoscetis ea. 346. a
- \* Non locutus sum ad eos, & ipsi prophetauerunt. Si stetit in substantia mea & audissent verba mea, & si docuissent populum meum, conuertissem eos à malis cogitationibus eorum. 256. a
- \* Ego deus approximans & non deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ergo ego non videbo eum? Nonne caelum & terram ego impleo? dicit dominus. 244. b. 264. b. 385. b
- \* Quid est paleis ad triticum? Propter hoc ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui furantur verba mea, vnusquisque à proximo suo, & seducunt populum meum in mendaciis & in erroribus suis. 147. b
25. \* Nolite ambulare post deos alienos, vt seruiatis eis, & ne adoraueritis eos, & ne incitetis me in operibus manuum vestrarum, ad disperdendos vos; & non audistis me. 279. b. 332. b. 345. a. 494. b
30. \* In die illa contribulabo iugum à vertice illorum, & vincula eorum distrumpam & non operabuntur aliis, sed operabuntur domino Deo; & Dauid regem suscitabo ipsis, pagina 347. b
31. \* Audite verbum domini gentes, & nunciate in insulis quae longae sunt; dicitur: Qui dispergit Israel congregabit illum, & custodiet sicut pastor gregem suum; quia eruit dominus Iacob, & eruit de manu fortioris illius, pagina 347. b
- \* Nouum faciet dominus super terram. Mulier circumdabit virum. Opus suum faciet, & peregrinum opus eius ab eo, pagina. 450. b. 451. a
- \* Ecce dies veniunt dicit dominus, & consummabo domui Israel & domui Iuda testamentum nouum. Non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua apprehendi manus eorum, vt educerem eos de terra Aegypti quia non manserunt in testamento meo & ego neglexi eos dicit dominus, quia hoc testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus: Dans leges meas, in sensum illorum scribam illas, & ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in plebem, & non docebunt vnusquisque fratrem suum, dicentes: Dignosce dominum; quia omnes scient me à minimo vsque ad maximum eorum; quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non ero memor amplius. 347. a
35. \* Misi ad vos seruos meos prophetas, ante lucem mittebam, (& non audiebatis me, neque intendebatis auribus vestris) dicens: Conuertatur vnusquisque à via sua mala, & à nequissimis affectationibus vestris; & habitabit in terra ista, quam dedi vobis & patribus vestris, à saeculo & vsque in saecula. 345. a
48. \* Maledictus qui facit opera Dei negligenter. 382. a
- E X E P I S T O L A  
H I E R E M I A E .
- IN sensu debet tibi adorari Deus, pag. 265. a
- IC Deus noster & non deputabitur alter ad eum. Inuenit omnem viam disciplinae, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo, in terris est & cum hominibus conuersatus est. 355. b. 546. a
- E X E Z E C H I E L E .
- IN legalibus meis non ambulastis, & iustificationes meas non fecistis. Sed neque secundum iustificationes gentium quae sunt in circuitu vestro fecistis. 533. b
- \* Dicit Deus: Transi per mediam Hierusalem, & notabis signum super frontes virorum qui ingemunt & mœrent ob iniquitates quae sunt in medio ipsorum. 362. a. Vadite & cœdite, & nolite parcere oculis vestris. Nolite misereri senioris & iuuenis & virginis; & paruulos & mulieres interficite vt perdeantur. Omnem autem super quem signum scriptum est, ne tetigeritis, & ab ipsis sanctis meis incipite. 284. a. 362. a
- \* Terra quaecunque peccauerit mihi vt delinquat delictum; extendam manum meam super eam & obteram stabilimentum panis, & emittam in eam famem, & auferam de ea hominem & pecora. Et si fuerint tres viri hi in medio eius, Noe, & Daniel, & Iob; non liberabunt filios neque filias, sed ipsi salui erunt. 242. b. 332. b. 462. a
- \* Omnes animae meae sunt, sicut anima patris & anima filij: Anima quae peccauerit ipsa morietur. 440. b
- Homo autem qui erit iustus, hominem non opprimit, & pignus debitoris reddet, & rapinam non faciet, & panem suum esurienti dabit, & nudum operiet, & pecuniam suam in vsuram non dabit. 384. b
- \* Iustitia iusti super eum erit, & scelus scelerati super eum erit. 98. a



# Index scripturarum toto

- Quia si conuersus fuerit facinorosus ab omnibus facinoribus suis quæ commisit, & iustitiã fecerit, vita æterna uiuet & non morietur in facinore suo. 439.b
- Cum conuersus gemueris tunc saluaberis, & scies ubi fueris. 52. b. 246. b
- Conuertite uos & redite ab impietatibus uestris, & non erunt uobis iniquitates uestræ ad pœnam. Proiicite à uobis omnes impietates uestras quas fecistis aduersum me, & facite uobis cor nouum & spiritum nouum. Et ut quid uos morti traditis domus Israel. 441. a
- Nolo mortem a orientis quantum ut conuertatur & uiuat. 315. a. 441. a
- In legalibus patrum uestrorum nolite ambulare, & iustificaciones eorum nolite custodire, & studiis eorum nolite commisceri, & nolite inquinari. Ego dominus Deus uester. In præceptis meis ambulate, & iustificaciones meas custodite. 535. b
- In illa die procedent angeli festinantes exterminare Aethiopiam, eritque inter uos perturbatio in die Aegypti quoniam ecce uenit, pag. 550. a
- Et extraham te in hamo meo, & extendam te super terram, campi implebuntur de te, & constituam super te omnes uolucres cœli, & saturo ex te omnes bestias terræ, ibid. b
- Fili hominis dic populo Israel: Quare locuti estis dicentes: Erroribus nostris contabescimus, & quomodo salui esse poterimus? dic eis: uiuo ego dicit dominus, quia nõ desidero mortem peccatoris, sed desidero ut auertatur peccator à uia sua pessima & uiuat, & c. 391. b. 438. a
- Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die exerrauerit. 318. a. 333. 439. a
- Ecce lac consumitis & lanis uos textitis, & quod crassum est interficitis, & oues meas non pascitis. Quod infirmum est non confortastis, & quod male habuit non corroborastis, & quod contribulatum est non consolati estis, & quod errabat non reuocastis, & quod periit non inquisistis, & quod fortè fuit confecistis labore. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non sint pastores, & factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agris, & non fuit qui inquireret neque qui reuocaret. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auertam eos, & non pascunt oues meas, & iam non pascunt eas; & extraham oues meas de ore eorum, & pascam eas in iudicio. 107. b. 161. a. 347. b. 439. b
- Fili hominis, Domus Israel habitauit super terram suam & coinquinauerunt eam facinoribus suis. Sicut mulieris menstruata facta est immunditia eorum ante faciem meam, effudi iram meam super eos & disseminaui eos inter gentes, & secundum peccata eorum iudicaui eos, quia coinquinauerunt sanctum nomen meum, & quia dictum est de his: Hic est populus domini; peperci eis propter nomen sanctum meum, quod spreuit domus Israel inter

gentes. Propterea dic populo Israel: Hæc dicit dominus; Non uobis parco domus Israel, sed propter nomē meum sanctum parcā, quod coinquinastis inter gentes: Et scietis quia ego dominus, cum sanctificatus fuero in uobis. 438. a

Et aspergam super uos aquam mundam, & mundamini ab omnibus immunditiis uestris, & ab omnibus simulachris uestris emundabo uos, & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in uobis. 172. b. 210. b

Ipsi dicunt: Arida facta sunt ossa nostra, perit spes nostra, exspirauimus: propterea prophetiza, & dic: Hæc dicit dominus: Ecce ego aperio monumenta uestra, & educam uos de monumentis uestris, & inducam uos in terram Israel. Et dabo spiritum meum in uos, & uiuetis. Et ponam uos in terram uestram, & cognoscetis quoniam ego dominus locutus sum, & faciam, dicit dominus. 386. a. 560. b

Ezechiel Hierosolymā raptus in spiritu. 463. a

Porta autem quæ respicit ad Orientem clausa erit & non aperietur, & nemo transibit per eam, quoniam dominus Deus Israel transibit per eam, & clausa erit. 547. b

## EX DANIELE.

ET ecce imago nimis magna, & contemplatio eius imaginis metuenda & elata stabit contra te; cuius caput fuit ex auro bono, pectus & brachia eius argentea, uenter & femora ærea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles, quoad usque abscissus est lapis de monte sine manibus concidentium, & percussit imaginem super pedes ferreos & fictiles, & comminuit eos minutatim, & factum est simul ferrum & testa, & æramentum & argentum & aurum: & facta sunt minuta quasi palea aut puluis in area æstate, & uentilauit illa uentus, ita ut nihil remanserit ex illis: & lapis qui percussit imaginem, factus est mons magnus, & impleuit totam terram, pag. 360. b

Responderunt autem Sidrach, Misac, & Abdenago & dixerunt regi Nabuchodonosor: Rex non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. Est enim Deus cui nos seruimus, potens eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis Rex liberabit nos. Et si non, notum sit tibi, quia diis tuis non seruimus & imaginem auream; quam statuisti, non adoramus. 126. a. 133. a. 165. a. 222. a. 336. a. 377. a

Stans Azarias precatu est, & aperuit os suum & exomologesim faciebat Deo simul cum sodalibus suis in medio ignis. 245. b. 427. b

Tunc illi tres quasi ex uno ore hymnum canebant & benedicebant dominum. 265. b

Propterea Rex consilium meum placeat, & peccata tua elemosynis redime, & iniustitias tuas miserationibus pauperum, & erit Deus patiens peccatis tuis. 305. b

Vidi thronum positum, & uetustus dierum sedebat super eum; Et uestitus eius erat tanquam

# opere citatarum locupletissimus.

- quam nix, & capilli capitis eius tanquam lana alba; thronus illius flamma ignis, rotæ illius ignis ardens, flumen ignis prodibat ante eum; millia millium seruebant ei, & millia millium assistebant ei, ad iudicium sedit, & libri aperti sunt. 440. b
- Videbam in visu nocte, & ecce in nubibus cœli, quasi filius hominis ueniens, uenit usque ad ueterem dierum, & stetit in conspectu eius, & qui assistebant ei obtulerunt eum: & data est ei potestas regia, & omnes reges terræ per genus, & omnis claritas seruiens ei, & potestas eius æterna quæ non auferetur, & regnum eius non corrumpetur. 362. b. 556. a
- Domine Deus magnus & fortis & metuentus, qui seruas testamentum tuum & miserationes tuas iis qui te diligunt, & conseruant imperia tua; peccauimus, facinus admisimus, impij fuimus, transgressi sumus ac deseruimus præcepta tua & iudicia tua; non audiui uerba puerorum tuorum prophetarum, qui locuti sunt in nomine tuo super reges nostros, & omnes gentes & omnem terram. Tibi domine gloria, tibi iustitia, nobis autem confusio. 245. b
- Quia tunc resurgent qui sunt in terræ pulueri hi quidem in uitam æternā, hi autem in opprobrium & confusionem æternam. pag. 559. b. 562. a
- Muni sermones & signa librum, usque ad tempus consummationis quoad discant multi: & impleatur agnitio; quoniam cum fuerint dispersi cognoscent omnia hæc. 346. a
- Duo presbyteri Susannam pudicam corrumpere conati sunt. 72. b. 421. b. 51. a
- Daniel cum compelleretur adorare idolum Bel, dixit: Nihil colo nisi dominum Deum meum, qui condidit cœlum & terram. 126. a. 133. a. 165. a. 242. b. 336. b. 427. b
- Transiit Abacuc Angelus in Babylonem 463. a
- Prandium Danieli allatum ab Abacue, pag. 269. b. 307. a

## EX OSEAE.

- Vocabo non populum meum, populum meum & non dilectam, dilectam: Erit enim quo loco dicetur, non populus meus, illo loco uocabuntur filij Dei uiui. 348. b
- Audite sermonem domini filij Israel, quia iudicium est Domini aduersus incolas terræ, eo quod neque misericordia, neque ueritas neque agnitio Dei sit super terram. Sed execratio & mendacium, & cædes, & furtum, & adulterium diffusum est super terram. Sanguinem sanguini supermiscent, & circo terra lugebit cum uniuersis incolis suis, cum bestiis agris, cum serpentibus terræ, cum uolucris cœli, & deficient pisces maris, & nemo iudicet, nemo reuincat. 280. a. b. 384. b
- Diluculo uigilabunt ad me, dicentes: Eamus & reuertamur ad dominum Deum nostrum. 273. a

uiuificabit nos post biduum, die tertia resurgemus, & uiuemus in cōspectu eius. 362. b. 554. b

Misericordiam uolo magis quam sacrificium, & agnitionem Dei plusquam holocaustomata. 374. a

Sibimetipsis constituerunt Regem, & non per me. 112. b. 164. a

Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea, contaminabuntur. 112. b. 163. b. 209. b

Non faciam iuxta iram indignationis meæ, non sinam deleri Effraim, quoniam Deus ego sum, & non homo in te sanctus, & non introibo in ciuitatem, post Deum ibo. 356. a

## EX IOELLE.

ANITE tuba in Syon, sanctificate ieiunium, & indicite curationem, aggregare populum, sanctificate Ecclesiam, excipite maiores natu, corrigite paruulos lactantes; procedat sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. 360. b

Conuertimini ad me ex toto corde uestro, in ieiunio, in ploratione, & planctu: & discindite corda uestra, & non uestimenta, & conuertimini ad dominum Deum uestrum, quoniam misericors est, & pius, & patiens, & miserator multæ miserationis, & qui sententiam flectat aduersus malitias irrogatas. 96. b. 245. a. 246. b. 315. a. 437. b

## EX AMOS.

ET pluam super uenam ciuitatem, & super aulam non pluam: Pars una conpluetur, & pars super quam non pluerit arefiet. Et congregabuntur duæ & tres ciuitates in uenam ciuitatem potandæ aquæ causa nec satiabuntur. Et non conuertimini ad me dicit dominus, pagina 279. b

Quærite Deum & uiuet anima uestra, pag. 284. a

Et erit in die illo dicit dominus, occidet sol meridie & obtenebrabitur dies lucis, & conuertam dies festos uestros in luctum, & omnia cantica uestra in lamentationem. 362. b. 499. b. 553. a

## EX MICHEA.

Quoniam de Syon lex proficietur, & sermo Domini de Hierusalem, & iudicabit inter plurimos populos, & reuincet, & deteget ualidas nationes. 347. a

Ettu Bethleem domus Effrata non exigua es, ut constitueris in millibus Iuda, ex te mihi procedet ut sit princeps apud Israel, & processiones eius à principio à diebus sæculi. 358. a. 455. a

Noli gratulari inimica mea mihi, quoniam si cecidi & exurgam, & si in tenebris ambulauero, dominus lumen est mihi. Iram domini



# Index Scripturarum toto

tolerabo, quoniam peccavi illi, usque dum iustificet causam meam, & faciat iudicium & iustitiam, & producat me ad lucem. Videbo iustitiam illius, & videbit me inimica mea, & cooperiet se confusione. 438. b

## EX NAHV M.

*Nab. 1.* **N**on iudicat bis in idipsum Deus; pagina 479. a

## EX ABACVC.

*Ab. 2.* **I**ustus ex fide mea viuet. 346. a. 384. a  
Ille vero qui presumit & contumax est vir sui iactans, nihil omnino proficiet qui dilatauit tanquam infernus animam suam. 111. a. 161. b

*3.* **D**omine audiui aurum tuum & timui. 477. b. & seq.

**D**omine consideraui opera tua & expaui 450. b

**T**exit caelos virtus eius, & laudis eius plena est terra, & splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius erunt. Et illic constabilita est virtus gloriae eius, & constituit dilectionem validam: ante faciem suam ibit verbum, & procedet in campos secundum gressus suos. 362. a. 479. a

**F**icus non afferet fructum, & non erunt nascencia in vineis. Mentietur opus oliuae, & campi non praestabunt cibum. Deficient a pabulo oves, & non erunt in praesepibus boues. Ego autem in domino exultabo, & gaudebo in Deo salutari meo. 283. a

## EX SOPHONIA.

*Soph. 1.* **D**efectione deficiat a facie terrae, dicit dominus. Deficiat homo, & pecudes deficiant, volucres caeli & pisces maris, & auferam iniquos a facie terrae. 384. b

**A**edificabunt domos, & non inhabitabunt; & instituent vineas, & non bibent vinum earum, quia propè est dies domini. 387. a

**M**etuite a facie domini Dei, quoniam prope est dies eius, quia apparuit dominus sacrificium suum, sanctificauit electos suos. 361. b

**C**olumba non exaudit vocem. 436. b

*3.* **E**xpecta me dicit dominus, in die resurrectionis meae in testimonium, quoniam iudicium meum ad congregationes gentium, ut excipiam reges, & effundam super eos iram meam. 320. a. 391. a

## EX AGGAE O.

*Agg. 1.* **H**aec dicit dominus Deus omnipotens. Eo quod domus mea deserta est, vos autem sectamini vnusquisque in domum suam: Propterea abstinebit caelum a rore & terra subtrahet procreationes suas, & inducam gladium super terram, & super frumentum & super vinum, & super oleum, & super homines, & super pecora, & super omnes labores manuum eorum. 279. b

## EX ZACHARIA.

*Zach. 3.* **E**t ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem illum magnum, stantem ante faciem

angeli domini, & diabolus stabat ad dexteram eius aduersari ei. Et Iesus erat indutus vestimenta sordida, & stabat ante faciem ipsius angeli, & respondit & ait ad eos qui stabant ante faciem eius, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo, & dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitates tuas, & induite eum poderem, & imponite cidarium mundam super caput eius. 358. b

**E**cce ego adduco puerum meum, oriens nomen est ei, quoniam lapis quem dedi ante faciem Iesu, super lapidem ipsum vnum septem oculi sunt. 360. a

**D**icite filiae Sion: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluans, mitis, sedens super asinum indomitum. 364. a

**E**t transibunt per mare angustum, & percussit in mari fluctus, & arefacient omnes altitudines fluminum, & confundetur omnis iniuria Assyriorum, & sceptrum Aegypti auferetur, & confortabo eos in domino Deo ipsorum & in nomine eius gloriabuntur, dicit dominus. 356. a

**S**i bonum est in conspectu vestro, date mercedem meam, aut abnuite. 551. b

**E**cce ego suscito pastorem in terra, qui quod auersum est non visitabit, & carnes electorum manducabit, & talos eorum torquet. 439. b

**E**t intuebuntur in eum, in quem transixerunt. 361. b

**I**n illa die non erit lux, sed frigus & pruina erit in vno die, & dies ille notus Deo, & neque dies neque nox, & ad vesperam erit lux. 553. a

## EX MALACHIA.

*Malac. 1.* **I**acob dilexi, Esau autem odio habui. 499. a

**N**on est mihi voluntas in vobis dicit dominus, & sacrificium acceptum non habeo ex manibus vestris. Quoniam a solis ortu usque in occasum clarificatum est nomen meum apud gentes, & in omni loco odores incensae offeruntur nomini meo, & sacrificium mundum; quoniam magnum est nomen meum apud gentes dicit dominus. 348. a. 471. a

**R**ex magnus sum ego dicit dominus, & nomen meum illustre est apud gentes. 364. a

**E**t nunc praecipit hoc ad vos est o sacerdotum: Si non audieritis & si non posueritis in corde vestro, ut detis honorem nomini meo, dicit dominus: immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionibus vestris. 115. b. 193. a

**T**estamentum meum fuit cum Leui vitae & pacis, & dedi illi timorem ut timeret me, a facie nominis mei proficiat illum. Lex veritatis fuit in ore eius, iniustitia non est inuenta in labiis eius. In pace linguae corrigens ambulauit nobiscum, & multos auertit ab iniustitia. Quoniam labia sacerdotis seruabunt scientiam, & legem inquirent ab ore eius, quoniam angelus omnipotentis est. 355. b

**N**onne vnus Deus condidit nos? nonne pater vnus est omnium nostrum, quid utique dereliquistis vnusquisque fratrem suum? 375. a

Dere-

# opere citatarum locupletissimus.

## EX MATHAE O.

*Mat. 1.* **G**abriel Angelus ad Ioseph: Ioseph fili Dauid ne timueris assumere Mariam uxorem tuam. Quod enim ex illa natum fuerit de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. 356. b

**E**t vocabitis nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus, ibidem.

**E**t cum natus esset Iesus in Bethleem Iudae, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudaeorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare illum. 358. a. 364. b

**A** bimatu & infra. 126. a

**P**otens est Deus excitare de lapidibus filios Abraham. 144. a

**I**am quidem securis ad radicem arboris posita est. 431. b

**O**mnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. 283. a. 272. a. 381. b

**E**go quidem vos baptizo in aqua in poenitentiam, qui venit autem post me, fortior me est, cuius non sum idoneus calciamenta portare, ipse vos baptizat in Spiritu sancto & igni. 347. a

**Q**uia veniet dominus ferens palam in manu sua, & mundabit aream suam. 90. a

**P**aleas autem &c. 435. b

**S**ic enim decet nos implere omnem iustitiam. 458. a

**E**t ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi, ipsum audite. 347. a. 458. b

**T**unc ductus est Iesus in desertum a spiritu. 461. a

**E**t constituit eum super pinnaculum templi. 463. a. b

**B**eati pauperes spiritu. 5

**B**eati mites quoniam ipsi haereditabunt terram. 376. a

**B**eati plangentes quoniam ipsi consolabuntur. 97. a. 376. b

**B**eati esurientes & sitiētes iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. 145. a. 374. a

**B**eati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. 374. a

**B**eati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. 83. a. 389. a

**B**eati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. 260. b. 375. a

**B**eati qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. 49. a. 379. b

**S**ic enim persecuti sunt prophetas, qui ante vos fuerunt patres eorum. 49. a

**V**os estis sal terrae: Quod si sal infatuatum fuerit, in quo salietur. 253. a. 389. b

**L**uceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & clarificent patrem vestrum qui in caelis est. 17. a. 381. b

**D**erelictus est Iuda, & abominatio facta est in Irael & in Hierusalem, quoniam prophanauit Iudas sancta domini, in quibus dilexit & affectauit deos alienos. Exterminabit dominus hominem qui facit haec, & humilis efficitur in tabernaculis Iacob. 345. a

*3.* **E**cce venit dominus omnipotens & quis sustinebit diem aduentus eius? aut quis sustinebit aspectum eius? quia ipse ingreditur sicut ignis conflatorij & sicut spuma lauantium, & sedebit conflans & expurgans sicut aurum & argentum, & emundabit filios Leui. 386. a. 556. a

*4.* **E**cce dies domini venit ardens velut clibanus, eruntque omnes alienigenae, & omnes iniqui stipula & succendet illos adueniens dies, dicit dominus. 283. b. 320. a. 363. b

**V**obis autem, qui timetis nomen domini, oriatur sol iustitiae, & in alis eius curatio eius, pag. 273. a

## EX MACHABAE O. RVM LIB. I.

*1. Mac. 2.* **M**athathias interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. 332. b

**A**braha nonne in tentatione inuentus est fidelis, & deputatum est ei ad iustitiam? 379. a

**D**aniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. 385. b

**E**t verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercora erit, & in vermes. Hodie extolletur & cras non inuenietur, quoniam conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perit. 11. b. 375. b

## EX MACHABAE O. RVM LIB. II.

*2. Mac. 6.* **P**raemitti malo in infernum, quam patrias leges deserere. Non enim aetatem nostram dignum est fingere, ut multi adolescentium arbitrati Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum. & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum & corruptibile tempus vitae per me seducantur, & odium ad maculam senectutis meae acquirant. Quamobrem fortiter vita excedens, senectute dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum fortè relinquam, ut prompto animo ac fortiter pro grauibus & sanctis legibus honeste morti succedant. 338. a. 524. a

**D**omine qui sanctam habes scientiam, manifestum est quia cum possem a morte liberari, durissimos dolores corporis tolero, flagellis vapulans, animo autem propter tui ipsius metum libenter haec patior. 338. a

*7.* **S**eptem fratrum, matrisque martyria latissime profectur, Ad Fortunatum capite vndecimo. pag. 336. & sequentibus, fit etiā mentio. pag. 116. b

*9.* **I**ustum & subditum Deo esse, & mortalem non paria Deo sentire. 375. b



# Index scripturarum toto

- \* Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. 14.6.b
- \* Qui fecerit & sic docuerit, maximus vocabitur in regno cœlorum. 27.a. 390.b
- Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & phariseorum, non intrabitis in regno cœlorum. 53.4.b
- \* Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. 37.6.b
- \* Qui dixerit fratri suo: fatue, & qui dixerit racha: reus erit in gehenna ignis. 111.b. 378.b
- Si obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque illic munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veni & offer munus tuum ad altare. 257.a. 270.a. 375.b
- \* Non exhibis inde donec soluas nouissimum quadrantem. 9.6.a. 386.a. 427.b
- Dico enim vobis non iurare in totum. Sit autem sermo vester est, est, non, non. 378.b. 116.a
- \* Non potes facere capillum vnum album aut nigrum. 230.b
- Quod amplius est, à malo est. 52.6.b
- \* Omni poscenti te da, & ab eo qui voluerit mutuari ne aduersatus fueris 37.4.a
- \* Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, & orate pro eis qui vos persequuntur, ut sitis filij patris vestri qui in cœlis est. 315.b. 327.a. 376.b
- \* Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. 315.b. 385.a
6. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit elemosyna tua in abscondito.
- Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Cum facis elemosynam noli buccinare ante te quo modo hypocritæ faciunt in vicis & synagogis, vt clarificentur ab hominibus. Amen dico vobis, compleuerunt mercedem suam. 384.a
- \* Sic orate: Pater noster qui es in cœlis. 265.a.b
- \* Sanctificetur nomen tuum. 267.b
- \* Adueniat regnum tuum. 267.a. 300.a
- \* Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. ibi.
- \* Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. 268.b
- \* Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. 269.b. 381.a
- \* Et ne nos patiaris induci in tentationem. 270.b
- \* Sed libera nos à malo, ibidem.
- Nolite vobis condere thesauros super terram, vbi tinea & comestura exterminat, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurificate autem vobis thesauros in cœlo, vbi neque tinea neque comestura exterminat, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim fuerit thesaurus tuus ibi & cor tuum erit. 306.a. 374.a
- \* Non potestis duobus dominis seruire. 244.a
- Aspicite volatilia cœli, quoniam non seminant neque metunt, neque colligunt in horrea,

- & pater vester cœlestis ꝑ ascit illa. Nonne vos ꝑ alit: pluris estis illis? 307.a
- Nolite cogitare dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quid vestiemur? Hæc enim nationes quaerunt. Sciet autem pater vester, quia horum omnium indigetis. Quaerite primo regnũ Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis. 269.b. 307.a. 377.b
- Nolite cogitare in crastinum, crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. Sufficit diei malitia sua. 268.b. 377.b
- In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. 269.b
- Ne dederitis sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos, ne forte inculcent ea pedibus suis, & conuersi elidant vos. 49.b. 278.a. b. 385.a
- Quis est ex vobis homo, quem si petierit filius eius panem, lapidem porrigat illi, aut si piscem postulerit, serpentem illi porrigat? Si ergo vos cum sitis nequam, scitis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester cœlestis dabit bona petentibus se? 9.6.b
- \* Quæcunque volueritis vt faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. 271.a
- Arcta & angusta est via quæ ducit ad vitam. 141.a
- Veniunt ad vos in pellibus ouium, & c. 439.b
- \* Non omnis qui dicit mihi: Domine, domine; intrabit in regnum cœlorum, & c. 84.b. 380.b
- \* Multi mihi dicent in illo die: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia exclusimus, & in tuo nomine virtutes magnas fecimus? Et tunc dicam illis: Nunquam vos noui, recedite à me qui operamini iniquitatem. 257. b. 381.b. 437.b
- \* Omnis qui audit verba mea, & facit ea, similibo cum viro sapienti qui ædificauit domum suã super petram. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & impeerunt in domũ illam, & non cecidit: fundata enim fuit super petram. Et omnis qui audit verba mea, & non facit ea, similibo cum viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam. Descendit pluuia, venerunt flumina, & impeerunt in domũ illam & cecidit, & facta est ruina eius magna. 253.a. 390.b. 436.b
- Vade ꝑ ostende te sacerdoti & offer donum. 112.a. 156.a
- \* Multi veniẽt ab oriente & occidente, & recubẽt cũ Abraham & Isaac & Iacob, in regno cœlorũ, filij autẽ regni expellẽtur in tenebras exteriores, illic erit ploratio & stridor dentium. 267.a. 350.a
- Vulpes foueas habent, & volucres cœli diuersoria, filius autẽ hominis vbi caput suũ inclinet: Sine mortuos sepelirẽ mortuos suos. 266.a
- \* Quid nobis & tibi fili Dauid, venisti ante tempus punire nos? 363.b
- \* Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. 95.a. 161.b
- \* In viam nationum ne ieritis, & in ciuitates Samaritanorum non introieritis. 209.a
- Gratis accepistis, gratis date. 390.b

Estote

# opere citatarum locupletissimus.

- \* Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 253.a. 389.b
- Ante Reges & Præsides stabitis. 49.a
- Cum autem tradiderint vos, nolite cogitare quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. 22.b. 107.a. 126.b. 216.b. 335.a. 379.b
- Et tradet frater fratrem ad mortem, & pater filium. 49.a
- \* Qui sustinuerit vsque in finem hic saluus erit. 14.b. 49.a. 68.a. 259.a. 317.b. 333.b
- Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite ad aliam.
- Si patrem familias Beelzebub dixerunt, quanto magis domesticos eius? 389.a
- \* Ne timueritis eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum, qui potest animam & corpus occidere in gehennam. 127.a. 222.a. 333.a. 379.b
- Nonne duo passeress assueuenerunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris voluntate? 112. b. 168.b
- \* Quicumque in me confessus fuerit coram hominibus, & ego in illo confitebor coram patre meo. 25.a. 68.a. 379.b. 427.a
- \* Qui autem negauerit me coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui in cœlis est, & coram angelis eius. 25.a. 58.b. 333.a. 379.b. 437.a.b
- \* Inimici hominis, domestici eius. 111.a
- \* Qui diligit patrem, aut matrem super me, non est me dignus, & qui diligit filium aut filiam super me non est me dignus, & qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est meus discipulus. 49.a. 308.b. 333.a. 380.b
- \* Qui amauerit animam suam perdet illam; qui autem oderit illam, inueniet eam. 431.b
- \* Qui potauerit vnum ex minimis istis calicem aquæ frigidae, in nomine discipuli, amen dico vobis, non peribit merces eius. 374.a
- 11.\* Tu es qui venturus es, an alium expectamus? 553.b
- Inter prophetas non surrexit maior Ioanne Baptista.
- \* Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 451.b
- \* Omnes Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. 347.a
- Solus pater scit filium, patremque nouit filius, & c. 458.b
- Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciam. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum bonum & sarcina mea leuis. 347.b. 392.a
- 12.\* Qui non est mecum aduersus me est, & qui mecum non colligit, spargit. 254.b. 389.b. 401.a. 402.a
- Quicumque dixerit verbum aduersus filium hominis, remittetur illi; qui autem dixerit aduersus Spiritum sanctum, non remittetur illi, nequẽ in hoc sæculo neque in futuro. 381.b
- Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis nequam? De abundantia enim cordis os emittit. Bonus homo de bono thesauro, emittit bona, & nequam homo de nequam thesauro, emittit nequam. 111.b
- Dico autem vobis, quia omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij. De sermonibus enim tuis iustificaberis, & de sermonibus tuis cõdemnaberis.
- Progenies nequam & adultera signum quaerit; & signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetae. Quomodo enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. 362.b
- Et dabunt fructus, aliud centenariũ, aliud sexagesimũ, aliud tricesimũ. 211.b. 217.a. 218.b. 232.a
- Multi prophetae & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis & non audierunt. 363.a
- Parabola de zizaniis. 89.b. 97.b
- \* Simile est regnũ cœlorũ, de fermento, quod abscondit mulier in farinae mensuris tribus. 547.a
- Simile est regnum cœlorum, homini negotiatori quaerenti bonas margaritas: Vbi autem inuenit preciosam margaritam, abiit & vendidit omnia quæ habuit & emit illam. 306.a. 374.a
- Modicæ fidei, quare dubitasti? 84.a
- 14.\* Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. 184.b
- \* Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. 87.b. 184.b
- \* Cæci sunt duces cæcorum; cæcus autem cæcum ducens, simul in foueam cadent. 72. b. 258.a
- 16.\* Ego tibi dico Petre, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo ecclesiam meam, & porta inferorum non vincet eam. Et tibi dabo clausas regni cœlorum. Et quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. 51.b. 113.a. 181.b. 183.b. 201.a. 253.b. 336.b. 401.b
- \* Qui perdidit animam suam pro nomine meo, recipiet in hoc sæculo centuplum, & in futuro vitam æternam possidebit. 429.a
- Si totum orbem lucrifeceris, & animam tuam perdidideris, quid proderit tibi? aut quam commutationem dabit homo pro anima sua? ibid.
- 17.\* Transfiguratio Domini. 483.b
- Hic est filius meus dilectissimus, & c. sicut supra. 146.b
- Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis menti huic, transi hinc illo, & transibit & nihil impossibile erit vobis.
- 18.\* Væ huic mundo à scandalis, veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit, pagina 526.a
- Si autem & ecclesiam contempserit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. 118.a. 207.b

8



# Index Scripturarum toto

Quaecunque ligaueritis in terris, erunt ligata & in caelis, & quaecunque solueritis, &c. sicut supra. 106.a

\* Dico autem vobis, quoniam si duobus ex vobis conuenerit in terra de omni re quamcunque petieritis; contingeret vobis à patre meo, qui in caelis est. 19.b. 256.b. 375.a

\* Vbicunque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. 256.a. 375.a

Donauit tibi omne debitum, quia rogasti me. 58.b. 269.b

19. Quos dominus iunxit, homo nō separet. 531.b

\* Non omnes capiunt verbum, sed illi quibus datum est, sunt enim spadones, qui ex utero matris sic nati sunt, & sunt spadones qui coacti sunt ab hominibus, & sunt spadones qui seipfos castrauerunt propter regnum caelorum. 141.a. 227.b. 232.b. 382.a. 525.a

\* Qui potest capere capiat. 525.a

\* Si vis ad vitam in gredi, serua mandata. 253.a

\* Si vis perfectus esse, vade & vende omnia tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni sequere me. 240.a. 269.a. 306.a. 374.a

\* Et acceperunt singulos denarios. 211.b

22. \* Et sedit Iesus super asinam. 459.b

In resurrectione enim neque nubent neque nubentur.

Deus non est mortuorum, sed viuorum. 51.b

\* Si ergo David in spiritu dominum eum vocat, quomodo filius eius est? 457.b

\* Super cathedram Moysi, &c. 457.b

23. \* Diligunt primum recumbendi locum in caenis, & primam sessionem in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Vos autem ne vocaueritis Rabbi, vnus est enim vobis magister. 376.a

\* Nolite vocare vobis patrem in terra. 266.a. 336.b

Vae vobis Scribae & pharisaei, quia edificatis monumenta Prophetarum.

\* Zacharias interfectus in medio templi & altaris. 117.a. 336.a

Hierusalem Hierusalem, quae occidis Prophetas, & lapidas missos ad te quoties volui congregare filios tuos sicut gallina pullos sub alas suas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. 346.b

24. \* Cauete ne quis vos fallat, multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos fallent. Incipietis autem audire bella, & auditus bellorum: videte, nolite tumultuari. oportet enim haec fieri, sed nondum est finis. Exsurgit enim gens super gentes, & regnum super regnum: & erunt fames & terrae motus, & pestilentiae per singula loca. Omnia autem ista initia parturitionum sunt. Tunc tradent vos in pressuram, & interficient vos; & eritis odibiles omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent & odient inuicem. Et multi pseudoprophetae exsurgent, & seducent multos: & eo quod facinus abundet, refrigescet caritas multorum. Qui autem tolerauit vsque

in finem, hic saluus erit. Et praedicabitur Euangelium istud regni per totum orbem terrae in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Cum ergo videritis abominationem vastationis, quae dicta est per Danielem prophetam, stantem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes; & qui in deserto est, non descendat tollerè quicquam de domo; & qui in agro est, non conuertatur retro auferre vestimentum suum. Vae autem praegnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem ne fiat fuga vestra hyeme, neque sabbato. Erit enim tunc pressura magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque nunc, sed neque fiet: & nisi breuiati essent dies illi, non esset salua omnis caro; propter electos autem breuiabuntur illi dies. Tunc si quis dixerit vobis: ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetae, & dabunt signa magna, & prodigia ad errorem faciendum si fieri potest, etiam electis. Vos autem caute, ecce praedixi vobis omnia. Si ergo dixerint vobis: Ecce in solitudine est, nolite exire; ecce in cubiculis, nolite credere. Sicut enim corruscatio exit ab oriente, & apparet vsque ad occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Vbi fuerit corpus illic colligentur aquilae. Continuo autem post pressuram dierum illorum sol tenebescet, & luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo, & virtutes caelorum mouebuntur. Et tunc apparebit signum filij hominis in caelo, & lamentabuntur omnes tribus terrae, & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli, cum virtute magna & claritate. Et mittet angelos suos cum tuba magna. Et colligent electos eius à quatuor ventis à summis caelorum vsque ad summitates eorum. 335.a. 556.b

Caelum & terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt. 521.a

25. \* Cum venerit filius hominis in claritate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit in throno claritatis suae, & colligentur ante eum omnes gentes & segregabit illos ab inuicem, quemadmodum pastor segregat oves ab haedis, & statuet oves ad dexteram suam, haedos autem ad sinistram. Tunc dicit Rex eis qui ad dexteram eius erunt. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: Esturi enim & dedistis mihi manducare, sitiui & potastis me, hospes fui & adduxistis me nudus & texistis me, infirmus & visitastis me, in carcere fui & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine quando te vidimus esurientem & pauimus sitientem & potauimus? quando autem te vidimus hospitem & adduximus nudum & vestiuius? quando autem te vidimus infirmum, & in carcere, & venimus ad te? Tunc respondens Rex dicit eis: Amen dico vobis, quandiu fecistis vni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit & illis qui ad sinistram eius erant.

# opere citatarum locupletissimus.

erunt. Discedite à me maledicti in ignem aeternum, quem parauit pater meus diabolo & angelis eius. Esturi enim & non dedistis mihi manducare, sitiui & non potastis me. Hospes fui & non adduxistis me, nudus & non vestistis me, infirmus & in carcere & non visitastis me. Tunc respondebunt & ipsi dicentes: Domine quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere & non ministravimus tibi? & respondebit illis: Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni ex minimis his, neque mihi fecistis, & abibunt isti in ambustionem aeternam, iusti autem in vitam aeternam. 310.b. 364.b

16. \* Quid vultis mihi dare & ego vobis eum tradam. 137.b. 465.b

\* Calicem sub die passionis accipiens, benedixit & dedit discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico vobis, non bibam amodo ex ista creatura vitis, vsque in diem illum quo vobiscum bibam novum vinum in regno patris mei. 145.a

\* Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste; veruntamen non quod ego volo, sed quod tu. 380.b

27. \* Venit Iudas ad Iesum, & dixit ei: Ave Rabbi. Et osculatus est eum. 551.b

\* Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dexteris virtutis Dei. 555.b

\* Iudas poenitentia ductus, sacerdotibus & senioribus dixit: Peccaui tradens sanguinem iustum. 359.a. 551.b

\* A sexta autem hora tenebrae factae sunt super totam terram vsque ad horam nonam.

\* Et monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum dormientium surrexerunt, & apparuerunt multis, & ingressi sunt sanctam civitatem. 554.a

28. \* Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. 147.b. 363.a

\* Itē ergo & docete omnes gentes, tingentes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos observare omnia quaecunque dixi vobis. 44.b. 47.a. 181.a. 184.a. 191.a

\* Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem saeculi. 221.a

EX MARCO.

1. \* Ipse fuit sedens in solitudine, & adorans. 271.a

3. \* Omnia peccata remittentur filiis hominum, & blasphemiae, qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum non remittetur illi, sed reus erit aeterni peccati. 251. 381.b

4. \* Vobis datum est intelligere sacramenta Dei, aliis autem in similitudinibus. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. 381.a

7. \* Reiciitis mandatum Dei, vt traditionem veteram statuat. pag. 73. a. 146. b. 191. b. 258. b. 264. b

\* Qui me confusus fuerit, confundetur eum filius hominis. 147. a. 244. b

\* Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, & erunt ad visionem vniuersae carni. 284. b

\* Nemo est qui relinquat domum, aut agrum aut parentes, aut fratres, aut sorores, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei; & non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem venturo vitam aeternam. 125. b. 240. a. 339. a. 379. b

\* Omnia quaecunque oratis & petitis, credite, quia accipietis, & erunt vobis. Omnia possibilia sunt credenti. 384. a

\* Et cum steteritis ad orandum, remittite quid habetis aduersus aliquem vt & pater vester qui in caelis est dimittat vobis peccata vestra. 270. a. 381. a

\* Si autem vos non remiseritis, neque pater vester qui in caelis est remittet vobis. 270. a

\* Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Et diliges dominum Deum tuum, &c. sicut supra. 257. b

\* Non relinquetur in templo lapis super lapidem qui non dissoluatur. 348. a

\* Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos fallent. Vos autem caute, ecce praedixi vobis omnia. 184. b. 199. b. 258. a. 257. b

\* Hoc est corpus meum. 467. a

\* Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem, spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. 270. b

\* Post triduum aliud excitabitur sine manibus. 348. a

\* Ite, in nomine meo manum imponite, & demonia expellite. 403. a

EX LVCA.

1. \* Replebitur spiritu sancto adhuc in utero matris suae. 186. a. 210. a

\* Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam ante Deum. Ecce concipies in utero & paries filium & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi dominus Deus thronum David patris sui & regnabit super domum Iacob in saecula, & regni eius non erit finis. 358. a. 548. a. 556. a

\* Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter qui nascetur ex te sanctus, vocabitur filius Dei. 357. b

\* Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi contingit vt veniat mater domini mei ad me? 357. a

\* Benedictus dominus Deus Israel, qui prospexit redemptionem populo suo, & excitauit nobis cornu salutis in domo David pueri sui. 356. b

\* Ne timeatis. Ecce enim adnuntio vobis, quoniam natus est vobis hodie saluator qui est Christus Iesus in ciuitate David. 357. a



# Index scripturarum toto

- \* Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. 296.b.386.b
- \* Non recedebat de templo, ieiunius & orationibus feruens nocte ac die. 273.a
- 4.\* Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. 262.a
- 5.\* Quid cogitatis nequam in cordibus vestris? 264.b
- 6.\* Exiit in montem orare, & fuit pernoctans in oratione Dei. 20.a.271.a
- \* Beati eritis cum vos oderint homines, & separauerint vos, & expulerint, & maledixerint nomini vestro quasi nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in caelis. 125.b.240.b
- \* Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est vestri. 95.a
- 7.\* Cui plus dimittitur, plus diligit, & cui minus modicum diligit. 391.b.438.a.b
- 9.\* Qui minimus fuerit in omnibus vobis, hic erit magnus. 325.b.376.a
- \* Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare. 134.b
- \* Nemo enim retro attendens & superponens manum suam super aratrum, aptus est regno Dei 20.b.333.b
- 10.\* Qui vos audit me audit, & qui me audit, audit eum qui me misit; & qui reiecit vos, me reiecit, qui me reiecit, reiecit eum qui me misit. 112.a.169.b
- \* Videbam Sathanam tanquam fulgur descendentem de caelo. 464.b
- \* Ecce do vobis omnem potestatem calcandi super omnem potestatem inimici, & super serpentes, & scorpiones & non nocebunt vobis. 437.a.550.a
- \* Sacerdos & Leuitae praeterierunt. 435.a
- \* Duxit illum in stabulum. 95.b.161.a
- 11.\* Querenti dabitur, & pulsanti aperietur, pagina 440.a
- \* Qui non est mecum, aduersum me est; & qui non colligit mecum, spargit. 173.b.207.a
- \* Qui fecit quod intus est, fecit & quod de foris est.
- Verum tamen date eleemosynam, & ecce vobis munda sunt omnia. 374.b
- 12.\* Stulte hac nocte expostulatur anima tua, quae ergo parasti cuius erunt? 269.a.307.b.387.a
- \* Vendite quae possidetis, & date eleemosynam. 306.a.374.b
- \* Sint lumbi vestri accincti, & lucernae ardentis, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando veniat ad nuptias. Vt cum venerit & pulsauerit aperiant ei. Beati serui illi, quos adueniens dominus inuenit vigilantes. 260.b.334.b.361.b.377.b
- \* Ille autem seruus, qui cognoscit voluntatem domini sui, & non paruere voluntati eius, vapulabit multis. 19.a.380.b
- \* Cui multum datur, multum quaeretur ab eo. 359.a
- \* Habeo alio baptismae baptizari, pag. 185.b
- Putatis quia illi Galilaei super ceteros Galilaeos peccatores fuerat quia passi sunt talia, non, dico enim vobis nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter perietis, &c. 440.a
- Qui se humiliauerit exaltabitur. 15.a
- Cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres, neque vicinos, neque diuites, ne forte & illi reinuient te, & fiat tibi retributio. Sed cum facis epulum, voca pauperes, debiles, caecos, & claudos, & beatus eris, quoniam non habent retribuere tibi, retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. 375.a
- Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratres, aut sorores, & animam suam, non potest meus esse discipulus. 334.b
- Qui non renunciat omnibus quae sunt eius, non potest meus esse discipulus. 208.b.333.b
- Dico vobis. Sic erit gaudium in caelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis quibus non est opus poenitentia. 85.a.96.b.197.a
- Parabola filij prodigi. 477.a
- Filij huius saeculi prudentiores sunt filiis lucis in saeculo isto. 184.b.555.a
- Si in iniusto mammona fideles non fuistis, quod verum est qui credit vobis? Etsi in alieno fideles non fuistis, quod est vestrum quis dabit vobis? 306.b
- Mitte Lazarum vt refrigeret linguam meam. pag. 111.b
- Commemorare quoniam percepisti, bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc vero hic rogatur, tu autem doles. 387.a
- Quis vestrum habens seruum arantem aut pastorem, & venienti de agro dicit continuo, transi, recumbe: Sed dicit illi: Para aliquid vt cenem, & accingere, & ministra mihi, donec manducem & bibam; & postea tu manducabis & bibes. Nunquid habet gratiam seruo illi, quia fecit quae ei imperata sunt? Sic itaque & vos cum perfeceritis quae vobis imperata sunt, dicite: Serui superuacui sumus; quod habuimus facere, fecimus. 385.a
- Et cum haec omnia feceritis, dicite quia serui superuacui sumus, quod debuimus facere, fecimus. 52.a
- Sicut fulgur resplendet de oriente vsque ad occidentem, ita erit aduentus filij hominis.
- Et qui in agro est, non conuertatur retro. Memores estote vxoris Loth. 333.b
- Putas cum venerit filius hominis inueniet fidem in terra? 193.a.260.b
- Homines duo ascenderunt in templum adorare, vnus pharisaeus & vnus publicanus. Pharisaeus cum stetit, talia apud se precabatur: Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri, quomodo & publicanus iste. Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quaecunque possideo. Publicanus autem de longinquo stabat, & neque oculos ad caelum volebat leuare, sed percutiebat pectus suam dicens: Deus propitius esto mihi pecca-

# opere citatarum locupletissimus.

- peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus in domum sua, magis quam ille pharisaeus. 265.a
- Quia omnis qui se extollit humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. 259.b.376.a.439.a
- 19.\* Ecce dimidium ex substantia mea do egenis, & si cui quid fraudari quadruplum reddo. Dixit autem Iesus, quia salus hodie domui huic facta est, quoniam & ipse filius est Abrahae. 144.a.306.b.374.b
- 20.\* Filij huius saeculi generant & generantur; qui autem habuerint dignationem saeculi illius, & resurrectionis a mortuis, non nubunt neque nubuntur. Neque enim incipient mori; aequales enim sunt angelis Dei, cum sint filij resurrectionis. 232.a.382.b.537.b
- Resurgere autem mortuos Moyses significat cum dicit in rubo: Dominus Deus Abraham, & Isaac, & Deus Iacob. Non est Deus mortuorum, sed viuorum; omnes enim illi viuunt. 382.b
- 21.\* Amen dico vobis quoniam vidua ista plus omnibus misit in dona Dei. Omnes enim isti de eo quod abundauit illis miserunt in dona Dei, haec autem de inopia sua omnem quemcunque habuit victum misit.
- Ponite in cordibus vestris, non praemeditari excusare. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. 216.b.308.a.335.a
- Et eritis odibiles omnibus hominibus propter nomen meum. 382.a
- Cum autem videritis haec omnia fieri, scitote quoniam in proximo est regnum Dei, pag. 296.a
- 22.\* Haec est caro mea. Hic est sanguis meus. Hoc facite in meam commemorationem. 467.a
- \* Et quidem filius hominis, sicut scriptum est de illo, vadit. 478.b
- \* Dixit dominus ad Petrum: Ecce Sathanas postulauit vt vexaret vos quomodo triticum; ego autem rogauit pro te, ne deficiat fides tua. 20.a.271.b
- 23.\* Erat autem hora quasi sexta 273.b
- \* Hodie mecum eris in paradiso. 471.b.479.a
- 24.\* Isti sunt sermones quos locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quia oportet adimpleri omnia scripta in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me. Tunc adaperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit illis: Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum vsque in omnes gentes. 346.a
- EX IOANNE.
1047. 1.\* IN principio erat sermo & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo, hic erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est in illo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux lucet in tenebris, & tenebrae illam non comprehenderunt. 354.b.356.a
- \* Fuit lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In hoc mundo fuit, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. 346.b
- In sua propria venit & sui eum non receperunt, quotquot autem receperunt dedit eis potestatem vt filij Dei fierent, his qui credunt in nomine eius. 265.b.345.b
- Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.
- Ego quidem baptizo in aqua, in medio autem vestrum stat, quem vos nescitis, ipse est enim de quo dixi: Post me veniens homo ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. 361.b
- Ecce agnus Dei, ecce qui aufert peccata mundi. 359.b.458.b
- Aqua vinum facta. 146.a
- Et cum fecisset flagellu de funiculis, &c. 459.a
- Domum patris mei, domum fecistis negotiationis. 390.b
- Quadragesima sex annis aedificatum est sanum istud, &c. 498.a
- Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu non potest introire in regnum Dei. 178.a.185.a.347.b.381.a
- Quod enim natum est de carne caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est. 347.b.381.a
- Sicut Moyses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui crediderit in filium habeat vitam aeternam. 362.a
- Qui non crediderit iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc autem est iudicium, quoniam lux venit in saeculum, & magis dilexerunt tenebras quam lucem. 346.b.382.a
- Vos mihi testes estis, quoniam dixi eis qui missi sunt ab Hierosolymis ad me, quia non sum Christus, sed quoniam missus sum ante illum. Qui enim habet sponsam sponsum est: Amicus autem sponsi est qui stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. 361.a
- Nemo potest quicquam accipere nisi datum fuerit illi de caelo. 375.b
- Qui credit in filium habet vitam aeternam. Qui dicto non audiens est in filium, non habet vitam: sed ira Dei manebit super eum. 365.a
- Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua quam dederam non sitiet in aeternum. 453.a
- Inter haec venerunt discipuli eius & mirabantur quod cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit illi: quid quaeris aut quid loqueris cum ea? 52.a
- Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid deterius tibi contingat. 16.b.97.b.227.a.381.b
- Nihil pater iudicat, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, &c. 364.a.382.b
- Si testimonium dixerem de me, testimonium meum non est verum, alius est enim qui testis est de me. 168.b



# Index Scripturarum toto

- \* Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitam habere, &c. 3.48.b
- \* Ego veni in nomine patris mei, & non recepitis mecum alius venerit in suo, ipsum recipietis. 355.b. 556.b
- Si enim credidissetis Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius scripturis non creditis, quomodo verbis meis credetis?
- 6. \* Ego sum panis vitæ, qui venerit ad me, non esuriet, & qui in me crediderit non sitiet unquam. 350. a
- \* Non descendi de cælo, ut faciam voluntatem meam sed eius qui misit me, pagin. 228.b. 267. b. 380.b
- \* Ego sum panis vitæ qui de cælo descendi. Si quis ediderit de meo pane, vivet in æternum. Panis autem quem ego dederò, caro mea est pro sæculi vita. 268.b
- \* Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. 350.a. 381.b. 467.b
- \* Nemo potest venire ad me, nisi datum illi fuerit à patre. 184.b
- \* Dixit Iesus ad Apostolos: Nunquid & vos vultis abire? Respondit Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes; & nos credimus & cognovimus quoniam tu es filius Dei vivi. 113. a. 170.a
- 7. \* Odit me sæculum, quia & ego illud, quia mala facta sunt illius. 497. a
- \* Si quis sitit, veniat & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ. 144. b. 182. b. 350. a. 500. b. 553. a
- 8. \* Ego sum lumen sæculi, qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. 147. b. 326. a. 356. b
- \* Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. 346. a
- \* Si permanseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. 317. b. 333. b
- \* Omnis qui facit peccatum, servus est peccati. 266. a
- \* Vos de patre diabolo nati estis, & concupiscentias patris vestri perficere vultis. Ille enim homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in illo, ibidem.
- \* Sputo cæci oculos Christus formavit. 316. a
- 9. \* Deus peccatorem non audit, sed si quis deum coluerit, & voluntatem eius fecerit, illum audit. 154. a. 173. a
- 10. \* Qui non introiit per ostium in ouile ovium, sed descendit per alteram partem ille fur est & latro. 435. b
- Oves vocem eius audiunt.
- \* Ego sum ostium; per me si quis introierit salvabitur. 363. a. 381. a
- \* Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ovibus meis, mercenarius autem & cuius non sunt ovæ propriæ, cum viderit lupum venientem, relinquens effugit, & lupus dispergit ovæ, pag. 10. b
- Et erit vnus grex & vnus pastor. 208. a. 255. a
- \* Nemo auferit animam meam à me, sed ego à me pono eam: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc enim mandatum accepi à patre meo, pagin. 362. b. 478. a
- Ego & pater vnus sumus. 208. a. 254. b
- \* Nonne scriptum est in lege, quoniam ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scripturam, quem pater sanctificavit & misit in sæculum, vos dicitis: quoniam blasphemias quia dixi filius Dei sum? quod si non facio facta patris, nolite mihi credere; quod si facio & mihi non vultis credere, factis credite; & cognoscite, quoniam in me est pater & ego in illo. 356. b
- Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me licet moriatur, vivet; & omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum, pagina 300. b
- \* Qui amat animam suam in isto sæculo, perdet illam, & qui odit animam suam in isto sæculo, in vitam æternam conseruabit illam, pag. 127. a. 221. b. 333. a. 379. b
- Cum exaltatus fuero à terra, omnia ad me traham. 554. a
- \* Ambulate dum lucem habetis ne vos tenebræ comprehendant. 431. b
- Nisi lauero te, non habebis partem mecum. 473. b. 474. a. b
- Non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui se misit. Hæc scientes eritis beati si ea feceritis. 90. a. 376. a
- Et post buccellam, &c. 470. b. 472. b
- Quod facis, fac citius. 389. a
- In domo patris mei habitationes multæ sunt. 232. b. 431. b
- Ego sum via, veritas, & vita. 193. b. 381. a
- Nemo venit ad patrem nisi per me. 184. b. 363. a. 381. a
- Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis. 260. a. 375. a
- Si me dilexissetis, gauderetis; quoniam vado ad patrem. 297. a. 386. b
- Pater maior me est. 184. a. 530. a
- Ego sum vitis vera. 143. b
- Si feceritis quæ mando vobis, iam non dicam vos seruos, sed amicos. 146. b. 253. a
- Si sæculum vos odit, mementote quoniam me priorem vobis odit, &c. 127. a. 335. b. 382. a
- Veniet hora, ut omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium Deo facere. Sed & hæc facient, quoniam non cognouerunt patrem neque me, &c. 125. a. 335. a. 379. b
- Amen amen dico vobis, quoniam vos plorabitis & plagentis, sæculum autem gaudebit, vos tristes eritis, sed tristitia vestra in gaudium veniet. 297. a. 335. a
- Petite & accipietis. 19. b. 264. b
- Hæc locutus sum vobis ut in me pacem habeatis, in sæculo autem pressuram habebitis, sed fidite, quoniam ego vici sæculum. 335. b. 376. b
- Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum & verum Deum, & quem misisti Iesum

# opere citatarum locupletissimus.

- Iesum Christum. 183. b. 284. a. 332. a
  - \* Ego te clarificavi in terra, opus perfecti quod dedisti mihi ut faciam, &c. 354. a
  - \* Non pro his autem rogo solis, sed & pro illis qui credituri sunt per verbum ipsum in me, ut omnes vnū fiat sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnus sint, pag. 197. b. 271. b
  - \* Pater, quos dedisti mihi volo ut vbi ego fuero, & ipsi sint mecum, & videat claritatem meam quæ mihi dedisti ante constitutionem mundi. 301. a. 386. b
  - 18. \* Si male locutus sum, exprobra de malo; si autem bene, quid me cædis? 12. a. 156. a. 169. a
  - \* Quia frigus erat. 553. a
  - Regnum meum non est de isto sæculo, si de isto sæculo esset regnum meum, ministri mei turbarentur ne traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis quoniam rex sum: Ego in hoc natus sum, & in hoc veni in sæculum ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est de veritate audit vocem meam, pag. 364. b. 464. b. 465. a
  - 19. \* Nullam haberes potestatem aduersus me, nisi data esset tibi desuper. 270. b. 389. a
  - \* Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. 499. b
  - \* De tunica autem, quia de superiore parte non confutilis, sed per totum textilis erat, dixerunt ad inuicem: Non scindamus illam, sed sortiamur de illa cuius sit. 254. b. 255. a
  - \* Ex latere Christi exiuit sanguis & aqua, pag. 481. a. 500. a. 552. b
  - 20. \* Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.
  - \* Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum, pagina 486. a
  - \* Sicut me misit pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixisset, inspirauit & ait illis: Accipite spiritum sanctum. Si cuius remiseritis peccata remittentur illi, si cuius tenueritis tenebuntur. 181. b. 201. a. 210. a. 254. a
  - \* Dixit dominus ad Thomam: Iniice huc digitum tuum, & vide manus meas & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit autem Thomas & dixit illi: Dominus meus & deus meus. Dixit illi Iesus, quia vidisti me credidisti: felices qui non viderunt, & crediderunt. 356. a
  - 22. \* Dixit Simoni Iesus: Diligis me? Respondit: Diligo. Ait illi: Pasce oves meas. 10. b. 254. a
- EX ACTIBVS APOSTOLORVM.
- Act. 1. \* Nemo potest cognoscere tempus, ante tempora quæ pater posuit in sua potestate. 389. b. 535. a
  - \* Et erant persequentes omnes vnanimis in oratione cum mulieribus, & Maria quæ fuit mater Iesu, & fratribus eius. 260. b. 265. b
  - \* Surrexit Petrus in medio discentium, fuit autem turba in vno. 163. b
  - Et factus est subito de cælo sonus quasi ferretur status vehemens, & impleuit totum illum locum in quo erant sedentes. Et visæ sunt illis linguæ diuisæ, quasi ignis, qui & infedit in vnum quemque illorum; & impleti sunt omnes spiritu sancto. 390. b
  - Et locuti sunt variis linguis, pag. 491. a. b. 543. a. b
  - Cum sit hora diei tertia. 272. b
  - Exaltatus ergo dextera Dei effudit hoc donum quod vos auditis, & videtis. 555. a
  - Pœnitentini & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum, spiritus sancti. Vobis enim est promissio, & filiis vestris, & omnibus deinceps, quoscumque admonuerit dominus Deus noster, pagina 184. a
  - Ad horam orationis nonam. 3.
  - Argentum quidem & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula, & apprehensa manu eius dextera, excitauit eum. 229. a. 387. a
  - Principes populi & seniores Israel audite: Ecce nos hodie interrogamur à vobis super beneficio hominis infirmi; in quo iste saluatus est. Sit vobis omnibus notum, & omni populo Israel, quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in illo iste in conspectu vestro sanus adstat, in alio autem nullo. Hic est lapis qui contemptus est à vobis & discantibus, qui factus est in caput anguli. Non enim est nomen aliud sub cælo datum hominibus, in quo oportet saluari vos. 360. a
  - Turba autem eorum qui crediderant, animæ ac mente vna agebant, nec fuit inter illos vllum discrimen, nec quicquam suum iudicabant ex bonis quæ eis erant, sed fuerunt illis omnia communia. 19. b. 260. b. 311. a. 375. a
  - Cur impleuit Sathanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, cum esset fundus in tua potestate, non omnibus mentitus es, sed Deo.
  - Et conuocauerunt illi duodecim totam plebem discipulorum & dixerunt illis. 164. a
  - Et elegerunt septem diaconos. 156. a
  - Domine ne statuas illis hoc peccatum, pagina 318. b
  - Tunc imponebant manus super illos & accipiebant spiritum sanctum. 182. a
  - Pecunia tua tecum sit in perditione; quia existimasti gratiâ Dei per pecuniam possideri. 390. b. 465. b
  - Ait Eunuchus: Ecce aqua, quid est quod me impedit baptizari? Tunc dixit Philippus: Si credis ex toto corde tuo licet, pagina 384. a
  - Tabitha exurge in nomine Iesu Christi, pagina 305. b
  - Cornelius centurio fuit faciens multas elemosynas in plebem & semper orans Deum. 10.
- g iij



# Index scripturarum toto

- Huic circa horam nonam oranti astitit angelus testimonium reddens sui operis & dicens: Corneli orationes tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt ad memoriam coram Deo. 272.a
- \* Petrus ascendit in superiora, ut oraret circa horam sextam. ibid.b
- \* Dominus dixit mihi neminem communem dicendum & immundum. 135.b
- \* Quem vnxit pater spiritu sancto misso de cœlis. 546.b
- \* Et iussit eos baptizari. 178.a
- 13.\* Vobis primum oportebat indicari verbum Dei: sed quia repulistis illud, nec vos dignos æternæ vitæ iudicatis, ecce conuertimus nos ad gentes: Sic enim dixit per scripturas dominus: Ecce lumen posui te inter gentes, ita ut sis, in saluationem vsque ad fines terræ. 350.a
- 15.\* Visum est sancto spiritui & nobis, nullam vobis imponere sarcinam, quam ista quæ ex necessitate sunt abstinerere vos ab idololatriis, & sanguinis effusione, & fornicatione. Et quæcunque vobis fieri non vultis, aliis ne feceritis. 392.a
- 16.\* Circa mediam autem noctem Paulus & Silas orantes gratias agebant deo. Audiebant autem eos vinciti. 379.a
- 17.\* In quo sumus, viuimus & mouemur. 458.b. 486.b
- 19.\* Baptizati prius baptismo Ioannis, baptizati sunt in nomine domini Iesu. 189.a
- \* Iesum noui & Paulum scio, &c. 457.b
- 23.\* Beatus Paulus cum ei dictum esset: Sic in silis in sacerdotem Dei maledicendo? Nesciebam (inquit) fratres, quia pontifex est. Scriptum est enim: Principem populi tui non maledices. 112.a. 155. b. 169.a
- EX PAVLI EPISTOLA AD ROMANOS.**
- Rem. 1.\* **F**ides vestra prædicatur in vniuerso mundo, 56.b. 116.a. 13.b
- Et coluerunt & seruiuerunt creaturæ, relicto creatore, propter quod & tradidit illos Deus in passionibus ignominia. 377.a
- \* Suffrones, detractores, abhorrentes Deo, iniuriosi, superbi iactantes sui, adiuuatores malorum. Qui cum iustitiam Dei agnouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt morte sunt digni; non tantum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt eis qui hæc agunt. 165.a
- 2.\* **Q**uare sine excusatione es o homo omnis qui iudicas: in quo enim iudicas alium, te ipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas. Speras autem tu qui iudicas, eos qui mala agunt, & eadem facis, quia ipse effugies iudicium Dei? 381.a
- \* An nunquid opulentiam bonitatis eius, & sufficientiæ & longanimitatis eius cõtemnis, ignorans quoniam patientia & bonitas Dei ad penitentiam te adducit? &c. 315.a. 383.a
- \* Quotquot sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quotquot in lege peccauerunt per legem & iudicabuntur. 390.b
- Non audiores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. 390.b
- Inter se inuicem cogitationibus accusantibus, &c. 556.b
- \* Quid enim si exciderunt quidam illorum a fide, nunquid infidelitas illorum fidem Dei euacuaui? Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. 113.a. 165.a. 170.a. 259.b
- \* Faciamus mala, dum veniunt bona; quorum damnatio iusta est. 390.b. 535.b
- \* Omnes enim peccauerunt & egent claritate Dei iustificanti autem dono ipsius & gratia per redemptionem quæ est in Christo Iesu. 363.b
- \* Venenum aspidum sub labiis eorum, & os eorum maledictione & amaritudine plenum est. Veloces ad effundendum sanguinem pedes eorum, contritio & calamitas in viis eorum. Qui viam pacis non cognouerunt, nec est timor Dei ante oculos eorum. 325.b
- \* Gloriamur in spe claritatis Dei, non solum autem, sed gloriamur in pressuris, scientes quoniam pressura tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, probatio autem spem. Spes autem non confundit, quia dilectio Dei infusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. 334.b. 376.b
- \* Si cū adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine illius liberabimur per illū ab ira. 95.b
- \* Non sicut delictum ita & donum. 480.a
- \* Itaque fratres non secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, incipietis mori. Si autem spiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. 326.b
- \* Sumus filij dei. Si autem filij & hæredes dei, cohæredes autem Christi, si quidem cõpatiamur, vt & commagnificemur. 125.a. 221.b. 334.a. 380.a
- \* Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad superuenturam claritatem, quæ reuelabitur in nobis. 128.a. 217.a. 339.b. 380.a
- \* Spe autem salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per spectationem speramus. 317.b. 384.a
- \* Quis nos separabit à charitate Christi, an pressura, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est. Quoniam causa tui occidimur tota die, deputati sumus vt oues victimæ, sed in his omnibus superuincimus, pro eo qui dilexit nos. 20. b. 49.a. 333.a. 380.b
- \* Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus cognatisque meis secundum carnem qui sunt Israelitæ, quorum adoptio & claritas, & testamentum, & legis constitutio, & famulatus, & promissiones; quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. 356.a
- \* Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. 37.b
- \* Ore fit confessio ad salutem. 455.b
- Et dedit

# opere citatarum locupletissimus.

- \* Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis. 115.a
- 11.\* **N**oli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. 17.a. 376.a
- \* O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & quam inuestigabiles sunt viæ eius. Quis enim, cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? vel quis prior dedit ei, & nõ retribuetur illi? Quoniam in ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia; ipsi claritas in sæcula sæculorum. 385.b
- 12.\* **O**bscuro vos fratres per misericordiam dei, vt constituatis corpora vestra, hostiam viam, sanctam, placentem Deo, nec configuremini sæculo huic, sed transformamini in renouatione sensus, ad probandum quæ sit voluntas Dei, bona & placens, & perfecta. 216.b. 334.a
- \* Si furierit inimicus tuus, ciba illum, & si sitierit potabis illum: hoc enim faciens carbones viuos superfundes in caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malo. 381. a
- 13.\* **V**is non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. 383.b
- \* Reddite omnibus quæ debentur; cui tributū, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemihi quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. 376.a
- \* Dilectio proximi malum non operatur. 533.b
- \* Nox transiit, dies autem appropinquauit: Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, tanquam in die decenter ambulemus: non in commensationibus & ebrietatibus: non in concupiscentiis & impudicitis; non in certaminibus & zelo. 355.b
- 14.\* **T**u quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit, stabit autem, potens est enim Deus statuere eum. 95.b. 381.a. 438.b. 535.b
- \* Vnusquisque nostrum pro seruationem reddet Deo. 212. 526.a
- \* Si propter escam frater tuus scandalizatur, iam non in charitate ambulas. Noli escam tuam illum perdere propter quem Christus mortuus est. Bonum est non manducare carnem, neque bibere vinum, neque ostendere in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. 525.b
- \* Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. 387.a
- 16.\* **R**ogo vos fratres diligenter obseruare eos qui dissensiones & offencicula, præter doctrinam quam vos didicistis, aut dicunt aut faciunt, & declinate ab ipsis. 536.a
- \* Soli sapienti Deo. 546.b
- EX EPISTOLA I. AD CORINTHIOS.**
- \* 1. Cor. 1. **O**bscuro vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem compositi in eodem sensu & in eadem sententia. 255.a. 389.b
- \* Nunquid in nomine Pauli baptizati estis. 44. b. 457.b
- \* Misit me Christus annunciare non in fermone sapientia, ne inanis fiat crux Christi. Verbum enim crucis stultitia est iis qui pereunt, iis autem qui saluantur, virtus Dei est. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? nonne insatiuit Deus sapientiam huius mundi? Quoniam quidem in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, complacuit Deo per stultitiam prædicationis saluare credentes. Quoniam Iudæi signa desiderant & Græci prudentiam querunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gætibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis, & Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. 354.b. 388.b. 551.a
- \* Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. 128.a. 445.b
- \* Et ego quidem fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus quasi infantibus in Christo. Lac vobis potum dedi, non tescam, dum adhuc enim pusilli eratis, non poteratis, sed neque nunc potestis: adhuc enim estis carnales. Vbi enim in vobis t æmulatio & contetio, & dissensiones, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? 326.b. 375.a. 439.b
- \* Saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 96.a
- \* Nescitis quia templum Dei estis & spiritus Dei habitat in vobis. 137.a. 381.b
- \* Nemo se decipiat. Si quis putat sapientem se esse in vobis, mundo huic stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Reprehendam sapientes in astutia ipsorum. Et: Cognouit Deus cogitationes sapientium quoniam stultæ sunt. 314.b. 388.b
- \* Quid enim habes quod non acceperis. Si autem acceperis, quid gloriaris quasi non acceperis. 375.b
- \* Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. 94. b. 530.b
- \* Non in sermone est verbum Dei, sed in virtute. 390.a
- \* Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio sicut estis azyymi. Nam & pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque festa celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitia, sed in azyymis sinceritatis & veritatis. 230.b. 378.a
- \* Si quis frater, fornicarius, aut idolorum cultor, aut auarus, aut raptor siue iniustus nominatus fuerit; cum eiusmodi quidem nec cibum capere. 492.a
- \* **A**uder quisquam vestrum aduersus alterum negotium habens disceptare apud iniustos, & non apud sanctos? An nescitis quia sancti hunc mundum iudicabunt? Iam quidem totum de-



## Index Scripturarum toto

- licium in vobis est, quia iudicia habetis cum iniuicem. Quare non magis iniuriam patimini, aut quare non magis fraudamini. Sed vos iniuria facitis & fraudatis, & hoc fratribus; an nescitis quoniam iniusti regnum Dei non consequentur. 384.a
- \* Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum appetitores, neque fures, neque fraudatores, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores regnum Dei consequentur. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis, in nomine domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. 266.b. 388.a
- \* Omnia licent, sed non omnia expediunt. & c. 229.a. 390.a
- \* Nescitis quoniam corpora vestra membra Christi sunt. Auferens membra Christi, faciam membra fornicariæ? Absit. An nescitis, quia qui conglutinatur fornicariæ, vnum corpus sunt. Erunt enim duo in vna carne. Qui autem se coniunxerit domino, vnus spiritus est. 387.b
- \* Omne delictum quodcumque fecerit homo extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. 97.b. 387.b. 420.b
- \* Non estis vestri, empti enim estis pretio magno clarificate & portate Deum in corpore vestro. 227.a. 266.b. 33.a. 377.b. 387.b
7. \* Bonum est homini mulierem non contingere: propter fornicationem autem vnusquisque uxorem suam habeat, & vnaquæque, virum suum habeat. Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Vxor corporis sui potestatem non habet, sed vir, similiter & vir potestatem sui corporis non habet, sed vxor. Nolite fraudare iniuicem nisi ex conuentione, ad tempus vt vacetis orationi, & iterum reuertimini ad id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram; hoc dico secundum veniam, non secundum imperium; volo autem omnes homines esse, sicut & me. 382.b
- \* Vnusquisque proprium donum habet à Deo, alius sic, alius autem sic. 531.a
- \* Quod si non se continent, nubant.
- \* Iis autem quæ nupserunt præcipio, non ego sed dominus, vxorem à viro non separari: si autem recesserit, manere innuptam, aut reconciliari viro, & virum vxorem non dimittere. 390.a
- \* De virginibus præceptum domini non habeo, & c. 451.a
- \* Alligatus es vxori ne quæsieris solutionem; solutus es ab vxore, ne quæsieris vxorem. 523.b
- \* Tempus collectum: superest ergo vt & qui habent vxores, quasi non habentes sint; & qui plangunt quasi non plangentes, & qui gaudent, quasi nõ gaudentes; & qui emunt, quasi nõ ementes; & qui possident, quasi non possidentes; & qui hoc mundo vtuntur, quasi non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. 229.a. 377.b. 534.a
- \* Cælebs cogitat ea quæ sunt domini, quomodo placet Deo, qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea quæ sunt mundi huius, quomodo placeat vxori, sic & mulier; & vir-
- go innupta, cogitat ea quæ sunt domini, vt sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupsit, cogitat de iis quæ sunt mundi huius, quomodo placeat viro, pag. 228.a. 382.b. 523.a
- \* Mulier vincita est quoadiu viuere eius; si autem dormierit, liberata est, vt cui vult nubat, tantum in domino: felicius autem erit si sic permanserit. 387.b
- \* 8. Cibus nos non commendat Deo; neque si manducauerimus abundabimus: neque si non manducauerimus egebimus, ibid.a
- \* Si cibus scandalizat fratrem, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem scandalizem. 140.a. 525.b
- \* Dominum Iesum vidi. 339.a
- \* Nunquid non habemus potestatem mulierem circumducendi. 529.b. 530.a. b
- \* Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrarem. 94.b
- \* Nescitis quoniam qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, vnus tamen accipit palmam? Sic eurrite vt occupetis. Omnis enim qui agonizat in omnibus continens est. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos vero incorruptam. 22.b. 334.a. 381.b. 453.a
- \* Ego sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem cadens; sed affligo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus inueniar. 530.b
- \* 10. Nolo enim vos ignorare fratres quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Hæc autem omnia figuræ nostræ fuerunt. 211. b. 346.a
- \* Tentatio vos non occupauit, nisi humana. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos teteri super quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam euadendi facultatem, vt possitis tollerare. 390.a
- \* Non potestis calicem domini bibere & calicem dæmoniorum. Non potestis mensam Domini communicare, & mensam dæmoniorum. 25.b. 241.a
- \* Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt; omnia licent, sed non omnia ædificant. 390.a
- \* Est ote sine scandalo Iudæis & Græcis & Ecclesiæ Dei. 523.b
- \* Omnibus per omnia placeo non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt saluentur. 94.b
- \* Viri caput Christus est. 216.a. 337.a
- \* Veruntamen neque mulier sine viro neque vir sine muliere in domino. 526.a
- \* Si quis autem putatur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia Dei. 486.a
- \* Oportet & hærefes esse vt probati manifesti sint in vobis. 256.a. 390.a
- \* Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem & gratias agens fregit ac dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemorationem. Simili modo & calicem, postquam cœnatum est, ac-

## opere citatarum locupletissimus.

- est, accepit dicens: Hic calix nouum testamenti est in meo sanguine; hoc facite, quotiescunque feceritis in meam commemorationem. Quotiescunque enim ederitis panem istum & calicem biberitis, mortem domini adnunciabitis quoadiuque veniat. 149.a. 147.a
- \* Quicumque ederit panem aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. 25.a. 28.a. 202.b. 241.a. 390.a. 470.b
12. \* Nunquid omnes Apostoli, nunquid omnes Prophetæ? 530.a
13. \* Etsi habuero omnem fidem ita vt môtēs trãfferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperum distribuero omnia mea, etsi tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam nihil proficio. Charitas magnanima est, charitas benigna est: charitas nõ zelat, non agit perperam, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniultiam, conlatatur autem in veritate. Omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquam excidit. 185.a. 257.a. 318.a. 326.b. 375.a
- \* Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & ego cognitus sum. 385.a
14. \* Prophetæ autem duo aut tres loquantur & ceteri examinent. Si autem alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. 176.a. 193.b
- \* Mulieres in Ecclesia taceant. Si quæ autem quid dicere volunt domi viros interrogent. 384.b
- \* Omnia vestra honesta fiant. 528.a
15. \* Quod si resurrectio mortuorum non est, ergo nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vacua est & fides nostra. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisque autem in suo ordine: initium Christus. Deinde qui sunt Christi in aduentu eius, deinde finis. 566.b
- \* Corruptunt ingenia bona confabulationes pessimæ. 118.a. 258.a. 390.a
- \* Stulte tu quod seminas, non viuificabitur, nisi prius mortuum fuerit, & c. 386. 559.b
- \* Stella à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Seminatur corpus in corruptione, resurgit sine corruptela. Seminatur in ignominia, resurgit in gloria. Seminatur in infirmitate, resurgit in virtute. Seminatur corpus animale, resurgit spiritale. 386.a
- \* Oportet enim corruptiuum istud induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptiuum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc fiet verbum quod scriptum est: Absorpta est mors in contentionem. Vbi est mors aculeus tuus? vbi est mors contentio tua? 386.b. 530.b
- Primus homo de terræ limo, secundus homo de cælo, qualis ille de limo, tales & qui de limo: & qualis cælestis, tales & cælestes.
- \* Quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus & imaginem eius qui in cælis est. 232.b. 268.a. 327.a. 357.b. 377.b
- \* Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba & mortui resurgent, incorrupti, & nõs immutabimur. 560.a
- \* Virtus peccati lex. 527.b

## EX EPISTOLA AD CORINTHIOS II.

- Aliis odor mortis in mortem aliis odor vitæ in vitam. 468.b
- \* 3. Obtusi sunt sensus eorum vsque ad huc diem, hoc eodem velamento in lectione veteris testamenti manente, quod non reuelatur, quia in Christo euacuatur: & vsque in hodiernum, si quando legitur Moyses, velamentum est super cor eorum. Mox autem vt cõuersi fuerint ad dominum auferetur velamentum. 346.a
- \* 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt reporter vnusquisque sua corporis propria, secundum quæ egit siue bona siue mala. 364.a. 385.b. 556.b
- \* 6. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. 536.b
- \* In omnibus commendantes quasi Dei ministros, in sustentatione multa, in pressuris, in tentationibus, in tribulationibus, in angustiis, in plagis, in custodiis, in carceribus, in seditionibus, in inuocationibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. 530.a
- \* Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ autem participatio est iustitiæ, & iniquitati? Aut quæ est communicatio luci ad tenebras? 183.b. 387.b
- \* 8. Si voluntas prompta est secundum quodcumque habuerit acceptabile est; non secundum quod non habuerit neque sit aliis refrigerium, vobis autem pressura. 375.a
- \* Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestra inopiæ sit supplementum, vt sit æqualitas sicut scriptum est: Qui multum habuit, non abundauit; & qui modicum, non indiguit. 374.b
- \* Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictione de benedictione & metet. Vnusquisque autem sicut corde proposuit; non quasi ex tristitia, vel ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus, sicut scriptum est: Distribuit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. 374.b
- \* Qui administrat semen seminanti, & pauperem ad edendum præstabit. Et multiplicabit



# Index scripturarum toto

seminationem vestram, & auget incrementa frugum iustitiae vestrae, ut in omnibus locupletemini: Administratio huius officij non tantum suppleuit ea quae sanctis defunt, sed & abundauit, per multam gratiarum actionem in Deum. 306. b. 374. b.

10. \* Non enim audemus non comparare aut conferre quibusdam qui seipfos commendant, sed ipsi in nobis ipsis nosmetipsos commendantes, &c. 530. b.

11. \* Despondi vos vni viro virginem castam assignare Christo. 200. b.

\* Transfiguratur se velut angelum lucis. 253. b.

12. \* Scio hominem raptum usque in tertium caelum. 339. a.

\* Datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizat, ut non extollar, propter quod ter dominum rogavi ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. 298. b. 376. b. 453. b.

\* Timeo ne forte veniens ad vos lugeam multos, ex iis qui ante peccauerunt & non egerunt poenitentiam de immunditiis quas fecerunt & fornicationibus & libidinibus. 98. a.

## EX EPISTOLA AD GALATHAS.

Gal. 1.

**M**iror quod sic tam cito demutami ab eo qui vos vocauit in gratiam ad aliud Euangelium; quod non est aliud, nisi si sunt aliqui qui vos turbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de caelo aliud annunciet praeterquam quod adnunciuimus vobis, anathema sit. Sicut praediximus & nunc iterum dico: Si quis aliquid vobis adnuntiauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit. 44. b. 145. b.

\* Si hominibus placere vellem Christi seruus non essem. 113. b. 141. a. 147. a. 217. b. 385. b.

2. \* Reprehensio Petri a Paulo. 175. b.

3. \* Abraham credit Deo, & deputatum est ei ad iustitiam. Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi filij sunt Abraham. Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, praenunciavit Abraham quia benedicentur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt benedicti sunt cum fidei Abraham. 144. a. 346. a.

\* Factus pro nobis maledictum. 479. b.

\* Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. 137. a. 192. a. 200. b.

4. \* At vbi aduenit impletio temporis, misit Deus filium suum natum de muliere. 357. a.

\* Quae autem sursum est Hierusalem libera est, quae est mater omnium nostrum. 554. a.

5. \* Diliges proximum tibi tanquam te. Si autem mordetis & accusatis inuicem, videte ne consumamini ab inuicem. 17. b. 375. b.

\* Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Haec enim inuicem aduersantur sibi, ut non quae vultis ipsa faciatis. Manifesta autem sunt facta carnis, quae sunt, adulteria, fornicationes, immunditiae, spurcitiae, idololatrae, veneficia, homicidia, inimicitiae, contumeliones, amulationes, animositates, prouocationes, simultates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comestiones, & his similia: quae praedico vobis sicut & praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. 268. a.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis suis. 228. a. 387. b.

In contemplatione habentes vnusquisque ne & vos tentemini. Altervtrum onera sustinete, & sic adimplebitis legem Christi. 95. b. 377. a.

Onera vestra sustinete inuicem & sic adimplebitis legem Christi.

Deus non deridetur. 164. a. 245. b.

Ergo cum tempus habemus operemur quod bonum est ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus. 311. a. 317. b.

Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. 228. 378. a.

Qui simul confuscitavit nos simulque sedere fecit in caelestibus. 554. b. 561. b.

Et cum venisset adnunciuavit vobis pacem his qui longe, & pacem iis qui prope, quia per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. 363. a.

Ut possitis comprehendere quae sit latitudo. 481. a. 549. b.

Obsecro vos ego vincens in domino, digne ambulare vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate sensus & lenitate, cum patientia sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare vnitatem spiritus in conjunctione pacis. 97. b. 203. a. 255. a. 318. a.

Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae. 203. a. 254. a.

Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia, & in omnibus nobis. 72. b. 83. a. 194. a. 203. a. 254. a. 547. b.

Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. 477. a. b. 480. a. 555. a.

Exponite prioris conuersationis veterem hominem, qui corrumpitur, secundum concupiscentias deceptionis. Innouamini autem spiritum sensus vestri, & induite nouum hominem, cum qui secundum Deum constitutus est in iustitia, & sanctitate & veritate. 378. a.

Irafcimini & nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram. 376. b.

Nolite locum dare diabolo. 140. a. 528. b.

Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. 77. b. 378. b.

Nolite contristare spiritum sanctum Dei in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis

## EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Qui simul confuscitavit nos simulque sedere fecit in caelestibus. 554. b. 561. b.

Et cum venisset adnunciuavit vobis pacem his qui longe, & pacem iis qui prope, quia per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. 363. a.

Ut possitis comprehendere quae sit latitudo. 481. a. 549. b.

Obsecro vos ego vincens in domino, digne ambulare vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate sensus & lenitate, cum patientia sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare vnitatem spiritus in conjunctione pacis. 97. b. 203. a. 255. a. 318. a.

Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae. 203. a. 254. a.

Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia, & in omnibus nobis. 72. b. 83. a. 194. a. 203. a. 254. a. 547. b.

Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. 477. a. b. 480. a. 555. a.

Exponite prioris conuersationis veterem hominem, qui corrumpitur, secundum concupiscentias deceptionis. Innouamini autem spiritum sensus vestri, & induite nouum hominem, cum qui secundum Deum constitutus est in iustitia, & sanctitate & veritate. 378. a.

Irafcimini & nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram. 376. b.

Nolite locum dare diabolo. 140. a. 528. b.

Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. 77. b. 378. b.

Nolite contristare spiritum sanctum Dei in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis

Qui simul confuscitavit nos simulque sedere fecit in caelestibus. 554. b. 561. b.

Et cum venisset adnunciuavit vobis pacem his qui longe, & pacem iis qui prope, quia per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. 363. a.

Ut possitis comprehendere quae sit latitudo. 481. a. 549. b.

Obsecro vos ego vincens in domino, digne ambulare vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate sensus & lenitate, cum patientia sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare vnitatem spiritus in conjunctione pacis. 97. b. 203. a. 255. a. 318. a.

Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae. 203. a. 254. a.

Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia, & in omnibus nobis. 72. b. 83. a. 194. a. 203. a. 254. a. 547. b.

Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. 477. a. b. 480. a. 555. a.

Exponite prioris conuersationis veterem hominem, qui corrumpitur, secundum concupiscentias deceptionis. Innouamini autem spiritum sensus vestri, & induite nouum hominem, cum qui secundum Deum constitutus est in iustitia, & sanctitate & veritate. 378. a.

Irafcimini & nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram. 376. b.

Nolite locum dare diabolo. 140. a. 528. b.

Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. 77. b. 378. b.

Nolite contristare spiritum sanctum Dei in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis

# opere citatarum locupletissimus.

Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia auferatur a vobis. 318. b. 376. b.

5. \* Stultiloquium & scurrilitas, quae ad rem non pertinent non nominetur quidem in vobis. Hoc enim scitote intelligentes, quia omnis fornicator aut immundus, aut fraudator quod est idololatria, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. 98. a. 384. a.

\* Nemo vos decipiat inanibus verbis: propterea enim venit ira Dei super filios contumaciae, nolite ergo esse participes eorum. 73. a. 154. b. 260. a. 441. a.

\* Ut filij lucis ambulare. Fructus enim luminis est in omni bonitate & iustitia & veritate, probantes quod beneplacitum sit Deo. 537. b.

Vir caput est mulieris. 420. b.

\* Christus dilexit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, purgans eam lauacro aquae in verbo vitae. 192. b. 207. b.

\* Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carne vna, Sacramentum istud magnum est: Ego autem dico in Christum & Ecclesiam. 87. a.

6. Filij obsequentes estote parentibus vestris, hoc enim est iustum. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione ut bene sit tibi, ut sis longaeuus super terram. 388. b.

Et vos parentes nolite in iracundiam mittere filios vestros, sed nutrite illos in disciplina & correptione domini, Ibidem.

Serui obedite dominis carnalibus cum metu & tremore, & in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed quasi serui Dei, Ibidem.

Et vos domini eadem facite ad eos, laxantes iracundiam, scientes quia & vester & ipsorum dominus est in caelis & exceptio personarum non est in illo, Ibidem.

\* Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates & principes huius mundi harum tenebrarum, aduersus spiritualia nequitiae in caelestibus. Propter hoc induite tota arma Dei, ut possitis resistere in die nequissimo, ut cum omnia perfeceritis stetis accincti lumbos vestros in veritate Evangelij, induentes lorica iustitiae, & calciati pedes in praeparatione Evangelij pacis, in omnibus assumentes scutum fidei in quo possitis omnia ignita iacula nequissimi extinguere, & galeam salutis assumere, & gladium spiritus qui est verbum Dei. 49. b. 127. b. 391. b.

## EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

Phil. 1. \* Veruntamen omni modo, siue per accusationem siue per veritatem, Christus adnuntiatur. 183. a.

\* Mihi viuere Christus est & mori lucrum. 197. a.

2. Qui in figura Dei constitutus, non rapinam

arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, ut homo. Humiliauit se, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. 358. b. 83. b. 450. b. 550. a.

Deus exaltauit illum & donauit illi nomen quod est super omne nomen; ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. 320. b. 549. b.

Omnia autem pro dilectione facientes sine murmurationibus, & reputationibus, ut sitis sine quaerela, & immaculati filij Dei. 379. a.

Luceate sicut luminaria in mundo. 17. a. 381. b.

Omnes sua quaerunt & non quae sunt Christi. 377. b.

Videte canes, videte malos operarios. 435. a.

Quorum finis interitus est, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in caelis est, vnde & saluatorem expectamus, dominum nostrum Iesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. 216. a. 301. a. 377. b. 462. a. 561. b.

Saturatus sum recipiens ab Epaphrodito ea quae a vobis missa sunt odorem suauitatis, sacrificium acceptum, & beneplacitum Deo. 274. b.

Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. 539. b.

## EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

Qui est imago Dei inuisibilis & primogenitus totius creaturae. 354. a.

Quia per ipsum creata sunt omnia visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. 545. b.

Primogenitus a mortuis, ut fieret in omnibus ipse primatum tenens. 354. a.

Videte ne quis vos depredeatur per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. 95. a. 314. b.

Circumcisi estis, circumcissione non manufacta in expoliatione carnis, sed in circumcissione Christi. 346. b.

Delens quod aduersus nos erat chirographum, & affigens illud cruci suae traduxit, principatus siue potestates, triumphans eos in semetipso. 549. b.

Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi; quid tanquam viuentes in mundo vana sectamini? 378. a. 431. b. 560. b. 561. b.

Si consurrexistis cum Christo quae sursum sunt quaerite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram sunt. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum eo apparebitis in gloria. 326. b. 378. a.

Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi; quid tanquam viuentes in mundo vana sectamini? 378. a. 431. b. 560. b. 561. b.

Si consurrexistis cum Christo quae sursum sunt quaerite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram sunt. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum eo apparebitis in gloria. 326. b. 378. a.



# Index scripturarum toto

\* Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, exponentes fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam quæ est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei. 98.a. 537.a

\* Vbi non est Iudæus & Græcus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scythæ, masculus & femina, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. 52.6.b

4 \* Instate orationi, vigilantes in ea: 20.a. 272.a. 392.a

## EX EPISTOLA AD THESSALONICENSES. I.

1. Thes. 4. \* **H**Æc est voluntas Dei vt abstineatis vos à fornicatione. 420.b

Non circumuenire in negotio fratrem suum; quia vltor est Deus de his omnibus. pag. 389.b

\* Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quia Iesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus eos qui dormierunt in Iesu adducet cum illo, &c. 300.b. 386.a. 560.b. 561.b

5. \* Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. Cū dixerint pax & firmitas, tunc illis repentinus adueniet interitus. 389.b

## EX EPISTOLA AD THESSALONICENSES II.

2. Thes. 2. \* **N**E quis vos seducat vilo modo: quoniam nisi discessio venerit primum & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui aduersatur & extollit se super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Et tunc reuelabitur inimicus quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui; & euacuabit illuminatione aduentus sui eum, cuius est aduentus, secundum opera satanæ, in omni virtute signis & prodigiis mendacibus. Et ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati. 556.b

\* Dilectum veritatis non receperunt vt salui fierent, ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed sibi placent in iniustitia. 115.a. 245.b

5. \* Præcipimus autem vobis in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt discedatis ab omnibus fratribus ambulanti in ordinatè & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. 118.a. 260.a

Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. 15. a. 388.a. 536.a

## EX EPISTOLA AD TIMOTHEVM PRIMA.

**F**inis autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. 533.a

Scimus quoniam bona est lex, si quis ea legitime vtatur. 531.a

Qui primo fui blasphemus & persecutor & iniuriolosus, sed misericordiam merui quia ignoras feci. 182.b

Sint mulieres vestræ cum verecundia & pudicitia componentes se, non in tortis crinibus, neque auro, neque margaritis, aut veste pretiosa, sed vt decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. 228.b. 383.b

Mulier in silentio discat in omni subiectione. Docere autem mulierem non permitto, neque præpositam esse viro, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eua; & Adam ductus non est, mulier autem seducta est. 384.b

Oportet autem eum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt vt non in opprobrium incidat & laqueum diaboli. 538.a

In nouissimis temporibus, &c. 164.b

Nemo iuuentutem tuam despiciat. 156.a

Forma esto fidelibus in sermone, in conuersatione & charitate, in fide & castitate. 524.a

Viduas honora quæ verè viduæ sunt. 389.a

Quæ autem delicata est vidua, viuens mortua est. 592.b

Si quis autem suorum & maxime domesticorum non agit curam, fidem denegat & est infideli deterior. 389.a

Iuniores autem viduas præteri. Cùm enim indelicatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes iudicium quoniam primam fidem reprobauerunt.

Aduersus maiorem natu accusationem ne receperis. 389.a

Peccantes coram omnibus corripere vt & cæteri metum habeant, ibidem.

Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem & sua subsequuntur. 535.a

Si quis aliter docet & non acquiescit sanis verbis Domini nostri Iesu Christi & doctrinæ eius, stupore elatus est. Discedite ab huiusmodi. 73.a. 191.b

Nihil intulimus in hunc mundum, verum nec quid auferre possumus. Habentes itaque exhibitionem & tegumentum, his contenti sumus. 269.a. 387.a

Qui autem volunt diuites fieri, incidunt in temptationem, & mulcipulam & desideria multa & nocentia, quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidem appetentes naufragauerunt à fide & inseruerunt se doloribus multis. 240.a. 269.a. 307.a. 387.a

EX EPI-

# opere citatarum locupletissimus.

## EX EPISTOLA AD TIMOTHEVM II.

2. Tim. 1. **O** Timothee fili commendatum, seruis, noli spernere donum quod in te est per impositionem manuum seniorum, &c. 493.a

2. \* Nemo militans Deo, obligat se molestiis secularibus vt possit placere ei cui se probauit. 158.a

Sed & si certauerit quis, non coronabitur, nisi legitime pugnerit. 334.a. 378.a

Si enim commorimur & conuiuemus; si toleramus, & coregnabimus; si negamus, & ipse negabit nos. 333.a

Noli verbis contendere, nihil enim vtile est, nisi in subuersionem audientium. Sollicite cura te ipsum probabilem, &c. Stulta autem & inania eloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem. 536.a

Sermo eorum velut cancer serpit. 72. b. 118.a. 183.b. 246.a. 256.a. 389.a

In domo autem magna non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem honorata, quædam autem inhonorata. 90.a. 97.b. 215.b

Stultas autem & ineruditas quæstiones deuita, sciens quia lites generant. 385.b

Seruum domini non oportet litigare, sed mittem esse ad omnes, docibilem, patientem, cum omni modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne forte det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum eius voluntatem. 193. b. 531.b

3. \* In nouissimis diebus aderunt tempora molesta, & erunt homines sui placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemii, parentibus inobedientes, ingrati, impij, sine affectu, sine federe, delatores, incontinentes, immites, bonum non amantes, proditores, procaces, stupore inflati, voluptates magis quam Deum diligentes, habentes deformationem religionis, virtutem autem eius abnegantes, hos deuita. Ex his sunt qui repunt in domos, & prædantur mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, & quomodo Iannes & Mábres restiterunt Moyse, sic & hi resistunt veritati homines corrupti sensu, reprobi circa fidem. Sed non proficient plurimum. Imperitia enim eorum manifesta erit omnibus sicut & illorum fuit. 113.a. 258.a. 462.a

\* Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum. 557.b

4. \* Erit tempus quando sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes in audiendo, scalpentes aures. Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. 388.a

\* Ego iam delibor, & tempus instat meæ assumptionis. Bonum agonem certavi, cursum perfecti, fidem seruauit, iam superest mihi corona iustitiæ quam mihi reddet dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi sed & omnibus qui dilexerint aduentum eius. 23.a. 380.a

tia quam mihi reddet dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi sed & omnibus qui dilexerint aduentum eius. 23.a. 380.a

## EX EPISTOLA AD TITVM.

**A**nte tempora secularia. 445.b

Episcopum oportet esse sine crimine tanquam Dei dispensatorem. 164.b

Omnia munda mundis. 135.a

Tu autem loquere quæ conueniunt sanæ doctrinæ, maiores natu sobrios esse, prudentes, sanos in fide, in charitate, in patientia sincera. 556.b

Te ipsum bonorum factorum præbens exemplum in doctrina, in integritate, in grauitate, in verbo sano atque irreprehensibili: vt aduersarius reuereatur nihil habens in nobis dicere mali. Omnibus fidem bonam ostende, vt bonam doctrinam saluatoris Domini nostri præferant in omnibus. 524.a

De nullo male loqui nec litigiosus esse. pagin. 391.a

Saluabit nos per lauacrum regenerationis. 192.b

Hæreticum hominem post vnam correptionem deuita, sciens quoniam peruersus est huiusmodi & peccat, & est à semetipso damnatus. 118.a. 182.a. 191.a. b. 198.a. 208.a. 258.a. 389.a

## EX EPISTOLA AD HEBRAEOS.

**Q**uia per ipsum sæcula instituit, & per ipsum constituit vnuerforum hæredem. 545.b

Decebat enim propter quem omnia, & per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem, auctorem salutis eorum, per passionem consummari. 554.a

Viuus est sermo Dei & efficax, ancipiti gladio penetrabilior, vsque ad diuisionem spiritus & animæ attingens, &c. 459.a

Maior à minore non benedicitur. 458.a

Vna oblatione, &c. 454.a

Fides substantia rerum sperandarum. 485.b

Credere enim primo omnium accedentem oportet ad dominum quia est, & credentibus in se remunerator sit. 544.a

Fructum pacatissimum exercitatis in iusticia dabit. 451.b

Qui educit de terra pastorè magnum ouium. 555.a

## EX EPISTOLA IACOBI.

**D**ominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 439.a



# Index scripturarum toto

## EX EPISTOLA PETRI I.

- 1. Pet. I.**
- S**icut hospites & peregrini abstinete vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, vt dum detrectât de vobis, quasi de malignis, opera vestra aspicietis magnificet Deum. 17.a.378.a
- \* **C**hristus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non remaledicebat, cum pateretur non comminabatur, &c. 316.b.326.a.383.b
- 3.** \* **S**it in muliere non exterior ornamentum aut aurium aut vestis cultus, sed cultus cordis. 228.b.383.b
- \* **C**hristus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo. 363.b
- \* **I**n hac enim & mortuis prædicatum est vt suscitentur. 363.b.354.a
- \* **I**n arca Noë pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam quod & vos similiter saluos faciet baptisma. 19.4.a.201.a.207.b
- \* **Q**ui est in dextera Dei sedens in cælis. 555.b
- 4.** \* **C**haris. Nolite mirari ardorem accidentem vobis qui ad tentationem vestram fit, nec excidatis tanquam nouum vobis contingat; sed quotiescunque communicatis Christi passionibus per omnia gaudete, vt & in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. Si improperatur vobis in nomine Christi, beati estis quia maiestatis & virtutis domini nomen in vobis requiescit. **Q**uod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur. 125.b.324.b
- \* **N**ec quisquam vestrum tanquam fur aut homicida patiat; aut tanquam maleficus, aut curas alienas agens, sed tanquam Christianus. 383.b
- 5.** \* **S**obrius estote & vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, aliquem deuorare querens. 323.b

## EX EPISTOLA PETRI II.

- 1. Pet. 2.**
- \* **I**n conuiuibus suis luxuriantes, oculos habentes plenos mœchationibus, & incessabilibus delictis, capientes animas in firmas. 533.a

## EX EPISTOLA IOANNIS I.

- 1. Ioan. 1.**
- \* **S**i dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. 269.b.385.b
- \* **S**i autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est dominus, qui nobis peccata dimittat. 269.b
- \* **2.** **F**ilioli mei hæc scribo vobis, ne delinquatis; & si quis deliquerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est deprecatio pro delictis nostris. 95.b.264.b
- \* **I**n hoc intelligimus quia cognouimus eum, si

præcepta eius custodiamus. **Q**ui dicit quoniam cognouit eum, & mandata eius non seruat, mendax est & veritas in illo non est. 47.a

\* **Q**ui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. 125.a.228.b

\* **Q**ui dicit se esse in luce & fratrem suum odit in tenebris est vsque adhuc, & in tenebris ambulat & non scit quo eat, quia tenebræ excæcauerunt oculos eius. 326.a.375.b

\* **N**olite diligere mundum neque ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo, quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi, quæ non est à patre, sed ex concupiscentia sæculi, & mundus transibit & concupiscentia eius. 267.b.301.b.378.a

\* **Q**ui autem fecerit voluntatē Dei manet in æternū quomodo Deus manet in æternū. 267.b.378.a.380.b

\* **A**udistis quia Antichristus venit, nunc autem antichristi multi facti sunt, vnde cognoscimus quia nouissima hora est. 373.b.207.a.401.a.435.b

\* **E**x nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis, si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. 113.b.255.b.389.a

\* **Q**ui negat filium neque patrem habet, qui confiteretur filium, & filium & patrem habet. 184.b.333.a.363.b

\* **I**n hoc apparent filij Dei & filij diaboli. Omnis qui non est iustus, non est de Deo, & qui non diligit fratrem suum. 375.b

\* **Q**ui fratrem suum odit homicida est, & scitis quia omnis homicida non habet in se vitam æternam manentem. 270.a.326.a

\* **Q**ui habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum desiderantem, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? 308.b.375.a

\* **S**i cor nostrum nos non reprehēdat, fiduciam habemus apud Deum, & quodcumque petierimus accipiemus ab eo. 389.a

\* **O**mnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse de Deo est, qui autem negat in carne venisse, de Deo non est, sed est de Antichristi spiritu. 375.a

\* **M**aior est qui in vobis est quam in isto mundo. 22.a.334.b.377.a.533.b

\* **D**eus dilectio est, & qui manet in dilectione in Deo manet, & Deus in eo. 375.b

\* **S**i quis dixerit quoniam diligit Deum & fratrem suum odit, mendax est, qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? 373.b

\* **E**t hi tres vnum sunt. 254.b

## EX EPISTOLA IOANNIS II.

- 2. Ioan. 1.**
- \* **S**i quis ad vos venit, & doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum vestram, & aue

# opere citatarum locupletissimus.

& aue illi ne dixeritis. **Q**ui enim dixerit illi aue; communicat factis eius malis. 406.a

## EX EPISTOLA IUDAÆ.

- Enda 1.**
- \* **E**cce venit cum multis millibus nūciōrū suorū, facere iudicium de omnibus, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem de omnibus factis impiorum; quæ fecerunt impie, & de omnibus verbis impiis, quæ de Deo locuti sunt peccatores. 440.b

## EX APOCALYPSI IOANNIS.

- Apocal. 1.**
- \* **E**t conuersus respexi vt viderem vocem quæ mecum loquebatur; & vidi septem candelabra aurea, & in medio candelabrorum similem filio hominis vestitum podere, & erat præcinctus supra mamillas zonam auream. **C**aput autem eius & capilli erant albi velut lana aut nix; & oculi eius vt flamma ignis, & pedes eius similes aurichalco ignis, sicut de fornace ignis; & vox eius vt sonus aquarum multarum, & habebat in dextera sua septem stellas, & ex ore eius gladius ex vtraque parte acutus exhibat, & facies eius splendebat vt sol in virtute sua. **E**t cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus, & imposuit super me dexteram suam, dicens: Noli timere, ego sum primus & nouissimus, & viuus qui fueram mortuus, & ecce sum viuens in sæcula sæculorum & habeo clauas mortis & inferorum. pag. 363.a
- \* **S**eptem stellæ, septem angeli, septem candelabra septem Ecclesiæ.

- 2.** \* **M**emor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & fac priora opera; si quo minus, veniam tibi nisi pœnitentiam egeris. 32.a.52.b.96.a.241.b.439.a

\* **Q**ui vincet dabo illi edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. 380.a

\* **N**ihil eorum timeas quæ passurus es. 335.a

\* **E**sto fidelis vsque ad mortem & dabo tibi coronam vitæ. 14.b.68.a.380.a

\* **H**abeo aduersus te multa, quod vxorem tuam Iezabel, quæ se dicit prophetam, sinis docere & seducere sanctos meos fornicari & manducare de sacrificiis. **E**t dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & pœnitere non vult à fornicatione sua. **E**cce mitto eam in lectum, & qui cum ea fornicati sunt in tribulatione maximam, nisi pœnitentiam gesserint ab operibus suis. 96.a

\* **E**t scient omnes Ecclesiæ quia ego sum scrutator renis & cordis, & dabo unicuique secundum opera sua. 244.b.264.b.300.a.385.b

**3.** \* **T**ene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. 259.a.334.a

\* **D**icis: Diues sum & ditatus, & nullius rei egeo; & nescis quoniam tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus. **S**uadeo tibi emere à me aurum ignitum de igni, vt sis diues, & vestem albam vestiariis, vt non appareat in te sorditas nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas. 308.a.435.b

\* **Q**uos diligo, redarguo & castigo. 241.a

\* **V**incenti dabo sedere super thronum meum, sicut & ego vici & sedi super thronum patris mei. 49.a

\* **E**t requiem non habebant dicac nocte dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, qui erat & qui est & qui venturus est omnipotens. 519.a.545.b

\* **E**t vidi librum in dextera Dei sedentis super thronum, scriptum intus & retro, signatum signis septem; & vidi angelum fortem prædicantem voce magna: quis dignus est accipere librum & aperire signa eius? nec quisquam poterat neque de cælo neque super terram neque sub terra aperire librum, sed neque perspicere eum. **E**t ego flebam multum, quod nemo dignus repertus esset qui aperiret librum, aut videret illum. **E**t vnus ex senioribus dixit mihi: Nè fleueris, ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum & soluere septem signa eius. 358.a

\* **E**t vidi in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem quasi occisum, habentem cornua septem, & oculos septem qui sunt septem spiritus Dei missi super orbem terræ. **E**t venit & accepit librum de dextera Dei sedentis in throno: **E**t cum accepisset librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores prostrauerunt se ante agnum, habentes singuli citharas & pateras aureas, plenas odoramentis supplicationum, quæ sunt orationes sanctorum, & cantauerunt canticum nouum, dicentes: Dignus es domine accipere librum, & aperire signa eius, quoniam occisus es, & redemisti nos sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione; & fecisti nos regnum Deo nostro, sacerdotisque fecisti & regnabunt super terram. 359.b

\* **E**t vidi cælum apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verus, æquum iustumque iudicans, & præliabatur; eratque coopertus veste conspersa sanguine, & dicitur nomen eius, sermo Dei. 354.b

\* **E**t cum aperuisset quintum sigillum, vidi sub ara Dei, animas occisorum propter verbum Dei & martyrium suum; & clamauerunt magna voce, dicentes: **Q**uouisque domine sanctus & verus non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant? **E**t datae sunt eis singulæ stolæ albæ, & dictum est eis vt requiescerent. breui adhuc tempore, donec impleretur numerus conseruorum & fratrum eorum, quique postea occidetur exemplo ipsorum. 242.a.320.a.379.b

\* **E**t cum aperuisset sigillum sextum, ecce ter-



# Index scripturarum toto

- iræ motus factus est magnus, & factus est sol niger, vt faccus cilicinus, & luna tota sanguinea facta est, & stellæ ceciderunt in terram, quomodo ficus à vento magno agitata mittit grossos suos, & cælum recessit vt liber cum inuoluitur; & omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt; & reges terræ & maximi quique, & tribuni & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber absconderunt se in speluncis & in cauernis montium, dicentes montibus & petris: Cadite super nos & abscondite nos à conspectu patris sedentis super thronum & ab ira agni: quoniam venit dies interitionis, & quis poterit stare? 440 b
7. \* Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare ex his nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu, & ex omni populo & lingua stantes in conspectu throni, & in conspectu agni, & erant amicti stolas albas & palmæ fuerunt in manibus eorum, & magno clamore dicebant: Salus Deo nostro sedenti super thronum, & agno. Et respondit vnus ex senioribus dicens mihi: Hi qui amicti sunt stolas albas, qui sunt, & vnde venerunt? Et dixi ei: Domine mi tu scis. Et ait mihi: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Ideo sunt in conspectu throni Dei, & seruiunt ei 7 diebus ac 7 noctibus in templo eius. Et is qui sedet in throno, inhabitat super eos, neque esurient neque sitient vnquam, sed neque sol super eos cadet, nullum vnquam æstum patientur, quoniam agnus qui in medio throni est, reget eos. Et deducet eos ad fontes vitæ aquarum, & absterget eos Deus omnem lachrymam ab oculis eorum 338. a. 380. a
14. \* Et vidi, & ecce agnum stantem in monte Syô, & cum eo centum quadraginta quatuor milia, & habebant nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. 362. a
- \* Hi sunt, qui cum mulieribus se non coinquauerunt, virgines enim permanferunt, hi sunt qui sequantur agnum quocunque ierit, 227. b. 456. b
- \* Et vidi alium angelum volentem in medio cælo, habentem Euangelium æternum, vt adnunciaret super omnem terram, & super omnes nationes & tribus & linguas & populos, dicentem voce magna. Metuite potius Deum & date illi claritatem, quoniam venit hora iudicij eius, & adorare eum; fecit cælum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt. 331. b
- \* Si quis adorât bestiam & imaginem eius & accipit notam in fronte sua & manu, bibet & ipse de vino iræ Dei mixto in poculo iræ eius, & punietur igne & sulphure sub oculis sanctorum angelorum, & sub oculis agni & fumus de tormentis eorum ascendet in sæcula sæculorum; nec habebunt requiem die ac nocte, quicunque adorant bestiam & imaginem eius. 127. a. 153. b. 332. a
16. \* Beati erunt qui vigilabunt, & seruabunt vestimenta sua ne nudi ambulent, & videant turpitudinem suam.
- Et venit vnus ex septem angelis habentibus phialas, & aggressus est me dicens: Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ: Et duxit me in spiritu. Et vidi mulierem sedentem super bestiam & mulier illa amicta erat pallium purpureum & coccinium, & adornata erat auro & lapidibus præiosis, & margaritis, tenens poculum aureum in manu sua plenum execrationum, & immunditiæ & fornicationis totius terræ. 229. b
- Aquæ quas vidisti super quas sedet meretrix illa populi sunt, & turbæ, & gentes, & regna. 146. a. 436. b
- Et audiui aliam vocem de cælo dicentem: Exi de ea populus meus, ne particeps sis delictorum eius, & ne perstringaris plagis eius; quoniam delicta eius vsque ad cælum peruenerunt, & meminit dominus Deus iniquitatum eius. Ideo reddidit ei dupla & in quo poculo miscuit, duplum remixtum est ei; & in quantum se clarificauit, & deliciarum habuit, intantum datus est ei cruciatus & luctus: quoniam in corde suo dicit: Regina sum, & vidua esse non possum, nec luctum visura sum, propterea vna hora plagæ eius aduenient, mors, luctus & fames, & igni cremabitur, quoniam fortis est dominus Deus qui eam iudicabit, & flebunt & plangent se in ea reges terræ, qui cum ea fornicati sunt, & in delictis conuersati sunt. 239. b. 383. a
- Regnauit Dominus Deus omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus ei gloriæ claritatem; quoniam venerunt nuptiæ agni, & vxor eius se præparauit. 361. b
- Vide ne feceris quia conseruus tuus sum, & fratrum tuorum, Dominum Iesum adora. pag. 320. b
- Et vidi cælum apertum & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verus, æquum iustumque iudicat, & præliatur. Oculi autem eius erant tanquam flamma ignis, & super caput eius diademata multa, & portabat nomen scriptum, nemini alij nisi sibi notum, & erat coopertus vestem aspersam sanguine, & dicitur nomen eius verbum Dei; & exercitus qui sunt in cælo sequebantur eum in equis albis, induiti byssinum album mundum; & de ore eius exibat gladius vtrinque acutus, vt ex eo percuteret nationes, quas ipse pasciturus est in virga ferrea, & ipse calcabit torcular vini iræ Dei omnipotentis. Habet etiam in veste & in femore suo nomen scriptum: Rex Regum & dominus dominantium. 364. b
- Et vidi animas occisorum, propter nomen Iesu, & sermonem Dei, & quicunque imaginem bestiæ non adorauerunt, nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua: & vixerunt & regnauerunt cum Christo. 339. a
- Et vidi thronum magnum, & candidum sedentem super eum, à cuius facie fugit cælum & terra,

# opere citatarum locupletissimus.

- & terra, & locus eorum inuentus non est: & vidi mortuos magnos, & pusillos stantes ante conspectum throni domini, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ, & iudicati sunt singuli secundum ea quæ scripta erant in libro secundum opera ipsorum. 440. b
- Ego sum & & ω, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. 354. a
- Qui vicerit possidebit ea & eorum hæreditatem, & ero eius Deus, & ille erit mihi filius. 356. a. 390. b
- Veni ostendam tibi nouam nuptam vxorem agni; & duxit me in spiritu in montem magnum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cælo à Deo, habentem claritatem Dei. 361. a. 360. b
- Et dixit mihi: Ne signaueris verba prophetiæ huius, quia iam tempus in proximo est, vt & hi qui perseverant nocere, noceant; & qui in sordibus est: sordescat adhuc: iustus autem adhuc iustiora faciat, similiter & sanctus sanctiora. Ecce venio cito & merces mea mecum est reddere vnicuique secundum facta sua. 320. a. 381. a
- Ego sum & & ω, primus & nouissimus; initium & finis, felices eos qui faciunt præcepta eius, vt sit potestas eorum super lignum vitæ. 362. b
- Foris canes. 435. a

## FINIS INDICIS SCRIPTURARVM.

# INDEX IN TRES

## D. CYPRIANI OPE-

### RVM TOMOS.

A.



- Bel martyr primus. pag. 126. a. 370. b.*
- Abraham fidei ac iustitiæ meritis honoratus. 300. a. interpretatur pater multarum gentium. 498. b. Abrahæ data benedictio, ad populum Christianum pertinet. 143. b*
- Absolutio peccatorum in Ecclesia. 477. b. cur generalis absolutio penitentium in die cenæ Domini fieri sit solita. Ibidem.*
- Adam peccato similitudinem diuinam perdidit. 315. a*
- Adolescens sine obedientia. 597. a*
- Adulatio perniciosa. 391. b. malum est virtutibus propinquum. 462. b*
- Adulteris pacem negabant quidam Episcopi. 96. a*
- Ætas hominis, olim octingentorum annorum. 279. a. nunc vix ad centenarium numerum peruenit. Ibidem.*
- Afflictiones quædam ad correptionem delicti, quædam ad probationem fidei. 238. b. 270. b*
- Agrippinus Episcopus, primus rebaptizandos hereticos censuit. 176. a. 180. b*
- Alea laqueus diaboli. 493. b. ipsius mala. Ibidem. 494. a. b. 495. a. b. illius inuentor Zabulus. 494. a. b. cui olim sacrificandum erat, antequam quis manum in tabulam porrigeret. Ibidem b. Alea lusus crimen mortale. 495. b*
- Altare domini. 72. b. 117. a. 144. a. 153. b. 158. a. 169. b. 180. b. 354. b. altarum ministerium. 164. a. altaris ministri. 178. b*
- Amalech figuram portabat diaboli. 334. a*
- Ambitionis malum. 463. b. 464. a. Adam prostrauit.*
- Ibidem. diaboli delectationis causa fuit. Ibidem.*
- Angeli ab initio mundi præfati mortalium generi. 549. b. ipsi nobiscum admat. 197. a. ipsos, vt fautores habeamus, rogare debemus. 219. a. angelos veros agnouit Hosiæ magus & Plato. 289. a. inuisibiles sunt nature. 444. b. salutis nostræ sunt ministri. Ibidem. & 488. a. ipsorum varij ordines. 487. a*
- Angulifrons portus. 578. a*
- Anima nec originem scimus nec metimur quantitatem, nec qualis, intueri sufficimus. 466. a. Anima, non corpori imputatur peccatum. 446. a. animam Deus in hominem infundit. 484. b*
- Anna mater Sannelis, typum gessit Ecclesiæ. 264. b*
- Annorum sex milia pene completa. 330. a*
- Antichristus. 42. b. in homine venturus. 392. a. in scripturis prædictus. 556. b*
- Apes habent regem. 169. b. nesciunt coniugem nec fratres mixibus edunt. 148. a*
- Apostolorum fidem & dignitatem non minuit Iudæ proditio. 259. b. non minus gratum, quod dicitur ante spiritum sancto Apostoli iradiderunt, quam quod Christus tradidit. 433. a. Liber inscriptus doctrina Apostolorum. 493. a*
- Aqua sola in scripturis baptismum significat. 144. b. Aqua, populos significat. 146. a. 436. b*
- Arcus Noe ecclesiæ figura. 194. a. 201. b. 436. a. b. 489. a*
- Arma spiritalia. 127. b. 131. b*
- Arrius hereticus. 558. b*
- Astrologi & mathematici improbantur. 535. b*
- Auarii satellites falsarij, venefici, scarij, &c. 281. a*
- Auctores cur nomen suum suis libris præponant. 443. b*
- Auguria & auspiciis nullius fidei. 289. a*



Index in tres D. Cypriani

Angerandum non est, Ibid. b.
Auribus per inanes inferri Deum vulnera noluit.
230. a.
Azymus panis in Eucharistia. 468. a

B.

Alnea promissa virginibus vitanda. 23. b.
Baptisma lauacrum aqua salutaris. 1. b. 145. a.
304. b. 517. b. nouam vitam animat. 1. b. hominem
mente ac animo mutat. 2. a. vnde genialis auxilio super-
rioris aut labes detegitur, expiatur peccatus, desuper se lu-
men infundit, calidus spiritus in auro reparat secunda nati-
uitas, facultas datur geri ut possit quod impossibile puta-
batur, Ibidem. mors est criminum, vita virtutum, Ibidem.
Natiuitas est salutaris. 16. b. peccata praeterita dimittit.
44. b. 192. a. b. 458. a. in solius trinitatis nomine confir-
matur. 44. b. 184. a. 192. a. sanctificat. 115. a. 134. b. 175. a. 180.
4. 184. a. b. 192. a. b. 201. b. 266. a. signo domini in bap-
tismo frons munitur. 127. b. 273. b. 258. b. 284. a. 285. a. 517. b.
baptizandi infantes etiam recens nati. 134. b. 515. per bap-
tisma accipitur spiritus sanctus. 144. b. 169. b. 173. b.
326. b. non iteratur. 145. a. 211. a. 473. a. b. 474. b. 481. a.
Baptisma unum. 172. b. 173. b. 175. a. 180. b. 191. a. b. 256. a.
aquam prius sanctificari oportet a sacerdote. 177. b. 401. b.
456. b. interrogatio symboli in baptismo. 173. a. 200. a.
209. a. 399. b. exorcismus in baptismo. 399. b. 401. a. 402.
b. 403. b. vngi Chrismate necesse est qui baptizatur. 133. a.
473. b. baptizatus est diuini precepti. 178. b. fidei est origo
et ad spem vite aeternae ingressio. 183. b. purificat ac vni-
fikat, Ibidem. baptizatus sacramentum. 178. a. 185. a. b. 200.
b. 201. b. 285. a. 400. b. 457. a. lanam vitam. 180. b. 208.
a. 227. a. 243. b. 256. a. in nouum hominem spiritaliter re-
formatur. 192. a. b. verus baptizatus, tan qui per aspersem
fit, quam qui per lotionem. 210. b. 211. a. b. 212. a. ab omni
sece contagionis antiqua purgat. 227. a. 232. b. facit filios
Dei. 265. a. 266. a. b. 311. b. 326. b. baptizati soli euadunt
aeterna supplicia. 284. a. baptizatus praedictus. 347. a. b.
350. b. sine illo ad regnum perueniri non potest. 381. a. gra-
tiam enim perdit baptizatus, nisi innocentiam seruet, Ibi-
dem. omnia delicta in baptismo deponuntur. 388. a. nec actua-
lis nec originalis macula, aliqua sui post abluitionem ve-
stigia derelinquit. 473. a. nec actualibus postea recrudesc-
centibus imputantur originalia, Ibidem.

Baptizatus haereticorum. 172. et seq.
Baptisma Iohannis plenam virtutem non habebat.
457. b.
Baptismus Moysi. 184. a. 211. b.
Baptismus sanguinis. 107. a. 185. a. b. 270. a. 330. b.
430. b. 456. b. 535. a. 535. a.
Barba non vellenda. 389. b.
Barbarorum incursio. 137. a.
Basilides episcopus lapsus. 163. a. b.
Basilides haereticus. 198. a.
Bona falsa. 4. a. b. 5. a.
Bona vera. 5. a. b. 228. b.
Bona mulier, Christum confessa. 39. a.
Bonis conueniendum et mali vitandi. 390. a.

C.

Caelum statim petunt martyres. 35. b. 36. a. 48. b. 49.
a. b. 96. a. 128. a. 170. a. 216. a. 217. a. 221. a. 222. a. 224.

b. 337. a. 130. b. 339. b. 427. a. sic etiam alij iusti. 299. b.
301. a.

Calix dominicus mixtus vino et aqua offiri debet.
143. b. et tota epistola. Calicem prior bibit Christus. 144.
b. non nisi a baptizatis bibitur, Ibidem.

Calix huius. 41. b. 43. a.

Cantanda non sunt amatorum nec turpia. 229. b. 525. a.

332. a.

Captiui fratres redimendi a Barbaris. 137. a. b. missa
ad illos redempcionem sextertia centum milita, Ibid. b.

Charitas in aeternum durabit. 257. a. qui eam non ha-
bet, Deum non habet. 157. a. charitatis duo praecipua. 257. b.
ipsum elogia. 318. b. sine patiencia non durat, Ibid. a.

Castitatis laudes. 537. a. b. eius grandae primum.
232. a.

Castri ad regnum Dei. 141. a. 242. b.

Castus et Acuilus confessores. 240. b.

Catachismus quid designari. 436. b.

Catechumenus adprehens infirmitate subueniendum.
11. a. 31. a. peccare non debent. 390. b.

Catholici columbis et ouibus comparantur. 225. b.

Causa vniuersaeque illic audiat, vbi est crimine ad-
missum. 116. a. b.

Chrisma oleum sanctificatum. 173. a. in die caena do-
mini conficitur. 475. b. ex balsamo et oleo miscetur, Ibid.
in illo virtus diuina potentius operatur, et adest spiritus
sacramentum. 476. a. hoc oleo antiquitus sacerdotes sacra-
bantur et Reges, et altarium lapides, Ibidem. hoc oleo
uncti, cum spiritualibus nequitia colluctantur. 476. b.
caeteris vniuersis antiquis essentibus, vniuersi mystrium
religio Christiana continent, Ibidem. idque non solum in
regibus et sacerdotibus, sed in omni populo catholicis,
Ibidem. ex hoc constat descendere omnes gratiarum diu-
siones, Ibidem.

Christianis falso imputantur gentiles seculi calamita-
tes. 278. a. b. et sequent. ipse passus imputanda quod non
colerent Deum. 27. b. 280. a. b. neque Christiani per ad-
uersa cruciantur, sed probantur. 283. a.

Christus recte non dicitur, qui Christo non credit.
307. b. Christianus contentus. 600. a.

Christus a chrismate dicitur. 476. b. 546. a. nome pon-
tificale vel regium. 546. a. Christus quomodo aduocatus
pro peccatis nostris. 20. a. 264. b. Christus pro nobis passus
ut nos pro illo patiamur. 126. b. Christo iudice coronantur
martyres. 127. b. Christi mandata exequenda. 146. b. 253.
a. b. Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech.
143. b. summus sacerdos Dei patris. 146. b. seipsum primum
obtulit. 147. a. et hoc fieri in sui commemorationem pra-
cepit, Ibid. Christi vice sacerdos fungitur, si quod ille fecit
imitatur. 147. b. Christus rex et index noster. 156. a. 320.
b. Deus noster. 15. b. 290. a. 320. b. 355. b. 356. a. b. arbitrio,
praesentia, et nunc suo Ecclesiam cum praeposito gubernat.
170. b. vnus est Dei patris filius. 181. a. natus de Maria
virgine. 181. a. 447. b. et seq. resurrectionem carnis primus
instituit. 181. a. Martyres adiunat et coronat. 216. b. do-
ctor est in verbis, consummator in factis. 239. a. ipse vnica in-
con-
fuitilis vnitatis Ecclesia figura. 254. b. 255. a. ipse sermo,
virtus et sapientia Dei patris. 259. b. regnum et resurre-
ctio nostra. 267. a. dies et sol appellatur. 273. a. 326. a. 570.
a. vitam vite aperuit. 285. a. carnem induit. 290. a. 315. b.

Deus cum homine miscetur. 290. a. noster est mediator.

290. a.

290. a. duplex eius aduentus. 290. b. hominem tantum
Iudei credebant. 290. b. miraculorum eius breuis en-
natio. 290. b. passus est crucem et mortem sub Pon-
ticio Pilato. 290. b. 477. b. et sequent. die tertia a mor-
tuis surrexit. 290. b. 482. et sequent. in substantia cor-
porali discipulis apparuit. 290. b. in caelum sublatus est.
290. b. 485. et sequent. inde venturus ad iudicium. 297. b.
salutis nostrae auctor est. 291. a. hominis filius esse voluit,
ut nos filios Dei faceret. 304. a. vulneratus, ut vulnera
nostra sanaret. 304. b. morti sustinuit ut immortalitatem
exhiberet. 304. b. Christus doctor vitae nostrae et magi-
ster salutis. 306. a. Passions eius infigne compendium.
316. a. b. Christus innocens et iustitia ipsa. 316. a.
Christum tunc deum videre continget, si nos dignos
praebuerit. 328. a. Christo nihil praeposendum. 333. a.
Christus primogenitus Dei, per quem omnia facta sunt.
354. a. b. Sapiencia Dei. 290. a. 354. b. virtus Dei.
290. a. 354. b. manus et brachium Dei. 354. b. 355.
a. Angelus et Deus. 355. a. b. Illuminator et saluator
generis humani. 356. b. natus secundum carnem. 357. a. de
virgine natus, Ibidem. homo. 290. a. 354. b. ac mediator. 357. b.
de semine David, Ibid. b. et 358. a. in Bethleem natus,
Ibid. humilis in primo suo aduentu, Ibid. a. b. iustus quem
Iudei occiderunt. 359. a. Onis et agnus qui occidi ha-
beret. a. b. idem et lapis dicitur. 359. b. 360. a. praedictum
quod idem lapis natus fuerit. 360. b. et quod mons ille
manifestauerit in nouissimis temporibus, Ibidem. Chri-
stus sponsus Ecclesiae, Ibidem, et 361. a. b. cruci af-
fixus a Iudeis. 361. b. in passione eius tenebra facta.
362. b. apud inferos non remansit, Ibid. tertio die resur-
rexit. 161. 363. a. per ipsum peruenitur ad patrem. 363. a. b.
ipse in dex. venturus, Ibid. b. 382. b. ipse rex in aeternum
regnaturus. 364. a. ipse iudex et rex. 362. b. ipse nobis
exemplum viuendi. 383. b. ipse pro nobis passus. 432. a.
in Christi nati at credendum est angelica non desuisse
ministeria. 449. a. in ipso diuinitas et humanitas in
vnam personam conueniunt. 450. a. 462. b. Christus
baptizatus est, ut sacramentum perennis daretur auctori-
tatis. 457. a. in ipso virtusque naturae facta est vni-
tas. 458. b. ipse verus homo et verus Deus, Ibidem.
cur ipse natus in corpore eius plaga. 459. a. 487. b. ieiun-
nauit ut veritas humanitatis eius pateret. 460. b. suo spi-
ritu ductus in desertum. 461. a. eodem spiritu transatus
super pinnaculum templi. 463. a. non necessitate sed
obedientia mortem passus. 467. a. 478. a. cur mor-
tem immuerit. 478. a. Christus adorandus. 473. b.
474. a. reconciliare nos Deo nulla oblatio potuit, nisi
sanguis Christi. 479. b. Christus descendit ad infer-
ros. 480. a. 487. b. 549. a. 550. b. 553. b. 554. a. ascen-
dit in caelum non rectoribus Angelis, sed naturae di-
uinae propriae usus virtute. 486. b. Christus filius
Dei. 545. a. b. vnus. 546. b. generatus substan-
tialiter sine initio. 546. b. 550. a. Dominus noster. 547.
vnus cum patre. 547. a. 550. a. Christi passus singula
capita a Prophetis praedicta, testimonium declaratur. 551. b.
552. a. b. 553. a. b. Christi regnum qui finiendum dixerit, a-
licuius est a fide. 556. a. 558. b.

Ciborum nimia concupiscentia non appetenda. 387. a.

Circumciso cur octavo die fieri consuevit. 135. a. b.
452. b. etiam apud Phoenices et Arabes inolenit. 452. a.
etiam filij Esau et Ismael illius non expertes. 452. b. cur
nomen in circumcissione indubatur. 452. b. cur anterior so-

lum membri portio iussa circumcidi. 453. a. b. valebat co-
tra originale peccatum. 452. b. 453. b. cur imperata cum fi-
dei tempora propinquarent. 454. a. circumcisio cordis nunc
a nobis requisita. 453. a. b. 454. a. illa vero populo Chri-
stiano damnabilis. 476. b.

Clerici molestis secularibus obligari non debent. 158.
a. b. hinc vetitum, ne quis clericum ad tutelam nominaret.
158. b. non nisi enim altari et sacrificiis et diuinis sacra-
mentis vacare debent. 158. a. populo praesse et diuinis sacra-
mentis insistere debent. 536. b. Ecclesiae sunt senatus.
539. a. vetitum ne clerici cum feminis commorentur. 520. b.
et sequent. elsi enim per hoc castitatis pudicitia non vio-
lentur, suspiciosi tamen malam porrigit famam. 523. b. a.
tentationes eius arguentur. 524. b. 525. a. 527. b. quare sine
cognitione competenter feminis non commorantur. 526.
a. neque quicquam in contrarium faciunt exempla Chri-
sti, Heliae, aut Apostolorum. 529. b. 530. a. b. 531. a. b.
532. a. b. falso etiam obtenditur charitatis praetextus.
533. a. b. 534. a. b. qui se alicuius periculo exponit, non protegit
eum spiritus sanctus, sed deseruit. 538. b. admitti possunt in
familiam mater vel soror vel cognata. 539. a.

Colombe propria. 255. b.

Communicatio inus et praerogatiua accipiunt poeni-
tentes per manus impositionem. 25. b. 54. b. 106. b. 268. b.

Communio olim quotidiana. 268. b.

Concilium decreta seruanda. 158. b.

Concilium Africanum sub Agrippino Episcopo. 172.
b. 176. a. 180. b. Concilium Lambesitanum. 114. a. Afri-
canum aliud ante Cyprianum. 158. a. b. Concilium Ro-
manum de lapsis sede vacante. 58. a. b. Africanum. 1. de
Lapsis. 75. b. 77. b. 81. a. 92. b. 105. a. 106. a. 113. b. 114. a.
160. b. de iisdem Romanum concilium. 92. b. Africanum
secundum de iisdem. 106. a. b. 107. a. b. 114. a. concilium
Africanum de baptizandis infantibus. 134. b. 135. a. b.
Africanum aliud. 155. a. et 158. a. aliud. 162. b. concilium
Africanum primum de baptizandis haereticis. 172. b. 175. a.
180. a. De iisdem concilium Africanum secundum. 178. a.
b. 180. a. de iisdem concilium Africanum tertium. 399. a.
b. et seq. de iisdem concilium Iconij. 199. a. 202. a.

Confessio Christi sine nominis. 23. a. 41. b. 47. a. 49. a.
57. a. 63. b. 95. a. 105. a. 106. a. 107. a. 131. a. 185. b. 215. b.
225. a. 228. a. 257. a.

Confessio sine exomologesi criminum. 25. b. confiteba-
tur apud sacerdotes etiam de hoc quod cogitauerant. 244.
b. vltima est lauacri species. 473. b. sepe repeti potest. 473.
a. 474. b. sacramentum nuncupatur. 473. a. 474. b.

Confessores a Donatiano seducti. 80. b. ad vni-
tatem redierunt. 82. b. 83. a. b. 84. b. 85. a. 87. a. 89. b. 90. a.
iporum sanctitas non minuitur, etiam si quidam fide ex-
sidiant. 259. b.

Consuetudini praeposenda veritas. 146. b. 193. a. b. va-
riae consuetudines pro locorum et provinciarum diuersi-
tate. 198. b.

Continentiae propositum gloriosum. 96. a. non in sola
carnis integritate consistit, sed etiam in cultus honore. 227.
b. 228. a. quo malo carat et quid boni tenet. 232. a. pri-
ma sententia generare praecipit, secunda continentiam sua-
dit. 232. b.

Cornelius papa legitime delectus ordinatus, et com-
probatus. 75. b. 81. b. 83. a. 93. a. Christum confessus. 130. a.
b. 131. a. b. deinde martyr. 133. b. ipse epistola haereti-
cus perperam Cypriano adscripta. 82. b. 85. b. decretum

h



eius de lapsis. 92. b. 161. b. item de Episcopis lapsis no admittendis denno ad Episcopatum. 164. b. Corona celestis. 14. b. 22. a. b. 23. a. b. 36. a. 40. b. 48. b. 125. a. 127. a. b. 170. a. 217. a. 312. a. 317. a. Corpus officina spiritus. 446. a. quo discedente nulli aptum est. 446. a. ex clientela quam anime reddidit. post resurrectionem simul & commodi particeps erit. 484. b. 560. a. Correctio Dei fit ut emendet & seruet. 20. a. correctio nem boni quique libenter audiunt. 391. a. Credentibus tantum datur Christus; quantum se credit capere qui sumit. 22. b. credere in Deum. 557. a. b. Crux cur ad mortem a Christo delecta sit. 549. b. in signo crucis omnis virtus & potestas. 360. a. 362. a. mortis non timeat periculum, ubi tanta reverentia conspiciuntur signum. 449. b. eius virtus omnia peragit sacramenta, neque sine illo aliqua consecratio mereat effectum. 457. b. 480. b. 481. a. repellit demonia. 480. b. Cypriani baptismus & cetera omnia que ad ipsum pertinent requiruntur in vita ex eius scriptis collecta. Cypriani error de rebaptizandis hereticis. 172. b. & sequ.

D.

Debita appellantur peccata in scripturis. 269. b. Demones immundi & erratici spiritus. 2. b. ad confessionem sui, minus coguntur, ut recedant, verberibus virgentur. 2. b. 211. b. 282. a. 289. b. Terminus faciendi non est illis potestas. 200. a. Scorpij & serpentes in scripturis nuncupantur. 212. a. 240. a. 282. b. unde ita dicantur. 253. a. nihil contra nos possunt, nisi Dei permisso. 270. b. 389. a. datur autem illis potestas secundum peccata nostra. 270. b. idque vel ad poenam vel ad gloriam. 270. b. demones idololatris inuentores. 289. a. b. agnouerunt etiam illos Poeta & Socrates & philosophi. 289. a. ligantur ab hominibus. 451. b. Demoniaci mulier. 199. b. 200. a. per illam administratus baptismus, an verus fuerit. 200. a. Danielis constantia. 126. b. 133. a. 165. a. David mansuetudo. 317. a. Defunctorum officium & oblatio. 158. b. Delictum non extenuat peccantium numerus. 50. a. delicta intelligere, in a Dei est. 115. a. 245. b. delicta intelligere secundum felicitatis gradus est. 115. a. 280. b. 296. b. delictorum singulorum epibeta. 2. a. 258. a. 315. a.

Deus semper laudandus. 237. a. 378. b. cum de Deo vox est, non eloquentia viribus niendum sed rebus. 1. b. Deus ut est indulgens ita & preceptorum suorum exactor. 58. b. Deum iudicem subterfugere nemo potest. 244. a. b. iudicaturus est de factis, verbis, & cogitationibus nostris. 244. b. Deus quantum patris pietate indulgens, tantum iudicis maiestate metuendus. 246. a. Deus quomodo Pater noster dicatur. 265. b. 266. a. eius nomen quomodo sanctificetur. 266. b. 267. a. regnum eius quo pacto advenire petamus. 267. a. voluntatem eius quomodo fieri petamus in celo & in terra. 267. b. 268. a. Deus vnus est & verus. 279. b. 285. a. vnus non numero sed vniuersitate. 545. b. Dei arbitrio cuncta geruntur. 279. b. Dei veri formam conspici posse, negavit etiam Hostanes magus. 289. a. Deum vnum agnouerunt etiam Plato & Trismegistus. 289. a. id ipsum probatur per monarchia dignitatem item per voces

Aethnici vulgi: O Deus & similes. 290. a. Deus omni sensu maior. 289. b. In Deo vocabulis aliis non est opus. 290. a. Deus iuxta mentem reddidit pro virtute mercedem, aut damnat. 299. b. qualem te inuenit cum vocat, talem & iudicat. 300. a. Deus solus colendus. 331. a. in Deo solo fidendum & glorandum. 377. a. Dei & Christi dilectioni nihil proponendum. 380. a. b. voluntati eius obtemperandum. 380. b. quod opem eius in omnibus non sentiamus delicto nostro sit. 384. b. Deo placendum non hominibus. 385. b. Deum nihil latet. 385. b. Dei puram essentiam nemo hic ad liquidum comprehendit. 444. a. b. 445. a. b. De nomina, insulsa, veritas, sanctificatio, charitas. 445. a. De Deo etiam dicere vera, periculosum est. 543. a. Deus quid significet. 544. b. Omnipotens quomodo dicatur. 545. b. 546. a.

Deorum portenta crocodili, Cenocephali, lapides & serpentes. 281. b. diis nihil numinus & potestatis. 282. a. 288. b. Dij plerique olim reges fuerunt, aut magni nominis viri. 288. a. b. Dij Gracorum. 288. a. Dij Romanorum, Ibidem b.

Diabolus omni genere peccati nos tentat. 323. b. fortiter est aduersus illum congregiendum. 321. b. debita illum absolueret damnatione poenarum, hereticum est. 558. b.

Diaconice astrauerunt propter regnum caelorum. 140. a. Ecclesie ministri. 156. a. ab Apostolis constituti. 156. a.

Diaconium sancta administratio. 86. b.

Dies cana Domini multiplicibus mysterijs insignis. 475. b.

Dilectio fraternitatis firmiter exercenda. 375. b. inimici quoque diligendi. 385. a.

Disciplina contemptus plagas meretur. 16. a. 19. a. disciplina seuerius enagelica. 54. b. 56. b. gubernaculo nauis comparatur. 56. b. disciplina seruanda. 139. b. 388. a. eius encomia. 226. b. disciplinam pax longa corrumpit. 238. b. recedendum ab eo qui contra disciplinam vitit. 388. a.

Dives sine elemosyna. 597. b.

Diuitia superflua in cultus curam non excusant. 228. b. vitendum illis sed ad res saluatas, ad bonas artes, in subsidium pauperum. 279. a. b. delinquit in Deum, qui illas sibi datus credit, ut non salubriter perscrutatur. 229. b. commendat diuitie, quia periculosa. 269. a.

Dominus sine virtute. 299. a.

Donatus schismaticus. 558. b.

E.

Ebion hereticus. 558. a.

Ecclesia vna. 72. b. 77. a. 78. a. 80. b. 81. b. 83. b. 85. a. 87. a. 89. b. 97. a. 130. a. 140. b. 154. b. 160. a. 170. b. 173. b. 175. a. b. 183. a. b. 191. a. 192. a. 207. b. 208. a. b. 254. a. b. 255. a. b. & seq. 336. b. Ecclesia catholica. 75. b. 80. b. 81. b. 83. b. 85. a. 21. b. 97. a. 113. b. 117. a. 154. b. 160. a. 170. b. 175. a. extra illa non est salus. 72. b. 87. a. 97. a. 140. b. 175. b. 178. a. 185. a. 201. a. 288. a. 470. a. extra eam, etiam non prodest martyrium. 95. a. 98. b. 109. a. 131. a. 185. a. 257. a. 259. a. 270. a. nunquam a fide discedit. 113. a. 183. b. Ecclesia, plebs sacerdoti adunata. 170. b. ab iis qui foris sunt nullo modo iudicanda. 117. a. paradisi instar. 183. a. ut suo iure cedat, periculosum est. 186. a. Ecclesia catholica fides tenenda. 185. a. hereticorum exempla sequi non debere. 191. b. non potest habere Deum patrem, qui non habet Ecclesiam

Ecclesiam matrem. 192. b. 254. b. concordia & vnitatem in illa opus est. 197. a. b. Ecclesia nota Romanorum Pontificum successio. 208. a. b. Ecclesia vnitatem qui non tenet, in Ecclesia non est. 254. a. b. Ecclesia quomodo vna, metaphorice variis explicatur. 254. a. b. adulteri vni non potest, Ibidem b. qui sibi praeter Ecclesiam colligit, Christi Ecclesiam spargit, Ibidem. Ecclesia secundum praedicta. 23. 48. b. 599. a.

Eleazar martyrium post Machabaeos. 338. a.

Elemosyna a morte liberat. 246. b. orationi adiungenda ut sit effectus. 272. a. b. 305. b. peccata exinguit. 304. b. 305. b. baptisimi instar. 304. b. nihil crebrius Christus praecipit, 306. a. b. per elemosynas nemo ad penuriam redigitur. 306. b. 307. a. b. immo opes multiplicatur. 309. a. qui elemosynas non facit, pecunia sua seruus est. 307. b. neque diuites proprie dici potest. 308. a. elemosyna probatur quae in geryphylacium mittuntur, Ibidem a. item quae pupillis & viduis conferuntur, Ibidem. filiorum numerostas ab elemosyna non excusat. 308. b. 309. a. immo eo ipso plures elemosynae dandae, ut filiorum animae redimantur. 309. a. b. filij etiam ad elemosynam instruendi, Ibidem. numerario- rum sumptus largior pro captando vulgi favore, verendum in acutere debet Christianus pro regno caelestis elemosynas non facientibus. 310. a. b. Deus elemosynam operantibus praemium pollicetur, sibi illis committitur supplicium. 310. b. 311. a. operationis suae elemosynae fructus. 311. b. Deum computat debitorem, Ibidem. illius varia ex scripturis elogia. 373. a. b. etiam posteris prodest, Ibidem b. etiam modica prodest. 374. a. nemini neganda, Ibidem. ipsa voluntas nunquam satis est. 373. a. non in aeternum facienda. 387. a. fideliu & domesticorum maxime curanda. 389. a.

Elementa vice Deorum non cogenda. 331. b.

Enoch in consummatione mundi venturus ad consummandum Antichristum. 498. b. interpretatur innotatus, Ibidem.

Epiphaniae solennitas. 456. a.

Episcopus & Episcopos vnus in Ecclesia Catholica. 72. b. 77. a. 80. b. 83. b. 93. a. 97. a. 133. b. 254. a.

Episcopus latere quando possit. 14. b. 53. a. 34. a. 67. b. 72. b. eiusdem quando abesse debet officium. 14. b. episcopi tacite vnitas periculi plena. 25. a. Episcoporum ordinatio & successio, diuina lege fundata. 31. b. ante constitutionem Episcopi nihil innotandum. 58. b. Episcopi obtemperandum. 73. b. 169. a. Episcopi successores Apostolorum. 79. b. 156. a. 169. b. 201. b. 492. b. per singulas vrbes constituti. 97. a. aetate antiqui fide integri, Ibidem. Episcopus pleno vigore contra hereticos agere oportet. 110. b. 111. a. 169. a. etiam ad mortem vsque. 117. a. b. est illis Ecclesiae gubernanda diuina potestas. 110. b. 111. b. 112. a. b. 117. a. 155. b. 159. a. qui illis resistunt, grauitate puniunt. 110. a. 155. b. Episcopus Dominus elegit. 156. a. Episcopi cur multi in Ecclesia. 161. a. omnes vnum Christi gregem pascent, Ibidem b. ad solos catholicos collegas Episcopi scribebant. 112. b. 161. b. qui cum Episcopo non est in Ecclesia non est. 170. b. ipsorum potestatem usurpantes, a domino puniunt. 181. b. ipsos docibiles esse oportet. 193. b. non licet plebe deserti per alienas provincias obseruare. 238. b. Episcopo & presbytero ad iungendum. 339. b. Episcopi officium doctrina verbi diuini. 419. a.

Episcopus negligens. 602. a. Episcopus speculator interpretatur, Ibidem.

Epulonis diuitis lingua cur grauius crucietur. 111. b. Errant simpliciter agnoscere potest, non autem in errore perseverant. 182. b. tales ad vitam saluam reducendi. 260. a.

Esau & Iacob quid deservent. 495. a.

Euangelij primi dictatores Angeli. 448. a.

Eucharistia praemitti debent poenitentia, exomologesis & manus impositio. 25. b. 28. a. 30. a. 302. b. 241. a. b. 174. a. dunt illam presbyteri. 25. b. in Eucharistia corpus & sanguis domini. 28. a. 102. b. 106. b. 125. a. 127. b. 143. a. b. 144. a. 145. a. b. 146. a. b. 147. a. b. 208. b. 237. b. 271. a. 243. a. b. 268. b. 467. a. b. 468. a. b. 469. a. b. 471. b. 477. a. 483. b. 584. a. Sacramentum, Eucharistia. 146. b. 147. a. gratia salutaris. 244. a. Eucharistiam facere. 109. a. 399. b. Eucharistiam fieri. 173. a. indigne communicantium supplicia aliquot & miracula. 243. b. 244. a. Eucharistia in veteri lege praedicta. 350. a. cum timore & honore accipienda. 390. a. vniuersis eius mysterijs sacramentali gustu inherentes, vna caro cum Christo & vnus spiritus sumus. 451. b. corporalis substantia retinet speciem, sed virtutis diuina insubstibilis efficiencia probat adesse praesentiam. 467. a. panis iste & calix benedictione solenni sacramentis, holocaustum est ad purgandas iniquitates, Ibidem. panis iste communis in carnem & sanguinem mutatur, Ibidem b. non efficit, sed natura, omnipotentia verbi fit caro Christi. 468. a. aqua omnibus portio datur & tamen integer erogatur. 470. a. incorporatur non iniuriatur, recipitur non includitur, Ibidem. Dominus vsque hodie hoc veracissimum & sanctissimum corpus suum creat, sanctificat, & benedicit, Ibidem b. huius sacramenti Christus summus sacerdos, institutor, & actor. 473. a.

Enomius hereticus. 558. b.

Enuchi euangelici. 141. a. 232. b.

Excommunicare nuncupat Cyprianus, a communicatione arce. 53. a. abstinere. 70. a. 268. b. a communicatione cohibere. 75. b. vel prohibere. 87. b. cohibere, excludere, & pellere de Ecclesia, Ibidem. communicatione priuare. 105. a. condemnare & ab Ecclesia recidere. 110. b. separare a Christi corpore. 268. b.

Excommunicatio spiritualis gladius. 148. b. excommunicatus procul remanet a salute. 268. b.

Exempla non per omnia similia iudicem seruare possumus rei illius, cui praebere putantur exempla. 547. a.

Exomologesis peccata. 25. b. 27. b. 30. a. 31. a. 32. a. 33. b. 115. b. 140. b.

F.

Fabianus papa. 57. b. 114. a.

Felicitatis primus gradus non delinquere, secundus delicta cognoscere. 115. b.

Faemina sine pudicitia. 598. b. Faemina commoratio quam periculosa. 521. a. b. & sequ. neque minus illarum aspectus. 533. a. non modo stuprum, sed & cubili promiscua cum feminis execranda. 17. b.

Fenerandum non est. 384. b.

Fertilitatis descriptio. 315. a.

Fides non accepta sed custodita vniuersat. 16. b. 333. b. in totum prodest, & tantum possumus quantum credimus. 384. a. qui vere crediderit, statim baptizari potest, Ibidem fidei sacramentum non profanandum. 585. a. fides



simplex esse debet. 385. a. b. ad fidem properandum. 390. b. fides credit nihil impossibile esse apud Deum. 449. b. in eo quod videtur potest nullum meritum quaerit. Ibidem. ante omnia necessaria est. 544. a. b. 570. a.

Fidelis caelestia tantum & spiritalia cogitare debet. 377. a. b. gentiliter vivere non debet. 383. a. b. fideles inter se discipulantes non debent gentilem in ducem experiri. 384. a. non oportet fidem nisi ob nomen solū Christiani puniri. 383. b. fidelis emendatur & reservatur. 385. b.

Fori mala. 4. a. 281. a. Fornicatio graue delictum. 387. b. Frumentum in Ecclesia. 90. a. Furorum omnia genera etiam nuptis foeminis prohibita. 230. a. b. 231. a. 238. b. 245. a. 308. a. 422. b. Fuga in persecutione licita. 126. a. 239. b. Furti spiritalia. 147. b.

G.

Gebennae ignes. 22. b. aeterna supplicia. 58. b. 115. b. 117. b. 127. b. 217. a. 239. a. 260. b. 280. a. 284. b. 478. b. quae si crederet conscientia nostrae, muerit. 260. b. 426. b. 427. a. gebennae descriptio. 284. b. 429. b. 430. a. 487. b. est illic sine fructu poenitentiae. 284. b. Gentilium uocatio ad Deo predicta. 290. a. 348. b. 349. a. b. 350. a. 551. a. b. 574. b.

Gratia Dei est omne quod possumus. 2. a. 375. b. gratia tantum habuimus, quoniam unum fidei capices asserimus. 2. b. 335. a. gratia Dei aequalis omnibus. 135. a. 311. b. gratia Dei gratuito dispensanda. 390. b.

H.

Haereticos futurus Dominus & Apostoli praedixerunt. 113. a. 164. b. 258. a. 390. a. 439. b. exercebant, dum illis aduocatione quorundam auctoritas praestatur. 193. a. haereticos & schismata inuenit diabolus, videtur expulsum idolatriam. 253. b. haereticos cur permittat Dominus. 255. b. 256. a. post Christum nate. 256. b.

Haereticus vitandi. 72. a. b. 118. a. 154. b. 191. a. 208. a. 246. a. 256. a. 258. a. b. 260. a. 389. a. 558. b. scipios eiciunt ab Ecclesia. 70. a. 71. b. 72. b. 73. a. 78. a. 115. a. 118. a. 170. a. 208. a. persecutione episcopis mouet. 72. a. 73. a. altare contra altare constituit, & sacerdotium nouum faciunt. 72. b. 160. b. 178. b. 258. b. excommunicantur ab Ecclesia. 70. a. 71. a. 170. a. Lupi dicuntur. 73. a. 160. b. 255. b. 435. a. 439. b. pseudoprophetae & canes. 94. b. 184. b. 255. b. 435. a. Antichristi. 111. b. 173. b. 178. b. 184. b. 191. a. 192. a. 207. a. b. 210. a. b. 212. a. 435. b. pseudochristi. 184. b. pestes. 181. a. bestiae. 255. b. fures & latrones. 435. b. praedones & latrones. 439. b. quid doceant, cur in se esse non debent. 97. a. horret enim aut pudet nosse ipsorum insanias & ineptias. 181. a. haereticos sacerdotum hostes. 112. a. 169. a. aspiciantur à contemptu Romani pontificis. 112. a. 253. b. 294. a. mendacis pleni. 114. a. sceleribus ante commissis plerumque obnoxij. 70. a. 86. a. 87. a. b. 98. a. 114. a. b. 116. a. b. sententiam non dicant sed accipiant. 161. b. in Ecclesia contra Ecclesiam surgunt. 65. a. Simiarum more Ecclesiam imitantur. 180. a. gladius ac venena subuertunt veritatem. 181. a. haereticos execrantur Apostoli. 184. b. ipsorum elegans descriptio. 232. b. 255. b. 258. b. paucitas illis non suffragatur. 256. a. b. interpretes scripturarum falsi, extre-

ma ponunt & superiora praeferunt. Ibidem. conuenticula sibi diuersa constituunt. 256. b. discordes sunt. Ibidem. ipsorum martyrium non fidei corona sed poena perfidiae. 257. b. Christiani non sunt, effectuales proficuntur. Ibidem. haereticos magisteria humane traditionis inducunt. 73. a. 258. b. multos secum trahendo, decipiunt. 259. a. Dei sacramenta disturbant. Ibidem. quotidie peccant. Ibidem. nomen mutantes Christianos se non esse produnt. 437. b. ipsorum Ecclesiae non sunt sine macula aut ruga perfidiae. 558. a. ipsi altaris & sacrificij Christi sunt hostes. 258. b.

Ad Ecclesiam redeuntes sollicite examinandi an recipi debeant. 116. a. b. 117. a. recipiendi si poenitent. 161. a. 260. a. Episcopi ab haeresi redeuntes admittendi solum ad communionem laicam. 164. b. ita etiam presbyteri & diaconi. 178. b.

Heliae constantia. 165. a. Christi typum gerebat. 309. a. Helias super puerum incubans quid designat. 135. a. Hieremias lapidatus est. 573. b. Histriones ad communionem non admittendi. 138. b. Homicidium vetitum. 229. b. committit illud, quisquis zelauerit fratrem suum. 326. a. non semper criminofum. 559. a. Hominiibus placere quomodo liceat. 523. a. Hora tertia, sexta, & nona, matutina & vespertina. 272. a. b. 273. a. Humilitas in omnibus tenenda. 376. a. sanctitatis fundamentum. 450. a. Hipcritae descriptio. 461. a.

I.

Iacob patientia. 316. b. Iarim interpretatur splueser. 552. a. Idolatria summum delictum. 25. a. 27. b. 30. a. 50. a. 54. b. 241. a. 290. a. unde illa coeperit. 288. a. idololatria poena varia. 332. a. b. 333. a.

Idola humanus error inuenit. 282. b. diij non sunt. 288. a. b. & seq. 331. b. 386. b.

Ieiunio placandus Deus. 19. a. 131. b. 245. a. b. 462. a. adinueniendum orationi ut sit efficax. 272. a. 462. a. ieiunio & oratione solent edomari demones. 461. b. ieiunium, si discretionem regatur, omnem carnus rebellionem edomat, &c. Ibidem. ieiunium Christus consecrauit. 463. a.

Iesus saluator interpretatur. 546. a. eius figura Iesus Naue. Ibidem.

Ignorantiae quando possit ignosci. 147. b. Imaginem caelestem portant virgines. 232. b. Impatientiae mater impudicitiae. 420. a.

Impatientia diabolum & hominem perdidit. 339. a. Indeis visitatum crimen. Ibidem. in Ecclesia haereticos facit. Ibidem. b.

Impudicitiae mala. 420. a. occasiones. 421. b. Indumentis peregrinis & sericis vestita, unda est. 245. a.

Infantes baptizandi. 134. b. 135. a. b. Inferorum aeterna supplicia. 484. b. apud inferos non est exomologesis nec poenitentia. 95. a.

Infirmi visitandi. 391. a. Iniuria patitur qui facere se credit. 115. a. accepta iniuria ignoscendum. 381. a. & vitio Deo relinquenda. 391. a.

Innocentes martyres. 126. b. in ordine sanctorum primum habent locum. 456. a. clementiam Dei pro nostris exorant laboribus. 456. a. b. trium ex ipsis corpora in Gallias translata.

translata. 577. b. 578. b. 379. a. Innocentia fidenter petit & impetrat. 389. a. Iohannes Baptista diuina gratia adhuc in vtero matris impletus. 186. a. 210. a. vincens & capite truncatus in castello Macharunte. 577. a. sepultus in Sebaste quae quondam Samaria. Ibidem. eius ossium postea à paganis concrematorum reliquiae, à monachis Hierosolymitanis reseruae. Ibidem. in quorum honorem Theodosius Ecclesiam construxit. Ibidem. cuius consecrationis per Theophilum Episcopum, quarto Cal. ad Septemb. sollempnitas agitur. Ibidem. capitis eiusdem inuentio sub Marciano Imperatore. 577. b. translatio eiusdem in Gallias, sub Pipino rege. Ibidem. 578. a. b. 579. a. b. per has reliquias viginti mortui resuscitati. 579. a. cecus etiam quidam & claudus sanitatem receperunt. Ibidem. b. in eandem honore Ecclesia constructa à Pipino. 580. a.

Ioseph coniux Mariae, adhuc vivebat in Christi passione. 480. a. Ioseph patriarcha typus Christi. 348. b. ipsius pudicitia. 421. a. b. Iosephus historicus. 577. a. Ionis torreni amores. 3. b. Iracundia vincenda. 376. b. Ira Dei est illius censoria. 284. a. Isaac hostiae dominicae figura. 316. b. 348. b. Iubileus annus. 490. b. 491. a.

Iudas nostrae salutis causa dici non potest, dum Christum prodidit. 197. a. ad extremum usque, cibum cum illo sumpsit Christus. 316. a. etiam Eucharistiam illi administravit. 487. b. 474. b.

Iudaei Deum, Christum, templum & sacerdotium perdiderunt. 169. a. idque ob contemptam religionem. 290. a. & quod idola secuti sint. 344. b. item quod prophetas interfecerint. 345. a. ante praedictum, quod dominum recepturi non essent. 345. b. 346. a. quod scripturas sanctas intellecturi non essent. 345. b. nisi prius crediderint in Christum. 346. a. quod Hierusalem perdituri essent. 346. a. b. quod circumciso carnalis enacuaretur. 346. b. quod lex prior cessaret. Ibidem. quod lex noua daretur. 347. a. quod baptisma vetus cessaret. Ibidem. quod iugum vetus enacuaretur. 347. b. quod pastores veteres cessarent. Ibidem. quod vetus templum cessaret. Ibidem. quod sacrificium vetus enacuaretur. 348. a. quod sacerdotium vetus cessaret. Ibidem. quod propheta alius sicut Moyses promissus sit. 348. a. b. quod duo populi futuri essent. 348. b. quod gratiam Dei amissuri essent. 350. a. quod solo hoc ventam accipere possint, si in Ecclesiam transeant. Ibidem. b.

Iudicium extremum instare putabat Cyprianus. 107. a. 125. a. 133. b. 148. a. 164. b. 258. a. 284. a. 296. a. b. 301. b. 427. b. ipsius descriptio. 283. b. 258. a. 284. a. b. 440. b. secundum tempora futurum. 390. b. de illo sollicitus quotidie nos esse oportet. 556. a. illud negare futuram, haereticum est. 558. b.

Iurandum non est. 378. b. Iustitia ab initio mundi constituta semper laborauit. 221. b. 297. 298. a. b. recedente illa, recedat necesse est corrua. 259. a. Iustus quotidianus cibus deesse non potest. 269. a. b.

L.

Laboribus suis iustus sumptus fratribus exhibebat Cyprianus. 49. b.

Laica communitio. 94. a. 164. b. 410. a. Lapsorum plerique diuites. 240. a. Lapsus poenitentibus in exitu subueniendum. 11. a. 31. a. 32. a. 33. b. 58. b. Lapsus importunus ante exomologesis non danda pax. 251. a. b. 26. a. 27. b. 28. a. 29. b. 30. a. 49. b. 50. a. b. 241. a. b. quos tamen vere poenitet, martyrio coronari possunt. 32. b. qui etiam Christum postea confitentur, pax eis neganda non est. 39. a. b. Lapsi corporaliter aegris comparantur. 53. a. 241. a. Lapsorum ratio, tractanda differitur ad pacem Ecclesiae. 25. a. 27. b. 30. a. 32. a. 33. b. 38. a. 57. b. 72. a. qua concessa, in concilio statim, ut libellatici ad communionem admitterentur, sacrificii vero non nisi infirmi. 92. b. 95. a. 106. a. deinde persecutione instante poenitentes omnes ad pacem admissi sunt. 106. b.

Latro cum Christo crucifixus, martyr. 185. b. 471. b. 479. a. Latrones fidem seruant mancipi. 169. b. Lectioe diuina firmandi populi ab Episcopis. 330. a. Lenitis cur nulla terrena portio assignata. 158. a. Lex vetus cur data in tabulis duabus lapideis. 497. b. Legis veteris graue iugum, & nouae legis leue. 392. a.

Lia typum gessit synagoga. 348. b. Libellatici à peccato non excusantur. 33. b. 57. a. 93. b. 94. a. b. 95. a. 97. b. 244. a. b. 338. a. Liberum arbitrium. 113. a. 255. b. 385. a. 451. a. 462. b. 536. a. per id potest anima improbare malum & eligere bonum. 446. b.

Libri vtriusque testamenti. 557. b. Litteras imprimere primo in Italia docuit Saturnus. 288. a. Linoris & relii malum. 323. b. & seq. Loquendum scurriliter non est. 384. a. à multiloquentia temperandum. 391. a.

Loth uxoris stana salis adhuc durabat. 511. & menstrua patiebatur. Ibidem. ac si quis mutilasset, vulnera apparebant. Ibidem. Lucius pontifex successor Cornelij. 133. a. b. decretum eius de Lapsis. 161. b.

M.

Machabeorum martyr constantia. 126. b. Magi euangelici, mathematica arte insignes. 454. b. Arabes. Ibidem. ex vaticinis Balaam ad Christi notitiam peruenire, ibi primitiae gratiam. 455. a. in auro Regem, in iure Sacerdotem, in myrba incorruptibilem proficiebantur. Ibidem. Magum dixerunt Christum Iudaei. 290. b.

Maledicendum non est. 378. b. Mali bonis non obstant. 107. a. 259. b. immo ampliore laudem consequuntur boni, quod se ab eorum perfidia segregent. 259. b.

Manichaeus haereticus. 558. a. 559. a. Manna figura Eucharistiae. 470. a. omnibus secundum sumum desiderium sapiebatur. Ibidem.

Mannus impositio in poenitentes. 25. b. 175. b. 191. a. b. 401. a. mannus impositio ad sacros ordines. 164. a. 493. a. cum sacre oleo fiebat. 473. a. Mannus impositionis sacramentum, pro confirmatione. 178. a. 183. a. 185. a. 400. b. 473. a. repeti non potest. 473. a. Marcellini comitis chronicon. 577. a. Marcion haereticus. 558. a.



Index in tres D. Cypriani

Maria, virgo, genetrix, & obsterrix. 448. b. sine tor- mento peperit, ibid. nec aliqua u. aure in iuria aff. Et, ibid. & 547. b. 548. a. utro maturus fructus elapsus est. 448. b. spiritus sancto obumbrante incendium originale in ea exinctum est, ibidem. natura cum ceteris communicabat, non culpa, ibidem. Legem mentis in ea lex carnis non in- fistabat. 449. a. quod virgo parere potuerit, exempli pro- batur. 548. a. b.

Martialis Episcopus lapsus. 63. a. b. & sequi. Martyrum corpora si non sepel. an. ut gr. ad e. periculum imminet. 11. a. martyres laudibus prosequitur. 22. a. b. 23. a. 35. a. b. 36. a. 47. a. b. ipsorum sanguis ignes gehennae exin- guit. 22. b. enim immortalitatem, ibidem. accipit coronam caelestem, ibid. in martyribus Christus coronat pariter & coronatur. 23. a. martyres ad dominum properant, ibidem. Ecclesiam ipsorum sanguis illustrat, ibid. martyrum desi- deria gubernabant dracones ad carceres committentes. 27. a. martyres pacem libellis dabant. 28. a. b. 31. a. 33. b. 41. a. 42. b. 44. a. 52. a. 55. a. impetrare merentur a domi- no quicquid postulant. 36. a. 241. b. 432. b. Martyres E- uangelium faciunt martyres. 44. b. inter angelos constituti in caelis. 48. b. Martyrum dies adnotabuntur, ut commemo- ratio eorum fieret. 68. a. ipsorum preces pro se postulat Cy- prianus. 36. a. 217. a. 432. a. b. indicabunt ipsi cum Chri- sto. 211. b. 487. b. Martyrum centenarius fructus est. 217. a. 218. b. 232. a. ipsorum spes, fides, virtus, & gloria om- nis, in Christo est. 242. b. martyrum fieri non difficile. 338. a. Martyrum merces. 338. b. 339. a. b. indicanti Christo ass. debent. 339. b. 429. b. ad ipsorum sepulchra, pelluntur morbi, & aemones rugiunt. 586. b.

Martyr & confessor, martyrum & confessio differ- runt. 21. b. 23. a. 25. a. 33. b. 47. b. 50. b. 55. a. 92. a. 93. b. 95. a. 133. a. 170. a. 185. a. 215. b. 222. a. 238. a. 270. b. 299. b. 326. b. 426. a.

Martyri coronam etiam promeretur, qui post tormentum pro Christo mortem euadit. 133. a. 133. a. item qui pro Christo mortem expectat. 93. b. 299. b. 339. a. item qui in fuga pro Christo obierit. 126. a. Ad martyrium nemo se offerat. 225. a. non est in nostra potestate, sed in Dei dignatione. 299. b. 432. a. Martyrii laudes. 425. b. & sequi.

Mabatbiae constantia. 165. a.

Marrimonium cum gentilibus non iungendum. 387. b.

Mauri colunt reges pro diis. 292. a.

Medici cum Episcopo comparatio. 50. a. 57. a.

Melchisedech sacrificium, nostrum sacrificij typus. 143. b.

Mentiendum non est. 391. a.

Mercenario merces cito reddenda. 389. b.

Merces operum. 48. b. 95. a. 107. a. 127. b. 137. b. 215. b. 216. a. 219. b. 220. a. 257. b. 299. b. 300. a. 310. b. 338. b. 339. a. b. 425. b. 427. a. 431. b. 486. b.

Meria operum. 32. a. 35. b. 38. a. 47. a. 68. a. 105. a. 127. b. 128. a. 130. a. b. 137. a. 215. b. 216. b. 257. b. 272. a. 308. a. 311. b. 320. b. 572. a.

Metalla, auri & argenti domicilia. 216. a.

Milites Christi, non perimuntur, sed coronantur. 224. b.

Mimorum turpitudines. 4. b.

Miracula, de Eucharistia. 243. b. 244. a. non profunt miracula ad regnum caeleste, nisi quis recte vixerit. 257. b.

Monarchia dignitas. 289. b. in rebus creatis necessitas.

444. b.

Mortalia crimina, adulterium, fraus, homicidium.

318. a.

Mortalitatis sine pestis descriptio. 299. a. explorat illa iustitiam singulorum, ibidem.

Mortui videre possunt, quae vix possent humanis af- fectibus intueri. 300. a.

Mors non emenda. 125. b. 126. b. 296. b. & sequentibus.

427. a. de morte carorum gaudendum potius quam lu- gendum. 297. a. 300. b. 386. a. Dei seruis salutaris excessus est. 299. a. non est exitus sed tra. situs. 304. a. morte ad im- mortalitatem transgredimur. 301. a. qui Deo placent ma- turius moriuntur, ibid. b.

Moses propheta lenis & patiens. 317. a.

Mulier ornari seculariter non debet. 385. a. in Ecclesia tacere debet. 384. b.

Mundi senio calamitates anguntur. 278. b. 279. a. aptis- sime ad id comprobandum metaphora. 279. a. ille a Deo praedictus. 279. a. 283. b. 296. a. mundi finis futurus. 279. a. 283. a. subito venturus. 389. b.

Munerariorum apparatus. 310. a.

Murmurandum non est in aduersis. 298. a.

N.

Natiuitatis Christi sollempnit. 447. b.

Natales dies martyrum. 68. a.

Necessitas non excusat, ubi crimen est volun- tatis. 240. a.

Nimius Allaphylis penitentibus, misericordia Dei non denegata. 438. b.

Noe Christi signa. 143. b.

Nonatus presbyter Romanus. 92. a. a Nonato Ro- mae pseudepiscopus factus. 75. a. 80. b. 83. a. 87. a. adu- lterium & conuictum caput. 77. a. 97. a. 160. a. s. b. s. maritimus & hereticus. 83. a. b. 84. b. 85. a. 86. a. b. 87. b. 89. b. 95. a. 98. a. b. 106. b. 113. b. 131. a. 133. b. 160. b. 258. a. 435. a. pseu- depiscopus alios creauit. 97. a. spem salutis penitentibus adimebat. 435. a. & sequi.

Nonatus presbyter Carthaginiensis quot secleribus obnoxius. 87. a. b.

Numeria & Candida, lapsa. 41. a.

Nummos signare primus in Italia Saturnus docuit. 288.

Nuptiis interesse sacris virginibus prohibuit. 231. a.

O.

Oblatio pro defunctis. 158. b. oblatio tempore mysterio- rum. 308. a. b.

Oculorum nequitia. 533. a.

Officiant presbyteri. 13. b. 25. b. 30. a. offerre prohiben- tur ob seclera. 26. a.

Oleum sanctificatum, Christum. 173. a.

Opera iusta Dominum promerentur. 32. a. 257. b. sacri- ficia Dei nuncupantur. 272. b. variae operum coronae. 327. b. factis non verbis operandum. 390. a. b.

Opera mala, non de sancto spiritu veniunt sed de aduer- sarij instinctu. 98. a.

Oraculorum varia genera a demonibus excogitata.

289. a.

Orare nos Christus verbis & factis docuit. 271. a.

oraunt

operum Tomos.

Orant autem non pro se, sed pro nobis, ibidem. b. orandum non voce tantum, sed & animo & sensu. 265. a. 271. b. oramus pro arcendis hostibus, imbribus impetrandis, & auferendis vel temperandis, ac pro pace & salute. 283. b.

Oratio assidua sit vel lectio. 5. a. 392. a. oratio ut im- petret, unanimis sit oportet. 256. b. 265. b. continua. 19. b. 130. b. 260. b. 265. b. 267. a. 327. b. tam nocturna quam diurna. 20. a. 72. b. 271. a. 273. a. non priuata esse debet sed communis. 20. b. 256. b. cum gemitu & lacrymis fieri de- bet. 21. a. humilis esse debet. 256. a. pacifica, simplex, & spiritalis. 264. b. ieiunio & elemosyna secunda esse de- bet. 272. a. b. in oratione statio qui significet. 271. b. ora- tionibus horae praefixae tria, sexta, nona, matutina, & ves- pertina. 272. b. 273. a.

Oratio dominica, orandi forma a Christo praescripta. 264. a. ut filij prece facilius audiamur. 264. a. b. est haec caelestis doctrinae compendium. 265. b. 271. a. latissime & ex. act. sime explicatur. 266. & sequi. nihil in ea praeter mis- sum est quod peccare possimus. 256. b. 271. a.

Oratio post hanc vitam. 131. b.

Ordinatio, lectoris. 46. a. 61. b. 63. a. hypodiacoconi. 46. a. presbyteri. 66. a. Papa Romani. 75. b. 95. a. 133. b. 208. a. b. 256. a. Episcopi. 97. a. 105. a. 108. a. 163. a. b. Diaconi. 164. a.

Ordines sacri simul dati, renouari non possunt. 473. a.

Ornatus iusto sine moderandus, etiam in coniugatis.

228. b. quanto magis in virginibus. 229. a.

Ones Christi & agni cur appellentur. 326. a.

Ozias cur lepra percussus. 528. b.

P.

Pacificos esse oportet. 270. a.

Penitentes ad communicationem admittendi. 94. b. 95. a. b. 96. a. 97. b. 98. a. b. 106. a. b. non solum veniam merentur, sed coronam. 246. b.

Penitentia pariter. 25. b. penitentia vera, gemitum & dolorem requirit, ibid. & 50. a. 51. b. 52. b. 58. b. 96. b. 97. a. 98. b. 105. a. 160. b. 241. b. 245. a. 246. a. b. penitentia si- mulatione potest quis sacerdotes, sed non Deum saluare. 94. a. b. penitentia, minor culpa esse non debet. 246. a. peni- tentia in hac vita nulla sit. 285. a. 471. a. b. 478. b. peni- tentia faciend. dum in carne quis est. 391. b. quia apud inferos penitentia nulla. 284. a. 285. b. 440. a.

Palea in Ecclesia. 255. b.

Panis quotidianus. 268. b. & pag. seq.

Paralepsi. 488. b.

Paradisus, Christiano patria. 301. a. illi nos Christus reseruit. 285. a.

Parentibus obsequendum. 388. b. circa filios asperos esse, non oportet, ibid. e. frequenter tamen emendandi, qui delinquant. 391. a.

Pascua. 40. b. 46. a. 71. b. 73. b. 105. b.

Pastorum laudes. 449. a.

Pater quatuor modis in scripturis accipitur. 597. b.

Patientia Christiana. 283. a. b. 297. b. 106. 298. b. 319. a. Tobiae, ibid. patientia, nihil maius ad gloriam. 314. b. a- pud philosophos non est patientia vera, ibidem. est nobis cum Deo virtus ista communis. 315. a. b. per hanc similitu- do diuina reparatur, ibidem. b. Christus eam factis im- plent. 315. b. 316. a. b. nisi tanta fuisse eius patientia.

Paulum Apostolum ecclesia Dei non haberet. 316. b. pa- tientiae laudem sunt etiam promeriti Patriarchae, & Pro- phetae, & Iusti ante Christum, ibid. patientia necessaria. 317. a. b. 318. b. non tantum custodia bona, sed & repellit aduersa crimina. 318. a. sine illa neque charitas, neque v- nitas, neque pax seruari potest, ibid. per illam iustus pro- batur. 319. a. patientiae effectus, ibid. b. fidei fundamenta firmiter munit, ibidem.

Patriarchas inter, primi, Abraham, Isaac, & Iacob.

300. a.

Parrimonium pro Christo relinquendum. 239. b. illius amore caeco, multi a fide defecerunt. 240. a.

Paulus Apostolus ad septem Ecclesias scripsit. 336. b.

Pauli Samosateni haeresis. 558. b.

Pauper superbus. 600. b.

Pauperum cura habeatur, qui in inconcussa fide stete- runt. 13. b. 14. b. 68. b.

Paupertas voluntaria. 238. b. 240. a. 246. b. 269. a. 311. a. mercedem expectat ut. am aeternam. 240. a. 269. a.

Pax in ecclesia seruanda. 260. b. 270. a. 271. b.

Peccat nemo inuitus. 459. b. peccatae publice arguen- di. 389. a. dum remissam quotidie petimus, quotidie nos peccare docemur. 269. b. impetramus autem indulgentiam, quum rogamus, ibid. si saltem circa debitores no- stros paria fecerimus, ibidem.

Peccato aliterius nemo inquinatur. 8. a. sine peccato ne- mo esse potest. 305. a. 385. b. peccatum peccato succedit.

296. b.

Peccatum originale contrahit infans recens natus. 135. b. 308. a. omnes ex Adam nati, isti sunt obnoxij. 317. a. 453. b. 462. b. 479. b. 568. a. defectus est a lege iustitiae.

446. b. 451. b. ex illo concupiscibiles motus in nobis. 453. b. qui tamen non sunt peccatorij, sed probatorij si non sequatur assensus. 453. a.

Peccunia non appetenda. 387. a.

Perditor. 132. a.

Peregrinus indigentibus sumptus sug gerendi. 67. b.

Persecutio hereticorum. 72. a. 111. a. 117. b. 217. a. 320. a. Iudaeorum. 320. a. Persecutio sub Maximino. 99. b. sub Decio. 10. a. 238. a. b. 437. a. sub eodem magis acurba. 20. b. 38. b. sub Gallo & Volusiano. 106. a. 107. b. 112. b. 125. a. 133. b. 281. a. b. 437. a. sub Valeriano & Gallieno. 215. a. 223. b. 224. b. persecutiones, statim dimittit vindi- cta comitatur. 282. b. ante praedicta. 335. a. b. 336. a. 382. a.

Petri Apostoli cathedra. 72. b. 93. a. 254. a. super ipsum Ecclesia edificata. 72. b. 113. a. 170. b. 173. b. 175. b. 181. b. 183. b. 201. b. 254. a. 336. b. primum illum Dominus elegit.

175. b. quisquis alibi collegerit, spargit. 72. b. Petro pri- matus datur, ut vna ecclesia, & cathedra vna monstre- tur. 254. a. qui Petri cathedram deserit, in Ecclesia non est, ibidem.

Phaontis fabula, orta ex subuersione Sodomorum.

510. b.

Pharaon typum gessit diaboli, & mare rubrum baptis- mi. 211. b.

Philosophorum patientia a f. l. s. a. 314. b. est Deum crea- torem & gubernatorem nosse, & vnitatem non agnouerunt. 489. a.

Phinees zelo fidei, indignitatis Dei iram placavit. 182. a.

Phoenix, semper sibi ipsa renascendo succedit. 548. a.

Photinus haereticus conscripsit expositionem symboli.

543. a.



Pipinus Rex Aquitanorum. 578. a. b. 579. a. b.
Platonici, csi de patre & filio aliqua senserint, spiritum tamen ignorarunt. 489. b
Plebs sine disciplina. 602. b
Pontificum, quantum impiorum, honori nihil subtrahendum, Christus & Apostoli docuerunt. 112. a. 156. a. 169. a
Populus sine lege. 603. a
Præceptorum euangelicorum utilitas. 264. a
Præcepta diuina custodienda. 47. a. b. ipsorum breue compendium. 256. b. 271. a. impossibilia non sunt. 459. b
Prædones eorum præpositum aliquem agnoscunt. 169. b
Prædicat bene, qui quod ore promittit, factus implet. 326. a
Præfatio sacerdotum: Sursum corda, responsum plebis: Habemus ad dominum. 271. b
Præmium cælestis. 35. b. 117. a. 125. b. 126. a. 137. b. 215. b. 216. a. 219. b. 261. a. 284. b. 299. a. 310. b. 311. b. 429. b. manus eius quæ in saeculo patimur. 380. a
Presbyteri diuidebantur spiritalia. 64. a
Primatus & cathedra Ecclesie Romana. 209. b. 254. a
Primitiua Ecclesie. 260. b. 311. a
Promissis Dei habenda fides. 297. a. 300. b.
Prophecie quibus prædest. 257. b
Proverbiales formula: Post pluuia serenitatem, post tenebras lucem, post procellas placidam lenitatem. 21. a.
Acetabulum decipere, nauem perforat fluctibus committere, tunica scissam induere. 30. a. funus suum portare. 245. a. maris fluctus clamoribus retundere, offere lumen cæco, sermonem furdo, sapientiam bruto. 24. 278. b.
Pudicitia laudes. 419. b. 420. a. primum in virginibus locum tenet, secundum in continentibus, tertium in matrimonii. 420. a. donum est Dei, ibid. ipsius definitio. 422. a. etiam in resurgens requisita. 422. b
Puerorum trium in Babilone constantia. 126. a. 133. a. 165. a
Purgari peccata diu igne. 96. a

Q

Quadragesimus senarius numerus. 498. a
Quadragesimum nonagesimum reddere. 96. a. 427. b
Quinquagesimus numerus. 490. a. b. 491. a

R

Rab, figura Ecclesie. 208. a. 255. a
Rachel, typus Ecclesie. 348. b. interpretatur visum principium. 445. a
Raphael angelus, restituit operum Tobie. 272. 298. a
Rebecca figura Ecclesie. 447. b
Regeneratio cælestis, baptisimus. 285. a
Reges tyrannos dat Deus, ut vindictæ sacerdotum contemptum. 155. b
Regna non merito accidunt, sed forte variantur. 288. b
Religionis ac fidei fundamentum, disciplina. 226. b
Remissio peccatorum per sacerdotes. 245. a
Remunerat in nobis, quicquid præstitit Deus. 216. b
Renunciatio seculi in baptismo. 17. b. 106. b. 228. b. 237. b. 239. a. 266. a. 267. a. 268. b. 301. b. 333. b. 416. b. renuntiatio, qua, omnia nostra relinquentes, dominum sequimur. 17. b. 19. a. 238. b. 240. a

Resurrectionis primitia Christus. 483. b. quotquot ante eum resurrexerunt, ad mortem redeunt, ibidem. Christi corpus post resurrectionem, verum, non phantasticum. 485. b. corporis nostri post resurrectionem, similis futura claritas & qualitas. 484. a. b. 487. a. resurrectio, communis iustis & impiis. 484. b. resurrectionis Christi testimonia. 554. b. 555. a. carnis resurrectionem integram, negare, hæreticum. 558. b. 559. b. resurrectionis huius carnis futura, contra infideles adfertur. 559. b. 560. a. 561. a. b. corpus quod resurget, incorruptibile erit & immortalæ, etiam peccatorum. 561. a
Rex iniquus. 601. a
Romana Ecclesia, fortis in fide. 10. b. 56. b. 57. a. 130. b. fides eius apostolica. 10. b. matrix Ecclesie est. 81. b. Ecclesia est principalis & Petri cathedra. 116. a. ab ea unitas sacerdotalis exorta. 116. a. 254. a. ad illam perfectio non potest habere accessum. 116. a. Ecclesie istius primatus. 209. b. 254. a
Romanus Pontifex, ordinationem suam omnibus Episcopis nunciabat. 78. a. qui cum illo cum Ecclesia Catholica communicat. 91. a. qui cum illo non communicat, cum illo communicari non potest. 160. b. concilium Africanum illi decreta sua nunciat. 107. b. cum illo confertur. 178. a. ipse contemptus, schismatum & hæresium initium. 112. a. 253. b. 254. a. ad ipsum tamen hæretici confugiunt. 114. b. 116. a. b. decreta illius seruanda. 161. b
Romanus Clerus, egregie fortissimus Cypriani. 10. b. nunciat Cypriano excessum Episcopi urbis. 12. a. apud illum de suo secessu se purgat Cyprianus. 33. a. b. eundem in difficultatibus consulit. 44. a. b. 54. a. cum Cornelio presidebat. 117. b. ipsorum, in Sicilia & ad Cyprianum sede vacante, litteræ. 57. b
Romanorum dii. 288. b. imperij initium turpe. 289. a. consularium initium non minus crudele. 1. b. ibidem.

S

Sabbatum interpretatur requies. 490. b. seruabatur etiam in annis. 1. b. ibidem.
Sabellij hæresis, patripassiana appellatur. 546. a
Sacerdotes immaculatos esse oportet. 178. b. peccata remittunt. 245. a. Sacerdotum noui testamenti institutio. 476. a. illis iniunctis, diuinitus est unctio instituta. 475. b. Sacerdotibus honor debetur. 55. b. 111. b. 112. a. b. 155. b. per ipsos pax penitentibus concedi potest. 98. b
Sacramenta salutaria. 201. b. sanctificationes officiales. 457. a. in sacramentis, necessitate cogente, totum creditibus conferunt diuina compendia. 201. b. 211. a. sacramentum visibile celebrant, sacr. inuocatio nominis, & signa institutionibus apostolicis sacerdotum ministeriis adhibita. 457. a. rem sacramenti, inuisibiliter spiritus sanctus consummat & perficit. 457. a. 483. a. 492. a. Sacramenta, quantum in se est, sine propria virtute esse non possunt, nec illo modo se absentia diuina maiestas. 468. b. ab indignis se sumi permittunt, non possunt tamen illi spiritus esse participes. 1. b. idem. illis nihil addi, nihil subtrahi, nihil in eis potest corrigi vel mutari. 473. a
Sacrificati. 57. a. 94. a. b. 95. a. 97. b. 114. a. b. 436. b
Sacrificia veteris testamenti generali sanctorum consensu damnata. 476. b
Sacrificium noui testamenti. 35. a. 137. b. 163. a. 180. b. 208. b. 216. a. 493. b. 494. b. in veteri lege prædictum. 348. a

cur

cur sub specie panis & vini aqua mixti institutum. 146. a. b. 208. offerretur sacrificium in anniuersariis martyrum. 63. b. 68. a. pro dormitione fidelium. 158. b. sacrificium quotidie celebrat sacerdos. 107. a. 133. b. 170. b. ipse. Christus auctor & doctor. 143. a. Melchisedech typus gestit. 1. b. 144. a. Christus Deo patri obtulit. 143. b. 146. b. Salomon præmonstrauit. 144. a. respondet Christi passioni. 145. a. immo passio Christi est. 147. a. Sacrificium verum tunc sacerdos offert, si sic offerat sicut Christus obtulit, ibidem. Sacrificia manna & vespertina. 1. b. ibidem. Christus post cenam cur obtulerit, nos mane, 1. b. ibidem. in omnibus sacrificiis passionis sic mentio, 1. b. ibidem. sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebrat populus. 264. b. Sacerdos ante orationem præfatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo: Sursum corda, & plebs respondet: Habemus ad Dominum. 271. b. Hierarcha elevatione manuum crucis mysterium representans, confidenter orat pro sua & populi ignorantia. 471. a. ad hæc, inter sacra mysteria, ad gratiarum actiones conuertitur, & inclinatio capite, & c. ibid. b. illic irascitur cælestia, celebrantur sancta mysteria, opus spirituale geritur angelorum, ipsi demones cedunt. 526. b. eo Dei præcepta nos congregant, & colligunt. 527. a. sollempnibus adimpletis calicem diaconus presentibus offerret. 243. b
Seculi sine approximante, magis ac magis regnat perfidia. 238. a. seculo renunciantes, prohibentur denno ad seculum reuerti. 333. b
Salomon, recedente disciplina, gratiam perdidit. 16. b. 259. a
Salus æterna nobis per Christum data. 290. a. b
Samuel typus Christi. 349. a
Sanctificari quotidie quomodo dicamur. 266. a. 267. a
Sancti in cælis, de salute viuentium sunt solliciti. 302. b. pro nostris exorant laboribus. 456. a. b
Sanguis & aqua ex latere Christi profusa, quid designent. 553. a
Sapiens sine bonis operibus. 596. b
Sapientia philosophorum falsa. 314. b
Satan omnium turpitudinum adinuentor. 465. b
Satis factio pro peccatis. 19. b. 20. a. 25. b. 28. b. 30. a. 50. a. 52. a. 72. a. b. 73. b. 93. b. 94. a. 97. b. 99. b. 115. a. b. 116. b. 118. a. 134. b. 153. b. 154. b. 156. b. 170. b. 145. a. b. 146. a. b. 258. b. 305. b. 441. a. 473. a. 568. a. b. hæc neglecta, cumulat erimem, quod minus esse videtur. 244. b
Saul ob relictam disciplinam gratiam perdidit. 16. b
Scenici ludj, ceteri & Libero dicant. 416. b
Scandalum vitandum. 523. b. 524. a. 525. b. 526. a.
Scisma non faciendum. 389. b
Schismatica à Deo semper puniti. 155. b. 163. b. 181. b. 208. b. 209. a. b. 258. b. vitandi sunt, ne quis eis pereat. 208. b. 209. a. b
Scripturæ sancte miracula pleræque. 418. a. eius auctoritate salu abinuit. 464. a. trahat illa hæretici. 256. a. b
Secessus in persecutione, confessionis secundus gradus est. 283. a. à Domino præcipitur. 239. b
Sede episcopali vacante nihil innovandum. 58. b
Senex sine religione. 596. b
Sententia ecclesiastica, secundum Euangelium firmiter tenenda. 45. a
Septenarius numerus. 336. 349. a. 490. a. b. 491. a
Sepulchra profana. 164. b

Serpens cur appellatur diabolus. 253. a
Serui domini obedire debent, & domini erga seruos mitiores esse. 388. b
Signaculum dominicum in fronte. 127. b. 237. b. 258. b. 284. a. 334. a. 346. b. 560. a
Simcon infusus, in cæcitate constitutus. 569. a
Simplicitas Ecclesie. 255. b
Sina mons, interpretatur tetratio æterna & odium. 497. a
Sion mons, interpretatur tetratio ex acerbationis & speculationis. 1. b. ibidem.
Sistere & bibere in scripturis. 145. a
Sodomitica regio, pomæ profert visupulchra, qua dum carpuntur, soluntur in cinerem. 511. in illa, mare mortuum nullos profert pisces, 1. b. & solum bitumen producit, 1. b. cuncta illic immissa natant quæ natura mergi solent, merguntur quæ natare solent. 1. b. ibidem.
Spadones Euangelici, cui iam referens est mundus. 232. b
Spectaculorum varia genera improbantur. 3. a. 415. & seq. omnia enim idolis consecrata fuerunt. 416. a. b
Spes vite æternæ. 170. a. vi spes & fides ad fructum possunt peruenire, patientia opus est. 317. b. spes, futurorum est. 384. a
Spiritus cur coronatus Christus. 552. b
Spiritus sanctus à Christo mittitur. 200. b. vnus. 173. b. 192. a. b. 264. a. non contrahendus. 376. b. in igne frequenter apparuit. 390. b. in specie columbe seipsum intelligi voluit & videri. 458. a. ab ipso causam habent, suspiratio, inspiratio, & aspiratio. 488. b. huius sententia vnus & diuinitas. 489. a. digitus Dei appellatur, 1. b. b. Spiritus sanctus, spiritus rectus, & spiritus principalis. 490. b. hic sacrorum ordinum distributor. 491. b. à patre procedit & filio. 490. b
Spiritus immundus ægri nondum baptizati vexabantur. 211. b
Stantes. 21. a. 23. a. 32. a. 51. b. 55. b. 57. b. 58. a. 92. a. 237. b. 426. b
Stephanus, martyr Christi primus. 318. b
Stephanus papa. 160. a. & seq. 164. a. sententia eius de non rebaptizandis hæreticis. 191. a. b
Sterilitatis elegans descriptio. 279. b. 283. b
Stoici omnia peccata paria dicebant. 95. a
Superbia pæna. 111. b
Superstitionibus falsis religio vera subuertitur. 281. b
Suppliciorum varia genera. 4. a. 93. b. 111. a. 228. a. 240. b. 280. a. 281. b. 317. b. 418. a
Susanna pudicitia. 421. b
Susturrones maledicti. 391. a
Symbolum Apostolorum, ab ipsis compositum, iam discussus ad prædicandum per totum terrarum orbem. 543. b. cur ita nuncupetur, 1. b. id non scribi charitulis, sed retineri cordibus iradiderunt, ut certum esset, id ex Apostolorum traditione profectum, 1. b. idem. in Ecclesia Romana, baptismum susceperunt publice id recitabant. 544. a

T

Tributa propter elemosinas resuscitata. 305. b
Tempori seruendum. 13. b
Tetratio ne nobis accidat dum oramus, infirmitatis admonemur. 270. b. ad hoc fit, ut probemur. 379. a. 428. b. itum vnusquisque tenetur, quantum potest vnusquisque

h v



# Index in tres D. Cypriani

fessere. 390. a. primis tentationibus statim obuiandum. 465. a  
 Terra arbus numerus. 272. b.  
 Terra qui dicantur in scripturis. 268. a  
 Terramotus plurimi per Pontum & Cappadociam. 199. b  
 Testimonium de seipso cur suspectum. 168. b.  
 Theatorum nefanda. 3. a. 415. a. & seq.  
 Tobias paterna cura exemplum. 509. b. eiusdem patietia. 298. b. 319. a  
 Timor innocentie castos. 2. a. fidei fundamentum, & spei firmamentum. 380. b. ad salutem excita. 429. b  
 Tormenta sine fine tororis. 19. a. 105. b. 281. b. non adhibenda, crimen confitent. 281. b  
 Traditiones, canalis aquam ad fontem ducenti comparantur. 193. b  
 Tribulationes, alia delictorum poena. 19. b. 280. a. alia quibus suos probat Deus. 20. b. 125. a. b. 334. a. b. 376. a. b. non timenda. 334. b. 335. a  
 Trinitas. 181. a. 199. a. 436. b. 489. a. 490. b. 545. a. pater, filius, spiritus sanctus. 183. b. 270. a. 401. a. 451. a. 458. b. 517. b. 546. a. 548. a. 557. a. 558. a. b. gignens genitus, & procedens. 445. b. non potest esse spes salutis, nisi patre & filio & spiritu sancto simul cognitis. 184. a. 198. b. neque tamen ea fides schismaticis extra Ecclesiam prodest. 209. b  
 Trinitatem designant hore orationibus prefixe, tertia, sexta, & nona. 272. b. personarum proprietates & essentia unitatem, Christus assumptus. 451. a. trinitatis substantia non diuisibilis. 468. a. filius patri consubstantialis, Ibid. una eademque trinitatis virtus & diuinitas. 558. b  
 Turpem clericum constitui, olim vetitum. 158. a. b

## V.

**V**alentinus hereticus. 559. b  
 Valeriani Imperatoris rescriptum aduersus Christianos. 223. b  
 Vasa aurea & fictilia. 90. a. 97. b  
 Vendere iubet omnia Deus, & emimus potius ac augemus. 260. b  
 Venus Aphroditis vnde dicta. 548. b  
 Veritas consuetudini praeualet. 83. b. perspecta veritati incunctanter obsequendum. 185. b. ad intuitum sui superbos non admittit veritas. 448. b. 450. a  
 Vestium insignia & ornamenta, non nisi prostiuitis sceminis congruunt. 229. b. 230. a. propter ipsa pereunt, Ibid. Sericum & purpuram indute Christum induere nequeunt. 230. a. auro & margaritis & monilibus adornate, ornamenta peccatoris perdidit. Ibidem. haec omnia apostatae angeli suis artibus prodiderunt, Ibidem.  
 Victoria non potest esse, nisi praecesserit pugna. 298. b  
 Vidua probata, honoranda. 389. a. viduae & pupilli protegend. 391. b  
 Vigilia in orationibus. 20. a  
 Vindicta Deo relinquenda. 318. b. 320. a. b  
 Vineae quomodo olim custodiri soleant. 501. a  
 Viri prohibentur induere vestem muliebrem. 138. b  
 Virginitas. 96. a. eius bona. 382. a. b. 421. a. soli martyrio cedit. 431. a. coniugis est excellentior. 451. a. si obstant tormenta, adest Deus qui victoriam promissit, Ibid.  
 Virgines in Ecclesia. 96. a. 115. a. 137. a. 170. a. 217. a.

237. b. 299. b. 319. b. 451. a. Christo in aeternum dicat. 137. a. b. 140. a. 227. b. 231. b. 232. b. statum suum firmiter tenere decreuerunt. 139. b. conuersiones talium cum masculis incestae. 140. a. & ipse, Christi sunt adultera. 140. b. 231. b. quare cum masculis habitare non permittantur. 139. b. 140. a. si quae cum masculis dormierint, ad communionem non admittantur, nisi virgines inuenta fuerint. 140. b. si denuo cum illis habitauerint, grauiore censura reiciantur, Ibidem. Virgines, illustrior portio gregis Christi. 227. a. quae se Deo voverint, opus faciunt magno premio destinatum. 227. b. à Deo mercedem virginitatis expectant. 227. b. 232. a. integrae non tantum corpore, sed & spiritu esse debent. 228. a. ornate se sumptuosius vetantur. 227. b. 228. a. b. 229. a. b. 230. a. iactare diuinitas, virgines Christi non decet. 229. a. quae se fucus infecerint, à grege virginitatis arceantur. 231. a. nubentibus interesse vetantur, Ibidem. balneas promiscuas adire prohibentur, Ibidem. b. iussurum sexagenarius fructus est. 217. a. 232. a. Angelis Dei aequales sunt. 212. a. maioris gratiae praemium in caelestibus obtinent, Ibidem. ut memores sui sint petit Cyprianus, cum inceperit in illis virginitas honorari. 233. a  
 Virtus Christiana. 298. b. virtutes alia ab aliis differunt. 530. b  
 Visiones quatuor. 19. b. 20. a. b. alia, puerorum in exaest. 26. a. alia, nocturna. 63. a. alia. 72. a. alia. 106. a. b. 107. b. 143. a. 170. b. 300. a. b. 520. b. 578. b  
 Vita aeterna martyres honorantur. 36. a. 128. a. vitam aeternam qui credere noluerunt, aeternam poenam seruo credent. 284. b. in illa, semper erimus in conspectu Dei. 285. a. cum Christo simul gloriosus, Ibidem. de immortalitate securi, Ibidem. illic nos carorum turbam expectat, de nostra salute sollicita. 302. a. cum illis communis nobis erit laetitia, Ibidem. ad illorum conspectum & complexum veniemus, Ibidem. vita aeterna descriptio. 430. a. 488. a  
 Vita Christiana in studio virtutum. 327. b  
 Vita Christiana summarium. 371. a. b. 372. a. b  
 Vnanimitas in fide quantum proficit. 130. b.  
 Vocabulorum seu nominum vnicuique persona impostorum, olim certa habebatur ratio. 443. a. b. 497. b. 498. a  
 Voluntas Dei quae, quam facere debemus. 267. b. eius voluntati parendum. 300. a. Voluntate hominis, non factio sit crimen. 559. a  
 Voluptatis leges non nosse, magis felicitatis est, nota uicisse, virtutis. 420. a. de ipsa, difficilis sed summa victoria. 422. a  
 Vota Deo reddenda. 382. a  
 Vox caelestis: Petite & impetrabit. 19. b. alia vox: Pax ventura est. 20. b. alia: Qui Christo non credit, & c. 170. b. alia: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? 300. a  
 Vsurae reita. 238. b  
 Vsurum & abusus pulchra & accommodatissima exempla. 229. b  
 Vandalarum Rex. 578. a  
 Vxor etiam si recesserit à viro, inupta manere debet. 389. b.

## X.

**X**istus Papa animaduersus octavo idus Augusti. 229. a

Zacharias

# operum Tomos.

**Z**acharias antistes occisus inter templum & altare. 117. a  
 Zelare quod bonum videas, non modicum crimen. 323. b. zelo & liuore nihil Christiano cauendum magis. 314. a. hoc malo diabolus, & perit primus, & hominem perdidit, Ibidem. ipsum itaque imitatur qui zelat. 324. a. huius mali exempla, Cain, Esau, fratres Ioseph,

Saul, & Iudaei. 324. b. radix est malorum omnium. 314. b. 415. a. inde etiam ad haereses & schismata profilitur. 325. a. est anima tinea & propria carnisicina. 325. a. b. permanet ingit malum, cum alia peccata terminum habeant, Ibidem. hinc vultus minax, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida, & c. 325. a. vulnera eius occulta sunt. 325. b

# INDEX RERVM AC VO- CVM IN ADNOTATIONIBVS EXPLICATARVM.



Abir germaniciana ciuitas. 408. b  
 Abrenunciatio in baptismo. 18. b.  
 276. a  
 Absolutio à peccatis presbyteris propria. 31. b. poenitentibus necessaria. 109. b  
 Abstentus. 70. b  
 Abstineri. 42. a. 206. b  
 Accadea meretrix. 293. a  
 Accersitio pro morte. 43. a. 171. b  
 Acerbatio. 78. b  
 Acoluthus. 118. b  
 Actiuis verbis pro passiuis vtitur. 96. a. 351. a  
 Adam sepultus in monte Caluariae. 485. a. nominis eius interpretatio. 496. b  
 Addictio. 542. a  
 Adolphus episcopus. 165. b  
 Adiuuare. 214. b. 286. b  
 Adrimetum colonia. 81. b. 407. a  
 Adulterium excommunicatione punitum. 70. b  
 Adulteram occidere marito olim licebat. 142. a  
 Aduocatio. 196. a  
 Aesculapius deus. 291. b  
 Afflictio. 124. a  
 Africa. 88. a  
 Agape. 392. b  
 Aggya ciuitas. 412. b  
 Agrippinus episcopus Carthaginensis diu ante Cyprianum. 177. b. 187. a  
 Alexandri magni epistola ad Olympiadem de diis hominibus. 292. a  
 Alias pro alio. 456. b. 475. a. 565. b  
 Amaccura ciuitas. 410. b  
 Amantius acoluthus. 219. a  
 Ammædera ciuitas. 410. a  
 Amplus episcopus. 168. b.  
 Animaduersi. 171. b  
 Animatio. 250. a  
 Anni mundi. 340. a. 342. a. b. 502. a  
 Anthropiani heretici. 187. b  
 Antichristus pro tyranno. 128. a  
 Antiochenae Synodites. 204. a  
 Antispiritus. 466. a  
 Antistes. 171. b  
 Antonianus episcopus Numidiae. 99. a  
 Antonini loci castigati. 496. a. 539. b. 542. a

Apelletiani heretici. 187. b  
 Aphronitrum. 213. b  
 Apocalypsis ab Apostolo Ioanne conscripta & scriptura canonica. 394. a  
 Apollines dii plures. 291. b  
 Apostatare. 109. a  
 Apostoli. 222. b. Episcopi. 156. b  
 Aquarij heretici. 149. a  
 Arcelsitio & arcelsire. 43. a. 172. b  
 Arelatenensis prouincia. 162. a  
 Armenij heretici. 151. a  
 Arnobij locus restitutus. 203. a  
 Aruina. 8. a  
 Aspredo. 502. b  
 Astura. 413. a  
 Asturica Hispaniae ciuitas. 165. b  
 Auctor. 118. b  
 Audientes. 31. b. 46. b. Audientium doctor. 31. b  
 Audientia. 321. a  
 Augendus confessor. 86. a  
 Augendus hereticus. 70. b. 71. a. 76. a  
 Auguria. 294. a  
 Augustini libri duo contra Gaudentium dumtaxat. 90. b. 262. a  
 Augustini loci emendati. 143. a. 149. a. 188. b. 235. b. 294. b. 312. a. 322. a. 406. b. 407. ab. 408. a. b. 409. a. b. 410. a. b. 411. a. 412. b. 413. a. b. 414. b  
 Auitinae ciuitas. 412. b  
 Aurelius confessor. 62. a  
 Aurelius episcopus. 108. 165. b  
 Aurelius martyr. 45. a  
 Ausafa ciuitas. 413. b  
 Auspicio. 294. a  
 Ausuaga ciuitas. 411. b  
 Athletarum cibi. 8. a  
 Autumnum. 285. b  
 Aymnnius episcopus. 105. b

## B

**B**adae ciuitas. 408. b  
 Bagai ciuitas. 408. a. b  
 Balnea & balnea. 236. a  
 Baptismi effecta varia. 6. b. 7. a. appellationes variae. 6. b. Sacramentum aquae nuncupatur, & contra adeo necessitas aquae comprobatur, & contra sentientes, iam olim pro hereticis haberi, Ibidem. Iustitiam baptismus infundit & peccatum ori-  
 h vj



## Index rerum ac vocum in

ginale prorsus aufert. 7. a. nuncupatur illustrationis sacramentum. 18. b. sine baptismo in necessitate nonnunquam salus. 110. a. item per martyrium. 109. b. 190. a. baptismus infantium ex traditione apostolica. 136. a. interrogationes in baptismo. 174. a. vnctio, ibid. Baptismus verus etiam ab hæreticis collatus verbis euangelicis. 188. a. sine quibus non est verus. 189. b. baptisma Ioannis & Christi differunt. 190. a. baptismus olim per inuersionem fiebat etiam infantium. 214. a. præmittebatur exorcismus, ibid. b. baptismus sacramento militari comparatur. 248. a  
Barbam corrumpere. 247. b  
Baruch libri canonica auctoritas. 366. b  
olim Hieremix nomine citabatur, ibidem:  
Balsianus Romanus. 12. a. 43. b  
Bassus & Iulia martyres. 43. b  
Beatus Rhenanus notatus. 65. a. 237. a. 251. b  
Bellalicia. 7. b  
Benedicere. 150. b  
Bernardus emendatus. 261. a  
Bista ciuitas. 406. b  
Bitumen non nisi menstruo soluitur. 512. b  
Bobba ciuitas. 411. b  
Botronatus. 235. a  
Britius presbyter. 73. b  
Brutus primus consul. 294. a  
Bulla ciuitas. 412. b  
Buruch ciuitas. 409. b

### C

**C**æcilius episcopus. 108. a. 165. b  
Cæcilius prænomen Cypriani. 171. a  
Cæsaraugusta Hispaniæ ciuitas. 167. a  
Caius cæsar. 397. b  
Caina hæresis. 442. a  
Caldonius episcopus Africae. 39. a. 76. b. 82. a. 108. a  
Cantus ecclesiasticus. 273. b. 274. a  
Capitales pœnæ. 9. b  
Capitolium. 122. b. 248. a  
Capitales. 313. b  
Capitæ ciuitas. 105. b. 413. a  
Carpi ciuitas. 409. b  
Carthaginis origo, progressus, internecio, & re-ædificatio. 399. b  
Carthaginense sex syllabarum dictio. 399. a  
Carthaginense imperium. 82. a  
Carthaginensis episcopi præminentia. 13. a. 82. a. 399. a  
Castor & pollux dij. 291. a  
Castrum Galbæ ciuitas. 407. b  
Castus episcopus. 409. b  
Cataphryges hæretici. 204. b  
Catasta. 62. b  
Catechumeni. 31. b  
Causale. 540. a  
Cedias ciuitas. 408. a  
Celerina martyr. 64. b  
Celerinus confessor Romanus. 36. b. 41. b. 43. b. 63. b. ordinatus lector à Cypriano; & postea diaconus. 64. b  
Cerdon hæreticus. 195. a  
Chiliafte. 342. a. b. 565. b

Chrisma. 174. a. 477. b  
Chullabi ciuitas. 413. b  
Cippus. 466. a  
Cirrus. 397. a  
Circa ciuitas. 408. a  
Cittinus episcopus. 173. b  
Clarus episcopus. 413. b  
Clementianus lapsus. 105. b  
Clementius hypodiaconus. 11. b  
Clerus. 15. b  
Clericorum duplex ordo. 159. b  
Clericum. 13. a. 159. a. 206. b  
Clinici. 12. a. 214. a. b  
Κληρικῶν. 12. a  
Cloacina dea. 292. b  
Cœmeterium. 167. b  
Collegæ. 12. b. 99. a  
Collegia. 167. a  
Collyrion. 312. b  
Commeatus. 64. b. 101. b. 303. a  
Committere. 27. a  
Communicationis ius. 275. b. 276. a  
Communicatio laica. 101. a. b. 167. a. 179. b. 407. b  
Communio quotidiana. 275. b  
Communio sub altera specie. 148. a. b. 249. b. 250. b. sub vtraque. 148. a. non necessaria. 148. a. b. 472. a  
Conciliis vñtata formula. 110. a. In illis laici nunquam sententias dixerunt. 60. a. soli solent sedere episcopi. 79. a. bis in anno olim fiebant. 122. a. etiam presbyteri sententias in iis dicebant. 158. b. quanta illorum auctoritas. 177. b. Conciliis prouincialibus præferenda vniuersalia, ibid. & 186. b  
Communitas. 542. a  
Comparator. 312. b  
Competentes. 31. b  
Confessio sacramentalis. 109. b. 110. a. 151. a  
Confiteri & profiteri. 225. b  
Conscientia. 21. b. 171. a  
Consecutio pro baptismo. 16. b. 395. a  
Conspicabilis. 518. a  
Consuetudines. 189. a  
Consulatus quando iniri solet. 36. b. summus gradus quomodo dicatur. 294. a  
Confus deus. 292. b. idem qui Neptunus, ibid. ab illo nuncupati ludi Consualia, ibidem.  
Corbona. 312. b  
Cornelia martyr. 42. a. 43. b  
Cornelius papa fedit Romæ vsque ad mortem Decij. 101. a  
Coronæ variæ. 247. a.  
Cothurnus. 8. b  
Crimen. 322. a  
Crocodili pro diis habiti. 286. b  
Crucis signum. 129. b. 130. a. 151. 369. b. 496. a. 520. a  
Cultus & ornatus quid differant. 234. b  
Cybaliana ciuitas. 412. a  
Cynocephali pro diis habiti. 286. b  
Cyprianus propheticum spiritum habuit. 69. a. 75. a. ad Cornelium octo dumtaxat epistolas scripsit. 86. a. magus non fuit. 596. a

### De

## Adnotationibus explicatarum.

### D

**D**e particula, Cypriano frequentissima. 37. 88. b. 351. b  
Dedicare pro incipere. 63. a  
Dæmones vnde dicti. 294. b  
Danielis historiæ Susannæ & Belis, pro canonicis scripturæ habendæ. 276. a  
Datius episcopus. 217. b  
Decimæ. 159. b  
Decij imperatores plures. 101. a  
Delictum. 136. b. 252. a. 322. a  
Demetrius proconsul Africae. 286. b  
Demetrius episcopus. 410. b  
Depositionis pœna in clericos. 157. b  
Desiderius Erasimus notarus. 8. a. 34. a. 45. b. 90. b. 99. a. 103. b. 120. b. 140. b. 150. b. 151. a. 189. a. 195. b. 223. b. 237. a. 251. b. 261. b. 343. b. 366. b. 394. a. 395. a. 406. b. 419. a. 424. b. 434. b. 496. b. 581. a. 595. b. 596. a  
Designare. 84. b  
Dij variarum gentium. 291. a. b. 292. a. b. 293. a  
Diaconi ordinatio. 67. a. officium. 157. a. b  
Diana dea Taurica. 293. a  
Dignatio. 36. b. 47. b  
Dionysiana ciuitas. 411. b  
Dionysij Ariopagite verso castigata. 26. b. 166. b  
Dionysius schismaticus. 86. a. 88. a  
Discidium. 81. a  
Disciplina. 233. a  
Discola. 447. b  
Discursio. 205. b  
Dispungere. 70. b. 512. b  
Dominicum celebrare. 152. a. 313. a  
Dominicum pro templo. 313. a  
Dominicus dies. 62. b. 136. a  
Donatus episcopus. 105. b. 413. a  
Donati episcopi plures. 108. b  
Donatus Cypriani prædecessor. 121. b  
Donatus presbyter. 16. a  
Donatus Rhetor cum Cypriano baptizatus. 1. a. 7. a  
Donatus Herena, & alij 51. mart. 43. b  
Ducenarius. 167. b

### E

**E**cclēsia communi episcopi & presbyterorum ac diaconorum concilio regebatur. 16. a.  
Ecclēsiæ bona in quatuor partes diuidebantur. 67. b. 138. a. Ecclēsiæ signum successio Romanorum Pontificum. 99. a. in ea sunt etiam mali. 90. b. 103. b. 180. b. 247. b. Ecclēsiæ preces communes. 287. a  
Ecclesiastici libri auctoritas canonica. 16. 365. a. b. 542. b. Idem cur Salomoni adscribatur. 365. a. b  
Edicta & leges quid differant. 59. b  
Electio episcoporum. 166. a. b  
Electio Pontificis Romani. 100. b. 101. a  
Emerita Hispaniæ ciuitas. 166. b  
Enoch liber Apocryphus. 235. b  
Epictetus episcopus. 154. b  
Episcopus. 157. a. presbytero differt, ibid. penes illum suprema pauperum cura. 14. a. Episcopi

auctoritas. 119. a  
Equuleus. 249. b  
Euangelistarum verba velut vnus citat. 50. b. 188. b. 150. a.  
Euaristus schismaticus. 76. a. 88. a  
Eucharistia olim in manus sumebatur. 130. a. 148. b. 250. b. 322. a. 496. a. Corpus & sanguis Christi. 149. a. 275. b. consecrationis variæ periphrales. 150. b. 251. a. in illa signi crucis vsus. 151. a. aquæ admixtio quam necessaria, ibid. à ieiuniis accipienda. 151. b. præmittenda consecratio. 249. b. nonnunquam per laicos ad infirmos delata. 250. b. vnicuique olim liberum erat Eucharistiam secum domum asportare. 251. a. 418. b. Paruulis administrabatur. 250. b. fit in ea transubstantiatio. 472. a  
Euchratus Episcopus. 410. a  
Eugenius episcopus. 39. a. 410. a  
Eusebius castigatus. 76. b  
Eutichianus collega Cypriani in exilio. 221. a  
Eutyches episcopus. 108. b  
Exambire. 167. a  
Excessus pro morte. 13. a. 287. a  
Excitari de presbyterio. 88. b  
Excommunicatio iterata. 122. a. Excommunicationis variæ periphrales. 70. b. vetus formula. 71. a. pœnæ. 142. b  
Exemplum pro exemplari. 79. b  
Exomologesis. 31. b. 251. b. 252. a  
Exorcista. 118. b. 214. b. 215. a. Exorcistarum virtus in dæmonas. 7. b  
Expungi & expungere. 70. a

### F

**F**abiani papæ martyrium. 13. b. 60. a. inter ipsum & Cornelium diu sedes vacauit. 60. a  
Facere pro sacrificare. 181. b  
Faunum. 502. a  
Fasces consulares & proconsulares. 36. b. 37. a  
Fauentia. 36. b  
Fauorinus Acoluthus. 53. b  
Faustinus episcopus Afer. 108. a  
Faustinus Lugdunensis episcopus. 162. a  
Faustus episcopus. 165. b  
Febris dea. 293. a  
Felicianus acoluthus. 121. b  
Felicissimus hæreticus. 56. a. 70. a. 74. a. 75. a. 118. b. 121. a. 441. b  
Felicissimus martyr. 223. a  
Felices episcopi Africae plures. 105. b. 108. a. 217. b  
Felix episcopus Cæsaraugustanus. 167. a  
Felix episcopus Hispanus. 166. a  
Felix hæreticus & pseudepiscopus. 122. a  
Felix presbyter. 39. b  
Fidamen. 514. b  
Fide opus non sensu in rebus diuinis. 6. b. Dubitatio in fide quando licita. 99. a. b. 190. a  
Fidus episcopus. 135. b  
Filius pro pulis. 262. a  
Firmilianus episcopus Cæsareæ Cappadocum. 204. a  
Flora meretrix dea. 293. a. ab illa dicti ludi floralia, ibid.



## Index rerum ac vocum in

Floidi pro martyribus. 41. b  
 Florentius Pupianus. 171.a  
 Florus lapsus. 105. b  
 Forculus deus. 293.a  
 Fortunatus episcopus Africæ. 76.b. 82.a. 105. b.  
 108.a. 165.b. 340.a  
 Fortunatus hypodiatonus. 53.b. alius. 55.b  
 Fortunatus presbyter. 16. a. postmodum pseud-  
 episcopus. 121.a. 122.a  
 Fortunatianus Assuritanorum episcopus lapsus.  
 154. b  
 Fortunio martyr. 43.a  
 Frater. 12. b  
 Fraus pro pœna. 9. b  
 Frumentarij. 225.a  
 Fucorum varia genera. 235. b  
 Fugendum in persecutione. 131. b  
 Furnæ ciuitas. 412. b

**G**  
 Gaius Diddensis presbyter. 53. b  
 Galli sacerdotes. 541. b  
 Gargilij duo episcopi. 174.a  
 Gazaula ciuitas. 413. b  
 Gemelli ciuitas. 414.a  
 Geminus episcopus. 158. 165. b  
 Gentiles. 302. b  
 Germanicana ciuitas. 411.a  
 Girba ciuitas. 408.a  
 Gladiatorum genera. 8.a  
 Gladiatorius ludus prohibitus à Constantino,  
 ibidem.  
 Gog & Magog. 367. b  
 Gor ciuitas. 411. a  
 Gordius presbyter. 16. a  
 Gratianus castigatus. 159. a. 171. b. 250. a  
 Græca exemplaria alia habuit Cyprianus noui  
 testamenti quam hodie extant. 18. b. 21. b. 24. b.  
 26. a. 101. b. 102. a. 103. a. 104. a. 119. b. 121. a. 128. b.  
 149. b. 168. a. 172. a. 188. b. 196. b. 233. a. 234. a.  
 248. b. 274. b. 275. a. 323. a. 367. a. 369. a. 392. b.  
 393. b. 395. a. 396. b. 397. a. b. 398. a. etiam in ve-  
 teri testamento, nonnunquam vsus aliis ex-  
 emplaribus, quam hodie extant titulo 70. in-  
 terpretum. 24. a. 166. b. 274. b. 342. b. 350. b. 351.  
 b. 366. a. b. 367. b. 369. a. b. 370. a. 397. b

**H**  
 consonans. 514. b  
 Habere pro debere. 52. b  
 Helix. 352. b  
 Hemeritæus. 540. a  
 Herculanus episcopus Africæ. 70. a. 108. b  
 Hercules dii multi. 291. b  
 Herennianus hypodiatonus. 219. a  
 Hæresis. 74. a. hæreseon & schismatum initium  
 ex contemptu Romani Pontificis. 119. b  
 Hæretici seiplos ab ecclesia separant. 70. b. ex-  
 communicantur, ibid. mortis supplicio affi-  
 ci possunt. 103. b. 104. a. 340. a. scripturarū sunt  
 corruptores. 262. b. 441. b. 242. a  
 Hermes Trismegistus. 294. a  
 Hieronymi loci castigati. 91. a. 190. b. 329. b. 353. a.

367. a  
 Hippocrates. 214. a  
 Hireneus episcopus. 412. a  
 Histrio. 8. b  
 Hominum corpora olim maiora. 285. b. eorum-  
 dem vita longæua. 286. a  
 Honor pro subsidio victus. 156. a  
 Honorati episcopi plures. 108. 138. a  
 Horariæ preces Ecclesiasticæ. 277. b  
 Horreacæliæ ciuitas. 412. b  
 Hortensianus episcopus. 108. b. 409. a  
 Hostanes magus. 294. b  
 Hyginus Papa nonus. 195. a  
 Hypodiatonus. 46. b  
 Hyppo Diarrhytus ciuitas. 413. b  
 Hyppo Regius ciuitas. 408. b

**I**  
 Iacobi epistola, canonica. 566. a  
 Iactatio. 21. a  
 Iader episcopus. 217. b  
 Iambus episcopus. 108. b  
 Ianus deus. 292. a. cur bifrons, ibid. ab ipso di-  
 ctum Ianiculum oppidum, ibid. ab eodem Iau-  
 narius mensis, ibidem.  
 Ianuarij Africæ episcopi plures. 138. a. 165. b. 173. b  
 Iasonis & Papisci dialogus. 568. a. hunc Celsus  
 transtulit. 572. b. Iason iste Thessalonicensis  
 esse dicitur, ibid.  
 Iconium. 205. a  
 Iezechiel propheta. 250. a  
 Ignatius martyr. 64. b  
 Illic pro illic. 78. b  
 Immo pro potius. 152. a  
 Imperium Assyriorum, Medorum, Persarum,  
 Græcorum, Aegyptiorum, Romanorum.  
 293. b. 294. a  
 Inaudientia. 53. b  
 Incastratura. 451. b  
 In continenti. 223. b  
 Inculcare pro conculcare. 285. b  
 Idæa deorum mater. 293. b  
 Indulgentia. 6. b  
 Indulgentiarum origo. 28. b. 29. a. 41. b. 42. a. 45.  
 b. 56. a. 59. b  
 Inobaudiens. 366. a  
 Irene rutilorum, excommunicata. 71. a  
 Intercedere & intercessio. 53. b. 70. b. 74. b. 141. a  
 Ioannes Apostolus cur Theologus nuncupetur.  
 349. a. ipse epistolæ tres canonice. 566. a  
 Ioannes Langus notatus. 150. a  
 Iouinus hæreticus. 122. a  
 Isis dea. 512. a  
 Istic pro hic. 78. b  
 Iubaianus episcopus. 186. b  
 Iudæ epistola, canonica. 566. a  
 Iudith liber, scriptura canonica. 542. 566. a. b  
 Iulianus episcopus. 412. a. item alius. 412. b  
 Iunius episcopus. 108. a  
 Iuno Argiua, Samia, & Pœna, vnde nuncupata.  
 293. a. b  
 Iupiter Creticus. 291. b. eius antrum & sepulchrū,  
 ibid. Ioues trecenti, ibid.

Kalendarium

## Adnotationibus explicatarum.

**K**  
 Alendarium. 424. a  
**L**  
 Aelius diaconus. 16. b  
 Laici communicabant extra cancellos. 101. a  
 Lambesitana Africæ colonia. 121. b. 407. b  
 Laphi. 33. a. 52. a  
 Lares ciuitas. 409. a  
 Latium vnde dictum. 291. b  
 Laudes propriæ quando non vituperandæ. 7. a  
 Laurentinus martyr. 64. b  
 Laurentius episcopus. 562. a  
 Lectoris officium. 62. b  
 Leges duodecim tabularum. 9. a  
 Legionis regnum. 166. a  
 Leptis magna ciuitas. 414. b  
 Leptis minor, ciuitas. 410. b  
 Leucothea dea. 291. a  
 Libellatici. 101. b  
 Libelli lapforum. 34. b. 42. a. 59. a  
 Libelli martyrum. 28. b. 29. a. b. 31. b. 34. b. 45. a.  
 52. b  
 Libelli criminosi. 78. a  
 Liberalis episcopus Africæ. 82. a. 108. a  
 Libofus episcopus. 165. b  
 Limare. 15. b. 53. b  
 Limentinus deus. 293. a  
 Litteras quis primus inuenerit. 292. a  
 Litreus episcopus. 217. b  
 Localis. 205. a  
 Lucanus acoluthus. 219. a  
 Lucianus confessor. 411. b  
 Lucianus episcopus. 108. a. 165. b  
 Lucianus presbyter. 176. b  
 Lucinus confessor. 39. b  
 Lucius episcopus Africæ martyr. 165. b. 217. b.  
 Lucij huius epistola ad Cyprianum, falsoha-  
 ærenus inscripta, Cypriani ad Lucium papam.  
 219. b. 220. a  
 Lucius Pontifex. 134. a. 162. b  
 Lucij tres alij episcopi Africæ. 410. a  
 Lugdunensis prouincia. 162. a  
 Lunulæ. 235. a  
 Luperiana ciuitas. 411. a

**M**  
 Macarius confessor Romanus. 84. a. 89. a  
 Macarius martyr. 42. a. 43. b  
 Machabæorum libri canonici. 393. a. 542. b  
 Machæus hæreticus. 76. a  
 Macomades, ciuitas. 409. a  
 Mactari, ciuitas. 411. a  
 Magistratus. 162. a  
 Magnanimitas pro longanimitate. 275. b  
 Malus pro diabolo. 276. b  
 Manceps. 171. b  
 Mancinus consul Romanus. 294. a  
 Mandra mendaciorum. 496. b  
 Manthaneus episcopus. 108. b  
 Mappalicus & Alij Africani martyres. 24. a. 43. a  
 Marafana ciuitas. 411. b  
 Marcelliana ciuitas. 412. b  
 Marcellus episcopus. 165. b

Marcianus Arelatenis episcopus hæreticus. 162. a  
 Marcionis hæreses. 187. b. 195. a  
 Marcus episcopus. 173. b  
 Marrucius episcopus. 108. a  
 Mars thracicus, deus. 293. b  
 Martyr. 23. b. 56. a. 68. b  
 Martyrium extra ecclesiam non prodest. 102. a  
 Martyrum elogia, Beatissimi, Fortissimi, Fide-  
 lissimi & Benedicti. 23. b. dies festi. 65. a. b  
 Martyrologiorum origo. 69. a. locus vnus casti-  
 gatus. 580. b  
 Mascula ciuitas. 413. b  
 Matrimonium cum infidelibus iungere illicitū.  
 247.  
 Mauritania. 82. a  
 Maximus acoluthus. 219. a  
 Maximus episcopus Numidiæ. 138. a  
 Maximus Nouatiani legatus. 76. a. 86. a. postea  
 pseudepiscopus. 121. b  
 Maximus presbyter confessor. 36. b. 84. b. 89. a.  
 seductus à Nouatiano. 80. b. rediit ad Eccle-  
 siam & deinde martyrium passus. 84. b. 89. a  
 Melicertes deus. 291. a  
 Membresæ ciuitas. 412. b  
 Mensibus decem sæpe portantur infantes in v-  
 tero. 342. b  
 Mensurnum. 54. a. 66. a  
 Metator & metari. 43. a  
 Metius hypodiatonus. 79. b. 80. a  
 Midila ciuitas. 411. b  
 Mileum siue Mileuum ciuitas Numidiæ. 408. b.  
 in ea celebratum concilium Mileuitanum.  
 408. b  
 Mimi. 8. b  
 Minucij Felicis liber Octauius, falso Arnobio  
 adscriptus loci eius restituti. 293. a  
 Missæ descriptio. 540. b. variæ periphrales. 152.  
 a. b. 155. a. 472. Missæ canon. 150. a. Præfationes in  
 Missa. 277. a. Dominus vobiscum. 341. a. Item missæ  
 est. 418. b. olim plures missæ fiebant in die. 152.  
 a. in Missa non omnes communicabant. 472. b  
 Misericordia. 249. a  
 Misgirpa ciuitas. 407. a  
 Modianus episcopus. 138. a  
 Montanus Aler. 40. b  
 Montanus hæreticus & Maximilla. 204. b  
 Mortale pro eo quod mortem infert. 322. a  
 Mortalitas. 302. a  
 Mortuorum suffragia. 159. b  
 Mortuorum anathematizatio. 160. a  
 Moyse propheta auctor libri Genesis. 441. b  
 Moyse presbyter & confessor. 36. b  
 Muier pro vxore. 234. b  
 Munnus. 8. b. 313. b  
 Munnulus episcopus. 108. b. 408. a  
 Muzula ciuitas. 410. b

**N**  
 Ampulus episcopus. 138. a  
 Naricus acoluthus. 67. b  
 Neapolis ciuitas. 414. b  
 Nemesianus episcopus. 138. a. 174. a. 217. b  
 Neptunus deus. 291. b



## Index rerum ac vocum in

Nerius & alia vinculorum genera. 64.b  
 Niceni concilij canon sextus restitutus. 261.b  
 Nicephorus acoluthus. 79.b. 86.a. 87.b  
 Nicephorus historicus castigatus. 76.b. 102.a  
 Nicomedes episcopus. 108.a. 165.b  
 Nicostratus diaconus confessor romanus. 36.b.  
 50.b. 80.b. postea schismaticus. 80.b. 86.a. 88.  
 a. deinde pseudepiscopus. 88. a  
 Ninus lapsus. 105.b  
 Nisi si, Cypriano frequentissima. 136.a  
 Nomen pro nomine Christi. 102.a  
 Nominum recitatio in sacrificio. 26. 159.b  
 Nonius Marcellus castigatus. 329.a  
 Notabiliter. 234.b  
 Noua ciuitas. 412.b  
 Nouatianenses. 186.b  
 Nouatianus alius à Nouato. 76.a. b. 566.b  
 Nouatianus in lecto baptizatus fuit. 213.b. in per-  
 secutione Diocletiani interfectus putatur.  
 102. a  
 Nouatiani hæresis. 101. b. 104. b. 162.a. eius secta-  
 tores *Καθαρῶτες* se nuncupabant. 212. b. secun-  
 das damnabant nuptias. 566. b  
 Nouatus Cypriani presbyter. 16.a. schismaticus.  
 80. a. 86.a. & hæreticus. 88.b. antea multis sce-  
 leribus obnoxius. 88.b  
 Numerorum mysteria. 342.a  
 Numidia. 82.a  
 Numidicus confessor presbyter. 66. b. 71. a. 73. b  
 O  
 Baudire. 251. a. 263. a. 539.b  
 Obreptio. 167. a  
 Oblationes in sacrificio. 313.a  
 Octauiensis ciuitas. 413.b  
 Oculare. 295.b  
 Oea ciuitas. 414.a  
 Offerre nomina. 26.b  
 Operatio & opus pro elemosyna. 252. a. 263. b  
 312. a. 392. a  
 Ophitæ hæretici. 187.b  
 Optati Mileuitani locus castigatus. 42.b  
 Optatus episcopus Numidiæ. 105.b  
 Optatus hypodiatonus. 406.b  
 Ordinationes clericorum. 62.a. olim diuinis suf-  
 fragiis fiebant. 66.b  
 Origenes seipsum castravit. 520.a  
 Ostriarius. 118.b  
 P  
 P  
 Aconius. 141.a  
 Pacta libido. 512.a  
 Pala. 91.a  
 Pæderastæ graui supplicio olim affecti. 9.a  
 Pœnitentia pro satisfactione. 32.b  
 Pœnitentia publica. 252.a  
 Palex. 90. b. 103.b  
 Papa. 11. b. 38. a. 562.a  
 Papiscus Alexandrinus. 568.a  
 Parricidalis. 119.a  
 Parricidium. 322.a  
 Pars pro schismate. 78.b  
 Pastoris liber apocryphus. 566.a. b. auctor eius  
 Hermas, ibidem.

Patricij. 65. b  
 Patripasianorum hæresis. 187. b  
 Paula sarcinatrix excommunicata. 71.a  
 Pauli Apostoli epistola ad Hæbreos, canonica.  
 566.a  
 Paulus episcopus. 165. b  
 Paulus martyr. 43. a. b  
 Paulus Romanus consul. 294.a  
 Paur & Pallor dij. 292. b  
 Pauperum bona distribuebantur olim ab Epif-  
 scopo pro presbyteros & diaconos 14.a. Pau-  
 peres catholici cæteris præferendi. 15. b  
 Peccata per sacerdotes remittuntur. 104. b. 108. b.  
 peccatorum varietas. 322. a  
 Peierarium. 43. a  
 Pelagianus episcopus. 411.a  
 Penates dij. 293. b  
 Pentecoste. 122. a. 492.a  
 Perditor. 132.a  
 Peremptorium à perimendo. 466. b  
 Peripatetici. 215. a  
 Perius episcopus. 121. b  
 Petrus Apostolus fundamentum ecclesiæ. 120. b.  
 121. a. ipsius epistola prior, ad Põticos olim in-  
 scripta. 395. a. posterior etiã canonica. 566. a. li-  
 ber inscriptus Iudicij Petri, apocryphus. 566. b  
 Petrus episcopus. 165. b  
 Phaeton demersus in Eridanum. 512. b  
 Philumenus hypodiatonus. 53. b  
 Photinus hæreticus. 562. b. 566. b  
 Picus deus. 292. b  
 Pilmnus & Pitumnus dij ibidem.  
 Placitum. 540. a  
 Plastica. 235. b  
 Platonis de diis dæmonibus sententia. 294. b  
 Plinij loci emendati. 214. a. 407. a. 413. b  
 Pluralitas. 542. a  
 Pœnale. 37. a  
 Polyanus martyr episcopus. 217. b. 408. b  
 Polycarpus episcopus Adrumetinus. 81. b. 165. b  
 Pompeius episcopus. 76. a. 194. a  
 Pomponius episcopus. 141. a. 165. b  
 Pomponij Melæ locus castigatus. 413. a  
 Possidius in vita Augustini castigatus. 408. a  
 Præpositus pro Episcopo. 13. a. 30. b. 42. b. 156. b.  
 248. a  
 Presbyterium 66. a. 67. a. 84. a. 88. b  
 Presbyterium subministrare. 39. b  
 Presbyterorum ordo. 66. b. in presbyterorum,  
 ordinè adlegebatur olim coniugati. 39. b. 88. b  
 Præteritis imperfectis pro perfectis vitur Cy-  
 prianus. 37. a. 74. a  
 Primates Africae sex. 82. a  
 Primitiuus presbyter carthaginiensis. 77. a. 81. b  
 Primus episcopus. 165. b. 407. a  
 Primus schismaticus. 86. a. 88. a  
 Priscus episcopus. 108. b  
 Priuianus episcopus Numidiæ. 105. b. 108. b  
 Priuatus episcopus. 409. a  
 Priuatus Lambesitanus hæreticus. 566. a. 121. b  
 Proconsul Africae. 36. b  
 Prophetarum martyria. 129. b

Prouinciæ

## Adnotationibus explicatarum.

Prouinciæ Africae sex. 82. b  
 Palmista. 118. b  
 Pfalleria, Romanum, Gallicum, Vetus. 79. a  
 Ptolomei loci castigati. 407. b. 408. b. 409. a. 411.  
 b. 412. a. b. 414. b  
 Prudentianus episcopus. 413. a  
 Pulpitum. 62. b  
 Pupianus qui & Florentius. 171. a  
 Purgatorium. 102. b. 396. a. 433. b  
 Pusillus episcopus. 413. b  
 Putramina. 124. a. 249. a  
 Q  
 Vadrans. 313. a. b  
 Quæstionari. 172. a  
 Quæstores. 9. b  
 Quartus martyr passus cum Xisto Papa. 224. a  
 Quando pro quum. 27. a. 52. a. 165. b  
 Quietus episcopus. 409. b  
 Quintus presbyter. 99. a. postea Africae episco-  
 pus. 108. b  
 Quintus Mauritanie episcopus. 176. a. b. 179. b.  
 186. b  
 Quirinus Cypriano familiaris. 219. a. 343. b  
 Quique pro quicumque. 433. a. 441. b  
 R  
 Ebaptizari. 174. a. 176. b. 190. a. 398. a  
 Recedere de medio. 171. b  
 Redditio pro morte. 314. a  
 Reformare. 34. b  
 Regulus consul Romanus. 294. b  
 Remissa. 136. b. 275. a  
 Renunciatio in baptismo. 18. b  
 Repostus hæreticus. 71. a. 122. a  
 Reprehendere. 321. a  
 Repraesentare. 68. b. 74. b. 275. a  
 Rogatianus diaconus. 204. a  
 Rogatianus episcopus. 108. a. 156. b. 165. b  
 Rogatianus presbyter senior. 17. b. 67. b. 71. a. 73.  
 b. 222. b. 223. a  
 Rogatianus presbyter iunior. 222. b  
 Rogatus episcopus. 188. b  
 Romana ecclesia principalis. 82. a. 123. a. in fide  
 errare non potest. 123. b. 562. b  
 Romani Cardinales. 84. a  
 Romanus Pontifex Petri successor. 123. a. b. e-  
 iusdem electio varia. 100. a. b. Episcopos depo-  
 nendi & excommunicandi auctoritatem ha-  
 bet. 162. a. Episcopos electos restituebat. 167.  
 a. eiusdem primatus. 177. a. b. 213. a. 261. a. b  
 Romulus Deus factus peierante Proculo. 292. b  
 Rostra. 6. a  
 Rucuma ciuitas. 411. a  
 Rufinus auctor expositionis Symboli Aposto-  
 lorum. 543. a  
 Ruficade ciuitas. 413. a  
 S  
 in fine dictionis prodixerunt veteres Poc-  
 tæ. 512. b  
 Sabinus episcopus Hispanus. 166. a  
 Sabrata ciuitas. 414. b  
 Sacerdos pro episcopo. 56. a  
 Sacerdotium laici. 477. b

Sacramentum confirmationis. 179. a. b. 188. b.  
 175. a. 477. b  
 Sacramentum ordinis. 475. a  
 Sacramenta quæ iterentur, quæ non. 150. a. 175. a.  
 472. b. 475. a  
 Sacrificium ex institutione Christi. 148. b. idem  
 cum sacrificio crucis. 152. b. ad remissionem  
 peccatorum valet. 152. b. prædictum à Mala-  
 chia. 352. a  
 Sacrificia ob commemorationem martyrum. 65. a  
 Salomonis sapientiæ titulo etiam alij eius libri  
 intitulati. 393. b. 395. b  
 Salustij locus castigatus. 409. a  
 Saluum. 195. b  
 Sanctificare. 150. b  
 Sancti statim à morte cælum adeunt. 37. a. b. Ip-  
 sorum pro nobis oratio. 132. a. 303. b. 456. b. San-  
 ctorum inuocatio. 132. a. b. 236. a. 434. b. 572. b.  
 Sanctorum natalitia. 65. a. b. Sanctorum reli-  
 quia. 68. b. 69. a. Sanctorum veneratio. 541. a  
 Sapientiæ liber Salomoni cur describitur. 303. b.  
 inter canonicas scripturas recipiendus. 303. b.  
 542. b  
 Sattius episcopus. 108. a. 411. a  
 Saturninus martyr. 42. a. 43. b. 45. a  
 Saturnini episcopi plures. 108. a  
 Saturnus deus. 292. a. Inuentor litterarum, num-  
 morum, & rusticitatis in Italia. 292. a. cur cum  
 falce pingatur. 292. a  
 Sator à Cypriano lector ordinatus. 46. b.  
 61. a  
 Satorus acoluthus. 43. b. 118. a  
 Schisma ab hæresi quid differat. 74. a. 120. a  
 Scripturæ solæcismi retenti à Cypriano. 48. a.  
 101. b. 236. a. 294. b  
 Secta in bonam partem. 45. b. 66. a  
 Sedatus episcopus. 141. a. 165. b  
 Segermæ ciuitas. 408. a  
 Secundianus episcopus. 413. b  
 Secudinus episcopus. 165. b. 408. a. alius. 409. b  
 Semiultulatus. 249. a  
 Seniores pro presbyteris. 66. a. 204. a  
 Septuaginta editio castigata. 235. a. 352. a. 366. a.  
 367. a. 395. a. b  
 Sepulturæ cura & ceremoniæ. 12. a  
 Serenianus iudex. 205. b  
 Serpentes pro diis habiti. 286. b  
 Sertertia. 138. a  
 Sicca ciuitas. 409. b  
 Siciliba ciuitas. 411. a  
 Sidonius confessor romanus. 36. b. 83. b. 89. a  
 Sigiberti locus castigatus. 580. b  
 Simplicitas. 262. a  
 Singillatim. 274. b  
 Singularitas. 540. a  
 Socrates historicus castigatus. 76. b. 102. a  
 Socrates philosophus dæmonis arbitrio regeba-  
 tur. 294. b  
 Soliastus Budinarius, excommunicatus. 71. a  
 Solini loci castigati. 414. b  
 Sophronius excommunicatus. 41. a  
 Sorani medici duo. 214. a



## Index rerum ac vocum in Adnotat. explicat.

- Spiritus sanctus quomodo Christus dicatur. 295.  
 a. 497. a. 501. b. 572. a  
 Sportulæ 159. a  
 Sportulantes, ibidem.  
 Stabulum & Stabularius. 162. b  
 Stantes. 32. b. 52. a. 60. a  
 Stationes ecclesiasticæ. 76. b. 79. a  
 Statis & Seuerianis confess. 42. a  
 Statum ac Solemne. 6. a  
 Statunculæ. 496. a  
 Stephanus episcopus Africa. 76. b  
 Stephanus papa. 160. a. 162. b. 168. a. 171. a. 177. b  
 Stibium. 312. b  
 Strabo castigatus. 412. a  
 Studentes fabulæ. 6. a  
 Stupor. 74. b. 263. a  
 Subitare. 132. a  
 Successus episcopus. 108. a. 165. b. 223. b  
 Subcisiuum. 329. a  
 Succedaneus & Succidaneus. 139. a  
 Sufetula ciuitas. 409. a  
 Sufes ciuitas, ibidem.  
 Superius episcopus. 105. a  
 Superfedere. 79. b  
 Sufannæ historia canonica. 74. b  
 Sustinere pro expectare. 60. a
- T
- Tatius deæ Cloacinae inuentor. 292. b  
 Teclæ virginis martyrium. 520. a  
*Te decum laudamus*, partim ex Cypriano sumptum. 304. a  
 Telepte ciuitas. 412. a  
 Tentare. 85. b  
 Tertullianus castigatus. 351. a. 366. a. 370. a  
 Tertullus presbyter. 15. b. 69. a. postmodum episcopus. 73. b. 108. a  
 Testamentum subicere. 9. a  
 Thabraca ciuitas. 409. b  
 Thamugade ciuitas. 407. a  
 Tharalla ciuitas. 412. a  
 Thascius cognomen Cypriani. 171. b  
 Thafualte ciuitas. 410. b  
 Thebani fratres. 295. a  
 Thebeste ciuitas. 410. a  
 Thenæ ciuitas. 409. b  
 Thenax episcopus. 165. b  
 Theogenes episcopus. 408. b  
 Therapius episcopus. 135. a. 412. b  
 Thibaris ciuitas. 410. b  
 Thubune ciuitas. 407. a  
 Thuburbum ciuitas. 409. a  
 Thucca ciuitas. 412. a  
 Thuchabori ciuitas. 408. b  
 Thunifa ciuitas. 411. b  
 Tiberinus deus. 292. b  
 Timida Regia ciuitas. 412. a  
 Tingere pro baptizare. 48. a. 153. a  
 Tobia liber, scriptura canonica. 352. a. b. 542. b  
 Tori. 8. a  
 Tractatus. 312. b. 340. a
- Traditiones Ecclesiasticæ. 74. b. 79. b. 89. a. 189. a.  
 194. b. 165. a  
 Trauersarij. 217. a  
 Trianfacta. 42. a  
 Tribunal. 65. b  
 Trinitatis diuinæ adfertio. 187. a. b. 394. b  
 Trophimus lapsus. 99. a  
 Tuca ciuitas. 413. b  
 Tumor pro superbia. 322. b  
 Turificati. 99. a  
 Tutelæ clericis quatenus licita. 158. b. 159. a
- V
- Vaga ciuitas. 410. a  
 Valentiniani hæretici. 187. b  
 Velamen virginum. 141. b  
 Velamen sacrificantium idolis. 247. a  
 Venantius episcopus. 165. b  
 Venerarius. 496. b  
 Venus calua, dea. 293. b  
 Verianus episcopus. 108. b  
 Verulus episcopus. 413. a  
 Vexari. 277. a  
 Victor diaconus Cypriani. 14. a  
 Victor presbyter. 136. b  
 Victor & Hereneus martyres. 7. a  
 Victores episcopi plures. 71. a. 108. a. 138. a. 173. b.  
 217. b  
 Victoriana ciuitas. 411. b  
 Victoris historici loci castigati. 408. a. 412. b. 413.  
 a. b. 414. b  
 Victorius episcopus. 108. b. 166. b  
 Victorinus, Paulus, Donatus, Fortuna, & alij 29.  
 martyres. 43. b  
 Viderit. 10. a. 65. b. 152. b. 251. a  
 Vigilius episcopus & martyr. 572. a. b  
 Vincentius episcopus. 165. b  
 Virgines sacramentales. 141. b. 142. a. si nupserint, Christi adulteræ. 236. a  
 Virginum inspectio incerta. 142. a  
 Vita in æterna mutua notitia. 41. b. 130. a  
 Vlulæ siue Vfulæ ciuitas. 412. a  
 Vngulæ. 249. a  
 Votorum antiquitas. 294. b  
 Vorum continentia. 141. b. 233. b. 234. a. duplex  
 142. b. Votū castitatis aduexū celibatui clericorū.  
 540. b. Votū continentia coniugū. 541. a  
 Urbanus confessor Romanus. 36. b. 83. b. 89. a.  
 189. a  
 Vthina ciuitas. 409. b  
 Vtica ciuitas. 411. a
- X
- Xistus papa quomodo & quo tempore passus.  
 224. a
- Z
- Zabulus. 287. a  
 Zama ciuitas. 412. a  
 Zelus & liuor quid differant. 323. b  
 Zetus schismaticus. 86. b  
 Zizania in Ecclesia. 90. b. 103. b  
 Zozimus episcopus. pag. 412. \*

F I N I S.

## IACOBO PAMELIO Theologo, de Cypriano ab eo restituto.

Ludouicus Carrion I. C.

**D**um veterum in lucem reuocas sacra, Pamelii,  
 Scripta patrum, squalore diu quæ pressa, sicutque  
 Obruta, nec radios solis neque tela diei  
 Pertulerant; ignota inhonoraque nomina vitæ:  
 Aut alios, quorum virtutem postuma sæcla  
 Concelebrant, primi è tenebris extollere lumen  
 Qui potuere olim ingenio feliciter ornas:  
 Dignus es inter eos, quibus das vitamque, decusque  
 Immortali æuo, summa cum pace, fruaris.  
 His non difficile est rationem reddere dictis.  
 Primo, quod pulchrum est magnis in rebus agendis  
 Noctes atque dies niti perstante labore:  
 Tum porro, quia; si, ut natura petit ratioque  
 Dicendum est, scriptis antistant sacra prophanis,  
 Disiuncta à nostris studiis, semotaque longè.  
 Quisnam etenim, qui non diuina vi rationis  
 Præditus, ingenium ad cœlestia sidera tollat,  
 Præscorum scripta illustrabit? & abditæ sacris  
 Sen sa voluminibus sapiens rimabitur aptè?  
 At tu, quem natura suis virtutibus auxit,  
 Atque auctum variis ornavit diuitis ample  
 Dotibus ingenij; perge illustrare, Pamelii,  
 Cæcilium, fidei Romanæ martyra: Pænus  
 Quem sacra narrantem stupuit: quemque æmula Romæ  
 Carthago, vix ferre valens, mirata loquentem est.  
 Sic tibi Roma, caput fidei, quæ conscia nunquam  
 Erroris, debet opus serieque vetusta  
 Exornatum, & labe carens sic Pænica tellus  
 Ipsa suum ciuem renouato cernet amictu  
 Fulgentem, & positus pulchro de corpore tandem  
 Exuniis, niuea nunc rursus veste nitentem.



D. CÆCILII  
C Y P R I A N I  
CARTHAGINIENSIS  
Episcopi totius Africae Pri-  
matis & gloriosissimi  
Martyris,

OPERVUM  
TOMVS PRIMVS,

*Continens epistolas, nunc primum habita temporum ratione  
in suas classes distributas, ac suis adnotationibus & argu-  
mentis illustratas, numero LXX XIII.*



## IACOBI PAMELII AD

LECTOREM PRÆFATIO DE  
LEGITIMO EPISTO-  
larum ordine.

**ORDO** quid in re quaque valeat, quantumque orna-  
menti & decoris addat: abundè testatū facit confusum  
illud Chaos rudis (inquam) indigestaque mundi moles,  
paulo post à summo rerum opifice Deo ita formata, ita in  
ordinem coccinum redactis omnibus cōdecorata, ut ab  
ornatu noscitur Græci illam nuncupent In oratione quo-  
que, & quouis scripti genere, quantum momenti habeat  
quidve lucis adferat, tradunt Rhetores. Atqui si quo  
alio in auctore, certè in Cypr. requisitū illum, nemo du-  
bitabit opinor (in epist. præsertim) qui summis quod aiūt,  
labris illarum gustum aliquem fecerit: utpote quum iam olim deprehenderim, ita ex se  
mutuo illas dependere, ut pleraque sine aliis intelligi nequeant. Quum primum itaque  
Morelij editionem videre contigit, spe ducebar, iam votis meis satisfactum iri, qui exi-  
stimarem hominem eruditum ordinem non temere immutasse, nisi temporum habita  
ratione. Verum ubi deprehendi ab illo perturbata potius omnia quàm in ordinem dige-  
sta (quod considerabit facile qui meas has Epistolarum classes cum illis conferet) ipse ego  
tentare cæpi, num certum illum quem desiderabam ordinem adinuenire liceret. Cæptis  
autem meis ita Deus Opt. Max. annuit, ut viri docti cōplures quibus illa communica-  
re visum fuit, datis ad me litteris, calculis suis non adprobarint modò, sed & multum lu-  
cis D. Cypriano accessurum nostra hac opera profusi sint, inter quos honoris ergo de no-  
mine appellandum censui Reuerend. Ruremundensem Epist. Dn. Guilielm. Lindanum.  
Neque nouo id exemplo primus ego hac tempestate tetavi, sed in Epist. Ciceron. ad At-  
ticum id ipsum prestitit vir citra controuersiam doctis. Paulus Manutius Aldi filius;  
quem adeo non dubito ipsum hoc in Cypriano suo facturum fuisse, si laboribus illis quo-  
tidianis typographycis occupatissimo fuisset integrum. Neque etiam est quod me ab in-  
stituto remoretur illorum sententia, qui ea de causa veterem illam per libros distinctio-  
nem retinendā censent, quod eo ordine à Neotericis scriptoribus citetur passim D. Cy-  
prianus. Illis enim satis consultum puto per indicem editionis illius, quem nostra huius  
catalogo subtexui; ad quem recurrere licebit, si quando iuxta illam citatus reperiatur.  
Quam tamen tumultuaria ea fuerit, colligere erit haud difficile, ex notis illius ad mar-  
ginem nostro adiectis indici, si exemplum quis petat, occurret imprimis Epist. ad Corne-  
liū prorsus inuersus ordo, utpote inter quas, quæ primo collocabantur loco postremo scri-  
ptas historiae fides perspicuum faciat: deinde non minus præposterus, Epist. de baptizan-  
dis hæreticis, etiam apud Morelium. Si quem vicissim in ipso statim limine editionis  
nostræ offendat Epist. Donati, inter Epist. D. Cypr. primo loco posita, respondeo imita-  
tum me hac in re D. Amb. & Augustini, imo ipsius Cicero. & dictarum ad Atticū  
& familiarium Epist. centones; in quibus id fere usurpatum reperio, ut suis responsis  
præfigatur, ad quas respondetur, littera. Et certe in ipso quoque hoc Auctore, iuxta vul-



gatos codices interiectam habes Epist. Cleri Romani lib. 2. iuxta Manutium, Cornelij duas & Lucij unam lib. 3. apud Moreliū denique eas omnes quæ à me suis quibusque locis interserūtur, excepta illa Donati, quam nunc primum in lucem emitto. Porro quid utilitatis preter lucem illam conferat nostra hæc digestio, adnotationes nostræ indicant, in quibus de singularum quoque Epist. ordine latius, de ordinis itaque ratione ubi paucis hic aliquid dixerō, finem imponam. Vniuersum Epist. corpus in sex classes, numero tamē non interpolato, distinxī. Prima unicam continet D. Cypriani Epist. cum præfixa dicta Donati Epist. quas statim à baptismo ab illis conscriptas, nemo est doctiorum qui dubitet. Secunda classis, earum est quæ toto biennio in secessu Auctoris emissæ sunt. Quarū duas priores (quæ sunt de ipso illo secessu & obitu Fabiani Papæ) sequuntur Epist. x. ex tredecim illarum numero, quarum exempla Romam misisse se testatur epist. xv. Ratione eadem epistola xxij. sex precedentes præfixi, & xxix. alias duas, quippe quarum in illis fit mentio. Atque his responsa Cleri Romani duo ordine optimo subiunxi. De ceteris eiusdem classis, suo loco plura. Tertia, epistolas complectitur plures sub Pontificatu Cornelij, & unam sub Lucij Pontificatu datas. Quas inter, Cypriani sunt epistola ad Cornelium octo, quarum meminerunt Eusebius & D. Hyeron. ac ad eundem Synodi Carthag. una, ipsius verò Cornelij ad Cypr. dua, falso antea Cypr. ascriptæ, de quarū & reliquarum ordine, suis quibusque locis reddita est ratio. In quartam reiecimur Epist. varias planè aduersitates de quibus tamen quo tempore scriptæ sint, certi nihil colligere licuit. Quintam occupant, quas sub Pontificatu Stephani scriptas aut epistola conuincit aut titulus, & de baptizandis hæreticis aliquot, nam sub Stephano primum contigisse eam controuersiam, tum in adnotationibus, tum in vita Auctoris latius à me comprobatum est. Et inter has primo loco scriptas ad Ianuarium & ad Quintum litteras, quæ sequuntur ad Stephanum & ad Iubaiantum, disertis verbis indicant, quibus rite subiectas illas ad Pompeium & Firmilianum, argumentum earundem perspicuum facit. Postrema denique classis aliquot in exilio, ac duas sub finem vitæ Cypriani conscriptas habet. E quibus illa Lucij, non Papæ sed Episcopi Africa, perperam hætenus Cypriano ad Lucium Papam inscripta est. Habes his paucis benigne Lector ordinis nostri rationem, quam legitimam tibi visam iri confido, sin secus, in magnis vel voluisse sat est. Vale igitur & labores hos nostros boni consule.

## D. CÆCI-

51

**D. CAECILII CYPRIANI**  
**EPISTOLAE, NUNC PRIMVM**  
**HABITA TEMPORVM RATIONE**  
 IN SVAS CLASSES DISTRIBVTÆ,  
 ac suis adnotationibus & argumentis  
 illustratæ numero LXXXIII.

*Epistola statim à baptismo Cypriani conscripta.*

DONATI AD  
 Cyprianum.

EPISTOLA I.

*Ita breuis est hæc epistola exhortatoria, vt argumentum non egeat.*

DONATVS CYPRIANO.



REDO te retinere sanctissime Cypriane, quæ nobis fuerit apud Oratores garulitas, vnus sensus, vna cogitatio, indiuidua lectio. Quare non & in diuina lectione ita animis roboramur? Aut non ea semper nobis fuit cogitatio, vt simul crederemus?

ADNOTATIONES  
 in epistolam donati ad  
 Cyprianum.

*Epistolon hoc nunc primum è codice Cambrensi in lucem damus, videtur fragmentum duntaxat, nam titulus in manuscripto libro erat iste: Admonitio Donati ad Cyprianum, Hoc vnum verò hic obseruandum venit, fuisse Donatum vti antea in Oratoria, ita & in baptismo Cypriani collegam. Fortassis ipse est ille Donatus à Cibaliana, id est, Cibaliana ciuitatis Episcopus, qui infra in Synodo Carthaginensi de baptizandis hæreticis suam quoque sententiã dixit, cuius etiã nomine cum reliquis Africae Episcopis dictate sunt Epistola Iij. ad Cornelium, ac lxx. ad Ianuarium ac reliquos episcopos Numidas,*

CYPRIANI AD DO-  
 natum de gratia Dei.

EPISTOLA II.

ARG. Promiserat Donato Cyprianus, ser-

*monem se cum illo habiturum de rebus diuinis, iam promissis admonitus satisficit, ac multis gratiam Dei per baptismum collatam commendans, quantum sit mutatus ab illo significat, & ad oculum demonstratis mundi erroribus, ad contempnum eius, ad assiduam denique lectionem & orationem adhortatur.*

CÆCILIVS CYPRIANVS  
 Donato Salutem.

**D**Ene admones, Donate carissime, Li. 2. cap. 2 nam & promississe me memini, & reddedi tempestiuum profus hoc tempus est, quo, \* indulgente vindemia, \* Indultis vindemiis solus animus in quiete, <sup>2</sup> solemnnes ac stas anni fatigaris indutias fortitur, locus etiã cū die conuenit, & mulcendis sensibus ac fouendis ad lenes auras blãdientis autūni, hortorū facies amœna cōsentit. Hic iucundū sermonibus diē ducere, & studentibus fabulis in diuina præcepta conscientia pectoris erudire: ac ne colloquiū nostrū arbiter profanus impediatur, aut clamor intemperans familiaris strepēdis obtūdat, petamus hanc sedē: dant secessum vicina secreta, vbi dū erratici palmitum lapsus nexibus pēdulis per arūdines baiulas repunt, vitæam porticum frōdea tecta fecerūt. Bene hic studia in aures damus: & dum in arbores & in vites, quas videmus oblectante prospectu, oculos amœnauimus, \* animū simul & auditus instruit & pascit obtutus. Quanquam tibi sola nunc gratia, sola cura sermonis est: contemptis voluptariæ visionis illecebris in me oculus tuus fixus est: tam ore, quàm mente totus auditor es, & hoc amore, quo diligis. Cæterum quale, vel quantū est, quod in pectus tuum veniat ex nobis? Exilis ingenij angusta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiã fecūdi cespitis culmis ingrauescit: aggrediar tamē facultate, qua valco; nã & materia di-



cædi facit mecū. In iudiciis, in cōcōne pro  
rostris, opulēta faciētia volubili ambitione  
iacterur: cū de domino Deo vox est; vocis  
pura sinceritas nō eloquentiæ viribus nipi-  
tur ad fidei argumenta, sed rebus. Denique  
accipe nō diferta, sed fortia; nec ad audiētiæ  
popularis illecebram culto sermone fucata,  
sed ad diuinam indulgentiā prædicandā ru-  
di veritate simplicia: <sup>6</sup> accipe, quod sentiūtur  
antequam discitur, nec per moras tēporum  
lōga agnitione colligitur, sed cōpendio gra-  
tiæ maturatis hauritur. <sup>7</sup> Ergo cum in tene-  
bris atque in nocte cæca iacerem, cūmque  
in salo iactantis sęculi nutabūdus ac dubius  
vestigis oberrātibus fluctuare, vitæ meę ne-  
scius, veritatis ac lucis alienus; difficile pror-  
sus ac durū pro illis tunc moribus opinabar,  
quod in salutem mihi diuina indulgentia pol-  
licebatur, vt quis renasci denuo posset; vtq;  
in nouam vitā <sup>8</sup> lauacro aquæ salutaris ani-  
mar<sup>9</sup>, quod prius fuerat exponeret; corporis  
licet manēte compage, <sup>9</sup> hominē animo ac  
mente mutaret. <sup>10</sup> Quī possibilis, aiebam, est  
tanta cōuersio; vt repēte ac perneciter exua-  
tur, quod vel genuinū situ materię naturalis  
obduruit, vel vsurpatū diu senio vetustatis  
inoleuit: alta hæc, & profunda penitus radi-  
ce sederunt. Quando parsimoniā discit, qui  
cpularibus cœnis & largis dapibus assueuit;  
& q̄ pretiosa veste conspicuus in auro atque  
in purpura fulsit, ad plebeium se ac simplicē  
cultum quando deponit: Fascibus ille oble-  
ctatus & honorib<sup>9</sup>, priuatus & inglorius esse  
non potest. hic stipatus cliētium cuneis, fre-  
quentiore comitatu officiosi agminis hone-  
status, pœnā putat esse cū solusest. tenacibus  
semper illecebris assuetum, necesse est, vt so-  
lebat, vinolentia inuitet, inflet superbia, ira-  
cundia inflāmet, rapacitas inquietet, crude-  
litas stimulet, ambitio delectet, libido præci-  
pitet. Hæc egomet sæpe mecū: nam vt ipse  
quāplurimis <sup>11</sup> vitæ prioris erroribus impli-  
citus tenebar, quibus exui me posse nō cre-  
derem; sic vitis adhærentibus obsecundans  
eram, & desperatione meliorum malis meis  
veluti iam propriis ac vernaculis adfauebā.  
<sup>12</sup> Sed postquam vndæ genitalis auxilio su-  
perioris æui labe deterfa, in expiatum pectus  
ac purum, desuper se lumen infudit, post-  
quam cælitus spiritu hausto in nouū me ho-  
minem natiuitas secunda reparauit; mirum  
in modum protinus confirmare se dubia,  
patere clausā, lucere tenebrosa; facultatem  
dare quod prius difficile videbatur; geri

posse, quod impossibile putabatur, vt esset  
agnoscere tērenum fuisse, quod prius car-  
naliter natum delictis obnoxium viueret;  
Dei esse cœpisse, quod iam spiritus sanctus  
animaret. <sup>13</sup> Scis ipse profecto & mecum  
pariter recognoscis quid detraxerit nobis,  
quidve contulerit <sup>14</sup> mors ista criminum, vi-  
ta virtutum. <sup>15</sup> Scis ipse, nec prædico. in  
propriis laudes odiosa iactatio est: quamuis  
non iactatum possit esse, sed gratum quic-  
quid nō virtuti hominis adscribitur; sed de  
Dei munere prædicatur; vt iam nō peccare  
esse cœperit fidei; q̄ ante peccatū est, fuerit  
erroris humani. <sup>16</sup> Dei est, inquā, Dei omne  
q̄ possumus: inde viuimus, inde pollemus;  
inde sumpto & vigore concepto, hic ad-  
huc positi futurorum indicia prænoscomus.  
<sup>17</sup> Sit tantum timor innocentie custos, vt  
dominus qui in mentes nostras indulgentiæ  
cœlestis allapsu clementer influxit, in animi  
oblectantis hospitio iusta operatione teneat-  
ur; ne accepta securitas indiligentiā pariat,  
& vetus denuo hostis obrepit. Ceterum si  
tu innocentie, si iustitiæ viā teneas, si illapsa  
firmitate vestigij tui incedas, si in Deum vi-  
ribus totis, ac toto corde suspensus, hoc sis  
tantum quod esse cœpisti; tantum tibi ad  
licentiam datur, quantum gratiæ spiritalis  
augetur. Non enim, qui beneficiorum ter-  
restrium mos est in capeffendo munere cœ-  
lesti mensura vlla vel modus est; profluens  
largiter spiritus nullis finibus præmitur, nec  
coercentibus claustris intra certa metarum  
spatia frænatur: manat iugiter, exuberat af-  
fluenter. nostrum tantum sicut pectus & pa-  
teat; quantum illuc fidei capax afferimus,  
tantum gratiæ inundantis haurimus. Inde  
iam facultas datur, castitate sobria, mente  
integra, voce pura, virtute sincera, <sup>18</sup> in me-  
delam dolentium vulnerum posse veneno-  
rum virus extinguere; animorum desipienti-  
um labes reddita sanitate purgare, in festis  
iubere pacem, violentis quietem, ferocienti-  
bus lenitatem; <sup>19</sup> immundos & erraticos  
spiritus qui se expugnandis hominibus im-  
merferint, ad confessionem minis increpan-  
tibus cogere; vt recedant, duris verberibus  
vrgere; conflistantes, eiulantes, gementes,  
incremento pœnæ propagantis extendere,  
flagris cædere, igne torrere. Res illic geritur,  
nec videtur: <sup>20</sup> Occulta plaga, & pœna ma-  
nifesta. ita quod esse iam cœpimus, acce-  
ptus spiritus licentia sua potitur; quod nec  
dum corpus ac membra mutauimus, adhuc  
carnalis

carnalis aspectus sæculi nube cæcatur. Quā-  
tus hic animi potentatus, quanta vis est?  
nō tantum ipsum esse subtractum perni-  
ciosis contactibus mundi, vt quis expia-  
tus & purus nulla incurfantis inimici <sup>\* luc.</sup> la-  
be capiatur; sed adhuc maiorem, & for-  
torem viribus fieri, vt in omnem aduersa-  
rij grassantis exercitum, imperioso iure do-  
minetur? Atque vt illustrius veritate pate-  
facta diuini <sup>\* numinis</sup> muneris indicia clarescant,  
lucem tibi ad cognitionem dabo, malorum  
blandientium caligine absterfa, opertas sæ-  
culi tenebras reuelabo. Paulisper te crede  
subduci in montis ardui verticem celsio-  
rem, speculari inde rerum infra te iacen-  
tium facies; & oculis in diuersa porrectis,  
ipse a terrenis contactibus liber fluctuantis  
mundi turbines intueri. Iam sæculi & ipse  
misereris, tuique admonitus & plus in  
Deum gratus, maiore læticia quod eua-  
feris, gratulaberis. Cerne tu itinera latro-  
nibus clausa, maria obfessa prædonibus,  
cruēto horrore castrorum bella vbique di-  
uisa: madet orbis mutuo sanguine, & <sup>21</sup> ho-  
miciidum cum admittit singuli crimen est,  
virtus vocatur cum publice geritur: impu-  
nitatem sceleribus acquirit non innocentie  
ratio, sed seuitia magnitudo. Iam si ad vrbes  
ipsas oculos tuos atque ora conuertas, cele-  
britatem offendes omni solitudine tristiorē.  
<sup>22</sup> Paratur gladiatorius ludus, vt libidinem  
crudelium luminum sanguis oblectet. Im-  
pletur in succum cibis fortioribus corpus,  
<sup>23</sup> & aruinæ toris membrorum moles robu-  
sta pinguefcit, <sup>24</sup> vt saginatus in pœnam car-  
nis percat. Homo occiditur in hominis vol-  
uptatem, & vt quis possit occidere peritiam  
est, vsus est, ars est: scelus non tantum geri-  
tur, <sup>25</sup> sed & docetur quid potest inhumani-  
us, quid acerbius dici: disciplina est, vt pe-  
rimere quis possit: & gloria est, quod peri-  
mit. Quid illud oro te, quale est, vbi <sup>26</sup> se fe-  
ris obiiciunt, quos nemo damnauit? atate  
integra, honesta satis forma, veste pretiosa,  
viuentes iuuenes in vtroneum funus ornā-  
tur, malis suis miseri gloriantur: pugnant  
ad bestias, non crimine, sed furore. Spectant  
filios suos patres. Frater in cauca est, & soror  
presto est. <sup>27</sup> Et spectaculi licet pretium lar-  
gior muneris apparatus amplificet, vt mæro-  
ribus suis mater intersit; hoc pro dolor ma-  
ter redimit; & in tam impiis spectaculis,  
tamque diris & funestis esse se non putant  
oculis parricidas. <sup>28</sup> Conuerte hinc vultus

ad diuersa spectaculi non minus penitendā  
contagia: in theatris quoque conspicies,  
quod tibi & dolori sit, & pudori. <sup>29</sup> Co-  
thurnus est tragicus prisca facinora carmi-  
ne recensere: de parricidis & incestis hor-  
ror antiquus, expressa ad imaginem verita-  
tis actione replicatur, ne sæculis transeunti-  
bus exolefcat, quod aliquando commissum  
est. Admonetur ætas omnis auditu, fieri  
posse, quod factum est nunquam æui senio  
delicta moriuntur nunquam temporibus  
crimen obruitur, nunquam scelus obliuio-  
ne sepelitur. exempla, fiunt, quæ esse iam fa-  
cinora destiterunt. <sup>30</sup> Tum delectat in mi-  
mis turpitudinum magisterio vel quid do-  
mi gesserit, recognoscere, vel quid gerere  
possit audire. A deliterio discitur, dum vi-  
detur; & lenocinante ad vitia publicæ au-  
toritatis malo, quæ pudica fortasse ad spe-  
ctaculum matrona processerat, de spectacu-  
lo reuertitur impudica. Adhuc deinde mo-  
rum quanta labe, quæ probrorum fomen-  
ta, quæ <sup>\* incita-</sup> alimenta vitiorum, histrionicis ge-  
stibus inquinari? videre contra fœdus <sup>\* legem-</sup> ius-  
que nascendi patientiam incestæ turpitudi-  
nis elaboratam? Euiantur mares, honor  
omnis & vigor sexus eneruati corporis de-  
decere molitur, plūsque illic placet quis-  
quis virum in scœminam magis fregerit, <sup>\* in</sup> laudem  
crescit ex crimine, & peritior quo <sup>\* laudē</sup> turpior iudicatur. Spectatur hic pro nefas,  
& libenter. <sup>31</sup> Quid non possit suadere qui  
talis est? Mouet sensus, mulcet affectus, ex-  
pugnat boni pectoris conscientiam fortio-  
rem; nec deest probri blandientis auctori-  
tas, vt auditu molliore pernicies hominibus  
obrepit. <sup>32</sup> Exprimunt impudicam Vene-  
rem, adulterum Martem, Iouem illū suum,  
non magis regno, quam vitis principem, in  
terrenos amores cum ipsis suis fulminibus  
ardentem, nunc in plumas oloris albescere,  
nunc aureo imbri defluere, nunc in puero-  
rum pubescentium raptus ministris auibus  
profilire. Quærē iam nunc an possit esse,  
qui spectat, integer vel pudicus. <sup>33</sup> Deos  
suos quos venerantur imitantur, fiunt mis-  
eris & religiosa delicta. <sup>34</sup> O si possis in illa  
sublimi specula constitutus oculos tuos in-  
ferere secretis, recludere cubiculorum ob-  
ductas fores, & ad conscientiam luminum  
penetrabilia occulta referare: aspicias ab im-  
pudicis geri, quod nec possit aspiciere frons  
pudica. Videas, quod crimen sit & videre: <sup>35</sup>  
videas quod vitiorum furore dementes ges-



fisse se negant, & gerere festinant. libidinibus infans in viros viri prouunt. <sup>36</sup> Fiunt quæ nec illis ipsis possunt placere, qui faciunt. Mētor nisi alios qui talis est, increpat; turpes turpis infamat, & euasisse se cōscium credit, quasi conscientiam suam non posse effugere fatis nō sit. Idem in publico accusatores, in occulto rei, in semetipsos censores pariter, & nocentes. damnant foris, quod intus operatur, admittunt libenter, quod cū amiserint, criminantur. <sup>37</sup> audacia prorsus eum vitiiis faciens, & impudentia congruens impudicis. Nolo mireris quæ loquuntur huiusmodi ore illo polluto. quicquid iā voce delinquitur, minus est. <sup>38</sup> Sed tibi post insidiosas vias, post dispersas orbe toto multiplices pugnas, post spectacula vel cruenta, vel turpia, post libidinum probra, vel lupanaribus prostituta, vel domesticis parietibus obsepta, quorum quo secretior culpa, maior audacia est; forū fortasse videatur immune, quod ab iniuriis lacescentibus liberum, nullis malorum contactibus polluat. illic aciem tuam flecte. plura illic quæ detesteris inuenies, magis oculos tuos inde diuerter. <sup>39</sup> Incisæ sint licet leges duodecim tabulis, & publicè arte præfixo iura præscripta sint, inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur. innocentia nec illic ubi defenditur, reseratur. Sæuit inuicem discordantium rabies, & inter togas pace rupta forum litibus mugit insanum, hasta illic & gladius, & carnifex præsto est, vngula effodiens, equuleus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus vnum supplicia plura quam membra sunt. Quis inter hæc vero subueniat? Patronus? sed præuaricatur & decipit. Iudex? sed sententiam vendit. Qui sedet crimina vindicaturus, admittit, & ut reus innocens pereat, sit nocens iudex. Flagrant ubique delicta, & passim multiformi genere peccandi, per improbas mentes nocens virus operatur. <sup>40</sup> Hic testamentū subiicit: <sup>41</sup> ille falsum capitali fraude conscribit: hic arcentur hereditatibus liberi: illic bonis donantur alieni. Inimicus insimulat, calumniator impugnat, testis infamat, utrobique grassatur in mendacium criminum prostituta vocis venalis audacia, cum interim nocentes, nec cum innocentibus pereunt. Nullus de legibus metus est: <sup>42</sup> de quaestore, de iudice pauor nullus: quod potest redimi, non timetur: esse iam inter nocentes innoxium crimen est: malos quisquis nō imitatur, offendit. Consensere iura peccatis,

& cœpit licitū esse quod publicum est. Quis illic rerum pudor, quæ esse possit integritas; ubi qui damnant improbos desunt, soli tibi qui damnentur occurrunt. <sup>43</sup> Sed ne nos videamur eligere fortasse peiora, & studio destruendi, per ea oculos tuos ducere, quorum tristis atque auersandus aspectus ora & vultus conscientia melioris offendat; iam tibi illa quæ ignorantia secularis bona opinatur, ostendam, illic etiam fugienda conspicias. Quos honores putas esse? quos faces? quam affluentiam in diuitiis? quam potentiam in castris? in magistratu purpuræ speciem? in principatu licentia potestatem? Malorum blandientium virus occultum est, & arrendentis nequitia facies quidem læta, sed calamitatis abstrusa illecebrofa fallatia; instar quoddam veneni, ubi in letales succos dulcedine asperfa calliditate fallendi sapore medicato, poculum videtur esse quod sumitur: <sup>44</sup> ubi epotaueris, perniciēs hausta grassatur. Quippe illum vides, qui amictu clariore conspicuus fulgere sibi videtur in purpura quibus hoc sordibus emit, ut fulgeat? quos arrogantium fastus prius pertulit? quas superbas fores matutinus saluator obsedit? <sup>45</sup> quot tumentium contumeliosa vestigia in clientium cuneis ante præcessit, ut ipsum etiam salutarum comes postmodum pompa præcederet, obnoxia non homini sed potestati? neque enim coli moribus meruit ille, sed facibus. Horū denique videas exitus turpes, cum <sup>46</sup> auceps temporum, palpator abcessit, cum priuati latus nudum desertor aſſecla fœdauit, tunc lacerata domus plagæ conscientiam feriunt, <sup>47</sup> tunc rei familiaris exhaustæ damna noscuntur, quibus redemptus fauor vulgi, & caducis atque inanibus votis popularis aura quaesita est. Stulta prorsus & vana iactura, <sup>48</sup> frustrantis spectaculi voluptate id parere voluisse, quod nec populus acciperet, & perderet magistratus. <sup>49</sup> Sed & quos diuites opinari continuantes saltibus saltus, & de cōfinio pauperibus exclusis infinita ac sine terminis rura latius porrigentes, quibus argenti & auri maximū pondus, & pecuniarum ingentium vel extructi aggeres, vel defossæ strues; hos etiam inter diuitias suas trepidos cogitationis incertæ sollicitudo discruciat, ne prædo vaster, ne percussor infestet, ne inimica cuiusque locupletioris inuidia calumniosis litibus inquietet. <sup>50</sup> Nō cibis securo, somnūve contingit,

git. suspirat ille in conuiuio, bibat licet gemma; & cum epulis marcidum corpus torus mollior alto sinu condiderit, vigilat in pluma: nec intelligit miser speciosa sibi esse supplicia, auro se alligatum teneri, & possideri magis, quàm possidere <sup>51</sup> diuitias atque opes. O detestabilis cæcitas mentium, & cupiditatis insanæ profunda caligo: cum exonerare se possit & lenare ponderibus, pergit magis fortunis angētibz incubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere. Nulla in clientes inde largitio est, cum indigentibus nulla partitio, & pecuniam suam dicunt, quam velut alienam domi clausam sollicito labore custodiunt. ex qua non amicis, non liberis quicquam, non sibi denique impertiunt. possident ad hoc tantum, ne possidere alteri liceat. O nominum quanta diuersitas: bona appellant, ex quibus nullus illis, nisi ad res malas vsus est! An tu vel illos putas tutos, illos saltem inter honorum infulas & opes largas stabili firmitate securos, quos regalis aula splendore fulgentes armorum excubantium tutela circumstat? Maior illis quam cæteris metus est: tam ille timere cogitur, quam timetur. Exigit pœnas pariter de potentiore sublimitas, sit licet satellitū manu septus, & clausum ac protectum latus numeroso stipatore tueatur. Quàm securos non sinit esse subiectos, tam necesse est non sit & ipse securus. Ante ipsos terret potestas sua, quos facit esse terribiles. Arridet, ut scuiat: blanditur, ut fallat: illicet, ut occidat: extollit, ut deprimat. Fenore quodam nocendi quam fuerit amplior summa dignitatis & bonorum, tam maior exigitur vsura pœnarum. <sup>52</sup> Vna igitur placida & fida tranquillitas: vna solida, & firma & perpetua securitas, si quis ab his inquietantis sæculi turbinibus extractus, salutaris portus statione fundatus, ad cœlum oculos tollat à terris, & ad Domini munus admissus, ac Deo suo mente iam proximus quicquid apud cæteros in rebus humanis sublimis ac magnum videtur, intra suam iacere conscientiam gloriatur. Nihil appetere iam, nihil desiderare de sæculo potest, qui seculo maior est. Quàm stabilis, quàm in concussa tutela est, quàm perennibus bonis affluens cœleste præsidium, implicantis mundi laqueis solui, in lucem immortalitatis æternæ de terrena face purgari. <sup>53</sup> Viderit quæ in nos prius infestantis inimici perniciēs insidiosa grassata

sit: Plus amare compellimur, quod futuri fumus: dum & scire conceditur, & damnare quod eramus. Nec ad hoc pretiis, aut ambitu, aut manu opus est, ut hominis summa vel dignitas vel potestas elaborata mole pariatur: <sup>54</sup> sed gratuitum de Deo munus, & facile est. Ut sponte sol radiat, dies illuminat, fons rigat, imber irrorat; ita se spiritus cœlestis infundit. Postquam auctorem suum cœlum intuens anima cognouit, solo altior & hac omni terrena potestate sublimior, id esse incipit, quod se esse credit. Tu tantum quem iam spiritalibus castris cœlestis militia signauit, tene incorruptam, tene sobriam religiosi virtutibus disciplinam, sit tibi vel oratio assidua, vel lectio: nunc cum Deo loquere, nunc Deus tecū: ille te preceptis suis instruat, ille disponat: quæ ille diuitē fecerit, nemo pauperē faciet. Penuria esse nulla iā poterit, cum semel pectus cœlestis sagina saturauerit. Iam tibi auro distincta laquearia, & pretiosi marmoris crustis vestita domicilia sordebunt; cum scieris te excolendū magis, te potius ornandum, domum tibi hanc esse potiorem, quam Dominus infedit tēpli vice, in qua spiritus sanctus cœpit habitare. Pingamus hanc domum pigmentis innocentia, illuminemus luce iustitia. Non hæc vnquam procumbet in lapsum senio vetustatis, nec pigmento parietis, aut auro exolefcente fœdabitur. Caduca sunt quæcūque fucata sunt, nec fiduciam præbent possidentibus stabilem, quæ possessionis non habent veritatem. Hæc manet cultu iugiter viuido, honore integro, splendore diurno, aboleri non potest, nec extingui, potest tantum in melius corpore redeunte formari. Hæc interim breuibz Donate carissime. nam etsi facilem de bonitate patientiam, mentem in Deum solidam, fidem tutam salutaris auditus oblectat, nihilque tam tuis auribus gratum est quàm quod in Deo gratum est; moderari tamen dicenda debemus simul iuncti, & sæpius colloquuturi. Et quoniam feriata nunc quies, ac tempus est otiosum, quicquid inclinante iam sole in vesperam diei superest, ducamus hunc diem læti, nec sit vel hora cōuiu. gratia cœlestis immunis <sup>55</sup> sonet Psalms conuiuium sobrium, & ut tibi tenax memoria est, vox canora aggredere hoc munus ex more. magis carissimos pascas, si sit nobis spiritalis auditio, prolester aures religiosa mulcedo.



ADNOTATIONES in epistolam II.

1. **AD** Donatum de gratia Dei] titulum hunc e vita Cypriani per Pontium mutua est Antoninus, ac post eum Tertullianus. Sic enim ille, ubi operum Cypriani quasi aliud agens catalogum recenset, Finge (inquit) tunc illum Martyrii dignatione translatum. Quis emolumentum gratiae per fidem proficientis ostenderet? Quod quum non dubitemus de hoc opere dictum, etiam nos illum titulum pra reliquis amplexi sumus Camb. codex, Dun. & Marchinensis ita inscribitur: Ad Donatum de erroribus mundi & contemptu eius. Affligentis & alij: Liber Cypriani ad Donatum. Verum titulus prius magis placet. Ex hac autem epistola citavit D. August. splendide ac iucunda dictionis exemplum, lib. de doctrina Christiana 4. c. 14. In populo graui (inquit) nec illa suauitas orationis delectabilis est, qua non quidem iniqua dicuntur, sed exigua & fragilia bona summe verborum ambitu ornantur, quali nec magna atque stabilia decenter & grauius ornarentur. Est tale aliquid in epistola B. Cypriani, quod ideo puro vel accidisse vel consulto factum esse, ut sciretur a posteris, quam lingua doctrina Christiane sanctorum ab ista redum. Antia reuocauerit, & ad eloquentiam grauiorem modestiamque restrinxerit, qualis in eius consequentibus litteris secunde amatur, religiose appetitur, difficile impletur. At ergo quodam in loco: Petamus hanc sedem, & c. Non dicuntur ista nisi mirabiliter ad fluuientissimam fecunditate scindis, sed profusionis nimis grauitate difficultent, qui uero haec amant, profecto eos qui non ita dicunt, sed castigati eloquentur, non posse ita loqui existimant, non iudicio ista curare. Quapropter iste uir sanctus, & posse se ostendit sic dicere, quia dixit alicubi, & nolle quoniam postmodum nusquam. H. ec ille: quae prolixius huc adduximus eo quod de toto agant dicendi genere quo utitur Cyprianus. Forro quam epistolam ille uocat, alicubi Liber inscribitur. Si colloquium quis dixerit hanc epistolam cum precedenti, fortassis a uero non aberrarit, quamquam tamen praecipuas partes solus feret Cyprianus agat, facit huc quod dicit, locus cum die conuenit. & paulo post: Petamus hanc sedem, & c. ac illud sub finem: Quicquid inclinante iam sole in uesperum diei superest, ducamus hanc die lati, & c. Quae uerba epistolari stylo non congruunt, utpote quum absentibus mitti epistolas, ipsa nominis ἐπιτολογική significet. Accedit, quod quum in epistolarum Epigraphis nomen suum, ac eius ad quem scribit praemittere soleat Cyprianus, ueteres codices tui manuscripti, tum excusis nihil huiusmodi praemittunt. Nos tamen epistola nomen & inscriptionem retinimus, tum Augustini, tum quosdam codices secuti, quo id toti operi praefigi possit, quod ante omnia auctorem conscripisse nemo dubitat, quod fieri non possit si inter opuscula in secundum Tomum reuerteretur.

2. Solemnes ac litatas: Sic Manutius, Erasimus, Rebold, ac reliqui excusis codices posteriores omnes: Manuscripti uero ac Morelius cum ueteri excusis. Statuas: Afflig ac alij duas ratas tutasque] Elegantiior prima lectio. Sic enim Plinius lib. 18. Nat. hist. statos sideris cursum, & Ci. Tusc. 1. statum & solemne sacrificium dixit.

3. Studentibus fabulis id est, seruis (inquit Morelius) sic Graece dicunt σπουδαίοντων μύθων. Elegans locus qui scholasticam adhuc redolet eloquentiam.

4. animum simul & auditus instruit & pascit

obtusus. Fulgo, animam: pro quo ut animum reponere, mouit lectio cod. Afflig. & aliorum duorum: animum simul & auditus instruit, & pascitur obrutus. Sic paulo post pro eo quod habent plerique: culminibus, & ueteri excusis ac manuscriptis Dunensi & Marchinensi culmis, restitimus, utrumque certe etiam ante me ita castigasse Grauium postea comperi.


5. In iudiciis, in concione pro rostris] Sic optimè locum hunc restituit Manut. Fulgo: In iudicii contentione, alij: in iudiciis, concione, seu contentione: neutri rectè: Rostra Titus Linius forum fuisse restatur Roma ante curiam Hostilianam in quo erat pulpitem ornatum ex Rostris nauium Antiatu (ita nauium appellabatur pars illa è prora exporrecta quam Graeci ἐπιβολὴν uocant) ex quo loco concionari solebant. Unde quae fieri solent è pulpitis conciones, pro Rostris fieri dicebantur. Quae de re sic etià Plin. lib. 16. c. 4. Antea Rostra nauium tribunali praefixa, foro decus erant.

6. Accipe quod sentitur antequam discitur] Sic Tertul. lib. de Baptismo: illi non credentes quia non intelligentes. Nos porro quantula fide sumus, tantulo & intellectu possumus aestimare, & c. Nisi enim credideritis (inquit Iulianus) non intelligetis, quem locum dum tractant ueteres, constanter docet fide opus esse non sensu ad rerum diuinarum intellectum, quippe quae omnem sensum exuperent. Quod autem hic dicit gratiam maturam, hoc est, maturè succurrente, de Tert. mutatus est, qui lib. de pen. de Deo loquens: Quum rursus (inquit) ad suam misericordiam maturauisset. Equo ut alia plerique uocè quoq; indulgentia sumptis, qua tu paulo ante, tu saepe alias, pro gratia utitur. Sic enim ille li. de Resurrect. carnis: Si non omnem lachrymarum imbrem indulgentia diuina siccat: & alibi frequenter.

7. Ergo cum in tenebris atque in nocte caeca iaceret] Insignis loc' de baptisimo uariis effectibus, quae singula elegantissimè ac uerbis ad rem accommodatissimè expiunt.

8. Lauacro aquae salutaris animatus.] Ita Tertul. loc. cit. Primis aquis praecceptum est animas proferre, primus liquor quod uiceret edidit, ne miris sit in baptismo, si aquae animare nouerit. Quod autè hic lauacrum aquae salutaris; infra uindam gentilem nuncupat lib. de discipl. & hab. Virg. lauacrum uitale, & Epistola 43. baptismum sanctificationis. D. Paulus baptismum lauacrum uocat regenerationis & renouationis Tit. 3. Lauacrum aquae mundans in uerbo uita. Ephes. 5. Sic D. Petrus saluos facies baptismis. 1. 3. Ezech. quoque Propheta de baptismo loquitur. c. 36. Effundam super uos (inquit) aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris: & Zach. c. 13. In die illa erit fons patens domui David in abluionem peccatoris & mensurae. Ita & Tertul. quod alibi lauacrum, li. de Baptis. sacramentum aquae nuncupat. Greg. quoque Nat. Orat. de baptis. sacrum lauacrum. Similes baptismi periphraes copiosas reperire est in scriptis ueterum: quippe qui pro expresso Dei uerbo agnoscerent aquae necessitatè in baptismo, quam tamen negare quidam non uerantur. Haeresis est ita olim data in Seleucianis & Heremianis teste Aug. ad Quod uult, ante etiam ab Ire. notata aduersus haereses li. 1. c. 18. ac Tert. de baptis. quem libris ex professo contra illa conscripsit, ubi Gaiana haeresim nuncupat factione Quintille excusitatam, quo magis mirandum in Caluino, quod suis instituit, hanc uelut ab inferis reuocare nō sit uentus.

9. hominè animo ac mente mutaret] Sic Manutius, Morelius, Cambro, ac ueteri excusis codex pro eo quod quidam



quidam habent excusis, non tam significanter: homo animum ac mentem mutaret.

10. Qui possibilis aieba, est tanta conuersio] Sic Manut. cod. Afflig. Dun. & March. ac alij duo ueteres. Camb. Cui possibilis. Cauchius. Quam impossibilis, nō male Morel. ac reliqui omnes: Quin impossibilis quod minus placet. Suo autem hic experimento auctor explicat quod prius dixit: Accipe quod sentitur antequam discitur, idq; comprobat exemplis desumptis ex ui consuetudinibus, quae ubi semel inualuerit altera natura est.

11. uita prioris erroribus implicatus] Sic hunc locum restituit ex Affli. cod. neq; uero implicatus, ita latine dicitur. Ante me uero Manus. ac Morel. pro horribilibus, repositum, erroribus: rectissime, nam correspondet Ms. omnes, Paulo post, pro faueba, quod habet Manut. ac Ms. non male Morel. ac excusis: ad fauebam.

12. sed postquam uide generalis auxilio] En baptismus quod operetur: Superioris, inquit, cui labes illo detergitur, in expiatum peccatum ac purum desuper se lumen infundit, celsitus spiritus haurit in nouum hominem reparat natiuitas secunda, facultatem dat ueri ut possit, quod impossibile putabatur. Eleganter profecto expressit quae uulgo baptismi effecta uocantur: peccati originis expiationem, conscientiae puritatem, illuminationem mentis, spiritus sancti inhabitationem, renouationem, regenerationem, bene operandi denique facultatem.

13. Scis ipse profecto & mecū pariter recognoscis] Hinc confirmatur quod epistola praecedenti quoq; adnotauimus fuisse Donatum Cypriano in baptismo collegam.

14. mors criminum uita uirtutū] Locum hunc Carmine sic expressit Paulinus epist. 11. ad Severum.

Culpa perit sed uita redit, uetus interit Adam Et nouus aeternis nascitur imperiis.

Sensit autem Cyprianus non modo nobis in baptismo remitti peccata, uerum & iustitiam infundi quae uirtutes in se continet omnes. Sensit, & illud, non radere crimina (ut cum Augustino loquar) baptismum sed auferre: neq; enim alioquin rectè mors criminum aut mors peccati (uti uocat Basilus) appellari possit. Quod expressus de disciplina & habitu Virg. significat, dicit ab omni saepe contagionis antiquae lauacrum uitalis sanctificatione purgari nos dicit. Huc pertinet quae supra ex Ezech. & D. Paulo adduximus. Sic & Dionys. Arop. Eccles. Hierarch. ca. 1. baptismis beatam uitam sancte perfici, omnijsq; simul uitij expiationem fieri astruit. Similis locus est apud Greg. Nat. lian. Ho. in sacrum baptismum. Ipsa quidem (inquit) baptismatis aqua, non mundi ut olim catachysimum seu mudationem, sed uniuscuiusque criminis habet purgationem uel ποντελή οὐρανίου τῶν ἀπὸ κακίας ἐπιεισέλητον τῶν συνησμομένων ἡμελυσμάτων, atque integram & omnino perfectā contagionum inquinatumq; ab improbitate contractarum electionem & c. E. D. Cris. simile quid adfert D. Aug. li. 1. contra Iulianum, ualeant itaque qui baptismum negant hominem persicere, quod uel. E. u. dicit Arop. & sanctificare, quippe peccatum originale non remitti plene, audent asserere. Haeresis est ita olim, teste Damasceno, damnata in Masilianis.

15. Scis ipse nec praedico: in proprias laudes odiosa iactatio est] Ita rectè locum hunc restituerit Manut. ac Morelius, nam consentiunt Ms. codic. prius pessima distinctione locus corruptus erat, sic enim legebatur. Scis ipse nec praedico in proprias laudes. Otiosa iacta-

tio est. Quod autem subiungit, docet proprias laudes nunquam vituperandus non esse, ubi nempe Deo, non uirtuti nostrae totum ascribitur. Quae de re uide epistolam D. Augustini 64. ad Aurelium.

16. Dei est (inquā) Dei omne quod possumus] Persistit in commendanda gratia Dei, quippe quod potissimum, ut prius diximus, huius epistolae sit argumentum. Alludere autem uidetur ad illud Paulinum, Aet. 17. In ipso uiuimus, mouemur, & sumus. & c.

17. Ut dominus qui in mentes nostras & c.] Locū hunc ita castigauimus è codice Cam. cui postea deprehendi consentire March. & Dunen. codices, corruptis, enim in omnibus excusis habebatur: quod in mentes nostras, & c. Codex autem Afflig. pro, influxit, habet illuxit, & pro indiligentiam legit negligentiam. si illapsa firmitate uestigij tui incedas] Hanc emendationem cod. Afflig. & praedictis Marc. & Dun. acceptam habemus. Omnes alij codices: si iustitiam uiam teneas illapsa firmitate uestigij tui, si & c. Morel. uestigis tuis, neutri rectè.

18. in medelam dolentium uulnere posse] Corruptis. hic legebatur: in medula adolescentium pro quo Morelius adolescentium. Nos uero è codice Camb. Locum restitimus, accedunt quam proxime Afflig. ac alij manuscripti: uetus etiam excusis ac Coloni. qui legunt, in medelam dolentium, omittunt uero uulnere, quò magis miror unde Rebold, quem sequutus est Eras. corruptam illam lectionem desumpsit. uidetur autem Cyprianus hoc loco ad gratiarum uarietatem illam alludere, de qua D. Paulus 1. Cor. 12. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde uirtutes, exinde gratias curationum, & c.

19. immundos & erraticos spiritus, qui se expugnandis hominibus immerferunt] Cod. Afflig. Dun. & March. immerferant nō male. Locus de uirtute exorcistarum in demones. Cui simile est illud ad Demetrium: O si audire eos uelles & uidere quando à nobis adiurantur, & torquentur spiritibus flagris & uerborum tormentis de obsessis corporibus euicuntur, quando euilantes & gementes uoce humana, & potestate diuina flagella & uerba sentientes, uentum in ualidioribus consistunt, & c. Imitatus utrobique Tertullianum locū lib. ad Scapulam. Infra quoque epistola lxxv. ad Magnū, mire hanc Exorcistarum potestatem exag gerat: ad quem locum latiorum hac de re tractationem distulimus, ne hic prolixiores simus.

20. Occulta plaga & poena manifesta] Sic manus. codic. omnes ac Morel. ueteres quoque excusis duo. Nescio quis prauam illam distinctione introduxerit. Nec uidetur occulta plaga, sed poena manifesta. Adde rat etiā ille paulo post, sed, superflue, opertas saeculi tenebras] Sic Hen. Grau. reliqui omnes operti min' rectè.

21. Homicidiū cum admittunt singuli crimen est] Pti rectè adnotauit Manut. ex proximis uerbis satis apparet, loqui Cyprianum de bello iniusto. Et certe armorū & praetiorum usus, nedum prohibetur ueteri lege, sed & praecipitur, quod è Numerorum, Iosue, Iudicum, Regum, Paralipomenon, ac Machabeorum libris manifestū sit. Litteris Euāgelicis quoque non improbat. Si enim (inquit D. Aug. epist. 50. ad Marcellinum Com.) Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc patius militibus in Euāgelis



consilium salutis petentibus diceretur, ut abicerent arma seque militie omnino subtraherent. Dicitur est autem. Neminem concesseris, nulli calumniam feceris, sufficiat vobis stipendium vestrum. V. de pleura in hanc sententiâ. epi. 20. ad Bonifacium, contra Faustum Manicheum lib. 21. c. 7. A. & 75. serm. quoque 19. de verbis Domini: quibus locis ex professo hanc materiam tractat. Ipse etiam Cyprianus non obscure cuius sententiâ sit indicat li. de exhor. Mar. c. 9. ubi quum locis aliquot è Deuter. ac Machab. lib. de sumptis docuisset idololatras olim interfici iustos: Quod si (inquit) ante aduentum Christi circa Deum colendum et idola spernenda hæc præcepta seruata sunt, quantomagis post aduentum Christi seruanda sunt & c. Atqui prius allegarat ex Deuter. locum, quo iubetur ciuitas percipi in ore gladij, quod bellicum esse nemo ignorat. Hæc paulo prolixius ob Eras. hoc loco adnotari uoluit, quibus satis insinuat nulli belli genus sibi licitum uideri. Quod alibi usque adeo non ueretur palam profiteri, ut Adm. in Luc. c. 3. ac præ. in Enchir. mil. Christiani, Euang. ac Apost. literis aduersari D. Augusti. dicat, qui bellis patrocinetur. Nos contra Aug. credere malimus quam Eras. potissimum quum Ambro. quem pro se allegat, ipsi aduersetur. V. de Offic. li. 1. c. 27. ac 36. Christo, quoque ac Theo. in 1. Tim. c. 2.

22. Paratur gladiatorius lusus] Gladiatorum plura erant genera. Inter hos erant Rhetarij, secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thraces, quorum magistri Lanista uocabantur, qui è mancipijs familiam alentes, aliquot subinde paria in spectaculum pro dicebant: ut innocentes publica voluptatis (inquit Tert. li. de spect.) hostie fierent. interdictus est postea à Constantino ludus gladiatorius Romæ L. unica. C. de gladiatoribus.

23. & aruina toris membrorum moles robusta pingue] Sic Manut. Morel. ac uetusti codices omnes tam excusis, quam manuscriptis, nescio quid Eras. mouerit, ut reponeret. Et aruina assidui nidoris, quod habet omnes recentiores excusis. Explicat autem quod dixit cibus fortioribus. Toros enim appellamus pulpam carnis musculosam, ut sunt partes membrorum uersa callosa. Hinc Verg. Luxuriatque toris animosum pectus. Aruina uero diuina illud pingue esse uult seru. quod inter cutem est. Apud ueteres ad certam quandam ciborum atque exercitiorum necessitate stringebantur atlethe, ut sic uires corporis sibi maiores compararent. Cuiusmodi uita Aristoteles ἀναμοφωσίου uocat. Similis est apud Tertul. locus ad Martyr. & D. Hiero. in 6. c. Amos propheta.

24. ut saginatus in penam carius percat] Apte carius perire dicit, neque enim sine magnis impensis illi ad gladiatoriam nutriebantur, quare magis placet lectio hæc quam uulgata: Charius.

25. sed & docetur] Sic Cod. Camb. ac Grau. Morel. sed & dicitur, quod minus placet. Ex eodem co. ac Grau. restitimus etiam illud: sed & perimit, pro eo quod habebant omnes, peremit.

26. feris se obiciunt quos nemo dānauit] Sic & Tert. Ad Martyr. certe ad feras ipsas affectatione descendunt, & de moribus & cicatricibus formosiores sibi uidentur. Nos uero è cod. C. A. quod deerat, iuuenes] adiecimus pro uiuentes: quidam furentes legunt, non male.

27. Et spectaculi licet præmium larg. mune, amplif. ut mer. suis mat. interfir: hoc, pro dolor, mater redimit] Locum hunc antea cum distinctione peruersa, tum adiectione coniunctionis, & corruptissimè, ita

è Cod. Camb. restitimus. E quo etiam illud & funclis] adiecimus, pro eo quod in excusis habebatur. sceleribus, quod loco submouim' fidè Ms. Co. Manu. & More. secuti. Porro ad intellectum loci huius facit quod habet Tert. de spectaculis. Munus dictum est ab officio, quonia officium etiā muneris nomen est. officium autē mortuus hoc spectaculo facere se, ueteres arbitrabantur. Itaque quos parauerat, armis quib. tunc et qualiter poterat eruditos, fatū ut occidere discerent, mox edicto die inferiarū apud tumulos erogabatur ita mortē homicidii consolabatur. Hæc muneris origo. sed paulatim prosecti ad famā gratiā, ad quantā crudelitatis: quia ferarū uoluptati satis non fiebat, nisi & feris humana corpora dissiparentur. Licet trāserit hoc genus editionis ab honorib' mortuorū, ad honores uiuentium questruras dico & magistratus. & flaminia, & sacerdotia.

28. Conuertere hinc oculos ad diuersa spectaculi, & c.] Ita Co. Cam. pro eo quod habet excusis diuersi, afflig. ac alij duo, à aduersis spectaculis, male. De spectaculorum autem uariis generibus erit dicendi locus amplior libro de spectaculis.

29. Cothurnus est Tragicus] Cothurn. tragic. pro ipsa Tragedia usurpat, erat autem calciamenti quoddam genus quo Tragædi utebantur: non humile ut plerique existimant sed subere subleuatum, quo grandiores appareret. Quod non obscure indicat Tert. de spect. cum dicit: sic & Tragædos Cothurnis exultit. Iuuenalis quoque hoc uersu: breuiorque uidetur.

Virgine pigmea nullis adiuta Cothurnis. Maxime autē hic placet. Manut. lectio: præca facinora carmine recētere. Pro quo Cam. Cod. præco carmine. afflig. & alij duo: præca carminum facinora.

30. Tum delectat in mimis] Sic rectè Manutius ac Camb. Codic. ceteri Tunc] facit autem transitum ad aliud spectaculi genus Mimicum, quod in scenis exercebatur solet, quos non absurde uocat Tertullian. de spectaculis. Confistorij impudicitia. Porro à μιμίς dicitur quod est imitari, Mimi dicuntur, Nam histrio tantum agit, Mimi uero quod scribunt hoc agendo imitantur. Epistola autem lxi. ad Eucratium isdem fere quibus hic uerbis utitur. Porro illud.

31. Quid non possit ex] Manut. ac Camb. Cod. mutauimus, pro eo quod erat: quid non potest.

32. Exprimunt impudicā Venerem, adulterum Martem, Iouem] De his Deorū portētis alius erit dicendi locus, lib. de Idolorum uanitate & contra Demetrianum, quare ad sequentia pergamus.

33. Deos luos quos uenerantur imitantur, sūt, miseris & religiofa delicta] Videtur imitatus his uerbis ac prece. de imbre auro, illud Terentiani Chærea in Eunuchis.

Virgo in conclauis sedet. Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc, Iouem Quo pacto Danae mississe aiunt quondam in gremio imbrem aureū. Egomet quoque id spectare cepi, & quia consimile luserat. Iam olim illa ludum, impendio magis animus gaudebat mihi, Deum sese in hominē couertisse atque per alienas tegulas uenisse clam per impluuium, fucum factum mulieri. Ad quem Deum qui templa caeli summa sonitu concutit. Ego hominico hoc non facerem: ego illud uero ita feci, ac libens.

34. O si possis] Ita locum hunc emendauimus ex 4. codic. manuscriptis, consentit & Grauius: ceteri excusis

excusis omnes interponunt: & superfluo.

35. uideas quod uitorum furore demetes gestisse se negant & c. Sic Manut. ac Morelius cum Ms. habentur lectum: gementes, minus rectè. Non mirum uero, factum negare solitos, cum lege Scantinia Pæderasta graui supplicio afficerentur.

36. Fiunt quæ nec illis ipsis possunt placere] Sic ex uaria huius loci lectione locum hunc restitimus. Manut. cum aliis quibusdam habebat: quæ nec illis, Morel. & aliquot manus. nec ipsis, Erobentij exemplar & ceteri excusis: quæ nec illis nec ipsis. Sic paulo post è cod. Camb. loci huiusmodi suppleuimus hoc pacto: quali conscientia suā non posse effugere satis non sit.

37. Audacia profus cum uitiis faciēs] Erasmus pro eo quod habebatur in excusis: conuitiis faciens, conuertit legendū pro cōuitiis faciēs, rectius Manut. ac Morelius: cura uitiis consentium & manuscrip. codices.

38. Sed tibi post insidiosas uias & c.] Ad fori mala sermonem conuertit, idque uerbis aptissimis ac ipsi foro, tantum non propriis, ita ut uel hinc manifestum faciat Oratoriam se exercuisse: forsatis & in foro aliquando casurum patroum egit.

39. Incisæ sint licet leges xij. tabulis & publice are præfixo iura præscripta] Nos locum hunc antea corruptissimum restitimus è cod. Camb. afflig. Dun. & Marchin. antea legebatur: publico ære præfixo iura præscripta. Porro de legib. xij. tabularum ita Pomponius iureconsultus in Enchir. D. de Orig. iur. l. 2. §. Exactis. Postea (inquit) placuit publica auctoritate decem constitui uiros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, quas in tabulis æreis (sic enim castigati legitur quam eburneis) præscriptas pro rostris composuerunt, ut possunt leges apertius percipi; darumque est eis ius in eo anno in ciuitate summum, uti leges corrigerent, & si opus esset interpretarentur, neque pro uocatio ab eis sicut à reliquis Magistratibus fieret. Qui & ipsi animaduertentur aliquid deesse istis primis legibus, ideoque sequenti anno alios duos tabulas adiecerunt, & ita ex accidenti appellatae sunt leges xij. tabularum. Quorum ferendarum auctores fuisse decem uiros Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia, quidam retulerunt. Refert autem dictarum legum & decem uirorum institutionem Linius in annum ab urbe condita C C C I. apud quem plura uidere est nobis ad loci huius intellectum hæc sufficere uisa sunt. Curiosus lector uideat quid hæc de re scripserit Iacobus Reynardus iureconsult. Brug. in suo ad dictas leges commentario.

40. Hic testamentum subiicit] Phrasin hæc (uti multa alia hoc loco) à iureconsultis mutuatus est Cyprianus, L. qui testamentum, L. Paulus D. ad legem Corn. de fals. Atqui subiicere testamentum dicunt Plinia. ac Paulus eadem significatione qua dixit Antoninus Imperator. subiecti partus crimen; L. i. Cod. eodem titulo, pro supposito partu. Quod adnotasse uisum fuit opere precium, ne quis aliquando auctoritate fortassis motus Ms. cod. ueram lectionem mutet, uti in illis factum reperimus, Camb. enim cod. subigit. Vetus excusis. & alij quidam Ms. subducit, habent; quorum posterior phrasin ignaris forte aptius uideri queat.

41. ille falsum capitali fraude conscribit] Capitali fraudem admittere (inquit) v. l. cum autem. S. Excipitur D. de Aedilit. edit. est tale aliquid delinque-

re, propter quod capite puniendus sit. Pateres enim fraudem pro pœna ponere solebant. Est ergo hic phrasin iurist. cons. E quibus etiam hoc didici, illud: capitali fraude] etiam, ad illum referendum qui testamentum subiicit. L. qui test. L. Paulus supra citatus. Porro capitales siue capitis pœnas illi definiunt, mortem, deportationem in insulam siue ciuitatis amissionem. ac ad metalla damnationem siue seruitutem, L. rei capitalis L. capitalium D. de pœnis. Quod animaduersione dignum iudicauit, ne miretur quis capitalem fraudem falsariis testamentorum ascribere Cyprianum; quum pœna falsi iuxta legem Corneliam in seruis quidem sit ultimum supplicium; at in aliis deportatio & omnium bonorum publicatio duntaxat, L. i. §. pœna. D. ad L. Corne. de falsis. Sed hæc hæcenus, ne uideamur falcem in messem (quod aiunt) alienam immittere. Noue autem dictum est à Cypriano: in mendacium criminum] pro eo quod dicere licuisset, in mendacem criminis insimulationem, aut in falsum de crimine testimonium; quanquam aliquod eo loco desiderari uideatur.

42. de quaestore, de iudice pauor nullus] Quum excusis tum ueteres tum recentiores omnes ac Ms. codices hanc habeant lectionem, miror quare legat Gryphus ac eum sequenti Manut. ac Morelius: de quaestore, Apud Romanos & alibi non quaestores solummodo dicti erant præfecti, sed & qui capitalibus rebus præfessent, quos quaestores Parricidij nuncupat lex vna xij. tabularum. eius rei locuples testis est Pomponius. L. 2. §. & quia. D. de Orig. iuris. Nobis certe illa magis placet.

43. Sed ne nos uideamur] Reuēstis seculi malis que nemo non sana mentis merito detestetur, ad bona que fortuna uocant stylum conuertit, ac uere bona illa nuncupari non posse multis deducit, quippe que miseros potius faciant quam beatos. Nos obiter adnotata uarietate lectionum, leui quod aiunt, brachio pertrāsbimus. Porro hoc loco adnotauit Morel. se nusquam reperisse in Ms. cod. particulam, ne, quam tamen habent nostri manuscripti & uetus excusis, quare retinere eam maluimus.

44. ubi epotauit, perniciēs haustu grassatur] Ita locum hunc restituit Grauius, quam proxime uero accedit Camb. cod. Alij Ms. C. epotatum est non male. Alij rursum ubi epotauimus aut ubi epotandum est, neutrum placet. Sic paulo prius cod. Colon. ad marg. adnotauit uariam hanc lectionem: in magistratu purpuram, specimen principatus, licentiam potestatum, uerum magis placet uulgata lectio.

45. quot tumentium contumeliosa uestigia in clientium cuneis ante præcessit] Sic ueteres excusis duo, rectius mea quidem sententiâ, quam ceteri tum expressi tum Ms. qui: stipatus, interserunt. Illud uero salutarum, habet Manut. Morel. cod. Camb. & ueteres excusis, pro quo Erasmus salutandum, non rectè. Imitatus est autem Tertull. lib. de penitentia: Sed enim inquit, illos qui ambitu obeunt capeffendi Magistratus, neque pudet neque piget incommodis anime & corporis, nec incommodis tantum, uerum & contumeliis omnibus eniti in causa uotorum suorū. Quis non ignabiltates uestium affectant; que non atria nocturnis & crudis salutationibus occupant, & c.

46. auceps temporum palpator] Id legit Manut. Morel. ac Camb. cod. pro quo Ms. afflig. ac excusis: liqui omnes: Anceps.



47. Manutio verò debemus illud: rei familiaris exhausta, consentiunt Ms. cod. Morelius vulgatam lectionem retinuit: exhausta, corrupte. Atqui paulo post pro eo quod retinuimus.

48. Frustrantis spectaculi voluptate. Manutium sequitur, Morelij, ac Cæbron. cod. habet Afflig. in frustrantis spectaculi voluptatem, qui etiam: voluisse, pretermittit. Grauius verò ac vetus excus. voluptati.

49. Sed & quos diuites opinatis, Locum de miseris diuitiū pulcherrimū, videre verò est similia apud Iuuenalē Satyra 14. Quod hic est: sine terminis, iuxta cod. Ms. Manut. ac Morel. prius legebatur: sine termino. Manut. vero ac Cambro. codici acceptū debemus illud:

50. Non cibus securo, pro quo Morel. securus, Afflig. ac vulgari typis, securus, neutri recte.

51. diuitias atque opes. O detestabilis] Ita e codice Cambro. nūc primū locus hic restituitur. Antea legebatur: diuitias atque. O detestabilis, pro quo Afflig. Dum. & March. diuitias O detestabilis. simile est illud paulo post: O nominū, nam ibi coniunctionē superfluam: Et loco submouimus, sequitur cod. Cambro. fidem.

52. Vt igitur placida & fida] Ad oculum demonstrata illorū vanitate & miseria que etiā bona opinatur ignorantia secularis, ostendit quo velut ad portū quendam aspirare oporteat, atque ita velut aliud agens, mutua cum illis collatione facti bonorū que baptismo cōsequimur, ad seculi contemptum, ad assiduum denique tum lectionem tum orationem exhortatus, finem colloquio facit.

53. Viderit quæ in nos] Morelius ex antiquissimo quodam codice: videre, sed magis placet vulgata lectio viderit. Est enim phrasī Cypriana à Tertulliano mutata libris de præscriptione hæret. de spectac. ad vocem, & alibi Ciceroni quoque ipsi non incognita, qui lib. 4. Acad. Viderit (inquit) Epicurus, & ad Brutum: de hoc tu videris. Habes tandem infra epistola, xxxiiij. xli. xlix. li. liij. lxvi. & alibi frequentissimè.

54. sed gratuitum de Deo munus & facile est] Plerique hic excusū interponunt illud: religiosa mente cōcipitur, sed nulli id habet Ms. cod. quare et prætermisum à Manutio & Morelio. Præterque autē paulo post: anima, recte reposuit pro eo quod erat: diuina, nā consentiunt Ms. cod. ac vetus excusū. Ita vero hūc locum distinximus, ut qui prius obscurus erat, nunc intellectus sit facilis.

55. Sonet psalmos conuiuium sobrium] Locum hunc prius corruptiss. ita restituit Manutius, consentiunt Ms. cod. ac Morel. Certè vel ex fine huius epistola, quem tam ex abrupto imposuit, satis patet colloquium potius dici debuisse quàm Epistolam.

EPISTOLÆ IN SECESSU Cypriani toto biennio cōscriptæ.

CLERI ROMANI AD Clerum Carthaginensem de secessu D. Cypriani.

EPISTOLA III.

ARG. Intellexerat Clerus Romanus à Clementio Hypodiatcono secessisse Cyprianum in persecutione, pro suo itaque zelo fidei Clerum Cartha-

giniensem officij sui admonet, ac instruit, quid circa lapsos interca dum abest illorum Episcopus, fieri oporteat.

**D**IDICIMVS secessisse Benedictum Papam Cyprianum, à Clementio Subdiacono, qui à vobis ad nos venit certa ex causa: quod utiq; rectè fecerit, propterea quod cum sit persona insignis, & imminente agone quem permittit Deus in sæculo colluctandi causa cum aduersario, simul cum fernis suis, volens etiā Angelis & Homini bus certamen hoc manifestare, vt qui vicerit coronetur: victus verò portauerit in se sententiam, quæ nobis manifesta est: " Et cum incumbat nobis qui videmur præpositi esse & Vice pastoris, custodire gregem; si negligentes inueniamur, dicetur nobis quod & antecessoribus nostris dictum est, qui tam negligentes præpositi erant: quoniam perditum non requisuimus, & errantem non correximus, & claudū non colligauimus, & lac eorum edebamus, & lanis eorū operiebamur: Denique & ipse Dominus implens quæ erant scripta in lege & Prophetis, docet dicens: Ego sum pastor bonus qui pono animam meam pro ouibus meis: mercenarius autem & cuius non sunt propria oues, cum viderit lupum venientē, relinquit effugit, & lupus dispergit oues: sed & Simoni sic dicit; Diligis me? respondit; Diligo, ait ei, Pasce oues meas. Hoc verbum factum ex actu ipso quo cessit cognoscimus, & cæteri discipuli similiter fecerunt. Nolumus ergo fratres dilectissimi, vos Mercenarios inuenire, sed honos pastores, cum sciatis tum non minimum periculum incumbere, si non hortati fueritis, fratres nostros stare in fide immobiles, ne præceptis ad idolatriam funditus eradicetur fraternitas, nec enim hoc solum verbis vos hortamur, sed discere poteritis à pluribus à nobis ad vos venientibus, quoniam ea omnia nos Deo adiuuante & fecimus & facimus cum omni sollicitudine & periculo seculari, ante oculos plus habentes timorem Dei & pœnas perpetuas, quam timorem hominum & breuiem iniuriam; non deserentes fraternitatem, & hortantes eos stare in fide, & paratos esse debere ire cum Domino: sed & ascendentes ad hoc quod compellebantur, reuocauimus. Ecclesia ista fortis in fide, licet quidam terrore ipso cōpulli, siue quod essent

Exech. 34.

Ioan. 16.

Ioan. 27.

essent insignes personæ, siue adprehensi timore hominum reuertuntur: quos quidem separatos à nobis non dereliquimus, sed ipsos cohortati sumus & hortamur agere pœnitentiam, si quo modo indulgentiam poterunt recipere ab eo qui potest præstare: ne si relictī fuerint à nobis, peiores efficiantur. Videtis ergo fratres, quoniam & vos hoc facere debetis, vt etiam illi qui ceciderunt, hortatu vestro corrigentes animos eorum, si adprehensi fuerint iterato, cōfiteantur, vt possint priorem errorem corrigere. Et alia quæ incumbunt vobis, etiam ipsa subdidimus, vt (si, qui in hanc tentationē inciderūt, cœperint adprehendi infirmitate, & agant pœnitentiā facti sui, & desiderent cōmunionem, utique subueniri eis debet.) Siue viduæ, siue Clydomeni, qui se exhibere non possunt, siue hi qui in carceribus sunt, siue exclusi à sedibus suis, utique habere debent qui eis ministrent. Sed & catechumeni adprehensi infirmitate, decepti esse non debent, vt eis subueniatur: & quod maximū est, corpora Martyrum aut cæterorū si non sepeliantur, grande periculum imminet eis quibus incumbit hoc opus. Cuiuscūque ergo vestrum quacūque occasione effectum fuerit hoc opus, certi sumus cum bonū seruum æstimari, vt qui in minimo fidelis fuit, constituatur super decem ciuitates. Faciat autem Deus, qui omnia præstat sperantibus in se, vt omnes nos in his operibus inueniamur. Salutant vos fratres qui sunt in vinculis, & presbyteri & tota Ecclesia, quæ & ipsa cum summa sollicitudine excubat pro omnibus qui inuocant nomen Domini. Sed & nos petimus mutua vice, memores sitis nostri. Sciatis autē<sup>11</sup> Bassianū peruenisse ad vos, & petimus nos, qui habetis zelum Dei, harum litterarū exemplū ad quoscūque poteritis, transmittite, per idoneas occasiones, vel vestras, faciatis, siue nūcium mittatis, vt stent fortes & immobiles in fide. Optamus vos charissimi bene valere.

#### ADNOTATIONES in Epistolam tertiam.

1. Epistolam hanc Morelio soli acceptam debemus, neque enim apud Manut. aut in Ms. cod. reperitur, unde sit vt mendas quibus scater repurgare non licuerit. Fit autem huius Epistola disertis verbis mentio apud Cyprianum Epistolā ad Clerum Romanū quam habes infra xv. Cum (inquit) vestra scripta legissem quæ ad Clerum no-

strum per Clementium hypodiatconum nuper feceratis, vt is qui post lapsum infirmitate adprehensi essent & pœnitentes communicationem desiderarent: subueniretur. Quæ quum ad verbum penè hinc desumpta sint, titulum Morelij immutare non sum veritus potissimum cum ex vicinitate litterarum error potuerit contingere vt pro eo quod erat Cleri Romani, substitutum sit à quopiam: Celerini. Accedebat quod satis confet, non ab vno aliquo sed à pluribus, neque ad vnum Lucianum qui presbyter non fuit sed ad plures presbyteros conscriptam.

2. Didicimus secessisse] De secessu D. Cypriani: vide vitam ipsius à Pontio & à nobis conscriptam, infra quoque plura ad Epistolam xv. vbi se de illo excusat apud Clerum Romanum, ac videtur ad hanc Epistolam respicere.

3. Papam Cyprianum] Papa nomen prisicis temporibus accommodatum fuisse alijs Episcopis quàm Romanis, satis constat, tum ex hac Epistola ac alijs infra Cleri Romani ac Confessorum ad Cyprianum, tum ex Epistolis D. Ambrosij, Hieronymi & Augustini. Romani verò Episcopi postea quasi proprium factum, iam inde ab ætate Iustiniani Imperatoris, manifestum sit vixit dicitur, πρὸς τὸν ἐκκλησιαστικόν. ubi ipsum nūcupat, τὸν ἀρχιερέα τῶν ἐκκλησιαστικῶν. Sic illum etiam appellat Constantinus Cōstantis filius Imperator in diuilibus syn. sexta, act. 1. Græcum autem nomē esse πῶς πῶς quod Patrem significet, nemo est qui ignoret. Latini Euphonia gratia videntur prætermisisse alterum π, fuit autem id etiam apud Ethnicos honoris nomen, si Arriano credimus, qui Bithynos eo vocabulo Iouem vocare solitos scribit: certè etiam testis est Herodotus à Schyiti Iouem Pappem nominari.

4. à Clementio subdiacono] Et si Morelius hic Clementio legat, magis tamen placet hæc lectio, tum quod Epistola sequenti ita legatur non à Manut. duntaxat sed à Morelio, & in veteri excusō codice similiter. Epistola quoque xv. vbi huius epistola meminit Cyprianus, Clementium vocat Manutius.

5. quod utique rectè fecerit] Locus hic ad illa verba vsque Nolumus ergo fratres] ita corruptus est, vt sine auxilio codicis manuscriptori restitui nequeat, imo quid sibi velit ita obscurū est, vt tacere malim, quàm cōiecturas meas in medium proferre. Hoc vnum dico. Videre mihi nō probare Clerum Romanū, secessum Cypriani; eo quod persona insignis esset cui animarum cura incumberet. Infra epistola xv. dicimus quid in sui excusationē adferat Cyprianus, quid etiam pro eodem Pontius scripserit.

6. Et cum incumbat nobis qui videmur præpositi esse] Videtur alludere ad prærogatiuum sedis Romanae ad quam pertinet ecclesiarum omnium sollicitudo, de qua latius infra loca Scripture hic allegata, sunt Exech. 34. Ioan. 10. & ultimo.

7. corrigentes animos eorum] Animos eorum, pro animos suos.

8. vt si qui in hanc tentationē inciderunt, cœperint adprehendi infirmitate, & agant pœnit. facti sui & desiderent cōmunionem] Hæc ad verbum ferè expressit Cyprianus vti initio diximus, epistola sepe citata: Volunt autem, si infirmitas lapsos adprehenderit, cōmunionem illis pace data non denegari. de quo latius ibi ac Epistola xxxi. quæ prioribus eiusdem est Argumenti.



9. Siue vidua sint, siue clydomei] *Hic nouam periodum necessario constituimus. Nam ad curam pauperum istud non ad lapsos pertinet. Porro quum κλυδομενοι siue κλυδομενοι fluctuantes significet, quæ significatio huic loco minus congruit, existimo legendum, κλυδομενοι, ut sit eiusdem significationis cum voce κλυδομενοι, qua utitur Cyprianus pro lecto afflixis, Epistola ad Magnum. Solent enim primi illi Christiani nouas quasdam eius farinae voces à Grecis mutuari, quæ non reperuntur apud Ethnicos. Et de agrorum pauperibus hic sermonem esse colligitur, ex verbis adiunctis: qui se exhibere non possunt.]*

10. & quod maximum est, corpora Martyrū] *Locus insignis de sepultura defunctorum, quorum corpora si non sepeliuntur grande dicunt imminere periculum iis, quibus hoc opus incumbit. Certe opus meritorium esse sepulturam, satis constat Tob. 12. ubi Angelus Tobiam ab eo opere commendat. Quam etiam sepultura curam habuerint Patriarchæ; videtur est Gen. 46. & 50. Commendat et mulierem Dominus ab effuso unguento in sepultura sua Matth. 26. Qui plura huic pertinentia desiderat, legat August. lib. de cura pro mortuis. Cæremonia vero vel ab ipsis Ecclesie cunabulis in sepultura mortuorum usitata, pulchre describit Dion. Areopag. sub finem Hier. Eccle. ac Clemens Romanus constit. Apostol. lib. 6. c. 30. ac lib. 8. c. 47. 48. 49. ac 50. Quibus locis illas ipsas orationes reperire est, quibus etiam nunc Ecclesia utitur.*

11. Bassianum] *Huius sit etiam mentio Epistola que est infra xxij. Solutius inquit cum suis Saturnum Bassianum & vniuersum Clerum. Videtur itaque fuisse quispiam à Cleuo Romano.*

CYPRIANI AD CLE-  
rum Romanum de Dormitione  
Episcopi Urbici.

EPISTOLA IIII.

ARG. Epistola hæc familiaris est, quare argumento non indiget, potissimum quum ex titulo ipso id satis colligi queat, desideratur autè Epistola Cleri Romani ad quam respondet Cyprianus.

CYPRIANVS PRESBY-  
teris & Diaconibus Romæ confi-  
stentibus fratribus. S.

VM<sup>2</sup> de excessu boni viri collega-  
gæ mei rumor apud nos incertus  
esset fratres charissimi, & opinio  
dubia nutaret: accepti à vobis lit-  
teras ad me missas, per Clementium hypo-  
diaconum, quibus plenissime de glorioso  
eius exitu instruerer: & exultavi satis, quod  
pro integritate administrationis eius, con-  
summatio quoque honesta processerit. In  
quo vobis quoque plurimum gratulor,  
quod eius memoriam tam celebri & illustri  
testimonio prosequamini: vt per vos inno-  
tesceret nobis, quod & vobis esset circa præ-

Lib. 3. Epi.  
21.



positi memoriam gloriosum, & nobis quo-  
que fidei ac virtutis præberet exemplum.  
4 Nam quatum perniciofa res est ad sequen-  
tium lapsum ruina præpositi, intantum cõ-  
tra vtile est, & salutare, cum se Episcopus  
per firmamentum fidei fratribus præbet imi-  
tandum. Legi etiam alias litteras, in quibus  
nec qui scriperint, nec ad quos scriptum sit,  
significanter expressum est. Et quoniam me in  
iisdem litteris & scriptura, & sensus, & chartæ  
ipsæ quoque mouerunt, ne quid ex vero vel  
subtraheretur, si vel immutatum; eandem ad  
vos epistolam authenticam remisit, vt reco-  
gnoscat an ipsa sit quam Clementio hypo-  
diacono perferendam dedistis: perquam  
etenim graue est, si epistolæ clericæ veri-  
tas mendacio aliquo & fraude corrupta est.  
hoc igitur vt scire possimus, & scriptura, &  
subscriptio an vestra sit, recognoscite, &  
nobis quid sit in vero rescribite. Opto vos  
fratres charissimi, semper bene valere.

ADNOTATIONES  
in Epistolam quartam.

1. Presbyteris & Diaconibus] *sic Manutius ac  
vetusti Cod. omnes tam excessi quam Manuscripti,  
non hic dicitur sed ubique in omnibus Epistolis, quæ ad  
Clerum aut Romanum aut Carthaginiensem conscriptæ  
sunt. In quibusdam etiam hæc lectio retenta est ab Eras-  
mo. vti in Frobeniana, Alopecia ac Parisiensi editionibus,  
Morelius vero Gryphus ac Grauius in edit. Colonien-  
si reposituerunt: Diaconis] Nobis magis placet germana au-  
thentice lectio, quare illam ubique retinimus. Porro de au-  
thentice Cleri Romani & de presbyterorum ac Diacono-  
rum præminentia in clero infra alicubi latius.*

2. Cum de excessu boni viri collega mei] *Quum  
in secessu D. Cypriani scripta verisimile sit, vel ex eo quod  
per Clementium Hypodiaconum (cuius mentio fit epistola  
precedenti) allata fuerint ad quos respondet littere, de obi-  
itu Fabiani Romani Pontificis agere illi non dubito. Mar-  
tyrium ille passus est statim sub initia persecutionis De-  
ciani & cum Cyprianus in tempestate (vt alibi ipse ait) pro-  
scriptus, paulo post secessit, quæ de re plura in vita auctoris  
supradiximus. Porro nõ est quod offendat quempiam, quod  
Papam Romanum Cyprianus suum collegam vocet, tum  
hic, tum infra sæpius, in epistolis ad Cornelium Lucium ac  
Stephanum Pontifices Romanos. Imprimis enim uteban-  
tur veteres illi Episcopi eo dicendi genere quod esset magis  
comitatis, lenitatis, benevolentie, quam prophane Domi-  
nationis. Deinde si ex nominibus ratiocinandum sit de dig-  
nitate cuiuspiam, eodem argumento dicendum erit negare  
Cyprianum Episcopos esse quos fratres tantum appellare  
solet, ad Episcopos scribens. Euaris enim nomen ad Chri-  
stianos omnes pertinere, manifestum est ex Euangelis  
& Paulinis Epistolis. Collegæ denique dicuntur, non ille  
duntaxat qui eiusdem potestatis sunt vt duo Consules,  
Duo Tribuni, sed & qui eiusdem sunt collegij. Vnde et pres-  
byteri Episcoporum Collegæ dicuntur à Concilio Carthaginien-  
si IIII. Can. xxv. atqui quanto sint Episcopi inferiores  
pres-*

presbyteri, infra demonstrabimus. Potest ergo quis collega  
esse sui superioris, non ea tamen ratione qua ille superior  
est. Hinc in concilio Africano; Aurelij Carthagenensis  
Episcopi Collegæ dicuntur omnes Episcopi, consacerdotes  
ac coepiscopi, Ca. xxxi. xxxij. ac xxxiii. Et tamen tanta fuit  
Carthagenensis Episcopi præminentia; vt nihil illo incõ-  
sulto cæteris Episcopis ac Primatibus Numidia ac Mauri-  
tanie agere liceret, can. xx. eiusdem concilij. Plura huic  
pertinentia videre est apud Remundum Rufum in Moli-  
neum pro Pontifice maximo, è quo hæc & alia complura  
habere nos ingenue fatemur. Opus est dignum quod omnium  
versetur in manibus, cæterum excessum pro morte accipit  
Cyprianus, imitatus Tertull. contra Valent. Sic etiam Cle-  
rus Romanus infra Epistola xxxvi.

3. per Clementium Hypodiaconum] *Excusati om-  
nes excepto veteri illo quem non vidit Erasmus, habe-  
bant Clementem.] Suspicio Remboldum pro Clemen-  
tio id substituisse, quippe quod magis vulgo notum esset.  
Confirmatur hinc Manutij lectio de qua epistola præce-  
denti. Porro quod addit hic Manutius Diaconi super-  
fluum est neque id habent vlli alij codices.*

4. Nani quantum perniciofa est ad sequentiū  
lapsum ruina præpositi] *Similis prorsus locus est e-  
pistola precedenti. Quem autem hic præpositum, max  
Episcopum dicit. Vox est à Tertulliano etiam usitata li-  
bro ad Martyres, Cypriano autem familiaris. Vti vide-  
re est Epistola vij. xi. xij. xv. xxij. xxxvij. Atqui præposi-  
ti nomen militaris officij fuisse sub Imperat. adnotauit  
Rhenanus. Vnde & in libro, qui Notitia occidentis in-  
scribitur. Præpositos Theaurorum legimus, præpositos  
Argentariorum, Bassagarum. Rei priuata. Militum &  
Equitum. Christiani vero veteres, Episcopis potissimum  
id applicerunt. Sic & vetus interpres Hebr. vlt. Obedite  
præpositis vestris &c.*

5. Legi etiam alias litteras] *si quid diuinare li-  
ceat, existimo esse Epistolam precedentem cuius hic sit  
mentio, de qua nec qui scriperint nec ad quos scripta sit  
constet, utpote quæ nullam inscriptionem contineat vt  
reliquæ: omnes [nec qui scriperint] sic Manutius  
& Afflig. Dim. & Marebin. qui scriperint; cæteri om-  
nes excessi. quis scriperint. 6. Quemadmodum autem  
hic Epistola Clericæ, ita alibi ordinationem clericæ dicit:  
phrasit est Cypriano frequentissima, de qua alibi latius.*

7. & scriptura & scripture] *sic Manutius ac  
Morelius cæteri tam Manuscripti quam excusati: & scri-  
pturam & scripture, non male.*

AD CLERVM DE CVRA  
pauperum & quiete plebis.

EPISTOLA V.

ARG. Hortatur Clerum suum D. Cypria-  
nus iam in secessu constitutus, vt vice sua rite fun-  
gantur, neue quid aut constitutus in carcere aut cæ-  
teris pauperibus desit. Deinde vt plebem in quiete  
contineant ne si glomeratim ad Martyres in car-  
cere visitados concurrat, tandè id illis interdicitur.

CYPRIANVS PRESBY-  
teris & Diaconibus fratribus  
carissimis S.

ALVT O' vos incolumis per Dei  
gratiã fratres carissimi, lætus quod  
circa incolunitatem quoque ve-  
stra omnia integra esse cognoue-  
rim. 2 Et quoniam mihi interesse nunc non  
permittit loci conditio; peto vos pro fide,  
& religione vestra, fungamini illic & vestris  
partibus, & meis; vt nihil vel ad disciplinã,  
vel ad diligentiam, desit. 3 Quantum autem  
ad sumptus suggerendos siue illis, qui glo-  
riosa voce Deum confessi, in carcere sunt  
constituti; siue iis qui pauperes, & indigen-  
tes laborant, & tamen in Domino perse-  
uerant; peto nihil desit: cum summa omnis,  
quæ redacta est, illic sit apud clericos distri-  
buita propter eiusmodi casus; vt haberent  
plures, vnde ad necessitates, & pressuras  
singulorū operari possint. Peto quoque ad  
procurandam quietem sollicitudo & sollicitu-  
do vestra non desinat; & si fratres pro dile-  
ctione sua cupidi sunt ad conueniendum,  
& visitandum confessores bonos, quos illu-  
strauit iam gloriosis initiis diuina dignatio,  
tamen caute hoc, & non glomeratim, nec  
per multitudinem simul iunctam puto esse  
faciendum: ne ex hoc ipso inuidia concite-  
tur, & introcundi aditus denegetur: & dum  
infatigabiles multum volumus, totum perda-  
mus. Consulite ergo & prouidete vt cum  
tamperamento hoc agi tutius possit: 4 ita  
vt presbyteri quoque qui illic apud confes-  
sore offerunt, singuli cum singulis diaconis  
per vices alternent: quia & mutatio perfo-  
narum, & vicissitudo conuenientium minuit  
inuidiam. Circa omnia enim mites & hu-  
miles, vt seruis Dei congruit, temporibus  
seruire, & quieti prospicere, & plebi prouide-  
re debemus. Opto vos fratres carissimi  
ac desideratissimi semper bene valere, & no-  
sti meminisse. Fraternitatem vniuersam salu-  
tate. 5 Salutã vos Victor diaconus, & qui  
mecum sunt. Valete.

ALVT O' vos incolumis per Dei  
gratiã fratres carissimi, lætus quod  
circa incolunitatem quoque ve-  
stra omnia integra esse cognoue-  
rim. 2 Et quoniam mihi interesse nunc non  
permittit loci conditio; peto vos pro fide,  
& religione vestra, fungamini illic & vestris  
partibus, & meis; vt nihil vel ad disciplinã,  
vel ad diligentiam, desit. 3 Quantum autem  
ad sumptus suggerendos siue illis, qui glo-  
riosa voce Deum confessi, in carcere sunt  
constituti; siue iis qui pauperes, & indigen-  
tes laborant, & tamen in Domino perse-  
uerant; peto nihil desit: cum summa omnis,  
quæ redacta est, illic sit apud clericos distri-  
buita propter eiusmodi casus; vt haberent  
plures, vnde ad necessitates, & pressuras  
singulorū operari possint. Peto quoque ad  
procurandam quietem sollicitudo & sollicitu-  
do vestra non desinat; & si fratres pro dile-  
ctione sua cupidi sunt ad conueniendum,  
& visitandum confessores bonos, quos illu-  
strauit iam gloriosis initiis diuina dignatio,  
tamen caute hoc, & non glomeratim, nec  
per multitudinem simul iunctam puto esse  
faciendum: ne ex hoc ipso inuidia concite-  
tur, & introcundi aditus denegetur: & dum  
infatigabiles multum volumus, totum perda-  
mus. Consulite ergo & prouidete vt cum  
tamperamento hoc agi tutius possit: 4 ita  
vt presbyteri quoque qui illic apud confes-  
sore offerunt, singuli cum singulis diaconis  
per vices alternent: quia & mutatio perfo-  
narum, & vicissitudo conuenientium minuit  
inuidiam. Circa omnia enim mites & hu-  
miles, vt seruis Dei congruit, temporibus  
seruire, & quieti prospicere, & plebi prouide-  
re debemus. Opto vos fratres carissimi  
ac desideratissimi semper bene valere, & no-  
sti meminisse. Fraternitatem vniuersam salu-  
tate. 5 Salutã vos Victor diaconus, & qui  
mecum sunt. Valete.

ADNOTATIONES  
in Epistolam V.

1. Epistolam hanc Manutio & Morelio acceptam de-  
bemus & reperitur in Ms. Harrisij codice. Fit ad verbum  
fere eius mentio Epistola proxima, Ego vero nõ dubito esse  
vnam ex xiiii. illis quarum infra mentionem facit Episto-  
la xv. atque hanc cum sequenti & 3. qua desideratur, esse  
illas in quibus Clero consilium dedisse se astruit.

2. Et quoniam mihi interesse nunc non per-  
mittit loci conditio] *vt ex hoc loco manifestum est  
quod diximus, in secessu scriptam.*

3. Quantum autem ad sumptus suggerendos] *Penes Episcopos  
suprema erat cura pauperum, illis enim  
B ij*



bona Ecclesie & pauperum concredita, non obscure colligitur ex Actibus Apostolorum. Vbi legitur, ad pedes Apostolorum posita agrorum precia. Clemens etiam constitutionum Apostolicarum li. 2. cap. 19. Illorum qua occasione pauperum offeruntur dispensationem, Episcopis à Deo commissam dicit. ca. 39. Oeconomum illum vocat ac dispensatorem rerum Ecclesiasticarum, quod denuo repetit li. 3. cap. 3. Curam etiam Orphanorum. Episcopi esse docet li. 4. cap. 2. ac 3. Quanquam tamen distributio bonorum fieret per Presbyteros & Diaconos uti constat ex Canone Apostolorum 41. Volumus inquit Episcopum rerum Ecclesiasticarum potestatem habere. Nempe si pretiosa hominum anime sunt eius fidei commissa, multo magis decet est de pecuniis mandare, ut omnia secundum eius potestatem distribuantur indigentibus per presbyteros ac Diaconos &c. Eadem precipit 20. Antiochena Synodi Canon. ac Cyrillus in Epistola ad Domn. qua verba huc eo adduximus, quod existimem posse ex illis intelligi quod hic dicit Cyprianus, legit autem [possint] Harrisii codex pro eo quod alij [possent.]

4. ita ut presbyteri quoque qui illic apud confessores offerunt] Locus hic requirere videbatur tractatum de officio Offerendi presbyteris proprio; verum ne prolixitate Epistolam excedant Scholia, ad aliam opportunitatem illum differimus. Hoc enim hic animaduerte, singulos presbyteros cum singulis Diaconis offerre aliquando solitos.

5. Salutar vos Victor diaconus & qui mecum sunt] Qui cum illo secesserint non perinde constat, Victor vero hunc Diaconum Cypriani, illum ipsum esse existimo, quem postea cum Cypriano passum constat ex Martyrologio; una cum Crescentiano Rosula ac Generali.

## AD CLERVM DE CV- ra pauperum ac confessorum.

### EPISTOLA VI.

ARG. Eiusdem pene argumenti est cum precedenti, præterquam quod Confessores quoque sui officij vult admoneri à Clero, ut humilitati dent operam, ac Presbyteris ac Diaconis morem gerant; obiter etiam secessus sui causam reddit. Est autem etiam hæc è numero Epistolarum xij. de quibus infra Epistola xv.

## CYPRIANVS PRESBY- teris ac Diaconibus fratribus S.

Zib. 3. p. 10.

**P**TAVERAM quidem fratres charissimi, ut vniuersum cleru nostrum integrum & incolumè meis literis salutarem: sed quoniam infesta tempestas, quæ plebè nostram ex maxima parte prostravit, hunc quoque addidit nostris doloribus cumulum, ut etiam cleri portionem sua strage perstringeret; oramur Dominum, ut vos saltem, quos & in fide, & in virtute stare cognouimus, tutos quoque in posterum per diuinam misericordiam salu-

temus. Et quæquæ causa cõpelleret, ut ipse ad vos properare & venire deberem; primo cupiditate & desiderio vestri, quæ res in votis meis summa est, tunc deinde ut ea quæ circa Ecclesie gubernacula vtilitas cõmunis exposcit, tractare simul & plurimorù cõsilio examinata limare possemus: tamen potius visum est adhuc interim latebram & quietè tenere, respectu vtilitatum aliarum, quæ ad pacem omnium nostrum pertinent & salutem, quarum vobis à Tertullo fratre nostro carissimo ratio reddetur; qui pro cætera sua cura, quam impensè diuinis operibus impertit, etiam huius consilij auctor fuit, ut cautus & moderatus existerem, nec me in conspectum publicum, & maxime eius loci, vbi totiens flagitatus & quæsitus fuisset, temere committerem. Fretus ergo & dilectione & religione vestra, quam satis noui, his litteris & hortor & mando; ut vos quorum minime illic inuidiosa & non adeo periculosa præsentia est, vice mea fungamini circa gerèda ea, quæ administratio religiosa deposcit. Habeatur interim quatum potest & quo modo potest pauperù cura, sed qui tamen inconcussa fide stantes gregè Christi non reliquerunt; ut his ad tolerandam penuriam sumptus per vestram diligentiam suggeratur, ne quod circa fidem tempestas non fecit, circa laborantes necessitas faciat. Confessoribus etiam gloriosis impertiat cura propensior. Et quanquam sciam plurimos ex his fratrum voto & dilectione susceptos, tamen si qui sunt, qui uel vestitu, vel sumptu indigeant, sicut etiam pridem vobis scripseram, cum adhuc essent in carcere constituti, subministrant eis quæcunque sunt necessaria; modo ut sciant ex vobis & instruantur & discant, quia secundum scripturarum magisterium Ecclesiastica disciplina deposcat; humiles & modestos & quietos esse debere, ut honorem sui nominis seruent, ut qui gloriosi voce fuerint, sint & moribus gloriosi: faciant se dignos, ut in omnibus Dominum promerentes, ad cœlestem coronam laudis suæ consummatione perueniant; plus enim superest, quam quod transactum videtur, cum scriptum sit: Ante mortem ne laudes hominem quenquam. Et iterum: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et Dominus quoque dicat: Qui tolerauerit vsque ad finem, hic saluabitur. Imitentur Dominum, qui sub ipso tempore passionis non super-

\*fidentes.

Eccles. 11.

Apost. 2.

Mat. 10.

super-

superior, sed humilior fuit. Tunc enim Apostolorum suorum pedes lauit dicens: Si ego laui pedes vestros magister & Dominus, & vos debetis aliorum pedes lauare. Exemplum enim dedi vobis, ut sicut ego feci, & vos faciatis aliis. Item Pauli Apostoli documenta sectentur; qui post carcerem sæpe repetitum, post flagella, post bestias, circa omnia mitis & humilis perseueravit, nec post tertium cœlum & paradisum quidquam sibi insolenter assumpsit, dicens: Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Hæc singula oro vos infirmate fratribus nostris. Et quia is exaltabitur, qui se humiliauerit; nunc est ut magis insidiantem aduersarium metuant, qui fortiolem quemque magis aggreditur, & acrior factus hoc ipso quod victus est, superantem superare conatur. Dominus faciat, ut & ego iterum illos mature videre & salutari exhortatione componere mētes eorum ad seruandam gloriam suam possim. Doleo enim quando audio quosdam improbe & insolenter discurrere ad ineptias, vel ad discordias vacare; Christi membra & iam Christum confessa, per concubitus illicitos inquinare; nec à diaconis aut presbyteris regi posse, sed id agere, ut per paucorum prauios, & malos mores, multorum & bonorum confessorum gloria honesta maculetur: quos vereri debent, ne ipsorum testimonio & iudicio condemnati, ab eorum societate priuentur. Is enim demum confessor illustris & verus est, de quo postmodum non erubescit Ecclesia, sed gloriatur. Ad id vero quod scripserunt mihi compresbyteri nostri Donatus & Fortunatus, Nouatus & Gordius, solus rescribere nihil potui; quando à primordio episcopatus mei statuerim, nihil sine consilio vestro, & sine consensu plebis meæ, priuata sententia gerere. sed cum ad vos per Dei gratiam venero, tunc de iis quæ vel gesta sunt, vel gerenda, sicut honor mutuus poscit, in cõmune tractabimus. Opto vos fratres charissimi ac desideratissimi semper bene valete, & mei meminisse: fraternitatè quæ vobiscum est, multum à me salutari: & ut nostri meminere admonete. Valete.

## ADNOTATIONES IN Epistolam VI.

1. Optaueram quidem fratres carissimi, ut vniuersum Clerum] *καλοῦς* Grace fors Latine dicitur (inquit, D. Hieronymus ad Neporianum) propterea ergo vocantur Clerici vel quia de sorte domini sunt, vel quia ipse Dominus fors id est pars Clericorum est.

2. hunc quoque addidit nostris doloribus cumulum] *Sic Manutius Ms. cod. duo. ac vetus excussus. Ceteri cum Morelio hinc] male.*

3. quos & in fide & in virtute] *Ita Manut. omittes vocem constantia, quam Morelius & alij hic adiungunt hoc pacto; quos in constantia, & fidei virtute] Certe Afflig. & alij duo cod. illam etiam prætermittunt.*

4. Et quanquam causa compelleret.] *Hic obiter secessus sui causam indicat, pacem nempe ac salutem omnium subditorum quod expressus dicit Epistola xxxv. ne presentia (inquit) nostri inuidiam & violentiam gentilium promouet, & simul auctores rumpenda pacis, qui magis quieti omnium consulere debemus. Porro rectius legunt hoc loco limatè. Manut. ac Morelius, quam ceteri Ms. & excussus delimitare, præsertim quum infra epistola xxxvij. voce prior utatur Cyprianus, & alibi frequenter. Illud vero omnium nostrum] è codice Afflig. substitutum, pro eo quod omnes excussus habebant: nostro-*

5. à Tertullo fratre nostro carissimo] *Tertulli huius sit mentio etiam infra Epistola xxxvij. è qua satis constat, fuisse illum è præcipuis Carthaginensium presbyteris unum, quippe qui omnium eorum qua Carthagini fiebant certiores reddere soleret D. Cyprianum. fuisse autem postea ad Episcopatum promotum, satis constat ex Epistola ad Pomponium, quam scripsit Cyprianus, Victor, Sedulius, ac Tertullus, cum presbyteris qui presentes aderant.*

6. nec me in conspectum publicum & maxime eius loci] *Prius habebatur duntaxat: nec me iis locis. addita sunt cetera à Manutio ac Morelio è Ms. codicibus. Porro de flagitatione ista, infra Epistola xv.*

7. sed qui tamen inconcussa fide stantes] *simile illud Epistole precedentis, ijs qui pauperes & indigentes laborant, & tamen in Domino perseuerant. Vult autem eos præferri pauperes, si opum non sit tanta largitas ut omnibus subueniatur, qui in fide constantes perseuerant. Ita D. Hieronymus qui. q. 1. ad Hebræos: hæc dicimus non quod in pauperes Iudeos siue gentiles & omnino cuiuslibet gètis pauperes prohibeamus faciendam eleemosinam; sed quod Christianos & credentes pauperes incredulis præferamus, & inter ipsos Christianos sit multa diuersitas, utrum peccator, an sanctus sit. Vnde & Apostolus passim in omnes misericordiam probans, inserit (Gal. 6.) maxime in domesticos fidei, domesticus fidei est qui eadem tibi religione coniungitur; quem à consorcio fraternitatis peccata non separant, &c.*

8. sicut etiam pridem vobis scripseram] *Notat epistolam precedentem, vbi iisdem pene verbis: siue qui (inquit) gloriosa voce Dominum confessi in carcere sunt constituti, &c.*

9. modo ut sciant ex vobis & instruantur, & discant quia] *Sic hunc locum antea vix intellectum restituumus, partim ex Manutio, partim ex Afflig. codice. antea enim ita legebatur. ut sciant ex nobis & instruantur & discant quid.*

10. cum scriptum sit: Ante mortem ne laudes] *Ecclesiastici libri testimonio vitium tanquam scriptura*

B iij



Canonica, non hic modo sed & infra Epistola lxxvi. & ca. primo libr. 2. Testimoniorum contra Iud. ubi latius de huius libri auctoritate Canonica, ad quos libros etiam de Apocalypsis auctoritate tractatum differimus, è qua hic quoque testimonium adfert.

11. Item Pauli Apostoli documenta secentur] Ita locum hunc restituendum censemus ex Manutij lectione qui habet: secentur, & priori lectione qua erat restentur; ni forte malit quis illud Manut. retinere ac prius paulo legere: imitemur, uti habet cod. Assig.

12. vt & ego iterum illos mature videre] sic Manut. nec dissimiliter Morelius, præterquam quod omittit vocem iterum] Consentit & Assig. cod. præterquam quod pro, mature legit martyres, minus recte.

13. & salutari exhortatione componere mentes] Nos hanc lectionem vulgatam cum Morelio retinimus. Manut. habet & salutare & exhortatione, & c. Assig. & salutare, exercitare, & componere. Paulo post Manutij lectio magis placet: & iam, quam vulgata: etiam similia habet Epistola sequ. ad Rogatianum.

14. nec à Diaconis aut presbyteris regi posse] hinc non obscure colligitur viguisse adhuc Carthaginæ aetate auctoris prerogatiuam illam Presbyterorum & Diaconorum primitiua Ecclesia, qua communi totius Presbyterij, id est, Presbyterorum & Diaconorum collegij consilio, administrabantur omnia ab Episcopis. Huc pertinet illud D. Ignatij ad Trallianos: Necessarium est vos nihil præter Episcopum facere, neque aliquid agere. Sed & Presbyteris subditi estote, ut Apostolis Iesu Christi spei nostre, in qua perseverantes in ipso inueniamur. Oportet autem & Diaconis qui sunt in ministerium Iesu Christi omni modo placere, non enim cibi & potus sunt ministri, sed ministri Ecclesie Dei. Item illud eiusdem ad Magnesianos: Unanimes in Deo omnia facere festinetis, assidente Episcopo in loco Dei, & Presbyteris in loco consistorij Apostolorum, & Diaconis dulcissimis mihi, quibus creditum est ministerium Iesu Christi. Quæ sumptisse videtur ex Apostolicis consiliis, quæ hodie extant Clementis Romani ubi libr. 1. cap. 32. ad verbum fere eadem reperire est, nam & Presbyteros consiliarios Episcoporum nuncupat & senatum ac consessum Ecclesie. Hodie vero in sola Romana Ecclesia hac dignitas penes presbyteros & Diaconos remansit.

15. Donatus, & Fortunatus, Nouarus, & Gordius] Manut. & Morelius Fortunati nomen hic adiecerunt, quod desideratur & in excusis aliis, & in Assig. codi. qui Gordius legit, ceteri Curdius. Sic paulo post pro eo quod est: sine consensu plebis, mea priuata sententia] quod habet Morelius, ac nobis maxime placet, vulgo legitur priuatim. Manut. plebis meæ legit.

16. Opto vos carissimij] Hoc à Manutio ac Morelio adiectum est, in cæteris excusis & Assig. cod. desideratur.

## AD ROGATIANVM ET cæteros confessores de obseruan- da disciplina.

### EPISTOLA VII.

ARG. Rogatianum & cæteros confessores exhortatur ad disciplinam obseruandam, ne qui Christum voce confessi fuerant operi-

bus abnegare viderentur: obiter increpans quosdam eorum, qui extorres facti ob fidem, in patriam tamen iniussu reuerti non verebantur, atque hoc est quod Cyprianus infra dicit Epistola xxv. Extorribus quando oportuit obiurgationem non defuisse: nam in secessu scriptam hanc epistolam patet.

CYPRIANVS<sup>1</sup> ROGATIANO presbytero & cæteris confessoribus fratribus salutem.

**H**T iam pridem vobis fratres charissimissimi ac fortissimi literas miseram, quibus fidei & virtuti vestre verbis exultantibus, congratularer; & nunc non aliud in primis vox nostra complectitur, quam vt læto animo frequenter ac semper gloriam vestri nominis prædicemus. quid enim vel maius in votis meis potest esse, vel melius, quam cum video confessionis vestre honore illuminatum gregem Christi? nam cum gaudere in hoc omnes fratres oportet, tum in gaudio communi maior est episcopi portio. Ecclesie enim gloria, præpositi gloria est. Quantum dolemus ex illis, quos tempestat inimica prostrauit, tantum lætamur ex vobis, quos diabolus superare non potuit. Hortamur tamen per communem fidem, per pectoris nostri veram circa vos & simplicem caritatem, vt qui aduersarium prima hac cõgrefsiõne vicistis, gloriam vestram forti & perseveranti virtute teneatis. Adhuc in sæculo fumus, adhuc in acie constituti, de vita nostra quotidie dimicamus; danda opera est, vt post hæc initia ad incrementa quoque veniatur, & consummetur in vobis, quod iam rudimentis felicibus esse cõcepistis. Parum est adipisci aliquid potuisse, plus est quod adeptus es posse seruare. sicut & fides ipsa & natiuitas salutaris non accepta, sed custodita viuificat. Nec statim consecutio, sed consummatio hominem Deo seruat. Dominus hoc magisterio suo docuit dicens: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Puta hoc illum & confessori suo dicere: Ecce confessor factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Salomon deniq; & Saul, & cæteri multi quamdiu in viis Domini ambulauerunt, datam sibi gratiam tenere potuerunt: recedente ab iis disciplina dominica, recessit & gratia. Perseuerandum nobis est in arcto & in angusto itinere laudis & gloriæ: & cum quibus

quies & humilitas, & bonorum morum tranquillitas Christianis omnibus congruat, secundum Domini vocem, qui neminem alium respicit, nisi humilem & quietum, & tremetum sermones suos; tum magis hoc obseruare & implere confessoribus oportet, qui exëplum facti estis cæteris fratribus, ad quorum mores omnium vita & actus debeat prouocari. Nam sicut Iudei à deo alienati sunt propter quos nomen Dei blasphematur in gentibus: ita contra Deo chari sunt, per quorum disciplinam nomen Domini laudabili testimonio prædicatur; sicut scriptum est Domino præmonente & dicente: Luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & clarificent patrem vestrum qui in cælis est. Et Paulus Apostolus dicit: Luceat sicut luminaria in mundo. Et Petrus similiter hortatur: Sicut hospites, inquit, & peregrini abstinete vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, conuersationem habentes inter gentes bonam, vt dum detrectent de vobis, quasi de malignis, bona opera vestra aspicientes magnificent Dominum. Quod quidem maxima pars vestrum cum meo gaudio curat & confessionis ipsius honore melior facta, tranquillitas & bonis moribus gloriam suam custodit & seruat; sed quosdam audio inficere numerum vestrum, & laudatione destruere: quos etiam vos ipsi, vt pote amatores, & conseruatores laudis vestre, obiurgare & comprimere & emendare debetis. Cum quanto enim nominis vestri pudore delinquitur, quando alius aliquis temulentus & lasciuiens demoratur: alius in eam patriam, vnde extorris factus est regreditur, vt deprehensus non iam quasi Christianus, sed quasi nocens pereat: Inflari aliquos, & tumere audio; cum scriptum sit: Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis ductus est, & sicut agnus coram tendente sine voce, sic non aperuit os suum. Non sum inquit, contumax, neque contradico. Dorsum meum posui ad flagella & maxillas meas ad palmas. Faciem autem meam non auerti à fœditate sputorum. Et quicquam per ipsum nunc, atque in ipso viuens, extollere se audeat & superbiere, imme-

mor & factorum quæ ille gessit, & mandatorum quæ nobis vel per se, vel per Apostolos suos tradidit. Quod si non est maior domino suo seruus; qui Dominum sequuntur humiles & quieti, & taciturni vestigia eius imitentur. Quanto quique inferior fuerit, sublimior fiat dicente Domino: Qui minimus fuerit in vobis, hic erit magnus. Quid deinde illud? quam vobis execrandum debet videri, quod cum summo animi nostri gemitu & dolore cognouimus? Non deesse, qui Dei templa, & post cõfessionem sanctificata; & illustrata prius mēbra turpi & infami concubitu suo maculent, cubilia cum feminis promiscua iungentes; quando & si stuprum conscientie eorum desit, hoc ipsum grande crimen est, quod illorum scandalo in aliorum ruinas exempla nascantur. Contentiones quoque & amulationes inter vos nullas esse oportet, cum pacem suam nobis dimiserit Dominus, & scriptum sit: Diliges proximum tuum tanquam te. Si autem mordetis & inculatis inuicem, videte ne consumamini ab inuicem. Conuiciis etiam & maledictis quæso vos abstinete: quia neque maledici regnum Dei consequuntur; & lingua, quæ Christum confessa est, incolumis & pura cum suo honore seruanda est. Nam qui pacifica, & bona, & iusta secundum præceptum Christi loquitur, Christum quotidie confitetur. Sæculo renunciaueramus cum baptizati sumus; sed nunc verè renunciauimus sæculo, quando tentati, & probati à Deo, nostra omnia relinquentes, Dominum secuti sumus & fide ac timore eius stamus & viuimus. Corroboremus nos exhortationibus mutuis & magis ac magis proficiamus in Domino; vt cū pro sua misericordia pacem fecerit, quam se facturum repromittit, noui & pæne mutati ad Ecclesiam reuertamur; & excipiant nos siue fratres nostri, siue gentiles, circa omnia correctos, atque in melius reformatos; & qui admirati fuerant prius in virtutibus gloriam, nunc admirentur in moribus disciplinam. Opto vos fratres charissimij semper bene valere.

## AD NOTATIONES IN epistolam VII.

ROGATIANO PRESBYTERO] frequens Rogatiani senioris huius apud Cyprianum sit mentio, satis autem patet ex Epistolis xxvij. & xl. fuisse illum præfatum reliquo Clero, ac veluti vicarium absentis Cypriani, quippe apud quem quantitatem propriam reliquerit (vt ver-

Iste vlt.

Mat. 5.

Philip. 2.

1. Pet. 2.

Ioan. 13. 15

Gal. 5.

1. Cor. 6.

Ioan. 5.

Rom. 11.

Esa. 53.

Esa. 50.



bis eius utar in pauperes & peregrinos erogandam, & cuius diligentiam in administratione ecclesiastica mirum in modum commendat. Porro Martyrii eius pro nomine Christi, eo tempore quo sub finem vite Cyprianus in exilium missus est, fit mentio infra Epistola lxxxii. ad Rogatianum iuniorum. Celebratur hoc Rogatiani & Felicissimi Martyrium in ecclesia, ad 7. Calendas Nouembrii; uti ex Bedæ martyrologio patet, qui ipsa eius Epistola verba allegat.

2. Et iam pridem vobis &c. literas miseram] Quæ sint hæc literæ non satis constat. Ego quidem prima facie (quod aiunt) existimabam esse illas ad Martyres & confessores quæ hanc secundo loco subsequuntur, præsertim cum congratulatio quam exultantibus verbis se in illis fecisse hic dicit, videtur verbis illis comprehendi: Exultate Latius & gratulor fortissimi ac beatissimi fratres, cognita fide & virtute vestra. Verum obstat verba illa quæ max. ibi subiungit: gloriosa & nuper quidem cum confessione perstante suscepta poena est, quæ confessores Christi fecit extorres; unde patet illas postea conscriptas. Persuasum itaque habeo desiderari illas quarum hic mentionem facit, esse vero eas quarum epistola dicta xv. meminit, in quibus confessoribus adhortatio non desuit.

3. Congratularer] Miror cur vulgatam lectionem congratularer non sequuti sunt Manut. ac Morelius, cum reperitur etiã in Ms. & excusis veteribus, pro eo autem quod est non aliud] Camb. codex legit: quid aliud, haud male.

4. quod adeptus es posse seruari] Ita rectè Manut. Morelius & ante illos Costerius, & Camb. ac Afflig. Ms. codices, pro eo quod erat: adeptum est.

5. Dominus hoc magisterio suo] Desiderabatur in Erasmi editionibus omnibus particula: suo: idque ex errato codice Rembolii quantum suspicor. Nam uetus excusis & Ms. codices id habent, & secundum illorum fidem adiecta est à Grauiio, Morelio & Manutio.

6. qui neminem aliũ respicit, nisi humilem & quietum] Alludit ad locum Isa. ult. secutus 7c. qui habet τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχον id est humilem & quietũ sine taciturnum ut ipse infra interpretatur, pro eo quod editio nostra ex Hebræo: Pauperculum & contritum corde, eisdem verbis citat eandem scripturam infra epistola 18.

7. tum magis] Codex Affliginensis sic legit, optime, pro eo quod erat: tamen. Morelius vero & Camb. tunc.

8. Lucete sicut luminaria] Locus est Philip. 2. vox græca φαίνεσθε ambigua est ad imperandi modum, quo hic Cyprianus utitur & Ambrosius in comment. & ad indicandi, qui vulgatus interpres.

9. sed quodam audio] similia habes Epistola tum precedenti tum sequenti, ita ut vel hinc appareat eodem fere tempore conscriptas. Meminit etiam infra eorundem vitiorum lib. de unitate Ecclesie.

10. alius in eam patriã unde extorris factus est regreditur &c. Pides expressis verbis in extorres obiurgationem tendere, alludit autem ad illud. 1. Petri 2. Quæ est enim gloria si peccantes & colaphizati suffertis, utpote significans, illos qui iniusti ab exilio reuersi essent, iam occidi, non ut Christianos, sed ut nocentes.

11. Inflati aliquos audio & tumere] Ni ita legerent veteres excusis & Ms. Afflig. codices, minus placeret hæc Manut. & Morelij lectio, quam vulgata: & non timere: certe hanc retinet Camb. codex.

12. Dominus noster sicut ouis ad victimam ductus est] hæc parim ex c. 53. parim ex 50. Esaiæ descripta sunt iuxta editionem 70.

13. & illustrata prius membra] Hoc Costerio & Afflig. cod. fateor me acceptum debere, pro quo Manut. & Morel. plus, non rectè, forte errore scripturæ qui facile contingere potest in tanta literarum assuitate. Similis est locus Epistola precedenti. Christi membra etiã Christum cõfessa per cõcubitus illicitos inquinari. Porro illustrata membra d. cere existimo baptizata, solè enim Dion. Areop. & alij veteres, baptismũ nuncupare illustrationis sacramentũ.

14. Si autem mordetis & inculatis inuicẽ] Diuersam hanc lectionem à textu græco qui hodie exstat reperire est etiam in Commentario qui Ambrosio inscribitur qui pro eo quod græce est ἡ κατεβίβετε id est comeditis, legit increpatio, Cyprianus vero hoc loco inculatis] Nec minus illud ab exemplaribus Græcis discordat, neque maledici regnum dei consequuntur] pro eo quod Græce est ἡ ἀνομιήσασιν.

15. Sæculo renunciaueramus cum baptizati sumus] Placet hæc Manut. & Morelij lectio quum consentiant Afflig. Dum. & March. Ms. & excusis veteres duo, ceteri: renunciauimus. Sic paulo post quoque rectè Manut. renunciauimus, pro eo quod alij habent renunciamus. Porro ex his locis consutari possit error eorum, qui renunciationem siue abrenunciationem qua in baptismo Diabolo renunciamus, nouitiam dicere non verentur; quum hic disertis verbis illius fiat mentio & rursus Epistola 54. & lib. de habitu Virg. Huc pertinet illud etiam Tertulliani de Corona militis: Aquam adituri, ibidem, sed & aliquãto prius in ecclesia, sub antistitis manu contestamur, nos renunciare diabolo & pompæ & Angelis eius, & illud lib. de spect. ubi contra pompam diaboli eirrare nos dicit. Eodem illud Dionys. Areopagite utraque vetustioris & græci: Deinde (inquit Eccles. Hier. c. 1.) occidentem versus conuersum manus illic obiectas habentem atque protendentem, insufflare illum: ter in Sathanã inbet, insuper & τὸ ἄσποτοταχὺς (id est quæ sunt abrenunciationis) profiteri, eique ter abrenunciationis solennibus verbis propositis, cum tories illud conceptis verbis pronunciauit, ad orientem transfert &c. Quum etiam in paruulorum baptismo obseruatum, eiusdem libri cap. ult. docet. Ipsam etiam abrenunciationis formulam etiamnum vstratem, reperire est in constitutionibus Apostolicis Clementis li. 7. c. 4. Hanc nempe, Abrenuntio Sathane & operibus eius, pompis, cultui, Angelis, & Machinationibus eius. Neque vero est quod obiciat quis vocis: abrenuntio, barbariem. Et si enim nõ diffitear apud Ethnicos scriptores classici Abrenuntiationis mentionem nusquam fieri, certe eo nomine vitur Ambrosius in 2. ca. ad Colos. & de Sacram. cap. 2. Renuntiationis autem nomen (quo utantur Tertull. D. D. Cyprianus, Hieronim. Ambr. alibi, & Augustinus) Quintiliano lib. 10. in eadem significatione vstratum est: quæ vox ἀποτοταχέου Basilii lib. de sp̄s. Cyrillo in Cathedibus, & dictis. Dionysio & Clemeti Romano, nempe pro extremũ maledicere. Mutuati autem mihi videntur hanc locutionis formulam Græci tum Latini Patres, non ex formulis Iuuecon-sultorum, ut existimant quidam, sed potius ex illo Luca decimoquarto, c. 8. ὅς οὐκ ἀποτάσσεται πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ ὑπὸ πτεροῦσιν, quod transulit uetus interpres: omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ possidet.

AD CLERVM ET PLEBEM de deprecando Deo pro peccatis.

EPISTOLA VIII.

ARG. Eiusdem pene est argumenti cum duabus precedentibus, præterquam quod hic ad preces exhortetur assiduas.

CYPRIANVS PRESBYTERIS & Diaconibus fratribus salutem.

Epist. 4. Lib. 4.

Vanquamscîã fratres charissimi, pro timore, quẽ singuli debemus Deo, vos quoq; illic assiduis orationibus & enixis precibus instantèr incubere, admoneo tamẽ etiam ipse religiosam sollicitudinem vestram, vt ad placandũ atque exorandum Dominum non voce sola, sed & ieiuniis, & lachrymis, & omni genere deprecationis ingemiscamus. Intelligendũ est enim & confitendum, pressurã istius tam turbidam vastitatem, quæ gregem nostrũ maxima ex parte populata est, & adhuc vsque populatur secundum peccata nostra venisse, dum viam Dõmini non tenemus, nec data nobis ad salutem cœlestia madata seruamus. Fecit Dominus noster voluntatem patris, & nos non facimus Domini voluntatem; patrimonio & lucro studentes, superbiam sectantes, æmulationi & dissentioni vacantes, simplicitatis & fidei negligentes, sæculo verbis solis & non factis, renunciantes, vnusquisque sibi placentes, & omnibus displicentes. Vapulamus itaque vt meremur, cum scriptum sit: Seruus autem ille qui cognoscit voluntatem Domini sui, & non paruerit voluntati eius, vapulabit multis. Quas autem plagas, quæ verbera non meremur; quando nec confessores qui exẽplo ceteris ad bonos mores esse debuerant, teneant disciplinã? Itaque dum quosdam insolenter extollit confessionis suæ tumida & inuerecunda iactatio; tormenta uenerunt, & tormenta sine fine tortoris, sine exitu damnationis, sine solatio mortis, tormenta quæ ad coronam non facillè dimittant, sed tandiu torqueant, quandiu deiiciant; nisi si aliquis diuina dignatione substractus inter ipsa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam non termino supplicij, sed velocitate moriendi. Hæc patimur delicto & merito nostro, sicut præmonuit diuina censura, dicens: Si dereliquerint legẽ meam

Luce. 12.

Psal. 88.

& in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint, & præcepta mea non obseruauerint, visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Virgas igitur & flagella sentimus, qui Deo nec bonis factis placemus, nec pro peccatis satisfacimus. Rogemus de intimo corde & de tota mente misericordiam Dei, quia & ipse addidit dicens: Misericordiã autem meam non dispergam ab eis. Petamus & accipiemus: & si in accipiendo mora & tarditas fuerit, quoniam grauitèr offendimus, pulsemus; quia & pulsanti aperitur, si modo pulsent ostium preces, & gemitus, & lachrymæ nostræ, quibus insistere & immorari oportet, & si sit vnanimis oratio. Nam quod magis suauis & compulit, vt has ad vos litteras scriberem, scire debetis (sicut Dominus ostendere & reuelare dignatus est) dictum esse in visione: Petite & impetrabitis. Tunc deinde præceptum plebi assistenti, vt pro quibusdam personis designatis sibi peterent. In petendo autem fuisse dissonas voces, & dispares voluntates: & vehementer hoc displicuisse illi qui dixerat: Petite & impetrabitis, quod plebis inæqualitas discreparet, nec esset fratrum consensus vna & simplex & iuncta concordia, cum scriptum sit: Deus qui inhabitare facit vnanimis in domo. Et in actis Apostolorum legamus: Turba autem eorum qui crediderant, anima, ac mente vna agebant: & Dominus sua voce mandauerit, dicens: Hoc est mandatum meum, vt diligatis inuicem. Et iterum: Dico autem vobis, quoniam si duobus ex vobis conuenerit in terra, de omni re quamcunque petieritis, contingeret vobis à patre meo qui in cœlis est. Quod si duo vnanimis tantum possunt, quid si vnanimitas apud omnes esset? Quid si secundum pacem quam nobis Dominus dedit vnueris fratribus conueniret? Iam pridem de diuina misericordia impetrassemus quod petimus, nec tandiu in hoc salutis & fidei nostræ periculo fluctuaremus. Immo verò nec venissent fratribus hæc mala, si vnũ fraternitas fuisset animata. Nam & illud ostensum est, quod federet pater familias sedente sibi ad dexteram iuvene, qui iuuenis anxius & cum quadam indignatione subtristis, maxillam manu tenens, mæsto vultu sedebat. Alius verò in sinistra parte consistens rete portabat, quod se mittere, vt circumstantem po-

Ioan. 16.

Psal. 67.

Act. 4.

Ioan. 15.

Mat. 18.



pulum caperet, minabatur: & cum minaretur, quid hoc esset, ille qui vidit, dictum est ei: Iuuenem qui ad dexteram sic federet, contristari & dolere quod præcepta sua nõ obseruarentur: illum verò in sinistra exultare, quod sibi daretur occasio vt à patrefamiliaris potestatem sumeret sciendi. Hoc prius longe ostensum est, quam tempestas vastitatis huius oriretur. Et videmus impletum quod fuerat ostensum; vt dum Domini præcepta contemnimus, dum datæ legis mandata salutaria non tenemus, facultatem nocendi inimicis acciperet, minus armatos, & ad repugnandum minus cautos iactu retis operiret. Oremus instanter, & assiduis precibus ingemiscamus.<sup>2</sup> Nam & hoc nobis non olim per visionem fratres charissimi exprobratum sciatis, quod dormitemus in precibus, nec vigilanter oremus; & Deus vtique qui quem corripit, diligit, quando corripit, ad hoc corripit vt emendat, ad hoc emendat vt seruet. Excusamus itaque & abrumpamus somniuncula, & instanter ac vigilanter oremus: sicut Paulus Apostolus præcipit dicens: Instare orationi vigilantes in ea. Nam & apostoli orare diebus ac noctibus non destiterunt, & Dominus quoque ipse disciplinæ magister & exempli nostri via, frequenter & vigilanter orauit, sicut in Euangelio legimus: Exiit in montem orare, & fuit pernoctans in oratione Dei; & vtique quod orabat, orabat ille pro nobis, cum peccator ipse non esset, sed nostra peccata portaret. A deo autem pro nobis ille deprecabatur, vt legamus alio loco: Dixit autem Dominus ad Petrum: <sup>10</sup> Ecce Satanas postulauit vt vos vexaret quo modo triticum, ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua. Quod si pro nobis ac pro delictis nostris ille<sup>11</sup> & laborat, & vigilat, & precatur, quanto nos magis insistere precibus & orare, & primo ipsum Dominum rogare, tum deinde per ipsum Deo patri satisfacere debemus? Habemus aduocatum & deprecatorum pro peccatis nostris Iesum Christum dominum & Deum nostrum, si modò nos in præteritum peccasse poeniteat; & confidentes atque intelligentes delicta nostra, quibus nunc Dominum offendimus, vel de cætero nos ambulare in viis eius, & præcepta eius metuere spondeamus. Pater nos & corrigit & tuetur, stantes tamen in fide & in pressuris atque in angustiis, <sup>12</sup> &

Coloss. 4.

Luc. 6.

Luc. 22.

Christo eius firmiter adherentes, sicut scriptum est: Quis nos separabit à dilectione Christi? pressura, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Nihil horum potest separare credentes, nihil potest auellerè corpori eius & sanguini coherentes. Persecutio ista examinatio est atque <sup>13</sup> exploratio pectoris nostri: excuti nos Deus voluit & probari sicut suos semper probauit: nec tamen in probationibus eius aliquando auxilium credentibus defuit. Denique ad minimum famulum suum, & in delictis licet plurimis constitutum, & dignatione eius indignum: tamen ille pro sua circa nos bonitate mandare dignatus est: Dic illi, inquit, securus sit, quia pax ventura est. Sed quod interim mola est, supersunt adhuc aliqui qui probentur. Sed & de victu parco, & sobrius potu, diuinis dignationibus admonemur; scilicet ne vigore cælesti sublimè iam peccus illecebra secularis eneruet, vel ne largioribus epulis mens grauata minus ad preces orationis cui gilet. Dissimulare hæc singula & <sup>14</sup> apud conscientiam meam solus occultare non debui, quibus vnusquisque vestrum & instrui & regi possit. <sup>15</sup> Nec ipsi vtique apud vos hanc epistolam teneatis occultam, sed legendam fratribus suggeratis. Intercipere enim quibus nos Dominus admonere & instruere dignatur, eius est qui admoneri & instrui fratrem suum nolit. Probari nos à Domino nostro sciunt, nec à fide qua in eum semel credidimus, præsentis pressuræ conflictatione deficiant. Delicta sua singuli recognoscentes, vel modo conuersationem veteris hominis exponant. <sup>16</sup> Nemo enim retro attendens, & superponens manum suam super aratrum, aptus est regno Dei. Denique vxor Lot, quæ liberata contra præceptum retro respexit, quod euaserat perdidit. Attédamus non posteriora, quo diabolus reuocat, sed priora, quo Christus vocat. Oculos erigamus ad cælum, ne oblectamentis & illecebris nos suis terra decipiat. Vnusquisque oret Deum non pro se tantum, sed pro omnibus fratribus, sicut Dominus orare nos docuit, vbi non singulis priuatam precem mandauit, sed oratione communi & concordia prece <sup>17</sup> pro omnibus iussit orare. Si nos Dominus humiles & quietos, si nobis inuicem copulatos, si circa iram suam timidos, si præsentibus tribulatione correctos emendatof-

Rom. 8.

Luc. 9.

Gen. 9.

Mat. 6.

que

que conspexerit, tutos ab inimici infestationibus exhibebit. præcessit disciplina, sequetur & venia. nos tantum sine cessatione poscendi, & cum fide accipiendi simplices & vnanimis Dominum deprecemur, cum gemitu pariter & fletu deprecantes; sicut deprecari oportet eos, qui sint positi inter plangentium ruinas, & timentium reliquias, inter numerosam languentium stragem, & exiguam stantium paucitatem. Rogemus pacem maturius reddi, cito latebris nostris & periculis subueniri; <sup>18</sup> impleri quæ famulis suis Dominus dignatur ostendere, redintegrationem Ecclesiæ suæ, securitatem salutis nostræ, post pluuias serenitatè, post tenebras lucem, post procillas & turbines placidam lenitatem. Pia paternæ dilectionis auxilia, diuinæ Maiestatis solita magnalia, quibus & persequentium blasphemiam retundatur, & lapsorum poenitentia reformetur, & fortis & stabilis persecutorum fiducia gloriatur. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam. VIII.

1. Huius Epistola disertis verbis fit etiam mentio epistola xv. nec vnuerse fraternitati ad deprecandam Dei misericordiam allocutio & persuasio nostra defuit. Atque adeo videtur mihi hæc esse inscriptio Germana CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS ET PLEBI VNIVERSAE FRATRIBVS SALVTEM &c. mutare tamen non sum ausus, quod illius lectionis nullum existat vestigiū in veteris codicibus. D. August. lib. 4. de baptis. contra Donatistas, c. 2. citat hanc epistolam titulo eodem quem prefiximus.
2. Quamquam sciam] Ita rectè Manu. Camb. codex & verus excusus, ceteri omnes secuti exemplar Rembolt. vitiosum: sentiam.
3. Admoneo tamen etiam ipse] Hæc postrema duæ voces adiectæ sunt à Grauius. Manu. & Morelio, consentit Camb. cod.
4. inuerecunda iactatio.] Camb. cod. iactantia; verum magis placet vulgata lectio. Vtitur enim eadem voce supra epistola 2. Odiosa iactatio.
5. Tormenta venerunt, & tormenta sine fine tormentis] Hinc patet quo tempore scripta sit hæc epi. Neque postquam tormenta venerunt, quomodo etiam epistola sequens. Atque particula: si, omittit Camb. cod. vbi legitur: nisi si, nos eam retinimus eo quod sit phrasis Cypriani.
6. nec pro peccatis satisfacim] Pulcher de satisfactione locus tū hic in Epistole exordio, tū epist. sequenti.
7. Petamus & accipiemus] Alludit ad locū Ioan. 16. Petite & accipietis, &c. Orationē vnanimē commendans multis verbis ad finē pene epistola vsque. Pro eo autē quod habet Manu. & duo veteres: accipiēdi] malim retinere quod in excusis ceteris habebatur: in accipiēdo]
8. Sicut dominus ostēdere & reuelare dignatur

est] Ita Ms. et excusis omnes excepto Manu. qui habet: dignatur, minus rectè. Quā autē per reuelationes siue visiones quatuor suos ad preces hortetur; non sunt audiēdi qui fabularum loco omnes visiones existimant. Certe & alias visiones nocturnas commemorat tum alibi, tum Epistola xxxiij. de Celerino. Epist. xl. & liij.

9. Nā & hoc nobis non olim] Hanc veterū excusis dārum codicum lectionem restituerunt Manu. & Morelius, pro quo Erasmi editiones omnes: iam olim] cui tamen consentit Camb. codex.

10. Ecce Satanas postulauit, vt vos vexaret] Significatius noster interpret ista verit. Ecce Satanas expetit vos, vt cribraret, ita enī Grace ἵνα ἔσθω ὑμῶν τὸ σινδύριον. Videt in itaque etiam hic vsus alio exemplari D. Cypriani.

11. Et laborat, & vigilat & precatur] Grauius legendū censet: & laborabat & vigilabat & precabatur] de paulo post variā lectionē adnotauit: precatorē, pro eo quod habetur: deprecatorē. Pulcherrimus locus p̄ tribus poenitentia partibus, cōritione, confessione & satisfactione.

12. Et Christo eius] Sic legidum censeo pro eo quod erat: licet Christo eius.

13. exploratio pectoris nostri] Ita Costerius pro eo quod erat: peccati nostri. Vetus vero excusus: corporis nostri. Paulo post particulam adhuc quæ desiderabatur, adiecerunt Manu. & Morel.

14. apud conscientiam meam] Phrasis Cyp. frequentissima sic alibi: conscientiam meam latere non debuit.

15. Nec ipsi vtique] Magis placet hæc vulgata lectio quam illa Camb. codicis & Manu. denique, eo quod paulo ante illa voce vsus sit auctor.

16. Nemo enim retro attendens & superponens manum suam ad aratrum, aptus est regno Dei] Videtur mihi hoc loco transpositio quæ Methasbesin vocant, nam præcedere debet illud: & superponens, & c. iuxta exemplaria tam Græca quam Latina. Expsit autem cōmode voces Græcæ ἐπιθεῖλον & ἐπέθελος, dum verit: superponens, & aptus.

17. orātes pro omnib' iussit orare] orātes, superfluum videtur, nec vero eam vocē habet Camb. codex.

18. impleri quæ] Ita restituere conati sunt hunc locū & Manu. & Morelius, Grauius vero hoc pacto: iam plerisque, quomodo etiam vetus excusus, neutrum displicet, antea corrupte habebatur: in plerisque.

### AD MARTYRES ET CONFESORES de Mappalico.

#### EPISTOLA IX.

ARG. Martyres Africae Cyprianus miris modis à constantia commendans, inuitat ad perseuerantiam, exemplo Mappalici eorum collegæ.

CYPRIANVS ? MARTYRIBUS & cōfessoribus Iesu Christi Domini nostri in Deo patre perpetuam.

C



Li. 2. ep. 6.



**E**XULTO lætus & gratulor fortissimi ac beatissimi fratres cognita fide ac virtute vestra, in quibus mater Ecclesia gloriatur, gloria & nuper quidem, cum confessione perstante suscepta poena est, quæ confessores Christi fecit extorres; confessio tamen præfens, quanto in passione fortior, tanto clarior & maior in honore est. Creuit pugna, creuit & pugnantium gloria. Nec retardati estis ab acie tormentorum metu, sed ipsis tormentis magis estis ad aciem prouocati; fortes & stabiles ad maximi certaminis prælium prompta deuotione prodistis. Ex quibus quosdam iam comperi coronatos, quosdam vero ad coronam victoriæ proximis, vnuerfos autem, quos agmine glorioso carcer inclusit, pari ac simili calore virtutis ad gerendum certamen animatos, sicut esse oportet in diuinis castris milites Christi; vt incorruptam fidei firmitatem non blanditiæ decipiant, non minæ terreant, non cruciatus ac tormenta deuincant, quia maior est qui in nobis est, quam qui est in hoc mundo. Nec plus ad deiiciendum potest terrena poena, quam ad erigendum tutela diuina. Probata res est certamine fratrum glorioso, qui ad tormenta vincenda ceteris duces facti, exemplum virtutis ac fidei præbuerunt, congressi in acie, donec acies succumberet victa. Quibus ergo vos laudibus prædicem fortissimi fratres? robor pectoris vestri, & perseuerantiam fidei quo præconio vocis exornem? Tolerastis vsque ad consummationem gloriæ, durissimam quæstionem, nec cessistis suppliciiis, sed vobis potius supplicia cesserunt. Finem dolorum quem tormenta non dabant, coronæ dederunt. Laniena grauior ad hoc diu perseuefauit, non vt stantem fidem deiiceret, sed vt homines Dei ad Dominum vel ocuis mitteret. Vidit admirans præsentium multitudo caeleste certamen, certamen Dei, spirituale certamen prælium Christi; stetisse seruos eius voce libera, mente incorrupta, virtute diuina, telis quidem secularibus nudos, sed armis fidei credentes armatos. Stererunt torti torquentibus fortiores; & pulsantes ac laniantes vngulas, pulsata ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem superare non potuit sæuies diu plaga repetita, quamuis rupta compage viscerum, torquerentur in seruis Dei iam non membra sed vulnera. Fluebat sanguis,

1. Ioan. 4. Potentia.

qui incendium persecutionis extingueret, qui flamas & ignes gehennæ glorioso cutoire sopiret. O quale illud fuit spectaculum Domino, quam sublime, quam magnum, quam Dei oculis sacramento, ac deuotione militis eius acceptum, sicut scriptum est in psalmis Spiritu sancto loquente ad nos pariter & monente: Pretiosa est in conspectu Domini mors iustorum eius: pretiosa mors hæc est, quæ emit immortalitatem pretio sui sanguinis; quæ accepit coronam de consummatione virtutis. Quia lætus illic Christus fuit, quam libens in salibus feruis suis & pugnavit & vicit protector fidei, dans credentibus tantum, quantum se credit capere, qui sumit: certamini suo adfuit, præliatores atque assertores sui nominis crexit, corroborauit, animauit. Et qui pro nobis mortem semel vicit, semper vincit in nobis. Cum vos, inquit, tradiderint, nolite cogitare, quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Documentum rei præfens prælium præbuit. Vox plena Spiritu sancto de martyris ore prorupit, cum Mappalicus beatissimus inter cruciatus suos proconsuli diceret? Videbis cras agonem. Et quod ille cum virtutis ac fidei testimonio dixit, Dominus impleuit. Agon caelestis exhibitus, & Dei seruus in agonis promissi certamine coronatus est. Hic est agon quem propheta Esaias ante prædixit dicens: non pusillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat agonem. Et vt ostenderet quis hic agon futurus esset, addidit dicens: Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium, & uocabis nomen eius Emmanuel. hic est agon fidei nostræ qua cõgredimur, qua vincimus, qua coronamur. Hic est agon quem nobis ostendit beatus Apostolus Paulus, in quo oportet nos currere, & ad coronam gloriæ peruenire. Nescitis, inquit, quia qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, vnus tamen accipit palmam? Sic currite vt occupetis, Omnis enim qui agonizat in omnibus continens est, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant nos autem incorruptam. Item suum certamen ostendens, & hostiã se domini cito futurum esse promittens ait: Ego iam delibor, & tempus instat assumptionis meæ. Bonum agonem certavi, cursum perfeci, fidem

Psal. 115.

Mat. 10.

Ez. 7.

1. Cor. 9.

2. Tim. 4.

dem seruauit. Iam superest mihi corona iustitiæ, quam mihi reddet Dominus in illa die, ille iustus iudex: non solum autem mihi, sed & omnibus qui dilexerint aduentum eius. Hunc igitur agonem per Prophetas ante prædictum, per Dominum commissum, per Apostolos gestum, Mappalicus suo & collegarum suorum nomine proconsuli repromisit. nec sefellit in promisso suo vox fidelis; pugnam quam sponndit, exhibuit; & palmam, quam meruit, accepit. Istum nunc beatissimum martyrem & alios participes eiusdẽ confessionis, & comites in fide stabiles, in dolore patientes, in quæstione victores, vt ceteri quoque sectemini, & opto pariter, & exhortor; vt quos vinculum confessionis & hospitium carceris simul iunxit, iungat etiam consummatio virtutis, & coronam caelestis; vt lactymas matris Ecclesiæ, quæ plangit ruinas & funera plurimorum, vos vestra lætitia tergeatis; & ceterorum quoque stantium firmitatem vestri exempli prouocatione solidetis. Si vos acies vocauerit, si certaminis vestri dies venerit, militate fortiter, dimiccate constanter, scientes vos sub oculis præsentis Domini dimicare, confessione nominis eius ad ipsius gloriam peruenire: qui non sic est, vt seruos suos tantum spectet, sed & ipse luctatur in nobis, ipse cõgreditur, ipse in certamine agonis nostri & coronat pariter, & coronatur. Quod si ante diem certaminis vestri de indulgentia Domini pax superuenerit, vobis tamen manet voluntas integra, & conscientia gloriosa. Nec contristetur aliquis ex, vobis quasi illis minor qui ante vos tormenta perpeffi, victo, & calcato sæculo ad Dominum glorioso itinere venerunt: Dominus scrutator est renis, & cordis: arcana perspicit & intuetur occulta. Ad coronam Dei promendam sufficit ipsius testimonium solum, qui iudicaturus est. Ergo vtraque res fratres carissimi, sublimis est pariter & illustris. illa securior ad Dominum victoriæ consummatione properare: hæc lætior, accepto post gloriam commeatu, in Ecclesia laude flores. O beatam Ecclesiam nostram, quam sic honor diuinæ dignationis illuminat, quã temporibus nostris gloriosus martirum sanguis illustrat. Erat ante in operibus fratrum candida nunc facta est in martyrum cruore purpurea, Floribus eius nec lilia nec rosæ defunt. Certent nunc singuli ad vtriusque honoris amplissimam dignitatem. vt ac-

cipiant coronas vel de opere candidas, vel de passione purpureas. In caelestibus castris & pax & acies habent flores suos, quibus miles Christi ob gloriam coronetur. Opto vos fortissimi ac beatissimi fratres semper in domino bene valere, & nostri meminisse. Valete.

### ADNOTATIONES in Epistolam IX.

1. Huius Epistolæ mentionem facit Cyprianus disertis verbis Epistola ad Clerum Romanum quæ est infra xv. postea vero (inquit) quam tormenta venerunt, siue iam tortis fratribus, siue adhuc vt torquerentur inclisus, ad corroborandos & confortandos eos sermo noster penetravit. Nulli ergo dubium quin in secessu sit scripta. Imitatur autem tum hic tum in Epistolis aliis exhortatoris ad Martyres aut Confessores, Tertulliani librum ad Martyres.

2. Martyribus & confessoribus Martyrum nomen hodie duntaxat illis attribuitur qui mortem pro Christo perpeffi sunt. Olim vero potissimum etate Cypriani, etiam illis qui a confessione nominis Christi nulla tormentorum atrocitate abduci poterant; quos eleganter Tertullianus loco citato designatos martyres nuncupat; alibi etiam simpliciter martyres dicit. Confessorum nomen etiam hodie alio est in vsu quam olim, quippe quod attribuamus etiam illis qui nihil pro nomine Christi perpeffi, sed sola vitæ sanctitate Christum confessi sunt. Porro quibus sit illud olim attributum, non perinde constat. Rhenanus Synonymum esse existimat, cum martyre confessoris nomen. Ego vero si quid in re incerta diuinare licet, etiam distincta fuisse nomina existimo. Facit huc quod quum alibi ad confessores, alibi ad martyres scribat Cyprianus, hic & martyribus & confessoribus, Epistolam inscribat, & pluribus in locis de distinctis loquatur: quemadmodum epistola sequenti honorem martyrum.

Li. 3. ep. 15

Confessorum pudorem, & apertius Epistola ad Antonianum presbyterum (inquit) Moysæ tunc adhuc confessoris, nunc autem & martyris, & epistola 7. dum confessionem vocis a passione corporis distinguit. & 8. ubi confessionem distinguit a testimonio passionis. In Synodo quoque Carthaginiensi quæ est Tom. 2. quidam confessorum, alij martyrum titulo honorantur. Atqui ipse Cyprianus quid inter se differant non obscure subindicat verbis modo citatis ex Epistola xxi. dum scripsisse se dicit siue iam tortis fratribus, id est mea quidem sententia, martyribus, siue adhuc vt torquerentur inclisus id est confessoribus, ad vtriusque enim eo ordine hanc Epistolam inscribit. Confirmatur quod dico infra Epistolis xxx. & xxxvij. vt suo loco adnotauimus: Quamquam tamen interdum vtriusque nomen confundat. Exempli gratia dum Aurelium, Celerinum, & Numidicum, quamuis tormenta passos, confessores nuncupat.

3. Iesu Christi Domini nostri in Deo patre] Ita Manut. Peteres vero excessus duo: in Christo Domino nostro & in Deo patre, ceteri tam Ms. quam excessus omittunt illud: in Deo patre.

4. Exulto lætus & gratulor fortissimi ac beatissimi fratres] Vstratum Cypriano Martyrum elogium, alibi etiam fortissimos & fidelissimos nuncupat. Ter-

C ij



tulliam verò magis visitatum: benedicti.

5. gloriata & nuper quidem cum confessione perstante] Miror quod Morelius hic prætermiserit gloriata, ni forte imitatus sit veteres excusos, ceteri certe omnes id habent, & recte. Manutio verò illud acceptum debemus: perstante, pro eo quod erat: præstante, consentit etiam Camb. codex.

6. quāto in passione fortior, tanto clarior] Manutio, quidem Camb. codex habent: quantum & tantum, sed magis placet hæc vulgata & Morelij lectio.

7. ad maximi certaminis prælium] Sic Manutius, Morelius, Camb. codex & veteres excusos duo. Unde miror quis primus, precium substituerit, quod habent Erasmi omnes. Eiusdem farinae est illud quod Erasmus paulo post reposuit: qui præcelsi, pro eo quod habebant veteres excusos & M. omnes: qui est.

8. Finem dolorum] Magis placet hæc lectio quam reperi in veteribus excusis, quam vulgata: Finem doloribus; pro laniena, quod legit Manutio & Camb. codex; Morelius & ceteri excusos habent: quæstio. Sic etiam ubi Manutio & Camb. habent: admirans, Morelius & reliqui: admirata.

9. cæleste certamen, certamen dei, spiritale certamen, prælium Christi] Plus habet energia vulgata hæc lectio ex veteribus excusis quam ea quam reposuerit Manutio, aut Morelius: quorum ille cæleste.

10. certamen Dei, certamen spiritale, prælium Christi] Camb. autem codex hoc pacto: cæleste certamen Dei in spiritali prælio Christi, minus recte.

11. pulsantes & lanientes vngulas] Quale tormenti genus fuerint vngula, infra latius Tom. 2. de lapsis, ubi omnia fere tormentorum genera paucis enumerat.

12. Spiritu sancto loquente ad nos pariter & monente] Manutio, hæc lectionem, confirmat Cambrensis codex. Nam in Morelij & aliis editionibus, verba hic aliquot desiderantur. Paulo post pro eo quod vulgo legitur quæ emit immortalitatem &c. quæ accepit] Camb. codex habet: quæ eximit immortalitatem, & quæ accipi] non male: de meritis & premio virtutis, insignis locus.

13. dans credentibus tantum] præposuerunt particulam: Manutio & Morelius, sed non reperitur in nostris M. sensum reddit obscuriorem.

14. Mappalicus beatissimus] Fit Mappalici huius mentio infra Epistola xxi. & xxij. inter ceteros martyres quorum iam defunctorum nomine, non est veritas pacem lapsis dare Lucianus. Passus est cum collegis iuxta martyrologia Bedæ & Adonis & P'suardi. xv. Calendis Maias, quorum Ado, de martyrio illius & sociorum, huius Epistola verba quedam allegat.

15. quoniam Deus præstat agonem] Locus est Isaiæ 7. verum alia habuisse videtur exemplaria D. Cyprianus, quam aut D. Hieronymus, aut editio 70. quæ hodie extat, etiam apud D. Chrysostomum. D. Hieronymus verit: quia molesti estis et Deo meo septuaginta ἡμέρας ἡμέρας παρέρχεται ἄγωνα hoc est, & quæ ratione etiam domino exhibebis agonem? Cyprianus legisse videtur: ἡμέρας παρέρχεται ἄγωνα.

16. Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium] Etiam hic recedit ab editione 70. neque enim illi aliud habet quàm ἰσὺν ἢ παρθένος ἐν γάστρῳ ἡν ἄρῃ ἡν magis autem hæc locutio ad 70. accedit, quam retinet

Manutio, quàm illa Morelij & veterum excusorum concipiet quæ videtur superflua, & vtrō omittatur illud: in vtero, quid enim aliud, est in vtero accipere, quàm concipere: Ex eisdem restituendum iudicauimus: vocabis pro eo quod erat: vocabitis, ni malimus legere quod Camb. Cod. vocabitur.

17. ad coronam gloriæ] Manutio & Morelius pro hoc: gloriam coronam, verum illam lectionem retinent M. codices, ut accedat ad verba Apostoli. Porro recte emissa est à Manutio & Camb. cod. particula omnes. Neque enim eam habet Apostolus.

18. omnis enim qui agonizat] Sic vetus excusos: alij omnes: agonizatur, quod minus placet; explicatius noster interpres: qui in agone contendit. In Manutio codice librarij istud omisum erat.

19. Ego enim iam delibor] Retinere malimus hæc lectionem cum interprete Latino, & omnibus exemplaribus tam M. quàm excusis, quam quod Manutio. habet: libor; iterum autem à textu Græco qui hodie existat, variat diuus Cyprianus utpote qui ἐκὼν ἄφρονος id est assumptiois legit, pro eo quod nunc Græce est. ἐκὼν ἄφρονος Placet autem quod præ reliquis adiecit Manutio. ille iustus iudex, quo exprimitur articulus Græcus. Nec displicet illud, dilexerint, pro eo quod erat prius: dixerint.

20. Istum nunc beatissimum martyrem] Sic recte restitutus est hic locus à Manutio. Consentit Camb. cod. & Ado in Martyrologio. Qui autem fuerint collegæ Mappalici in congressione pro Christo, recenset Lucianus, ipse quoque vnus ex illis, Epistola ad Clerum infra xxij. saluta (inquit) Numeriam & Candidam quæ secundum Pauli præceptum, & ceterorum Martyrum quorum nomina subiicio, basi in peierario, Mappalici in quaestione (eadem voce vitur qua hic Cyprianus: in quaestione Victoris) Fortunonis in carcere. Pauli in quaestione, Fortunata, Victorini, Victoris, Hereni, Credula, Herena, Donati, firmi, Veni, Fructi, Iulia, Martialis, & Aristonis, q. Deo volente in carcere fame necati sunt &c. ex epistola quoque eadem & xxi. videtur illi etiam collegæ Saturninus.

21. quæ plangit ruinas] Recte sic Manutio & Camb. codex pro eo quod erat: plangat. Vbi verò est: tergeatis, Morelius Camb. codex & vetus excusos: tergeatis, utriusque Latine dicitur.

22. Quod si ante diem certaminis vestri] Aequiparat martyrio promptam ad martyrium voluntatem, etiamsi martyrium non sequatur. Similis locus est epistola ad Lucium Pontificem Romanum, quæ est infra lviij. Porro illud Nec contristeret] pro eo quod erat: ne, Morelio acceptum debemus, consentit etiam Camb. codex.

23. Dominus scrutator est renis & cordis: arcana perspicit] Magis placet hic Manutio, distinctio, quàm vulgata; ut præcedentis posterius sit expositio. Aludit autem ad Sap. 1. Superflue autem paulo post adiecta erat particula: nostrum, quam omisit Manutio. & consentit Camb. codex.

24. O beatam ecclesiam nostram] Hinc sumptum est Responsorium quoddam ecclesiasticum, è quo & ex Cambrensi codice satis patet vera lectio Manutio: floribus eius, pro eo quod prius erat: enim, corruptissimè.

25. vt accipiant coronas] Sic Morelius quam reli-

qui

qui rectius, in quibus: vt, desiderabatur. Illud autem: vel de opere candidas vel de passione purpureas. Manutio, debemus acceptum, consentit Camb. codex & antiquis, alius quem vidit Morel. Pro eo autem quod Manutio, habet & nos secuti sumus: miles coronetur, alij habebant: milites coronantur.

AD CLERVM DE PRESBYTERIS QUI TEMERE PACEM LAPSI DEDERANT, NECDUM SEDATA PERSECUTIONE, & CITRA CONSCIENTIAM EPISCOPORVM.

EPISTOLA X.

Argumentū huius Epistolæ habes infra in hæc verba epistola xv. Presbyteris (inquit) & Diaconibus non desuit sacerdotij vigor, vt quidā minus disciplinæ memores & temeraria festinatione præcipientes, qui cum lapsis communicare iam cæperant, comprimerentur.

CYPRIANVS PRESBYTERIS AC DIACONIBVS FRATRIBVS, S.

Ep. 3. ep. 14

**D**I V patientiam meam tenui fratres carissimi, quasi verecundum silentium nostrum proficeret ad quietē. Sed cum quorūdam immoderata & abrupta præsumptio temeritate sua & honorem martyrum, & confessorum pudorem, & plebis vniuersæ tranquillitatem turbare conetur; tacere ultra non oportet, ne ad periculum & plebis pariter & nostrum taciturnitas nimia procedat. Quod enim non periculum metuere debemus de offensa Domini; quando aliqui de presbyteris, nec Euangelij, nec loci sui memores, sed neque futurum Domini iudicium, neque nunç sibi præpositum episcopum cogitantes, quod nunquam omnino sub antecessoribus factum est, cum contumelia & contemptu præpositi totum sibi vindicent; atque vnam non prostrata fratrum nostrorum salute sibi omnia vindicarent. Contumelias episcopatus nostri dissimulare & ferre posse, sicut dissimulaui semper & pertuli, sed dissimulandi nunc locus non est; quando decipiatur fraternitas nostra à quibusdam vestrum, qui dum sine ratione restituendæ salutis plausibiles esse cupiunt, magis lapsis obstant. Summum enim delictum esse quod persecutio committi coegit, sciunt ipsi etiam qui commiserunt; cum dixerit Dominus & iudex noster: Qui me

Math. 10.

confessus fuerit coram hominibus, & ego in illo confitebor coram patre meo qui in cælis est. Qui autem me negauerit, & ego illum negabo. & iterum dixit: Omnia peccata remittentur filiis hominum & blasphemiam: Qui autem blasphemauerit Spiritum sanctum non habet remissionem, sed reus est æterni peccati. Iterum beatus Apostolus dixerit: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensam Domini communicare, & mensam dæmoniorum. Hæc qui subtrahit fratribus nostris, decipit miseris; vt qui possunt agentes penitentiam veram, Deo patri misericordiam precibus & operibus suis satisfacere, seducantur, vt magis pereant; & qui erigere se possent, plus cadant. Nam cum in minoribus peccatis agat peccatores, penitentiam iusto tempore, & secundum disciplinam ordinem ad exomologesim veniant, & per manus impositionem Episcopi & cleri ius communicationis accipiant; nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace, ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum penitentia acta, nondum exomologesim facta, nondum manu eis ab Episcopo & clero imposta, eucharistia illis datur, cum scriptum sit: Qui ederit panem aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Sed nunc illi rei non sunt, qui minus scripturæ legem nouerunt, erunt autem rei, qui præsumunt, & hæc fratribus non suggerunt, vt instructi à præpositis faciant omnia cum Dei timore, & cum data ab eo & præscripta obseruatione. Exponunt deinde inuidiæ beatos martyres, & gloriosos seruos Dei cū Dei sacerdotem committunt, vt (cum illi memores loci nostri ad me litteras direxerint, & petierint tunc desideria sua examinari, & pacē dari, quando ipsa ante mater nostra Ecclesia pacē de misericordia Domini prior sumpserit, & nos diuina protectio reduces ad Ecclesiam suam fecerit) hi sublatō honore, quem nobis beati Martyres cum confessoribus seruant, contempta Domini lege & obseruatione, quam iudem martyres & confessores tenendam mandant, ante extinctum persecutionis metum, ante reditum nostrum, ante ipsum penè martyrum excessum, communicent cum lapsis & offerant, & eucharistiam tradant: quando etiam si martyres

C iij



per calorem gloria scripturam minus contemplantes contra legem Domini plus aliquid cuperēt, à presbyteris & diaconis fugerentibus admoneri deberent, sicut semper in præteritum factum est. Castigare nos itaque diuina censura nec noctibus definit, nec diebus: præter nocturnas enim visiones, per dies quoque impletur apud nos spiritu sancto puerorum innocens ætas, quæ in extasi videt oculis, & audit, & loquitur ea quibus nos Dominus monere & instruere dignatur. Et audietis omnia quando ad vos reducem me Dominus fecerit, qui ut secederem iussit. Interim temerarij & incauti & tumidi quidam inter vos, qui hominem non cogitant, vel Deum timeant, scientes quoniam si ultra in iisdem perseuerauerint, ut ea admonitione, qua me vti Dominus iubet, ut interim prohibeantur offerre, acturi & apud nos, & apud confessores ipsos, & apud plebem vniuersam causam suam; cum Domino permitente, in sinu matris Ecclesiæ recolligi cœperimus. De hoc ad martyres & confessores & ad plebem litteras feci, quas vtrasque vobis legi mandavi. Opto vos fratres carissimi ac desideratissimi in Domino semper bene valere, & nostri meminisse. Valete.

### ADNOTATIONES in Epistolam X.

1. prostrata fratrum nostrorum salutem] Ita excusit & Ms. codices omnes, solus Manut. contra fratrum nostrorum salutem. Porro pro eo quod habent Manut. Morelius & Camb. codex: decipiatur, Afflig. & ceteri excusit: decipitur.
2. Summum enim delictum esse] Hoc infra quoque tractatur libro de lapsis.
3. Qui me confessus fuerit] Sic Camb. codex & Manut. ceteri excusit, Dun. & March. Afflig. & Cauchij: qui in me confessus fuerit. & rursus, confitebor ego in illo] Quo modo si legatur, Hebraismus est, quæ reperitur est & in Græcis exemplaribus. Priorem vero lectionem habet vetus interpres & alibi Cyprianus. Posteriorem habet Cyprianus infra Epistola xxxvij.
4. sed reus est æterni peccati] Ita constanter codices omnes tam excusit quam Ms. Cōprobatur autem lectio vulgari interpretis, pro qua vertit Eras. æterni iudicij, scilicet codices Græcos quos viderat, varie tamen legi in exemplaribus Græcis, satis constat ex Roberto Stephano, cuius quedam exemplaria habent ἀμαρτία, quomodo & D. Hieronymo ascriptus commentarius. & Beda. Quod autem dixit æternum peccatum siue delictum, D. Mattheus explicatius dicit, quod neque hic remitti queat neque in futuro.
5. dixerit] Sic recte Camb. codex, Manut. & Morel. pro eo quod erat: dixit, tum hic tum paulo post.

6. vt qui possent, agentes pœnitentiam veram, Deo patri, &c.] Locum hunc antea corruptissimum sic restituumus partim ex Afflig. partim ex veteri excusit codice.

7. Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam, &c.] Habes hic pœnitentia partes, Satisfactionem, quæ olim premittebatur ante exomologesin, exomologesin ipsam, & manus impositionem, siue absolutionem Episcopi & Cleri, de quibus infra latius.

8. nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseuerante] Morelius aliter & fortassis rectius: nunc crudo tempore persecutionis; Verum mutare nolimus, quod ad vulgatam lectionem magis accedat Ms. codices, qui habent: nunc rudi tempore, persecutione, &c.

9. Et offertur nomen eorum] Hanc lectionem habet codices Ms. Afflig. March. & Dunen. veteres quoque excusit duo, nec dissentit Camb. qui habet: & offeruntur nomina eorum. Quare non placet Manut. & Morelij lectio, præsertim cum simile sit illud Epistola ad Furnitanos, nominari in sacerdotum prece. Atqui alludit ad veteris Ecclesiæ consuetudinem, qua, tum coram quibus offerebatur, tum omnium qui in cōmunione Ecclesiæ persistebant Episcoporum tam viuorum quam defunctorum nomina & sacris tabulis quæ, σὺν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων vocabantur, recitari solent in missæ sacrificio. Erant autem tabule duæ, quarum vni viuorum, alteri defunctorum nomina inscribebantur. Huc pertinet illud Dionysij Areopag. ecclesiast. Hierarch. c. 3. Et cum se mutuo omnes salutauerint mystica sacrarum tabularum recitatio fit, Græce enim est: ἰεροῦ τῶν ἁγίων. Quod adnotatu dignum, ob versionem Perionij, qui vertit mystica sanctorum recitatio fit, aut quod desideraretur τῶν ἁγίων in eius exemplari, aut quod putaret Dion. loqui duntaxat, de sanctorum recitatione qua in missa fieri cōsuevit. Item qua de D. Chryl. nomine oblitterato & rursus relato in sacra ἀνάμνησιν scribuntur à Theodoro, Nicephoro, & aliis. Eodem pertinet quod Innocentius 1. Episto. ad Decentium & Eugubinum, offerentium nomina inter sacra mysteria recitari vult. In ipso nempe Canone Missæ non ante, quod etiam in Missa Chrysol. factum est. vbi non sub principium duntaxat (vbi apud Dionysium Areopagitanum, & in missa Iacobi) sed circa consecrationem Eucharistiæ quoque repetitur dicta nominum recitatio. Permanit autem huius rei vestigium in Canone nostro vbi legitur iuxta quosdam Ms. codices. Memento Domine famulorum famularumque tuarum nomina, & rursus pro defunctis iuxta Micrologium nostrum. Memento etiam eorum nomina, &c. Eleganter ergo dixit Cyprianus offerri nomen eorum, pro recitari in oblatione diuini officij.

10. nondum pœnitentia acta, nondum exomologesi facta] Hanc veram esse lectionem potius quam illam: exomologesi finita, satis patet ex epistola sequenti, vbi iisdem pene verbis: ante actam (inquit) pœnitentiam, ante exomologesin factam. Ita etiam legunt Afflig. Dun. Marchin. & veteres excusit codices, vna cum Manutio & Morelio. Locus autem hic requirebat vt tractaretur, quid exomologesi Cypriano, & ante cum Tertull. Verum ne epistolam prolixitate excedant scholia, differendum censuimus in lib. de lapsis, obiter tamen aliquid dicturi Epistola 14.

Qui

11. Qui ederet panem aut biberit calicem Domini indigne] Totidem pene verbis locum hunc. 1. Cor. 11. explicat Epistola sequenti. Docet autem vtrouque, indigne illum edere panem & bibere calicem Domini, qui ad Eucharistiam accedit, exomologesi nondum facta, quam requirit ante Eucharistiæ susceptionem, et alibi sapissime, & præsertim de lapsis; quo loco de hoc latius.

12. qui minus scripturæ legem nouerunt] Sic Camb. codex & excusit omnes, quæ lectio magis placet quàm Manutij: tenent, pro quo Afflig. & Dun. habent, tenuerunt, sed nec hoc placet.

13. gloriosos seruos Dei cum Dei sacerdote cōmittunt] Phrasis et Tertulliano frequens, committuntur autem proprie gladiatores dum certamen ineunt. Eadem Phrasis dixit Iuuenalis alicubi, committit Victor. Quare non placet hoc loco lectio Camb. codicis: cōmittunt.

14. memores loci nostri] Ita Camb. codex. Manut. & Morelius, ceteri cum Afflig. & Dun. legis nostræ, prius magis placet.

15. quando ipsa mater nostra Ecclesia] Lectionem hanc Manut. debemus acceptam, etsi enim Dun. & Afflig. codices legant: quando, pro: cum, (Phrasis Cypriano vrsitissima) desideratur in vtrisque vox: ecclesia.

16. & nos diuina protectio reduces] Mendosissime prius erat in excusit omnibus: vos, irrepserat autem ex errore typographico codicis Remboldi: Nam vetus excusit & Ms. omnes habent: nos. Patet autem hinc quoque in ceteris scriptam hanc epistolam. Porro illud: in preteritum] E Ms. codicibus & veteri excusit emendatum est, pro eo quod erat, in præteritis.

17. Præter nocturnas enim visiones] Alludit ad illas de quibus supra epist. 8. hic vero mirum quid narrat de puerorum prophetis. Atqui recte nunc legitur iuxta Ms. cod. vidit oculis, pro eo quod erat: in oculis.

18. qui vt secederem iussit Interim Temerarij & incauti] Coniecturam hanc de vera huius loci lectione meam confirmant Manut. & Morelius. Refragatur tamen Ms. & vetus excusit cod. quorum Afflig. & Dun. qui vt federam iussit interim morari. Et incauti] Camb. vero: qui vt secederem iussit interim &c. E Ms. quoque codicibus reposuerunt Manut. & Morel. timeant, pro eo quod erat, timeant, Porro illud: qua me vti Dominus iubet, Camb. habet & Manut. cum Morel. Afflig. cum ceteris quæ Dominus iubet.

19. vt interim prohibeatur offerre] En suspensio-nem quam vocamus à Diuini antiquitatis vrsitatam.

20. recolligi cœperimus] Quanquàm hoc loco Affli-g. & Dun. codices, Manut. quoque et Morelius legant: colligi, quia tamen Epistola proxima vocem, recolligi, retinent omnes, ego hic quoque illam retinere malui, præsertim quum Camb. codex illam habeat.

21. & ad plebem litteras feci] Ex eodem cod. Cam. & Epistola sequenti hanc lectionem confirmatur pro eo quod prius erat: & apud plebem. habes autem has epistolas huic subiunctas.

AD MARTYRES ET  
confessores qui lapsis petie-  
rant pacem dari.

Argumentum huius Epistolæ habes infra Epistola xv. in hæc verba. Cum comperissem eos qui sacrilegis contumeliosis manus suas atque ora maculassent, vel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluisent, excambire ad Martyres passim, confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrumpere, vt sine discrimine & examine singulorum darentur libellorum milia contra Euangelij legem; litteras feci, quibus Martyres & confessores consilio meo quantum possem ad Dominica præcepta reuocarem.

CYPRIANVS MAR-  
tyribus & confessoribus ca-  
rissimis fratribus,  
Salutem.

**S**OLLICITUDO loci nostri, & timor Domini compellit, fortissimi ac beatissimi martyres, admonere vos litteris nostris, vt à quibus tam deuote & fortiter seruatur fides Domino, ab iisdem lex quoque & disciplina Domini seruetur, nam cū omnes milites Christi custodire oporteat præcepta imperatoris sui, tum vos magis præceptis eius obtemperare plus cōuenit, qui exemplū cæteris facti estis & virtutis, & timoris Dei. Et crediderā quidem presbyteros & diaconos, qui illic præsententes sunt monere vos & instruere plenissime circa euangelij legem, sicut in præteritū semper sub antecessoribus nostris factū est, vt diaconi ad carcerem cōmeantes martyrum desideria consilijs suis & scripturarum præceptis gubernarēt: sed nunc cū maximo animi dolore cognosco, nō tantū illic vobis nō suggeri diuina præcepta, sed adhuc potius impediri, vt ea quæ à vobis ipsis & circa deū caute, & circa sacerdotē dei honorifice fiūt, à quibusdā presbyteris resoluatur, qui nec timorē Dei, nec episcopi honorē cogitantes, cum vos ad me litteras direxeritis, quibus examinari desideria vestra & quibusdā lapsis pacē dari postulastis, cū persecutione finita cōuenire in vnū cum clero & recolligi cœperimus. Illi contra euangelij legē contra vestra quoque honorificam petitionē ante actam pœnitentiā, ante exomologesin grauisissimi atque extremi delicti factam, ante manū ab episcopo & clero in pœnitentiā

C iij



impositam, offerre lapsis pacem & eucharistiam dare, id est, sanctum Domini corpus profanare audeant; cum scriptum sit: Qui ederet panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Et lapsis quidem potest in hoc venia concedi. Quis enim non mortuus viuificari properet? Quis non ad salutem suam venire festinet? Sed præpositorum est præceptum tenere, & vel properantes, vel ignorantes instruere, ne qui ouium pastores esse debent, lanij fiant. <sup>4</sup> Ea enim cōcedere, quæ in peccatiem vertant, decipere est: nec erigitur sic lapsus, sed per Dei offensam magis impellitur ad ruinam. Vel ex vobis itaque discant, quod docere debuerant. Petitiones & desideria vestra episcopo seruent, & ad pacem vobis petentibus dandam maturum & pacatum tempus expectent. Ante, à domino pacem mater prior fumar, tunc secundum vestra desideria de filiorum pace tractetur. Et quoniam audio fortissimi & carissimi fratres impudentia vos quorundam premi, & verecundiam vestram vim pati, oro vos quibus possum precibus, vt Euangelij memores; & <sup>6</sup> consideretis, quæ & qualia in præteritum antecessores vestri martyres concesserint, quàm solliciti in omnibus fuerint, vos quoque sollicite & caute petentium desideria ponderetis, vt pote amici Domini, & cum illo postmodum iudicaturi inspicatis & actum, & opera, & merita singulorum; ipsorum quoque delictorum genera & qualitates cogitetis, ne si quid abrupte & indignè vel à vobis promissum, vel à nobis factum fuerit, apud gentiles quoque ipsos Ecclesia nostra erubescere incipiat. Visitamur enim & castigamur frequenter, <sup>7</sup> & vt in nobis Domini mandata incorrupta & inuoluta permaneant, admonemur; quod quidem nec illic apud vos cessare cognosco, quo minus plurimos quoque ex vobis instruat ad Ecclesiam disciplinam diuina censura. hoc autem totum potest fieri, si ea quæ à vobis petuntur, ne facile tribuantur, religiosa contemplatione moderemini; intelligentes & <sup>8</sup> comprimentes eos, qui personas accipientes, in beneficiis vestris, aut gratificantur, aut illicitæ negotiationis nundinas aucupantur. <sup>9</sup> De hoc & ad clerum & ad plebem litteras feci, quas vtrisque vobis legi mandauit. Sed & illud ad diligentiam vestram redigere & emendare debetis, vt no-

1. Cor. 11.

Math. 7.

minatim designetis eos quibus pacem dari desideratis. <sup>10</sup> audio enim quibusdã sic libellos fieri vt dicatur: Cōmunicet ille cum suis. quod nunquam omnino à martyribus factum est, <sup>11</sup> vt incerta & cæca petio inuidiã nobis postmodum cumulet. late enim patet quando dicitur: Ille cum suis; & possunt nobis viceni, & triceni, & amplius offerri, qui propinqui & affines, & liberti ac domestici esse asseuerentur eius, qui accipit libellum, & ideo peto vt eos quos ipsi videtis, quos notatis, quorum penitentiam satisfactioni proximã conspiciatis, designetis nominatim libello, & sic ad nos fidei ac disciplinæ congruentes litteras dirigatis. Opto vos fratres fortissimi ac dilectissimi in Domino semper bene valere, & nostri meminisse. Valete.

### ADNOTATIONES in Epistolam XI.

1. fortissimi ac beatissimi Martyres] Qui fuerint hi Martyres ad quos scribit hanc epistolam Cyprianus; insinuat in Epistola xxij ad Clerum Romanum, nepe Saturninus, Aurelius, Lucianus, & alij quidam.

2. cum vos ad me litteras direxeritis] Facit hanc litterarum mentionem epistolis precedenti & sequenti, et rursum epistola ad Florentium Pupianum. Quæ si exstaret liceret ex illis colligere, quæ forma vsi fuerint in libellis suis quibus pacem lapsis dabat. Exstat quidem similis argumentum Epistola infra xvij, sed non satis facit, & nimis temerarie à Luciano Martyrum nomine conscripta est.

3. & quibusdam lapsis pacem dari] Huius consuetudinis quæ tum lapsi pacem à Martyribus postulabat, tum ad preces illorum à Martyribus ea dabatur, meminuit etiam Tertullianus his verbis libro ad Martyres: Pax vestra bellum est illi. Quam pacem quidam in Ecclesia non habentes, à Martyribus in carcere exorare consueverunt. Et ideo eam etiam propterea in vobis habere & seruare custodiare debetis, vt si forte & alius prestare possitis. Porro pax hæc non aliud videtur fuisse quam relaxatio satisfactionis per Episcopum penitentibus imposita, atque ad ecclesiam communionem ante expletum prescriptæ penitentia tempus admissio. Atque adeo qui pacem hanc indulgentiam à Martyribus penitus considerant, mirum nō hinc potius confirmationem indulgentiarum ecclesiasticarum petendã censent, quam recentiorum illarum usum ad tempora primuum referat D. Gregorij. Quin potius alius adhuc repetendam censet indulgentiarum originem. Nam quid aliud D. Paulus, ad Corinthios illi inuestigato ad preces sanctorum infra satisfactionis penam mitigat, adeoque aliquid cōdonat quid aliud (inquã) quam indulgentiam quandam concedit? Cui autem (inquit 1. Cor. 2.) aliquid donastis & ego. Nam & ego quod donauit siquid donauit propter, vos in persona Christi. Id enim inuit (si quid Theodoro creditur) Corinthios, per beatos viros Thimorheum & Titum, pro eo qui peccarat rogasse. Cui similiter Theophilactus: Vt enim (inquit) ille non existimet sibi remissam noxam, qui

qui satis confusus sit & sufficienter penitentia ductus, offendit Paulus, tantum hunc Corinthium penitendo, quantum horum gratia & donatione veniam accipere posse. Quo loco adnotanda venit vox venia sive dimissionis vt alij verunt, imo & vox Græca: νεχρεια μοι, quæ cōdonare culpam significat, atque adeo non aliud mihi videtur quam indulgentia: Si his scripturis adiciatur etiam illud Collos. 1. Adimpleo ea quæ desunt passioni Christi in carne mea pro corpore eius, non videbitur absurdum, quod de thesauro indulgentiarum & meritis, non Christi modo, sed & sanctorum, tradunt recentiores.

4. ea enim concedere quæ in perniciem vertant, decipere est] Cyprianus hic non usum sed abusum potius notat, & formam litterarum præposterã. Nam quid de potestate martyrum in danda pace sentiat, non obscure significat epistola infra 14. ubi fatetur: qui libellum à Martyribus acceperunt, auxilio eorum apud Dominum adiuuari in delictis suis posse. Quod vero reprehendat Cyprianus vt semel dicam, ex epistola hæc, precedenti, & sequenti, aliquid colligere est. Vrget enim quod cum martyres datus ad se litteris petissent prius desideria sua examinari à Cypriano tanquam Episcopo, & tum demum pacem dari ecclesie pacem accepisset. Presbyteri sive importunitate precum sive precio conducti, ante litteras Episcopo communicatas, ante pacem ecclesie, ante reditum Episcopi ante ipsum pene excessum martyrum, ante exomologesin factam, ante manum ab Episcopo impostam, pacem dabant. E quibus verbis patet, requisitam etiam tum exomologesin & manus impositionem: atque adeo obseruatam iam tum eundem indulgentiarum modum, qui hodie; præterquam, quod per episcopos fiebat, quod nunc fere solus facit Romanus Pontifex. Et quod Episcopo fiebat illa exomologesin, aut presbyteri ab Episcopo ad eam rem deputatis, quæ hodie committitur cuius sacerdoti quem placuerit eligere.

5. expectent. Ante à Domino pacem prior mater fumar] Sic restituendus mihi visus fuit hic locus ex varia cod. litione. Excusi enim & Cam. habebant, Ante est vt à Domino, Affli. & Dun. expectantes vt à domino, Manut. vero: Ante domini pacem.

6. considerant: & quæ & qualia in præteritum antecessores vestri Martyres concesserint] Hinc patet non etate duntaxat Cypriani, sed iam ante usitatam fuisse hanc pacem Martyrum. Monet autem Martyres, vt non facile cuius illam indulgeant, sed prius caute & sollicitè (ita enim legunt Ms. codices) petentium desideria ponderent, merita quoque singulorum, & delictorum genera cogitent. Non igitur præcidit illis delictam potestatem lapsis pacem concedendã, sed modum potius prescribit, quom vt rite seruarent, ante dixit: in more fuisse, vt Diaconi in carcerem commeantes martyrum desideria suis consilijs gubernarent.

7. & vt in nobis Domini mandata] Illud in nobis] prætermisum à Manut. rursus in locum suum restitimus, præsertim cum Cambro. codex id habeat. Sic etiam illud: ne facile tribuantur, est omisum à Manut. & Affli. Dun. & Cauchij codicibus; quia huic loco non male quadrat, & in Cambrensis codice legitur, reponere in locum suum maluimus.

8. comprimentes eos, qui personas accipientes in beneficiis vestris, aut gratificantur, aut illicitæ negotiationis nundinas aucupantur] Ita recte

emendatus est hic locus à Manut. & Morelio, antea vix intellectus, pro: negotiationis, legunt Affli. Dun. & Cauchij codices contagionis, non malè.

9. de hoc ad Clerum & ad Plebẽ litteras fieri] Harum illa præcedunt, hæc subsequuntur.

10. audio enim quibusdam sic libellos fieri] Lektionem hanc veterem quam habebant veteres excusi, & Ms. Affli. & Dun. restituerunt hoc loco Manutius & Morel; solus Camb. habet vt reliqui excusi: quosdã sic libello inseri. Porro reprehendit hic illos martyrum libellos, quibus nominatim non designabantur illi quibus pax indulgebatur. Vult autem vt id posthac fiat, vtque illos duntaxat pace dignos existiment. quorum penitentiam iam satisfactioni proxima est.

11. vt incerta & cæca petio] Hanc Manutij & Morel. lectionem veram existimo. Habebant veteres excusi quemadmodum & Ms. Affli. et Dun. incerta & cæca Eras. reposuit: cæca petio, quomodo & Camb. codex,

### AD PLEBEM DE RE- scripto Martyrum ac iis qui pacem petebant.

#### EPISTOLA XII.

Argumentum huius quoque Epistolæ habet sepe dicta epistol. xv. Plebi quoque (inquit) ipsi, quantum potuimus animum composuimus, & vt in ecclesiast. disciplina seruaretur instruximus.

### CYPRIANVS FRATRI- bus in Plebe consistentibus S.

**I**ngemiscere vos & dolere ruinas fratrum nostrorũ ex me scio fratres carissimi qui & ipse vobiscum pro singulis ingemisco pariter & doleo; & patior, ac sentio, quod beatus Apostolus dixit: Quis infirmatur, inquit, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Et iterum posuit in Epistola sua dicens: Si patitur membrum vnum, compatiuntur & cætera membra. & si lætatur membrum vnum collætantur, & cætera membra. Compatior ego & condoleo de fratribus nostris qui lapsi & persecutionis infestatione profirati partem nostrorum vicerum secũ trahentes, <sup>2</sup> acrem dolorem nobis suis vulneribus intulerunt. quibus potens est diuina misericordia medelam dare: <sup>3</sup> properandũ tamen non puto, nec incautè aliquid & festinanter gerendum; ne, dum temere pax vsurpatur, diuinæ indignationis offensã grauius prouocetur. Fecerunt ad nos de qui-

Lib. 3. epist. 16.

2. Cor. 11.

1. Cor. 12.



busdam beati martyres litteras petentes examini desideria sua, cū pace nobis omnibus à domino prius data, ad Ecclesiā regredi caperimus, tunc examinabuntur singula presentibus & iudicantibus vobis. <sup>4</sup> audio tamen quosdā de presbyteris nec Euangelij memores, nec quid ad nos martyres scripserint cogitantes, nec Episcopo honorem sacerdotij sui & cathedræ referuantes, iam cū lapsis communicare cæpisse, & offerre pro illis, & cucharistiam dare, quando oporteat ad hæc per ordinem peruenite. Nam cum in minoribus delictis, quæ non in dominum committuntur, pœnitentia agatur iusto tēpore, & exomologesi fiat inspecta vita eius qui agit pœnitentiam, nec ad communicationem venire quis possit, nisi prius illi ab episcopo & clero manus fuerit imposita, quāto magis in his grauissimis & extremis delictis cautē omnia & moderatē secundum disciplinā Domini obseruari oportet. <sup>5</sup> Quod quidem nostros presbyteri & diaconi monere debuerant, vt commendas sibi oues fouerent, & diuino magisterio ad viam deprecandę salutis instruerent. Ego plebis nostrę & quietem noui pariter & timorē, qui in satisfactione Dei & deprecatione vigilaret, nisi illos quidam de presbyteris, gratificantēs decepissent. Vel vos itaque singulos regite, & consilio ac moderatione veltra & secundum diuina præcepta lapsorum animos temperate: <sup>7</sup> nemo adhuc importuno tempore acerba poma decerpit. nemo nauem suam quasiatā & perforatam fluctibus priusquam diligenter refecerit in altum denuo cōmittat, nemo tunicam scissam accipere & induere properet, nisi eam & ab artifice perito sartā viderit, & à fullone curatā receperit. Audiant quāso patienter consilium nostrum, expectent regressionem nostram, vt cum ad vos per Dei misericordiā venerimus, <sup>8</sup> conuocati coepiscopi plures, secundum Domini disciplinam & confessorum præsentiam, <sup>9</sup> beatorum martyrum litteras, & desideria examine possim. <sup>10</sup> De hoc & ad Clerum, & ad martyras, & confessores litteras feci, quas vtrasque legi vobis mandauit. Opto vos fratres carissimi ac desideratissimi in Domino semper bene valere, & nostri meminisse. Valet.

ADNOTATIONES  
in Epistolam XII.

1. Fratres charissimi, qui & ipse vobiscū pro singulis ingemisco] Hæc verba desiderabatur in excusis et Ms. omnibus que videre licuit, adiecta sunt autē à Manutio & Morelio & recte. Nam locus alioqui erat mutilus.
2. acrem dolorem] Sic Ms. Afflig. & Dum. ac excusis omnes, excepto Manut. qui reposuit: parem, paulopost autem non male Manut.
3. properandum tamen non puto, nec incaute aliquid] pro eo quod erat prius: dum tamē non putēt, propere nec in caute, quemodo tamē legunt etiam Ms. codices. Manutio etiam acceptam debemus vocem: tunc, que paulopost interiicitur.
4. Audio tamē quosdā de presbyteris &c.] Eisdem pene verbis utitur quibus supra Epist. x. Pro eo autem quod plerique codices habent: petuenire, habent Ms. cod. Afflig. et Dum. & vetus quoque excusis: petuenire, non male.
5. Quod quidem nostros] Hanc lectionē nos primi restitimus ex cod. Afflig. & Dum. & Cauchij.
6. nisi illos quidam de presbyteris] Mutauerant hæc lectionem Manu. & Morel. legentes: præpositis, verum non recte, quum constet ex epist. duabus precedentibus loqui Cyprian. de presbyteris, præpositi vero nomen solis Episcopis tribuitur à Cypriano, uti adnotatur in epi. 3. & 4.
7. nemo adhuc importuno tempore] Elegantes Metaphore, quibus docet à simili persecutionis tempore lapsis pacem dandam non esse.
8. conuocati coepiscopi plures] Hanc lectionem Ms. & excusorum codicum omnium retinere malui, quam reponere nouā Manu. aut Morelij: quorum ille: conuocatis episcopis pluribus] hit: cōuocatis episcopis plures. Præsertim quum Phrases similes reperire sit in Cypri. frequēti simē, quemadmodum epist. post hanc secūda: vt Episcopi in vnum conuenientes, & c. possimus, & epi. xv. & cum præpositi plures conuenire in vnum caperimus.
9. & ueltra quoque sententiam] Sic Manut. & Morel. sed Ms. codicum quos vidi nullus id legit. Neq; uerò respiciat apud Cypri. tantum auctoritatis plebi tributū reperio, vt sententiam illi dicere permittat. Quare prætermittere malui, quam alicui erroris occasionem dare.
10. De hoc ad Clerum & ad martyres & confessores] Hanc veram lectionem habeo ex codice Afflig. neq; enim ad martyres & ad confessores due diuersę sunt epistole sed vna ad vtrasque. Fecerūt autem hæc verba vt ordinē epistolarum haru trium retinuerim qui ante erat in excusis codicibus; quāquā tamē uersimiliter fiat, aut prius, aut saltem vna, missam epistolam ad Martyres.

AD CLERVM DE LAPSIIS  
& catechumenis ne vacui communionē exant.

EPISTOLA XIII.

Huius etiam & sequentis Epistolæ Argumentum habes infra. Epist. xv. Postmodum verò (inquit) cum quidam de lapsis, siue sua sponte siue aliquo incitatore, audaci flagitatione proruerent, vt pacem sibi à martyribus & confessoribus promissam extorquere uolento impetis

petu interuentur; de hoc etiam, bis ad Clerum litteras feci & legi eis mandauit: Vt ad illorum violentiam interim quoquo modo mitigandam, si qui libello à martyribus accepto de seculo excederent, exomologesi facta, & manu eis in pœnitentiam imposita, cum pace sibi à martyribus promissa ad Dominum reuertentur, &c.

CYPRIANVS PRESBYTERIS & diaconibus fratribus, S.

Li. 3. ep. 17

**M**ror vos fratres carissimi, ad multas epistolas meas, quas ad vos frequenter misi nihil rescripsisse; cum fraternitatis nostræ vel utilitas vel necessitas sic utique gubernetur, si à vobis instructi rerum gredantur consiliū limare possimus. Quoniam tamen video facultatem veniendi ad vos nondum esse & iam estatem cœpisse, quod, tempus infirmitatibus assiduis & grauibus infestat, occurrendum puto fratribus nostris; vt qui libellos à martyribus acceperunt, & prærogatiua eorum apud Deum adiuari possunt, si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerit, nō expectata præsentia nostra apud presbyterū quęcunque præsentē, vel si presbyter repertus non fuerit, & vrge exitus cœperit, apud diaconū quoque, exomologesi facere delicti sui possint, si manu eis in pœnitentiam imposita veniant ad Dominū cum pace, quam dari martyres litteris ad nos factis desiderauerunt. Cæterā quoque partem plebis quæ lapsa est, præsentia vestrā fouete: & vt à fide & misericordia Domini, non deficiant, vestro solatio focillate; neque enim deserentur ab ope & auxilio Domini, qui mites & humiles, & pœnitentiam vere agentes in bonis operibus perseverauerint, quo minus illis quoque diuino remedio consulatur. <sup>4</sup> Audientibus etiam si qui fuerint periculo præuenti, & in exitu constituti, vigilantia vestra non deficit; implorantibus diuinam gratiam misericordia Domini nō denegetur. Opto vos fratres charissimi semper bene valere, & nostri meminisse. Fraternitatem vniuersam meo nomine salutate, & vt nostri meminerit admonete, & rogare. Valet.

ADNOTATIONES  
in Epistolam XIII.

1. & prærogatiua eorum apud Deum adiuari possunt] Recte sic Morelius, pro quo Manut. cod. mendo- se: adiuarere, sunt autem recens addita hæc verba ab his duob' nā neque in cæteris excusis neque in Ms. reperire potui, esse tamen ipsa Cypriani verba sit uersimile, nam in eandem sententiam epistola sequenti: qui (inquit) libellum à martyribus acceperunt & auxilio eorum adiuari, apud Dominum in delictis suis possunt. Quem utrumque locum qui legerit, quantum tribuat Cyprianus martyrum libellis pro lapsis facile perspicit.
2. apud diaconum quoque exomologesi facere delicti sui possint &c.] Et si alij plerique auctores videantur vocem exomologesi accipere pro omni confessione peccatorum siue priuata, siue publica, vt Græcis sit ἐξομολογησις quod Latinis confessio, sunt tamen qui existimant accipi apud Cyprianum pro publica, sicut latius loco suo lib. de lapsis tractaturi sumus. Quod si (verum sit) nihil hic mirum, quod permittat apud Diaconū peccatorū exomologesi fieri & manu ab illo imponi, vt nō sit aliud hæc manus impositio, quam à pœnis satisfactoris absolutio, que cur Diaconis concedi non possit non video; præsertim quum etiam hodie usitata sit Archidiaconorum ab excommunicatione absolutio, etiam si in solo Diaconatus ordine constituti sint. Nec mirum quum constet à lib. 8. cōstit. Apostolicarum Clementis, auctoritatem excommunicandi habuisse Diaconos, absente presbytero. Habuerunt igitur illo absente etiam absoluendi ab excommunicatione potestatem, nam eiusdem est absoluere cuius excommunicare. fortassis quum Episcopus absens & presbyteri multi carceribus inclusi essent, ex privilegio quodam Diaconis in necessitate permissa est pœnitentiam reconciliatio, sicuti à diuo Gregorio presbyteris aliquando concessam legitimus Sacramenti confirmationis administrationem, quæ solis alioqui Episcopis competit. Et ac paucis, ne quis hinc calumnie occasionem sumat contra ecclesię Hierarchicum ordinem, quo solis presbyteris ex consecratione permittitur à peccatis absoluere, neque enim alius adaptatur illud Christi: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt; & disertis verbis Ambrosius lib. 1. de pœnitentia: tus (inquit) ligandi & soluendi solis sacerdotibus est permissum, ad quas (vti alibi dicit) ab Apostolis transmissum est; qualia habent & D. Hieron. et D. Hilari. in illud Mat. Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cælis.
3. in bonis operibus perseverarent] Hanc emēdationē pro eo quod erat antea: opinionibus, Morelio quoque & Manut. acceptam debemus.
4. Audientibus etiam si qui fuerint periculo præuenti] Quos Græci νεκτηχρημένους ἐπὶ τοῦ κρητιχέων, Latini ueteres, uti Tertul. & alij eius ætatis. Audientes appellabant, ab audiendo, de illis itaque tum hic tū infra epistola xxiiij. loquitur Cyprianus. Catechumeni autem dicebantur adulti, qui tantisper dum baptismū expectabant in fide erudiebantur donec mysterijs fidei iam instructi, sub pascha in competentium ordinem allegerentur. dicebantur autem cōpetentes, quod simul baptismū omnes peterent, uti sermone quodā explicat D. Augustinus cuius existant complures sermones ad competentes. Quid enim aliud (inquit) competentes, quam simul petentes.
5. & vt nostri meminerit] Sic Manut. uetus excusis. Gryph. & Colon. codices ad marginem, Ms. uero tres



et ceteri excusati meminerint]

AD CLERVM DE EIS  
qui ad pacem festinabant.

EPISTOLA XIII.

ARG. huius Epistolæ habes epistola precedenti superflua itaque foret repetitio. Desideratur autem litteræ ad quas respondet.

CYPRIANVS PRESBY-  
teris & diaconibus fratribus, S.

Li. 3. ep. 18

**E**gi litteras vestras fratres carissimi quibus scripsistis salubre consilium vestrum non deesse fratribus nostris ut temeraria festinatione deposita, religiosa patientiam Deo præbeant: ut cum in vnum per eius misericordiam venerimus, de omnibus speciebus secundum ecclesiasticam disciplinam tractare possimus: maxime cum scriptum sit: <sup>1</sup> Memento unde cecideris, & age poenitentiam. <sup>2</sup> Poenitentiam autem ille agit, qui diuinis præceptis mitis & patiens, & sacerdotibus Dei obtemperans, obsequiis suis & operibus iustus Dominum promeretur. Quoniam tamen significastis quosdam immoderatos esse, & communicationem accipiendam festinanter vrgere; & desiderastis in hac re formam à me vobis dari: <sup>3</sup> satis plene scripsisse me ad hanc rem proximis litteris ad vos factis credo; ut qui libellum à martyribus acceperunt, & auxilio eorum adiuuari apud Dominum in delictis suis possunt, si præmi infirmitate aliqua & periculo cæperint, exomologesi facta, & manu eis à vobis in poenitentiam imposita, cum pace à martyribus sibi promissa ad Dominum remittantur. Ceteri verò qui nullo libello à martyribus accepto inuidiam faciunt: quoniam non paucorum nec Ecclesiæ vnius, aut vnius prouinciæ, sed totius orbis hæc causa est; <sup>4</sup> expectent ante de Domini protectione Ecclesiæ ipsius publicam pacem. Hoc enim & verecundiæ & disciplinæ <sup>5</sup> & vitæ ipsi omnium nostrum conuenit, ut Episcopi plures in vnum <sup>6</sup> conuenientes <sup>7</sup> præsentem & stantium plebe, quibus & ipsis pro fide & timore suo honor habendus est, disponere omnia consilij communis religionis possimus. Ceterum quam irreligiosum est, & ipsis quoque festinantibus perniciosum, ut cum extorres facti, & patria

pulsi, ac bonis suis omnibus spoliati nondum ad Ecclesiam redierint, quidam de lapsis confessores ipsos præuenire, & ante ad Ecclesiam introite festinent. Qui si nimium properant, habent in sua potestate quod postulant, <sup>8</sup> tempore ipso sibi plus quam postulant largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur; si commissi vere & firmiter poenitent, & fidei calor præualeat: qui differri non potest, potest coronari. Opto vos fratres charissimi semper bene valere, & nostri meminisse. Fraternitatem vniuersam meo nomine salutare; & ut nostri memores sint, admonete. Valere.

AD NOTATIONES  
in Epistolam XIII.

1. Memento unde cecideris] *Hic legitur Ms. Affli. Dum. & Marchinensis codices: cecideris, quemadmodum etiam Manut. & Morelius. Etsi autem Græce ἐκπερισσοῦς, quod excidere non cadere significat, tamen infra Epistola 28. & 52. ita legitur hic locus.*
2. Poenitentiam autem agit] *Descriptio est satisfactionis potius, quæ pars est poenitentia, quam ipsius poenitentia, ut sit Smechdoche. est etiã insignis locus de meritis operum. Verum de utroque plura, infra, partim lib. de lapsis partim de opere & elemosynis.*
3. satis plene scripsisse me ad hanc rem proximis litteris ad vos factis credo] *Hanc lectionem, uti apparet emendatiorem, habent Manut. & Morelius. Ceteri omnes tum Ms. tum excusati: sciatis plene scripsisse me, & c. credo ut qui, & c.*
4. expectent ante de domini protectione] *Ita re ete Morelius. Nam: ante, omissum erat à Manut. quod tamẽ habent excusati & Ms. omnes. Desiderabatur autem in aliis codicibus particula: de, Cypriano v'statissima.*
5. & vitæ ipsi omnium nostrum conuenit] *vt Episcopi plures in vnum conuenientes] Error librariorum in aditione Remboldi, remansit hætenus in Erasmi excusis omnibus, ommissa erant ibi aliquot uerba, unde locus factus est mutilus. Vera autem hæc lectio reperitur in Ms. codicibus quatuor, adnotata quidẽ partim ad marginem ab Erasmo, qui recte diuinabat legendum: conuenit, sed qui destruitur codicibus Ms. (quantumcunque de illis se iactet) reliquum quod desiderabatur suppleve non potuit. Quod ante me quidem fecere partim Manut. et Morelius, sed non placet quod ipsi legunt.*
6. cum clero conuenientes] *pro eo quod Ms. habet: plures in vnum conuenientes, uti e contrario non dissimulat vox: præpositi, quam habet loco vocis, Episcopi.*
7. præsentem & stantium plebe] *Ex epistola Cleri Romani ad Cyprianum infra xxxi. ubi citatur verba hæc Cypriani: pariter astentibus Laicis, conieceram hoc loco legendum: præsentem & astentem plebe, atque adeo Epistola ad Antonianum quæ est infra liij. castigandum modo prædicto duxeram, quod ibi habetur: pariter & stantibus laicis. Verum dum postea similes Phrases reperi. Epistola nempe xxxij. & in omnibus stantibus. & xxx. preces stantium, depre-*

hendi

hendi non obscure, stantes appellari eos qui adhuc in fide peristerant, uti e contrario lapsos qui ceciderant. Nihil itaque hic immutauimus potest, quum Ms. codices tres iam dicti hanc quoque lectionem habeant, imò, & infra locum illum epist. xxx. castigauimus.

8. tempore ipso sibi plus quam postulent largiente] *Verba hæc quamquam desiderantur in excusis. & Ms. recte tamen inserta sunt hoc loco à Manutio & Morelio, ex epistola dicta ad Antonianum ubi ad verbum citatur hic locus.*

AD CLERVM ROMA-  
num de præcedentium Epistolæ-  
rum exemplis Romam  
è suo secessu Missis.

EPISTOLA XV.

Argumentum huius Epistolæ non obscure indicat Cyprianus Epistola infra xxij. ad Clerum Romanum: *Post factus (inquit) ad vos litteras quibus actus noster expositus, & disciplina ac diligentia quantumcumque ratio declarata est & c. Neque enim aliud quam secessus sui & eorum que in illo gessit rationem, reddit, missis Romam in sui purgationem, quas ad suos scripserat epistolæ exemplis, imò iisdem, quibus illic, verbis utitur.*

CYPRIANVS PRESBY-  
teris & Diaconibus Romæ confi-  
stentibus fratribus S.

Li. 3. ep. 5.

**Q**UONIAM comperi fratres charissimi minus simpliciter & minus fideliter vobis renuciari, quæ hic à nobis & gesta sunt & geruntur, necessarium duxi has ad vos litteras facere, quibus vobis actus nostri, & disciplinæ, & diligentia ratio redderetur. <sup>1</sup> Nam sicut Domini mandata instruit, orto statim turbationis impetu primo, <sup>2</sup> cum me clamore violento frequenter populus flagitasset, non tam meam salutem, quam quietem fratrum publicam cogitans, interim secessi, ne per inuerecundam præsentiam nostram seditio quæ cæperat, plus prouocaretur. Absens tamẽ corpore, nec spiritu, nec actu, nec monitis meis defui; quo minus secundum Domini præcepta fratribus nostris in quibus possem, mea mediocritate cõsulerem. <sup>3</sup> & quid egerim, loquuntur vobis epistolæ, pro temporibus emissæ numero tredecim, quas ad vos transmisi. <sup>4</sup> In quibus nec clero consilium <sup>5</sup> nec confessoribus exhortatio, <sup>6</sup> nec extoribus quando oportuit obuiurgatio, <sup>7</sup> nec vniuersæ fraternitati ad deprecandam Dei misericordiam allocutio,

& persuasio nostra defuit: quantum secundum legem fidei, & timorem Dei, Dominus suggerente, nostra mediocritas potuit coniti. <sup>8</sup> posteaquam verò & tormenta venerunt, siue iam toris fratribus nostris, siue adhuc ut torquerentur inclusis, ad corroborandos, & confortandos eos noster sermo penetrauit. <sup>9</sup> Item cum cõperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas, atque ora maculassent, vel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluisent; exambire ad martyres passim, cõfessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrumpere, ut sine villo discrimine, atque examine singulorum <sup>10</sup> darentur quotidie libellorum millia contra euangelij legem; litteras feci quibus martyres & confessores consilio meo quantum possem ad dominica præcepta reuocarem. Item presbyteris & diaconibus non defuit sacerdotij vigor, ut quidam minus disciplinæ memores & temeraria festinatione præcipites, qui cum lapsis communicare iam cæperant, comprimerentur, <sup>11</sup> intercedentibus nobis. Plebi quoque ipsi quantum potuimus animum composuimus, & ut ecclesiastica disciplina seruaretur, instruximus. <sup>12</sup> Postmodum verò cum quidam de lapsis, siue sua sponte, siue aliquo incitatore, audaci flagitatione proruerent, ut pacem sibi à martyribus & confessoribus promissam extorquere violento impetu niterentur, de hoc etiam bis ad clerum litteras feci, & legi ei mandavi, ut ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigandum, si qui libello à martyribus accepto de sæculo excederant, exomologesi facta, & manu eis in poenitentiam imposita, cum pace sibi à martyribus promissa ad Dominum remitterentur. Nec in hoc legem dedi, aut me auctorem temere constitui: sed cum videretur & honor martyribus habendus, & eorum qui omnia turbare cupiebant impetus cõprimendus, <sup>14</sup> & præterea vestra scripta legissem, quæ de hoc ad clerum nostrum per Clementium hypodacum nuper feceratis, ut iis qui post lapsum infirmitate apprehensi essent & poenitentes communicationem desiderarent, subueniretur; standum putavi & cum vestra sententia, ne actus noster qui adunatus esse & contentire circa omnia debet, in aliquo discreparet. <sup>15</sup> Planè ceterorum causas quibus libello à martyribus accepto differri mandavi, & in nostram præsentiam, referuari;

D



vt cum, pace à Domino nobis data, plures præpositi conuenire in vnum cœperimus, communicato etiam vobiscum consilio disponere singula & reformare possim. Opto vos fratres charissimi sēper bene valere.

### ADNOTATIONES IN Epistolam xv.

1. Quoniam comperi fratres car. minus simpliciter &c.] Videtur alludere ad Epistolam tertiam in qua conuenire videtur Clerus Romanus de secessu Cypriani excusat se autem primum de secessu, deinde de us qua in secessu non ociose à se gesta sunt, rationem reddit.

2. Nam sicut domini mandata instruunt] Mandata Domini que secedere iubent in persecutione, quadam habes infra de lapsis. Eodem pertinet illud Matth. 10. Cum autem persequerentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam, quam scripturam & alias omnes que huc pertinere videbantur, pulchre tractatas habes in Athanasio, Apologia de fuga sua in persecutione, Qua quando episcopo & animarum pastoribus sit licita, exacte tractatur à D. Augustino Epistola 180. ad Honoratum. Tunc nempe quando ibi aut plebs Christi non fuerit cui ministraretur, aut etiam si fuerit potest impleri per alios necessarium ministerium, quibus non est eadem causa fugiendi; sicut fugit inquit] Athanasius Alexandrinus Episcopus, cum eum specialiter apprehendere Constantinus ceperet Imperator, nequaquam à cæteris ministris desertæ plebe catholica, que in Alexandria commanebat.

3. cum me clamore violento frequenter populus flagitaret] De flagitatione ista & similibus que postea denuo contigerunt, supra Epistola vi. & infra latius Cyprianus Epistola lv. in hac verba: Toties inquit] ad Leonem petitus, in circo, in amphiteatro Dominica dignationis testimonio honoratus, His ipsis etiam diebus quibus has ad te litteras feci, ob sacrificia que de adicto proposito populus celebrare iubebatur, clamore popularium ad Leonem denuo postulatus in circo. Quare mirari satis hic nequeo Erasmus notasse hoc loco ad marginem illud: Populus designabat Episcopum. Quod quam verum sit, infra suo loco dicemus ad Epistolam 68. que est ad Clerum & plebem in Hispania constitentes.

4. Et quid egerim loquuntur vobis epistolæ &c. numero tredecim] Que sint hæc tredecim epistolæ dum serio perquiro, haud dici queat quantum laboris à me huic rei impensum fuerit, nec tamen panitet, quum ex us. 10. hæc numero reperisse me, certo mihi persuadeam; quas habes vti significauimus hæc numero præmissas, è quo numero fortassis & illa est quam supra habes numero iij de dormitione Episcopi urbis. Præsertim autem difficultatem mouebat, quod in Ms. codicibus quatuor Marchij, Dumenis, Assigij, & Cauchij exemplar 13. epistolarum quarum sit mentio descriptum reperitur, quarum tamen neque omnes neque solæ supra à me in hunc ordinem digestæ sunt. Verum quum in ipso limine impingat quisquis ille fuit qui in ordinem illas redegit, non ex istius sacilegum, à Ms. codicibus hæc in re aliquantum dissentire. Quomodo enim queso epistola in secessu prima esse queat illa, cuius initium: Quanquam sciam vos litteris meis frequenter admonitos &c. Omitto quod

& alia quadam illis inserta sint, quas constat longo post scriptas tempore, quum iam à secessu domum redisset, Exempli gratia, ad fortunatum & cæteros de us qui per tormenta superantur, que meminit Synodi Africanæ de lapsis, atque illa celebrata est in pace ecclesiæ sub Pontificatu Cornelij. Malui itaque fateri, quod due aut tres ex hoc numero desiderentur, quam falso quamquam epistolam illis aggregare.

5. in quibus nec clero consilium meum] Dicitur habet huiusce Argumenti supra V. & VI.

6. nec confessoribus exhortatio] Harum nullam existare existimo sed desiderari hæcenus, loqui enim videtur prorsus de confessoribus Africanis, ad quos nulla extat epistola, nisi que sub finem vite in exilio sunt scripta.

7. nec extortibus quando oportuit obiurgatio] Hanc habes supra VII. numero ad Rogatianum, quippe qua extortium mentionem disertis verbis faciat: Porro: quando, legunt Ms. ad unum omnes, non: quæ ut antea habebatur.

8. nec vniuersæ fraternitati &c.] Hæc supra est num. VII. Rectius autem hic: eniti, legunt Manut. & Morelius quam cæteri: niti.

9. Postquam verò & tormenta venerunt, &c. Hæc est num. IX. Sic autem legunt Manut. & Morelius, cæteri: postea verò quam.

10. Item cum comperissem &c.] Epistolas 3. de lapsis: qui libellis acceptis à martyribus, pacem importunè petebant, habes supra: X. XI. & XII.

11. darentur quotidie libellorum milia contra legem Euangelij] Vel hinc etiam apparet, non tam taxasse Cyprianum libellos martyrum, quam illorum immensam copiam, sine ullo (ut inquit] discrimine atque examine singulorum. Porro hic loquitur de libellis martyrum de lapsis, paulò autem prius, de libellis quos iudici offerebant quidam ne sacrificarent, de quibus infra latius Epistola XXXI.

12. intercedentibus nobis: Plebi quoque ipsi quantum potuimus animum composuimus] Hoc pacto hunc locum castigandum censuit. Manut. Leatio vetus quam etiam habent Ms. codices ita habebat: intercedentibus nobis plebi ipsi quoque quantum potuimus composuimus, verum prior est dilucidior.

13. Postmodum verò, quum quidam de lapsis] loquitur de epistolis XII. & XIII. nouæ autem dicitur: quoque genere, pro quoque modo.

14. & præterea vestra scripta legissem que de hoc &c.] Tum verba epistolæ similia tum portitoris nomen certo mihi persuadent, loqui Cyprianum de epistola illa Cleri Romani que est supra num. 3. ad Clerum Carthaginensem.

15. Planè cæterorum causas] Rectam hanc distinctionem habes in Ms. s. codicibus, alludit autem ad verba Epistola præcedentis.

16. reformare possimus] Sic Ms. codices Assigij, Dumenis & Marchi. Manut. quoque & Morelius. Quare magis placet, præsertim quum eadem voce infra videtur Epistola vigesima ad Caldonium & alibi frequentissime. Est autem vox & Quintiliano usitata, pro in meliorem formam redigere. Hinc reformatio morum in conciliis usitata phrasij.

AD

### AD MOYSEN ET MAXIMUM Presbyteros & cæteros confessores Romanos de eorum confessione.

EPISTOLA XVI.

Argumentum huius Epistolæ habes infra Epistola xxxj. vbi Clerus Romanus: In quo loco (inquit] maximas tibi atque vberes gratias referre debemus & reddimus, quòd illorum carceris tenebras litteris tuis illuminasti, quòd ad illos venisti quomodo introire potuisti, quòd illorum animos sua fide & confessione robustos tuis alloquutionibus litterisque recreasti: quòd felicitates eorum condignis laudibus profectus, accendisti ad multo ardentiorum celestis gloriæ cupiditatem: quòd pronos impulisti, quòd ut credimus & optamus victores futuros viribus tui sermonis animasti: Vt quanquam hoc totum de fide confidentium & diuina indulgentia venire videatur, tamen in Martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse videantur.

### CYPRIANI 'MOYSI ET Maximo Presbyteris & cæteris cō- fessoribus fratribus S.

Lib. 2.  
Epist. 4.

**T** cunctos vos pariter & singulos repræsentauit affectibus nostris fratres charissimi, Celerinus adueniens, fidei ac virtutis vestræ comes, & gloriosis congressibus Dei miles, vniuersos vos in illo veniente conspeximus, & cum charitatem circa me vestram dulciter ac sæpe loqueretur, in eius sermonibus vos audiebamus. Satis ac plurimum gaudeo, quando à vobis per tales talia perferuntur: vobiscum illic in carcere quodam modo & nos sumus, diuinæ dignationis hortamenta vobiscum sentire nos credimus, qui sic vestris cordibus inhæremus: honori nos vestro charitas vestra in diuidua cōnectit, separari dilectio, ne spiritus non finit: vos illic cōfessio, me affectio includit. Et nos quidē vestri diebus ac noctibus memores, & quando in sacrificiis precē cum pluribus facimus, & cū in secessu priuatis precibus oramus, coronis ac laudibus vestris plenā à Domino fauentiā postulamur, sed ad reddendam vobis vicem minor est nostra mediocritas: plus vos datis quando nostri in oratione meministis, qui sperantes iam sola cœlestia & tantum diuina meditantur, ad fastigia celsiora mora ip-

sa passionis ascenditis, longoque temporum ductu glorias vestras non trahitis, sed augetis. Beatum facit prima, & vna confessio: vos totiens confitemini, quotiens rogati, vt de carcere recedatis, carcerē fide, & virtute prælegitis: tot vestræ laudes, quot dies: quot mensū curricula, tot incrementa meritum. Semel vincit qui statim patitur: atqui manens semper in pœnis, cōgreditur cum dolore, nec vincitur, quotidie coronatur. Eant nunc magistratus & consules siue proconsules, annuæ dignitatis insignibus & duodecim fascibus gloriantur; ecce dignitas cœlestis in vobis honoris annui claritate signata est: & iam reuertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate transgressa est. Illuminabat mundum sol oriens & luna decurrens, sed vobis idem qui solem fecit, & lunam, maius in carcere lumen fuit, & in corde ac mentibus vestris Christi claritudo resplendēs, horribiles cæteris atque funestas pœnalis loci tenebras æterna illa & candida luce radiavit. Per vicissitudines mensum transiit tempus hibernū, sed & vos inclusi tempora hyemis, persecutionis hyeme pensastis. Successit hyemi verna temperies ros læta, & floribus coronata; sed vobis rosæ & flores de paradisi deliciis aderant, & caput vestrum feruente cœlestia coronabant. Æstas ecce mesium fertilitate fecunda est, & area frugibus plena est; sed vos qui gloriam seminastis, frugem gloriæ metitis: atque in Domini area constituti, exuri paleas inextinguibili igne conspiciatis, ipsi vt tritici grana purgata & frumenta pretiosa, iam purgati & conditi, hospitium carceris horreum computatis. Nec deest autumnus ad muneris fungenda tēporis gratia spiritalis: vindemia foris premitur, & profutura poculis in torcularibus vna calcatur. Vos de Domini vinea pingues racemi, & iam maturis fructibus botri, pressuræ sæcularis infestatione calcati, torcular vestrum carcere torquente sentitis. Vini vice sanguinem funditis, ad passionis tolerantiam fortes, martyrij poculum libenter hauritis. Sic apud seruos Dei annus euoluit. Sic spiritalibus meritis, & cœlestibus præmijs temporum vicissitudo celebratur. Beati satis qui ex vobis per hæc gloriarum vestigia commeantes, iam de sæculo recesserunt, confectio que itinere virtutis ac fidei ad complexum & osculum Domini, Domino ipso gaudente venerunt. Sed & ve-

D ij



stra non minor gloria, qui adhuc in certamine constituti, & comitū glorias secuturi, pugnam diu geritis, immotaque & incōcūsa fide stabiles, quotidie spectaculum Deo vestris virtutibus exhibetis. Quo longior vestra pugna, hoc corona sublimior. Agon vnus, sed multiplici prætorum numerositate congestus. Famem vincitis, & sitim spernitis, & squalorem carceris ac receptaculi pœnalis horrorem roboris vigore calcatis.

2. Pœna illic subigitur, cruciatus obteritur, nec mors metuitur, sed optatur, quæ scilicet immortalitatis præmio vincitur, ut vitæ æternitate, qui vicerit, honoretur, Qui nunc in vobis animus, quam sublime, quam capax pœntis; vbitalia & tanta voluuntur. Vbi non nisi Dei præcepta & Christi præmia cogitantur, voluntas est illic tantum Dei; & in carne adhuc licet vobis positus, vita iam viuatur non præsentis sæculi, sed futuri. Nūc est fratres charissimi vt memores mei sitis, vt inter magnas atque diuinas cogitationes vestras nos quoque animo ac mente voluatis, simque in precibus & orationibus vestris, cum vox illa purificatione confessionis illustris, & iugi honoris sui tenore laudabilis, ad Dei aures penetrat, & aperto sibi cœlo, de his subacti mundi partibus ad superna transmissa, impetrat de Domini bonitate, quod postulat. Quid enim petit de indulgentia Domini, quod non impetrare mereamini, qui sic Domini mandata seruastis; qui euangelicam disciplinam sincero fidei vigore tenuistis, qui incorrupto honore virtutis, cum præceptis Domini, & cum Apostolis eius fortiter stantes, nutantem multorum fidem martyrij vestri veritate solidastis? Verè euangelij testes, & verè martyres Christi radicibus eius innixi, super petram robusta mole fundati, disciplinam cum virtute iunxistis, ad timorē Dei cæteros prouocastis, martyria vestra exempla fecistis. Opto vos fortissimi ac beatissimi fratres semper bene valere, & nostri meminisse.

### ADNOTATIONES IN Epistolam xvi.

1. MOYSI ET MAXIMO &c. Horum confessorum frequens est infra apud Cyprianum mentio, scribit ad eosdem Epistolam xxx. De his ita Damascus in vita D. Fabiani Pontificis: Post passionem vero eius Moyses & Maximus presbyteri & Nicofratus Diaconus comprehensī sunt & in carcerem missi. Euseb. libr. 6. hist. eccl. cap. 24. illis annuerat ex Dionysio Alexandrino

Urbanum, Sidonium, & Celerinum; quorum Maximum & Urbanum secundo confessos, Sidonium verò & Celerinum omnia tormentorum genera superasse affirmat. Patet autem ex epistola infra xxxi. adnumeratum etiam illis Rufinum quendam. Porro ex his Moyses paulopost Martyrium passus est, subscripsit tamen adhuc epistola Celeri Romani ad Cyprianum de lapsis, quæ est infra xxxi. vbi patet ex epistola liij. ad Antonianum. Quid de aliis actum, latius infra ad Epistolam xliij.

2. Celerinus] De Celerino habes infra Epistolam xxxiiij.

3. & gloriosis congressibus] Sic Manut. codices Camb. & afflig. ad marginem, & vetus excusus, pro eo quod corrupte legabatur: congressionibus. Morelius & afflig. in contextu: congressionibus non male.

4. diuinæ dignationis hortamenta] Sic Ms. & hætenus impressi codices excepto Aldino, qui cū Cambr. & alio quodam: ornamenta, legit, minus rectè. Porro dignationis vocem Cyprianus ex Tertulliano mutuatus est. Pro eo autem quod hic habent excusi omnes: in heremus] legunt Ms. adhæremus, consentiunt verò illi cum Manutio ac Morelio, dum: includit, legunt, pro eo quod antea erat: concludit.

5. & quando in sacrificiis, &c.] Locus hic requirere videbatur tractatum de sacrificio dominico, verum cū nusquam ferè non illius mentionem facit Cyprianus, tum potissimum Epistola infra lxiij. de Sacramento calicis ad Exilium, quo lectorem remittimus.

6. plenam à Domino fauentiam] Ita Ms. Cambr. & afflig. Excusi verò omnes domini fauentiam; fauentia vero pro fauore, nota vox Nonio Marcello ex Actio, Paulopost: spicantes, legit Manut. Ms. verò & cæteri excusi omnes: sperantes. Rectius verò habent excusi: mora ipsa passionis, quam aut Cambr. hora ipsa, aut afflig. ad horam ipsam.

7. carcerem fide & virtute prælegit] Morelius legit, fidei & virtutis, verum vulgatum lectionem retinent Ms.

8. Eant nunc magistratus & cōsules sine proconsules] Quum in aliis prouinciis pretores ferè constituti sint à Romanis, in Africa proconsules erant, unde & proconsularis appellatur: à Plinio & aliis. Iudiciorum proconsulis etiam meminit Tertullianus ad Martyres, & Pontius in vita D. Cypriani.

9. annuæ dignitatis insignibus] Pulchra allusio ad annuam consulum dignitatem, quam vnus anni volaticum gaudium nuncupat Tertullianus libr. de penitentia sub finem. Hæc miri ferè solet Calendis Ianuariis. Postea tamen sæpè Idibus Marius intum consularum testis est Liuius, imò sub Cesarib. nonnunquam idibus Iunius & aliis anni temporibus: quemadmodum manifestum sit è Fastis consularibus, quos summa diligentia auspicijs Generosi: libr. 2. viri Marci Laurini nunc primum restituit Hubertus Goltzius. Solent enim illi pro arbitrio bis & ter aliquando in anno consules novos creare.

10. & duodecim fascibus gloriantur] Quos fascies vocat Cyprianus tum hic tum epistola ad Donatum, Tertullianus de penitentia; & contra Valenti. virgas nuncupat: dum ambitum consularum, virgarum & securium petitionem dicit. Lictores enim 12. consulem præstant, qui duodecim virgarum fascies & totidem secures illis ad terro-

ad terrorem præferrent. Proconsulibus. postea is ipse honor additus est, vt statores ac lictores haberent, quod patet vel ex Cicerone epistolarū familiarium lib. 2. vbi quum proconsul esset & Imperator, C. Cælio quaestori ita scribit: Que cum essent incerta, excusamui tamē esse, faciendum, vt ad te statores meos & lictores cum litteris mitterem. Quamquam tamen in ea sint plerique sententia, vt sex duntaxat fascies proconsulibus permisi sint; quare quod hic de 12. fascibus Cyprianus dicit ad consules referendū.

11. maius in carcere lumen fuit] Sic Manut. Morelius, Rembolt. & Ms. codices. Verus verò excusus & Grauius: fudit, quam lectionem ad marginem adnotatam ab Erasmo in additionibus Frobeniana, Alapaciana, ac Gryphij, in textum inseruit Parisiensis codex, hoc pacto: lumen fudit, fuitque in corde] nimis libere. Porro pro eo quod initio huius periodi legimus: illuminabat, legit Costerius: illuminat.

12. horribiles cæteris] Ita Manut. Morelius, ac Cambr. codex: Afflig. verò cum excusis aliis: carceris, minus rectè.

13. pœnalis loci tenebras] Quod hic pœnalem locum, infra receptaculum pœnale dicit, ita & supra epist. 11. ad Donatum pœnales cumulos dixit. Phrasit est mutuata à Tertulliano de habitu muliebri, vbi pœnali opere legitur. Sic & D. Hieronym. ad Innocentium de muliere septies percussa: pœnalem carceris horrorem dixit.

14. transeuauit tempus hibernum] Locum hunc nos primi ex Cambr. codice restitimus. Desiderabatur dictio: tempus; & pensatis, posuimus, fidem Ms. cod. & Manut. cū Morelio secuti, erat prius: pensabatis.

15. Succesit hiemi verna temperies] Coniecturam hanc nostram confirmatam reperi per Ms. codices & Manut. ac Morelium, consentit etiam vetus excusus & Grauius. Paulopost malimus retinere vocem: aderant, eo quod sequatur: & coronabant, quam quod habet Morelius: adherent, minus rectè. Est enim Cypriano familiaris vt prateritis imperfectis pro prateritis perfectis utatur.

16. atque in area Domini constituti] Alludit ad locum Mar. 7. & negotores fidei paleis, frumentis verò martyres comparat, mitatus etiam hic Tertullianum de fuga in persecutione. Ad illud autem Math. conuenientius legit Morelius: purgati, alij omnes tam Ms. quam excusi: probati, Quod vero Cambr. codex: computetis, legit, minus placet.

17. torcular vestrum] Etiam hunc locum restitimus è cod. Ms. & veteri excuso, alij omnes: nostrum, corruptè.

18. Sic spiritalibus meritis & cælestibus præmiis] Locus de meritis & præmiis bonorum operum.

19. ad complexum & osculum Domini, &c. Quod hic ad complexum & osculum Domini venire, paulopost apero sibi cælo ad superna transmitti dicit. Similiter Rom. confessores infra epistola 26. Quid gloriosius inquit] quiduis felicius &c. quam relicto mundo cælum petisse: quum desertis hominibus inter angelos stare quam impedimentis omnibus secularibus ruptis in conspectum Dei iam se liberum sistere: quam cæleste regnum sine ulla cunctatione retinere? Similia habet Cyprianus Epistolis ad Antonianum & Tybartyanos. Loci insignes contra Anabaptistarum & Armeniorum errorem, quo animas martyrum sub ara dormire credunt vsque ad extremum iudicij diem. Certè si ea foret D. Pauli sententia, fra-

stra desideraret Philip. 2. dissolui & esse cum Christo, & rursum 2. Corinth. 5. scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluitur, quod edificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis, & paulopost: bonam voluntatem habemus peregrinari à corpore & præsentem esse ad Dominum. Quæ loca ita in hanc sententiam interpretatur Chryost. vt mirari nequeam illorum impudentiam, qui illi errorem hunc impingere non sunt veriti. Aperta est eadem de re D. Augustini sententia in Psalmum 109. D. Ambrosij in Lucae c. 22. & Cyrilli in caput Ioan. 19. Damatus est quoque in Armeniis error ille à concilio Florentino.

20. Pœna illic subigitur] Hoc è Ms. codicibus substitutum, pro eo quod erat: subicitur, magis autè placet illud: obteritur, quam quod habet Morelius: subteritur, neque à nobis dissentunt Ms. codices. Paulo prius pro eo quod legimus: vestris virtutibus, retinet afflig. codex lectionem pristinam: de vestris virtutibus, non alienam à Phrasit Cypriana.

21. de his subacti mundi partibus] Manut. & Ms. codices, Morelius omittit particulam: his vulgo: subactis, non rectè. Corruptissimè etiam prius habebatur paulopost: seruatis, pro quo Ms. cod. & vetus excusus: seruastis, legunt, quomodo Manutius & Morelius.

22. Martyria vestra exempla fecistis] Cambr. codex Martyres ad vestra exempla fecistis, non male: Porro conclusionem epistola non habent Ms. codices.

### CONFESSORVM VNI uersorum ad Cyprianum de pace lapis data.

#### EPISTOLA XVII.

Argumentum huius recitat ipse Cyprianus Epistola infra xxiiij. Postquam vero (inquit) ad eos litteras misi, vt quasi moderatius aliquid & temperatius fieret, vniuersorum confessorum nomine idem Lucianus Epistolam scripsit, qua pene omne vinculum fidei & timor dei, & mandatum Domini & Euangelij sanctitatis & disciplina: firmitus solueretur. Scripsit enim omnium nomine: vniuersis eos pacem dedisse, & hæc formam alijs Episcopis innotescere, cuius epistola exemplum ad vos transmisi. Est autem recens edita hæc epistola à Manutio & Morelio.

### VNIERSI CONFESSO res Cypriano Papæ S.

**C**IAS nos vniuersis, de quibus apud te ratio constiterit, quid post commissum egerint, dedisse pacē: & hanc formam per te & alijs episcopis innotescere voluimus. Optamus te cū sanctis martyribus pacē habere. Presente de clero, & exorcista, & lectore Lucianus scripsit.

### ADNOTATIONES IN Epistolam xvii.



1. CYPRIANO PAPAE] Sic Morelius, Manutius vero: P A P A E, neutra displicet lectio, quod enim latine, P A P A, Græce ut supra dixim⁹ πᾶππῶς  
2. de quibus apud te ratio constiterit Particulari: de adiectis ex epistola sequenti, in qua horum verborum mentio fit Morelius legit: quorum, ex eadem probatur lectio Man. voluim⁹ pro quo habet Morelius: volumus.  
3. Præsentem de Clero & exorcista & lectore] magis placet hæc Morelij quâ Manut. lectio, qui habet mēdose: Presbyter de Clero & exorcista & lector. Econtrario magis placet: scripsit quâ quod habet Morelius scripsit.

CYPRIANI AD CLERVM  
de præcedenti & duabus sequen-  
tibus Epistolis.

EPISTOLA XVIII.

ARGVMENT. Quoque huius epistola est in epistola infra xxij. Apud nos etiam (inquit) quidem turbulenti, qui vix à nobis in præteritum regebantur & in nostram sententiam differebantur, per hanc epistolam (Luciani nempe, nomine confessorum) velut quibusdam facibus accensi, plus exarscere & pacem sibi datam extorquere cœperunt. De quibus quales ad Clerum nostrum litteras fecerim, exemplum vobis misi.

CYPRIANVS PRESBY-  
TERIS & Diaconibus fratribus S.

Lib. 3. epi.  
fol. 19.  
Esaiæ 66.

**D**OMINVS loquitur & dicit: Super quem respiciam, nisi super humilem, & quietum, & timentem sermones meos? Hoc cū debeamus omnes esse, tū magis huiusmodi illi esse debent quibus laborandum est, ut post graue lapsum vera pœnitentia & humilitate tota promereri Dominum possint. Legi autem & vniuersorum confessorum litteras, quas voluerūt per me collegis omnibus innotescere, & ad eos pacem à se datam peruenire, de quibus apud nos ratio constiterit, quid post commissum egerint. Quæ res cum omnium nostrum consilium & sententiam spectet, præiudicare ego, & soli mihi rem communem vindicare non audeo. & ideo instetur interim epistolis, quas ad vos proximè fecerā: quarum exemplum collegis quoque multis iam misi; qui rescripserunt placere sibi quod statuimus, nec ab eo recedendum esse, donec pace nobis à Domino reddita in vnum conuenire, & singulorum causas examinare possimus. Sed & quid mihi Caldonius collega meus scripserit, quidque ego ei re-

scripserim, ut sciretis, vtriusque epistolæ exemplum litteris meis iunxi: quod totum petro fratribus nostris legatis, ut magis ac magis ad pœnitentiam cōponantur, nec delicto priori adiciant adhuc aliud delictum, dum nec nobis nec Euangelio volunt seruire, nec secundum vniuersorum confessorum litteras causas suas examinari permittunt. Opto vos fratres charissimi semper bene valere, & nostri meminisse. Fraternitatem vniuersam salutate. Valere.

ADNOTATIONES IN  
Epistolam XVIII.

1. tum magis huiusmodi esse debent] Particulari duas, tum magis, adiecte recens Manut. & Morelius quæ desideratæ hæctenus obscuræ reddebant sensum. Mendose autem pro huiusmodi, legit Manut. modo.
2. de quibus apud nos ratio constiterit] Ita recte locum hunc restitutum, tum ex 4. Ms. & veteri excuso codicibus, tum ex Epistola præcedenti, cuius verba hic citantur, nā antea particula, dum, interposita à Remboldo, ita contextum inuertit, ut intelligi nequirit.
3. & soli mihi] Hanc tanquam verā huius loci lectionem codicibus Ms. Afflig. Dun. Marchin. & Cauchij acceptam debemus. Antea erat: solum, pro quo reposuit Manut. solum, sed minus placet.
4. Et ideo instetur interim epistolis quas ad vos proximè feceram] E codicibus Ms. (nam consentiunt & nostri) adiecterunt Manut. & Morelius vocem interim, quæ desiderabatur; sicut etiam pronomen illud vos, quod tamen hodie non reperitur in Ms. Placet autem magis lectio: rescripserunt, ut hic Morel. quam quod ceteri habent: perscripserunt.
5. nec ab eo recedendum esse] Etiam huius loci castigatione debemus illis, qui antea erat corruptissimus, ut huius epistola cetera plerūque legebatur enim: nec ad vos.
6. Sed & quid mihi Caldonius collega meus] Epistolam hæc cum responsu Cypriani huic adnexā habet.
7. ad pœnitentiam componantur] Hanc communem lectionem confirmatam reperio in codicibus Ms. quare non placet quod habent Manut. & Morelius: pœnitentiam.
8. dum nec nobis nec euangelio] Elegans est hæc congeminitio, quam habent Manut. & Morelius; magis etiam placet: examinari, quod habent ipsi, quam: examinare, uti Ms. & excusi ceteri.
9. Valete] Constantem hanc conclusiunculam habent Ms. codices 4. quare adiectimus illam contextui.

CALDONII AD CYPRIANVM & Compresbyteros de iis  
qui sacrificarent siue de lapsis.

EPISTOLA XIX.

ARG. Quum lapsorum quidam noua urgente persecutione Christum confessi essent atque adeo antequam in exilium proficiscerentur pacem peterent,

peterent, consulit Cyprianum Caldonius, an pax illis danda foret.

CYPRIANO ET COM-  
presbyteris Carthagini consistentibus, Caldonius S.

Lib. 5. epi.  
15.

**N**CESSITAS temporum facit, ut non temere pacē demus. Sed oportebat vobis scribere, quoniā ij qui postea quā sacrificauerunt, iterato tētati, extorres facti: vidētur ergo mihi abluisse prius delictū, dū possessiones & domos dimittūt, & pœnitentiā agētes Christū sequūtur. Ergo Felix, qui præsbyteriū subministrabat sub Decimo, proximus mihi vicinus (plenius cognoui eundē Felicem) & Victoria, cōiunx eius, & Lucius, fideles, extorres facti reliquerūt possessiones quas nūc fiscus tenet. Sed & seu per se, seu per eisdē mulier nomine Bona; quæ tracta est à marito ad sacrificandū, quæ cōscientia nō cōmissa, sed quia tenētes manus eius ipsi sacrificabāt, sic ipsa cœpit dicere cōtra: Nō feci, vos fecistis; sic & ipsa extorris facta est. Cū ergo vniuersi pacē peterēt, dicētes: Recuperauimus fidē, quā amiseramus, pœnitentiā agētes, & Christū publicè sumus cōfessi: quāuis mihi videatur debere pacē accipere; tamen ad consultum vestrum eos dimisi ne videar aliquid temere præsumere. si quid ergo ex communi consilio placuerit; scribite mihi. Salutate nostros, vos nostri. Opto vos felicissimos bene valere.

ADNOTATIONES  
in Epistolam XIX.

1. CARTHAGINI CONSISTENTIBVS] sic recte, Manutius, pro eo quod vitiose Morelius CHARISSIMIS CONSISTENTIBVS, Primi autem & soli hi duo, hanc Epistolam in lucem dederunt.
2. CALDONIVS] Apud Morelium & alios excusos appellatur CALIDONIVS, verū constanter tum Epistola præcedenti, tum sequenti: CALDONIVS legunt Ms. codices Marchi. Afflig. Bland. & Dunstis, Manut. quoque tum hic, tum epistolis iam dictis & epistola xxij. in qua huius & sequentis epistolæ disertis verbis meminit D. etiam August. lib. 4. de baptis. contra Dona. ita legit, Epistolam citans infra 70. Fuit autem vnus Episcoporum Africae, uti constat ex epistolis iam citatis & Epistola liij. sed quo loco, reperire hæctenus non potui, præsertim quum synodo Africana de baptis. hareticis non interfuerit, ante ut suspicor defunctus.
3. Sed oportebat vobis scribere, quoniam ij qui & c. Hanc veram esse huius loci lectionem conieci ex lectione Morelij, qui alterum: quoniam, omisit; superflue

enim bis id repetitum, textum obscurabat.

4. Felix qui præsbyterium subministrabat sub decimo] Subministrare præsbyterium nō aliud mihi videtur, quā quod hodie dicimus vicarium præsbyteri agere, nisi forte: administrabat, legendum sit. proximus mihi vicinus: plenius cognoui eundem felicem] Locum hunc hoc pacto restitui, partim ex Manut. & partim ex Morelio.

5. & Victoria coniunx eius & Lucius fideles, extorres facti reliquerūt possessiones] Vera hæc lectio Morelij est Manut. habebat omnia in accusatio casu cum infinitiuo: reliquisse se, corrupte. Porro non mirum quod hic habes de victoria coniuge Felicis, quum ea etate ob penuriam allegerentur coniugati in præsbyterorum ordinem; at quod præsbyteri coniuges ducerent misquam legere est apud veteres.

6. Sed & seu per se seu per eosdem mulier nomine Bona] Etiam hæc lectio Morelij est castigatior & auctior quā Manut. apud quem erat Solacisimus iste. mulierem nomine Bona extorris facta est.

7. que cōscientia; nō cōmissa, sed quia tenētes m. e. i. f. sic ipsa cœpit dicere contra: nō feci] Emendatior longè est hæc lectio Morelij, quā Manut. qui habet: quæ cōscientiam non commisit sed tenētes, & c. cœpit. dicere contra non feci.

8. quamuis mihi videatur debere pacem accipere; tamen] Hæc econtrario magis placet Manut. hæc lectio, quam Morelij: quamuis mihi videatur ut debeant pacem accipere, sed.

CYPRIANI AD CAL-  
donium responsum.

EPISTOLA XX.

ARG. Nihil peculiare agit hac Epistola Cyprianus, quā quod Caldonij sententiæ accedit, iis nempe lapsis pacem negandam non esse, qui vera pœnitentia & Christi nominis confessione illam meruerint, atque adeo sibi reddiderint.

CYPRIANVS CALDO-  
nio fratri Salutem.

**A**CCEPIMVS litteras tuas frater charissime, satis sobrias & integritatis ac fidei plenas. Nec miramur si exercitatus & in scripturis dominicis peritus, cautè omnia & cōsultè geras. Rectè autē sensisti circa impertendā fratribus nostris pacē, quā sibi ipsi vera pœnitentiā & dominicæ confessionis gloria reddiderūt, sermonibus suis iustificati, quib⁹ se ante damnauerāt. Cū ergo abluerint omne delictū, & maculā primā assistēte sibi Domino posteriore virtute deleuerint, iacere vltra sub diabolo quasi prostrati nō debent, qui extorres facti, & bonis suis omnibus spoliati crexerūt se, & cum Christo stare cœperunt. Atque vtinam sic & ceteri post lapsum pœnitentes

D iiij

Lib. 3. epi.  
20.



in statum pristinum reformetur. Quos nunc urgentes, & pacem temere atque importune extorquentes, quomodo disposuerimus, ut scires; librum tibi cum epistolis numero quinque misi: quas ad clericum, & ad plebem, & ad martyras quoque & confessores feci. quarum epistolae iam plurimis collegis nostris missae placuerunt, & rescripserunt se quoque nobiscum in eodem consilio secundum catholicam fidem stare. Quod ipsum etiam tu ad collegas nostros, quos potueris, transmittes, ut apud omnes vnus actus & vna consensus secundum Domini praecepta teneatur. Opto te frater charissime semper bene valere.

### AD NOTATIONES in Epistolam xx.

1. Recte autem sensisti circa impertitam fratribus nostris pacem] Sic Ms. codices A. Supradicti, Manutius quoque & Morelius. antea habebatur: impertitam, sed male.
2. maculam primam] Communis haec lectio omnium excusorum, confirmatur dictis Ms. codicibus, quare magis placet quam Manut. pristinam.
3. librum tibi cum epistolis numero quinque misi] Libri nomine mihi intelligere videtur, aut librum quo descripti continebantur libelli martyrum, aut quod magis probatur librum de lapsis quem habes infra Tomo 2. Epistole autem quinque quas misi, sunt eae quas habes supra numero x. xi. xij. xij. & xij. Porro quod habet sub sinem Manut. transmittite, magis placet, quam quod ceteri omnes: transmittes.

### CELERINI AD LVCIANUM pro Numeria & Candida.

#### EPISTOLA XXI.

Argumentum huius & sequentis Epistolae habes istud saepedicta epistola xxij. Exempla quoque (inquit) epistolae Celerini boni & robusti confessoris quam ad Lucianum eundem confessorum, scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit, misi vobis; ut sciretis & laborem circa omnia & diligentiam nostram, & veritatem ipsam disceratis: Celerinus confessor quam sit moderatus, & cautus & humilitate ac timore sectae nostrae verecundus; Lucianus vero circa intelligentiam Dominicae lectionis (ut dixi) minus peritus, & circa inuidiam verecundiae nostrae relinquendam facilitate sua molestus. Nam cum dominus dixerit. In nomine patris & filij & spiritus sancti gentes tingui & in baptismo peccata dimitti; hic praecepti & legis iohannis, mandat pacem dari & peccata dimitti in Pauli nomine, & hoc sibi dicit ab illo esse mandatum, sicut in litteris eiusdem Luciani ad Celerinum factus animaduertitis, &c.

### ' CELERINVS LV- CIANO S.

**H**ÆC cum tibi scriberem domine frater, gaudens & tristis eram: gaudens eo quod audierim, te pro nomine domini nostri Iesu Christi Saluatoris nostri tentum, & illis nomine penes magistratus huiusmodi confessum: tristis autem in eo quod ab eo ex quo te deduxi, nunquam litteras tuas accipere potui. Et nunc modo duplex mihi tristitia incubuit, quod cum Motanum fratrem nostrum communem abs te de carcere ad me esse venturum sciebas; de salute tua, vel quid penes te agatur, mihi non significaueris. Et hoc solet contingere seruis Dei, maxime eis qui in confessione Christi sunt constituti. scio enim quoniam vnusquisque iam quæ sunt sæculi non attendit, quoniam coronam cælestem sperat. Ego enim dixi, fortasse oblitum te esse mihi scribere. <sup>2</sup> Nam ut tibi quoque de infimo tuus vel frater dicar si fuero dignus Celerinus audire: tamen cum essem, & ego in tam florida confessione, fratres meos vetustissimos memorabam, & eos litteris meis memoravi charitatem pristinam eorum penes me meosque nunc esse. Peto tamen charissime à domino, ut si non ante cruore illo sancto laueris pro nomine Domini nostri Iesu Christi, quam litterarum mearum te in hoc mundo apprehendant; vel nunc si apprehederint, mihi ad hæc rescribas. Sic coronet te, cuius nomen confessus es. Credo enim quoniam et si in hoc mundo nos non viderimus, <sup>4</sup> in futuro tamen nos coronati à Christo complectemur. Peto ut sis dignus & ego coronati cum numero vestro. In magna tribulatione constitutum scias, & ac si sis mecum præsens, sic charitatis pristinae reminiscor die ac nocte, Deus solus scit. Et ideo peto ut annuas desiderio meo & mecum dolcas in morte fororis meae, quæ cecidit in hac vastatione Christo, sacrificauit enim & exacerbauit dominum nostrum. quod nobis manifestum videtur. Pro cuius factis ego <sup>1</sup> in lætitia paschæ flens die ac nocte; in cilicio & cinere lachrymabundus dies exegi, & exigo usque in hodiernum, donec auxilium Domini nostri Iesu Christi, & pietas per te vel per eos dominos meos qui coronati fuerint, à quibus postulaturus es ut veniam habeant nefanda naufragia; memor sum enim charitatis tuæ pristinae, quod cum omnibus

bus doleas sorores nostras, quas & tu bene nosti, id est Numeriam & Candidam; pro quarum peccatis quæ nos fratres habent, debemus excubare. Credo enim Christi secundum illarum poenitentiam & opera quæ penes collegas nostros fecerunt extorres, qui à vobis venerunt, à quibus ipsis de operibus eorum audies iam, pro eis vobis martyribus suis petentibus indulturum credo. <sup>6</sup> Audiui enim te floridiorum ministerium percepisse. O te felicem. suscipe vota tua quæ semper desiderasti, vel in terra dormiens, optasti pro nomine illius in carcere mitti, quod nunc tibi contingit, sicut scriptum est: *Dei tibi dominus secundum cor tuum.* & nunc super ipsos factus antistes Dei, recognouit idem minister. Rogo itaque, domine & peto per Dominum nostrum Iesum Christum, ut cæteris collegis tuis, fratribus tuis, meis Dominis referas, & ab eis petas, <sup>7</sup> ut quicumque prior vestrum coronatus fuerit, istis fororibus nostris Numeriæ & Candidæ, tale peccatum remittant. <sup>8</sup> Nam ipsam Erecusam semper appellauit, restis est nobis Deus, quia pro se dona numerauit, ne sacrificaret: sed tantum ascendisse videtur usque ad Triana facta, & inde descendisse. Hanc ergo non sacrificasse ego scio. Quarum iam causa audita, <sup>9</sup> præceperunt eas præpositi tantisper sic esse, donec Episcopus constitueretur. Sed quatenus per vestras sanctas orationes & petitiones in quas nos fidimus, quoniam estis amici, sed & testes Christi, quod omnia indulgeatis. Peto ergo domine Charissime Luciane, memor sis mei, & petitioni meae, annuas. sic Christus coronam illam sanctam quam tibi non tantum in Confessione, sed in sanctimonia tradidit, in qua semper cucurristi, exemplum sanctorum, semper & testis fuisti: ut omnibus dominis meis fratribus tuis confessoribus referas de hoc facto, ut à vobis auxilium recipiant. Nam hoc domine frater, scire debes, me non solum hoc pro eis petere, sed <sup>10</sup> Statim & Seuerianum & omnes confessores qui inde huc à vobis venerunt, ad quos ipsæ in portum descenderunt, & in urbem leuauerunt; quod sexaginta quinque ministrauerunt, & usque in hodiernum in omnibus fouerunt. Sunt enim penes illas omnes. Plus autem grauare cor illud sanctum tuum non debui, cum sciam te prona voluntate operari. <sup>11</sup> Salutant te Macarius cum fororibus suis Cornelia & Emerita, qui latantur con-

fessione tua florida, sed & omnes fratres: & <sup>12</sup> Saturninus qui & ipse luctatus est cum diabolo, qui & Christi nomen, est fortiter confessus, qui & ibi in poena vngularum fortiter est confessus, qui & hic nimis rogat & petit. Salutant te fratres tui Calphurnius, & Maria, & omnes sancti fratres. Nam hoc scire debes, me & dominis meis fratribus tuis scripsisse, quas peto illis eas legere digneris.

### AD NOTATIONES in Epistolam XXI.

1. CELERINVS LVCIANO] Celerini confessoris & supra fuit facta mentio Epistola xvi. ad confesores Rom. & infra latius Epistola xxxij. Lucianus autem qualis fuerit describitur Epistola xxij. tum verbis in argumento citatis, tum istis sub initium Epistolae: *Frater noster (inquit) Lucianus & ipse vnus ex confessoribus, fide quidem calidus & virtute robustus, minus dominica lectione fundatus, quadam conatus est imperiti iam pridem se vulgi auctorem constituens, ut manu eius scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur &c. habes eiusdem fictitiam nomine vniversorum confessorum Epistolam supra numero xvij.*
2. Nam ut tibi: quoque de infimo tuus vel frater dicar si fuero dignus Celerinus audire] *Hyperbaton est ita perplexum ut quid sibi velit non intelligam. Quandoquidem autem nulli nobis hic codices Ms. suffragentur, & solus Morelius hanc eum sequenti nobis in lucem emisit: dabit veniam lector, si vtrunque minus accurate castigatam reperiat.*
3. si non ante cruore illo sancto laueris] *Quum post cruorem pro Christo effusionem rescribere non licuisse Luciano, nulli dubium esse debet, quin hic prætermissa sit aliquo casu negandi particula, non; ego itaque illam interserere non sum veritus.*
4. in futuro tamen nos coronati à Christo complectemur] *Locus erat hic tractandi de morte post hanc vitam notitia verum differre hunc tractatum malimus ad librum de mortalitate, ubi ipse Cyprianus eandem confirmat.*
5. in lætitia paschæ] *Sic haud dubie legendum, pro eo quod erat in lætitia paschæ. Est etiam hic Hyperbaton, ob omissis quantum quidem mihi apparet quasdam distinnctulas, qualia sunt & in sequentibus, sed quibus sine Ms. codice mederi nequeo.*
6. Audiui enim te floridiorum ministerium percepisse] *videtur floridiores seu flores (nam illa lectio mihi placet magis) intelligere ipsos martyres, ut pote quorum Martyria floribus vernis & seruis & floribus contextis comparare soleat, uti videre est supra Epistola ix. & xvi. quomodo & sub sinem epistolae confessionem eius floridam dicit.*
7. ut quicumque vestrum prior coronatus fuerit, istis fororibus nostris Numeriæ & Candidæ tale peccatum remittant] *Hinc videre est quales porrigi soleant martyribus preces pro lapsis, demde pacem quæ ab eis dari solet, non fuisse duntaxat poenitentiales canones impostæ relaxationem, sed & veram peccatorum remissionem, atque adeo à culpa & præ-*



na ut loquimur absolutionem habes. præterea in hac Epistola bis repetita indulgentiæ vocæ, ut nemini posthac dubitare liceat, libellos illos Martyrum nõ aliud fuisse quam indulgentias quasdam, sic etiam infra epistola xxvi. xxx. & xxxi. Romani quoque indulgentiæ voce utuntur.

8. Nam ipsam Ereculam semper appellauit] videtur nomen fuisse Fæminæ cuiuspiam. Porro Triasfacta locus videtur fuisse in quo sacrificabatur. Vide autem hic verum usum libellatorum, qui nempe pro se dona numerabant, ne sacrificarent, de quo latius infra epistola li. ad Antonianum.

9. præceperunt eas præpositi tantisper sic esse donec Episcopus cõstituat] Vti supra diximus Epistola 3. Cyprianus præpositi nomen solis tribuit Episcopis. Hic vero etiam alius ecclesiæ præfecti sede vacante tribuitur.

10. Statim & Seuerianum] nomina Martyrũ sunt siue confessorũ atque adeo malim legi statim aut statim. nisi certe factum, legendum sit. nam facti martiris cuiusdam Romani festũ celebratur in Martyrologio. 4. Calend. 8. Octobris; neque enim verò est absimile, Romæ scriptam hæc Epistolam, quæ ex epistola supra xvi. constat Celerinũ ibi suam primam confessionem fecisse.

11. Salutant te Macarius cũ fororibus suis Cornelia & Emerita] Pro Emerita, nõ suam veritatem substruere & Emerita, tum quod emeriti nomẽ in Africa & alibi non ignotũ fuerit, tum ob variã lectionem Epistola sequens, in qua sub finem hæc sunt verba: Et maris collecta merita, sed mendose, ut suo loco dicemus.

12. Saturninus qui & ipse luctatus est cũ diabolo] Plures fuerunt Saturnini tum confessores tum martyres tum Episcopi in Africa etate Cypriani atque adeo diuinare quisnam iste fuerit superuacuum foret. Certè & Saturni presbyteri & aliorum quorundam in Africa martyrum sit mentio in Martyrologiis, pridie Idus Februarij.

## LUCIANI AD CELERINUM DE PACE OMNIBUS LAPSI DATA.

### EPISTOLA XXII.

Argumentum huius Epistolæ habes ad Epistolam præcedentem.

## LUCIANVS CELERINO DOMINO SI DIGNUS FUERO VOCARI COLLEGA IN CHRISTO S.

**A**CCEPI litteras tuas domine frater dilectissime, in quibus me tantum grauasti, vt perpetua grauatione tanto gaudio penè exciderim, vt litteras quas & ego optabam, post tantum temporis legere, in quibus mei dignatus memorare, beneficio tantæ tuæ humilitatis legere exultauit, qui scribens mihi dicit, Si dignus fuero frater nominari tuus; hominis qui apud pusilliores nomen Dei cum

timore confessus sum. Nam tu Deo volente ipsum anguem maiorem metatorem Antichristi, non tantum confessus deterruisti, vocibus illis & verbis defecisti, quibus scio quasi amatores fidei & Zelotypi disciplinæ Christi, in qua tenoris viuacitate versari te gaudeo, vicisti. Nunc charissime iam inter martyres deputande, voluisti nos litteris tuis grauare, in quibus significasti de fororibus nostris; pro quibus vtinam fieri posset, vt sine tanto scelere commissio memoriam faceremus; non profecto tantis lachrymis incumberemus, vt nunc. Scire debuisti quid circa nos actum sit. Cùm benedictus Martyr Paulus adhuc in corpore esset, vocauit me, & dixit mihi: Luciane coram Christo tibi dico, vt si quis post arcessionem meam abs te pacem petierit, des in nomine meo: sed & omnes quos dominus in tanta tribulatione accessire dignatus est, vniuersos ex compacto vniuersis pacem dimisimus. Videas ergo frater, quod tam placuit mihi quod Paulus præcepit, quam vniuersis quod censuimus, ex quibus eramus in hac tribulatione, cùm iussimus secundum præceptum imperatoris fame & siti & necati & reclusi sumus in duabus cellis, ita vt nos afficerent fame & siti, sed & ignis ab opere pressuræ nostræ tam intolerabilis erat, quam nemo portare posset, sed nunc ipsam claritatem sumus cõsecuti. Et ideo frater charissime, saluta Numeriam & Candidam, quæ secundum Pauli præceptum & cæterorum martyrũ, quorum nomina subiicio, Bassi in peierario, Mappalici in quæstione, Fortunionis in carcere, Pauli à quæstione, Fortunæ, Victorini, Victoris, Herenei, Credulæ, Herenæ, Donati, Firmi, Venti, Fructi, Iulix, Martialis, & Aristonis, qui Deo volente in carcere fame necati sunt (quorum & nos socios futuros intra dies audietis. iam enim iterato reclusi sumus, sunt dies octo in die quo tibi litteras scripsi. Nam & ante dies octo per dies quinque medios modicum panis accepimus & aquam ad mensuram) & ideo frater peto, vt sicut hic cùm Dominus cœperit ipsi Ecclesiæ pacem dare secundum præceptum Pauli & nostrum tractatum, exposita causâ apud Episcopum, & facta exomologesi, habeat pacem; non tantum hæc, sed & quas scis ad animum nostrum pertinere. Salutant vos collegæ mei vniuersi: vos salutate confessores Domini qui ibi vobiscũ sunt, quorum

rum nomina significasti, inter quos & Saturninus cum comitibus suis sed & collega meus, & Macharius, Cornelia & Emerita, Calphurnius & Maria, Sabina, Spesina, & forores, Ianuaria, Datiua, Donata. Saluamus cum suis Saturnum, Bassianum & vniuersum Clerum, Vranium, Alexium, Quintianum, Colonicam, & vniuersos; quorum nomina non scripsi, quia iam lassus eram, ideo ignoscere debent. Opto vos bene valere, Alexium & Getulicum & argentarios & forores. Salutant vos forores meæ, Ianuaria, & Sophia, quas vobis commendo.

## ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XXII.

1. Nam tu Deo volente ipsum anguem maiorem metatorem Antichristi, &c.] Desunt hic etiam verba aliquot quæ contextum explanant, ut pote: sed & vicisti, aut simile quid. Porro; metator, dicitur Vegetio, qui præcedens castris locum dirigit, ita dictus quia metitur siue metatur (vt veteri voce utar) loca in quibus tentoria figant milites. Hinc castra metari, Eleganter itaque Tyrannum & persecutorem Christianorum (fortassis ipsum Imperatorem Decium) metatorem vocat Antichristi, tanquam qui locum & hospitium illi parat: Sic infra Epistola lxxxii. ad Rogatianum, metatorem ipsorum vocat seniore Rogatianum, qui martyrio ipso antecesserat. Sic & Tertullianus contra Marcionem libr. 1. vocat tempus metatorem initij & finis; qui voce metari etiam alibi familiariter utitur.

2. Scite debuisti quid circa nos actum sit] Ita proculdubio legendum non: quod, uti antea habebatur.

3. cùm benedictus martyr Paulus] Vtitur hic quoque Lucianus phrasi Tertullianica, qua benedictos martyres vocare solet. libro præsertim ad martyres. Vides autem hic, modum quidem libellos martyrum conscribendi, verum modum illum, quo sine vilo discrimine omnibus pax dabatur à Luciano, Pauli martyris iam defuncti nomine; quem merito Cyprianus non probat, imò reprehendit. Porro Paulum huic insignem aliquem martyrem fuisse necesse est, ut pote cuius nomine potissimum libelli concederentur. De quibus tamen, quàm non discretè sint concepti, latius patet infra epistolis sequentibus. xxvij. xxviii. xxix. xxx.

4. post arcessionem meam] Arcessio siue accessio pro morte, familiaris vox est etiam Cypriano uti patet infra Tom. 2. sub finem libri de exhor. Mart. ad Fortunatum.

5. quæ secundum Pauli præceptum, & cæterorum martyrũ] Hyperbaton longissimum, sed quod non dubitem per Ms. codices si reperiri queant in compendium redigi posse.

6. Bassi in peieratio] Quid peierarium vocet nescio, nisi forte locum tormentorum in quo multi fideles iam peierarant. Porro an omnes hi martyres eodem die passi sint, non ita constat. Fit mihi verisimile quod non. Bassi enim Martyris & Iulix sit mentio in Martyrologiis ad 16. Cal. Mappalici & sociorum ad xv. Calend. Mai. ss.

Fortunionis verò & aliorum quorundam 3. Calend. Martij. 7. Fortunæ, Victorini, Victoris, Herenei, Credulæ, Herene, Donati, &c.] Passos hos omnes eodem quidem mense nempe Februario, sed non eodem die, sit mihi verisimile ex Martyrologio quodam Ms. Bibliothecæ Guilielmarum Erugensium, in quo ad diuersos dies illius mensis, Martyrum in Africa sit mētio, quorum quidam hic recensentur. Sic enim ad 3. Idus Februarij: In Africa Victoris, Felicis, Ianuarij, Zotici, Herenei ad 8. Calend. Martij, in Africa Victorini, Palatini, Pauli, Donati, Fortunæ, & aliorum 29. ad 5. vero Calend. Martij (quod etiam habet Beda in Martyrologio) in Africa Donati, Iusti, Herenæ, Pisonis, Nestoris, Castæ, & aliorum 51. Martyrum. Videntur autem mihi collecta hæc nomina è diuersis Martyrologiis, uti occurrerant, atque hinc factum ut quedam nomina demò repetantur. Ego etiam ex illis nomina illa Fortunæ, Herenei, & Herenæ restitui, pro quibus antea legebatur apud Morellum Fortunatæ Herenij & Heredæ. Facilis fuit error ex litterarum similitudine.

8. exposita causâ apud Episcopũ & facta exomologesi habeant pacem] Vides hic à Luciano quantum indidreto, tamen obseruatum illud quod toties in Prasbyteris reprehēdit Cyprianus, vt causæ cognitio apud Episcopum & exomologesi præmitterentur, antequam pax daretur, etiam ad preces Martyrum.

9. inter quos & Saturninus cum comitibus suis] Sic restituendum hunc locum existimaui ex Epistola præcedenti.

10. & Macharius Cornelia, & Emerita, Calphurnius & Maria] Sic hunc locum corruptissimum restitui partim ex epistola præcedenti partim ex Martyrologiis. Nam Macharij & aliorum x. Africa martyrum festum celebratur 6. Idus Aprilis. Corneliæ etiam cuiusdam in Africa pridie Calend. Aprilis. habebatur autè prius. & maris collecta merita Calphurnium: & Maria.

11. Saturnum Bassianum, & vniuersum clerũ] De Clero loquitur Romano, non de Carthaginensi, quum Celerinus primum Romæ Christum confessus sit, postea vero Carthaginem venerit, uti patet ex Epistolis supra xvi. & infra xxiiij. & sit Bassiani mentio supra quoque Epistola 3.

## CYPRIANI AD CLERUM ROMANUM DE SEX EPISTOLIS PRÆCEDENTIBUS & LUCIANI INUERCUNDIA.

### EPISTOLA XXIII.

ARG. Quum uti è præcedentibus epistolis constat mira inuercundia Lucianus Pauli & aliorum confessorum siue Martyrum nomine, passim lapsis omnibus sine discrimine & sine examine libellos concederet, atque adeo lapsi pacem à Cypriano extorquere niterentur; conuenitur de illorum importunitate apud Clerum Romanum, & in dictorum confirmationem, epistolarum præcedentium exempla transmittit: Cæterum recens



est edita hæc Epistola à Manut. & Morelio, reperitur etiam in Ms. Harvisij codice.

CYPRIANVS PRÆSBY-  
teris & Diaconibus Romæ con-  
sistentibus fratribus salutem.

Lib. 5. ep. 4

**R**OST factas ad vos litteras fratres charissimi, quibus actus noster expositus & disciplina ac diligentia quantalacunque ratio declarata est, aliud accessit, quod nec ipsum latere vos debuit. Nam frater noster Lucianus & ipse vnus de confessoribus, fide quidem calidus & virtute robustus, minus dominica lectione fundatus, quædam conatus est imperiti iam pridem se vulgi auctorem constituens, ut manu eius scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur; cum Mappalicus martyr cautus & verecundus, legis ac disciplina memor nullas contra Euangelium litteras fecerit, sed tantum domestica pietate commotus matri suæ & sorori, quæ lapsæ fuerant, mandauerit pacem dari: Saturninus quoque post tormenta adhuc in carcere constitutus, nullas eiusmodi litteras emisit. Lucianus verò non tantum Paulo adhuc in carcere posito nomine illius libellos manu sua scriptos passim dedit, sed & post eius excessum eadem facere sub eius nomine perseuerauit, dicens hoc sibi ab illo mandatum; nesciens Domino magis quam conferuo obtemperandum. Aurelij quoque adolescentis tormenta perpeffi nomine libelli multi dati sunt, eiusdem Luciani manu scripti, quod litteras ille non nosset. Cui rei ut aliquatenus posset obfisti, litteras ad eos feci, quas ad vos sub epistola priore transmisi; quibus petere & suadere non desisti, ut dominicæ legis, & Euangelij ratio teneretur. postquam verò ad eos litteras misi, ut quasi moderatius aliquid & temperantius fieret, vniuersorum confessorum nomine idem Lucianus epistolam scripsit, qua pœnæ omne vinculum fidei, & timor Dei & mandatum Domini, & Euangelij sanctitas, & firmitas solueretur. Scriptum enim omnium nomine, vniuersis eos pacem dedisse, & hanc formam pet me aliis episcopis innotescere velle: cuius epistola exemplum ad vos transmisi. Additum est planè: de quibus ratio constiterit, quid post consilium egerint. Quæ res maiorem

Epistolæ

nobis conflat inuidiam, ut nos cum singulorum causas audire, & excutere cœperimus, videamur multis negare; quod se nunc omnes iactant à martyribus, & confessoribus accepisse. Denique huius seditionis origo iam cœpit, nam in prouincia nostra per aliquot ciuitates in præpositos impetus multitudinæ factus est; & pacem quam semel cunctis à martyribus & confessoribus datâ clamitabant, cœlesti sibi representari cœgerunt, territis & subactis præpositis suis, qui ad resistendum minus virtute animi, & robore fidei præualebant. Apud nos etiam quidam turbulenti qui vix à nobis in præteritum regebantur, & in nostram præsentiam differebantur; per hanc epistolam, velut quibusdam facibus accensi, plus exardescere, & pacem sibi datam extorquere cœperunt. De quibus quales ad clerum nostrum litteras fecerim, exemplum vobis misi: sed & quid mihi Caldonius collega pro integritate & fide sua scripserit, quidve ego ei rescripserim, vtrunque ad vos legendum transmisi. Exempla quoque epistolæ Celerini boni & robusti confessoris, quam ad Lucianum eundem confessorem scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit, misi vobis, ut sciretis & labore circa omnia & diligentiam nostram, & veritatem ipsam disceratis; Celerinus confessor, quæ sit moderatus & cautus, & humilitate ac timore sectæ nostræ verecundus. Lucianus verò circa intelligentiam dominicæ lectionis, ut dixi, minus peritus, & circa inuidiam verecundia nostræ relinquendam facilitate sua molestus. Nam cum Dominus dixerit in nomine patris & filij, & spiritus sancti gentes tingui, & in baptismo præterita peccata dimitti; hic præcepti & legis ignarus, mandat pacem dari & peccata dimitti in Pauli nomine; & hoc sibi dicit ab illo esse mandatum, sicut in litteris eiusdem Luciani ad Celerinum factis animaduertetis. Quibus minimè considerauit, quod non martyres Euangelium faciant, sed per Euangelium martyres fiant: quando & Paulus Apostolus quem Dominus vas electionis suæ dixit, posuerit in epistola sua, dicens. Miror quod sic tam cito demutamini, ab eo qui vos vocauit in gratiam, ad aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi si sunt aliqui, qui vos turbant, & volunt conuertere Euangelium Christi: sed licet nos, aut angelus de cœlo aliud adnunciet, præterquam adnunciavimus vobis anathema sit: sicut prædiximus, & nunc iterum dico,

Matth. 28

Galat. 3.

dico, si quis vobis adnunciaverit præterquam quod accepistis, anathema sit. Opportunè verò superuenerunt litteræ vestræ, quas accepi ad clerum factas, item quas beati confessorum Moyse & Maximus, Nicostratus & cæteri Saturnino, & Aurelio, & cæteris miserunt, in quibus Euangelij plenus vigor & disciplina robusta legis dominicæ continetur; laborantes hic nos, & contra inuidia impetum totis fidei viribus resistentes, multum sermo vester adiouit, ut diuinitus compendium fieret, & priusquam venirent ad vos litteræ, quas vobis proximè misi, declararetis nobis, quod secundum Euangelij legem stet nobiscum fortiter atque vnanimiter etiam vestra sententia. Opto vos fratres semper bene valere.

ADNOTATIONES  
in Epistolam xxiii.

1. Post factas ad vos litteras [Epistola xv. mentionem facere Cyprianum, nemo dubitare potest, qui illius Epistola hæc verba perlegit: Necessarium duxi has ad vos litteras facere, quibus actus nostri, & disciplina & diligentia ratio redderetur.
2. ut manu eius scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur. [Vide hac de re Epistolam præcedentem & sequentes aliquot: gregatim, autem rectè habet Manut. pro eo quod habet Morelius: congregatis.]
3. matri suæ & sorori quæ lapsæ fuerant [Desiderabatur apud Manut. & Sorori, quod ex Morelio adieciimus.]
4. Saturninus quoque post tormenta adhuc in carcere constitutus [Harvisij codice: Saturninus, Quod verò idem sit iste cuius meminit in sua Epistola ante hanc 2. Celerinus & quem resalutari iussit Lucianus, sit mihi verisimile, eo quod Celerinus dicat eum eodem loco quo Lucianus in panis unguularum Christum confessum, imò sit mihi verisimile ex hoc panarum genere, passum fuisse Saturninum cum Mappalico, quippe cuius pœnæ sit mentio epistola ix. de Mappalico.]
5. dicens hoc sibi ab illo mandatum [Verba ipsa mandati, habes recitata à Luciano Epistola præcedenti.]
6. Aurelij quoque adolescentis &c. quod litteras ille non nosset [Vel ex his verbis satis patet, alium fuisse hunc Aurelij adolescentem, ab illo cuius infra sit mentio epistola xxxij. & xxxiiij. neque etiam lector ordinatus fuisset à Cypriano, qui litteras non nosset.]
7. Cui rei ut aliquatenus posset obfisti [Sic Manut. Harvisij cod. aliquantum, Morelius: aliquantum, prius malo.]
8. litteras ad eos feci, quas ad vos sub epistola priore transmisi [Insinuare mihi videtur Epistolam xi. ad Martyres, quarum exemplar cum epistola xv. Clero Romano misit. Atque adeo verior est hæc lectio quam illa Morelij: litteras ad vos feci, quas ad eos. placet etiam magis hæc Manut: Postquam verò ad eos litteras misi quam illa Morelij, post quas litteras, v-

- niuersorum confessorum nomine Lucianus epistolam scripsit [habes hanc supra num. xvij.]
9. & firmitas solueretur [videtur mihi desiderari: disciplina, aut simile quidpiam.]
10. & hanc formam alius innotescere [Comici Harvisij adieciendum: velle, eo quod in dicta epistola legatur: innotescere volumus, & rectè.]
11. de quibus ratio constiterit [sic legendum, supra quoque adnotauimus ex epistola xvij. sunt autem verba epistola xvij.]
12. impetus multitudinum [sic Manut. Morelius: per multitudinè, Porro pro eo quod est apud vtrunque: in sententiam nostram differebantur, puto legendum: præsentiam.]
13. De quibus quales ad Clerum nostrum litteras fecerim, &c. [Intelligit epistolas xvij. xix. xxx. xxxi. xxij.]
14. sectæ nostræ [sectæ nomine in bonam partem frequenter vitur Tertullianus, pro confessione Christiana; vti videre est libris de fuga in persecutione, de pallio, & apologetico contra gentes. Quem pro more suo imitatur Cyprianus tum hic tum epistola xxxiiij. de Celerino, & præfat. lib. i. testimoniorum ad Quirinum. Sic etiam actor. 26. cægesiv in bonam partem accepisse Apostolum, testis est Bedæ Retractione sua in Acta, pro quo ibidem: sectam, non male verit noster interpretis.]
15. facilitate sua molestus [ita prorsus legendum censeo, pro eo quod erat modestus.]
16. præcepti & legis ignarus mandat [Rectè hoc pallio Morelius; cod. Manut. corruptè: præcipit ut legis ignarus & mandat.]
17. pacem dari & peccata dimitti [vri epistola xxxij. adnotauimus, hinc etiam patet, pacem illam veram fuisse peccatorum dimissionem. Neque verò simpliciter hic improbat libellos nomine Martyrum datos, vtpote quibus dixit credere se adiuari posse lapsos apud Dominum epistola xiiij. sed quod peccata dimitti videbantur in Pauli Martyris nomine, quæ in solo Christi nomine dimitti possunt, atque adeo vti iam saepe diximus improbat pacem datam ante exomologesin, ante manum ab Episcopo aut presbyteris impostam. Applicari solent enim indulgentiæ nomine martyrum date ab ipsis duntaxat Episcopis, non ab ipsis martyribus; quod quum non fieret, toties reprehendit Cyprianus.]
18. Miror quod sic tam cito demutamini [sic constanter Manut. & Morelius, eodem modo alibi legunt D. Ambro. & August. & vel ipso Erasmo teste Tertullianus: quare non est quod vsque adeo calumnietur nostrum interpretem, præsertim quum ad εμφορων maiore vtrunque τὸ δὲ ἄλλο significationem expresserit; nam significat δὲ ἄλλο sic, & adeo.]
19. ab eo qui vos vocauit in gratiam ad aliud euangelium [ita etiam Tertullianus aduersus Marcionem lib. 5. vbi compendio quodam, epistolam totam ad Galatas explicat, & cetera omnia ab his particula: Christi, sensum reddit dilucidiorum, vti & particula: ad, pro eo quod vulgo est: in; neque verò infrequens est, ut sic quod Græce est, pro: ad, ponatur. Porro latine dixit adnunciare, quod Græce est Euangelizare.]
20. litteræ vestræ quas accepi ad Clerum factas [Alie sint oportet iste, quam illa quarum meminit supra Epistola xv. nam missæ & acceptæ videtur post illas.]
21. ite quas beati confessorum Moyse & Maxi-



mus, &c.] *Harum litterarum meminit etiam Epistola post hanc 2. sed desiderantur.*

22. totis fidei viribus] *Sic Morelius, Manut. iuribus, minus rectè legendum etiam paulo post: priusquam venirent ad vos litteræ, non: ad nos, uti habebat Manut.*

AD CLERVM DE LIT-  
teris præcedentibus Romam missis,  
& de Saturo lectore & Optato  
Hypodiacono factis.

EPISTOLA XXIII.

*Argumentum titulus abundè satis indicat, quare pluribus super sedemus.*

CYPRIANVS PRESBY-  
teris & Diaconibus fratribus, S.

*Lib. 3. epi.  
22.*

**N**ec fratres charissimi, quid mihi scriptum sit, quidque ego rescripserim, vtriusque epistolæ exemplum vobis misi: & credo vobis id quod rescripsi, non displicere. Sed & illud ad vos perferre litteris meis debui, urgente causa, Clero in vrbe consistenti litteras me misisse. Et quoniam oportuit me per clericos scribere: scio autem nostros plurimos absentes esse, paucos verò, qui illic sunt, vix ad ministeriū quotidiani operis sufficere: necesse fuit novos aliquos constituere, qui mitterentur: Fecisse me autē sciat lectore Saturū, & hypodiaconū Optatū confessorē: quos iam pridem communi consilio Clero proximis feceramus; quando aut Saturo die Paschæ semel atque iterum lectionem dedimus; aut quando cum presbyteris doctioribus lectores diligenter probaremus, Optatum inter lectores doctorem audientium constituimus; examinantes an congruerent illis omnia, quæ esse debent in his, qui ad Clerum parabantur. Nihil ergo à me absentibus vobis nouum factum est: sed quod iam pridem communi consilio omnium nostrum coeperat, necessitate urgente promotum est. Opto vos fratres charissimi semper bene valere, & nostri meminisse, fraternitatem salutate. Valete.

ADNOTATIONES  
in Epistolam XXIII.

1. quid mihi scriptum sit, quidque ego rescripserim] *Posterior hæc clausula desiderabatur, adiecta autem est recens à Manut. Videtur mihi indicare aut lapsorum libellos & litteras illas confessorum vniuersorum*

*nomine datas, & responsa; aut Caldonij litteras & responsam.*

2. Clero in vrbe consistenti litteras me misisse.] *Intellige de epistolis præcedenti & xv. aut de altera illarum.*

3. quotidiani operis] *Ita Ms. Afflig. Cambr. & Marchin. Manut. quoque; & Morelius; vulgari verò: quotidianum, pessimè.*

4. Fecisse me autem sciat lectorem Saturū] *Saturum istum postea fuisse etiam Acolum, satis patet ex Epistola lv. ubi de officio acoluthi.*

5. & hypodiaconum Optatum confessorē] *Obseruatas iam olim easdem ceremonias quæ etiamnum retinentur in ordinatione hypodiaconi, patet ex canon. 5. Conc. Carthaginensis. 4. cui D. Augustinus interfuit: Subdiaconus (inquit) cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, paternam de Episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum. De manu verò Archidiaconi vrcolum cum aqua & mantile & manutergium. Porro non recens esse institutum ordinem subdiaconatus, sed vel ab ipsis Apostolis, manifestum fit tum ex Apostolorum Can. 42. & 43. tum ex Ignatij epistola ad Antiochenos & Anacleti Epistola prima, tum ex Dionysij Arcop. & Constitut. Apostolicis Clementis. Vbi etiam ipsa preces in ordinatione hypodiaconi adhiberi solite recensentur. Quorum verbis etiam illud sit manifestum, successisse hypodiaconos in Ecclesia, in locum Leuitarum, qui a scripti erant in opera ministerij domus domini, ad custodiam sacrorum vsorum. Valeant itaque, qui recens inuentum hypodiaconatus ordinem dicere non verentur.*

6. Clero proximis] *Sic rectius Manut. quam ceteri omnes: proximo.*

7. aut, quando, cum presbyteris doctioribus lectores diligenter probaremus.] *Optatum inter lectores doctorem Audientium constituimus] Nos è variis lectionibus hæc consarcinauimus. Vulgari habebant: aut Optato cum presbyteris doctioribus lectoribus doctorem Audientium, Sic etiam Afflig. codex, Marchin. quoque & dunensis, præterquam quod habent, doctioribus, in Cauchij codice desiderabantur verba illa: doctioribus lectoribus. Porro Manut. aut modo cum presbyteris doctioribus lectores diligenter probaremus, Optatum inter lectores doctorem Audientium, Eodem modo Morelius, præterquam quod habet: aut quomodo, & diligentes, pro: diligenter. Porro uti epistola xij. diximus. Audientes dicebantur Catechumeni, Audientium verò doctor Catechista, quales insignes viros olim claruisse constat apud Alexandriam, Origenem, Pantæum, Clementem & Dionysium.*

8. Valete] *Particula hæc, è Ms. codicibus adiecta est recens.*

AD MOYSEN, MAXI-  
mum & ceteros Cōfessores de cō-  
fessione eorum & lapsis.

EPISTOLA XXV.

*Argumentum titulus ipse abundè significat, responsam ad hanc habes Epistola sequenti.*

CY-

CYPRIANVS MOYSI  
& Maximo presbyteris, & cæteris  
Confessoribus dilectissimis  
fratribus Salutem.

*Lib. 4. ep. 3*

**L**ORIAM fidei & virtutis vestre fortissimi ac beatissimi fratres, iam pridem de opinione cognouerā, letatus satis & plurimū gratulatus, quod vos confessione sui nominis parauerit ad coronā domini nostri præcipua dignatio. Vos enim primores & duces ad nostri tēporis prælium facti cælestis militiæ signa mouistis. vos spiritale certamē, quod nunc geri Deus voluit, vestris virtutibus imbuitis. vos surgētis belli impetus primos immobili robore atque inconcussa stabilitate fregistis. inde initia felicia pugnandi orta sunt. Inde vincendi auspicia cæperunt. Contigit hic per tormentum consummari martyria, sed qui in cōgressione præcedens, exemplum virtutis fratribus factus est, cum martyribus in honore communis est. Coronas vestra manu fertas inde huc tradidistis, & de poculo salutari fratribus propinastis. Accessit ad confessionis exordia gloriosa, & militiæ victricis auspicia disciplinæ tenor, quem de epistolæ vestre vigore perspeximus, quā modo ad collegas vestros in confessione vobiscum Domino copulatos, sollicita admonitione misistis; ut Euangelij sancta præcepta, & tradita nobis semel mandata vitalia, forti & stabili obseruatione teneantur. Ecce alius gloriæ vestre sublimis gradus, ecce iterum cum confessione geminatus promerendi Dei titulus: Stare firmo gradu, & in hac acie, qui Euangelium conantur irumpere, & præceptis Domini subruendis manus impias inferentes, fidei robore submouere; præbuisse ante initia virtutum, nunc & morum magisteria præbere. Dominus post resurrectionē mittēs Apostolos mādāt, & dicit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ite ergo & docete gentes omnes, tingētes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos obseruare omnia quæcunque præcepi vobis. Et Ioannes Apostolus mandati memor in Epistola sua postmodum ponit: In hoc, inquit, intelligimus quia cognouimus eū, si præcepta eius custodiamus: Qui dicit quoniam cognouit eum, & mandata eius non seruat, mendax est, & veritas in illo non est. Hæc præcepta cum custodienda sugge-

ritis, diuina & cælestia mandata seruatis. Hoc est esse Confessorem Domini, hoc est esse martyrem Christi, seruare vocis suæ inuolatam circa omnia & solidam firmitatem; nec propter Dominum martyrem fieri & præcepta Domini destruere conari; uti aduersus illū dignatione, quā tibi dederit; armis ab illo acceptis rebellem quodammodo fieri, hoc est, Christum confiteri velle, & Euangelium Christi negare. Lætor igitur ex vobis fortissimi ac fidelissimi fratres, & quantum gratulor martyribus istic honoratis ob virium gloriam, tantum gratulor pariter & vobis ob dominicæ etiam disciplinæ coronam. Dignationem suam Dominus multiplici genere largitatis infudit, bonorum militum laudes & glorias spirituales copiosa varietate distribuit; honoris vestri participes & nos sumus, gloriam vestram nostram gloriam computamus, quorum tempora illustrauit tanta felicitas, ut ætate nostra videre contingeret probatos seruos Dei, & Christi milites coronatos. Opto vos fortissimi ac beatissimi fratres semper bene valere, & nostri meminisse.

ADNOTATIONES  
in Epistolam XXV.

1. MOYSI ET MAXIMO] *De his supra latius Epistola xvi. quæ eiusdem penè Argumenti est, ad eosdem scripta.*

2. dignatio] *vox Tertulliano & Cypriano frequens, habes eandem sub Epistole finem, epistola quoque sequenti.*

3. Vos enim primores & duces] *Sic infra Epistola xxxiiij. de Celerino: hic ad temporis nostri prælium primus; fuisse autem illum vnum ex his confessoribus, satis patet epistola iam dicta.*

4. consummari martyria] *Vulgata hæc lectio magis placet, quā illa Manutij & Cambr. codicis: cōsummare.*

5. Coronas vestra manu fertas] *Sic Manutius & Morelius, pro eo quod mendo se legebat: vestras.*

6. in confessione vobiscum domini copulatos] *Sic Manutius & Morelius, Cofferius, Cambr. & ceteri excusi: domino. Porro significare mihi videtur litteras Moysi Maximi & Nicofrati ad Saturninum & Aurelium, de quibus supra epistola xxij.*

7. & in hac acie, qui Euangelium conatur irumpere] *Veram hæc esse lectionem conicio ex codice Cambr. in quo legitur: & in hac acie Euangelium conantur irumpere. Vbi desiderari particulam: qui, manifestum videtur. Manut. & Morelius sic habent: quæ Euangelium conatur, irumpere, pro quo antea mendose: coronatur.*

8. Ite ergo & docete omnes gētes, tingētes eos] *Latine dicit quod Græcè dicimus βουτι (βουτες, non hic βουτι)*

E ij



modo, sed & epistola supra xxxij. & infra lxxij. ad Caelium. sic & alibi tintos nominat quos baptizatos dicimus. Retinuit autem utrobique solæcismum Græcorum exemplarium, quem habet vulgata editio Latina: docete omnes gentes tingentes eos, Et rursum: docentes eos. Quod aduertant quæso, qui statim ubi solæcismum forte reppererint in editione vulgata, vitiosam corruptamne calumniantur.

9. mandata seruatis ] Sic Cambr. codex. Cauchim. Manutius, & Morelius, vulgati verò: seruastis, corruptè.

10. nec propter dominum martyrem fieri ] Magis aridet hæc vulgata lectio quam Manus. & Cambr. per dominum.

11. ut aduersus illum dignatione ] Ita vulgati codices Cambr. verò: & aduersus illam dignationem, sed prius malo.

12. Lætor igitur, &c. ] Etiam hic longè diuersa est Cambr. cod. lectio, sed obscurior hæc nōpe: Igitur ex vobis fortissimi & dilectissimi fratres gratulor tantquam Martyribus honoratis, congratulor pariter & vobis ob dominicæ disciplinæ coronam, & cui triumphum gloriæ tantum accepisse contigit, dignationem.

### AD CYPRIANVM MOY- SIS & Maximi & cæterorum rescriptum.

#### EPISTOLA XXVI.

Argumentum huius Epistolæ recitat infra Epistola xxxij. Clerus Romanus ad Cyprianum. Quamquam (inquunt) Confessorum quoque quos hic adhuc in carcerem dignitas suæ confessionis inclusit & ad certamen Euangelicum sua fides in confessione gloriosa iam semel coronauit, litteras habeas conspirantes cum litteris nostris; quibus seueritatem Euangelicæ disciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab Ecclesiæ pudore reuerterunt. fit eiusdem mentio infra Epistola, xxxij. Ediderunt hanc recens Manutius & Morelius, reperitur quoque in Anglico Io. Clementis codice.

CYPRIANO PAPÆ,  
MOYSES, ET MAXIMVS  
PRÆSBYTERI, ET NICO  
STRATVS, ET RVFINVS  
DIACONI, ET CÆTERI  
Cōfessores, qui cū eis sunt, S.

L. 5. Epi.  
11.

**I**NTER varios & multiplices frater dolores nobis constitutis propter præsentem multorum per totum penè orbem ruinas, hoc præcipuum nobis solatium superuenit; quod acceptis litteris tuis erecti sumus, & dolentis animi mœroribus fomenta suscepimus. Vnde intelligere iam possumus gratiam diuinæ pro-

uidentia, forsitan non ob aliam causam nos tam diu clausos vinculis carceris referuare voluisse; nisi ut instructi & robustius animati litteris tuis, voto proniore ad coronam destinatam possemus peruenire. Illuxerunt enim nobis litteræ tuæ, ut in tempestate quadam serenitas, & in turbido mari exoprata tranquillitas, & in laboribus requies; ut in periculis & doloribus sanitas; ut in densissimis tenebris candida lux & refulgens. Ita illas animo sitiente perbibimus & voto esuriente suscepimus; ut ad certamen inimici, ex illis nos satis pastos, & saginatos gaudeamus. Reddet tibi Dominus pro ista tua charitate mercedem, & huius tam boni operis repræsentabit debitam frugem. Non minus enim coronæ mercede condignus est, qui hortatus est, quam qui & passus est: non minus laude condignus, qui docuit, quam qui & fecit: non minus honorandus est, qui monuit, quam qui dimicauit: nisi quonia: a nonnunquam magis gloriæ cumulus redundat ad eum, qui instituit, quam ad eum, qui se docibilem discipulum subministravit. hic enim fortassis hoc quod exercuit non habuisset, nisi ille docuisset. Percepimus igitur (iterum dicimus) frater Cypriane magna gaudia, magna solatia, magna fomenta, maximè quod & gloriosas martyrum non dicam mortes, sed immortalitates, gloriosas & condignis laudibus profecutus es: tales enim excessus, talibus vocibus perferendi fuerunt; ut quæ referebantur; sic dicerentur, qualiter facta sunt. ex tuis ergo litteris vidimus gloriosos illos martyrum triumphos, & oculis nostris quodammodo, cælum illos petentes, profecuti sumus; & inter angelos ac potestates dominationesque cœlestes constitutos, contemplati sumus: sed & Dominum apud patrem testimonium suum illis promissum perhibentem auribus nostris quodammodo sensimus. Hoc est ergo quod & nobis animum in dies singulos erigit, & ad consequendos gradus tantæ dignationis intendit. Quid enim gloriosius, quidve felicius vlli hominum poterit ex diuina dignatione contingere, quam inter ipsos carnifices interritum confiteri Dominum Deum? quam inter se uientia seularis potestatis varia & exquisita tormenta etiam extorto, & excruciato, & excarnificato corpore Christum Dei filium, etsi recedente, sed tamè libero spiritu, confiteri?

confiteri? quam relicto mundo cælum petisse? quam desertis hominibus inter angelos stare? quam impedimentis omnibus secularibus ruptis in conspectu Dei iam se liberum sistere? quam cœleste regnum sine vlla cunctatione retinere? quam collegam passionis cum Christo in Christi nomine factum fuisse? quam iudicis sui diuina dignatione iudicem factum fuisse? quam immaculatam conscientiam de confessione nominis reportasse? quam humanis & sacrilegis legibus contra fidem non obedisse: quam veritatem voce publica contestatum fuisse? quam ipsam, quæ ab omnibus me uatur, moriendo mortem subegisse? quam per ipsam mortem immortalitatem consecutum fuisse? quam omnibus seuitæ instrumentis excarnificatum & extortum, ipsis tormentis tormenta superasse? quam omnibus dilaniati corporis doloribus robore animi reluctatum fuisse? quam sanguinem suum profluentem non horruisse? quam supplicia sua post fidem amare cepisse? quam detrimentum vitæ suæ putare non exisse? Ad hoc enim prælium quasi quadam tuba Euangelij sui nos excitat Dominus, dicendo: <sup>1</sup> Qui plus diligit patrem aut matrem, quam me, non est me dignus. & qui non tollit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Et iterum: Beati qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam; ipsorum enim est regnum cœlorum. Beati eritis cum vos persecuti fuerint & oderint: gaudeat, & exultate, sic enim & prophetas persecuti sunt, qui ante vos fuerunt, patres eorum. Et iterum: Quonia: ante reges & potestates stabitis, & tradet frater fratrem ad mortem, & pater filium; & qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit. Et: vincenti dabo sedere super thronum meum, sicut & ego vici; & sedi super thronum patris mei. Sed & Apostolus: Quis nos separabit à charitate Christi? presura, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius, sicut scriptum est, quia propter te interficimur tota die, estimati sumus velut oves victimæ, sed in iis omnibus superuincimus pro eo, qui nos dilexit. Hæc, & huiusmodi cum in Euangelio collata perlegimus, & quasi facies quasdam ad inflammandam fidem, dominicis vocibus, suppositas nobis sentiamus; hostes veritatis iam non tantum non perhorrescimus, sed prouocamus; & inimicos

Dei iam hoc ipso, quod non cessimus, vicimus: & nefarias contra veritatem leges subegimus; & si nondum nostrum sanguinem fudimus, sed fudisse parati sumus. <sup>2</sup> Nemo hanc dilationis nostræ moram clementiam iudicet; quæ nobis officit, quæ impedimentum gloriæ facit; quæ cælum differt, quæ gloriosum Dei conspectum inhibet. In huiusmodi enim certamine, & in huiusmodi, ubi decertat fides, prælio, mora martyres non distulisse, vera clementia est. Pete ergo Cypriane charissime, ut nos gratia sua Dominus magis ac magis in dies singulos quosque vberius, atque propensius & armet, & illustret, & viribus potentia firmet, ac roboret: utque quasi optimus Imperator milites suos, quos vsque adhuc in castris carceris exercuit, & probauit, producat iam ad propositi certaminis campum: porrigat nobis arma diuina, illa tela, quæ nesciunt vinci; lorica iustitiæ, quæ nunquam solet rumpi; clypeum fidei, qui non potest perforari; & gladium Spiritus, qui non consuevit vulnerari. cui enim magis hæc, ut pro nobis petat, mandare debemus, quam tam glorioso Episcopo, ut hostiæ destinati petant auxilium de sacerdotibus? Ecce aliud gaudiū nostrum, quod in officio Episcopatus tui, licet interim à fratribus temporis conditione distractus es, tamen non defuisti: quod litteris confessores frequenter corroborasti; quod etiā sumptus necessarios de tuis laboribus iustis præbuiisti; quod omnibus te præsentem quodammodo exhibuisti: quod in nulla officij tui parte quasi aliquis desertor claudicasti. Sed quod nos ad maiorem lætitiā robustius prouocauit, tacere non possumus, quin omni vocis nostræ testimonio profecquamur. <sup>3</sup> Animaduertimus enim, te congruente censura, & eos dignè obiurgasse, qui immemores delictorum suorum pacem à presbyteris per absentiam tuam festinata & præcipiti cupiditate extorsissent; & illos qui sine respectu Euangelij sanctum Domini canibus, & margaritis porcis profana facilitate donassent, cum grande delictum, & per totum penè orbem incredibili vastatione grassatum, non oporteat nisi, ut ipse scribis, cautè moderatè tractari; cōsultis omnibus Episcopis, presbyteris, diaconibus, cōfessoribus, & ipsis stantibus Laicis, ut in tuis litteris & ipse testaris; ne dū volumus imporrune ruinas subuenire, alias maiores ruinas videamur



parare. Vbi enim diuinus metus relinquatur; si tam facile peccantibus venia præstetur? <sup>14</sup> fouendi sunt sane ipsorum animi, & ad maturitatis suæ tempus nutriendi; & de scripturis sanctis, quam ingens, & supra omnia peccatam commiserint, instruendi. Nec hoc animentur, quia multi sunt; sed hoc ipso magis reprimantur, quia non pauci sunt. Nihil ad extenuationem delicti numerus impudens valere consuevit, sed pudor, sed modestia, sed patientia, sed disciplina, sed humilitas, atque subiectio; sed alienum de se expectasse iudicium; sed alienam de suo actu sustinuisse sententiam. Hoc est, quod pœnitentiam probat; hoc est, quod impresso vulnere inducit cicatricem; hoc est, quod deiectæ mentis ruinas erigit & atollit; quod ardentem <sup>15</sup> delictorum æstuantium\* vaporem restinguit & finit. Non ea, quæ sanorum sunt corporum, medicus ægris dabit: ne <sup>16</sup> importunis cibis tempestatem valetudinis sciuentis non reprimat, sed accendat: scilicet, ne quod potuisset maturius ieiunio attenuante sanari, videatur per impatientiam <sup>17</sup> longius pasta cruditate produci. <sup>18</sup> Eluendæ sunt igitur impio sacrificio manus inquinatæ, operibus bonis; & nefario cibo ora misera polluta, <sup>19</sup> pœnitentiæ sunt veræ sermonibus expianda. & in secretis cordis fidelis nouellandus, & cōsecrandus est animus: crebri pœnitentium gemitus audiantur; & iterum fideles ex oculis lachrymæ profundantur: vt illi ipsi oculi, qui malè simulachra conspexerunt, quæ <sup>20</sup> inlicita commiserant, satisficientibus Deo fletibus deleant. <sup>21</sup> Non est patientia nisi in morbis necessaria; luctantur cum suo dolore qui languent; & ita demum sperant sanitatem, si tolerantia superarint dolorem. infidelis enim cicatrix, quàm citò festinans medicus induxit: & ad quolibet casum medela rescinditur; si non fideliter de ipsa tarditate remedia præstentur. Citò rursus in incendium flamma reuocatur, nisi totius ignis etiam vsque ad extremam scintillam materia <sup>22</sup> restinguatur; vt meritò huiusmodi homines sciant sibi etiã de ipsa mora magis consuli, & fideliora necessariis dilationibus remedia præstari. Cæterum vbi erit quod custodia squalidi carceris includuntur, qui Christum contententur; si sine periculo fidei sunt, qui negauerunt: vbi quod in nomine de catenarum ambitu vincuntur, si sine communicatione non sunt, qui con-

\*morbi.

\*illicitè.

fessionem Dei non retinuerunt? vbi quod detenti martyres gloriosas animas suas ponunt; si, qui dereliquerunt fidem, periculum & delictorum suorum non sentiunt magnitudinem? quod si nimiam impatientiam præ se ferunt, & intolerabili festinatione communicationem exposcunt; frustra querula ista, & inuidiosa, ac nihil aduersus veritatem valentia iactat petulanti, & infreni ore conuicia; quandoquidem licuerit illis suo iure retinere, quod nunc sua sponte quæ sita necessitate coguntur postulare: fides enim quæ potuit Christum confiteri, potuit & à Christo in communicatione retineri. Optamus te beatissime ac gloriosissime Papa in Domino semper bene valere, & nostri meminisse.

### ADNOTATIONES in Epistolam xxv.

1. **DIACONI**] *Vox hac adiecta est à Manutio, & rectè quantum colligere est ex Damaso in vita Fabiani, qui Nicofratum diaconum dicit.*
2. **instruati & robustius animati**] *Sic Morelius, pro quo Manutius instruatus, malè. Paulo post vbi vterque habet: quadam, censeo legendum: quadam, satis pastos & faginosos.] Hic melius Manut. quàm Morelius qui habet: pasti & faginati.*
3. **qui docuit, quàm qui & fecit: nō minus honorādus qui monuit, quàm qui dimicauit**] *Veram hanc huius loci lectionem ex precedentibus verbis colligere non est difficile. Non minus cotonæ mercede cōdignus est, qui hortatus est, quàm qui & passus est. Locus insignis de operum mercede. Porro illud: dimicauit, ex Morelio habemus, pro eo quod habet Manutius: exoptauit, pessimè. Contra rectius habet iste: cæterum dicimus, quàm Morelius: dicemus, Quomodo & illud Manutij: in dies singulos, magis probatur, quàm Morelij istud: indices, & rursus illud post aliquot lineas: nō exille, pro quo Morelius: nō vixille, sed malè.*
4. **qui plus diligit patrem, &c.] Interferuit hoc loco Manut. hæc quoque verba: & qui plus diligit animam suam quàm me, non est me dignus, sed omisa sunt à Morelio, & rectè, vt quæ neque in Latinis neque in Græcis reperiantur codicibus; ni forte pro eo quod est: filium vel filiam, isti: Animam, legant, quod qui nō probetur, omittendum existimauit.**
5. **patres eorum**] *Oratio consarcinata ex Matthe. & Lucæ Euangelio. Nam verba hæc: sic enim faciebant prophetis patres eorum, Lucæ sunt, apud Mattheum vero sunt ista: Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Colligere hinc licet modum concordie Evangelicæ, ita vt etiam singula singulorum Euangelistarum verba seruentur; quem ita exactè tradidit & seruaui Reuerendissimus in Christo pater D. Cornelius Iansenius electus Gandensis, vt omnibus palmâ præripuerit.*
6. **æstimati sumus sicut oues victimæ**] *Sic Manut. & rectè*

& rectè, nam eodem modo citatur hic locus D. Pauli à Cypriano infra tom. 2. de exhortatione martyrij, & rursus rest. lib. 3. cap. 16. præterquam quod ibi: deputati, legitur. Eleganter autem expressa est in hac translatione vox Hebræa pro qua septuaginta πρὸς ἑαυτοὺς σφραγίσ; id est, oues occisionis, siue occisioni destinatæ.

7. **sed superuincimus**] *Ita Manutius eodem modo citatur & infra hic locus lib. rest. 3. à Cypriano; & à D. Aug. lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 23. ac de doctrina Christiana lib. 4. cap. 20. qua voce significantius transfertur vox Græca ὑπερνικῶμεν, quàm voce: superamus, quam habet Morelius & infra Cyprianus de exhortatione martyrij.*

8. **pro qui dilexit nos**] *Manut. quoque est hæc lectio, pro qua vulgatam habet Morelius: propter eum.*

9. **nemo hanc dilationis nostræ moram clementiam iudicet**] *Pro: demētiam, tum hic tum paulo post Morelius: clementiam, legit, corruptissimè. Error contigit ex affinitate cl. & d. Porro paulo post pro: vt quasi, quod habet Manutius, Morelius: vt que quasi, legit, quod malo.*

10. **quàm tam glorioso episcopo**] *Tum illud adiectum est à Morelio; qui etiam pro: declinati, legit destinata, neutra lectio displicet.*

11. **licet interim à fratribus distractus**] *Etiam hic: interim, desideratur apud Manut. additum à Morelio. Porro alludit proculdubio ad Epistolam xv. utpote è qua multa hic ad verbum ferè.*

12. **robustius prouocauit**] *Sic rectè Manutius, pro quo Morelius: prouocasti, malè.*

13. **Animaduertimus enim, &c.] Alludit ad epistolas aliquot precedentes de lapsis, & c.] Alludit ad epistolam è qua verba Cypriani citantur, tum hic tum infra epist. xxxi. & lxx. existare non existimem.**

14. **fouendi sunt sane**] *Rectè sic Morelius, pro quo mendosè Manutius: fouentibus, paulo etiam ante vbi Manut. habet: relinquerat, rectius Morelius: relinquitur. contra autem omisa erat paulo post à Morelio vox: valere.*

15. **delictorum æstuantium vaporem**] *Sic Manutius: Morelius: mororum.*

16. **importunis cibis**] *Ita Manut. Morelius, importunus cibus, corruptè.*

17. **longius pasta cruditate**] *Magis hæc placet Morelij lectio, quàm illa: passiva cruditate; quum prior elegantiam quandam redoleat, posterior barbarismum, qui illa atate à Romanis erat quàm alienissimus.*

18. **Eluendæ sunt igitur impio sacrificio, &c.] Elegans locus de satisfactionis modo, iuxta illud ad Romanos. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.**

19. **veræ pœnitentiæ**] *Sic Manut. Morelius: patientiæ, non rectè, paulo post hic: illicitè, ille: inlicita, neuter malè.*

20. **Non est patientia nisi in morbis necessaria**] *Sic legendum censeo ex varia huius loci lectione, Manut. enim: Non est impatientia in morbis, Morelius: Non est pœnitentia nisi in morbis.*

21. **restinguatur**] *Rectè ita Morelius, alter: rescinditur, malè.*

**intolerabili festinatione**] *Sic Manut. Morelius: in-*

tollerabilem festinationem, pessimè, qui etiam vitiōsè legit: querela, pro: querula.

### CYPRIANI AD LAP- SOS qui ipsi de vsurpata Pace per Paulum martyrem data scripserant.

#### EPISTOLA XXVII.

*Argumentum huius Epistolæ infra habes Epistola xxix. Litteris (inquit) ad me fecerunt, pacem non dandam sibi postulantes, sed quasi iam datam sibi vindicantes, quod dicant, Paulum omnibus pacem dedisse, sicut in litteris eorum quarum exemplum ad vos transmisi, legitis, simul quid & ego eis breuiter rescripserim. Desideratur autem lapsorum Epistola ad quam rescribit.*

#### 'CYPRIANVS LAP- SIS.

**D**OMINVS noster, cuius præcepta <sup>Lib. 5. Epist. 6.</sup> metuere & obseruare debemus, episcopi honorem, & Ecclesiæ suæ ratione disponens in euangelio loquitur, & dicit Petro: <sup>Mat. 16.</sup> Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super ista petram ædificabo Ecclesiā meā, & portæ inferorum non vincunt eam: & tibi dabo clauis regni cælorum, & quæ ligaueris super terram, erūt ligata & in cælis, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Inde per temporum & successuum vices, episcoporum ordinatio, & Ecclesiæ ratio decurrit, vt Ecclesia super episcopos cōstitatur: & omnis actus Ecclesiæ per eosdē præpositos gubernetur. Cum hoc itaque diuina lege fundatum sit, miror quosdam audaci temeritate <sup>1</sup> sic mihi scribere voluisse, <sup>2</sup> quādo Ecclesia in episcopo; & clero, <sup>3</sup> & in omnibus stantibus sit cōstituta. Absit enim, nec Domini misericordia & potestas eius inuicta patiat, vt Ecclesia esse dicatur lapsorum numerus; cum scriptum sit, Deus non est mortuorum, sed <sup>Mat. 22.</sup> viuorum. Omnes quidem viuificari optamus, & vt in statum pristinum restituantur, precibus nostris & gemitibus oramus. si autem quidam lapsi Ecclesiam se volunt esse; & si apud illos, atque in illis est Ecclesia; quid superest, quàm vt ipsi rogentur à nobis, vt nos ad Ecclesiam dignentur admittere? summissos ergo & quietos & vercundos esse oportet eos, qui delicti sui memores satisfacere Deo debent; nec Ecclesiæ nomine litteras facere, cum se magis sciant



Ecclesia scribere. Scripserunt autem mihi nuper quidam de lapsis humiles, & mites, & trementes, & metuentes Deum, & qui in Ecclesia semper gloriosè, & granditer operati sunt; & opus suum Domino imputauerunt, scientes illum dixisse: Et cum hæc omnia feceritis, dicite serui superuacui sumus; quod debuimus facere fecimus. Quæ illi cogitantes & quamuis libello à martyribus accepto, ut tamen à Domino satisfactio sua admitti possit, orantes scripserunt mihi, se delictum suum cognoscere, & penitentiam veram agere, nec ad pacem temere, aut importunè properare, sed expectare præsentiam nostram; dicentes pacem quoque ipsam si eam nobis præsentibus acceperint dulciorem sibi futuram. Quibus quantum gratulatus sum, Dominus testis est: qui dignatus est ostendere quid eiusmodi & tales serui de eius benignitate mereantur. Quas litteras cum nuper acceperim, & nunc aliud scripserim vos legerim, peto discernatis desideria vestra, & quicumque estis qui has litteras nunc misistis, nomina vestra libello subiiciatis, & libellum cum singulorum nominibus ad me transmittatis. ante est enim scire quibus rescribere habeam: tunc ad singula quæ scripsistis pro loci, & actus nostri mediocritate rescribam. Opto vos fratres charissimi semper benè valere, & secundum Domini disciplinam quiete & tranquille agere. Valet.

### AD NOTATIONES IN Epistolam xxvii.

1. CYPRIANVS LAPSI] Hanc Epistolam epigraphen habet Manutius. Morelius vero nullam habet; qui tamen hanc epistolam non Cypriano, sed Celerino inscribit, verum falso. ut argumentum ex epistola xxix. sumptum manifestum facit. Ab utroque ipsorum nunc primum edita est.

2. Ego dico tibi quia tu es Petrus] Locum hunc Math. quem hic omnibus Episcopis accommodat, infra Epistolam ad Cornelium, & alibi frequenter Petro soli attribuit, ubi de hac scriptura latius.

3. sic mihi scribere voluisse] Ita rectè Morelius, aliter male: mihi scribere noluisse, neq. enim coqueritur, ad se non scriptum à lapsis, sed nimis temerè ab illis scriptum.

4. quando ecclesia] Sic Morelius, Manutius vero: cum prius magis placet ob phrasin Cypriani, qui: quando, pro: cum, uti solet.

5. & in omnibus stantibus] Eleganter qui in fide persistenterant, stantes, vocat, eadem metaphora qua lapsos, qui fidem negarant. Confirmatur autem hinc lectio communis epistolæ præcedentis qua habet: & ipsis stantibus Laicis] habes similem phrasin infra epistolam 30. &

31. supra quoque epist. 14.

6. & opus suum Domino imputauerunt] Etiam hæc Morelij lectio verior est, quam Manut. qui hoc loco interiecit: nunquam; laudat enim illorum humilitatem, qui semper granditer in Ecclesia operati sunt, & tamen opus suum non sibi sed Domino imputauerunt. qui potens est] Sic Manut. Morelius: qui dignatus est, hoc magis placet.

7. quas litteras cum nuper acceperim] Desideratur tam hæ littere lapsorum quam illæ ad quas respondet, quæ si exstarent, in libelli martyrii forma nobis nota foret.

8. rescribere habeam] sic quidem Manut. Morelius vero: de beam, neutra lectio displicet, quanquam tamen priori Phrasi utatur Cyprianus Epist. xlvij. & ad Caelium.

### AD CLERVM DE GAIO Diddensi ac aliis qui lapsi communicabant.

EPISTOLA xxviii.

Argumentum huius epistolæ satis conuenit cum precedenti, ac puto eam esse, de qua in sequenti epistola loquitur. Laudat enim Clerum suum, quod Gaium Diddensem presbyterum, & Diaconum eius qui lapsi temerè communicabant, communionem mouissent, & ut de aliis quibusdam id ipsum fiat hortatur. Porro præter Manut. & Morel. qui primi hanc ediderunt, reperitur etiam hæc epistola in Ms. Harrisii cod.

### CYPRIANVS PRESBY- teris & Diaconibus, fratribus S.

**N**TEGRE & cum disciplina fecistis fratres charissimi, quod consilio collegarum meorum qui presentes erant, Gaio Diddensi presbytero, & diacono eius celsuistis non comunicandum: qui comunicatio cum lapsis & offerendo oblationes eorum in prauis erroribus suis frequenter deprehensi, & semel atque iterum, secundum quod mihi scripsistis, à collegis meis moniti ne hoc facerent, in præsumptione, & audacia sua pertinaciter persistenter, decipientes quosdam fratres ex plebe nostra; quibus nos omnium humilitate consultum cupimus, & quorum saluti non adulatione cõposita, sed sincera fide, propiciamus; ut vera penitentia, & gemitu & dolore pleno Dominum deprecantur, quia scriptum est; Memento unde cecideris, & age penitentiam. & iterum loquitur scriptura diuina: sic dicit Dominus. cum conuersus gemueris, tunc saluaberis, & scies ubi fueris: ingemiscere autem & agere penitentiam quo modo possunt; quorum gemitibus & lachry-

Lib. 5. Ep. p. 3.

Apo. 1.

Ex Ezec. 18. & 33.

### AD NOTATIONES IN Epistolam xxviii.

1. Gaio Diddensi presbytero] Si quid in re incerta diuinare licet, sit mihi verisimile, Diddam, pagum quendam fuisse in Carthaginiensi diocesi, & Gaium hunc fuisse illius loci presbyterum, id est, quem nunc vocamus Pastorem sine curatum, idque quia Diaconi illius mentionem facit. Neque verò Phrasis veteribus misistata est. Harr. cod. legit: Glacodidensi, qui paulopost habet cõprehensi, pro: deprehensi, & corrupta, pro: cõposita.

2. Cum conuersus gemueris tunc saluaberis] Hæc verba non male diuinavit Manutius sumpta ex Ezechielis partim 18. partim 33. cap. quæ totidem penè verbis citat D. Hieronymus. epistolæ ad Sabianum & ad Rusticum. Citatur etiam non dissimiliter ab Auctoribus librorum De vera & falsa penitentia, ac de constitutis vitiorum & virtutum, illud: In quacumque die peccator conuersus ingemuerit (sive conuersus fuerit) saluus erit, (sive vita uiuet). Non reperitur tamen hæc lectio in editione aut vulgata aut septuaginta. Accedit magis ad verba propheta Tertul. lib. de penitentia, ubi sic hunc locum citat: penitere & saluaberis.

3. gemitibus intercedunt] Phrasi Cypriano usitatissima, uti patet infra epist. xxxviij. xl. lv. lxxij. qua intercedere cum datuo, accipit pro impedire sive inhibere, in quo significatu etiam Gellius ea voce utitur: Ne sibi (inquit) intercedamus, quò minus suapte potestate uti liceat. Erat autem intercessio apud Romanos proprie tribunorum, quibus ius erat intercedendi, ut pote qui crearentur non iuri (inquit Gellius) indicendo, sed intercessionibus faciendis, ut iniuria quæ coram fieret arceretur, & ut vim fieri vetaret. Intercedere dicebantur etiam Tribuni Senatûs consulti, dum obstabant, ne fierent. Imitatus est autem Cyprianus etiam in hac phrasi Tertull. lib. 2. contra Marcionem, & alibi frequenter.

4. & semitam] Hoc ex Harr. cod. nam infra etiam sic ubique legitur: Erat antea: semitas.

5. per inaudientiam] Nunc dictum, ita tamen habet in Manut. Morelius. sive de nostris] Harr. cod. vestris.

6. à communicatione nostra arceatis] Arcere à communicatione dixit, quòd hodie excommunicare dicimus vide infra de huius periphraasibus diuersis Epistolam 38.

7. Philumeno & Fortunato hypodionis & Fauorino acolutho] Harr. cod. & hic & in titulo: Philemone. De officio autè hypodionis supra epist. 24. De Acoluthi officio infra dicemus epistola lv. An autè idè sit Fortunatus de quo hic & infra epist. xxx. nescio.

8. non potui me solum iudicem dare] Sic Man. Morelius vero: non potui (F. non putavi) me solum debere sententiam dare, Confirmatur autem hæc mea coniectura cod. Harr. qui legit: non potui] & consentit etiam mecum in eo quod sequitur.

9. nec locum suum vel serò repetendum] sic ex Manut. & Morelij lectione restitui hunc locum. Morelius habet: nec locum suum vel fortè repetendum. Manutius vero: nec hoc solum vel serò repetendum. Fortassis autem non malè legeretur hoc pacto: nec solum suum.

10. & limanda plenius ratio] supra eodem verbo utitur epistola vi. & infra frequenter. Tertull. quoque frequentissimè. Porro Morelius hoc loco non habet vocem;

h. 3.

& lachrymis intercedunt quidam de presbyteris, ut comunicandum cum illis temerè existiment: nescientes quia scriptum est; qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & semitam pedum vestrorum turbant. Merito salubria nostra & vera consilia nihil promouent, dum blâditis & palpationibus perniciosis salutaris veritas impeditur; & patitur lapsorum faucia, & ægra mens; quod corporaliter quoque ægri, & infirmi sæpè patiuntur: ut dum salubres cibos & viles potus, quasi amarus & abhorrentes respuunt, & illa quæ oblectare & ad præsens suauia videntur esse, appetunt, perniciem sibi, & mortem per inaudientiam & intemperantiam prouocent: nec proficiat ad salutem artificis medela vera; dum blandimentis decipit dulcis illecebra. Vos itaque secundum litteras meas fideliter & salubriter consulentes, à consiliis melioribus ne recedatis: legite verò has eandem litteras & collegis meis; si qui aut præsentibus fuerint, aut superuenerint; ut vnanimis, & cõcordes ad fouenda, & sananda lapsorum vulnera consilium salubre teneamus; tractaturi plenissimè de omnibus, cum conuenire in vnum per Domini misericordiam, cõperimus. Interea si quis immoderatus, & præceps siue de nostris presbyteris vel diaconibus, siue de peregrinis ausus fuerit ante sententiam nostram communicare cum lapsis, à cõmunicatione nostra arceatur; apud omnes nos causam dicturus temeritatis suæ, quando in vnum permittente Domino, conuenerimus. Desiderastis quoque ut de Philumeno, & Fortunato hypodionis, & Fauorino acolutho, qui medio tempore recesserunt, & nunc venerunt, quid mihi videatur rescribam. cui rei non potui me solum iudicem dare, cum multi adhuc de clero absentes sint, nec locum suum vel serò repetendum putauerint; & hæc singulorum tractanda sit, & limanda plenius ratio, non tantum cum collegis meis, sed & cum plebe ipsa vniuersa: expensa enim moderatione librandam, & pronuntiandam res est; quæ in posterum circa ministros Ecclesiæ constituat exemplum. Interim se à diuisione mensura tantum contineant; non quasi à ministerio ecclesiastico priuati esse videantur; sed ut integris omnibus ad nostram presentiam differatur. Opto vos fratres charissimi semper bene valere. Fraternalitè vniuersam salutate, & valet.



ratio sed ita legit: & hæc cognitio singulorū, &c. n. Interim se à diuisione mēsurā tantum cōtineant] Huius loci antea corruptissimi hanc restitutionem acceptam deo profusus dicto D. Ioannis Harrisii Angli cod. Ms. antea enim legebatur: à diuisione (seu dictione) mensurantium, & confirmat eandem quod habet Manut. infra epistola 34. & diuisiones mensuras æquatis quantitibus partiantur, ubi de hac phrasi latius. Ego cum deessent Ms. cod. censueram legendum: mensurantium, sicut epistola infra 65. sportulantes fratres dixit. Verum illa genuina est lectio.

AD CLERVM ROMANVM de iisdem lapsis, qui sibi Pacem à Paulo martyre datam vindicabant.

EPISTOLA XXIX.

Argumenti esse eiusdem cum duabus præcedentibus, ex prædicta inscriptione satis apparet.

CYPRIANVS PRESBYTERIS, & Diaconibus Romæ consistentibus, fratribus S.

Et. 5. ep. 5.

**E**t dilectio cōmunis & ratio exposcit fratres charissimi nihil conscientia vestra subtrahere de his quæ apud nos gerūtur, vt sit nobis circa utilitatē ecclesiasticæ administrationis cōmune cōsiliū: nā postea quam ad vos litteras feci, quas misi per Saturū lectorem, & Optatum hypodiamonū fratres nostros de quorundā prospecta temeritate, qui pœnitentiā agere, & Deo satisfacere detrectant, litteras ad me fecerunt, pacē non dandā sibi postulātes, sed quasi iā datā sibi vindicātes, quod dicant Paulum omnibus pacem dedisse, sicut in litteris eorum, quarū exemplum ad vos transmisi, legetis. Simul quid & ego eis breuiter interim rescripserim; sed & quales postea ad Clerum litteras fecerim; vt scire possitis, huius quoque rei exemplum vobis misi. quod si vltra temeritas eorū nec meis nec vestris litteris compressa fuerit, nec cōsiliis salutaribus obtēperauerit, agemus ea quæ secundum euangelium Dominus agere præcepit. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

ADNOTATIONES IN Epistolam XXIX.

1. Et dilectio cōmunis & ratio exposcit, &c.] Dignum elogium Cleri Romani, quale quid habes supra quoque epistola xv. dum dixit, Necessarium se di-

xisse actus sui ac disciplina & diligentia rationem apud illos agere, quod repetit Epistola quoque xxij. Colligere itaque vel hinc licet, quanto iam olim in honore sit habita Romana sedes, vtpote quæ à tanto viro toties cōsuleretur, sed infra alibi paulo de hac auctoritate latius.

2. Nam posteaquam ad vos litteras feci] Habes hanc epistolam supra num. xxij.

3. sicut in litteris eorū] Desiderantur hæc vti prius quoque diximus, rescriptum verò cuius meminit, habes Epistola. xxvij.

4. Sed & quales postea ad Clerum litteras fecerim] Hanc epistolam illam esse quæ præcedit, suspicor.

AD CYPRIANVM Cleri Romani responsum.

EPISTOLA XXX.

ARG. Compluribus Epistolis & nominatim præcedenti (ni fallor) quibus quid negotij sibi Lapsi facerent indicauerat Cyprianus, hac Epistola respondet Clerus Romanus, & sententiam illius per omnia confirmat. Ediderunt autem etiam hanc recens Manutius ac Morelius, & reperitur in dicto Harrisii codice.

CYPRIANO PAPÆ, Presbyteri & Diacones, Romæ consistentes, S.

Et. 5. ep. 13.

**C**um perlegissemus frater litteras tuas, quas per Fortunatum hypodiamonū miseris, gemino sumus dolore percussus, & duplici mœnore confusus, quod neq; tibi requies vlla in tātis persecutionis necessitatibus traderetur; & lapsorū fratrum immoderata petulantiā vsq; ad periculosa verborū temeritatē producta denotaretur. Sed quāquam nos atque animū nostrum ista, quæ diximus, grauiter adligerent; tamē mœroris nostri tā graue sarcinā, vigor tuus, & secundū euangelicā disciplinā adhibita seueritas tēperat: dū & quorūdam improbitatem iuste coercet; & hortādo ad pœnitentiā, viam legitimā salutis ostendit. Quos quidē satis mirati sumus ad hoc vsque proflire voluisse, vt tam vrgenter, & tam immaturo, atque acerbo tempore, in tā ingenti & immenso crimine, atque delicto, pacem sibi non tam peterent, quā vindicarēt, immò iam & in cœlis habere se dicerent. Qui si habent; quid petunt, quod tenent? si autem nō habere illos probatur, hoc ipso quod petunt; cur non iudicium eorum sustinent, à quibus petendam pacem, quam vtique non habent, putauerunt? Quod si allicunde prærogatiuam cōmunicationis habere se credunt, cū euangelio illam confer-

re

re contentur; vt ita demum firmiter valeat, si ab euangelica lege non dissonat. Cæterū quo pacto euangelicam poterit præstare cōmunicationem, quod contra euangelicam decretum videtur veritatem? Nam cū omnis prærogatiua ita demum ad indulgentiæ priuilegiū spectet; si ab eo cui sociari quærit nō discrepet, qui à Deo, cui sociari quærit, discrepat, necesse est indulgentiā & priuilegium societatis amittat. Vide ant igitur quid in hoc negotio agere contentur. nam si aliud quidem euangelium, aliud autem martyres dicunt posuisse decretum; collidentes contra euangelium martyres, vtrobique periclitabuntur. Nam & euangelij fracta iam & iacens videbitur esse maiestas; si potuit alterius decreti nouitate superari: & de martyrum capite gloriosa cōfessionis corona detracta; si non illam de euangelij conseruatione inuenientur consecuti, vnde martyres fiunt; vt meritò nulli magis si competens nihil contra euangelium decernere, quā qui martyris nomen ex euangelio laborat accipere. Illud præterea vellemus addiscere si martyres non propter aliud martyres fiunt, nisi vt non sacrificantes, teneant Ecclesiæ vsque ad effusionem sanguinis sui pacem; ne cruciatus dolore superati perdēdo pacem, perdant salutem: quo pacto salutem, quam si sacrificassent se habituros non putauerūt, illis existiment donandam, qui sacrificasse dicantur; cū legem hanc debeant in aliis tenere, quam ipsi videbantur sibi anteposuisse? In quo negotio, hoc ipsum, quod pro se ipsis facere putauerunt, animaduertimus cōtra seipos protulisse. Nam si dandam illis pacem martyres putauerunt, cur ipsi nō dederunt? cur illos ad episcopum, vt ipsi dicunt, remittendos censuerunt? Is enim qui iubet fieri, potest vtique facere, quod fieri iubet. Sed vt intelligimus, immò vt res ipsa loquitur & clamat, sanctissimi martyres vtrobique adhibendum putauerunt tēperamentum & pudoris & veritatis. Nam & quia à multis vrgebantur, dum ad episcopū illos remittunt, verecūdiæ propriæ ne vltorius inquietarentur consulendum putauerunt: & dum illis non ipsi communicant, euangelicæ legis illibatam sinceritatem custodiendam iudicauerunt. Tu tamen frater nunquam pro tua charitate desistas lapsorū animos tēperare, & erratibus veritatis præstare medicinā; licet animus ægrorum, medentium respuere soleat industriam. Recēs

est lapsorum nuper hoc vulnus, & adhuc in tumore plaga confurgens: & iccirco certissimus, quod spatio productioris tēporis impetu isto confenscente, amabūt hoc ipsum, ad fidelem se dilatos esse medicinam; si tamen desint, qui illos arment ad periculū proprium, & in peruersum instruentes pro salutaribus dilationū remediis, exitiosa de poscant illis properatā cōmunicationis venena. neque enim credimus sine instinctu quorundam, aufuros fuisse omnes tā petulantiter sibi pacem vindicare. Nouimus Carthaginensis ecclesiæ fidem, nouimus institutionem, nouimus humilitatem: vnde etiā mirati sumus; quod quædam in te per epistolam iniecta durius notarem: cū amorem vestrum mutuū, & charitatem exemplis multis reciproce adfectionis in vos inuicem sæpè cōperissemus. Tempus est igitur vt agant delicti pœnitentiā, vt probēt lapsus sui dolorem, vt ostendant verecundiam, vt monstrent humilitatem; vt exhibeant modestiam; vt de submissione prouocent in se Dei clemētiā, & de honore debito in Dei sacerdotem, eliciant in se diuinam misericordiam. Quātò meliores ipsorum litteræ fuissent, si pro ipsis preces stantium humilitate ipsorum adiutæ fuissent; quoniā & facilius impetratur, quod petitur, quando is, pro quo petitur, condignus est, vt quod petitur impetretur. Quod autem pertinet ad Priuatū Lambesitanum, pro tuo more fecisti, qui rem nobis sollicitam nunciare voluisti: omnes enim nos decet pro corpore totius Ecclesiæ, cuius per varias quasque prouincias membra digesta sunt, excubare: sed nos etiam antē litteras tuas fraus callidi hominis latere nō potuit, nam cum antehac quidam ex ipsius nequitia cohorte venisset vexillarius Priuatū, & furto ac fraudulēter litteras à nobis elicere curaret; nec quis esset, latuit; nec litteras, quas volebat, accepit. Optamus te in Domino bene valere.

ADNOTATIONES IN Epistolam xxx.

1. Cum perlegissemus frater litteras tuas] Quæ sit hæc Epistola, non certò constat, xxij. ne an xxix. ob argumenti tamen vicinitatem, præcedentem esse suspicor. Porro Fortunatus iste hypodiamonus alius videtur ab illo, cuius supra epistola xxvij. sit mentio. Vtpote cum ille de quo ibi, Lapsus fuerit atque adeo ab omni ministerio ecclesiastico suspensus.



2. vsque ad periculofam verborum temeritatem] *Omissa erat apud Manut. casu quopiam vox: verborum, quam ex Morelio adiecit.*

3. pacem nõ tam peterent quam vindicarent] *Ex hoc loco & similibus verbis sub finẽ, confirmatur mea quam dixi coniectura de epistola præcedenti.*

4. Quod si alicunde prerogatiuam cõmunicacionis] *sic recte Morelius, pro quo altera lectio: cõmunicacione, locus est similis in epistola supra x. & xi.*

5. ad indulgentiæ priuilegium] *Vides hic bis vsitatem, Christiane lector, vocem: indulgentiæ; in eadem prorsus significacione, qua nunc vtimur; habes in eadem supra bis repetitam Epistola xxxi. & sequenti quoque epistola.*

6. qui a deo cui sociari quærit, discrepat] *Vocem qui, hoc loco non temere adiecit. alioquin enim nullo modo constabat sensus. Consentit etiam Ms. Harrisii eod.*

7. vsque ad effusionem sanguinis sui] *Certe vel hinc confirmatur coniectura nostra quã habes supra Epistola ix. de differentia Martyrum & Confessorum; nempe Martyres dici solitos eos, qui ad sanguinis vsque effusionem Christum confessi essent, etiam si nondum pro Christo mortem perpeffi forent.*

8. cur illos ad Episcopum remittendos censerunt] *Vides Martyres non ipsosmet pacem dare, sed ad Episcopos remittere solere, atque hoc est quod iam toties repetimus: Citra conscientiam episcoporum datos libellos vituperari à Cypriano.*

9. in dei sacerdotem] *Sacerdotis nomen olim in primitiua ecclesia, solis attribuebatur Episcopis: vti Latius alibi.*

10. impetretur] *sic recte Morelius alter: imple-retur, pessimè porro pro eo quod habet Manut. pertin-reat, Morelius legit adtineat, magis placet, vt legatur: pertinet.*

11. Priuatum Lambesitanum] *Fit huius mentio Epist. lv. vbi satis indicatur, velle illarum Priuati cuius hic meminit, fuisse Felicissimum, de vtroque plura ibi dicturi sumus.*

12. qui rem nobis sollicitam] *Interfuit hic Morel. vocem: tanquam] sed superfluo, quantum mihi quidem videtur, nisi forte plura adhuc verba desiderentur.*

CLERI ROMANI ALIUD EADEM DE RE RESCRIPTUM.

EPISTOLA XXXI.

*Argumentum. Quod paucis epistola præcedenti, nunc latius & solide tractat Clerus Romanus, respondens alteri quoque epistola Cypriani, è qua verba aliquot citat, quæ ex stare non putatur, obiter etiam gratias agit Cypriano pro missis litteris ad Martyres & Confessores Romanos. Scripta est autem vti & præcedentes Cleri Romani, vacante sede post mortem Fabiani.*

CYPRIANO PAPÆ,  
Presbyteri & Diaconi Romæ  
consistentes, S.

**Q**UANTO VAM Bene sibi cõsciua- Li. 2. ep. 7  
nimus, & euagelica disciplina vi-  
gore subnixus, & verus sibi in de-  
cretis cœlestibus testis effectus solcat solo  
Deo iudice esse contentus, nec alterius aut  
laudes petere, aut acculationes pertimelce-  
re: tam è geminata sunt laude condigni, qui  
cũ conscientiam sciant Deo soli debere se  
iudici; actus tam è suos desiderant etiam ab  
ipsis suis fratribus cõprobari. <sup>2</sup> Quod te fra-  
ter Cypriane facere nõ mirũ est, qui pro tua  
verecundia & ingenita industria, consiliorũ  
tuorum nos non tam iudices voluisti, quam  
participes inueniri; vt in tuis rebus gestis lau-  
dem tecũ, dũ illas probamus, inueniremus;  
<sup>3</sup> & tuorum consiliorum bonorum cohære-  
des, quia & affirmatores esse possimus. Idẽ  
enim omnes\* credimur operati, in quo\* de-  
prehendimur eadem omnes censuræ & di-  
sciplinæ consensione sociati. Quid enim  
magis aut in pace tam aptum, aut in bellis  
persecutionis tam necessarium, quam debi-  
tam seueritatem diuini vigoris tenere? quã  
qui remiserit, instabili rerũ cursu erret sem-  
per necesse est, & huc atque illuc variis &  
incertis negotiorum tempestatibus dissi-  
petur, & quasi extorto de manibus consilio-  
rum gubernaculo, nauim ecclesiasticæ salu-  
tis illidat in scopulos, vt appareat non aliter  
saluti ecclesiasticæ consuli posse, nisi si qui  
& contra ipsam faciant, quasi quidam ad-  
uersi fluctus repellantur, & disciplinæ ip-  
sius semper custodita ratio, quasi salutare a-  
liquod gubernaculum in tempestate seruetur.  
Nec hoc nobis nunc nuper consilium  
cogitatum est, nec hæc apud nos aduersus  
improbos modo superuenerunt repentina  
subsidia, sed <sup>1</sup> antiqua hæc apud nos seueri-  
tas, antiqua fides, disciplina legitur antiqua:  
quoniam nec tantas de nobis laudes apo-  
stolus protulisset dicendo: Quia fides ve-  
stra prædicatur in toto mundo, nisi iam ex-  
inde vigor iste radices fidei de temporibus  
illis mutuatus fuisset; quarum laudum &  
gloriæ degenerem fuisse, maximum crimen  
est. Minus est enim dedecoris nunquam ad  
præconium laudis accessisse, quam de fasti-  
gio laudis ruisse. Minus est criminis hono-  
raturum

raturum bono testimonio non fuisse, quam  
honorem bonorum testimoniorum perdi-  
disse. Minus est, sine prædicatione virtutum  
ignobilem sine laude iactasse, quam exhe-  
redem fidei factum laudes proprias perdi-  
disse: ea enim quæ in alicuius gloriam pro-  
feruntur, nisi anxio & sollicito labore ser-  
uentur, in inuidiam maximi criminis intum-  
escunt. Hoc nos non falso dicere <sup>6</sup> supe-  
riores nostræ litteræ probauerunt, in quibus  
vobis sententiam nostram dilucida expo-  
sitione protulimus, aduersus eos, <sup>7</sup> qui seip-  
sos infideles illicita nefariorum Libellorum  
professione prodiderant, <sup>8</sup> quasi euasuri ir-  
retientes illos diaboli laqueos viderentur,  
<sup>9</sup> quo non minus quam si ad nefarias aras  
accessissent, hoc ipso quod ipsum contestati  
fuerant, tenerentur. <sup>10</sup> Sed etiam aduersus  
illos qui acta fecissent, licet præsentem cum  
fieret non affuissent, cum præsentiam suam  
vtique vt sic scriberentur mandando fecif-  
sent. Non est enim immunis à scelere, <sup>11</sup> qui  
vt fieret imperauit nec est alienus à crimine,  
cuius consensu, licet non à se admissum cri-  
men, tamen publice legitur; & cum to-  
tum fidei sacramentum in confessione  
Christi nominis intelligatur esse digestum;  
qui fallaces in excusatione <sup>12</sup> præstigiis  
quærit, negauit, <sup>13</sup> & qui vult videri propo-  
situs aduersus euangelium vel edictis vel le-  
gibus satisfecisse, hoc ipso iam paruit, quod  
videri paruisse se voluit. <sup>14</sup> Nec non etiam  
contra illos quoque qui illicitis sacrificiis  
manus suas atque ora polluerant, pollutis  
ante mentibus propriis, vnde etiam sunt ip-  
sæ manus atque ora polluta; fidem nostram  
consensumque monstrauimus. Absit enim  
ab ecclesia Romana vigorem suum tam  
profana facilitate dimittere, <sup>15</sup> & nervos se-  
ueritatis euerfa fidei maiestate dissoluere;  
vt cum adhuc non tantum iaceant, sed &  
cadant euerforum fratrum ruinæ, prope-  
rata nimis remedia communicationum vtique  
<sup>16</sup> non profutura præstentur, & noua  
per misericordiam falsam vulnera veteri-  
bus transgressionis vulneribus impriman-  
tur, vt miseris ad euerfionem maiorem eri-  
piatur & pœnitentia. Vbi enim poterit in-  
dulgentiæ medicina procedere, si etiam ip-  
se medicus intercepta pœnitentia indulget  
periculis? si tantummodo <sup>17</sup> operit vulnus,  
nec sinit necessaria temporis remedia ob-  
ducere cicatricem? Hoc nõ est curare, sed, si  
dicere verum volumus, occidere. <sup>18</sup> Quan-

quam confessorum quoque, quos hic ad-  
huc in carcerem dignitas suæ confessionis  
inclusit, & ad certamen euangelicum suã  
fides in confessione iam gloriosa semel cor-  
ronauit, litteras habeas conspirantes cum  
litteris nostris, quibus seueritatem euange-  
licæ disciplinæ protulerunt, & illicitas pe-  
titiones ab Ecclesiæ pudore reuocarunt.  
Nisi hoc fecissent, disciplinæ euangelicæ  
ruina non facile sarciretur; præsertim cùm  
nulli magis tam congruens esset tenorem eu-  
angelici vigoris illibatum, dignitatẽque  
seruare, quam qui se excruciantes & ex-  
carnificandos pro euangelio furentibus tra-  
didissent, ne martyrij honorem merito per-  
derent, si in occasione martyrij præuarica-  
tores euangelij esse voluissent: <sup>19</sup> nam qui  
quod habet, non custodit in eo ex quo illud  
possidet, dum id ex quo possidet, violat,  
violat illud quod possidebat. In quo loco  
maximas tibi atque vbere gratias referre  
debemus & reddimus; quod illorum car-  
ceris tenebras litteris tuis illuminasti; quod  
ad illos venisti, quo modo introire potuisti;  
quod illorum animos, sua fide & confessio-  
ne robustos, tuis allocutionibus litterisque  
recreasti; quod felicitates eorum condi-  
gnis laudibus profecutus accendisti ad  
multo ardentiorẽ cœlestis gloriæ cupiditatem;  
quod pronos impulisti; quod, vt cre-  
dimus & optamus, victores futuros viribus  
tui sermonis animasti: <sup>20</sup> vt quanquam hoc  
torum de fide consentium & de diuina  
indulgentia venire videatur, tamen in mar-  
tyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse  
videantur. Sed vt ad id, vnde digestus ser-  
mo videbatur esse, rursus reuertatur, <sup>21</sup> qua-  
les litteras in Siciliam quoque miserimus,  
subiectas habebis. <sup>22</sup> Quanquam nobis dif-  
ferendæ huius rei necessitas maior incum-  
bat, <sup>23</sup> quibus, post excessum nobilissimæ  
memoriæ viri Fabiani, nondum est episco-  
pus propter rerum & temporum difficulta-  
tes constitutus, qui omnia ista moderetur;  
& eorum, qui lapsi sunt, possit cum aucto-  
ritate & consilio habere rationem. <sup>24</sup> Quã-  
quam nobis in tam ingenti negotio placeat,  
quod & tu ipse tractasti prius: <sup>25</sup> Ecclesiæ  
pacem sustinendam, deinde sic, collatione  
consiliorum cum episcopis, presbyteris, dia-  
conis, confessoribus, <sup>26</sup> pariter ac stantibus  
laicis facta, lapsorum tractare rationem. Per-  
quam enim nobis & inuidiosum & onero-  
sum videtur, non per multos examinare,



quod per multos commissum videatur fuisse, <sup>27</sup> & vnum sententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffusum no-  
retur exisse; quoniam nec firmum decre-  
tum potest esse, quod non plurimorum vi-  
debitur habuisse consensum. Aspice totum  
orbem pene vastatum, & vbiq; iacere de-  
iectorū reliquias, <sup>28</sup> & ruinas, & iccirco tam  
grande expeti consilium, quam late propa-  
gatum videtur esse delictum. Non sit minor  
medicina, quam vulnus est: non sint  
minora remedia quam funera: vt quo mo-  
do qui ruerunt, ob hoc ruerunt, quod cæca  
temeritate nimis incauti fuerunt; ita qui  
hoc disponere nituntur, omni consiliorum  
moderamine vtantur, ne quid nō vt oportet  
factum tanquam irritum ab omnibus iudi-  
cetur. Vno igitur eodēque cōsilio, iisdem  
precibus & fletibus tam nos, qui vsq; ad-  
huc videmur temporis istius ruinas subter-  
fugisse, quam illi qui in has temporis vi-  
dentur clades incidisse, diuinam maiestatem  
deprecantes pacem ecclesiasticā nomine  
postulemus: mutuis votis nos inuicem  
foueamus, custodiamus, armemus: oremus  
pro lapsis, vt erigantur; oremus pro  
stantibus, vt non ad ruinas vsq; tenten-  
tur: oremus vt qui cecidisse referuntur, de-  
licti sui magnitudinem agnoscentes, intelli-  
gant non momentaneam neque præpro-  
peram desiderare medicinam: oremus <sup>29</sup> vt  
effectus indulgentiæ, lapsorum subsequatur  
& pœnitentiam, vt intellecto suo crimine  
velint nobis interim præstare patientiam,  
nec adhuc fluctuantem turbent Ecclesiæ  
statum; ne interiorem nobis persecutionem  
ipsi incendisse videantur, & accedat ad cri-  
minum cumulum, quod etiam inquieti fue-  
runt. Maxime enim illis congruit verecun-  
dia, quorum in delictis damnatur mens in-  
uerecunda. Pulsent sane fores, sed non vt  
que confringant. Adcant ad limē Ecclesiæ,  
sed non vtique trāsiliant. Castrorum cœle-  
stium excubent portis, sed armati modestia,  
qua intelligant se desertores fuisse. Refu-  
mant precum suarum tubam, sed qua non  
bellicum clangant. Arment se quidem mo-  
destiæ telis, & quem negando mortis metu  
fidei dimiserant clypeum, resumant; sed vt  
contra hostem diabolium vel nunc armati,  
non contra Ecclesiam, quæ illorum dolet  
casus, armatos esse se credant. Multum illis  
proficiet petitio modesta, postulatio vere-  
cunda, humilitas necessaria, patientia non

otiosa. Mittant legatos pro suis doloribus  
lacrimas; aduocatione fungantur ex inti-  
mo pectore prolati gemitus, dolore pro-  
bantes commissi criminis & pudorem. Im-  
mo si dedecoris admissi magnitudinem per-  
horrescunt, si pectoris & conscientiæ suæ le-  
talem plagam & sinuosi vulneris altos recessus  
vere medica manu tractant, erubescant  
& petere; nisi quia maioris est rursus & pe-  
riculi & pudoris, auxilium pacis non petisse.  
Sed hoc totum in sacramento, sed in  
ipsius postulationis lege temporis factō tē-  
peramento, sed postulatione demissa, sed  
prece subdita; quoniam & qui petitur flecti  
debet, non incitari, & sicut respici debet di-  
uina clementia, sic respici debet & diuina  
censura, & sicut scriptum est: Donauit tibi  
omne debitum, quia me rogasti: sic scri-  
ptum est: Qui me negauerit coram homi-  
nibus, negabo & ego eum coram patre meo,  
& coram angelis eius. Deus enim vt est in-  
dulgens, ita est præceptorum suorum ex-  
actor, & quidem diligens, <sup>30</sup> & sicut ad con-  
uiuium vocat, sic habitum nuptiarum non  
habentem ligatis manibus & pedibus extra  
sanctorum cætum foras iactat. Parauit cœ-  
lum, sed parauit & tartarum. Parauit refrig-  
geria, sed parauit etiam æterna supplicia.  
Parauit inaccessibilem lucem, sed parauit  
etiam perpetuæ noctis vastam æternamque  
caliginem. Cuius temperamenti modera-  
men nos hic tenere querentes, diu, & qui-  
dem multi, <sup>31</sup> & quidem cum quibusdam e-  
piscopis vicinis nobis & appropinquantibus,  
& quos ex aliis prouinciis longe positus per-  
secutionis istius ardor eiecerat, <sup>32</sup> ante con-  
stitutionem episcopi nihil innouandum pu-  
tauimus, sed lapsorum curam mediocriter  
temperandam esse credimus; vt interim  
dum episcopus dari à Deo nobis sustinetur,  
<sup>33</sup> in suspensio eorum qui moras possunt di-  
lacionis sustinere, causa teneatur: eorum  
autem quorum vitæ suæ finem vrgens exi-  
tus dilationem non potest ferre, acta pœ-  
nitentia & professa frequenter suorum de-  
testatione factorū; si lacrimis, si gemitibus,  
si fletibus dolentis ac vere pœnitentis ani-  
mi signa prodiderint, cum spes viuendi se-  
cundum hominem nulla substiterit, ita de-  
mum caute & sollicitè subueniri. Deo ipso  
sciente quid de talibus faciat, & qualiter iu-  
diciij sui examinet pondera, nobis tamen an-  
xie curantibus, vt nec pronam nostram im-  
probi homines laudēt facilitatem, nec vere  
pœni-

Mat. 18.

Mat. 10.

pœnitentes accusent nostram quasi duram  
crudelitatem. Oprimus te beatissime ac  
gloriosissime Papa in Domino semper be-  
ne valere, <sup>34</sup> & nostri meminisse.

### ADNOTATIONES in Epistolam. xxxi.

1. Quanquam bene sibi conscius animus, &c.  
solcat (solo Deo iudice) *Recte sic Morelius & ante eū  
Frobeniana & coloniensis editio, nam in cæteris excusis  
interuicibatur: sc. verum superflue.*

2. Quod te frater Cypriane facere non mitum  
est] *Alludunt ad epistolas à Cypriano ad se missas, neque  
vero vnam, sed plures, vti vel ex ipso contextu deprehend-  
ere est.*

3. & tuorum consiliorum bonorum] *Deerat:  
bonorum, in excusis, rectè autem adiectum est à Manut.  
& Morelio.*

4. erret semper] *Etiā hoc loco recens accessit vox:  
semper, Elegans methaphora qua disciplinam ecclesiasti-  
cam gubernaculo nauis comparat.*

5. antiqua apud nos seueritas] *Desiderata hæc  
nunc hæc verba Manut. debemus accepta. Commendat au-  
tem auctoritatem Romanæ Ecclesiæ, ab antiquitate & fi-  
dei constantia, à qua eandem ecclesiam Romanam comen-  
dant supra epistola 111. & vel inde comprobatur censi-  
ra nostra, quam eo loco reperire est.*

6. superiores nostræ litteræ] *Exstat quidem præ-  
cedēs Cleri Romani ad Cyprianum epistola, exstat & alia  
Cleri Romani ad Clerum Carthagensem supra nume-  
111. verum de neutra earum loqui videtur, quippe quum  
nulla vtrouique aut libellatorum aut sacrificatorum fiat  
mentio.*

7. qui seipso infideles illicita nefariorū libel-  
lorum professione prodiderant] *Libellorum formam  
quorum hic fit mentio, habes infra epistola 111. ad Anto-  
nianum, talem: Ego prius legeram, et episcopo tractante co-  
gnoueram, non sacrificandum idolis nec simulachra seruii  
Dei adorare debere; & idcirco ne hoc facerem quod non  
licebat, cum occasio libelli fuisset oblata (quem nec ipsum  
acciperem nisi ostēsa fuisset occasio) ad magistratum veni;  
vel alio eunte mandauit: Christianum me esse, sacrificare  
mibi non licere, ad aram diaboli me venire non posse; Da-  
re me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam. Hoc est  
ergo quod volunt, nō minus excusari tales, quam si ad ne-  
farias aras accessissent; quod similibus pene verbis incul-  
cat etiam Cyprianus li. de lapsis. E quo loco intelligi hic lo-  
cus poterit paulo intricatior & quārum quidem mihi vi-  
detur corruptus, quem tamen castigare nequimus, destitu-  
tus Ms. exemplaribus. Porro rectè Manut. & Morelius:  
prodiderant, pro: prodiderunt.*

8. quasi hoc euasuri] *sic excusati omnes, excepto vete-  
ri, qui omittit: hoc, quod vnde adiecerit primus Rembolt.  
nescio, certe Costerius adnotauit in Ms. non reperiri.*

9. quo nō minus] *Obscure dictū, si legatur: quum  
sensus erit facilis, nihil tamen mutare in contextu volui.*

10. Sed etiam aduersus illos qui acta fecissent]  
si hic legeretur: Sed &, clarus foret contextus, Porro pro:  
acta, alij: accepta, corruptissime.

11. qui vt fieret imperauit] *Recte meo iudicio diui-  
nauit sic legendū Costerius, pro eo quod vbiq; erat: im-  
petrauit, quippe quū sensus alioqui non constet, & prius  
legat: mandēdo, præsertim si legamus: fieret, vt Manut.  
& Morelius, pro eo quod prius erat: faceret.*

12. præstigias quærit] *Ita locum hunc restituit op-  
time H. Grauius & post eum Manutius ac Morel. pro eo  
quod prius vbiq; legebatur: quærit, non dubium quin  
vitiō operatum.*

13. & qui vult videri propositis aduersus eū-  
gelium vel edictis vel legibus satisfecisse, hoc ip-  
so iam paruit, quod videri paruisse se voluit] *Locus  
hic antea profus inutilis recte ita restitutus est à Manut.  
& Morelio; Habebatur dumtaxat & corruptissime: &  
qui vult videri paruisse, negasse voluit. Porro inter  
leges & edicta hoc interest. Leges erant aut populi in libe-  
ra ciuitate rogante magistratu, aut Regum aut Principum  
aut imperatorum iussa: vnde legis nomen obtinuerunt leges  
duodecim tabularum, senatus consulta, plebiscita, legiti-  
ma actiones, interpretationes prudentium, & alia id ge-  
nus. Edicta vero erant Prætorum, Adilium, & aliorum  
inferiorum magistratum; quanquam tamen nonnunquā  
Edicta etiam superioribus attribuuntur.*

14. Nec non contra illos quoque] *Mira cōgemi-  
natio. Arguit autem de iis qui sacrificarant idolis, quos  
infra epistola 111. ad Antonianum sacrificatos vocat Cy-  
prianus.*

15. & nervos seueritatis] *Hunc locum feliciter pri-  
ma sic restituit Margareta Thome Mori filia vt testatur  
Costerius Commentariolo in Vincentiū Lirinensem. An-  
tea erat: nili vos] corruptissime; error natus negligentia  
operatum, nam & Gratianus illud legit distinct. 50. cap.  
Abst.*

16. non profutura præstentur] *Hanc castigationē  
More. & Manut. acceptam debemus, pro eo quod erat: re-  
stentur, pessime. Vbi enim indulgentiæ poterit me-  
dicina proficere? Rursum voce: indulgentiæ, in eadē  
significatione haud dubie qua epistola precedenti, vtuntur  
Romani sic & infra hac eadem epistola: indulgentiam  
lapsorum, dicit.*

17. operit vulnus] *Hanc meam huius loci castiga-  
tionem, confirmatā reperi à Manutio & More. pro eo quod  
legebatur: perit vulnus, quemadmodum & in Tomis  
Conciliorum confirmatam etiam illam reperi, qua cense-  
bam legendum: obducere, pro: conducere.*

18. Quanquam confessorum quoque] *Habes e-  
pistolam hanc supra num. xxvij. porro illud: perderent,  
recte reposuit Manut. pro eo quod legebatur: perdidif-  
sent.*

19. Nam qui quod habet, non custodit in eo] *Locus obscurus Morel. omittit: in eo, sed nec ita satisfacit.  
litteris tuis] intelligunt epistolas Cypriani ad Confessores  
Romanos, quas habes supra num. xvi. & xxv.*

20. vt quanquam] *Hic quoque confirmatam reperi  
coniecturam meam à Manutio & Morelio.*

21. quales litteras in Siciliam miserimus] *Desi-  
derantur istæ litteræ.*

22. Quanquam nobis differendæ huius rei] *Antea habebatur: differentia, pro eo quod iam olim le-  
gendum censui. differendæ; habent etiam Manut. &  
Morelius.*

23. quibus post excessum nobilissimæ memoriæ  
F ij



viri Fabiani non dum est Episcopus] Scripta est igitur haec epistola sede vacante post mortem Fabiani Pontificis, atque adeo verisimile ducimus, epistolam supra 4. de excessu Episcopi Urbici, de Eabiano intelligendam. Constat hinc quoque, aliquandiu vacasse Pontificatum inter Fabianum & Cornelium, idque (quemadmodum loquuntur) propter rerum & temporum difficultates, rerum quidem ob turbas à Nouatiano cōcitatas, temporum autem ob feruorem persecutionis Decianae.

24. Quanquam nobis in tam ingenti negotio placeat] Habes haec huius epistolae verba citata & infra epistola lxx. ad Antonianum.

25. Ecclesiae pacem sustinendam] Quum verba haec Cypriani nusquam in epistolis superioribus reperire sit, verisimile sit, non exire eam ex qua verba haec citantur tum hic tum supra quoque epistola xxvi. Sustinere autem pro expectare, noue dicitur, quia tamen voce sub finem etiam vtiuntur & supra quoque Cyp. Porro consilium hoc suum sequutus Cyprianus, non nisi iam pace data de lapsis scripsit, uti infra ad eum tractatum latius.

26. pariter ac stantibus laicis] Ita castigandis hunc locum patet, tum ex epistola dicta ad Antonianum, & alius locis de quibus supra epistola xxvij. tum ex ipsa hac Epistola infra ubi dicitur: Oremus pro lapsis, & c. oremus pro stantibus; haec tamen habebatur: altatibus, Adnotandum autem venit, quod dicit: collatione consiliorum facta, ne quis fortassis laicis aliam auctoritatem quam illis debeatur attribuat. Neque enim in Conciliis sententia dicebat laicis unquam permissum legimus. Immo vel ex ipso Cypriano constat, solum Episcopis id visitari, tum ex epistola infra. Concilij Affricani de Lapsis ubi nulla laicorum mentio, tum ex Synodo Carthaginiensi, De Baptismo Haereticorum, ubi non nisi Episcoporum sententia recensentur. Unde recte Basilius Imperator in 8. Synodo: de vobis autem laicis (inquit) tam qui in dignitatibus quam qui absolute versamini, quid amplius dicam, non habeo, quam quod nullo modo vobis licet de ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque penitus resistere integritati ecclesiae, & vniuersali Synodo aduersari; & cetera quae longum foret recensere. Quod usque adeo verum agnouerunt Imperatores, ut rarissime Concilia & us non nisi Oecumenicis interfuerint, & ubi interfuerint, non subscripserint, aut ubi subscripserint post omnes Episcopos id fecerint, vel ipso Basilio Imperatore teste, qui dum in dicta octaua Synodo rogaretur ut primus subscriberet, respondisse in haec verba legitur. Tranquillissimum Imperium nostrum, sequutum precedentes & iustissimos Imperatores, Constantinum videlicet magnum, Theodosium, Martianum & ceteros, vult subscribere post subscriptionem omnium Deo amabilium Episcoporum. Quinimo etiam ipse imperatorum subscriptiones consensum potius quam iudicium aut sententiam sonant, uti illa Constantini in Synodo Nicena: Legimus & consensimus, & non distimilis Basiliij, Constantini, & Leonis in dicta octaua Synodo. Qui plura huc pertinencia desiderat, legat Antibrantium Reuerendiss. Cardin. Hosii, & eiusdem confessionem Polonicam quibus libris nescio an unquam aliquid prodierit exaltum magis.

27. & vnum sententiam dicere] Ita hunc locum restitueram ex coniectura & lectione Morelij, qui habet: in vnum; postea autem in Tam. Conciliorum confirmata reperit. Primum erat: vnam, corrupte.

28. & ruinas] Adiectum est hoc recens à Manus. et

Morelio, qui etiam reposuerunt: delictum, pro eo quod erat: malum, placet etiam Manus. lectio paulo post; ne quid non ut oportet factum, pro quo habebatur: ne quid non oportet factum.

29. ut effectus indulgentiae, lapforum subsequatur poenitentiam] sic haec tamen excusis. Et vult prius praemitti poenitentiam, ut sequatur effectus indulgentiae: pro quo Manus. & More. subsequatur & poenitentia, sed quid sibi illa lectione velint non intelligo.

30. & sicut ad conuiuium vocat] sic Manus. re-ctius quam ceteri: ad conuiuia, alludit enim ad parabolam euangelicam de conuiuio nuptiali Matt. 22. Locum insignis contra exag gerantes misericordiam Dei, nulla facta mentione iustitiae.

31. Et quidem cum episcopis quibusdam] Videtur fuisse Romae celebrata, sede adhuc vacante, Synodus quaedam de lapsis; & notatu dignum est, quod dum de ea loquuntur, non nisi Episcoporum meminert.

32. ante constitutionem Episcopi nihil innouandum] similis exstat titulus libro Decretalium 3. Ne sede vacante aliquid inuouetur, ad eum itaque & ad commentarios Canonistarum, quos vocant, lectorem remitto.

33. in suspensio] Etiam hic castigationem meam pro eo quod erat: in suspensio, reperi apud Manus. & Mercuriorum autem quorum] Hyperbaton est imo solacismus hoc loco, nisi legatur (vni legendum existimo:) iis autem, & c. subueniatur: Deo ipso, nolui tamen iuxta coniecturam nostram quicquam immutare, donec forte conueniat exemplar aliquod Ms.

34. & nostri meminisse] Haec ex Morelio adieci-mus, in ceteris desiderabatur.

## CYPRIANI AD CLERVM suum de missis Romam & ac- ceptis inde litteris.

### EPISTOLA XXXII.

ARG. ex ipsa Epistola inscriptione satis ma-nifestum est.

## CYPRIANVS PRESBY- teris & diaconibus fratribus S.



Vales litteras ad clerum Romae agere fecerim, quidque illi mihi rescripserint, quid etiam Moyses & Maximus presbyteri, & Nicostratus & Rufinus diaconi, & ceteri cum eis coefferores in custodia constituti, eque ad litteras meas rescripserint, ut scire possitis fratres charissimi exempla vobis legenda transmissi. Vos curate quantum potestis pro diligentia vestra, ut scripta nostra, & illorum rescripta fratribus nostris innotescant. Sed etiam qui de peregrinis episcopi collegae mei, vel presbyteri, vel diacones praesentes fuerint, vel superuenerint, haec omnia de vobis audiant: & si exempla epistolarum transcribere, & ad suos perferre voluerint, facultate transcriptions accipiant. Quamuis & Saturo lectori fratri nostro mandauerim ut singulis desiderantibus describendi faciat potestatem, ut in ecclesiarum statu quoquo modo interim componendo seruetur ab omnibus vna fidei consensus. De ceteris vero quae agenda erunt, sicut & collegis meis plurimum scripsi, plenius consilio communi tractabimus, quando conuenire in vnum permittente Domino experimus. Opto vos fratres carissimi ac desideratissimi semper bene valere, fraternitatem salutate. Valete

### EPISTOLA XXXIII.

ARG. Clero & Plebi renunciat Cyprianus, Aurelium Confessorem a se lectorem ordinatum, obiter virtutis illius & animi constantiam commendans, quibus etiam, vltiorem gradum in ecclesia merebatur.

## CYPRIANVS PRESBY- teris & diaconibus. Item Plebi vniuersae salutem.

IN ordinationibus clericis fratres charissimi, solemus vos ante consulere, & mores ac merita singulorum communi consilio ponderare: sed expectanda non sunt testimonia humana, cum praecedunt diuina suffragia. Aurelius frater noster, illustris adolescens, a Domino iam probatus & a deo vocatus est, in annis adhuc nouellus, sed in virtutis ac fidei laude prouectus; minor in aetatis suae indole, sed maior in honore, gemino hic agone certauit; bis confessus, & bis confessionis suae victoria gloriosus; & quando vicit in cursu factus extorris, & cum denuo certamine fortiore pugnauit, triumphator & victor in praelio passionis: quoties aduersari prouocare seruos dei voluit, toties promptissimus ac fortissimus miles & pugnauit & vicit. Parum fuerat sub oculis ante paucorum quando extorris fiebat, congressu fuisse; meruit & in foro congressi clario-riore virtute, ut post magistratus etiam proconsulere vinceret, & post exilium tormenta superaret. Nec inuenio quid in eo predicare plus debeat, gloriam vulnerum, an verecundiam mortis; quod honore virtutis insignis est, an quod pudoris admiratione laudabilis: ita & dignitate excelsus est, & humilitate submissus ut appareat illum diuinitus referuatum, qui ad ecclesiasticam disciplinam ceteris esset exemplo, quomodo serui Dei in confessione virtutibus vincerent, post confessionem, moribus eminent, merebatur talis clericus ordinationis vltiorem gradum & incrementa maiora, non de annis suis, sed de meritis aestimandus; sed interim placuit ut ab officio lectionis incipiat. Quia & nihil magis congruit voci, quae Dominum gloriosa predicatione confessa est quam celebrandis diuinis lectionibus personare: post verba sublimia, quae Christi martyrii prolocuta sunt,

Li. 3. ep. 17

## ADNOTATIONES in Epistolam XXXII.

1. PRESBYTERIS ET DIACONIBUS FRATRIBUS] hoc pacto legunt tum Ms. Afflig. March. Dun. tum Cauchius & Manus. Pessimè itaque interiectum reperitur in ceteris excusis: ROMAE CONSISTENTIBUS nam ex ipso contextu satis constat, non ad Romanum sed Carthaginensem Clerum has litteras dirigi.

2. Quales litteras ad Clerum Romae agentem fecerim] Vel ipsum, hoc exordium confirmat nostram lectionem, si enim ad Romanos scriberet, ita potius loqueretur: Quales litteras ad vos fecerim, habes autem has supra lxx. xxiiij. & xxix.

3. quicque illi mihi rescripserint] epistolis nempe duabus praecedentibus.

4. quid etiam Moyses & Maximus presbyteri] recte Ms. codices omnes adieciunt Maximus, quod desiderabatur in excusis.

5. aequae ad litteras meas rescripserint] hoc etiam recte Manus. pro eo quod erat. quae, habes epistolas Cypriani ad confessores num. xvi. & xxv. responsum vero Confessorum supra num. xxvi.

6. fratribus nostris innotescant] nostris, non vestris, (vni erat ante) legunt constanter Ms. Afflig. Dun. et March. Manus. quoque & Morelius; Verum: innotescatis, legunt. Ms. prior lectio magis latina est.

7. & ad suos perferre voluerint] Haec castigationem meam confirmatam reperi in dictis Ms. codicibus Manus. quoque & Morelio; antea habebatur: ad vos, pessime.

8. Quamuis & Saturo lectori] habes eiusdem mentionem supra Epistola xxxiiij. Vocatur autem tum Statutus tum Satyrus.

9. vna fidei consensus] vulgata haec lectio reperitur etiam in Ms. cod. quare non placet Manus. lectio: vna & fida consensus.

10. consilio communi] Error typographycus Remboldi remansit haec tamen in excusis Erasmius omnibus, omiserat ille forte fortuna vocem: communi, quam tamē habes in veteri excusis & Ms. omnibus.

## AD CLERVM ET PLE- bem de Aurelio lectore ordinato.



euangelium Christi legere, vnde martyres fiunt: <sup>6</sup> ad pulpitem, post catastam venire: illic fuisse conspicuum gentiliū multitudini, hic à fratribus conspici: illic auditum esse cum miraculo circumstantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiri. Hunc igitur fratres dilectissimi à me & à collegis qui praesentes aderant, ordinatum sciatis; quod vos scio & libenter amplecti, & optare tales in Ecclesia nostra quā plurimos ordinati. Et quoniam semper gaudium properat, nec potest moras ferre lætitia. <sup>7</sup> Dominico legit. <sup>8</sup> Interim nobis hoc die auspiciatus est, dum dedicat lectionem. Vos orationibus frequenter insistite, & preces nostras vestris precibus adiuuate; vt Domini misericordia fauens nobis, cito plebi suę & sacerdotem reddat incolumen, & martyrem cum sacerdote lectorem. Opto vos fratres charissimi in deo patre & Christo Iesu semper bene valere.

#### ADNOTATIONES in Epistolam xxxiii.

1. Id ordinationibus Clericis &c.] Locus hic requirebat tractatum de more in ordinationibus Clericorum olim obseruato, quo (vbi alicubi Leo Papa I.) vota ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum, in ordinationibus considerari solent. Verum ob epistolę breuitatem malimus differre in Epistolam lxxvij. ad Clerum & populum Hispaniarum. Hoc hic duntaxat dicimus, diligenter expendenda verba Cypriani, consulere & mores ac merita singulorum communi consilio considerare, quibus manifestum sit, non aliud velle ipsum, quam quod olim tum in episcopis & Presbyteris tum in Diaconibus requirebat Apostolus 1. Thim. 2. Testimonium nempe bonum, etiam ab illis qui foris sunt. Qui mos vsque ad eo non in uniuersum sublatu est; vt etiam ante ordinationem consulatur populus, num quid impediendi sciat, cur ab ordinibus repelli qui debeat. Porro quum supra alicubi adnotauerimus phrasin Cypriani, quę clericum] adiectiue sumere solet: maxime placet hæc lectio Manut. in ordinationibus clericis, presertim quum infra hæc eadē epist. ordinationis clericę, memnerit Morel. Clericorum, Ms. vero Camb. et ceteri excusi: in ordinandis clericis.
2. Aurelius frater noster] Fit huius eiusdem mentio epistola sequenti. Supra alterius martyris Aurelij qui litteras non nosset, facta est mentio epistola xxxij.
3. & à Deo vocatus est, in annis] sic Camb. codex antea erat: & Deo charus, & in annis.
4. gemino hic agone] Antiquus quidam liber Morelij: geminū agone, vt post magistratus etiā proconsulem vinceret, sic Camb. codex, significatiuū multo quam ceteri, qui: & legunt. Porro est magistratus commune sic nomen omnibus Reipub. prefectis atque adeo & pro consulibus, solet Cyprianus pro minoribus duntaxat ho-

noribus ea voce abuti. Sic supra Epistola xvi. Eant nunc magistratus, & consules siue proconsules.

5. vt ab officio lectionis incipiat] Lectoris officium esse dicit epistola sequenti: vt loci altioris celsitate subnixus, & plebi uniuersa pro honoris sui claritate conspicuus, legat præcepta & euangelium Domini. Quam verò vetus sit, ex locis Anacleri, Ignatii, Dionisii Areopagite & canonibus Apostolorum supra citatis epistola xxxij. colligere non est difficile. Quę verò etiamnum seruantur ceremonie in ordinatione lectoris, desumptę sunt ad verbum à Concilio 4. Carthaginensi ca. 8. vbi ita legitur: Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eius fidem ac vitam atque ingenium. Post hæc spectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe & esto lector verbi Dei, habiturus si fideliter & utiliter impleris officium, partem, cum eis qui verbum Dei ministrauerunt. E quo eodem concilio desumptę sunt etiam forma ordinationis Psalmista & Osiarij. Porro preces in lectoris ordinatione iam olim usitatas, habes in consir. Clementis lib. 8. cap. 28.

6. ad pulpitem, post catastam venire] Pulpitem suggestum vocat, vnde lectiones recitari solent coram populo. Catasta verò proprie locus erat aditior, in quo serui venales exponebantur, cetero tñ uelociter id est, ab exponendo dictus. Ad quam significationem proximè accedit Cyprianus, dum Catastam ( quantum quidem mihi videtur) intelligit locū eminentiorem, in quo de martyribus sumebatur supplicium, quo et alludere videtur Romanus martyr apud Prudentium, sic exclamans: Audite cuncti, clamore longe ac prædico, emitto vocem de Catasta celsior. Cōfirmat hæc meam sententiam vox gręca τρεβόρα quam huic Synonymam viri docti quidam adnotarij. Deinde & illud quod hodięque in Hispaniis, locus in quo serui venim exponuntur (vt ex relatione fide dignorum comperi) similis sit locis illis aditioribus, in quibus fontes plectuntur, que in Gallis passim reperire est, & lingua patrię: la gchenne, nuncupantur. Cōfirmat eandē allusio Cataste ad pulpitem qua vititur Cyprianus. Neque vero me lateat altera huius vocis acceptio, apud Prudentium, pro ipsi tortorum instrumentis, dum hymno 1. regi σεφάραυ dicit: Verberum post vim crepentum, post catastas igneus; verum nō video qui illa loco presenti quadrare queat. Multo adhuc minus illa, qua catastam compedes ligneas quidam dicunt, quibus seruorum pedes constringebantur.

7. Dominico legit] Diem dominicum haud dubie intelligit, cuius institutionē factam iā inde ab Apostolorum temporibus D. oan. Apocalypsis testatū facit: Eus (inquit) in spiritu dominica die, quem vocat D. Paulus 1. Cor. 16. Vn. am sabbati more Iudeorum, quomodo etiam ab Evangelistis, nunc vna, nunc prima, sabbati vocatur, id est, (vt interpretantur veteres) prima post sabbatum. Quo die quū resurrexisset Christum, ex Euangelis constat, recte ne quid comune haberent cum Iudeis, mutarunt diem sabbati in diem dominicum Apostoli. huc pertinet illud Clementis Consir. Apostol. li. 2. ca. 63. Die dominico diligentius conuenire laudem Deo laturo, qui per Iesum cuncti condidit, & illum ad nos misit, & a mortuis excitauit. Nam quā excusationem afferre potest Deo, qui in hoc die non conuenit ad audiendum salutarem de resurrectione sermonem, in quo tres orationes stantes concipimus, in memoriam illius qui tertio die resurrexit. Prophetarū lectio habetur,

beitur, et Euangelij predicatio, & sacrificij oblatio, atq; sacrificij dispensatio: Quę verba prolixius citauimus, q̄ h̄s cōtineatur modus celebrandi diui dominici, idē qui etiamnum celebratur. similia Iust. martyr Apolog. 2. ad Anto. Pm.

8. Interim nobis] sic Manu. quod magis placet quā quod antea erat: vobis.

9. dum dedicat lectionē] phrasin Tertul. usitata li. 1. contra Marcionem, de Resurrectione carnis, de penitentiā & de Monogamia; qua dedicandi voce pro incipere sc̄i initiari vititur, quomodo etiam hic Cyprianus.

#### AD CLERVM ET PLE- bē de Celerino lectore ordinato.

##### EPISTOLA XXXIII.

ARG. pene eiusdem est cum precedenti, præterquam quod multis commendat Celerini in cōfessione fidei constantiam. Vtrunque autē in secessu scriptam, ipsę contextus circūstantiæ satis indicant.

#### CYPRIANVS PRESBYTE ris, & diaconibus, & Plebi vniuersę, fratribus salutem.

Lib. 4. ep. 5



Gnoscenda & amplectanda sunt fratres dilectissimi beneficia diuina, quibus ecclesiam suam Dominus illustrare temporibus nostris & honestare dignatus est, cōmeatum dādo bonis cōfessoribus suis & martyribus gloriosis; vt q̄ sublimeret Christū cōfessis essent clerum postmodū Christi ministeriis ecclesiasticis adornarēt. Exultate itaq; & gaudete nobiscum lectis litteris nostris, quib⁹ ego & collegę mei qui praesentes aderat, referimus ad vos, Celerinum fratrem nostrum virtutibus pariter & moribus gloriosum, Clero nostro nō humana suffragatione, sed diuina dignatione coniunctum. Qui, cū consentire dubitaret Ecclesię, ipsius admonitu & hortatu in visione per noctem compulsus est, ne negaret. Nobis suadentibus, cui plus licuit, & coegit; quia nec fas fuerat nec decebat sine honore ecclesiastico esse, quem sic domin⁹ honorauit cœlestis glorię dignitate. Hic ad tēporis nostri prælium primus, hic inter Christi milites antesignanus, hic inter persecutionis initia feruentia cū ipso infestationis principe & auctore congressus; dū inexpugnabili firmitate certaminis sui aduersarium vincit, vincendi ceteris viam fecit; nō breui compendio vulnere victor, sed adherentibus diu & permanentibus pœnis lō-

gę collustationis miraculo triumphator.

Per decem & nouem dies custodia carceris septus, in neruo ac ferro fuit. sed posito in vinculis corpore, solutus ac liber spiritus mansit. Caro famis, ac sitis diuturnitate contabuit; sed animam fide & virtute uiuentem nutrimentis spiritualibus Deus paui. Tacuit inter pœnas pœnis suis fortior, inclusus includentibus maior, iacens stantibus celsior, vincientibus firmior victus, sublimior iudicantibus iudicatus; & quāuis ligati neruo pedes essent, calcatus serpens & obrutus & victus est. Lucent in corpore glorioso clara vulnere signa, eminent & apparent in neruis hominis, membris longa tæbe consumptis, expressa vestigia. Sunt magna, sunt mira, quę de virtutibus eius ac laudibus fraternitas audiat. Et si aliquis Thomę similis exiterit, qui minus auribus credat, nec oculorū fides deest; vt quis quod audit, & videat. In seruo dei victoriam gloria vulnere fecit, gloriam cicatricum memoria custodit. Nec rudis iste aut nouus est in Celerino charissimo nostro titulus gloriarum: per vestigia cognationis suę graditur, parentibus, ac propinquis suis honore consimili diuinę dignationis æquatur. Auia eius Celerina iam priorem martyrio coronata est. item patruus eius & auunculus Laurentinus & Ignatius, in castris & ipsi quondam sæcularibus militantes; sed veri & spiritales Dei milites; dum diabolus Christi confessione profesternunt, palmas à Domino & coronas illustri passione meruerunt. Sacrificia pro eis semper, vt meminisset offerimus, quoties martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus. Nec degener ergo esse, nec minor poterat, quem sic domesticis exemplis virtutis ac fidei prouocabat familię dignitas & generosa nobilitas. Quod si in familia sæculari prædicationis & laudis est, esse patricium; quāto maioris laudis & honoris est, fieri in cœlesti prædicatione generosum? Non inuenio quē beatorē magis dicam, vtrumne illos de posteritate tam clara, an hunc de origine gloriosa. ita æqualiter apud eos recurrit & cōmeat diuina dignatio, vt & illorum coronā dignitas sobolis illustret, & huius gloriam sublimitas generis illuminet. Hic ad nos fratres dilectissimi cum tanta Domini dignatione venientem, testimonio & miraculo eius ipsius, qui se persecutus fuerat, illustrē;



quid aliud quā<sup>16</sup> super pulpitu, id est, super tribunal Ecclesiae oportebat imponi, ut loci altioris celsitate subnixus, & plebi vniuersa pro honoris sui claritate conspicuus, legat<sup>17</sup> praecepta & euangeliū Domini, quae fortiter ac fideliter sequitur: vox Dominum cōfessa in his quotidie, quae Dominus locutus est, audiatur.<sup>18</sup> Viderit an sit vltior gradus ad quem profici in Ecclesia possit. Nihil est in quo magis cōfessor fratribus proficit quam ut dum euangelica lectio de ore eius auditur, lectoris fidem quifquis audierit, imitemur.<sup>19</sup> Iungendus in lectione Aurelio fuerat, cum quo & diuini honoris societate cōiunctus est, cum quo omnibus virtutis & laudis insignib<sup>9</sup> copulatus est pares ambo, & uterque consimilis. in quātum gloria sublimes, in tantum verecundia humiles, quantum diuina dignatione promoti, tantū sua quiete & tranquillitate summissi, & virtutum pariter & morum singulis exempla praebentes, & congressioni & paci congruētes, illic robore, hic pudore laudabiles. In talib<sup>9</sup> seruis laetatur Dominus. In eiusmodi confessoribus glorietur,<sup>20</sup> quorū secta & conuersatio sic proficit ad praerogium gloriae magnificentium ceteris praebet disciplinā. Ad hoc eos Christus esse hic in Ecclesia diu voluit, ad hoc de media morte subtractos, quādam dixerim resurrectione circa eos facta, incolumes referuauit; ut dum nihil in honore sublimius, nihil in humilitate submissius à fratribus cernitur, hos eodem fraternitas sectata comiteretur. Hos tamen lectores interrim constitutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni, vnde omnibus luceat, & gloriosos vultus in loco altiore constitui, vbi ab omni populo circumstante conspecti incitamentum gloriae vidētib<sup>9</sup> praebent. Ceterum<sup>21</sup> presbyteri honorem designasse nos illis iam sciatis,<sup>22</sup> vt & sportulis iisdem cū presbyteris honorētur,<sup>23</sup> & diuisiones mensuras aequatis quātitatibus partiātur, fessuri nobiscum prouētis & corroboratis annis suis, quamuis in nullo minor possit videri aetatis indole, qui consummauit aetate gloriae dignitate. Opto vos fratres carissimi & desideratissimi semper bene valere.

Eccles. 26.  
Matth. 5.

### ADNOTATIONES in epistolam xxxiiii.

1. Agnoscenda & amplectēda sunt] hoc pacto co-  
dex Camb. qui solus hanc & precedentem epistolam cō-  
plectebatur inter Ms. Manu. quoque & Morelius, pro quo  
antea erat: complectēda.

2. commeatum dando bonis confessoribus  
suis] Recte Manu. & Morelius; bonis, pro eo quod ob  
vicinitatem litterarum irrepserat in textum: nobis, cō-  
meatum autem tum hic tum supra epistola ix. & infra e-  
pistola ad Antonianum, pro liberatione accipit Cyprianus  
imitatus Tertulliani phrasin lib. de penitētia. Quae videtur  
etiam D. Amb. ora. funeb. Satyr. fratris. Metaphora à mi-  
lilib<sup>9</sup> sumpta, quibus dum vena datur ut possint ad tē-  
pus abesse à Castris vel negotiorum vel valetudinis gra-  
tia, commeatu dari dicitur. Libro tamen de mortalitate in  
alia significatione hac voce uti videtur.

3. Celerinum fratrem nostrum] facta est etiam  
supra Celerini mentio Epistol. xvi. xxi. & xxij. e quibus  
locis & us quae latius in laude ipsius hic profertur (vti  
& ex ex historia eccles. Eusebij) haec licet colligere. Fuisse  
Celerinū, siue Africanū fuerit siue Romanū, vni ex iis,  
qui statim à passione Fabiani pōsticis persecutionis impe-  
tu primo, cū Moysē & Maxi. Diocetrato, Resilio, Vrliano,  
& Sidonio, Roma in carcere rapti sunt; qui praeter ceteros  
omnia tormentorum genera superant. Postmodum autem  
persecutione ad breuissimū tempus aliquātulum remissa,  
reduit in Africā; atque inuitus, sed visione nocturna ad-  
monitus, ordinatus fuit in lēctorem, postea vero etiam in  
Diaconū si Martyrologij Bedae, Adonis & I. suardi cre-  
ditur, quorū Beda & Ado verba etiā ipsa huius epistolae  
interferit. Festū eius celebratur ad 3. Nonas Februarij at-  
que vna sanctorum Martyrum Celerina eius auia, Laurē-  
tini & Ignatij, quorum in hac epistola fit mentio.

4. Qui cum consentire dubitaret ecclesiae, ip-  
sius admonitu] sibi vultu diuinae dignationis. Quo modo  
si distinguamus, vti & facit Camb. Codex, sensus erit  
clarior; quum aliqui sit intricatissimus.

5. Hic ad temporis nostri praerogium primus] si-  
militer profertur supra epistola xxv. vos (inquit) primores et  
duces ad nostri temporis praerogium facti.

6. cum ipso infestationis pīncipe & auctore]   
Quantum conuicere licet Decium Imperatorem intelligi,  
qui primus ea aetate persecucionis auctor fuit.

7. in neruo ac ferro fuit] Nervus vinculi genus est  
quo pedes aut ceruices impediuntur, Hinc illud. atonus:  
fures priuatorum furtorum, in neruo atque in compedibus  
aetatem agunt, fures publici in auro atque in purpura.  
Plautus quoque in Aulularia, vinculoꝝ genera enu-  
merat. Nervos, catenas, numellas, pedicas, boyas. hinc vsti-  
tata phrasin scripturae: mitti in neruum 2. Para. 16. Job. 13.  
& 33. ac Hierem. 21.

8. vincietibus firmior victus] Antiquus quidā  
codex Morelij legit: vincietibus firmior victus, non  
militē.

9. in neruis hominis] Elegans transitus à neruo  
vinculi genere, ad neruos humanos, quare haec verba recte  
Denuo adiecta sunt à Manu. & Morelio, praesertim quū  
reperientur in excusis duobus veteribus.

10. vt quis quod audit & videat] Sic veteres ex-  
cusi & Manu. pro eo quod vtiōē ceteri: quifquis.

11. Laurentinus & Ignatius] Sic legitur martyro-  
logia supradicta, et duo Ms. quae sunt apud Guilhelmitas  
Brugenses, quare reticiendum hic nomen Laurentij quod  
vulgo

vulgo legitur, & reponendum: Laurentinus, vti fecerūt  
Manu. & Morelius, Retinendū verò, cum excusis et Ms.  
Camb. Ignatij nomen, quum nusquam praeterquam apud  
Manu. & Morelium: Egnatius, legatur.

12. sacrificia pro eis semper vt meministis of-  
ferimus] Quid hic pro eis, Martyribus nempe hoc infra  
Epistola xxxvij. ob commemorationes eorum dicit. Nihil  
itaque obstat huic loco quod alicubi dicit D. Aug. Inuiriā  
facit Martyri qui orat pro Martyre. Neque enim ignora-  
bat superfluum id fore Cyprianus, qui non vno in loco (quē  
admodum supra epistol. xvi. diximus) docet, Christi Mar-  
tyres statim gaudium supernis perfui, quod & hoc ipso loco  
satis indicat cum dicit, Martyres isto s. palmas & coronas  
commeruisse. Pro martyribus igitur sacrificia offerre: Cy-  
priano idē est, quod commemoracione eorum, nō ad de-  
lictorum expiationem. Sunt qui hoc interpretentur ad gra-  
tiarum actionem: sed non placet, tum ob verba Cypriani  
modo citata tum quod eodem modo interpretetur Cyrillus  
Hierosolimitanus in suis Catechesibus verba illa missa  
Graecorum: Etiam offerimus tibi pro omnibus qui à seculo  
tibi placuerunt sanctis &c. Atque hoc sacrificium (in-  
quit) tibi offerimus vt memores simus, primum eorum qui  
dormierunt Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum,  
Martyrum, vt Deus orationibus & intercessionibus eorū,  
nostram deprecationem suscipiat: Deinde vt in memoria  
habeamus sanctos patres qui dormierunt atque Episcopos,  
& deinde omnes qui nos precesserunt, magnam utilitatē  
credentes accessuram eorum animabus, pro quibus offertur  
ex oratione sancti & tremendi sacrificij. Atqui & com-  
memoracionis vox tum D. Aug. tract. 84. in Ioannem, tū  
hodieque in canone missa vtitata, magis confirmat priorē  
sententiam.

13. quoties martyrum passiones & dies anni-  
uerfaria commemoracione celebramus] Ex his  
verbi facile est deprehendere lapsum Rhenani, qui existi-  
mat ex his memoriis Martyrum postea exortos dies  
Martyrum festos; quum potius e contrario hinc liqueat,  
tum demum celebratam Martyrum commemoracionem,  
quum dies eorum passionis anniuersarij celebrarentur.  
Constat igitur ex hoc loco, iam aetate Cypriani celebra-  
ta non duntaxat festa illa solennia Natiuitatis, Epipha-  
niae siue Theophaniae, Paschae, Assentionis, & Pente-  
costes (quae iam ab ipsis ecclesiae incunabulis celebrata ne-  
minem existimo negare posse) verum & Apostolorum  
& Martyrum, si qui pro Christo mortem perpessi essent.  
Id ipsum confirmat, quod praecipit epistola infra xxxvij.  
Cyprianus, dies adnotari quibus excederent Martyres,  
idque vt commemoraciones eorum inter martyrum me-  
morias, & oblationes ac sacrificia ob commemoraciones  
eorum celebraret. Neque vero etiam ante diuum Cypria-  
num id inusitatum fuisse, manifestum fit ex Origene;  
qui hom. quadam in illud Matthaei vox in Rama: Be-  
ne (inquit) & secundum voluntatem Dei innocen-  
tium memoriam sancti patres celebrari mandarunt sem-  
piternam in ecclesiis, velut pro Domino morientium,  
velut pro Iudaeis & gentibus credituris, velut etiam  
pro ipsis parentibus. Origene vetustior Tertul. de corona  
militis. Oblationes (inquit) pro defunctis, pro nati-  
uitate. Rhenanus ad dies natalitios ethnicorum, nemo  
ignorare merito debeat, qui natalitia Martyrum, pro  
die passionis eorum apud veteres vsurpata repererit. Vt

enim omittam Iurisperitos, qui natalem diem, de die tam  
quo quis natus est quam quo decefit accipiunt, vt praete-  
ream D. August. Prudentium, Paulinum, Nolanum &  
alios illius saeculi patres; certe Concil. Laodic. can. 51. et 52.  
disertis verbis Natalitia Martyrum in quadragesima ce-  
lebrari vetat. Et vt adhuc altius huius vocis originem re-  
petamus, vritur Smyrnenfis ecclesia apud Eusebium lib. 4.  
hyft. eccles. cap. 15. dum diem mortis D. Policarpi discipuli  
D. Ioannis Euangelistae (ἡμετέρον ἡμέραν) nuncupant,  
pro quo diem passionis vertit παροφραξισιως Rufinus:  
Quo in loco (inquunt) etiam nunc prestante domino solen-  
nes agimus celebrēque conuentus, maxime quidem in die  
passionis eius, sed & quum eorum memorias qui prius  
passi fuerant celebramus, vt sequentium animi ad praef-  
sorum viam exemplis insignibus suscitentur. Quem locum  
eo libentius citauimus, quod inde manifestum sit, solennes  
conuentus in natalitijs martyrum vtitatos, iam inde ab  
Apostolorum temporibus. Atque adeo recte patres Con-  
cilij Gangrensis ante annos amplius quam mille ducentos  
anathemate damnant. can. 20. Eustachium & suos com-  
plices, qui τὰς συνάξεις τῶν μαρτυρῶν. id est, collectas  
quae per Basilicas Martyrum fiebāt, vel etiam quae ibidem  
celebrantur oblationes memoridque ipsorum, spernendas  
duxerint. Si quis adhuc vicinij Apostolorū aetati requi-  
rat testimonium, legat ca. 39. lib. 8. Apost. const. Clemētis,  
vbi festorum tum Apostolorum tum D. Stephani & alio-  
rum martyrum fit mentio D. Virginis festorum eadem est  
ratio, vtpote quam non minore celebratae cultam oportuit  
quam ipsos Apostolos, neque dubitō quin vetustissimam  
quoque illorum quorundam originem reperiet alicubi dili-  
gens lector. Certe Dormitionis siue Assumptionis festum,  
celebratum constat, iam ab aetate D. Hieron. & Aug. Fe-  
stum etiā quod hodie Purificationis olim teste Beda Ὁνε-  
τώδην dicebatur, celebrat homilia de luminibus siue se-  
cundis Epiphanijs D. Gregorius Nazianzenus. In vsu e-  
rant etiam tempore Sergij primi Pontificis praeter iam di-  
cta Annūtiacionis & Natiuitatis Mariae festa teste Mi-  
craologo; qui etiam festum Inuentionis crucis Eusebio Pa-  
pa a scribit à Petro 31. Sed haec haec tenentur,

14. esse patricium] Patricij teste Livio, proprie dice-  
bantur, primorum senatorum à Romulo creatorum posteri,  
ad hos alludit Cyprianus. Erat tamen (vel Cicerone teste  
ad Brutum) etiam patricius magistratus, quem ita descri-  
bit Cassiodorus senator libro variarum sexto, vt praefectu-  
ra praetorij fuerit dignior.

15. Hunc ad nos &c. venientem] Roma venisse  
Celerinum constat ex epistola supra xvi. porro quale mira-  
culum contigerit in illius confessione non potui deprehen-  
dere. Videtur ad illud alludere supra epistola xxij. Lucia-  
nus, dum ab illo victum dicit maiorem anguem metato-  
rem antichristi.

16. super pulpitu, id est, super tribunal eccle-  
siae] Alludit ad similitudinē vtriusque. erat enim tribu-  
nal locus excelsus è quo Ius tribubus reddebatur

17. praecepta & euangeliū domini] Sic Ms. Ma-  
nu. quoque & Morelius, ceteri excusi: praecepta euangeli-  
ij Domini.

18. Viderit an sit vltior gradus] Phrasin Cypria-  
nica de qua supra epistola 2. sub finem.

19. Iungendus in lectione Aurelio fuerat] Recte  
sic Manu. & Morel. pro eo quod erat: in oratione, nam  
& consentit Camb. codex. Patet autem hinc, prius fuisse



ordinatum Aurelium, atque adeo scriptam hac prius epistolam precedentem.

20. quorum secta] *Rursus hic secta in bonam partem accipitur, vide supra epistolam 23. de media morte] Sic Camb. 2. codex & vetus excusus, Manut. & Morel. male igitur prius legebatur: nocte.*

21. presbyterij honorem] *Hoc loco presbyterij accipit pro ipso ordine, alibi vero pro congregatione presbyterorum de hac re plura Epistola sequenti & infra 47.*

22. vt & sportulis illis cū presbyteris honorētur] *Quid sportule infra dicemus epistola lxxvi. ad Clerum & Plebem furnitanorum, ubi sportulantes fratres dicit.*

23. & diuisiones mensuras æquatis quantitatibus partiantur] *Sic Manu. pro eo quod omnes excusi et plerique Ms. diuisiones mensuræ, & rebus meo quidem iudicio. Nam mensuram latine dici adnotauit iam olim Priscianus (vti me primus admonuit Lud. Carriō l. c. cognatus meus) lib. 2. mensis (inquit) mensuram facit, sic enim Cicero posuit pro mensura in primo Rhetoricorū. Pars quedam eternitatis, cum alicuius annui mensuram, diurni nocturni, et vespertini certa significatione. Quare recte etiā à Calepino, contra quam ab aliis, ita citatur hic Ciceronis locus: presertim quum & Ms. quidam sic logant. Quare etiam non placet quod habet Ms. Anglicus Io. Clementis cod. diuisiones mensuras.*

## AD EOSDEM DE Numidico ordinato presbytero.

### EPISTOLA XXXV.

ARG. Nunciat Clero & Plebi Numidicum à se ordinatum presbyterum, paucis dignitatem illius commendans.

## CYPRIANVS PRESBYTERIS, & diaconibus & plebi vniuersæ, carissimis ac desideratissimis fratribus S.

Lib. 4.  
Epist. 10.



**N**UNCIANDVM vobis fuit fratres carissimi, quod pertineat & ad communem lætitiā, & ad Ecclesiæ nostræ maximam gloriā. Nam admonitos nos & instructos sciatis dignatione diuina, vt Numidicus presbyter adscribatur presbyterorū Carthaginensium numero, & nobiscum sedeat in clero, luce clarissima confessionis illustris, & virtutis ac fidei honore sublimis, qui hortatu suo copiosum martyrum numerum lapidibus & flammis necatum ante se misit: quique vxorem adherentem lateri suo, crematam simul cum cæteris (vel cōseruatam magis dixerim) lætus aspexit. Ipse semi-

ustulatus, & lapidibus obrutus, & pro mortuo derelictus, dum postmodum filia sollicito, pietatis obsequio cadauer patris inquireret, semianimis inuētus, & extractus, & refocillatus à comitibus, quos ipse præmiserat, remansit inuitus, sed remanendi (vt videmus) hæc fuit causa, vt eum clero nostro Dominus adiungeret, & desolatā per lapsum quorundam presbyterij nostri copiā gloriosis sacerdotibus adornaret. Et promouebitur quidem, cum Deus permiserit, ad ampliorē locum religionis suæ, quādo in præsentia protège Domino venerimus. Interim quod ostenditur fiat, vt cum gratiarū actione suscipiamus hoc Dei munus, sperantes de misericordia domini eiusmodi ornamēta complura, vt redintegrato Ecclesiæ suæ robore, tō mites, et humiles faciat in consensu nostri honore florere. Opto vos fratres charissimi ac desideratissimi semper bene valere.

## ADNOTATIONES in epistolam xxxv.

1. Nunciandum vobis fuit] *Particula: fuit, errore quodā omiſſa in editione Remboldi, desiderata est hætenus; quæ recte restituta est in suum locum à Manu. & More. utpote quam habent non Ms. modo, sed & vetus excusus codex.*

2. instructos sciatis dignatione diuina] *Sic epistole precedētis, diuine dignationis admonitū suscepisse dicit Celestinus Lectoris officium, epistola quoque xxxij. præcepisse ordinationem Aurelij suffragi diuina. Hinc collige, non prophanas sed sacras iam olim habitas ordinationes clericorum, non modo hypodiconorum, diaconorum, presbyterorum, sed & lectorum; usque adeo vt ferè signa quæpiam diuinitus ante ordinationem illorum contingerent.*

3. Numidicus] *Huius quoque fit mentio infra epistola xxxvij. xxxix. & xl. Fuit enim vnus Vicariorum D. Cypriani.*

4. presbyter adscribatur presbyterorum Carthaginensium numero] *Sic excusi omnes Ms. Camb. & Afflig. codices non male: presbyterij Carthaginensium. Presbyterorum autem ordinem fuisse ipsa Apostolorum ætate; etiam distinctum ab Apostolorum & Episcoporum ordine, ex scripturis perspicuum est. Quid enim aliud sibi vult diuus Paulus ad Titum i. dum per singulas ciuitates presbyteros mandat constitui, quod id ipsum quoque diuum Paulum & Barnabam fecisse per singulas Ecclesias patet Act. 13. Quæ si minus satisfaciunt, utpote quæ de Episcopis quidam intelligant; quid dicent ad illud Act. 15. Statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas ad Apostolos & presbyteros in Ierusalē; & rursus paulopost (ubi Latine expressit vocē Græcam interpret) suscepti sunt ab ecclesia & Apostolis & senioribus; & iterum cōueneruntque Apostoli & seniores, & tunc placuit Apostolis & Senioribus. Quid ad illud Pauli i. Tim. 5. Qui bene præsent presbyteri, duplici honore digni sunt? Probatur id ipsum multis can. Apostolorum, præsertim*

præsertim autem ij. xxx. xxxij. & xxxvij. qui expressam continent inter episcopum & presbyterum distinctionem. Ignatij etiam epistolæ ad Trallianos, ad Magnesianos, & Philadelphenses, rursus epistola Dionisij Areopagite ad Demophilū, & Clemētis Rom. constit. Apostolicis, præsertim c. 32. lib. 2. ubi eadem fere verba reperire est, quæ apud D. Ignatiū, et li. 8. 24. c. Quo loco, & similiter cōcl. 4. Carthaginien. c. 3. ordinationē habes presbyteri eandē pene, quæ etiam obseruatur in Ecclesia. Item Anacleti papæ epistola 2. ubi presbyteros non tā ab ætate quā sapientia senes nuncupatos, exemplis docet, & Episcopos in locū Aaranis & Moyses, presbyteros vero in locū 70. Seniorum (qui Græce πρεσβυτεροι appellantur) successisse. Zepherinus etiam ordinationis presbyteri & diaconi meminit.

5. copiosū martyrum numerū] *Sic Ms. et excusi omnes, pro quo reposuit Manu. gloriosum, sed minus aridet. 6. per lapsum] Hic rursus negligētia Reboldi omiſſa fuerunt hæc vocula in omnibus editionibus Erasmi. nam vetus codex & Ms. omnes, illas habent.*

7. presbyterij nostri] *Presbyterium hoc loco accipit pro collegio presbyterorum, epist. vero precedenti pro ipsorum officio.*

8. Et promouebitur quidem] *Intelligit promotionem ad Episcopatum, ad quem tamen an Numidicus postea promotus sit nescio, certe nulla eius fit mentio in Synodo Africana. Patet autem ex hoc loco, scriptam hanc epistolam in secessu Cypriani.*

9. ornamenta complura] *Sic Manu. & Morelius pro eo quod cæteri omnes tā Ms. quam excusi: compleri, prius magis placet.*

10. Opto vos chariss. ac desideratissimi semper bene valere] *Etiā ex hac clausula quæ desiderabatur in vulgatis codicibus, manifestū fit, sequenti Erasmi per omnia, exemplar atque adeo & errores Typographicos Reboldi Nā tum excusus vetus tum Ms. omnes hanc habent. Manu. quidē paulo aliter: Opto vos fratres chariss. in domo permanere, sed prior lectio est Ms. codicum, & frequentius à Cypriano usitata; quare illam malo.*

## AD CLERVM DE CVRA pauperum & peregrinorum.

### EPISTOLA XXXVI.

ARG. titulus plus satis indicat. Non autem à principio secessus scriptam hanc Epistolam verisimile fit ex eo quod nouam vti loquitur portionem mittat, quæ subueniatur pauperibus, imo eodem pene tempore scriptam, quo epistola xl. nempe sub finem secessus, ex iisdem pene vtriusque Epistole verbis colligitur.

## CYPRIANVS PRESBYTERIS & diaconibus fratribus charissimis salutem.

Li. 3. ep. 24

**S**ALUTO vos fratres charissimi per dei gratiā incolumis, optās cito ad vos venire, vt desiderio tam meo quā vestro & omniū fratrum satisfiat. Oportet nos tamē paci cōmuni cōsulere, & interdū

quāuis cum tēdio animi nostri deesse vobis, ne præsentia nostri inuidiam & violentiam gentilium prouocet; & simus auctores rumpendæ pacis, qui magis quieti omniū cōsulere debemus. Quando ergo vos scripseritis rebus cōpositis me venire debere, aut si ante dignatus fuerit Dominus ostēdere, tunc ad vos veniā. Vbi enim mihi aut melius possit esse, aut lætius, quā illic, vbi me deus & credere voluit & crescere? Viduarū, & infirmorū & omnium pauperū curā peto diligenter habeatis: sed & peregrinis, si quæ indigētes fuerint, sumptus suggeratis de quantitate mea propria, quā apud Rogatianū cōpresbyterū nostrū dimisi: quæ quantitas ne forte iam vniuersa erogata sit, mihi eidē per Naricū Acoluthū aliam portionē, vt largius & prompti⁹ circa laborātes fiat operatio. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

## ADNOTATIONES in Epistolam xxxvi.

1. Oportet nos tamē paci cōmuni cōsistere] *En legitimā absentia Episcopi causam, de qua supra plura. Epist. vi. & xv. habes eandem eisdem pene verbis infra epistola xl.*

2. vbi enim mihi aut melius possit esse aut lætius &c.] *Manu. & Morelius hiatum, qui reperitur in omnibus tum Ms. tum excusis quos reperire licuit, quisque pro virili suppleere conati sunt. Ille quidem hoc pacto: quā illic vbi me dominus esse decreuit, hic autē & mea sententia relictus: quam illic vbi me deus & credere voluit & crescere.*

3. De quantitate mea propria] *Diuidebatur olim bona ecclesiæ in partes 4. quarū vna erat Episcopi, aut dua si manus; nā illi concredebatur pars pauperum. An de illa quantitate hic loquatur, an alio quopiam suo patrimonio, dicemus infra ad epistolam vltimam. mihi eidē per Naricū Acoluthū] de officio Acoluthi infra Epistola lv. Narici non fit alibi mentio. Rogatiani vero presbyteri supra facta est mentio ad Epistolam vij.*

## AD CLERVM VT CONFESSORIBUS in carcere constitutis omnis humanitas præbeatur

### EPISTOLA XXXVII.

ARG. Hortatur Clerum suum, vt omnis humanitas & cura adhibeatur circa confessores, tum viuos, tum in carcere defunctos; vt dies mortis eorum diligenter adnotentur ad celebrandam quorundam eorum memoriā, denique vt pauperum etiam non obliuiscantur.

## CYPRIANVS PRESBYTERIS & diaconibus fratribus, S.



L. 3. ep. 6.

**Q**uoniam sciam vos fratres charissimi litteris meis frequenter admonitos esse, ut gloriosa voce dominum confiteamini, & in carcere constitutis omnis diligentia prebeatur: tamen identidem vobis incubo, ne quid ad curam desitiis, quibus ad gloriam nihil deest. Atque utinam loci & gradus mei conditio permitteret, ut ipse nunc presens esse possem: promptus & libens sollempni ministerio cuncta circa fortissimos fratres nostros dilectionis obsequia complerem. sed officium meum vestra diligentia representet, faciat omnia quae fieri oportet circa eos, quos in talibus meritis fidei ac virtutis illustravit divina dignatio: Corporibus etiam omnium, qui etiam torti non sunt in carcere, tamen glorioso exitu mortis excedunt, impertiat & vigilantia, & cura propensior. neque enim virtus eorum aut honor minor est, quo minus ipsi quoque inter beatos martyres aggregentur. Quod in illis est, tolerauerunt quidquid tolerare parati & prompti fuerunt. Qui se tormentis & morti sub oculis Dei obtulit, passus est quidquid pati voluit. Non enim ipse tormentis, sed tormenta ipsi defuerunt.

Mat. 10.

Qui in me confessus fuerit coram hominibus, & ego in illo confitebor coram patre meo, dicit Dominus. Confessi sunt. Qui tolerauerit usque ad finem hic saluus erit: dicit Dominus. Tolerauerunt, & ad finem usque incorrupta & immaculata virtutum suarum merita petulerunt. Et iterum scriptum est: Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitae, usque ad mortem fideles, & stabiles, & inexpugnabiles persecuerunt. Cum voluntati & confessioni nostrae in carcere & vinculis accessit & moriendi terminus, consummata martyris gloria est. Denique & dies eorum quibus excedunt annotare, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus. quamquam Tertullus fidelissimus & deuotissimus frater noster pro cetera sollicitudine, & cura sua, quam fratribus in omni obsequio operationis impertit, (qui nec illic circa curam corporum deest) scripserit & scribat, ac significet mihi dies quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosae mortis exitu transierunt, & celebrentur hic à nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum, quae cito vobiscum Domino protegente celebrabimus.

L. 11.

Pauperibus quoque, ut saepe iam scripsi,

cura ac diligentia vestra non desit, illis tamen qui in fide stantes, & nobiscum fortiter militantes, Christi castra non reliquerunt: quibus quidem nunc maior à nobis & dilectio & cura praestanda est, quod nec paupertate adacti, nec persecutionis tempestate prostrati, dum Domino fideliter feruiunt, ceteris quoque pauperibus exemplum fidei praebuerunt. Opto vos fratres carissimi ac desideratissimi semper bene valere, & nostri meminisse. Fraternitatem meo nomine salutate. Valete.

### ADNOTATIONES in Epistolam. xxxvii.

1. Quoniam sciam vos fratres caris. litteris meis frequenter admonitos] *ipsum hoc huius epistolae exordium (ut supra quoque adnotauimus ad Epistolam xv) satis arguit, non sub initium, sed sub finem potius secessus conscriptam, nempe post frequentes eadem de re litteras, quas habes supra v. vi. & precedentem.*

2. Atque utinam loci & gradus conditio permitteret] *Locum, secessum haud dubie intelligit, gradus vero nomine quantum quidem mihi videtur Episcopatum, utpote qui solus pene querebatur ad supplicium Episcopus.*

3. officium meum vestra diligentia representet] *Sic Ms. Afflig. Dun. & Marchin. Cauchius quoque Manu. & Morelius, pro eo quod erat: praesentet, minus recte. Nam representare pro referre usurpat quoque Cyprianus infra lib. de bono patientiae, ac epistola ad Lucium papam, & Tertul. de patientia. Eadem significatione dixit alicubi Horatius. Virtutem ne representet moris que Catonis.*

4. corporibus etiam omnium, &c.] *sedulo hortatur ad impendendam curam corporibus confessorum qui in carcere decesserant, non secus atque martyrum. E quo loco imprimis confirmatur mea sententia de differentia confessorum & martyrum, ut martyres non dicantur Cypriano proprie nisi qui passi sunt, uti habes supra epistola ix. Colligitur deinde, peculiarè quandam curam adhiberi corporibus defunctorum martyrum, ut nepe honorifice magis sepelirentur quam ceteri fideles, hinc Act. 7. legitur de D. Stephano, sepelierunt eum viri timorati & fecerunt planctum magnum super eum. Quod quomodo gestum sit videre est apud Lucianum presbyterum lib. de inuentione reliquiarum eius quem misit una cum ipsis reliquiis in Africam Auitus presbyter per Orosium compresbyterum, vel ipso D. Augustino teste de ciuitate Dei. Confirmant morem hunc Smyrneses de D. Policarpi passione Epist. supra ex Eusebio citata; cuius corpus excelsum ab infidelibus, ne pro more (ut verbis eorum utar) à Christianis conditum venerationi foret, & lamina ossa ipsa iam ambusta preciosissimis geminis cariora & omni auro probabiliora collecta ab ipsis, ex more sunt condita: Quale quid habes etiam in epistola D. Cornelij Pontificis ad cunctos fideles de translatione corporum S. Petri & Pauli à Catacumbis. Condebantur autem preciosio quopiam operata velamine, in vasculis etiam nonnunquam aureis, uti patet ex D. Hieron. con-*

tra

### AD CALDONIVM HERCULANVM & ceteros de Abstinento Felicissimo.

EPISTOLA xxxviii.

*Argumentum titulus ipse satis indicat. desiderantur litterae ad quas respondet. haec vero epistola recens est edita à Manu. & Morelio, sit autem eius mentio epistola xlij.*

### CYPRIANVS CALDONIO, & Herculano collegis, item Rogatiano & Numidico compresbyteris S.

**E**hementer contristatus sum fratres charissimi, acceptis litteris vestris, ut cum mihi propositum semper & votum sit vniuersam fraternitatem nostram incolumem continere, & illibatam gregem, secundum quod charitas exigit, referuare, nunc nunciatis Felicissimum multa improbe & insidiosè esse molitum, ut praeter fraudes veteres, & rapinas, de quibus iam pridem multa cognoueram, nunc quoque cum episcopo portionem plebis diuidere, id est, à pastore oues, & filios à parente separare, & Christi membra dissipare tentauerit; Cui ego vos pro me vicarios miserim, ut expungeretis necessitates fratrum nostrorum sumptibus, si qui etiam vellent suas artes exercere, additamento quantum satis esset, desideria eorum iuuaretis: simul etiam & ataretis eorum, & conditiones, & merita discerneretis, ut iam nunc ego, cui cura incumbit, omnes optime nossem, & dignos quoque, & humiles, & mites ad ecclesiasticae administrationis officia promouerem: ille intercesserit nequis posset expungi, ne ve ea, quae desideraueram, possent diligenti examinatione discerni; comminatus sit etiam fratribus nostris qui primi expungi accesserant, potestatu improbo & terrore violento, quod secum in monte non communicaret qui nobis obtemperare voluissent. Cumque post haec omnia, nec loci mei honore motus, nec vestra auctoritate & praesentia fractus, instinctu suo quietem fratrum turbans, proripuerit se cum plurimis, duces se factionis, & seditionis principem temerario fur ore contestans (in quo quidem gratulor plurimos fratres ab hac audacia recessisse, & vobis acquiescere maluisse, ut cum Ecclesia matre remanerent, & sit-

G

*tra Vigil. de reliquiis D. Andreae, Lucae, & Timothei, translatis à Constantino Constantinopolim, & Beati Samuelis à Iudaea in Thraciam per Arcadium. Ita autem condita reliqua in veneratione erant fidelibus, & etiam oculis honorabantur. Quod quum tanquam idololatricum calumnetur Vigilantius: honoramus (inquit Epistola ad Riparium) reliquias martyrum, ut Deum cuius sunt martyres adoremus. Honoramus seruos, ut honor seruorum redundet ad Dominum. sed haec haec tenemus, ne prolixitate nimia molestiores simus. Reliquias enim martyrum contemere, Haeresis est vetus, tum Vigilantij tum Eustathij, damnata iam olim à Synodo Gangrensi in Oriente, à D. Hieron. & Carulo magno contra Felicem quandam celebrata Synodo in Occidente. Si quis plura huc pertinentia desideret, legat Ionam Aurelianensem non ita nuper à nobis castigatum de cultu imaginum.*

5. Qui in me confessus fuerit coram hominibus, &c.] *Locum hunc reddunt obscurum verba illa excusorum codicum: sicut scriptum est, quae non reperiuntur in Ms. codicibus Afflig. Dun. Marchin. atque adeo illa consulto omisimus, utpote sine quibus sensus constet. Porro verba illa à Mattheo citata: in me, & in illo, de verbo ad verbum translata sunt à textu Graeco, ἐν ἐμοὶ ἐν ὁμοίῳ, quae reperire est etiam apud D. Chrysostomum, est autem Haereticismus.*

6. accedit & moriendi terminus] *Ita Ms. tres, & quibus particulam: &, adiecimus. Vetis vero excusus etiam legitur: accedit, pro quo haec tenemus erat: accedit, vitio typographico Remboldi.*

7. Denique & dies eorum quibus excedunt adnotate] *Morem hunc iam inde in ecclesia seruatum non dubito, ex quo Romae constituti sunt Notarij, qui gesta martyrum describerent, quod Clementi Romano ascribit Damasus, alij Fabiano. Certè lib. de coron. mil. Tertull. Fastos ecclesiae opponit municipalibus solemnitatibus gentilium. Porro hinc suam originem postea sumserunt Martyrologia quae vocantur. Quorum primus auctor fuit Eusebius, cuius martyrologium vertit in Latinum D. Hieron. attestante Beda sub initium retract. in Acta Apostolorum. Illos imitati sunt idem Beda, Ado Treuirenensis, & Florus quidam; & quibus omnibus iussu Caroli Magni suum congegit martyrologium vsuardus, quod hodieque in omnibus pene ecclesiis legitur. apud Graecos vero id ipsum praestitit, sed prolixius, Symeon Metaphrastes.*

8. Tertullus] *De hoc supra epistola vij.*

9. pro cetera sollicitudine & cura sua quam fratribus] *sic Manu. Ms. quoque tres & vetus excusus; praeterquam quod legunt: inter cetera, quomodo haec tenemus excusi.*

quae cito vobiscum, &c.] *Vel hinc quoque patet, sub finem primum secessus scriptam hanc epistolam videtur enim spiritu quodam prophético reditum suum vaticinari.*

11. Pauperibus quoque ut saepe iam scripsi] *verba haec ipsa reperire est supra epistola vi. & vii. Unde manifestum sit illarum hic mentionem fieri, atque adeo non posse hanc primo loco constitui inter illas 13.*

12. Valete] *Hoc recens adiecimus ex Ms. tribus codicibus.*



pendia eius episcopo dispensante perciperet; quod quidem & ceteros pro certo scio cum pace facturos, & cito ab errore temerario recessuros) interim cum Felicissimo comminatus sit, non communicaturos in morte secum, qui nobis obtemperassent, id est, qui nobis communicarent: accipiat sententiam quam prior dixit, <sup>10</sup> ut abstentum se à nobis sciat; quādo ad fraudes eius & rapinas, quas dilucida veritate cognouimus, <sup>11</sup> adulterij etiā crimē accedit: quod fratres nostri graues viri deprehēdissē se nunciauerūt, & probaturos se asseuerarunt. Quæ omnia tunc cognoscemus, quando in vnum cum collegis pluribus permittente Deo conuenerimus. <sup>12</sup> Sed & Augendus, qui nec episcopū, nec Ecclesiam cogitans, pariter se cum illius cōspiratione sociavit, si ultra cū eo perseverauerit, sententiā ferat, quam ille in se factiosus, & temerarius prouocauit. Sed & quicquid se inspirationi & factioni eius adiunxerit, sciat se in Ecclesia nobiscum non esse communicaturum: <sup>13</sup> qui sponte maluit ab Ecclesia separari. Has litteras meas fratribus nostris legite, <sup>14</sup> & Carthaginē ad Clerum quoque transmittite, additis nominibus eorum, quicumque se Felicissimo iūxerunt. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

#### ADNOTATIONES IN Epistolam xxxviii.

1. HERCVLANO] Frequens eius infra sit mentio, in epistolis Episcoporum Africa nomine scriptis. Vide epistolam liij. & lxx. ubi: herculanus, vocatur, nō: herculanius, aut: herculancus, iuxta omnes tam M. quā excusos codices.

2. & inibatam gregem] sic Morelius, pro quo alter corrupte. & illi beatum.

3. Felicissimum] Quis hic fuerit, describitur tum hac & duabus sequentibus, tum xlij. & lv. Epistolis, ubi de illo latius.

& filios à parente separate] Etiam magis placet Morelij lectio hac, quam Manut. à parentibus] Loquitur enim de Episcopo vno, non pluribus; qui etiam adiecit particulam: tentauerit, quæ desiderabatur apud Manutium.

5. ut expungeretis necessitates fratrum] Eleganti Metaphora: expungere necessitates fratrum, dixit, pro prestare siue exoluere eorum debita, uti paulopost quoque expungi pro absolui debitis. Quam deductam adnotauit recte Rhenanus ab eo, quod in libellis debita continentibus, expungi solent eorum nomina, quibus iam satisfactum est. Eadem phrasi De bono patientia tom. 2. Cypria. expuncta morte dixit. Tertullianus quoque ad Martyres Expunctas contumelia martyres, id est, absolutos dixit, qui frequentissimè etiam alibi illa vitium, lib.

nempe de patientia, contra Mar. in li. 3. 4. & 5. & de corona militis: Qui in eadem significatione vitium voce dispungere, & similiter eum imitatus Optatus Mileuitanus contra Parmen. lib. 3. Eadem significatione dixit Plautus in Curcul. Miles pulchre centuriatus est, ex puncto in manipulo; alludens ad morem illum, quo punctis scribi solent militum nomina teste Vegetio.

6. omnes optime nossem, & dignos & c. promouerem] Recte sic Manut. pro quo mendose Morelius: omnes opto me nosse & promoueri.

7. ille intercesserit] Intercedere pro impedire visitati. Cypriano, vide supra epistolam xxvij.

8. quod secum in monte non communicaret] habebat ergo Felicissimus conuenticulum in monte quopiam Carthagini vicino. Mos hereticus etiam hodie in v. su existens. Quem autem hic dicit: ducent, factionis & seditionis principem, supra epistola xxx. Romam vexilliferum vocant Priuati Lambesitani, Cypri. infra Epistola lv. signiferum seditionis.

9. ab hac audacia] Vel ex hoc loco patet, emendatius hic uictum exemplar Morelium quam Manut. nam sic habet: habente audaciam] Deinde omisit uoculam: matre, & paulopost uocem: temerario, habet etiam eius exemplar minus recte: retraherent, pro eo quod ille: perciperent.

10. ut abstentum se à nobis sciat] Peculiaris penè est Cypriano phrasis, qua abstentum pro excommunicato, & abstinere pro excommunicare usurpat, uti uidere est Epistola infra lv. & alibi frequentissimè. Quamquam tamen etiam alia periphrasi sapè id circumloquatur: Sic supra epistola xxvij. arcere à communicatione & non communicare, uti etiam hic, Epistola xl. eicere & de ecclesia pellere, Epistola xli. à communicatione cohibere epistola xlviij. eicere ecclesia & excludere: Ad Antonianū à communicatione abstinere, quomodo etiam epistola sequenti; lv. de ecclesia pellere, cōdemnare, sacerdotum uoce damnare, eicere, excludere, communicatione prohibere.

11. adulterij etiam crimen accedat] His uerbis satis indicat, Adulterij crimen excommunicatione puniri solitum.

12. Sed & Augendus] Excommunicatur hic Epistola sequenti. Fuit & quidam Augendus Diaconus missus in Africam legatus à Nouatiano uti constat ex epistola infra xli. quem eundem esse existimo eo quod ipse collega Felicissimi fuerit, qui & ipse partes sonebat Nouatiani, uti patet infra epistola xlviij.

13. qui sponte maluit ab ecclesia separari] Explicat quod prius dixit de Felicissimo: accipiat sententiam quam prior dixit & de Augendo: sententiam ferat quā in se prouocauit. Atque hoc est quod Apostolus ad Titum 3. hereticum (inquit) hominem post unam atque alteram correptionem deuota, sciens quia subuersus est huiusmodi & proprio iudicio condemnatus, id est (interprete D. Hiero.) suo arbitrio ab ecclesia recedens atque adeo seipsum damnans. Quia tamen nemo uitandus uenit nisi ante publico iudicio ecclesie condemnatus, uisitata fuit iam inde ab initio ecclesie etiam hereticorum excommunicatio. nam D. Paulus Hymeneum & Alexandrum Thim. 1. tradidit Sathana, ut discerent non blasphemare.

14. & Carthaginem ad Clerum quoque mittere, & c.] hoc faciunt Epistola sequenti.

CAL-

CALDONII HERCVLANI & ceterorum ad Clerum Carthaginensem, de Abstento felicissimo cum suis.

EPISTOLA XXXIX.

ARG. Quod iusserat illis Epistola precedenti Cyprianus perficiunt Caldonius, Herculanus, & ceteri, ac Clero Abstentum Felicissimum denunciant, additis eorum nominibus qui se illi iunxerāt. Est autē uetus forma litterarū excommunicatoriarum.

CALDONIVS CVM HERCVLANO & VICTORE collegis, item Rogatiano cum Numidico presbyteris S.

**A**bstinimus communicatione Felicissimum, & Augendum, item Repostum de extorribus, & Irenē Rutilorum, & Paulam sarcinatricem: quod ex annotatione meā scire debuistis. Item abstinimus Sophronium, & ipsum de extorribus Soliaflum Budinariū.

#### ADNOTATIONES IN Epistolam xxxix.

1. CVM HERCVLANO ET VICTORE COLLEGIS] Vel ex epistola precedenti que non solū ad Caldonium & Herculanum scripta est, sed & ad Rogatianum & Numidicum, patet ueritatem esse hanc lectionem quam illam exemplaris Manutij: HERCVLANVS ET VICTOR COLLEGI s, quamquam tamen adhuc mutila sit inscriptio, si hoc pacto legatur. Ex eadem deprehenditur corrupta huius eiusdem lectio que habet: NOVATIANG: PRO ROGATIANO. Porro uictores Episcopos Africa plures fuisse, patet infra ex Synodo Carthaginensi & epistolis liij. & lxx.

2. Abstinimus communicatione] Quod D. Cyprianus & ipsi quoque paulopost simpliciter abstinere dicunt, hoc hic abstinere communicatione.

3. item Repostum de extorribus] Reposti huius fit mentio quoque infra epistola lv. magis autem placet hac lectio, quā illa: de extorribus, tum hic tū paulopost. Suspicor enim hunc unum fuisse de illis extorribus quorum supra nieminit epistola vij. ad Rogatianum & ceterum Clerum.

4. Irenem Rutilorum & Paulam sarcinatricem] Duarum feminarū sunt hæc nomina, porro Rutilorū nomen patris esse uidetur, aut certe cognomen familiae.

5. scire debuistis] Etiam hic emendatius Morelij exemplar quam alterum quod habet: debuistis, scribunt enim toti Clero. Conicio autem legendum quoque: nostra, non, mea.

6. Soliaflum Budinariū] Postremum hoc nisi cognomen sit, nescio quid significet.

CYPRIANI AD PLEBEM de quinque presbyteris schismaticis factionis felicissimi.

EPISTOLA XL.

ARG. Quemadmodum epistola ante hæc secunda Clero, sic nunc Plebi nuntiat Cyprianus, uitandum Felicissimum cū sua factionis quinque presbyteris: qui tum lapsis sine discrimine pacem dabant, tum seditionem & schisma aduersum se concitarent. fit autem huius Epistolæ quoque mentio infra epistola xlij. sub finem uero secessus scriptam, ipse contextus satis indicat.

CYPRIANVS PLEBI vniuersæ Salutem.

**V**anquam fratres charissimi Brictius fidelissimus atq; integerrimus presbyter, item Rogatianus & Numidicus, presbyteri, confessores, & gloria diuinæ dignationis illustres, sed & diaconi boni viri & ecclesiasticæ administrationi per omnia obsequia deuoti, cum ceteris ministris plenam uobis præsentia suæ diligentia præbeāt, & exhortationibus assiduis singulos corroborare, sed & lapsorum mentes consiliis salubribus regere & reformare nõ desināt: tamen ego quantū possum admonco, & quo modo possum uisito uos litteris meis. Litteris, in quā, fratres charissimi, hoc enim quorundam presbyterorū malignitas & perfidia perfecit, ne ad uos ante diē paschæ venire licuisset, dum coniuurationis suæ memores, & antiqua illa contra episcopatū meum, immò contra suffragium uestrum & Dei iudicium uenena retinentes, instaurant ueterem contra nos impugnationem suam, & sacrilegas machinationes insidijs solitis denno renouant. Et quidem de Dei prouidentia nobis hoc optantibus, immò & ignoscētibus, & tacentibus, pœnās quas meruerant pependunt, ut à nobis non eiectione ultro se eiecerent, ipsi in se pro cōscientia sua sententiam darent, secundum uestra diuina suffragia coniuurati & scelerati de Ecclesia sponte se pellerent. Nūc apparuit, Felicissimi factio unde uenisset, quibus radicibus & quibus uiribus staret. In fomenta olim quibusdam confessoribus & hortamenta tribuebant, ne concordarent cum episcopo suo, nec ecclesiasticam disciplinam cum fide & quiete iuxta præcepta

G ij



dominica continerent, ne confessionis suæ gloriam incorrupta & immaculata conuersione seruarent. Ac ne parum fuisset corrupisse quorundam confessorum mentes, & contra sacerdotiū Dei portionem ruptæ fraternitatis armare voluisse, nunc se ad lapsum perniciē venenata sua deceptione verterunt, vt ægros, & faucios, & ad capiēda fortiora consilia per calamitatem ruinæ suæ minus idoneos, & minus solidos, à medela vulneris sui auocent, & intermissis precibus, & orationibus, quibus Dominus longa & continua satisfactione placatus est, ad exitiosam temeritatem mendacio captiosæ pacis inuident. Sed oro vos fratres vigilate contra insidias diaboli, & pro vestra salute solliciti contra mortiferam fallaciam diligentius excubate. Persecutio est hæc alia & alia tētatio. & quinque isti presbyteri nihil aliud sunt quā quinque primores illi, qui edicto nuper magistratibus fuerat copulati, vt fidem nostram subruerēt, vt gracila fratrum corda ad letales laqueos præuaricatione veritatis auerterent. Eadem nunc ratio, eadem rursus euersio, per quinque presbyteros Felicissimo copulatos, ad ruinam salutis inducitur, vt non rogeretur Deus, nec qui negauit Christum, eundem Christum quē negauerat, deprecetur; post culpam criminis tollatur & penitentia, nec per episcopos & sacerdotes Domino satisfiat, sed relictis Domini sacerdotibus contra euangelicam disciplinam noua traditio sacrilegæ institutionis exturgat: cumque semel placuerit tam nobis quā confessoribus & clericis vrbicis, item vniuersis episcopis vel in nostra prouincia, vel trans mare constitutis, vt nihil innouetur circa lapsum causam, nisi omnes in vnum conuenerimus, & collatis consiliis cum disciplina pariter & misericordia temperatam sententiam fixerimus; contra hoc consilium nostrū rebelletur, & omnis sacerdotalis auctoritas & potestas factiosis conspirationibus destruiatur. Quas nūc pœnas patior fratres charissimi, quod ipse ad vos in præsentiarū venire non possum, ipse singulos aggredi, ipse vos secundum Domini & euangelij eius magisteriū cohortari. Non suffecerat exsilium iam biennij, & à vultibus atque ab oculis vestris lugubris separatio, dolor iugis & gemitus, qui me solum sine vobis cōtinua lamentatione discruciat: lachrymę diebus ac noctibus profluētes, quod sacerdoti,

quem tanto amore & ardore fecistis, nec dum vos salutare, & nec dum complexibus vestris inhærere contingat. <sup>12</sup> Accessit hic tabescenti animo nostro dolor maior, quod in tanta sollicitudine, ac necessitate excurrere ad vos ipse non possum, dum per minas & per insidias perfidorum cauemus, ne aduenientibus nobis tumultus illic maior oriatur: & cum paci & tranquillitati episcopus prouidere in omnibus debeat, ipse materiam seditioni dedisse, & persecutionem denuo exacerbasse videatur. Hinc tamen fratres dilectissimi, hinc admoneo pariter & consulo, ne perniciosus vocibus temere credatis, ne fallacibus verbis consensum facile commodetis, ne pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu sitim, venenum pro remedio, mortem pro salute sumatis. Ne ætas vos eorum nec auctoritas fallat; qui ad duorum presbyterorū veterem nequitiam respondentem sicut illi Susannam pudicam corrumperē & violare conati sunt, sic & hædulerinis doctrinis Ecclesiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem euangelicam violare conantur. Clamat & dicit Dominus: Nolite audire sermones pseudo prophetarum, quoniam visiones cordis eorum frustrantur eos. Loquuntur, sed non ab ore Domini. Dicunt eis qui abiiciunt verbum Domini: Pax erit vobis. Pacem nunc offerunt, qui ipsi non habent pacem. <sup>14</sup> In Ecclesiam lapsos reducere & reuocare promittunt, qui de Ecclesia recesserunt. Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia, <sup>14</sup> & cathedra vna super Petrum Domini voce fundata. <sup>15</sup> Aliud altare constitui, aut sacerdotium nouū fieri præter vnū altare, & vnum sacerdotiū, non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit. Adulterum est, impiū est, sacrilegū est, quodcunque humano furorē instituitur, vt depositio diuina violetur. <sup>16</sup> Procul ab huiusmodi hominum cōragione discedite, & sermones eorum velut cancer & pestem fugiendo vitate, præmonente Domino & dicente: Cæci sunt duces cæcorū: cæcus autem cæcū ducens, simul in foueam cadent. <sup>17</sup> Intercedūt precibus vestris, quas nobiscū diebus ac noctibus Deo funditis, vt eum iusta satisfactione placetis, intercedunt lachrymis vestris, quibus commissi delicti crimen abluitis: intercedunt paci, quam verè & fideliter de Domini misericordia postulatis, nec sciunt scriptum esse: Et propheta ille,

ille aut somnium somnians, ille qui locutus est, vt errare te faceret à domino Deo tuo interficietur. Nemo vos fratres errare à Domini viis faciat: Nemo vos Christianos ab euangelio Christi rapiat. nemo filios Ecclesiæ de Ecclesia tollat. pereant sibi soli, qui perire voluerunt. extra Ecclesiam soli remaneant, qui de ecclesia recesserunt. Soli cum episcopis non sint, qui contra episcopos rebellauerunt. Coniurationis suæ pœnas soli subeant, qui olim secundum vestra suffragia, nunc secundum Dei iudicia, sententiā coniurationis & malignitatis suæ subire meruerunt. Monet nos Dominus in euangelio suo dicens: <sup>19</sup> Reiciitis mandatum Dei vt traditionem vestram statuat. Qui mandatum Dei reiciunt, & traditionem suam statuere conantur fortiter à vobis & firmiter respuantur. Sufficiat lapsis ruina vna: nemo volentes surgere sua circumuentione præcipitet. Nemo iacentes pro quibus nos rogamus, vt Dei manu & brachio subleuentur, prosternat grauius & deprimat. nemo semianimes, & vt salutem suam pristinam recipiant, deprecantes, <sup>20</sup> ab omni spe sulutis auertat. nemo nutantibus lapsus sui caligine omne itineris salutis lumen extinguat. Instruit Apostolus, dicens: Si quis aliter docet & non acquiescit sanis verbis Domini nostri Iesu Christi & doctrinæ eius, <sup>21</sup> stupore elatus est; <sup>22</sup> discedendum ab huiusmodi. Et iterum dicit ipse: Nemo vos decipiat inanibus verbis. propterea enim venit ira Dei <sup>23</sup> super filios contumaciæ, nolite ergo esse participes eorum: non est, quod decepti inanibus verbis, prauitatis eorum incipiatis esse participes. Discedite à talibus quæso vos, & acquiescite consiliis nostris, qui pro vobis quotidie continuas Domino preces fundimus, qui vos ad Ecclesiam reuocari per Domini clementiam cupimus, qui de Deo pacem plenissimam prius matri, tum & filiis eius oramus. Cum precibus atque orationibus nostris vestras quoque orationes & preces iungite, cum fletibus nostris vestras lachrymas copulate. Vitate lupos, qui oues à pastore fecerunt: vitate linguam diaboli venenatam, qui ab initio mundi fallax semper & mendax mentitur vt fallat: blanditur, vt noceat: bona promittit, vt malum tribuat: vitam pollicetur, vt perimat. Lucent nunc quoque verba eius, & venena manifesta sunt: pacem pollicetur, ne perueniri

possit ad pacem: salutem promittit, ne qui deliquit, veniat ad salutem; Ecclesiam spondet; quando id agat, vt qui illi credit, in totū ab ecclesia pereat. <sup>24</sup> Nūc est fratres dilectissimi, vt & qui statis, fortiter perseueretis, & stabilitatem vestram gloriosam, quam in persecutione tenuistis, perpetua firmitate seruetis, <sup>25</sup> & si qui circūueniente aduersario lapsi estis, in secunda hac tentatione spei & paci vestræ fideliter consulatis; & vt vobis Dominus ignoscat, à sacerdotibus Domini nō recedatis, cum scriptum sit: Et homo quicumque fecerit in superbia, vt non exaudiat sacerdotem, aut iudicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille. Persecutionis istius nouissima hæc est, <sup>26</sup> & extrema tentatio, quæ & ipsa cito Domino protegente trāsibit, <sup>27</sup> vt repræsentet vobis post paschæ diem cum collegis meis, quibus præsentibus secundum arbitrium quoque vestrum, & omnium nostrum cōmune consilium, sicut semel placuit, ea quæ agēda sunt, disponere pariter & limare poterimus. si quis autem penitentia agere, & Deo satisfacere detrectans, <sup>28</sup> ad Felicissimi & satellitum eius partes concesserit, & se hæreticæ factioni coniunxerit: sciat se postea ad Ecclesiam redire, & cum episcopis & plebe Christi communicare non posse. Opro vos fratres charissimi semper bene valere, & circa Domini misericordiam exorandam continuis nobiscū precibus insistere.

#### ADNOTATIONES IN Epistolam x l.

1. Britius] hoc pacto legunt Ms. codices 4. Afflig. Dum. Marchin. & Cauchy, quare retinendam hanc censet, præ illa Manut. & Morelij: Virtius; tū ob fidem Ms. nostrorum codicum, tum quod magis accedat ad lecturam vulgatam: Brietius, quæ substituta videtur à scolis quibusdam, quibus Brietij nomen erat notum. Varietatem illam ortam existimo ex vicinitate litterarum v. & b. Porro tum Britium tum Rogatianum & Numidicum, insinuat suum supplisse officium in absentia sua Cyprianus, & hic & Epistolis 2. præced. quod antea etiā de Terrullo adnotauimus, sed quem existimo, diu hanc scriberet epistolam ad Episcopatum iam prouectum.

2. cum cæteris ministris] Sic Ms. codices Afflig. Dum. March. vetus quoque excusus; mendum itaque codicis Remboldi qui: ministris, legit, remansit hætenus in omnibus excusis.

3. Hoc enim quorundam presbyterorū, &c.] Postea quinque fuisse presbyteros dicit, nomina eorum habes infra epistola lv. quos ex hac epistola constat vna



Cypriani infidiatos. Quæ autem fuerint sacrilega eorum contra Cyprianum machinationes, perspicuum sit dicta epistola, quod nempe Fortunatum, quendam pseudepiscopum in locum eius substituerint.

4. vt à nobis non eieci, vltro se eiecerent] Hoc proprium est Schismaticorum, atque in eo ab hæresi schisma differt. Schisma enim ab ecclesia (inquit D. Hieronimus in cap. 3. epistola ad Titum) separatur. Hæresis verò peruersum dogma habet: Nec assimiliter D. Augustinus homil. 11. super Math. Schismaticos (inquit) non fides diuersa facit, sed communionis disrupsa societas: ad quod quam proxime accedit infra Cyprianum meminit ruptæ fraternitatis.

5. Nunc apparuit Felicissimi factio vnde venisset] Sic Ms. Dun. Afflig. Manut. quoque & Morelius. pro eo quod erat: apparet, Neque enim nouum Cypriano, abuti præterito pro presenti & præteritis imperfectis pro perfectis. Porro insinuat Felicissimo (de quo epistolis præced.) fomenta seditionis præstita ab his quinque presbyteris; corruptos etiam ab illis quosdam Confessores qui se factioni illorum unxerint.

6. & contra sacerdotiū dei, portionem ruptæ fraternitatis &c.] feliciter hoc pacto Manut. locum hunc restituit antea corruptissimū, legebatur enim antea:

7. & sacerdotium dei portionem ruptæ fraternitatis. sacerdotium autem hic pro Episcopatu accipit more suo, quomodo paulo post sacerdotem se vocat.

8. nunc se ad lapsorum pernicipem] Erant igitur illi idem presbyteri, de quibus supra conquestus est epistola x. & aliquot sequentibus. Porro: fortiora, pro: fortia, reposuerunt Manut. & Morelius & Ms. codicibus, vti etiam illud: persecutio est hæc alia, & alia tētatio, pro eo quod erat: persecutio est hic atque alia tētatio.

9. quinque primores illi] Videtur mihi alludere ad visionem quamquam in qua apparuisse videntur cum magistratibus quinque primores, qui edictum contra episcopos una publicarent. Copulari verò, vox est Cypriano etiam supra alicubi vilitata, & infra frequentissimè.

10. tam nobis quam confessionibus, & clericis vrbicis, item vniuersis Episcopis] Cypriani epistolas hæc de re habet supra x. & sequentes complures, Confessorum vrbicorum epist. num. xxvi. Cleri Romani iij. xxx. & xxxi. Caldonij Episcopi xix. Cæterorum verò Episcoporum desiderantur, Patet autem vel hinc, posteriorem esse hæc illis omnibus.

11. non suffecerat exilium iam biennij] Quamquam satis constet ex vita D. Cypriani per Pontium descripta, missum aliquando illum in exilium, quia tamen id primum sub finem vite contigit, & vel ipsum huius epistole Argumentum satis insinuat, tempus quo scripta est præcessisse Cornelij Pontificatum, cuius etiam meminerit infra epistola ad Cornelium xliij. satis manifestum puto, de secessu suo loqui auctorem. Quod exilium vocat, vt magis animi sui tedium apud plebem suam excogeret, quod ex diutina absentia contraxerat, biennij, autem reposuerunt Manutius & Morelius, pro eo quod cæteri habent, biennio. ne aduenientibus nobis tumultus illic maior oboriat] Eisdem penè verbis vsus est supra epistola xxxvi, ne presentia nostra inuidiam & violentiam gentiliū prouocet & simus auctores: rumpende pacis, qui magis quieti omnium

consulere debemus, atque adeo vel hinc patet eodem penè vtraque tempore conscriptam, nam alibi alias allegat absentia causas.

12. Accessit hic] Antea erat: hinc, corruptè: Manut. autem & Morelio consentiunt Ms. codices.

13. sicut illi Susannam pudicam corrumpere & violare conati sunt] Citat hic Susanna historiam ex Danielis ca. 13. infra quoque Epistola ad Thibaritanos, & lib. de orat. Dominica, ex eodem belis historiam; quod adnotandum contra eos, qui vtraque reuicere audent tanquam apocrypham. verum de hoc ibi latius.

14. in ecclesiam] Rursus hic errorem Remboldi sequutus est Erasmus legens: ecclesia, nam in veteri excuso & Ms. omnibus priori modo legitur.

14. & cathedra vna super Petrum domini voce fundata] Sic Manut. cæteri: super petram, quomodo etiam Ms. quos vidi. Alibi certè frequentissimè: super Petrum fundatam ecclesiam, dicit Cyprianus, vti videre est latius infra epistola lv. quare non mirum, si etiam hic sic loquatur.

15. Aliud altare constitui &c.] Similiter alibi loquitur frequentis phrasia etiam vilitata Optato Mileuitano contra Parmenianum, vide autem de hac re latius libro de vnitatis ecclesie infra tom. 2.

16. Procul ab huiusmodi hominum contagione discedite] Petat Schismaticorum & hereticorum contuberniū. Alludit autem ad illud Pauli 2. Tim. 3. & sermo eorum vt cancer serpit. Adfert autem in confirmationem dicti sui loca Apostoli 1. Tim. 6. & Ephes. 5. Similia scripturæ loca habes 2. Tim. 3. ad Titum 3. 2. Ioannis 1. & Matth. 18.

17. intercedit precibus vestris] Clarus hoc dixit infra dicta Epistola lv. Intercedunt ne rogetur deus, intercedunt ne exoretur precibus & satisfactionibus Christi, hoc est impediunt, vti supra diximus epistola xxxij.

18. secundum vltima iustitia, nunc] verba hæc recens adiecta sunt à Manutio & Morelio, in cæteris omnibus desiderata.

19. Reiciitis mandatum Dei] Locus est Marc. 7. Quod autem Græcè est ἀθετεῖτε rectè veritè reiciitis. Vulgare autem explicat tribus (quod auiunt) verbis locum hinc; non de quibusuis traditionibus, sed illis dumtaxat quibus mandatum dei reuicetur. Nam traditiones ecclesiasticis procul est vt reiciat, quin potius (vri suis quibusque locis adnotauimus) eas confirmet & obseruet, quod de illis obseruationibus, quas sola traditione nõ scripta receptas tradit Tertull. de coron. mili. comprobare foret nõ difficile; infra etiã epistola xliij. multis comédatur traditionem vnitatis ecclesie verum latius hæc de re infra epistola ad Pompeiū.

20. ab omni spe salutis auertat] Hinc colligebat, vnde quoque hos presbyteros hæresi Nouatiane, de qua infra latius epistola ad Antonianum.

21. stupore elatus est] Græcè est ἐπισημασμένος quare nõ male diuina mihi videtur Erasmus; dum suspicatur sic legendum, timore elatus, quanquam tamen nihil immutare sim ausus, eo quod Ms. cod. vulgatam lectionem retineant, præsertim quum infra epistola 47. sic loquatur: stupore superbi timoris inflatus, & alibi eodem modo hic locus citetur.

22. discedendum ab huiusmodi] Ita prorsus lego, eo quod sic legatur infra epistola 73. nisi forte multo quis: discedite, vt noua periodus sit.

super

23. super filios contumacia] Accedit hæc lectio magis ad vocem Græcam ἀπειθείας quæ magis à sua sone (teste D. Hieron.) quam à fiducia deriuatur, vnde & ipse existimat vertendum de verbo ad verbum: insubsistentis, quod cum contumacia conuenit. Porro eodem modo quo hic Cyprianus, interpretatur etiam D. Hierony. verba inania, quibus nempe blandiri videntur peccantibus, sed dum fiduciam falsam tribuunt, eos perimunt. ne qui deliquit, sic rectè Ms. cod. Et Manu. cum Morelio, pro eo quod erat corruptiss. ne cui promissit.

24. Nunc est fratres] Sic Ms. codices & Manut. cæteri excusit omnes: nunc curandum est, priori phrasi vti- tur Cyprianus frequenter.

25. & si qui] Sic locum hunc restitui ex vulgata lectione & Aldina. illa enim habebat. & si, Manut. & qui, Ms. codices accedunt quam proximè, dum legunt: & si aliquei.

26. & extrema] Additum est hoc à Manut. videtur autem hic pacem Ecclesie vaticinari; nam, vti promittit interfuisse illum concilio Episcoporum post Pascha, satis constat epistola infra lv.

27. vt repræsentet vobis Repræsentari hic accipit pro præsentem se offerre, alia significatione quam supra quomodo etiam epistola ad Lucium.

28. in Felicissimo] Sic Manut. & Morelius. Ms. verò & vetus excusus, ad Felicissimo, pro quo antea corruptissimè Erasmus sequutus errorem Remboldi: ad infelicissimo.

## EPISTOLÆ SCRIPTÆ

sub Pontificatu Cornelij

& Lucij.

## CYPRIANI AD CORNELIUM

quod ordinationem Nouatiani non receperit.

EPISTOLA XLII.

ARG. Acceptis Cyprianus ab vtraque parte tum Cornelij tum Nouatiani litteris; missos legatos qui Nouatiani ordinationem in Pontificem Romanum notam facerent, communionem suam, prospectis eorum dolis, statim repulit; nondum tamen Cornelij ordinationem litteris adprobauit. Verum postea aduentu Pompei & Stephani collegarum suorum certior factus de legitima eius lectione, his litteris nunciat Cornelio, se ordinationem Nouatiani non recepisse. Facit autem disertis verbis huius Epistole mentionem Epistola sequenti. Vnde manifestum, primam hæc esse Epistolam quam ad Cornelium scripsit. Quo tempore autem scripta sit, an in secessu an post reditum, latius in vita ipsius.

CYPRIANVS CORNELIO fratri Salutem.

**V**ENERVNT ad nos frater charissime missi à Nouatiano Maximo presbyter & Agudus diaconus, & Machæus quidam, & Longinus. Sed enim cum ex litteris quas secum ferebant, & ex eorum sermone atque asseueratione Nouatianū Episcopū factū cōperissemus, illicitæ & cōtra Ecclesiā Catholicā factæ ordinationis prauitate cōmoti, à cōmunicatione eos nostra statim cohibēdos esse censuimus, refulatis interim ac refulis, quæ obstinata ac pertinaciter asserere tentabant. Nam & ego & collegæ plurimi qui ad me cōuenerāt, expectauimus aduentū collegarum nostrorū Caldonij & Fortunati (quos ad te nuper & cōepiscopos nostros qui ordinationi tuæ affuerant, legatos miseramus) vt eis aduentantibus, & rei gestæ veritatem reportantibus, maiore auctoritate & elucidata per eos probatione, partis aduersæ improbitas frāgeretur. Superuenerūt verò Pompeius & Stephanus collegæ nostri, qui & ipsi quoque ad instruendos istic nos manifesta secundum grauitatem ac fidem suam indicia ac testimonia protulerūt, vt nec necesse fuerit audiri vltra eos qui à Nouatiano venerant missi. Qui cum in statione inuidiosos quoque conuiciis & clamoribus turbulentis prouerent, & flagitarent, vt crimina quæ se asserere ac probare dicebāt publicè à nobis, & à plebe cognoscerētur; grauitati nostræ negauimus cōuenire, vt collegæ nostri iam delecti & ordinati, & laudabili multorum sententia comprobati, ventilari vltra famam ore maledico & amulantium voce pateremur. Et quia, quibus refutati & compressi sunt, & illicitis conatibus hæresim fecisse nudati sunt, in epistolam congerere longum fuit; ex primitiuo compressbytero nostro plenissimè singula, quando ad vos venerit, audietis. Ac ne eorum furens audacia vnquam desisteret, hic quoque in schismatis partes Christi membra distrahere, & Catholicæ Ecclesie corpus vnium scindere ac laniare nititur, vt hostiatim per multorum domos, vel oppidatim per quasdam ciuitates discurrētes, obstinationis suæ, & erroris scissi sibi quærant comites. Quibus semel responsum dedimus, nec madare desistimus, vt perniciofa disensionem & concertatione deposita impietatem esse sciant, matrem deserere: & agnoscant atque intelligant, Episcopo semel factō, & collegarū ac plebis testimonio & iudicio comprobato,

G iiij



alium constitui nullo modo posse: proinde si pacifice sibi, ac fideliter consuluisse, si se assertores Euangelij Christi esse confiterentur. prius ad Ecclesiam reuertatur. Opto te fratrem clarissime semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam xli.

1. Venerunt ad nos frater chariss. [Quomodo fratrem hic appeller Romanum Pontificem & alibi collegam, latius diximus supra Epistola iij. Loquitur autem de legatis ad se missis à Nouatiano, qui illius ordinationem sibi significarent. Fitque eorundem mentio epistola Cornelij infra num. xlvj.

2. à Nouatiano] Erat hic Nouatianus Ecclesie Romanae presbyter & inter primos, utpote qui (vri constat ex Epistola ad Antonianum) cum Moyse & aliis subscripserit Epistola Cleri Romani, quã habes supra num. xxxi. Hic autem primum in Ecclesia schisma concitauit. Nam Cornelio à maiori Cleri parte Episcopus compluribus presentibus legitime iam electo, ipse factione Nouati presbyteri Africani, in suas partes simulatione quadam sanctitatis protraxit confessores quosdam, etiam primos in Clero, Maximum Nicostratum, Sydonium, Prabanum, & Macharium, & tandem Pseudepiscopus factus est, vti ex epistola hac & aliorum sequentibus perspicuum sit; in quibus plura de illo, prout sese offerret occasio.

3. Maximus presbyter] Quamquam infra ex Epistola xliij. manifestum sit, Maximum confessorem Romanum Nouatiano consensisse, alium tamen esse hunc Maximum, satis patet infra Epistola lv. Vt pote quem iste in Pseudepiscopio ordinatus sit, ille vero statim ad mentem redierit. Fit autem huius legati etiam infra mentio Epistola xlvj.

4. & Augendus diaconus] Vri Epistola xxxviij. diximus, idè videtur iste Augendus, cuius in illa & xxxix. epist. fit mentio, unã cum felicissimo absentis à Cypriano & suis collegis.

5. & Machæus quidam] Sic ms. cod. Cæbr. Afflig. Dun. March. & Cauchij, vetus quoque excusus, & excusis omnes infra epistola xlvj. pro quo quod habebat Remboldus remansit hactenus in excusis omnibus: Mecheus. Manus. vero & Morelius legunt: Matheus, sed prima lectio placet magis.

6. Nouatianum Episcopum factum] De ordinatione hac illicita Nouatiani in Episcopum Romanum (nam hoc peculiare habet Cyprianus ut Rom. Pontificem simpliciter Episcopum nominet, vti infra patet) sic loquitur Cornelius epistola ad Fabium Episcopum Antiochenum, citata ab Eusebio lib. 6. Eccles. hist. cap. 33. Cui semper fratribus iurare solitus (inquit) Episcopatum se omnino non cupere; subito & improuto uelut nouum plasma Episcopus apparuit, scilicet qui disciplinam & statuta Ecclesiastica vindicabat, etiam Episcopatum quem nõ à Deo acceperat presumebat. Tribus namq; Episcopis simplicissimis hominibus & omnium ignavis, de remotâ Italia parte adhibitis, imò potius subrepti ab eo circumuentione deceptis, imaginaria magis quã legitimam extorquet ab his manus impositionem. Et actenus ille interprete Rufino, Nicephorus autem id clarus sic explicat. Eis in cœclau conclusis, quidam ex eius fidelitate per animorum crapula & ebrietatis grauedine vim afferit, & imaginaria manuum impositione Episcop. à dignitate homini cœferre cogit. Quoru uterque

tamen & sic etiã Socrates vicinitate nominũ falsi, Nouatum illum vocant non rectè. Nam constat tum ex Cypriano, epistola potissimum xlvij. (ubi tam Nouati quam Nouatiani scelera recenset) tum ex Cornelij Epistola prima in tomo. Concil. non Nouatum sed Nouatianum Romanum Episcopum factum. Quin quod ipse Eusebius in Chronicis & Nouati & Nouatiani meminit in hac verba: Nouatus presbyter Cypriani Romam veniens, Nouatianum & ceteros confessores sibi sociat; eo quod Cornelius penitentes Apostatus receperet, verbis desumptis ex dicta Epistola Cornelij. Atque hinc fit verisimile, mendose legi tum apud Eusebium tum apud Socratem, & Nicephorum Nouati nomen pro Nouatiani, presertim quum Freculphus Episcopus Lexouienis in Chronicis suis, Epistolam quam Dionysium Alexandrinum ad Nouatum scripsisse asserit Eusebius, ad Nouatianum scriptam dicat, cum in hac inscriptione: Dionysius Nouatiano fratri salutem. Sicut legunt etiam ante cum D. Hieronymus. Catal. virorũ illustrium, & Sophronius in Græca sua illius translatione. Quum igitur ea atate ita legerint D. Hieronymus & Freculphus, ego ita quoque scriptum ab Eusebio non dubito.

7. Nam & ego & collegæ plurimi qui ad me conueniunt] Sic Ms. codices, quare rursus in locũ suũ restitimus: nam, omissum à manu. Videtur autè hinc colligi scriptam hanc Epistolam post reditum Cypriani, utpote quum conuentus Episcoporum meminerit, qui illis nõ permittebatur persecutionis tempore.

Caldonij & Fortunati] Caldouij supra frequens fit mentio. Fortunatus autè quis fuerit, infra latius Epistola liij. fit vtriusque etiam mentio epistola sequenti & xlvj.

9. Superuenerunt verò Põpeius & Stephanus collegæ nostri] Vel hinc patet primam hanc esse Cypriani epistolam ad Cornelium, nam huius meminit epistola sequenti in hac verba: Acceptis litteris tam tuis quam collegarum, item aduentantibus bonis viris & nobis chariss. collegis nostris. Pompeio & Stephano, à quibus hæc omnia nobis cum lætitia cõmuni adfuerata sunt fortiter & probata; secundum quod diuina traditionis & Ecclesiasticæ institutionis sanctitas ac pariter veritas exigebat, litteras nostras ad te direximus. Porro de Pompeio infra Epistola ad illum scripta num. lxxviij. Stephanus autem quo loco Episcopatum gesserit, non possum reperire, nam Synodo Carthaginensi non interfuit.

10. Qui cum in statione] Quod hic stationem, epistola sequenti (ubi id ipsum repetit latius) cœtum sine conuentum dicit. Stationem autem (vri ex Tertull. colligere est libr. de coron. milit.) non quemlibet conuentum ecclesiasticum, sed eum qui dominico die fiebat, vocabant veteres, unde dies stationum vocabatur. Metaphora sumpta à militibus, qui dum presidium certo loco collocant stationem facere dicuntur. Ita & Christiani nunc in hac basilica, nunc in alia, nonnunquam & apud Martyria, id est, (vri rectè adnotauit Rhenanus) Martyrium sepulchra diebus dominicis conueniebant, Deum stantes precabantur, sacrificio intererant, & corpus Domini (teste Tertull. lib. de orat.) accipiebant. Si quid denique difficultatis occurrisset, in eo conuentu tractabatur. Vnde fiebat, vt (eodem teste libr. de ieiunio) nonnunquam stationes in vesperum usque producerentur. Porro Manus. hic recens adiecit particulam: in, quæ tamen desideratur in Ms. nostris omnibus.

11. vt collegæ nostri iam delecti & ordinati] Electio & ordinatio Cornelij qui contigerit, vide infra Epistolam ad Antonianum.

12. Et quia, quibus refutati sunt] Pro hoc rursus errore Remboldi inreperat: & qui à quibus, nam vetus excusus & Ms. Afflig. Marchin. Dun. hoc pacto legunt. Cambr. & Cauchij cod. legunt: & quia à quibus, sed minus placet.

13. ex Primitiuo compresbytero nostro] Per Primitiuum missam hanc epistolam insinuat, è quo plura corã intelligeret Cornelius. Fuisse autem presbyterum Carthaginensem, mihi fit verisimile, eo quod paulo post Romã reuersus litteras Cornelij ad Cyprianum attulit, quibus respondet infra Epist. xlvj.

14. Collegarum ac plebis testimonio & iudicio] Testimonium ad plebem, iudicium ad collegas referendum est; neque enim iudicium plebi tributum vspiam, dicitur infra latius Epist. lxxviij.

### AD CORNELIUM DE ordinatione eius à se comprobata & felicissimo.

#### EPISTOLA XLII.

ARG. Excusat se Cyprianus, quod indubitata fidem non habuerit Ordinationi Cornelij, priusquam ad se perueniret litteræ Collegarum Caldouij & Fortunati, quibus illa legitima fuisse comprobatur: idque ob contrariam Nouatianæ partis factionem. Obiter repetens: quod illi statim in ipsis primordiis non adhaeserit, sed potius Cornelio usque adeo vt criminationes contra hanc suscipere detrectarit.

### CYPRIANVS CORNELIO fratri Salutem.

El. 2. ep. 10

**Q**UOD seruis Dei & maxime sacerdotibus iustis & pacificis congruebat frater charissime, miseramus nuper collegas nostros Caldonium & Fortunatum, vt non tantum persuasione litterarum nostrarum, sed præsentia sua & consilio omnium vestrum eniterentur, quãtum possent, & elaborarent, vt ad Catholicæ Ecclesiæ vnitatem scissi corporis membra cõponerent, & Christianæ charitatis vinculum copularent. Sed quoniam diuersæ partis obstinata & inflexibilis pertinacia non tantum radicis, & matris sinum, atque complexum recusauit, sed etiam gliscente & in peius recrudescente discordia Episcopum sibi constituit, & contra sacramentum semel traditum diuinæ dispositionis & Catholicæ vnitatis, adulterum & contrarium caput extra Ecclesiam fecit: acceptis lit-

teris tam tuis, quam collegarum nostrorum, item aduentantibus bonis viris, & nobis charissimis collegis nostris Pompeio & Stephano, à quibus hæc omnia nobis cum lætitia communi asseuerata sunt firmiter & probata, secundum quod diuinæ traditionis & Ecclesiasticæ institutionis sanctitas pariter ac veritas exigebat, litteras nostras ad te direximus. Sed & per provinciam nostram hæc eadem collegis singulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres nostros cum litteris dirigendos esse mandauimus. Quamquam mens nostra & propositum iam tunc fratribus & plebi istic vniuersæ manifestatum fuisset, quando litteris nuper ab vtraque parte susceptis tuas litteras legimus, & episcopatus tui ordinationem singulorum aurius intimauius. Honoris etiam communis memores, & grauitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes, ea quæ ex diuerso in librum ad nostram missum congesta fuerant acerbationibus criminosis, respuimus; considerantes pariter & ponderantes, quod in tanto fratrum religiofoque conuentu, confidentibus Dei sacerdotibus & altari posito, nec legi debeant, nec audiri. Neque enim facile promenda sunt, & incaute ac temere publicanda, quæ discordioso stylo scripta audientibus scandalũ moueant, & fratres longè positos ac trans mare constitutos incerta opinione confundant. Viderint qui vel furori suo, vel libidini seruentes, & diuinæ legis ac sanctitatis immemores, iactitare interim gestiunt quæ probare non possunt; & cum innocentiam destruere atque expugnare non valeant, satis habent fama mendacis, & falso rumore maculas inspergere. Certe quod præpositis & sacerdotibus cõgruit, danda opera est, vt talia, cum à quibusdam scribuntur, per nos respuantur. vbi enim erit quod discimus, ac docemus scriptum esse: Cõtine linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur insidiosè; Item alibi: Os tuum abudauit malitia, & lingua tua complectebatur insidias, sedes aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum; Item quod Apostolus dicit: Omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus? Porro hæc fieri debere ostendimus, si, quando talia quorundam calumniosa temeritate conscripta



funt<sup>14</sup> legi apud nos non patimur. Et iccirco frater charissime, cū ad me talia aduersum te & compresbyteros tecum confidentes scripta venissent; clero & plebi legi præcepi, quæ religiosam simplicitatem sonabāt, nec vllis<sup>15</sup> maledictorum & conuiciorum latratibus pestrepebant. Quod autem scripta collegarum nostrorum qui illic ordinationi tuæ affuerant desiderauimus; <sup>16</sup> non veteres mores oblitī, nouum aliquid quærebamus; <sup>17</sup> nam satis erat, vt tu te Episcopum factum litteris nunciare; nisi esset ex diuerso discrepans factio, quæ criminosis & calumniosis commentis suis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cui rei sciendæ necessarium duximus, vt scribentium nobis inde collegarum nostrorum firma & solida<sup>18</sup> auctoritas pararetur: qui moribus ac vitæ & disciplinæ tuæ condigna litterarum suarum testimonia prædicantes, æmulis quoque & rerum vel nouitate, vel prauitate gaudentibus, omnem ambigendi & discrepandi scrupulum sultulerunt; <sup>19</sup> & secundum consilium nostrum salubri ratione librata in hoc fluctu æstuantium fratrum mentes, sincere ac firmiter tuum sacerdotium probauerunt. Hoc enim vel maximè frater & laboramus & laborare debemus, vt <sup>20</sup> vnitatem à Domino, & per Apostolos nobis successoribus traditam, quantum possumus, obtinere curemus; & quod in nobis est, palabundas & errantes oues, quas quorundam<sup>21</sup> peruicax factio, & hæretica tentatio à matre fecerit, in Ecclesiam colligamus: <sup>22</sup> illis solis foris remanentibus, qui in obstinatione sua vel furore perseuerauerunt, & ad nos redire noluerunt; discretionis & separationis à se factæ, & Ecclesiæ derelictæ ipsi rationem Domino redditori. <sup>23</sup> Quantum verò hic ad presbyterium quorundam, & Felicissimi causam pertinet, quid hic actum sit vt scire posses, <sup>24</sup> litteras ad te collegæ nostri manu sua subscriptas miserunt, qui auditis eis, quid senserint, & quid pronunciauerint, ex eorum litteris discas. Melius autem frater facies si etiā <sup>25</sup> exempla litterarum, quæ ad te legēda pro dilectione cōmuni per Caldonium & Fortunatum collegas nostros proximè miserā, quæ de eodem Felicissimo, & de presbyterio eiusdem<sup>26</sup> ad clerum istic nostrum & ad plebem scripserā, legi illic fratribus iubeas, quæ & ordinationem & rationem rei gestæ

loquantur, vt tam istic quam illic circa omnia per nos fraternitas instruat. Exemplaria autem eadem nunc quoque <sup>27</sup> per Mettium hypodiatonum à me missum<sup>28</sup> & Nicephorum Acoluthum transmissi. Opto te frater charissime semper bene valere.

### A D N O T A T I O N E S in Epistolam XLII.

1. miseramus nuper collegas nostros ] *Epistola precedenti huius quidē legationis meminit, hic vero causam exponit.*

2. persuasione litterarum nostrarum ] *Desiderantur hæ Cypriani litteræ, quibus Romanum Clerum ad Concordiam hortatus est.*

3. acceptis litteris tam tuis quam collegarum ] *Vtraque hæ litteræ hodie desiderantur. quod autem subiungit de responsō suo, intelligit epistolam precedentem, nam isdem serē verbis utitur.*

4. Sed & per prouinciam nostram ] *Prouinciam Carthaginiensem intelligit, de qua latinus infra epistola xlv. litteræ autem quarum hic meminit etiam desiderantur, præter unicam Epistolam huius argumenti ad Antonium.*

5. plebi istic vniuersæ ] *Phrasis Cypriano vsitata, que vsurpat: istic, pro: hic, istuc, pro: huc, istinc, pro: hinc; item illic pro: istic, illic pro: istuc, illic pro: istinc. Videre est utranque sub finem huius Epistolæ & Epistola precedenti, item xlvij. xlix. li. liij. lvi. lvij. & alibi ubique.*

6. ab vtraque parte ] *Nepè à parte Cornelij & parte Nouatiani. habent enim pro more veteres, vt dum de schismate in Ecclesia sermo est, partem vocent utranque non Ecclesiam, quæ vna est & scindi nequit, ubi autem iam deprehensum est vtra Ecclesiæ Catholica adhaeret; hæc quidem Ecclesiam, alteram verò partem nuncupat. Sic Augustin. non, vno in loco partis Donati meminit, & existat inter scripta eius. Psalmus contra partem Donati. Ita etiam ante illum Optatus Mileuit. contra Parmen. frequenter. Porro desiderantur etiam hæ tum Cornelij tum partis Nouatiani litteræ.*

7. quæ ex diuerso ] *Codex Cambr. legit quidem hoc loco: è diuerso, sed paulo post rursum: ex diuerso, quare nihil mutandum duximus.*

8. in librum ad nos transmissum ] *Sic Manut. & rectè quidem. Ms. tamen codices omnes legunt vti excusati ceteri: in librum missum. Loquitur autem de libello famoso, quem secum adferentes legati partis Nouatiani, legi volebant in publico Ecclesiæ conuentu, adeoque in Statione publica (vbi Epistola precedenti dictum est) quod non permisit Cyprianus.*

9. acerbationibus criminosis ] *Hoc pacto Ms. codices Cambr. Afflig. March. Dum. & Cauchij, antea vbi que erat: acerbationibus, corripit. utitur autem simplici voce: acerbatio. hodie magis nota est vox: exacerbatio.*

10. religiosòque conuentu ] *Sic Ms. omnes, vetus quoque excusis. Erasmus vero quum in editione Remboldi incuria quadam mutilus esset locus, nec esset quod responderet illi dictioni: religiosòque, adiecit vocem: cœtu, non malè quidem, sed quam tamen non habent Ms. codices, interreerat quoque Manutius vocem: nume-*

ro, sed eodem consilio eam prætermisimus.

11. confidentibus Dei sacerdotibus & altari posito ] *videtur mihi alludere ad consuetudinem illam, qua in Synodis soli Episcopi considerare consueuerunt. Nam sacerdotes non obscure ter hoc capite solos Episcopos intelligit. Adiecit autem altari posito, quia in basilica quadripartita ubi erectum erat altare, & iuxta altare, fiebant tum stationes, tum conuentus omnes Ecclesiastici, & ante tractationem negotiorum offerbatur sacrificium, & communicabant omnes. Nam lib. de orat. reprehendit eos Tertullia. qui stationem soluabant statim accepto corpore, Domini, ubi inter cetera: Nō me solennior erit statio tua, si & ad aram Dei steteris?*

12. falso timore ] *Etiam hinc patet, quàm parum præstitit Erasmus in castigando Cypriano, sequitur hic merum errorem typographicum, quo legebatur apud Remboldum: falorum ore, nam Ms. omnes & vetus excusis nobiscum legunt.*

13. Contine linguam tuam ] *Locus est Psalm. 33. citat etiam paulo post aliud ex Psalm. 49. Vtrobique autem pro eo quod hodie legitur: dolū, seu: dolos, legit ipse infidiolē, seu: infidias, sequitur veterem translationē quæ in vsu erat ante D. Hieronym. atatem, & edita est in lucem iam olim à Iac. Fabro. Quæ verò hodie existat, castigata est à D. Hieron. ad Græca exemplaria, quanquam denud librariorū vitio multa errata irrepserint, vti ex Psalterio iam recens castigato per reuerendū D. Episcopū Rurmundensem D. Guill. Lindanum est deprehendere. Est autem hoc Psalterium quo hodie utimur, quod Gallicum vocat D. Hieron. Nam Romanum in vsu esse desit præterquam in missa (quæ enim vocamus, Introitus, Gradualia, Communiones; ex illo desumpta sunt) & in Psalmo: Venite exultemus, quomodo ad matutinas legitur.*

14. legi apud nos non patimur ] *sic hætenus excusis omnes & Ms. Afflig. Dum. March. & Cauchij, solus Camb. codex & Manut. omittunt negationem, sed nō placet, præsertim quū paulo prius dixerit talia respicienda.*

15. maledictorum & conuiciorū ] *Ita solus Manut. & rectè quidem, veruntamen Ms. codices omnes retinent vulgata lectio: maledictorum.*

16. non veteres mores oblitī ] *Sic Ms. & excusis omnes, pro quo Manut. veteris moris.*

17. nam satis erat vt tu te Episcopum factum ] *Magis placet hæc Ms. codicum lectio, quam vulgata: factis, Aduerte autem hic morem veterem, quo solent Romani Episcopi omnibus per orbem Episcopis ordinationem suam nunciare, quod certe etiam ad præminentiam illius pertinet.*

18. auctoritas pararetur ] *hoc pacto Dum. March. & Cauchij. Ms. cod. Manutius quoque & Morelius, & relictis, quæ aut Afflig. cum Remboldo: pateretur, aut vetus excusis: pateret, aut vulgati typi: pateretur.*

19. & secundum consilium nostrū salubri ratione librata in hoc fluctu æstuantium fratrum mentes ] *Locus antea corruptus, in omnibus tum excusis tum Ms. qui nec solacismo caret. Manut. quidem reposuit: libratum, pro: liberatas, sed nec hoc satis facit, quare credo legendum: libratæ, præsertim quum Ms. Harrisii cod. legit: libratas.*

20. vnitatē à domino & per Apostolos nobis successoribus traditam ] *Quum nusquā aperte in scripturis vnitatis ista Ecclesiæ sit expressa, rectè à Domino &*

per Apostolos traditam dicit, atque ad hanc eandem traditionem respexisse non dubito, dum sub initium huius epistolæ: diuina traditionis & Ecclesiastica institutionis meminit, quare vel hinc probatur non reuici à Cypriano quin potius commendari traditiones non scriptas. Pulchrè autē Episcopos successores Apostolorum nuncupat.

21. peruicax factio & hæretica ] *Quod Nouatiani sectatores non schismatici modo sed & hæretici fuerint, docet latinus infra Epistola ad Antonianum.*

22. illis solis foris remanentibus, qui in obstinatione sua vel furore perseuerarunt ] *lectio hæc est Ms. Cambr. & Harrisii codicis, vulgata excusorum excipit. & Morelij. Pro qua Manut. cum Dum. Ms. codi. & Cauchio: qui obstinatione sua vel furore superfederūt, Verum quum superfedere apud auctores clasticos non aliud quam omittere significet, & sic foris non remansisset si obstinatione sua superfederissent: placet magis prior lectio, præsertim quum etiam in aliis Ms. codicibus variè lectum satis constet, vel ex lectione veterum duorum excusorum, qui vtrāque in textu inseruerūt hoc pacto: qui in oblit. f. vel fur. superfederunt vel perseuerarunt, Nisi forte alicui magis arideat Afflig. & March. codicum hæc lectio, quos obstinatione sua superfederunt vel furore; vt superfedere pro oblidere acceperit Cyprianus, quanquam tamen nesciam an alicubi apud bonos auctores sic accipiatur.*

23. Quantum verò hic ad presbyterium quorundam ] *Et presbyterium rursum pro presbyterorum congregatione accipit, quinque nempe illorum de quibus supra Epistola xl. qui erant factionis Felicissimi.*

24. litteras ad te collegæ nostri manu sua subscriptas ] *hæ desiderantur, fit tamen earundem mentio Epistola 53. infra ad Cornelium.*

25. exempla litterarum ] *Sic Ms. & vetus excusis codex, Manut. quoque & Morelius hoc loco, qui paulo post tamen legunt (excepto Cambr.) exemplaria, certè supra quoque epistola xv. exempla, dixit Cyprianus.*

26. ad Clerū istic nostrū & ad plebē ] *Ita Affli. cod. & Manut. optimè, nā epistolæ de Felicissimo ad Clerū & ad Plebem scripsit, habes utranque supra xxxvij. & xl. Antea corruptus, legebatur: ad clerum istic, non ad plebem, Cambr. vero codex ad Ecclesiam nostram & ad plebem, Morelius: ad Clerum istic nec non ad plebem, neuter male.*

27. per Mettium hypodiatonum ] *Sic Manut. ceteri Ms. & excusis omnes Mettium, fit tamen verisimile Manut. lectionem optimam esse ex epistola sequenti, vt ibi dicemus.*

28. & Nicephorum Acoluthum ] *Fit huius frequentis apud Cyprianum mentio, epist. nepè 47. 48. & 49.*

### A D E V N D E M Q V O D A D confessores à Nouatiano sedu- ctos litteras fecerit.

#### E P I S T O L A XLIII.

Argumentum epistolæ titulus satis indicat, constat autem ex nuntio, vna missam hanc epistolam sequentem cum precedenti.



CYPRIANVS CORNELIO fratri Salutem.

Et. 2. ep. 9.

**E**T religiosum vobis, & necessariū existimaui frater charissime, ad cōfessores, qui illic sunt, & Nouatiani ac Nouati obstinatione & prauitate seducti, de Ecclesia recesserūt, litteras breues facere, quibus eos pro affectione mutua conuenirem, vt ad matrem suam, id est Ecclesiam Catholicam reuertantur. Quas litteras tibi à Mettione hypodiano legi prius mādaui, ne quis aliud me scripsisse fingeret, quam quod meis litteris continetur. mādaui tamen eidem Mettione à me ad vos misso, vt de tuo arbitrio rem gerat, & si easdem litteras confessoribus putaueris esse reddendas, tūc eas tradat. Opto te frater charissime semper bene valere.

ADNOTATIONES  
in Epistolam XLIII.

1. litteras breues facere, *[Habet h. s. proxime subiūctis.]*
2. Et Mettione hypodiano *[Ita Manutius & Morelius, nec prorsus alienus est Camb. codex, qui hic legit: à Mecyopo diacono, & paulo post: Mecotio, Tanta enim est vicinitas litterarum, vt conuicere liceat, legendum potius: Mettione hypodiano, nam sic scribunt litterarum Græcarum ignari. Eodem facit lectio codic. Ms. quo usus est Cauchius: Ethiopo diacono, valde epim sunt similes litteræ A & M. Cateri tamen omnes tum Ms. tum excusati habent: Ethippo diacono, verum addita littera M. facile inde conspici potest: Mettione hypodiano.]*
3. reddēdas *[sic Ms. Cambr. Manut. quoque & Morelius, cateri: credendas.]*
4. tunc eas tradat *[Legebatur: vt eas, errore Remboldi, nam vetus excusatus & Ms. omnes constantes legunt: tunc.]*

AD CONFESSORES ROMANOS, vt ad vnitatem redeant.

EPISTOLA XLIII.

ARG. Confessores Romanos factione Nouatiani & Nouati seductos hortatur vt ad vnitatem redeant. *[Missā est autem hæc Epistola vna cum precedenti atque adeo recte illi subiungitur.]*

CYPRIANVS MAXIMO ET NICOSTRATO, ET CÆTERIS Confessoribus Salutem.

Et. 3. ep. 2.

**V**M frequenter, charissimi, cognoueritis ex litteris meis, quæm & confessioni vestræ honorem, &

fraternitati connexæ dilectionem meo sermone seruauerim; credatis quæso & acquiescatis his litteris meis, quibus vobis, & actui, ac laudibus vestris & scribo, & simpliciter ac fideliter consulo. Grauat enim me, atque contristat & intolerabilis percussus & pene prostratus pectoris mœstitia perstringit, cum vos illic comperissem contra Ecclesiasticam dispositionem, contra Euangelicam legem, contra institutionis Catholicæ vnitatem, alium Episcopum fieri consensisse, id est, quod nec fas est, nec licet fieri, Ecclesiam alteram institui, Christi membra discerpi, dominici gregis animum & corpus vnum discissa æmulatione lacerari. Quod quæso vt in vobis saltem illicitum istud fraternitatis nostræ & discidium non perseveret, sed & confessionis vestræ & diuinæ traditionis memores ad matrem reuertamini vnde prodistis, vnde ad confessionis gloriam cum eiusdem matris exultatione venistis. Nec putetis sic vos Euangelium Christi asserere, dum vosmetipsos à Christi grege & ab eius pace & concordia separatis; cum magis militibus gloriosis & bonis congruat intra domestica castra consistere, & intus positos ea, quæ in commune tractanda sunt, agere ac prouidere. Nam cum vnanimitas & concordia nostra scindi omnino non debeat, quia nos Ecclesia derelicta foras exire, & ad vos venire nō possumus; vt vos magis ad Ecclesiam matrem, & ad nostram fraternitatem reuertamini, quibus possumus hortamentis petimus & rogamus. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

ADNOTATIONES  
in Epistolam XLIII.

1. MAXIMO ET NICOSTRATO *[Maximi supra frequens mentio, de quo & aliis confessoribus ad quos scribitur hæc Epistola, latius ad Epistolam L. Nicostrius autem diaconus erat Romana Ecclesie, qui cum reliquis non est reuersus ex schismate, sed postea ordinatus est à parte Nouatiani pseudopiscopus in Africa. Hoc est enim quod dicit Damasus in vita Cornelij. Sub huius Episcopatu Nouatus Nouatianum extra Ecclesiam ordinauit, & in Africa Nicostrius, quod ipsum habet Cornelius epistola. 1. in Tom. Concil. Plura vide de illo infra episto. xlvij.]*
2. Cum frequenter cognoueritis ex litteris meis *[Exstant bina supra nam. xvi. & xxv. ad Confessores istos litteræ, ad cæterum vero Clerum Romanum, iij, xvi. xxij. xxxc.]*
3. aliu Episcopu fieri consensisse *[Ms. cod. Camb. Assig. Bland. Dum. March. & Cauchij sic legunt. Manut.]*

Manut. quoque & Morelius, pro quo prius erat: censuisse, loquitur autem de Nouatiano.

4. discidium *[sic constant Ms. cod. Manut. quoque & Morelius: quæ lectio vtrius diligenter adnotanda est, contra eos qui: discidium, legunt per duplex s. quum Ms. per se. id legant, vt à discindendo dicatur; non à discindendo. Eodem etiam modo scribitur apud Tertull. lib. de præscript. aduersus hæret.]*

5. ad matrem reuertamini *[Frequens est Cypriano hæc & precedentibus aliquot Epistolis, vt matrem Ecclesiam intelligat. Porro rectius Manutius & Morelius legunt: reuertamini, quam cateri omnes: reuertimini.]*

AD CORNELIVM DE  
Polycarpo Hadrumetino.

EPISTOLA XLV.

ARG. Epistola est purgatoria, qua se purgat, qui factum sit, vt interea dum Hadrumeti fuerit, non ad Cornelium sed ad Clerum Romanum litteræ inde à Polycarpi Clero fuerint factæ, quum tamen antea ipse Polycarpus ad Cornelium potius scripsisset: constat autem ex ipso cõtextu, paulo post præcedentes, hanc esse conscriptam.

CYPRIANVS CORNELIO fratri Salutem.

Et. 4. ep. 8.

**E**GI litteras tuas frater charissime, quas per Primitium cõprebyterum nostrū misisti, in quibus te cõperi motum, quod cū de Adrumetina colonia Polycarpi nomine ad te litteræ dirigerentur, postea quā nos, ego & liberalis in eundē locū venissemus, cõpissent illuc ad presbyteros & diaconos litteræ dirigi. Quod scire te volumus & pro certo credere, nulla id leuitate aut contumelia factum. Sed cum statuissemus collegæ complures, qui in vnum conueneramus, vt legatis ad vos cõpiscopis nostris Caldonio & Fortunato missis, omnia interim integra suspēderentur, donec ad nos iidem collegæ nostri rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis redirent; presbyteri & diaconi in Hadrumetino consistentes, Polycarpo cõpiscopo nostro absente, ignorabant quid nobis in commune placuisset. At vbi nos in præsentiam venimus, comperto consilio nostro, ipsi quoque quod & cæteri obseruare cõeperunt, vt in nullo Ecclesiarum istic consistentium consensio discreparet. Quidam tamen, mentes nonnunquam & animos sermonibus suis turbant, dum aliter quædam quàm se habet veritas, nunciant. Nos enim singulis nauigan-

tibus, ne cum scandalo vilo nauigarent rationem reddentes, scimus nos hortatos eos esse vt Ecclesie Catholicæ radicem & matricem agnoscerent ac tenerent. Sed quoniam latius fusa est nostra prouincia, habet etiam Numidiam, & Mauritania duas sibi cohærentes; ne in vrbe schisma factum absentium animos incerta opinione confunderet, placuit vt per Episcopos, retēta à nobis rei veritate, & ad comprobandam ordinationem tuam facta auctoritate maiore, tum demum scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso; per omnes omnino istic positos litteræ fierent, (sicuti <sup>\* in ista prouincia</sup> sunt) vt te vniuersi collegæ nostri & communicationem tuam, id est, Catholicæ Ecclesie vnitatem pariter & charitatē probarent firmiter ac tenerent. Quod diuinitus euenisse, & consilium nostrum prouidenter <sup>\* profecisse</sup> gaudemus. Sic enim nunc Episcopatus tui & veritas pariter & dignitas, apertissima luce & manifestissima, & firmissima cõprobatione fundata est, vt ex scriptis collegarum nostrorum, qui ad nos litteras inde fecerunt, & ex relatione ac testimonij cõpiscoporum Pompeij, & Stephani, & Caldonij, ac Fortunati ordinationis tuæ & origo necessaria, & ratio iusta, & gloriosa quoque innocentia ab omnibus nosceretur. Quod vt simul cum cæteris collegis nostris stabiliter ac firmiter administremus, atque vt Catholicæ Ecclesie pacē concordie vnanimitate teneamus, perficiet diuina dignatio; vt Dominus qui sacerdotibus sibi in Ecclesia sua eligere & constitucere dignatur, electos quoque, & constitutos sua voluntate atque opitulatione tueatur; gubernantes inspirans; ac subministrans, & ad improborum contumaciam frenandam, vigorem; & ad lapsorum fouendam penitentiam, lenitatem. Opto te frater charissime semper bene valere.

ADNOTATIONES  
in Epistolam XLV.

1. Legi litteras tuas frater charissime quas per Primitium *[Huius Primitij supra facta est mentio Epistola xli. qua per illum Romanam missa fuit. Fit itaque verisimile, has litteras Cornelij ad quas respondet, attulisse secum in reditu Primitium: atque adeo posterius scriptam hanc Epistolam.]*
2. de Colonia Hadrumetina *[De situ Hadrumetine Colonia in Africa, latius infra in Synod. Cartha. vti & de Polycarpo Hadrumetino Episcopo, qui etiam inter-*

H



fuit illi Synodo Africana, cuius & nomine conscripta est epistola liij. ubi etiam Liberalis Episcopi fit mentio.

3. Sed cum statuissemus collegæ cōplures, qui in vnum conueneramus ] Rursum hinc patet Epistolas ad Cornelium scriptas post reditum Cypriani ē secessu, atque adeo post Synodum illam cuius meministi infra epistola liij. Desiderabatur autem vox: Collegæ, nunc recens addita à Manut. & Morelio.

4. Caldonio ] Vt ex hoc loco confirmatur nostra lectio, qua supra epist. xix. censuimus legēdum ubique: Caldonius, non: Calydonius; nam in utroque veteri excusso & editionibus Erasmi prioribus, Frobeniana nempe, Coloniensi utraque & Parisiensi, priori modo legitur.

5. At vbi nos in præsentiam ] sic recte Manut. & Moreli. is, pro eo quod erat: in præsentia.

6. Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem ] Romanam Ecclesiam haud dubiè intelligit, quam digno elogio Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem dicit, ut pote qua teste D. Ireneo lib. 3. contra Hære. ca. 3. Maxima omnium est & antiquissima, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundata & constituta. Ad quam (inquit) Ecclesiam propter potentiorē principatū, necesse est omnem conuocare Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles; in qua semper ab his qui sunt undique, conseruata est ea que ab Apostolis est tradita. Plura hæc de re Deo fauente, ubi de auctoritate Rom. Pontificis agemus infra alicubi.

7. Sed quoniam latius fusa est prouincia nostra ] Per omnem Africam prouincia sex facta sunt (inquit sexus Rufus) ipsa ubi Carthago est (de qua hic & supra epistola xliij. Cyprianus) Proconsularis, Numidia Consularis, Bithacena, Tripolis, & Mauritania dua, Sitiphensis ac Casariensis. Quot autem erant prouinciae, totidē erant in Africa Primates siue primæ sedis Episcopi, ut patet in Concil. Carthag. 6. & 7. item Africano cap. liij. liij. xxiij. Horum omnium primus erat Episcopus Carthaginensis, (uti patet ex dicto Concilio Africano) & apud illum summa erat potestas, in creationibus Episcoporum quos vellet per Africam. Vnde & epistola 162. vocatur Carthago à D. August. Africa c. sicut Carthaginensis autem imperij (uti loquitur Salustius) terminus, erant are Philenorum fratrum, qua sunt post Syrtis; & ab ortu habebat Pentapolim Cyrenaicam, ab Occasu Numidia, ab Occidente Mediterraneo mari terminatur. In ea enim olim fuere Carthago, Vtica, Hippone Regia; & flunius Byzada. Hinc patet verum esse quod dicit Cyprianus: latius fusa esse eam prouinciā, unde & factum, ut quibusdam minor Africa diceretur.

8. Habet etiam Numidiam & Mauritanias duas coherentes sibi ] Numidia pars est Africa inter Carthaginensem & Tingitanam prouinciā, spacio quidem angustior (inquit Pomponius Mela) quam Mauritania; se magis culta. Mauritania autem extrema est pars Africa versus Gaditanum fretum & Occidentalem oceanum, que in duas distinguitur, Sitiphensem siue Tingitanam, & Casariensem, ita dictas à primariis ciuitatibus Tingi & Casarea.

9. Caldonij & Fortunati ] Quum mentionem faciat relationis & testimoniorum non modo Pompeij & Stephani, sed etiam Caldonij & Fortunati, videntur iam reuersi hi fuisse in Africam, priusquam hanc scriberet epistolam, atque adeo hanc Epistolam præcedentibus poste-

riorem constat.

10. Ecclesiæ pacem cōcordiæ vnanimitate tenemus ] Sic Manut. & Morel. pro quo antea: Ecclesiæ concorditer vnanimitem tenemus ] non male: præsertim si pro: vnanimitem, legat quis: vnanimem. Porro paulo post rursum: sacerdotes, episcopos nominat.

11. gubernantes inspirans ] Antea erat corruptiſſ. gubernanter, debemus autem acceptam hanc castigationem Manut. & Morelio, nam desiderabatur hæc epistola in Ms. omnibus.

## CORNELII AD CYPRIANUM de Confessoribus ad vnitatem reuersis.

### EPISTOLA XLVI.

Argumentum titulum ipse indicat. Contigit autem hic Confessorum ad vnitatem reditus (vri ex epistola xlix. constat) statim post Nouari ex Vrbe discessum, atque adeo eodem momento scriptæ sunt; hæc, & quam habes infra xl viij. falso igitur hæc hæc temis a scripta est Cypriano.

## CORNELIUS CYPRIANO fratri Salutem.

**Q**UANTAM sollicitudinem, & anxietatem sustinimus de iis cōfessoribus, qui dolo, & malitia hominis callidi, & veteratoris fuerant circumuenti, & pæne decepti, & ab Ecclesia alienati; tanta lætitia adfecti sumus, & Deo omnipotenti, & Christo domino nostro gratias egimus; cum ij cognito suo errore, & intellecta hominis maligni, velut serpentis, astutia venenata, ad Ecclesiā, vnde exierant, sicuti ipsi ex suo corde profitentur, simplici voluntate venerunt. Et primo quidem fratres nostri probare fidei, amātes pacem, vnitatem optantes, tumorem illum horum mollitum iam adnunciabant, fides tamen non idonea; vt facile nobis credere daretur, illos penitus esse mutatos. Postea verò Vrbanus & Sidonius confessores ad presbyteros nostros venerunt, affirmantes Maximum cōfessorem, & presbyterum secum pariter cupere in Ecclesiam redire: sed quoniam multa præcesserant ab eis designata; quæ tu quoque; à cōepiscopis nostris & litteris meis cognouisti; vt non temere eis fides haberetur, ex ipsorum ore, & confessione, ista, quæ per legationem mandauerant, placuit audiri. Qui cum venissent, & à presbyteris, quæ

\*gesta c-  
rã. quæ \* gesserant, exigerentur; nouissime quod per omnes Ecclesias litteræ calumniis, & maledictis plenæ, eorum nomine frequentes missæ fuissent, & penè omnes Ecclesias perturbassent: circumuentos se esse affirmauerunt; nec quid in istis litteris inesset scisse: tantummodo circumductos commisisse se quoque schismatica, & hæretis auctores fuisse; vt paterentur ei manus quasi in Episcopum imponi. Qui, cum hæc, & cætera fuissent exprobrata, vt abolerentur & de memoria tollerentur, deprecari sunt. Omni igitur actu ad me perlato placuit contrahi presbyterium. Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie præsentibus fuerunt, vt firmato consilio, quid circa personam eorum obseruari deberet, consensu omnium statueretur: Et vt motum omnium & consilium singulorum dignosceres, etiam sententias nostras placuit in notitiā vestri perferri, quas & subiectas leges: His ita gestis in presbyterium venerunt Maximus, Vrbanus, Sidonius, & Macarius; & plerique fratres qui se eis adiunxerant, summis precibus desiderantes vt ea quæ ante fuerant gesta, in obliuionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur; proinde atque si nihil esset vel commissum, vel dictum, inuicem omnibus remisissis, cor mundum & purum iam Deo exhiberent, sequentes Euangelicam vocem dicentem: beatos esse puros corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, vt & ipsos viderent in Ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos iam diu viderant & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Vna vox erat omnium gratias Deo agentium, gaudium pectoris lachrimis exprimentes, complectentes eos, quasi hodie pœna carceris fuissent liberati. Et vt ipsorum propria verba designem: Nos, inquit, Cornelium Episcopum sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ, electum à Deo omnipotente & Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur: nos imposturam passus sumus: circumuenti sumus perfidia, & loquacitate captiosa. Nam etsi videbamur quasi quandam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse; sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit, nec enim ignoramus vnum Deū

esse, vnum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere. Ista eorum professione non moueremur; vt quod apud potestatem sæculi erant confessi, in Ecclesia constituti comprobaret. Quapropter Maximum presbyterum locum suum agnoscere iussimus: cæteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remisimus Deo omnipotenti, in cuius potestate sunt omnia reueruata. Hæc igitur frater charissime eadē hora, eodem momento ad te scripta transmisiimus, & Nicephorum Acoluthum descendere ad nauigandum festinantem, de statione ad vos statim dimisi; vt nulla procrastinatione habita velut præsens in isto clero, & in isto populi cætu Deo omnipotenti & Christo Domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmo pro certo iam confidimus, cæteros quoque qui in errore hoc sunt constituti, in Ecclesiam breui reuersuros, cū auctores suos viderint nobiscum agere. Hæc litteras puto te debere, frater charissime, & ad cæteras Ecclesias mittere, vt omnes sciant schismatici huius & hæretici dolum & præuacationem de die in diem euacuari. Bene vale frater charissime.

## ADNOTATIONES in Epistolam XLVI.

1. CORNELIUS CYPRIANO ] Sic Cambro. è cod. & Manut. quam lectionem certam facit mirum epistole xlix. & historia imò & stylus huius epistole.

2. gratias egimus ] Manut. aliam longe hic habet lectionem, quam sic vulgata & Ms. Cambro. cod. erat prius: gratias agimus cum eos cognito suo errore intelligimus (sic enim Cambro. pro eo quod erat: intelligamus) hominis maligni velut serpentis astutia venenata derelicta (siue vt habet Cambro. astutiam fugientes venenatam) ad Ecclesiam, & c. Neutra lectio displicet.

3. tumorem illum horum mollitum ] Recte mea sententia sic castigauit hunc locum Manut. pro eo quod erat: tumorem siue: tumorem illorum; horum mollitum.

4. Postea verò Vrbanus & Sidonius ] Omisit codex Cambro. particulam: quam, non recte interpretam habet in excussis, & similiter Manut. Porro de his confessoribus latius epist. L.

5. à cōepiscopis nostris & litteris meis ] Que fuerint designata à confessoribus non satis constat, quoniam littere hæc desiderantur, præterquam quod schismatici Nouariensi consensum præbuerint, quædam tamen hic recensentur in eorum publica confessione.



6. litteræ calumniis & maledictis plenæ ] *Fid earundem mentio supra epistola xli. & xliij. Similia autem de horum confessorum satisfactioe & confessione publica citat Eusebius lib. 6. ca. 33. ex epistola Cornelij ad Fabium Antiochenum Episcopum.*

7. commississe se quoque schismaticam ] *Ita Cæb. codex & vetus excusus, pro quo Manut. schismaticæ, cæteri: schismata, sed prior lectio placet.*

8. manus quasi in Episcopum imponi ] *Sic restitui hunc locum, ex varia lectione tum Manut. tum vulgatorum codicum.*

9. Qui, quum hæc & cætera fuissent exprobrata, ut abolerentur ] *Hoc pacto Manut. & Morelius, acceperunt quam proximè vetus excusus: cum & cætera fuissent exprobrata, Non male quoque Ms. Cambr. Qui quum & cum cæteris fuisset exprobrarentur, ut abolerentur, quomodo legendum non male diuinauerat Erasmus: locus alioqui erat corruptus.*

10. placuit contrahi presbyterium ] *Presbyterium intelligit tum hic tum paulo post collegium sine Senatuum (ut loquitur D. Hierony. epistola ad Rusticum) Cleri Romani, utpote sine quorum consilio arduum nihil soleat agere Romanus Pontifex. Atque adeo tum hinc tum ex epistolis Cypriani ad Clerum Romanum, constat presbyteros et diaconos Ecclesie Romanæ in eadem auctoritate iam olim fuisse, quæ nunc possent, eodem etiam munere functos quo nunc cardinales, nempe ut essent consiliarij & assessores Episcopi Romani. Quod plane perspicuum sit ex verbis illis epistole hu. ad Cornelium: florentissimo illic Clero tecum presidenti. Erant tamen illis Episcopi tum temporis superiores. Porro etiam nomen Cardinalium veteribus non incognitum, satis insinuat Syluester Papa eius nominis primus in concil. Roma. can. 6. Diaconi (inquit) non sint plures per parochiarum examen nisi duo, & diaconi Cardinales urbis Romæ septem. Quare si quis Onuphrium Panuinum sequitur, Maximum & cæteros confessores, de quibus hic textitur historia, Romana Ecclesia Cardinales fuisse dicat, non admodum à vero aberrarit. Quanta enim fuerit eorum auctoritas, vel hinc patet; quod ob eorum consensum in ordinationem Nouatiani, schisma in Ecclesia contigerit, verum de iure electionis Pontificis Romani infra latius Epistola liij. insignia tamen eorum sunt recentiora: utpote illis addita primum circa annum Domini M. C. C. I. ab Innocentio quarto, si quis plura huc pertinentia desideret, videat Remundum Resum in Molinæum pro Pontifice Maximo.*

11. quas & subiectas habes ] *Deperierunt sententia singulorum, quarum meminit, quas si exstarent, notior foret auctoritas Cleri Romani in decernendis sententiis una cum Episcopis.*

12. & Macarius ] *Macarium adiecit ex epistolis sequentibus tribus, nam constat illum unà cū alijs rediisse.*

13. proinde atque si nihil esset, &c. ] *Pulchrè restitutus est hic locus à Manutio & Morelio, antea corruptissimus, & certe etiam Cambr. codex: proinde, legit, in cæteris vitio scriptoris est mutilus.*

14. quoniam ipsi Deum videbunt ] *Sic Morelius, proprius accedens ad textum Evangelicum, quam Manut. legens: viderent, illud autem: dicentem, recens adiecit ex castigatione Costerij.*

15. gratias Deo agentium gaudium, &c. exprimentem ] *Sollicitissimus est, qualem non puto in scriptis*

*D. Cypriani reperiri.*

16. Et ut ipsorum propria verba designem ] *Cui ex tota rei gesta historia tum ex hoc potiss. loco patet Cornelij esse hanc Epistolam non Cypriani, neque enim verba ipsa Confessorum Cyprianus recensere possit, qui confessioni eorum non interfuerat. Designare, autem hic pro significare; prius verò pro committere, accepit auctor.*

17. electum à Deo ] *Rectè coniecerat Costerius ita legendum, pro eo quod erat: electum ] Nam consensunt Cambr. cod. Manut. & Morelius.*

18. Nam et si videbamur ] *Non male sic Manutius magna est enim litterarum vicinitas cum priori lectione: amentes videbamur, si initio addatur littere N. Cambr. tamen cod. legit: nam amentes videbamur.*

19. & hæretico ] *Desiderabatur hoc prius, adiectum rectè à Manutio, nam tum paulo post & alibi sepe, nō schisma modo sed & hæresis Nouato impingitur.*

20. vni Episcopū in Catholica Ecclesia esse debere ] *Rursum hic vnum Episcopum simpliciter pro Romano Episcopo acceptum videt, sed de hoc latius lib. de vnitatem Ecclesie.*

21. Maximum presbyterum locū suum agnoscere iussimus ] *Restitutus est ergo Maximus in pristinam dignitatem presbyteri Romana Ecclesie, tandem confessus denuo, & passus Martyrium sub Maximiniano. Nam huius Maximi presbyteri existimo fieri mentionem in Martyrologio Bedæ & Adonis ad 13. Calen. Decembris. Porro etiam hinc colligitur esse Cornelij non Cypriani epistolam, neque enim quicquam auctoritatis habebat iste in Clerum Romanum.*

22. charissime ] *Hoc tum hic tum paulo post etiam recens adiectum est à Manutio.*

## CYPRIANI AD CORNELIUM RESPONSUM CŌGRULATORIUM DE ILLORUM REDITU EX SCHISMATE.

### EPISTOLA XLVII.

*Argumentum ex titulo colligere est. Porro vel hinc etiam colligitur, epistolam præcedentem Cypriani non esse, neque enim ipse dicit eadem de re ad eundem scriberet epistolas.*

## CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALUTEM.

**R**EGISSE nos & agere frater charissime maximas gratias sine cessatione pfitemur deo patri omnipotenti & Christo eius domino & Deo nostro salutari, quod sic Ecclesia diuinitus ptegetur, ut vnitatis eius & sanctitas, nō iugiter nec in totū perfidia & hæreticæ prauitatis obstinatione vitietur. <sup>1</sup> Legimus enim litteras vestras, & voti cōmunis amplissimum gaudium exultan-

*Li. 2. ep. 12.*

exultanter excepimus: Maximum presbyterum & Vrbani confessores cum Sidonio & Machario ad Ecclesiam Catholicam regressos esse, id est errore deposito, & schismatico, immo hæretico furore deserto, vnitatis ac veritatis domicilium <sup>1</sup> fideli sanitate repetisse; ut vnde ad gloriam processerant, illuc gloriosi redirent; ne qui Christum confessi essent, Christi postmodum castra desererent, nec tentaret charitatis atque vnitatis fidem, qui victi robore, & virtute non fuerant. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & solida confidentium dignitas; à desertoribus, & profugis recessisse, proditores fidei & Ecclesie Catholicæ impugnatores reliquisse. Merito illos reuertentes summo, ut scribitis, gaudio & clerus & plebs, & fraternitas omnis exceptit, quoniam in confessoribus gloriam suā cōseruantibus & ad vnitatem reuertentibus nemo non socium se & participem eorum gloriae computat. <sup>2</sup> Huius diei lætitiā de nostris possumus sensibus aestimare. nam cum istic ad litteras vestras, quas de eorum confessione misistis, lætatus sit omnis fratrum numerus, & summa alacritate hūc nuncium communis gratulationis excepit; quid illic vbi res ipsa & præsens lætitiā sub oculis omnium gerebatur? cum enim Dominus in Euangelio suo dicat esse summum gaudium in cœlo <sup>3</sup> super vno peccatore penitentiam agente; quanto maius est gaudium & in terris pariter & in cœlo, super confessoribus ad Ecclesiam Dei cum gloria sua & cum laude redeuntibus, & redeundi viam cæteris exempli sui fide & probatione facientibus? <sup>4</sup> Hic enim quosdam fratres nostros error induxerat, quod sibi communicationem confessorum sequi viderentur, quo errore sublato lux omnium pectoribus infusa est, & Ecclesia Catholica vna esse, nec scindi, nec diuidi posse, monstrata est. Nec quisquam iam facile poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi; quando probatum sit bonos & gloriosos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia & perfidia extra Ecclesiam detineri. <sup>5</sup> Opto te frater charissime semper bene valere.

## ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XLVII.

1. Deo nostro salutari ] *Sic cod. Ms. & excusi omnes, excepto Cambr. qui legit: salutari, non male. Forte*

*legendum Deo salutari nostro, ut alludatur ad illud Psalmi 94. tubilemus Deo salutari nostro.*

2. non iugiter ] *Ita Ms. & excusi omnes, præter Morelium & Cambr. cod. quorum ille: non dilungatur, hic non negetur, perinde est, quomodo legas.*

3. vitietur ] *Sic quidem vulgati cum Manut. quibus satis accedit, quod habet Morelius: violetur, verum Ms. Cambr. afflig. blandin. Dun. March. & Cauchij codices cum veteri excuso, legunt: vitietur.*

4. Legimus enim litteras vestras ] *In dubiè præcedentem epistolam significat, quod paulo post satis indicat, vbi tantum non verba ipsa citantur.*

5. fideli sanitate ] *Et ac est lectio Ms. cod. excepto solo Cambr. qui cum vulgatis legit: fidei.*

6. nec tentarent charitatis atque vnitatis fidem ] *Quum sic legant Ms. afflig. blandin. Dun. March. & excusi ceteri omnes, non placet Manutij lectio: nec ceterentur, & c. fide præsertim quum prior lectio sit clarior, ut tentare fidem pro explorare, aut si manus pro infesto animo aggredi illam accipiat, nam utrumque vox illa Ciceroni significat. Cambr. legit: nec teperent charitatis atque vnitatis fide.*

7. Huius diei lætitiā ] *Sic Ms. omnes, pro eo quod erat: huius rei*

8. super vno peccatore ] *Adiecit vno, ex Ms. cod. & veteri excuso, in cæteris desiderabatur. Legitur autem apud Lucam. c. 15. & infra epistola liij.*

9. hic enim quosdam fratres nostros error induxerat ] *Eodem pertinet quod Epistola præcedenti dixit Cornelius: Confidimus ceteros quoque qui in errore constituti sunt in Ecclesiam breui reuersuros, cum auctores suos viderint nobiscum agere: Erat autem inter ceteros in hoc errore Antonianus, uti patet infra Epistola liij.*

10. Opto te frater charissime ] *Clausulam hanc Manut. & Morelio debemus acceptam, nam alibi desiderabatur.*

## CORNELII AD CYPRIANUM DE FACTIONE NOUATIANI CUM SUI.

### EPISTOLA XLVIII.

**ARG.** *Parante iam reditum Nicephoro Acolutho qui Romam à Cypriano missus Epistolas supra positas xliij. & xliij. secum adtulera, nunciat Cornelius Cypriano nouas quasdam Nouatiane partis Machinationes. Porro fragmentum duntaxat hoc videtur, non integra Epistola.*

## CORNELIUS CYPRIANO FRATRI SALUTEM.

**N**E quid minus ad pœnā futurā huius scelerati hominis deesset, pstratus virtutibus Dei (cū Maximus, & Longinus, & Machæus, inde fuissent expulsi) denuo resurrexit; & sicuti prioribus litteris tibi quas per Augendum confessorum

*Li. 3. ep. 12.*



mihi significauit; puto Nicostratum, & Nouatum, & Euaristum, & Primum, & Dionysium illo iam peruenisse: Inuigiletur ergo ut omnibus coepiscopis nostris & fratribus innotescat; Nicostratum multorum criminum, & non solum patronæ suæ carnali, cuius rationes gessit, fraudes & rapinas fecisse, verum etiam, quod est illi ad perpetuam pœnam reseruatam Ecclesiæ deposita non modica abstulisse; Euaristum verò auctorem schismatis fuisse, & successorē plebi, cui ante præfuerat, Zetum, in locum eius Episcopum esse constitutum. Maiora verò & grauiora hic designauit malitia & inexplebili prauitate sua, quàm quæ illic apud suos semper exercuit, ut scias quales duces & protectores iste schismaticus & hæreticus lateri suo semper iunctos habeat.

#### ADNOTATIONES in Epistolam XLVIII.

1. CORNELIUS CYPRIANO ] Minutus sum sepe numero & una mecum, eruditi plerique, quum Eusebius in Chron. & D. Hierony. in catalo. scripserit, illustr. Cypriano octo dumtaxat Epistolas ad Cornelium asscribat, quomodo iam extarent xi. numero. Gausus sum itaque dum in cod. Cambr. hanc & supra xlv. Epistolam, non Cypriano sed Cornelio ascriptam reperi & paulo post confirmatam hanc lectionē à Mamutio qui profusus legitur: CORNELIUS CYPRIANO, Confirmat hanc nostram sententiam, quod præter Cambr. ceteri Ms. cod. has duas Epistolas non habeant. Neque verò ullus restabit scrupulus, si exordium legatur Epistolæ sequentis, in qua disertis verbis: accepisse se à Cornelio utrasque litteras per Nicephorum conficitur Cyprianus, quos per illum se misisse restatur Cornelius. Porro quandoquidem Epistola infra lxx. ad Cornelium, non tam Cypriani sit quam synodi Africane; iam non plures quam octo Cypriani ad Cornelium reperiantur Epistole.

2. Ne quid minus, &c. ] Tum ex hoc tam abrupto Epistolæ exordio tum ex epistola sequenti, in qua plenissime se à Cornelio instructū dicit Cyprianus de nouis Nouati & Nouati sui Machinis; patet fragmentum esse dumtaxat hanc Epistolam.

3. cum Maximus, &c. ] De horum expulsionem habes supra epistola xli. facit autem pro dicta nostra sententia quod dicit inde illos expulsos, Carthagine nempe, per Augendum Confessorem ] Nemini dubium esse debet, quin alius sit iste Augendus ab illo, qui una cum Maximo, Longino, & Machæo à Cypriano expulsus fuit. desiderantur autem litteræ istæ Cornelij.

4. puto Nicostratum ] Recte locum antea mutilum sic restituit Mamut. nam vocem, puto, reperire est & in Cambr. cod. Porro de Nicostrato, Nouato, & Euaristo latius Epistola sequenti, eiusdem factionis erant & Primum & Dionysius, quorum hic meminit.

5. Euaristum verò auctorem schismatis fuisse ] Aut hoc modo legendum est, ut vulgati codices habentis & Cambr. codex, aut si legamus: cum auctor schisma-

tis fuisset, legendum: Euaristi, uti Morelius. Verum prior lectio magis placet, ut emittetur hyperbaton. Cambr. codex legit: coauctorem, sed prius Malo.

6. Zetum ] Sic Mamut. & Morelius pro quo Cambr. cod. Zenum, utrumque desideratur in excusis hactenus. hic &c. quam illic ] Etiam hæc phrasis conuincit non esse Cypriani hanc Epistolam. porro malo legi: apud suos: quomodo etiam Cambr. cod. quam: apud vos, uti solus Mamut.

#### CYPRIANI RESPON- sum ad Cornelium de No- uati sceleribus.

##### EPISTOLA XLIX.

ARG. Laudat Cornelium, quod opportunè illum admonuerit, utpote quum postmodum venisset ad se nocens factio, litteris illius accepit. Deinde multis describit Nouati scelera, & schisma prius in Africa ab illo concitatum.

#### CYPRIANVS CORNE- lio fratri Salutem.

**E**T cum diligentia & cum dilectione, <sup>Li. 2. ep. 8.</sup> nefecisti, frater charissime, festinato ad nos mittendo Nicephorum Acoluthum, qui nobis & de confessoribus regressis gloriosam lætitiā nunciaret, & aduersus Nouatiani & Nouati nouas & perniciosas ad impugnandam Christi Ecclesiā machinas plenissime instrueret. Nam cū pridie istuc venisset hæreticæ prauitatis nocens factio ipsa iam perditā, & alios qui sibi cōsenserint perditura, postero die Nicephorus cū vestris litteris superuenit. Quibus & didicimus, & docere atque instruere cæteros cœpimus; Euaristum de Episcopo iam nec laicum remansisse, cathedræ & plebis extorem, & de Ecclesia Christi exsulem, per alias longè prouincias oberrare, & ipsum veritatis ac fidei naufragum factum, circa quosdam sui similes paria naufragia concitare: Nicostratum verò, diaconio sanctæ administrationis amisso, Ecclesiasticis pecuniis sacrilega frau de substractis, & viduarum ac pupillorum depositis denegatis, non tam in Africam venite voluisse, quam conscientia rapinarum & criminum nefandorum illinc ab vrbe fugisse. Et nunc Ecclesiæ defertor ac profugus, quasi, mutasse sit hominem, mutare regionem, confessorem se ultra iactat & prædicat, cum Christi confessor nec dici, nec esse iam possit, qui Ecclesiam

fiam Christi negauit. Nam cum Paulus Apostolus dicat: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrē, & erunt duo in carnem vnam: Sacramentum istud magnum est, ego autem dico in Christū & in Ecclesiam. Cum hoc, inquam, beatus Apostolus dicat: & Christi pariter atque Ecclesiæ vnitatem indiuiduis nexibus coherentem, sancta sua voce testetur, quo modo potest esse cum Christo, qui cū sponsa Christi atque in eius Ecclesia non est? aut quo modo assumit sibi regendæ aut gubernandæ Ecclesiæ curam, qui spoliavit & fraudauit Ecclesiam Christi? Nam de Nouato nihil inde ad nos fuerat nunciandum, cum magis per nos vobis debeat Nouatū ostēdi, rerum nouarum semper cupidus, auaritiæ inexplebili rapacitate furibūdus, arrogantia & stupore superbi tumoris inflat, semper istic episcopis male cognitus, quasi hæreticus semper & perfidus omnium sacerdotum voce damnatus; curiosus semper ut prodat, ad hoc adulari ut fallat, nunquam fidelis ut diligit, fax & ignis ad constanda fidei faciendā naufragia, hostis quietis, tranquillitatis aduersarius, pacis inimicus. Denique Nouato illinc à vobis recedente, id est, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta est, & gloriosi ac boni confessorum, qui de Ecclesia illo incitate discesserant, posteaquam ab vrbe ille discessit, ad Ecclesiam reuerterunt. Idem est Nouatus qui apud nos primum discordiæ & schismatis incendium ieminauit, qui quosdam istic ex fratribus ab episcopo segregauit, qui in ipsa persecutione ad euertendas fratrum mētes alia quædam persecutio nostris fuit. Ipse est qui Felicissimum satellitem suum diaconum nec permittente me, nec sciente, sua factione & ambitione constituit: & cum sua tempestate Romam quoque ad euertendam Ecclesiam nauigans similia illic & paria molitus est, à Clero portionem plebis auellens, fraternitatis bene sibi coherentis & se inuicem diligentis concordiam scindens. Planè quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginē Roma præcedere, illic maiora & grauiora commisit. Qui istic aduersus Ecclesiam diaconum fecerat, illic episcopum fecit. Nec hoc quisquam miretur in talibus. Feruntur semper mali suo furore dementes, & posteaquam scelera fecerint, conscientia ipsa sceleratā men-

tis agitatur. Nec remanere in Ecclesia Dei possunt, qui deificam & ecclesiasticam disciplinam nec actus sui conuersatione, nec morum pace tenuerunt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque Ecclesiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in eius furore conspiciamus. Pater etiam eius in vico fame mortuus, & ab eo in morte postmodum nec sepultus. Vterus vxoris calce percussus, & abortione properante in parricidium partus expressus. Et damnare nunc audet sacrificatium manus, cum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius qui nascebatur, occisus est: Hanc conscientiam criminum iam pridem timebat, propter hoc se non de presbyterio excitari tantum, sed & communicatione prohiberi pro certo tenebat: & vrgentibus fratribus imminebat cognitionis dies, quo apud nos causa eius ageretur, nisi persecutio ante venisset. Quam iste voto quodam euadendæ, & lucrandæ damnationis excipiens, hæc omnia commisit & miscuit; ut qui eiici de Ecclesia, & excludi habebat; iudiciū sacerdotum voluntaria discessione præcederet, quasi euasisse sit pœnam, præuenisse sententiā. Circa cæteros autem fratres elaboramus, quos ab eo circumuentos dolemus, ut veteratoris perniciosum latus fugiant, ut letales laqueos sollicitantis euadant, ut de qua ille pelli diuinitus meruit, Ecclesiam repetant. quos quidem Domino adiuuante, per eius misericordiam regredi posse confidimus. neque enim potest perire nisi quem constat esse periturum, cum Dominus in euangelio suo dicat: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Qui plantatus non est in præceptis Dei patris, & monitis, solus poterit de Ecclesia ille discedere; solus episcopis derelictis cum schismaticis & hæreticis in furore remanere. Cæteros verò nobiscum adunabit Dei patris misericordia, & Christi domini nostri indulgentia, & nostra patientia. Opto te frater charissime semper bene valere.

#### ADNOTATIONES IN Epistolam XLIX.

1. Festinato ad nos mittendo Nicephorum Acoluthum ] Alludit ad ipsa verba Epistolæ Cornelij xlv. quam cum hac constat simul missam.

H iij



2. plenissimè instrueret] Quod quæ breuissima sit præcedens epistola, non potest dici illa plenissimè instructus Cyprianus, quare fragmentum esse vel hinc patet.

3. Hæreticæ prauitatis nocens factio] Nicostratus nempè, Nouatus, Euaristus, Primus, & Dionysius.

4. Euaristum de Episcopo iam nec laicum remansisse] Erat enim in locum eius substitutus Zetus quidam, qui tamen quo loco Episcopum egerit ex Cypriano scire non potui. Quod autem dicit nec laicum remansisse, explicat, quum de ecclesia Christi exsulem per alias prouincias oberrare dicit.

5. Nicostratum verò diaconio sanctæ administrationis] Adnotatu dignum, quod diaconum sive diaconatum, ut hodie vocamus dicat sanctam administrationem. Verum de hoc latius Epistola lxx. Constat etiam hinc & epistola supra xx. Nicostratum non nisi diaconum fuisse Romanæ ecclesie; qui tamen si confessor Christi, confessionis illius immemor, non tam seductus est à Nouato, quam conscientia rapinarum & fraudum Roma cum illo profugit. Vtpote ecclesiasticis pecuniis apud se depositis secum ablati, & viduarum opibus & pupillorum, immò patrona sua carnalis (ut epistola præcedenti dictum est) fraude subtrahit. Suspicio illi commissum fuisse ecclesie Romanæ thesaurum, vti postea Stephano in Pontificatu Cornelij, & Laurentio in Pontificatu Sixti, Pontificum, atque adeo fuisse Archidiaconum Romanæ ecclesie. Quod confirmatur ex epistola supra xxvi. Vbi primo loco, post presbyteros, nomen illius epistola confessorum præfigitur, & rursum ex epistola xliij. vbi ipsum solum cum Maximo nominat Cyprianus, ad confessores scribens.

6. viduarum & pupillorum] Rursum error typographicus Remb. remansit hæcenus in excusis omnibus, ante Manut. & Morelium, nam vetus excusus illud legit, non: populorum.

7. Africam] Quamuis Africa nonnunquam pro tertia orbis parte accipatur, Romani tamen ea terrarum spatia, quæ ab aris Philenorum fratrum in occasum quam longissimè produciuntur Africam tantum vocabant. Sic dictam autem existimat Iosephus, ab Afro uno postero-rum Abrabæ ex Ceturæ.

8. quasi mutasse sit hominem, mutasse regionem] simile est hoc illi vulgato carmini: Cæbum non animinum mutant, qui trans mare currunt.

9. vltra iactat] Rectius sic Cambr. & Manut. quam ceteri: vltro, significat enim illum quum semel in numero confessorum fuerit, adhuc talem se iactare.

10. & erunt duo in carnem vnam] Sic Ms. & excusis hæcenus omnes excepto Manut. qui habet: in carne vna, sed prior lectio magis placet, quod eodem modo legat Tertull. lib. 3. contra Marcionem, Ambrosi. quoque ascriptus comment. & Greci omnes, tum apud Apostolum, tum Genes. 2.

11. in Christum & Ecclesiam] Ita etiam Ms. & excusis codices omnes excepto Morelio, qui reposuit: in Christo & Ecclesia, quod quidem placeret magis, eo quod D. Hieron. & Ambr. Augustin. & Greci quoque in comment. sic legant; nisi priori modo legeret Tertull. loco iam dicto, quem per omnia imitatur Cyprianus.

12. Aut quomodo assumit sibi Ecclesie regendæ curam] Hinc confirmatur illud Eusebij quod Nicostratus in Africa Episcopus, & velut alter Pontifex summus à Nouato ordinatus sit.

auaritiæ inexplebili rapacitate furibundus] Hæc lectio Cambr. codicis placet magis vulgata illa: auaritiæ inexplebilis rapacitate furibundus.

13. semper istic Episcopis male cognitus] Quod hic Episcopus, mox sacerdotes: quod hic, male cognitus, mox damnatus, dicit. Constat autem hinc Nouatum in Africa tanquam hæreticum damnatum fuisse, fuisse etiam presbyterum Cypriani, id est, Carthaginiensem à Cypriano ordinatum, tradunt Eusebius, & D. Hieron. cat. script. illust. Fortassis ille ipse est cuius supra facta est mentio Epistola vi. qui cum Donato & Curdo de graui quopiam negotio ad Cyprianum scripserant, de quo tamen nihil definire voluit ante reditum è secessu. Et si quid diuinare licet in re incerta, hinc fortassis initia facta schismatis, quod optata impetrare nequiret. Fuisse enim per illum segregatos à Cypriano quinque presbyteros de quibus supra, colligi videtur ex sequentibus, nã & ipse Felicissimum qui fuit illorum signifer & satellites Diaconum constitui, Cypriano nec permittente nec sciente. Porro illud: hostis quietis, adiectum est reces à Manutio & Morelio, quod habet etiam Camb. codex.

14. denique Nouato illinc à vobis recedente] sic legunt Ms. Cambr. Assig. March. Cauchij. Manutius quoque & Morelius, immò & textus ipse sic legendum conuenit. Nam significat recedente ab urbe Nouato statim ad unitatem reuersos confessores, antea erat: nobis.

15. Romam] Sic Ms. Cauchij cod. & Dum. ad marg. pro quo antea ceteri: Romæ, sed non satis Latine dicitur: Romæ nauigans.

16. vterus vxoris calce percussus] Assimebantur tum temporis ob aliorum paucitatem multi coniugati in Clerum, quare non mirum est, si vxoris Nouati meminuit, quum presbyter esset.

17. & abortione properante] Sic constanter Ms. cod. 4. Cauchij quoque, Manut. & Morelius. Antea erat: partione.

18. de presbyterio excitari] Presbyterium vitro modo hic accipitur, an pro presbyteri officio, an vero pro presbyterorum collegio, incertum est. Si priori modo excitari de presbyterio, videtur mihi idem esse, quod suspendi ab officio. Si posteriori modo, accipi mihi videtur pro eo quod hodie dicimus, citari à presbyteris, maxime quum de pro: a, Cypriano sit frequens.

19. nisi persecutio ante venisset] Hinc colligi videtur, commissam fuisse hæc crimina à Nouato, iam antequam Cyprianus in persecutione scederet.

20. Qui plantatus non est in præceptis Dei] Ex cod. Camb. adieciimus: in.

## MAXIMI ET CÆTERORUM confessorum ad Cyprianum de suo reditu ex schismate.

### EPISTOLA I.

Argumento ob sui breuitatem non indiget hæc epistola. Merè autem fuit Remboldi imperitia, qui quum primus hanc in lucem ederet, non tamen suo loco ante Epistolam sequentem posuerit, nec hæc

hac in re minor Morelij oscitantia, præsertim cum cod. Ms. cum ordinem rite seruauerint.

CYPRIANO FRATRI,  
MAXIMVS, VRBANVS, SIDONIVS ET MACARIVS S.

Lib. 3.

**R**ERTI sumus frater charissime, te quoque nobiscum pari voto congaudere, nos habito cõsilio, vtilitatibus Ecclesie & paci magis consulentes, omnibus rebus prætermisissis & iudicio Dei seruatis, cū Cornelio episcopo nostro pariter & cū vniuerso clero pacem fecisse, cum gaudio etiã vniuersæ Ecclesie, prona etiam omnium charitate. Hoc factū his litteris nostris scire certissimè debuisti. Oramus te frater charissime multis annis bene valere.

## ADNOTATIONES IN Epistolam I.

1. MAXIMVS, VRBANVS, SIDONIVS ET MACARIVS] De horum seductione & reditu ad unitatem ecclesie ita Cornelius Epistola ad Fabium Antioch. Episcopū apud Eusebium lib. 6. hist. eccl. ca. 33. In quibus fuit (nempè è numero sociorum Nouatiani) Maximus quidam presbyter Romanæ ecclesie, & Urbanus, qui secundo confessores existerāt, sed & Sidonius & Celerinus (aut potius Macarius, nam Celerinus constat prius in Africam venisse ad Cyprianum & ab eo lectorem ordinatum) qui valde clari in confessoribus habebantur, eo quod omnia tormentorum genera superauerant. Sed isti cum diligentius perspexissent, agere cum cuncta fraudibus & dolis mendacis atque peruriis, & quia bonitatem ad hoc solum simularet ut deciperet ignorantem, relicto eo seu potius execrato, ad ecclesiam cum magna satisfactione reuertuntur; & presentibus episcopis & presbyteris sed & laicis viris, primo quidem errorem suum, tum deinde illius fraudes ac fallacias confitentur. hæcenus ille. Vnde satis manifestum sit, quales hi fuerint & quam clari confessores; Ceterè quid postea de tribus posterioribus actum sit non potius deprehendere. Maximum verò postea Martyriū passum supra diximus epistola 48.

## CYPRIANI AD CONFESSORES de reditu ex schismate congratulatoria.

### EPISTOLA LI.

ARG. Gratulatur Confessoribus de reditu ad unitatem, ad eorum laudem referens, quod ante in confessione gesserant.

CYPRIANVS MAXIMO Presbytero, item Urbano, & Sidonio, & Macario fratribus Salutem.

**R**ECTIS litteris vestris fratres charissimi, quas ad me de vestra regressione, & de ecclesiastica pace, ac fraterna redintegratione fecistis, intantum me lætatu esse confiteor, in quantum fueram & ante lætatus, quando confessionis vestræ gloriam cõperi, & militiæ vestræ cælestem ac spiritalem laudè gratulabūsus excepi. Nã & hæc fidei & laudis vestræ alia cõfessio est, vnam esse Ecclesiam cõfiteri, nec alieni erroris, vel potius prauitatis participem fieri, repetere eadem castra vnde prodistis, vnde ad gerendum prælium & aduersariū subigendum fortissimis viribus profuistis. Illuc enim erant de acie trophæa referenda, vnde ad aciem fuerant arma suscepta: ne quos ad gloriam Christus parasset, eosdem gloriosos Christi ecclesia non haberet. Nunc vero & vos congruentem fidei vestræ tenorem, atque indiuiduam charitatis & concordie legem dominica pace tenuistis & exemplum ceteris dilectionis & pacis vestro itinere fecistis, vt Ecclesie veritas & euangelici sacramenti vnitas, quæ à nobis tenebatur, vestro etiam consensu ac vinculo neq̄teretur: nec confessores Christi erroris duces fierent, qui virtutis & honoris auctores laudabiles extitissent. Viderint quantum vobis ceteri gratulentur, vel quantum apud se ipsos singuli glorientur: ego me & gratulari satis vobis, & plus ceteris gloriarī in hac vestra pacifica regressione & charitate confiteor. simpliciter enim quid in meo corde fuerit, debetis audire. Dolebam vehemēter, & grauitè angebar, quod eis communicare non possem quos semel diligere cœpissim. Postea quam vos de carcere prodeuntes schismaticus & hæreticus error excepit, sic res erat, quasi vestra gloria in carcere remansisset. Illic enim redidisse vestri nominis dignitas videbatur, quando milites Christi non ad Ecclesiam de carcere redirent, in quem prius cum Ecclesie laude & gratulatione venissent. Nam et si videntur in ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt quoniam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ec-



clesia recedamus. <sup>1</sup> Nobis tantummodo laborandum est ut frumentum esse possimus, ut cum cœperit frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opere nostro & labore capiamus. Apostolus in epistola sua dicit: In domo autem magna non solum vasa sunt aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem honorata, quædam verò inhonorata. Nos operamur, & quantum possumus laboremus, ut vas aureum vel argenteum simus. cæterum fictilia vasa constringere Domino soli concessum est, cui & virga ferrea data est. Esse non potest maior domino suo seruus. Nec quisquam sibi quod soli filio pater tribuit, vindicare potest, ut putet aut ad arcam ventilandam & purgandam, palam ferre se iam posse, aut à frumento vniuersa zizania humano iudicio segregare. Superba est ista obstinatio, & sacrilega præsumptio, quam sibi furor præuus assumit. <sup>2</sup> Et dum dominium sibi semper quidam, plusquam mitis iustitia deposcit, assumunt, de Ecclesia percunt: & dum se insolenter extollunt, ipso suo timore cæcati, veritatis lumen amittunt. Propter quod & nos temperamentum tenentes, & libram Domini contemplantes, & Dei patris pietatem ac misericordiam cogitantes, diu multumque tractatu inter nos habito iusta moderatiōne agenda libramus. Quæ omnia penitus potestis inspicere <sup>10</sup> lectis libellis, quos hic nuper legeram, & ad vos quoque legendos pro communi dilectione transmiseram, ubi lapsis nec censura deest, quæ increpet, nec medicina, quæ sanet. <sup>11</sup> Sed & catholicæ Ecclesiæ unitatem, quantum potuit, expressit nostra mediocritas. quem libellum magis ac magis nunc vobis placere confido, quando cum iam sic legitis, ut & probetis, & ametis. si quidem quod nos verbis conscripsimus, vos factis impletis, quando ad Ecclesiam charitatis ac pacis unitate <sup>12</sup> remeatis. Opto vos fratres charissimi ac desideratissimi semper bene valere.

### ADNOTATIONES IN Epistolam LI.

1. Lectis litteris vestris] *Habes has his prefixas.* Nam & hæc fidei] *sic excussus hæc omnes: Ms. verò Affli. Dum. March. & vetus excussus: Nam & huius fidei.*

2. Postea quæ vos de carcere prodeuntes, &c. videntur hinc seducti à Nouato & Nouatiano qui primum carcere sunt egressi, quod contigisse videtur eodem

tempore quo Cyprianus è secessu rediit. Ad annum autem integrum iam dudum ante, fuisse illos carcere inclusos, patet ex epistola supra xxvi. Verum de hoc latius in vita Cypriani è scriptis eius collecta.

3. Nam & si videntur in ecclesia esse Zizania] *Quid sibi velit hoc loco Cyprianus, pulchre explicat D. Aug. lib. 2. contra Cresc. Grammat. ca. 34. ubi recitatis verbis huius loci. Vides (inquit) frater secundum scripturas Diuinas hoc præcepisse Cyprianum, etiam propter malos. Qui cum sint à bonis vicia moribusque spiritaliter separati, corporaliter tamen in ecclesia eis videntur esse permixti, usque in diem iudicij, quo etiam corporaliter debitas separabuntur ad penas. Non est ecclesia deserenda tanquam frumentum propter paleam vel Zizania, sicut nec domus magna propter vasa inhonorata, vides, autem diu sentis, capis, intelligis, quanto scelere, propter eos qui vobis siue recte siue cum fallimini displicent, separamini ab ecclesia qua toto orbe diffunditur? Et rursum ca. 37. Vos contagione malorum Afrorum perisicis dicitis ecclesiam de orbe terrarum, & in parte Donati eius reliquias remansisse, contra Cyprianum apertissime sentientes, qui dicit: nec malorum permixtione bonos perire in ecclesia nec eisdem malos posse ante tempus iudicij Diuini à bonorum permixtione separari. Quæ verba prolucius citauimus, ut agnoscat inde lector, per Zizania hoc loco, & rursum per vasa inhonorata & fictilia, non aliud intelligere Cyprianum, quam malos existentes in ecclesia. habet similia idem D. August. lib. contra Gaudentium secundo, qui adiectus est à Lipsio in aditione Frobeniana, sed perperam, tertius contra Gaudentium inscribitur. Nam (ut hoc obiter dicamus) libri duo qui prius exstabant, non nisi unus est, & primus liber; alter vero qui recens adiectus est, secundus est liber. Quod perspicuum est ex lib. retract. 2. ca. 9. ubi dicit se ambas Gaudentij Epistolas vno libro redarguisse, cui quum respondisset altero libro Gaudentius, se illud quicquid fuit sine rescripto relinquere noluisse. Hinc factum esse, ut duo sui ad illum libri scripti essent. Sed hæc hæcenus. si quis August. non credat, ipsum Cyprianum legat infra epistola ad Antonianum, ubi ipsissimis his verbis recitatis, suam sententiam multis verbis explicat. Sinistre igitur utrumque hunc locum detorquet hoc loco in suis adnotatiunculis Erasmus ad hæreticos, cum tantum absit ut de illis loquatur, ut patius contra hæreticos & schismaticos Nouatianos agat, qui se separabant ab ecclesia, eo quod mali lapsi nempe qui idolis sacrificarent) in ecclesiam reciperentur. Verum ob epistole huius breuitatem, latiore hac de re tractatum ad eam epistolam differemus.*

6. Nobis tantummodo] *Veram hæc lectionem Ms. & veteris excussus codicum, confirmat D. Augustinus loco citato contra Cresconium. Pro quo Remboldus nescio unde substituerat: imo, sed Erasmus diuinavit legendum: in modo, Alludit autem ad locum Matth. 13.*

6. fictilia vasa constringere] *Alludit ad illud Psal. 2. Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli constringes eos. Legit autem vas fictile paraphrasticos pro vase figuli: Dicens autem hoc soli filio à patre tributum, docet verba illa Psalms, esse patris ad filium.*

7. vindicare potest ut putet aut ad arcam] *Pulchre sic restitutus hic locus à Stanutio, pro quo alibi mendose legitur: vindicare se putet, ut ad arcam, Antea eundem hunc locum castigat Costarius, sed ille le-*

le legit: vindicari, pro eo quod habet Manus. vindicare potest, neutrum autem displicet.

8. ad arcam purgandam & ventilandam, palam ferre se iam posse] *Ita primus hunc locum restituit H. Grauius, pro eo quod erat: paleam. Est autem pala instrumentum rusticum vulgo notum. Apud Matthe. cap. 5. (ad quem locum haud dubie alludit Cyprianus) Græcè est πύλον, quod vetus interpres vertit ventilabrum, Tertull. vero lib. de fuga in persequat. Cyprianus hoc loco & infra epistola ad Antonianum, D. August. quoque in Psal. 92. palam transfulerunt. Et castigandus est hoc pacto etiam D. Hieron. contra Lucifer. quum dicit. Nemo potest Christi palam sibi assumere nemo ante iudicij diem de hominibus iudicare &c. quo loco hæcenus legitur: Palmam, quem errorem etiam aliorum latinorum libros inuasisse dicit Grauius. D. tamen August. contra Cresconita legit: ad arcam purgandam & ventilandam paleam, ventilabrum ferre se iam posse, Et certe probaretur mihi magis hæc lectio, nisi epistola ad Anton. ita castigandi non esset locus; præferim quum eum ipsum locum quemadmodum nos legit D. August. lib. 4. de bapt. contra Donatist. Accedunt etiam Ms. cod. Afflig. Dum. & March. qui constanter legunt: palam, nec vsquam vox: ventilabrum, interseritur.*

9. Et dum dominium sibi semper] *Etiam hanc castigationem H. Grauius acceptam debemus, pro eo quod erat: dominum. corruptissime. Manus. quidem (quantum arbitror sequutus D. Aug. loco iam dicto) utrumque omittit, & si id fiat, constabit sensus; verum quum Ms. cod. Dumensis & Cauchij legant: dominium, & ceteri Ms. alterum habeant, malui denuo in textum inferere.*

10. lectis libellis] *videtur hinc colligi plures à Cypriano conscriptos libros de lapsis, atque adeo fortassis hinc comprobari posse auctoritas libri ad Nouatianum de lapsis.*

11. Sed & Catholicæ ecclesiæ unitatem &c.] *Ex hoc loco primus ego quod sciam, ante annos complures deprehendi, librum Cypriani qui hæcenus inscribitur de simplicitate prelatorum, esse illum quem hic scripsisse se dicit: de unitate ecclesiæ catholicæ: verum de hoc plura suo loco.*

12. remeatis] *Ita Ms. tres, & vulgati typis & relictis meo iudicio, quam Manus. & Morelin: remeatis.*

### AD ANTONIANVM DE Cornelio & Nouatiano.

#### EPISTOLA LII.

ARG. Quum Antonianus acceptis litteris à Nouatiano in partes illius animo propendere cepisset, confirmat illum Cyprianus in prioris sententia, ut nempe cum Cornelio, hoc est, cum ecclesia catholica communicare pergat. Quod ut persuadeat, totius tragediæ inter Cornelium & Nouatianum historiam rexit, & Cornelium verum optimum & legitime electum, Nouatianum verò multis sceleribus obnoxium illegitimam electionem surpassasse docet: obire etiam sub initium epistolæ se excusans, de mutata quod ad lapsum

rationem attinet sententia, & sub finem in quo Nouatiana hæresis consiliat explicans.

### CYPRIANVS ANTONIANO fratri S.

**A**CCEPI primas litteras tuas frater charissime, cõcordiam collegij sacerdotalis firmiter obtinentes, & catholicæ ecclesiæ cohærentes, quibus significasti cum Nouatiano te non communicare, sed sequi consilium nostrum, & cum Cornelio coepiscopo nostro vnum tenere consensum. Scripsisti etiam, ut exemplum earundem litterarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut deposita omni sollicitudine iam sciret, te secum, hoc est, cum catholica Ecclesia communicare. Sed enim superuenerunt postmodum aliæ litteræ tuæ per Quintum presbyterum missæ, in quibus animaduerti animum tuum Nouatiani litteris motum nutare cœpisse. Nam cum & consilium & cõsensum tuum firmiter ante fixisses, desiderasti in his litteris, ut rescriberem tibi; quam hæresim Nouatianam introduxisset, vel Cornelius, qua ratione Trophimo & turificatis communicet. Quod quidem si pro sollicitudine fidei anxie curas, & rei dubiæ veritatem sollicitus exploras; reprehendenda non est in timore diuino æstuatis animi sollicitudo suspensã. Quoniam tamen video, post primam sententiã epistolæ tuæ, Nouatiani litteris postmodum te esse cõmotum, illud frater charissime, primo in loco pono: graues viros, & semel super petram solida stabilitate fundatos, non dico aura leui, sed nec vento aut turbine commoueri, ne animus dubius & incertus variis opinionibus, velut quibusdam ventorum incurfantium flatibus, frequenter agitetur, & à proposito suo cũ quadam leuitatis reprehensione mutetur. Quod ne vel apud te vel apud quemquam Nouatiani litteræ faciant; ut desiderasti frater, rationem rei tibi breuiter exponã. Et quidem primũ, quoniam de meo quoque actu motus videris, mea apud te & persona, & causa purganda est, ne me aliquis existimet à proposito meo leuiter recessisse: & cũ euangelicum vigorem primo & inter initia defenderim, postmodum videar animum meum à disciplina, & censura priore flexisse; ut his, qui

Lib. 4.  
Epsl. 2.



libellis conscientiam suam maculauerint, vel nefanda sacrificia commiserint, laxandam pacem putauerim. Quod utrumque non sine librata diu & ponderata ratione à me factum est. Nani cum acies adhuc inter manus esset, & prælium gloriosi certaminis in persecutione ferueret, toto hortatu, & pleno impetu militum vires fuerant excitanda, & maximè lapsorum mentes classico quodam nostræ vocis animandæ, vt pœnitentiæ viam non solum<sup>11</sup> precibus & lamentationibus sequerentur, sed (quoniam reperendi certaminis & reparandæ salutis dabatur occasio) ad confessionis potius ardorem, & martyrij gloriam nostris increpiti vocibus prouocarentur. Denique cum de quibusdam ad me presbyteri & diaconi scripsissent, eos immoderatos esse, & ad communicationem accipiendam festinanter vrgere; rescribens eis<sup>12</sup> in epistola mea quæ extat, & hoc addidi: Qui si nimium properat, habent in sua potestate quod postulant, tempore ipso sibi plus quam postulant largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur. Si commissi verè & firmiter pœnitet, & fidei calor præualeat, qui differri non potest, potest coronari. De eo tamen quod statuendum esse circa causam lapsorum distuli; vt cum quies & tranquillitas data esset, & episcopis in vnum conuenire indulgentia diuina permetteret, tunc communicato & librato de omnium collatione consilio, statueremus quid fieri deberet si quis vero ante consilium nostrum, & ante sententiam de omnium consilio statutam lapsus temerè communicare voluisset, ipse à communicatione abstineret.

<sup>13</sup> Quod etiam Romam ad clerum tunc adhuc sine episcopo agentem, & ad confessores Maximum presbyterum & cæteros in custodia constitutos, <sup>14</sup> nunc in Ecclesia cum Cornelio iunctos, plenissimè scripsi.

<sup>15</sup> quod me scripsisse, de eorum rescriptis poteris noscere. nam in epistola sua ita posuerunt: Quanquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipse tractasti, prius esse Ecclesiæ pacem sustinendam; deinde sic collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconibus, confessoribus<sup>16</sup> pariter ac stantibus laicis facta, lapsorum tractare rationem. Additum est etiam<sup>17</sup> Nouatiano tunc scribente, & quod scripserat sua voce recitante, & presbytero Moyse, <sup>18</sup> tunc adhuc confessore, nunc,

iam martyre subscribente, vt lapsis infirmis, & in exitu constitutis pax daretur. Quæ litteræ per totum mundum missæ sunt, & in notitiam Ecclesiis omnibus & vniuersis fratribus perlatae sunt. Secundum quod tamen ante fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas in vnum conueniendi, <sup>19</sup> copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protexit, in vnum conuenimus, & scripturis diu ex vtraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, vt nec in totum spes communicationis & pacis<sup>20</sup> lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, & eo quod sibi Ecclesia cluderetur, secuti sæculum gentiliter viuerent; nec tamen rursus censura euangelica solueretur, vt ad communicationem temerè profliterent; sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causæ, & voluntates, & necessitates singulorum, <sup>21</sup> secundum quod libello continetur, quem ad te peruenisse confido, vbi singula placitorum capita conscripta sunt. Ac si minus sufficiens episcoporum in Africa numerus videbatur, <sup>22</sup> etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, <sup>23</sup> qui & ipse cum plurimis coepiscopis habito concilio, in eandem nobiscum sententiam pari grauitate & salubri moderatione consensit.

<sup>24</sup> De quo tibi necesse nunc fuit scribere, vt scias me nihil leuiter egisse, sed secundum quod litteris meis fueram ante complexus, omnia ad communè concilij nostri consilium distulisse, & nemini quidem ex lapsis prius communicasse; quando adhuc erat, vnde non tantum indulgentiam, sed & coronam<sup>25</sup> lapsus acciperet: postea tamè sicut collegij concordia, & colligendæ fraternitatis, ac medendi vulneris utilitas exigebat, necessitati temporum succubuisse, & saluti multorum prouidendum putasse, & nunc ab his non recedere, quæ semel in concilio nostro de communi collatione placuerunt, quamuis multa multorum vocibus ventilentur, & mœdacia aduersus sacerdotes Dei, de diaboli ore prolata, ad rumpendam catholicæ vnitatis concordiam vbiq; iactentur. Sed te oportet vt bonum fratrem atque vnam mem confacerdotem, non quid maligni atque apostatæ dicant facile suscipere; sed quid collegæ tui modesti & graues viri faciant,

faciant, de vitæ & disciplinæ nostræ exploratione perpendere.<sup>26</sup> Venio iam nunc, frater charissime, ad personam Cornelij collegæ nostri; vt Cornelium nobiscum verius noueris, non de malignorum & detrahentium mendacio, sed de Domini Dei iudicio, qui Episcopum fecit, & coepiscoporum testimonio, quorum numerus vniuersus per totum mundum concordia vniuersitate consensit: Nam, quod Cornelium charissimum nostrum Deo, & Christo & Ecclesiæ eius, item confacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat; nõ iste ad Episcopatum subito peruenit, sed<sup>27</sup> per omnia ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus Dominum sæpe promeritus, ad sacerdotij sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tum deinde Episcopatum ipsum nec postulauit, nec voluit, nec vt ceteri, quos arrogantia & superbia suæ tumor inflat, inuast; sed quietus & modestus, & quales esse consueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, <sup>28</sup> pro pudore virginalis conscientia suæ, & pro humilitate ingentæ sibi & custoditæ verècundia, non vt quidam vim fecit, vt Episcopus fieret; sed ipse vim passus est; vt Episcopatum coactus exciperet. <sup>29</sup> Et factus est Episcopus à plurimis collegis nostris, qui tunc in vrbe Roma aderant, qui ad nos litteras honorificas, & laudabiles, & testimonio suæ prædicationis illustres de eius ordinatione miserunt. Factus est autem Cornelius Episcopus de Dei & Christi eius iudicio, de clerorum pene omnium testimonio, de plebis, quæ tunc affuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio; cum nemo ante se factus esset, cum Fabiam locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret, quo occupato de Dei voluntate, atque omnium nostrum consensione firmato, quisquis iam Episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem qui Ecclesiæ non tener vnitatem, quisquis ille fuerit, multum de se licet iactans, & sibi plurimum vindicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, <sup>30</sup> quisquis post vnum, qui solus esse debeat, factus est, non iam secundus ille, sed nullus est. Tum deinde post episcopatum non exambitum, nec extortum, sed de Dei, qui sacerdotes facit, voluntate

susceptum, quanta in ipso suscepto Episcopatu suo virtus? quantum robur animi? qualis firmitas fidei? quod nos simplici corde & perspicetè penitus, & laudare debemus: <sup>31</sup> sedisse intrepidum Romæ in sacerdotali cathedra, eo tempore, cum tyrannus infestus sacerdotibus Dei fanda, atque infanda comminaretur; cum multo patientius & tolerabilius audiret leuari aduersus se emulum principem, <sup>32</sup> quam constitui Romæ æmulum sacerdotem. Nõne hic frater charissime summo virtutis & fidei testimonio prædicandus est? nonne inter gloriofos confessores & martyras deputandus; qui tantum temporis sedit expectans corporis sui carnifices, & tyranni ferocientis vltiores, qui Cornelium aduersus edicta fœtalia resistentem, & minas, & cruciatus, & tormenta fidei vigore calcantem, <sup>33</sup> vel gladio inuaderent, vel crucifigerent, vel igne torerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum viscera eius & membra laniarent? Eriã si maiestas Domini protegentis & bonitas sacerdotem, quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen Cornelius, quantum ad eius deuotionem pertinet & timorem, passus est quicquid pati potuit, & tyrannum armis, & bello postmodum victum, prior sacerdotio suo vicit. Quod autem quædam de illo inhonestæ & maligna iactantur nolo mireris; cum scias hoc esse opus semper diaboli, vt seruos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet; vt qui conscientia suæ luce clarescunt, alienis rumoribus sordidentur. Explorasse autem collegas nostros scias & verissime comperisse nulla illum libelli, vt quidam iactant, labe maculatum esse, sed neque cum Episcopis, qui sacrificauerunt, communicationem sacrilegam miscuisse; sed eos demum quorum causa audita & innocentia comprobata sit, coniunxisse nobiscum. Nam & de Trophimo, de quo tibi scribi desiderasti, non ita res est, vt ad te pertulit rumor, & mendacium malignorum. Nam sicut antecessores nostri sæpe fecerunt, colligendis fratribus nostris, charissimus frater noster Cornelius <sup>34</sup> necessitati succubuit: <sup>35</sup> & quoniam eum Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nunc ad Ecclesiam Trophimo; & satisfaciente, & pœnitentia deprecationis errorem pristinum confitente; & fraternitatem, quam nuper abstraxerat, cum plena



humilitate & satisfactione reuocante, audita sunt eius preces; & in Ecclesiam Domini non tam Trophimus quam maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est: qui omnes regressuri ad ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comitante venissent. <sup>36</sup> Tractu ergo illic cum collegis plurimis habito, susceptus est Trophimus; pro quo satisfaciebat fratrum reditus, & restituta multorum salus: sic tamen admissus est Trophimus, <sup>37</sup> ut laicus communicet; non secundum quod ad te malignorum litterae pertulerunt, quasi locum sacerdotis usurperet. Sed & quod passim communicare sacrificatis Cornelius tibi nunciatus est, hoc etiam de apostatarum fictis rumoribus nascitur. Neque enim possunt laudare nos, qui recedunt: aut expectare debemus ut placeamus illis, qui nobis displicentes, & contra Ecclesiam rebelles, sollicitandis de Ecclesia fratribus violenter insunt. Quare & de Cornelio, & de nobis quaecumque iactantur, nec audias facile, nec credas frater charissime. Si qui enim infirmitatibus occupantur, illis, sicut placuit, in periculo subuenitur: postea quam tamen subuentum est, & periclitantibus pax data est, suffocari à nobis non possunt, aut opprimi, aut vi & manu nostra in exitum mortis vrgeri, ut quoniam morientibus pax datur, necesse sit mori eos, qui acceperint pacem: cum magis in hoc iudicium diuinæ pietatis, & paternæ lenitatis appareat, quod qui pignus vitæ in data pace percipiunt, hic quoque ad vitam percepta pace tenantur. <sup>38</sup> Et iccirco si accepta pace commeatus à Deo datur, nemo hoc debet in sacerdotibus criminari, cum semel placuerit fratribus in periculo subueniri. <sup>39</sup> Nec tu existimes frater charissime, sicut quibusdam videtur, libellaticos cum sacrificatis æquari oportere; quando inter ipsos etiam qui sacrificauerint, & conditio frequenter & causa diuersa sit. Neque enim æquandi sunt, ille qui ad sacrificium nefandum statim voluntate <sup>40</sup> prosiliuit; & qui reluctatus & congressus diu ad hoc functum opus necessitate peruenit: ille qui & se & omnes suos prodidit; & qui ipse pro cunctis ad discrimen accedens, uxorem, & liberos, & domum totam periculi sui perfensione protexit ille qui inquilinos vel amicos suos ad facinus compulit, & qui inquilinis & colonis pe-

percit, fratres etiam plurimos qui extorres & profugi recedebant, in sua tecta & hospitia recepit, ostendens & offerens Domino multas <sup>41</sup> viuentes & incolumes animas, quæ pro vna faucia deprecantur. Cum ergo inter ipsos qui sacrificauerint, multa sit diuersitas, quæ inclementia est, & quàm acerba duritia libellaticos cum iis qui sacrificauerint iungere? quando is cui libellus acceptus est, dicat: Ego prius legeram, & episcopo tractante cognoueram non sacrificandum idolis, nec simulacra seruum Dei adorare debere; & iccirco ne hoc facerem, quod non licebat (cum occasio libelli fuisset oblata, quem nec ipsum acciperem nisi ostensa fuisset occasio) ad magistratum vel veni, vel alio eunte mandauit: Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non posse, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciã. Nunc tamen etiam iste qui libello maculatus est, postea quam nobis admonentibus didicit, nec hoc se facere debuisse, & si manus puta sit, & os eius feralis cibi contagia nulla polluerint, conscientiam tamen eius esse pollutam; flet auditis nobis, & lamentatur, & quod deliquerit nunc admonetur, & non tam crimine, quàm errore deceptus, quod iam de cætero instructus, & paratus sit, contestatur. <sup>42</sup> Quorum si pœnitentiam respiciamus habentium aliquam fiduciam tolerabilis conscientia, statim cum vxore, cum liberis quos incolumes seruauerat, in hæresim vel schisma <sup>43</sup> diabolo inuitante rapiuntur: & adscribentur nobis in die iudicij, nec ouem fauciam curasse, & propter vnam fauciam multas integras perdidisse. Et cum Dominus relictis nonaginta nouem sanis vnam errantem & lassam quæserit, & inuentam humeris suis ipse portauerit; <sup>44</sup> nos non tantum non quæramus lapsos, sed & venientes arceamus: & cum pseudopropheta gregem Christi nunc vastare & lacerare non desinant, occasionem canibus & lupis demus ut quos persecutio infesta non perdidit, eos nos duritia nostra & inhumanitate perdamus. Et vbi erit frater charissime quod apostolus dicit? Omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi vile est, sed quod multis ut saluentur. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et iterum: Factus sum infirmus infirmis, ut infirmos lucrarem. Et iterum: Si patitur membrum vnum, compatiuntur

tiuntur & cætera membra: <sup>45</sup> & si lætatur vnum membrum, lætatur & cætera membra. Alia est Philosopherum & Stoicorum ratio frater charissime, qui dicunt omnia peccata paria esse, & virum graue non facile flecti oportere. inter Christianos autem & philosophos plurimum distat. Et cum Apostolus dicat: <sup>46</sup> Videte ne quis vos deprædetur per philosophiã & inanem fallaciam, vitanda quæ non de Dei clementia veniunt, sed de philosophiæ durioris præsumptione descendunt. De Moyse autem legimus in scripturis dictum: Et fuit Moyses homo lenis nimis. Et Dominus in euangelio suo dicit: Estote misericordes, sicut & pater vester misertus est vestri. Et iterum: <sup>47</sup> Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Quam potest exercere medicinam, qui dicit: ego solos sanos curo, quibus medicus necessarius non est? Opem nostram, medelam nostram vulneratis exhibere debemus. Nec putemus mortuos esse, sed magis semianimes iacere eos, quos persecutione funesta fauciatos videmus: qui si in totum mortui essent, nunquam de eisdem post modum & confessores & martyres fierent. Sed quoniam est in illis <sup>48</sup> quod pœnitentia sequente reualecat, <sup>49</sup> ad fidem, & ad virtutem de pœnitentia robor armatur; quod armari non poterit, si quis desperatione deficiat, si ab Ecclesia dure & crudeliter segregatus, ad gentiles se vias & sæcularia opera conuertat, vel ad hæreticos & schismaticos reiectus ab Ecclesia trahatur. <sup>50</sup> Vbi etsi occisus propter nomen postmodum fuerit extra Ecclesiam constitutus, & ab vnitatem atque à charitate diuisus, coronari in morte non poterit. Et ideo placuit frater charissime examinatis causis singulorum libellaticos intermittere admitti, <sup>51</sup> sacrificatis in exitu subueniri, <sup>52</sup> quia exomologesis apud inferos non est nec ad pœnitentiam quis à nobis compelli potest, si fructus pœnitentiæ subtrahatur. Si prælium prius venerit, corroboratus à nobis inuenietur armatus ad prælium. si vero ante prælium infirmitas vserit, <sup>53</sup> cum solatio pacis & communicationis abscedit. neque enim præiudicamus Domino iudicaturus, quo minus si pœnitentiam plenam & iustam peccatoris inuenit, tunc ratum faciat quod à nobis fuerit hic statutum. Si vero nos aliquis pœnitentiæ simulatione deluserit; Deus qui non deridetur, & qui

cor hominũ intuetur; de his quæ nos minus perspeximus iudicet, & feruorum sententiam Dominus emendet; dum tamen nos meminisse frater debeamus scriptum esse: Frater fratrem adiuuans exaltabitur. Et Apostolum quoque dixisse: <sup>54</sup> In contemplatione habentes vnusquisque, ne & vos tentemini, alterutrum onera sustinete, & sic adimplebitis legem Christi. Item quod superbos redarguens & arrogantiam frangens in epistola sua ponat: Et qui se putat stare, videat ne cadat. Et alio in loco dicat: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit; stabit autem, potens est enim Deus statuere eum. Ioannes quoque Iesum Christum Dominum aduocatum & depræcatorem pro peccatis nostris probet dicens: Filioli mei ista scribo vobis ne delinquatis, & si quis deliquerit, aduocatum habemus apud patrem, <sup>55</sup> Iesum Christum iustum, & ipse est deprecatio pro delictis nostris. Et Paulus quoque Apostolus in Epistola sua posuit: <sup>56</sup> Si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine illius, liberabimur per illum ab ira. Cuius pietatem & clementiam cogitantes, non acerbi adeo, nec duri, nec in fouendis fratribus inhumani esse debemus. sed dolere cum dolentibus, & cum flentibus flere, & eos quantum possumus auxilio & solatio nostræ dilectionis erigere, nec adeo immites & pertinaces ad eorum pœnitentiam retundendam, nec iterum soluti & faciles ad communicationem temere laxandam. Iacet ecce faucius frater ab aduersario in acie vulneratus. Inde diabolus conatur occidere quem vulnerauit, hinc Christus hortatur ne in totum pereat, quem redemit. Cui de duobus assistimus, <sup>57</sup> in cuius partibus stamus? vtrum ne diabolo fauamus ut perimat, & semianimem fratrem iacentem, sicut in Euangelio sacerdos & leuites præterimus? an vero ut sacerdotes Dei & Christi, quod Christus & docuit, & fecit imitantes, vulneratum de aduersarij faucibus rapimus, ut curatum Deo iudici referemus? <sup>58</sup> Nec putes frater charissime hinc aut virtutem fratrum minui, aut martyria deficere, quod lapsis laxata sit pœnitentia, & quod pœnitentibus spes pacis oblata. Manet vere fidentium robor immobile, & apud timentes ac diligentes corde to-



to Deum stabilis & fortis perseverat integritas. Nam & mœchis à nobis pœnitentiæ tempus conceditur, & pax datur, non tamen idcirco virginitas in ecclesia deficit, aut continentia propofitum gloriosum per aliena peccata languescit. Floret Ecclesia tot virginibus coronata, & castitas ac pudicitia tenorem gloriae suæ servat, nec quia adultero pœnitentia & venia laxatur, continentia vigor frangitur. Aliud est, ad veniam stare, aliud ad gloriam pervenire: <sup>19</sup> aliud missum in carcerem non exire inde, donec solvat novissimum quadrantem; aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne; aliud peccata omnia passione purgasse: aliud denique <sup>60</sup> pendere in die iudicii ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari. Et quidem apud antecessores nostros quidam de Episcopis istic in provincia nostra <sup>61</sup> dandam pacem mœchis non putaverunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clausurunt; non tamen à coepiscoporum suorum collegio recesserunt, aut catholicæ ecclesiæ unitatem vel duritiæ, vel censuræ suæ obstinatione ruperunt; ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat, de Ecclesia separaretur. <sup>62</sup> Manente concordia vinculo & perseverante catholica Ecclesiæ indiuiduo sacramento, actum suum disponit & dirigit vnusquisque Episcopus, rationem propofiti sui Domino redditurus. <sup>63</sup> Miror autem quosdam sic obstinatos esse ut dandam non putent lapsis pœnitentiam, aut pœnitentibus existiment veniam denegandam, cum scriptum sit: memento vnde cecideris, & age pœnitentiam, & fac priora opera. Quod vtiq; ei dicitur, quem confat cecidisse, & quem Dominus hortatur per opera rursus exurgere, quia scriptum est: Eleemosyna à morte liberat; & non vtiq; ab illa morte, quam semel Christi sanguis extinxit, & à qua nos salutaris baptismi & redemptoris nostri gratia liberauit, sed ab ea, quæ per delicta postmodum serpit. Alio item loco pœnitentiæ tempus datur, & pœnitentiam non agentis Dominus comminatur: <sup>64</sup> Habeo, inquit, aduersus te multa, quod uxorem tuam Iezabel, quæ se dicit prophetem, finis docere & seducere seruos meos, fornicari <sup>65</sup> & manducare de sacrificiis, & dedi-

illi tempus ut pœnitentiam ageret, <sup>66</sup> & pœnitere non vult à fornicatione. Ecce mitto eam in lectum, & qui cum ea fornicati sunt, in maximam tribulationem, nisi pœnitentiam gesserint ab operibus suis. Quos vtiq; ad pœnitentiam Dominus non hortaretur, nisi quia pœnitentibus indulgentiam pollicetur. Et in Euangelio: Dico, inquit vobis, sic erit gaudium in <sup>67</sup> caelo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, quibus non est opus pœnitentia. Nam cum scriptum sit: Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum; vtiq; qui neminem vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per pœnitentiam denuo ad vitam redire. Ideo & <sup>68</sup> per Iohel prophetam clamat & dicit: Et nunc dicit Dominus Deus: Reuertimini ad me ex toto corde vestro, simulque & ieiunio, & fletu, & planctu, & discindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & reuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia misericors & pius est, & patiens, & multæ miserationis, & qui sententiam flectat aduersus malicias irrogatas. In psalms etiam legimus censuram pariter & clementiam Dei comminantis simul atque parentis; punientis ut corrigat, & cum correxerit referantis. Visitabo, inquit, <sup>69</sup> in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Dominus quoque in Euangelio pietatem Dei patris ostendens ait: Quis est ex vobis homo quem si petierit filius eius panem, lapidē <sup>70</sup> porriget illi? aut si pisicem postulauerit, serpentem illi porriget? Si ergo vos, cum sitis nequam, scitis bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester celestis dabit bona poscentibus se? <sup>71</sup> Cōparat hic Dominus carnalem patrem & Dei patris aternam largamque pietatem: quod si iste in terris nequam pater offensus grauius à filio peccatore & malo, si tamen eūdem postmodum viderit reformatum, & depositis prioris vitæ delictis ad sobrios & bonos mores, & ad innocentia disciplinam pœnitentiæ dolore correctum, & gaudet & gratulatur, & susceptum quem ante proiecerat cum voto paternæ exultationis amplectitur; quanto magis vnus ille & verus pater bonus, misericors & pius, immo ipsa bonitas & misericordia, & pietas lætatur in pœnitentia filiorum

Mat. 5. filiorum suorum, nec iram pœnitentibus, aut plangentibus & lamentantibus pœnam comminatur, sed veniam magis & indulgentiam pollicetur. Vnde Dominus in euangelio beatos dicit plangentes, quia qui plangit, misericordiam prouocat: qui pernicax & superbus est, iram sibi & pœnam iudicii venientis exaggerat. Et sic etiam frater charissime, <sup>72</sup> pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus à spe communicationis & pacis, si in infirmitate atque in periculo cæperint deprecari, quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum. <sup>73</sup> Quod veto ad Nouatianum personam pertinet fratres carissime, de quo desiderasti tibi scribi quam haresim introduxisset; scias nos primo in loco <sup>74</sup> nec curiosos esse debere quid ille doceat, cum foris doceat. Quisquis ille est, & qualiscunque est, Christianus non est, qui in Christi Ecclesia non est. <sup>75</sup> Tacet se licet & philosophiam vel eloquentiam suam superbis vocibus prædicet; qui nec fraternam caritatem, nec ecclesiasticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amisit. Nisi si episcopus tibi videtur, qui episcopo in Ecclesia à sedecim coepiscopis factus, adulter atque extraneus episcopus fieri à desertoribus per ambitum nititur: & cum sit à Christo vna Ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa, item <sup>76</sup> episcopatus vnus, episcoporum multorum concordia numerositate diffusus; ille post dei traditionem, post connexam & vbiq; coniunctam catholicæ Ecclesiæ unitatem, humanam conetur Ecclesiam facere, & per plurimas ciuitates nouos apostolos suos mittat, ut quædam recentia institutionis suæ fundamenta constituat; cumque iam pridem per omnes prouincias & <sup>77</sup> per vrbes singulas ordinati sint episcopi in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti; ille super eos <sup>78</sup> creare alios pseudoepiscopos audeat. Quasi possit aut torum orbem noui conatus obstinatione peragrarè, aut ecclesiastici corporis compaginem discordia suæ seminatione rescindere; nesciens schismaticos semper inter initia feruere, incrementa ve-

ro habere non posse, nec augere quod illicitè cæperint, sed statim cum praua sua æmulatione deficere. <sup>79</sup> Episcopatum autem tenere non posset, etiam si episcopus prius factus, à coepiscoporum suorum corpore & ab Ecclesiæ unitate descisceret; quando Apostolus admonet, ut inuicem nosmet ipsos sustineamus, ne ab unitate quam Deus constituit, recedamus, & dicat: Sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem Spiritus in coniunctione pacis. Qui ergo nec unitatem Spiritus nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab Ecclesiæ vinculo atque à sacerdotum collegio separat; episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui episcopatus nec unitatem voluit tenere, nec pacem. <sup>80</sup> Tum deinde quantus arrogantia tumor est, quanta humilitatis & lenitatis obliuio, arrogantia suæ quanta iactatio, ut quis aut audeat, aut facere se posse credat, quod nec Apostolis concessit Dominus, ut zizania à frumento puter se posse discernere, aut quasi ipsi paleam ferre & aream purgare concessum sit, paleas conetur à tritico separare. Cumque Apostolus dicat: In domo autem magna non solum vasa aurea sunt & argentea, sed & lignea & fictilia; aurea & argentea vasa videatur eligere, lignea vero & fictilia contemnere, abiicere, damnare; quando non nisi die Domini vasa lignea diuini ardoris incendio concrementur, & fictilia ab eo cui data est ferrea virga, frangantur. Aut si se cordis & renis scrutatorem conlittuit & iudicem, per omnia æqualiter iudicet, & cum sciat scriptum esse: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deteri fiat, <sup>81</sup> fraudatores & mœchos à latere atque à comitatu suo separet: quando multo & grauior, & peior sit mœchi quam libellatici causa, cum hic necessitate, ille voluntate peccauerit hic existimans sibi satis esse quod non sacrificauerit, errore deceptus sit, ille matrimonij expugnator alieni, vel lupanar ingressus ad cloacam & cœnosam voraginem vulgi, sanctificatum corpus & Dei templum detestabili colluione violauerit: sicut Apostolus dicit: Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem mœchatur, in corpus suum peccat. Quibus tamen & ipsis pœnitentia conceditur & lamentandi ac satisfaciendi spes relinquitur, secundum ipsum



i. Cor. 12.

apostolum dicentem: Timeo ne forte veniens ad vos, lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam de immunditiis quas fecerunt, & fornicationibus & libidinibus. Nec sibi in hoc noui hæretici blandiantur, quod se dicant idololatriis non communicare; quando sint apud illos & adulteri & fraudatores, qui teneantur idololatriæ crimine, secundum

Ephes. 5.

apostolum dicentem: <sup>80</sup> Hoc enim scitote intelligentes quia omnis fornicator aut immundus, aut fraudator, quod est idololatria, non habet hæreditatem in regno

Colos. 3.

Christi & Dei. Et iterum: Mortificate itaque membra vestra quæ in terra sunt, <sup>81</sup> exponentes fornicationem, immunditiam, & concupiscentiam malam, & cupiditatem, quæ sunt idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei. Nam cum corpora nostra membra sint Christi, & singuli simus templum Dei, quisquis adulterio templum Dei violat, Deum violat, & qui in peccatis committendis voluntatem diaboli facit, dæmoniis & idolis seruit. Neque enim mala facta de sancto Spiritu veniunt, sed de aduersarij instinctu; & de immundo spiritu natæ concupiscentiæ contra Deum facere, & diabolo seruire compellunt. Ita fit ut si peccato alterius inquinari alterum dicunt & idololatriam delinquentis ad non delinquentem transire sua assuetudine contendunt; excusari secundum suam vocem non possint ab idololatriæ crimine, cum constet de Apostolica probatione mœchos & fraudatores, quibus illi communicant idololatrias esse. Nobis autem secundum fidem nostram, & diuinæ prædicationis datam formam competit ratio veritatis, vnumquemque in peccato suo ipsum tenere, <sup>82</sup> nec posse alterum pro altero reum fieri, cum Dominus præmoneat & dicat: Iustitia iusti super eum erit, & scelus scelerati super eum erit. Et iterum: Non morientur patres pro filiis, & filij non morientur pro patribus. Vnusquisque in peccato suo morietur. <sup>83</sup> Quod legentes scilicet & tenentes, neminem putamus à fructu satisfactionis & spe pacis arcendum; cum sciamus iuxta scripturarum diuinarum fidem, auctore & hortatore ipso Deo, & ad agenda pœnitentiam peccatores redigi, & veniam atque indulgentiam pœnitentibus non denegari. Atque ò frustrandæ fraternitatis irritio, ò miserorum lamen-

Ezech. 18.

tantium caduca deceptio, ò hæreticæ institutionis inefficax & vana traditio; hortari ad satisfactionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam; dicere fratribus nostris, plange & lacrimas funde, & diebus ac noctibus ingemisce, & pro abluendo & purgando delicto tuo largiter & frequenter operare, sed extra Ecclesiam post omnia ista morieris; quæcunque ad pacem pertinent, facies, sed nullam pacem, quam quæris, accipies. Quis non statim pereat? quis non ipsa desperatione deficiat? Quis non animum suum à proposito lamentationis auertat? Operari tu putas rusticum posse, si dixeris: agrum peritiam omni rusticitatis exerce, culturis diligenter insiste: sed nullam messem metes, nullam vindemiam premes, nullos oliueti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? <sup>84</sup> Vel si ei, cui dominium est, vsum nauium, suadeas, dicas: Materiam de excellentibus syluis mercare frater; carinam præualidis & electis roboribus intexæ, clauo, funibus, velis, ut fabricetur atque armetur nauis, operare: sed cum hæc feceris, fructum <sup>85</sup> de actibus eius & cursibus non videbis? Præcludere est atque abscindere iter doloris ac pœnitendi viâ, ut cū inscripturis dominus Deus reuertentibus ad se & pœnitentibus blandiatur; nostra duritia & crudelitate dum fructus pœnitentiæ intercipitur, pœnitentia ipsa tollatur. Quod si inuenimus à pœnitentia agenda neminem debere prohiberi, & deprecantibus atque exorantibus Domini misericordiam, secundum quod ille misericors & pius est, <sup>86</sup> per sacerdotes eius pacem posse concedi; admittendus est plangentium gemitus, & pœnitentiæ fructus dolentibus non negandus. <sup>87</sup> Et quia apud inferos confessio non est, nec exomologesis illic fieri potest; qui ex toto corde pœnituerint & rogauerint, in Ecclesiam debent interim suscipi, & in ipsa Domino referuari, qui ad Ecclesiam suam venturus, de illis utique, quos in ea intus inuenerit, iudicabit. Apostatæ vero & desertores, vel aduersarij & hostes & Christi Ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine foris fuerint, admitti secundum Apostolum possunt ad Ecclesiæ pacem, quando nec spiritus, nec Ecclesiæ tenuerunt vnitatem. Hæc interim frater carissime pauca de multis quantum potui breuiter decurri, quibus & desiderio tuo

LXXVII.

satis-

fatisfacerē, & te magis ac magis collegij & corporis nostri societati coniungerē. Si autem tibi veniēdi ad nos opportunitas & facultas fuerit; plura in cōmune conferre, & vberius ac plenius, quæ in salutarē concordiam faciant tractare poterimus. <sup>88</sup> Opto te frater charissime semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam LII.

1. ANTONIANO] Antonianus vnus erat Episcopus Numidia ad quos scribitur Epistola infra. Cypri. & Collegarum de baptizandis hæreticis.

2. Accepi primas litteras tuas] Sic Ms. cod. Afflig. Manu. & Morel. pro eo quod erat prius: accepimus, & recte; neque enim vsquam de se plurali numero loquitur Cyprianus. Desideratur autem tum prima tum secunda epistola Antoniani.

3. ad Cornelium collegam nostrum] Quomodo collegas suos vocet nō vno in loco Cyprianus Romanos Pontifices, tractatum est à nobis supra epistola 4. non est itaque quod cupiam scrupulum inuiciat Erasmi ad hunc locum adnotatumcula.

4. secum, hoc est, cum ecclesia catholica communicare] Certe vel hic locus confirmat Romani Pontificis auctoritatē; si enim verum sit, cum ecclesia Catholica illum communicare, qui cum Cornelio Romano Papa communicat, erit igitur ecclesia illa catholica cui præsidet Cornelius; atque proinde signum per quod discernatur ecclesia catholica ab hæreticorum conciliabulis, est successio Romanorum Pontificum. verum de hoc latius Epistola ad Magnum.

5. per Quintum comprehyterum] Fortassis is ipse Quintus est ad quem postea factus Episcopus in Mauritania; est epistola infra lxxij.

6. Trophimo & thurificatis] Trophimus vnus erat lapsorum, & quos infra sacrificatos, hic thurificatos nuncupat. Patet autem hinc præcipuam calumniam Nouatiani contra Cornelium fuisse quod Trophimo & thurificatis communicasset.

7. Quod quidem si pro sollicitudine fidei &c.] Colligitur hinc, non reprehendenda atque adeo nec hæreticā esse illam in fide dubitationem, qua rei veritas sollicitè exploratur, hoc est, quam diu res nondum diffinita est; uti hoc loco ob schisma inter Cornelium & Nouatianum, iusta erat dubitandi causa. Sic & D. Aug. Epistola 168. inter hæreticos non esse deputandos dicit, qui aut ab hæreticis seducti (quos credentes hæreticis nuncupat, lib. de vili. cre. ad Honoratum cap. I.) aut à parentibus in errorem lapsi acceptam sententia, nulla peritiam animositate defendunt, quarunt autē cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati quum inuenerint. At contra qui de semel manifestata fidei catholica veritate, hoc est, de semel definitis fidei articulis pertinaciter dubitat, ab hæresi non excusatur. Dubius enim in fide infidelis est (inquit Gelasius papa) & non solum anathematizantur in Syn. ephesina generali, qui contradicunt definitis, per illud concilium & alia præcedentia, sed omnes etiam illi qui fidem patrum non confitentur. Quales quid habes etiam in diffini. septima Sy-

nod, actione vltima, de articulo hodie maxime controuersosquare et verba subiicienda censimus: hæc est, (inquies) fides Apostolorum, hæc est fides patrum: hæc est fides Orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmauit. Crederes in vnum deum in Trinitate laudatum venerandis imaginibus amplexamur. Qui secus agunt, anathemate percellantur, sic nō sentiunt, ab ecclesia depellantur. Eodē pertinet illud Theoph. in ca. 1. ad Romanos, si fidem scrutari hesitando ceperimus, omnium proculdubio patiemur iacturam. Item illud D. Ambr. in Concilio Aquileensi. Qui Arium non damnat, similis illi est, & hæreticus iure censendus. Imo & imperatores Theodosius Valentinianus & Gratianus cod. de hæreticis l. omnes, hæreticorum definitū vocabulo contineri, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debere, qui vel pro leui argumento à iudicio catholice religionis vel tramite detecti fuerint deuiare. Hæc paulo prolixius, propter eos, qui non verentur de semel ab ecclesia definitis suspensam perpetuo tenere sententiam, & (ut cum Elia propheta loquar) claudicant in duas partes, qui certe si non pertinaciter dubitent, ecclesia Catholica partes cuius Dominus est deus sequerentur potius, quam Synagoga Baaliticæ.

8. semel super petram solida stabilitate fundatos] Alludit ad illud Evangelicum Matth. 7. Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui edificauit domum suam super petram, & descendit pluuia & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam & non cecidit, fundata enim erat super petram. Quare quum ibi non addatur: robustam, nec eam vocem habeat Afflig. Ms. cod. recte omissa est à Manu.

9. Et quidem primum quoniam de meo quoque actu &c.] Quemadmodum satis constat ex libro & Epistolis superioribus de lapsis, erat initio, persecutione adhuc feruente, durior paulo erga lapsos Cyprianus, utpote qui non nisi exacta pœnitentiâ ad pacem admittendos censeret, nisi forte ad preces Martyrum instante periculo mortis, idque non solum in sacrificatis sed & in libellaticis obseruari volebat. Pace autem iam ecclesia data quum primum conuenire licuit, in Episcoporum Africæ concilio non nihil moderata est illa censura, & placuit illis (vni infra hæc eadem epistola dicit) examinatis causis singulorum libellaticos interim admitti, sacrificatis vero in exitu subueniri. Culpabat itaque Cyprianum Antonianus, quod sententiam mutasset, ipse vero iustissimas mutati consilij rationes adducit; neque sibi soli sed & Clero Romano primum, & deinde episcopis compluribus placuisse hanc diffinitionem, imo vero & à Cornelio in Synodo Romana confirmatam. Atque hæc ad loci huius intellectum sufficiant.

10. euangelicum vigorem] Sic Afflig. Ms. & Manu. pro eo quod ceteri: euangelij.

11. precibus & lamentationibus] Ita recte locum hunc restituerunt Manu. & Morelius, antea enim interiecta particula: sed, sensum obscurabat. Apud eodē confirmatam reperi coniecturam meam, qua legendū cōtuleram: dabatur, pro eo quod erat: datur, quod ex editione Remboldi irrepserat, nam vetus excusus & Afflig. cod. etiam priori modo legitur.

12. in epistola mea quæ extat] habes hanc supra numero xiiij. ubi ex hoc loco suppleuimus quod deerat.

13. Quod etiā Romam ad Clerum &c. & ad I iij



Confessores] Recte ita Ms. cod. Afflig. & Manutius, pro eo quod erat: ad Romanum Clerum: nam significat se Romanum misisse & ad Clerum & ad Confessores literas. Harum illæ desiderantur preter verba aliquot hic & Epistola supra xxxi. allegata, hæc vero sunt supra num. xxv.

14. nunc in ecclesia cū Cornelio iunctos] Scripta est ergo hæc Epistola post reditum Confessorum ad unitatem, & uti paulo post constat, post primam synodum Africæ & Synodum Romanam de lapsis, non vero post secundam, nam ibi denuo alia fuit facta de sacrificatorum moderatio; atque adeo hinc patet, scriptam hanc post Epistolam precedentem, & ante Epistolam Synodi Africane ad Cornelium, nam illa secunda fuit.

15. Quod me scripsisse, de eorum rescriptis] Rescripta, habes supra Epistolas xxvi. & xxxi. Ex eo autem quod prius epistolam cuius meminit exstare dixit, huius vero epistole verba ex rescriptis citat, videntur hæc litteræ Cypriani, iam tum fuisse deperditæ.

16. pariter ac laticis] De hæc Cypriani phrasi supra epistola xiiij. paulo ante citata.

17. Nouatiano tunc scribente] Erat igitur Nouatianus unus ex precipuis presbyteris Romanis.

18. Tunc adhuc confessor, nunc iam martyre] Certe si vspiciam alibi hic aperte distinguit inter Confessorem & Martyrem in quo vero differant, supra Latæ Epistola ix. Adnotauit autem Cauchius D. Pacianum hunc locum citantem, non habere particulam: adhuc, & similiter apud illum paulo post desiderari vocem: omnibus.

19. copiosus Episcoporum numerus] Loquitur de synodo Africana contra Nouatum de lapsis quam coëgit post pascha initio pacis, fit verisimile ex epistola supra xl. & epistola ad Cornelium num. lv.

20. Lapis denegaretur &c. ecclesia claderetur] Sic ex Ms. cod. Afflig. hunc locum restitui, nam antea priori loco erat: clauderetur, & posteriori: abdicaretur.

21. secundum quod libello continetur] Primum exstaret hic libellus placitorum Synodi Africane de lapsis.

22. etiam Romam hac de re scripsimus ad Cornelium] Prima facie existimabam intelligere Cyprianum Epistolam Synodi Africane ad Cornelium, quæ sequitur. num. lviij. Verum ex verbis huius epistole iam dictis: sed traheretur, dicit penitentiam &c. aliusque infra positus, celebratis cum statuto prioris Synodi cuius ibi meminerit, certo deprehendi illam posteriorem scriptam, hanc vero cuius hic meminit desiderari.

23. qui & ipse cum plurimis Episcopis habito concilio] huius concilij Romani & Africani & aliorum quorundam in hac verba meminit Eusebius lib. 6. hystor. eccles. ca. 33. Ob nouati heresim concilium sacerdotale celeberrimum in urbe Roma congregatum est, Episcoporum lx. numero, presbyterorum quoque totidem, cum diaconis pluribus. Præterea etiam per singulas quasque promicias de hac re magna deliberatione habita decretis significatum, quid factum esset opus. Statuitur ergo, Nouatum quidem cum his qui cum mentis elatione tumidum sequerentur, qui que ad inhumanam istam & nihil fraternitatis seruauit sententiam declinarent, alienum esse ab ecclesia; eos vero qui lapsi in certamine fuerant, fraternam misericordiam curandos, & fomentum penitentiae medicandos. Scribit & de hac Cornelius vrbis Romæ Episcopus ad Ec-

clesiam Antiochenam, scribens Fabio eius Episcopo, quid etiam Italiam, Afris ceterisque occidentalibus usum sit. hæcenus ille.

24. De quo tibi necesse nunc fuit scribere] Sic Afflig. cod. Manut. &c. ante eum Costerius, pro eo quod habebatur corruptiss. tunc.

25. Lapsus acciperet] Ita primum restituit hunc locum Grauius, consentiunt Afflig. Manut. & Mor. cod. antea erat: lapsus, pessime, qui paulo post etiam rectius legitur collegæ tui, quam vulgari: collegæ nostri.

26. Venio iam nunc &c. ad personam Cornelij] Latissime hic tractat de vita & promotione Cornelij ad summum Pontificatum.

27. per omnia officia ecclesiastica promotus] Plura ergo erant officia ecclesiastica iam etate Cypriani, de quibus paulo latius infra epistola ad Cornelium contra hæreticos.

28. pro pudore virginalis conscientia] Fuit ergo virgo non maritus Cornelius, qualem fuisse & Cyprianus ex vita eius constat, qui etiam quemadmodam Cornelius ad Episcopatum raptus est.

29. Et factus est Episcopus à pluribus collegis nostris] Infra Episcopos qui ordinationi Cornelij interfuerant, sedecim fuisse dicit, inter quos (vbi patet ex epist. supra xlij. isuerunt ex Africa, Caldonius, Fortunatus, Pompeius, & Stephanus. Apparet autem ex hoc loco, Episcopum siue Papam Romanum ea etate fieri solere, à sacerdotum Collegio, id est, ab Episcopis, de clericorum testimonio, & plebis suffragio. Sæpe enim variatus est mos eligendi Romani Pontificis. Primum D. Petrus suos successores designauit Linum, Cletum, & Clementem, Anacletum & ceteri usque ad secundum schisma inter Damasum & Pricinum Cleri & populi suffragiis creati sunt & ab Episcopis si q forte praesentes essent, ut ex hoc loco colligere est. Tum autem in electione Damasi interponi cepit Imperatorum auctoritas. Et primum quidem in schismate distaxat, ad sedandos tumultus, uti à Valentiniano res composita est inter Damasum & Pricinum, ab Honorio inter Bonifacium & Eulalium, et à Theodorico rege inter Symmachum & Laurentium. Deinde etiam extra schisma, ne forte tumultus contingeret. Imo eo res paulatim deuenit, ut sine illorum assensu consecrationes suscipere non auderent. Durauit hic mos ad Impera. Constantinum iij. usque, qui sanctitate benedicti iij. permotus, permisit liberam uti antea potestatem soli Clero & populo Romano eligendi & designandi Pontificis. Postea Adrianus papa conuocata ad hoc Synodo Lateran. Episcoporum 153. (quod antea nulli Imperatori concessum fuit) etiam eligendi pontificis ius, ob pulsos Italia Longobardos Carolo magno concessit. Illi tamen iuri filius eius paulo post renunciauit, ut patet lxxij. distinc. apud Grat. cap. Ludouicus. Sic libera denuo fuit Romanis electio & consecratio Papa per multum temporis, usque ad Leonem viij. Qui quum ab Othone primo vi, & armis in sede Apostolica collocatus esset, denuo à Clero & Plebe ad Imperator. ius omne eligendi pontificis transtulit. Hoc priuilegio vsi sunt successores Othonis imo abusi potius, ad Henricum iij. usque. Quare iustissimis de causis iterum reuocatum est id ius ad Romanos à Gregorio vij. etiam paulo ante Pontificatum, occasione sumpta à schismate illo inter Benedictum, Siluestrum & Ioannem, sub Henrico Imperatore iij. Nam Stephanus ix. Nicolaus ij. & Alexander secundus sine assensu Imperatoris creati

sunt

si sunt. Quod quum iterum surreptitè per insidias imperasset à Pascali ij. Henricus v. per ipsum Pascalem denuo reuocatum est in Synodo Lateran. Postremo ad solos Cardinales ius eligendi Pontificis delatum est, quod quo tempore caperit non perinde constat; nam & si à Nicolao ij. tale quoddam statutum promulgatum sit, postea tamen adhuc aliquoties intercesserunt populi & Cleri Romani suffragia. Porro constitutiones de electione in conclau celebranda, editæ sunt in Concil. Lugdun. à Gregorio x. hæc partim ex Omphrio Panuino, & Platina, partim ex hieracho. Alberti Pig. ij.

30. quisquis post vnum qui solus esse debeat] Hic rursum confirmatur nostra sententia, qua supra diximus, vnum Episcopum peculiariter nuncupari à Cypriano Romano Pontificem.

31. sedisse inter epidum Romæ, &c.] Hinc collige, non statim uti quidam existimant ab electione Cornelium in exilium missum, sed diu resedisse Romæ inter epidum, imo usque ad mortem Decij. Facit pro hac sententia, quod paulo post dicit: & tyrannum armis & bello postmodum victum, prior sacerdotio suo vicit. Nam in bello perit Decius, occisus à Barbaris, & ipse persecutionem vij. in Christianos indixit. Atque adeo vixissimulus est, passim Cornelium sub Gallo ij. & Volusiano consul. Imperante adhuc Q. Herennio Petriscio Decio Aug. Decij filio, atque hinc factum, ut sub Decio à quibusdam passus dicatur. Verum de hoc in vrbis Cypriani latius

32. quam constitui Romæ æmulum sacerdotem] Sic primi hunc locum restitimus ex cod. Afflig. pro eo quod erat ante: Dei sacerdotem. Significat enim Cornelium patientius tollerasse æmulum Principem, quam Nouatianum æmulum sacerdotem; quem nupquam Cyprianus Deo sacerdotem nominat, sed potius pseudepiscopum.

33. vel gladio, &c.] Varia tormentorum genera quibus Christiani afflicebantur, gladius, crux, ignis, vngula; nam his membra, vbi loquitur, & viscera laniabantur.

34. necessitati succubuit] Etiam hunc locum ita castigauit ex Ms. cod. Afflig. pro eo quod erat: necessitate.

35. & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abcesserat] Legitimam adfert recipiendi in gratiam Trophimi causam, quod cum illo magna pars plebis illum prius sequuta, ad Ecclesiam redierit.

36. tractatu ergo illic] Sic recte Ms. Manut. et Morel. pro eo quod erat: illius.

37. ut Laicus communicet] Eadem phrasi infra epistola ad Hispanos: si vel Laico (inquit) communicare cōtingeret, & Epistola ad Stephanum secunda: eos quoque hac conditione recipere, ut comunicent Laici. Sic et Cornelius Papa epist. ad Fabium Antioch. ab Eusebio citata de Episcopis loquens, qui Nouatianum ordinauerant: Primum eorum (inquit) ad Laicam communicationem recepimus. Eiusdem communicationis fit mērio Sardic. concil. can. 1. & Agath.

33. Quid autem significet, explicat canon. 4. Concil. To. 1. de subdiacono loquens: Absentibus, inquit, biennio, postea inter Laicos reconciliatus per penitentiam communicet. Laicum igitur communicare, non aliud est veteribus, quam inter Laicos communicare. Orabant autem & communicabant illi extra cancellos, per ministerium Archidiaconi, hoc est, extra chorum vbi hodie loquimur. Quod

D. Ambro. manifestum facit, dum Theodosium Imperatorem post oblatum munus ad altare, intra cancellos hærentem, per Diaconum interrogari iussit, num quid vellet quod istic hæretet. Dicenti se nihil aliud velle, quam ut diuina mysteria peragi videret: Ea (inquit ille) istinc tibi videre non licet. Habent in Dei templo sacerdotes, habent & Laici locum suum. Constat autem masculi ad meridiem (Micrologo teste) & femina ad Aquilonem, & cancellis proximis teste Dionysio Areopag. tanquam Clero viciniores astabant Monachi. Introitus vero virorum custodiebant Ostiarij, Diaconissa introitus feminarum, vbi constat ex Constit. Apostol. li. 2. ca. 61.

38. Et idcirco si accepta pace commeatu à Deo datur] Rursum hic commeatu pro liberatione à morte accipit Cyprianus. De qua phrasi vide supra epistolam xxxiij.

39. Nec tu existimes &c. libellaticos cum sacrificatis] Hic explicat quid differant libellatici, id est, qui libellos offerebant ut supplicia euaderent, & sacrificatos qui sacrificia idolis immolabant. Locus mire faciens ad intellectum aliorum locorum tum Epistolæ tum libro de Lapsis, vixit quo ipsa libellatorum forma continetur.

40. profiliuit] Sic Ms. & vetus excusus Manut. & Morelius, pro eo quod erat: profiliuit.

41. viuentes & incolumes animas] Sic etiam illi, excepto veteri & ceteris excusis, qui legunt: saluatas & incolumes.

42. Quorum si penitentiam respiciamus] Pulchre hinc ad finem usque deducit, ad penitentiam admittendos Lapsos, contra Nouatianam heresim, ad quam videbatur propendere Antonianus.

43. diabolo inuitante rapiuntur] Ita illi quoque, pro eo quod erat: rapiuntur.

44. nos non tantum nunc] Sic recte Ms. cod. Manut. & Morel. pro eo quod erat: intantum, Ante illos, etiam sic castigat Costerius.

45. & si latatur vnum membrum] Discrepat hic Cyprianus et supra quoque epistola xij. (vbi isdem verbis hanc scripturam citat) à textu tum Greco tum Latino. Quomodo etiam paulo post in illo Luc. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est vestri; quod tamen legunt Ms. Afflig. cod. & Manut.

46. Videre ne quis vos deprædetur] Eodem modo citat hanc scripturam infra Tom. 2. de bono patientia, sic & Ambr. in commentar. Hieronymus quoque in Osee Prophetam, & epistolam ad Galat. Græce etiam est σὺλαγοργὼν, id est, qui in prædam abducit. Tertul. tamen ad vulgatum interpretem magis accedit libr. de prescriptione aduersus hæret. legens: ne quis sit circumueniens vos; & Aug. lib. de Mor. eccl. cathol. c. 11. et Serm. de Kal. Ian. à Beda citato, legit cū illo: ne quis vos decipiat.

47. non est opus fanis medicus] Quantulumvis Latinus Cyprianus Solacissimum tamen lectiois vulgatæ retinere maluit, quæ immutare. Sic alibi illud citat: Neq; nubent, neque nubentur, & alio loco: Pauperes euangelizantur.

48. quod penitentia sequente reualefcet] Ita excusi omnes & placet magis quæ illa lectio Afflig. cod. & Costerij: reualefcet.

49. ad fidem & virtutem de penitentia robur armatur] Sic eleganter Ms. Afflig. & Manut. cum More-







lianis, qui ob id se Martyrianos appellabant. Opratus quoque Mileuitanus lib. 3. contra Parm. factus Moysi Phimees & Elie, comparat factum Macarij cuiusdam; qui Marculum & Donatum Donatistis occiderat. Eodem pertinet Dioscori Alexandrini vox illa in Synodo Calched. qua flammis dignos clamabat hereticos. Immo (ut Bernardus hom. 66. in cant. & alios breuitatis gratia praterca) ipse D. Aug. quod nobiscum senserit significat. c. 7. li. 1. contra litte. Parmeniani. Quinetiam (inquit) audent conueni Parmenianus, quod eos Constantinus ad campum, id est, ad supplicium duci iusserit & c. Respondet autem: Quid enim non isti iuste patiuntur & c. merito criminum & ordine potestatum? Prius enim probent se non esse hereticos, vel schismaticos, tum demum de indignis penis suis liuidam emittant vocem & c. Et tamen quid tale patiuntur quale faciunt? Nam si sanguis exit de carne mortali & c. Et paulo post: Sed quorsum ista dicitur, nunquidnam etiam si obstinate non pertinere ad Imperatorem aduersus eos, aliquid statuere qui praua in religione sectantur, propterea si interfecerit eos, quos punient, Martyres erunt? Et apertius tractatu 11. in Ioan. Mirantur (inquit) quia commouentur potestates Christiana aduersus detestandos dissipatores ecclesie. Si non ergo mouerentur & quomodo redderent rationem de imperio suo & c. Vbi, cum probasset quod dixerat, exemplo Nabuchodonosor, tandem concludit dicens: Videtis qualia faciunt & qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore, semper mortis faciunt, & temporales se perpeti conueniunt. Habes veram D. Augustini sententiam. Nam que illi pro se ex illo citare solent, aut sunt scripta ante Epistolam 48. & 50. atque adeo retractata, aut certe scripta ante leges latus ab imperatoribus de mortis supplicio. De quibus quo tempore primum lata, & de aliis variis penarum generibus, aliisque huic pertinentibus, pulchre tractat Dom. Claudius de sanctis Parisiensis Theologus li. duobus, ad edita & de Methodo contra sectas veterum Principum, ad quos lectorem remittimus.

79. fraudatores & mæchos à latere & c. ] Donatum, Felicissimum Nicostatum, & Euastum intelligit, quorum scelibus referta sunt, supra Epistola xlvi. & xlviij.

80. Hoc enim scitote intelligentes ] Confirmat hic lectionem vulgatam Cyprianus, quomodo etiam in eo quod sequitur: quod est idololatria. Videtur itaque legisse ipsi 1<sup>sa</sup> pro eo quod hodie est in Græcis εἰδωλολατρία, & c. ἢ εἰς τὴν εἰδωλολατρίαν, pro eo quod nunc legitur εἰς τὴν εἰδωλολατρίαν. Vicinitas litterarum, variæ lectionis ansam prebuit. Porro recte vertitur: fraudator, pro eo quod Græce est πλεονέκτης.

81. exponentes fornicationē ] Hic reperitur vox: exponentes, que tamē nec in Græcis nec in Latinis Apostoli exstat exemplaribus omittitur autem vox: libidinem, pro qua Græce est: πᾶθος, legitur etiam: quæ sunt pro eo quod textus uterque: quæ est.

82. nec posse alterum pro altero reum fieri ] Non dubium quin hic loquatur Cyprianus iuxta sensum scripturarum quas citat; quibus cum contrariari videatur illud Exod. 20. Viscerans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, recte utraque scriptura loca non uno in loco ita concordat D. Augustin. ut Ezech. & Deuteron. siue lib. Regum loci, intelligantur de ijs qui non imitantur patrum iniquitatem, Exodi

verò, de his qui illam sequuntur: quod & illud ibi adiectum satis indicat: eorum qui oderunt me.

83. Quod legentes scilicet & tenentes & c. ] Hic demonstrat, in quo hæresis Nouatiani consistat, non quid quod pœnitentiam subtraheret, sed fructum satisfactionis siue ut supra dixi, fructum pœnitentiæ, utpote qui soletur dicere fratribus: Plange & lachrymas funde, & pro purgando & abluendo peccato largiter & frequenter operare, sed tamen pacem quam queris non accipies. Quia tamē (uti paulo post inquit Cyprianus) dum fructus pœnitentiæ intercipitur, pœnitentiæ ipsa tollitur; hinc est, quod Nouatianis imputare solent veteres sublationem pœnitentiæ, quum potius absolutionem sacerdotalem tollerent, docentes soli Dei iudicio relinquēdos pœnitētes, nec à presbytero absolui posse. Impugnat autem similitudinibus istæque apertissime hanc absurdam illorum sententiam.

84. Vel si cui dominium est ] sic recte Affligimienis cod. & Costerius, pro eo quod erat: & c. quod sensum plane obscurabat.

85. de actibus eius ] Notanda venit hæc lectio Cyprianus, ut hinc constet, veram eius esse lectionem: in actibus Apostolorum, non in actis.

86. per sacerdotes eius pacem posse concedi ] Vbi sacerdotibus hæc potestas data sit ostenditur his verbis Epistola liij. Cum permissis (inquit) ipse qui legem dedit, ut ligata in terris, etiā ligata essent in caelis, solum autē possent illic, que hic prius in ecclesia soluerentur. Cui similis est locus apud Euzarium in capite. Matt. 16. Ambr. li. 1. de pan. c. 2. & 7. ac in vlt. c. Luca D. Aug. qu. 33. super Numeros, et in Psal. 101. conc. 2. D. Hiero. quest. 9. ad Eudibiam, & Chrysostam frequenter, & presertim libris de sacerdotio, ut facile lectori eius loci sint obuij, hæc contra eorum sententiam, qui docent, non verè remitti peccata per sacerdotes, sed remissa ostendi, faciunt autem pro nobis etiam illa que infra dicemus Epistola liij. sub finem.

87. Et quia apud inferos confessio non est ] Interposita particula: dum, à Remboldo, interturbabat sensum.

88. Opto te frater charissime ] clausula hæc omissa casu quodam à Remboldo, desiderabatur; nā habet eam vetus excusus, quare recte demō adicitur.

## AD FORTVNATVM ET alios collegas, de iis qui per tormenta superantur.

### EPISTOLA LIII.

ARG. Consultus Cyprianus à collegis num admittendi essent ad communionem lapsi quidam per tormenta superati; respondet: quia triennio iam pœnitentiam egissent, sibi quidem videri admittendos esse, sed quum post paschæ solemniam Concilium Episcoporum apud se futurum esset, se cum illis rem tractaturum. Atqui ex triennio & Concilio quorum meminit, patet scriptam esse hanc Epistolam, eodem fere tempore quo præcedentem.

CY-

## CYPRIANVS FORTVNATO, AHYMNIO, OPTATO, PRIVATIANO, DONATVLO ET FELICI fratribus S.

Lib. 3.  
Epist. 23.



CRIPSISTI Mihi fratres charissimi, quod cum in Caplensi ciuitate propter ordinationem episcopi esletis, pertulerit ad vos<sup>4</sup> Superius frater & collega noster: Ninum, Clementianum, Florum, fratres nostros, qui in persecutione apprehensi prius fuerat, & nomen Domini confessi, violentiam magistratus & populi frementis impetum vicerant; postmodum cum apud proconsulem penis grauibus excruciantur, vi tormentorum subactos esse, & de gradu gloriæ, ad quam plena fidei virtute tendebant diutinis cruciatibus excidisse: nec tamen post hunc grauem lapsum, non voluntate, sed necessitate susceptum; à pœnitentiā agenda<sup>6</sup> per hoc triennium destitisse. De quibus consulendum putastis an eos ad communicationem iam fas esset admittere. Et quidem quod ad mei animi sententiā pertinet, puto his indulgentiam Domini non defuturam, quos constat steterisse in acie,<sup>7</sup> nomen confessos esse: violentiam magistratum & populi furentis incursum immobilis fidei obstinatione vicisse, passos esse carcerem, diu inter minas proconsulis & fremitum populi circumstantis, tormentis laniantibus ac longa iteratione cruciantibus repugnasse: vt quod in nouissimo infirmitate carnis subactum videtur, meritorum præcedentium defensione releuetur: & sit satis talibus gloriam perdidisse, non tamen debere nos eis & veniæ locum claudere, atque eos à paterna pietate, & à nostra communicatione priuare; quibus existimamus ad deprecandam clementiam Domini posse sufficere, quod triennio iugiter ac dolenter, vt scribitis, cum summa pœnitentiæ lamentatione planxerunt. Certè non puto incautè & temerè his pacem committi; quos videmus militiæ suæ fortitudine nec prius pugnae defuisse, & si acies etiam denuo venerit, gloriam suam posse reparare.<sup>8</sup> Nam cum in concilio placuerit pœnitentiam agentibus in infirmitatis periculo subueniri & pacem dari; debent utique in accipienda pace præcedere, quos videmus non animi infirmitate cecidisse, sed in prælio congressos & vulneratos, per

imbecillitatem carnis confessionis suæ coronam non potuisse preferre; maximè cum cupientibus mori non permitteretur occidi, sed tamdiu fessos tormenta laniarent, quamdiu non fidem, quæ inuicta est, vincerent, sed carnem, quæ infirma est, fatigaret. Quoniam tamen scripsistis, vt cum pluribus collegis de hoc ipso plenissimè tractem, & res tanta exigit maius & impensius de multorum collatione consilium, & nunc omnes ferè inter paschæ prima solemnia apud se cum fratribus demorantur; quando solemnitati celebrandæ apud suos satisfecerint,<sup>9</sup> & ad me venire cœperint, tractabo cum singulis plenius, vt de eo quod consulistis figatur apud nos, & rescribatur vobis firma sententia, multorum sacerdotum consilio ponderata. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

## AD NOTATIONES IN Epistolam LIII.

1. FORTVNATO, AHYMNIO ] Legendum esse aut hoc pacto aut AHYMNIO, satis patet ex synod. Africana & Ms. Afflig. Dum. March. & Cauchij cod. quare neque AHYMNIO legendum, vt hæcenus excusis, neque Ahymno, vt Manut. Appellatur in syn. ab Ansuaga. Fortunatus verò à Tuccabori.

2. OPTATO, PRIVATIANO, DONATVLO ET FELICI ] Optati nulla alibi mentio. Privatianus autem in syn. cognominatur à susetula, & fit eius mentio epistola seq. Donatulus à Capse, Felices plures fuerunt. Quia autē Capse siue Capsa (vt hodie vocatur) in Numidia est, suspicor & ceteros fuisse Episcopos Numidas.

3. in Caplensi ciuitate ] Quum vti iam dixi in synodo Capse appelleretur hæc ciuitas, magis placet hæc Manut. & Morel. lectio, quam aut vulgata: Caplente, aut Ms. cod. Capense, presertim quum illi conformiter in synodo: capse, legant Episcopum verò cuius fit mentio, Donatum fuisse verisimile est.

4. Superius frater & collega ] Sic recte restituit hunc locum Manut. pro eo quod erat: nuper, nam Ms. ures & Cauchius habent: super, & Angl. cod. sicut Manutius.

5. Ninum, Clementianum, Florum ] Nomina sunt eorum qui tormentis superati erant.

6. per hoc triennium ] Quum biennio in secessu fuerit Cyprianus atque adeo anno integro post reditum eius hæc conscripta sit epistola, patet scriptam anno secundo Cornelij, atque adeo eodem fere tempore cum præcedenti.

7. nomen confessos esse ] Ita cod. Angl. iuxta phrasin Cypriani, de qua epistola præcedenti, quare non placuit quod alij adiciunt: Domini.

8. Nam cum in concilio placuerit ] Etiam istud idipsum quod diximus paulo ante confirmat, sit etiam eiusdem Concilij Epistola præcedenti mentio.

9. & ad me venire cœperint ] Si quid diuinare irre incerta liceat, fit mihi verisimile, occasione huius consul-

K



tationis indicium synodum, cuius epistola est quæ proximè sequitur. Certè ante illam scriptam hanc constat, quòd dicitur hic prius concilij fiat mentio, scriptam etiam hinc patet paulò ante Pascha.

AD CORNELIVM SY-  
nodi Africanæ de Pace lap-  
sis danda.

EPISTOLA LIIII.

ARG. Quum prius statuisset Africani Episcopi in concil. quodam, ut lapsi non nisi diu pœnitentia acti admittentur ad pacem, nisi forte periculum infirmitatis vrgeret: iam instante noua persecutione statuerunt, omnibus qui pœnitentiam egissent pacem dandam, ut fortiores essent ad passionis prælium. Id Episcoporum statutum, totius Synodi nomine, nūciat Cornelio Papæ Cyprianus, atque adeo non tam ipsius Cypriani quam Synodi Africanæ est hæc Epistola.

CYPRIANVS, LIBER-  
ALIS, CALDONIVS, NICOMEDES,  
CAECILIVS & C. CORNELIO  
fratri S.

Ep. 1.  
Epist. 2.

**S**TATVERAMVS quidem iam pridem frater charissime participato inuicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab aduersario & lapsi fuissent, & sacrificiis se illicitis maculassent, agerēt diu pœnitentiam plenam, & si periculū infirmitatis vrgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de seculo recedentes sine communicatione, & pace ad Dominum dimitterentur, quando permiserit ipse, qui legē dedit, ut ligata in terris, etiā in coelis ligata essent; solui autem possent illic, quæ hic prius in ecclesia soluerentur. Sed enim cum videamus diē rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati & parati simus, plebem etiam nobis de diuina dignatione commissam exhortationibus nostris pareamus, & omnes omnino milites Christi, qui arma desiderant, & prælium flagittāt, intra

Mat. 18.

castra Domini colligamus: necessitate cogente, censuimus, eis qui de Ecclesia Domini non recesserunt, sed pœnitentiam agere & lamentari ac Dominum deprecari à primo lapsus sui die nō destiterunt, pacem dandam esse; & eos ad prælium; quod imminet, armari & instrui oportere. Obteperandum est nanque ostensionibus, atque admonitionibus iustis, ut à pastoribus oues in periculo non deserantur, sed grex omnis in vnum congregetur, & exercitus Domini ad certamen militiae celestis armetur. Meritò enim trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore, ut infirmis in exitu subueniretur, quam diu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lachrymas, & subuenire fero morientibus in infirmitate pateretur. At verò nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est, nec morientibus, sed viuentibus communicatio à nobis danda est, ut quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis, & corporis Christi muniamus: & cum ad hoc fiat eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse cōtra aduersarium volumus, munimeto dominicæ futuritatis armemus. Nam quo modo docemus aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quo modo ad martyrij poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendū in Ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus? Interesse debet frater charissime inter eos qui vel apostatauerunt, & ad seculum cui renunciauerāt reuersi, gentiliter viuunt, vel ad hereticos transfugæ facti, contra Ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt: & inter eos qui ab Ecclesie limine non recedentes & implorantes iugiter ac dolenter diuina & paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos esse, & pro domini sui nomine, ac pro sua salute stare fortiter, & pugnare profitentur. Hoc in tēpore pacē nos nō dormientibus, sed vigilantibus damus: pacem nō deliciis, sed armis damus: pacem non ad quietem, sed ad acie damus. Si secūdū quod eos audimus, & optamus & credimus fortiter steterint, & aduersariū nobiscū in congressione prostrauerint; nō pœnitent pacē concessisse tam fortibus, immo episcopatus nostri honor grandis & gloria est, pacē dedisse martyribus,

tyribus; ut sacerdotes qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & victimas præparemus. Si autem (quod Dominus auertat à fratribus nostris) aliquis lapsorum fecerit, ut pacem subdole perat, & impudentis prælij tempore communicationem nō præliaturus accipiat; se ipsum fallit & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce pronunciat. Nos in quantum nobis & videre & iudicare conceditur, faciem singulorum videmus; cor scrutari, & mentem perspicere non possumus. De his iudicat occultorum scrutator & cognitor cito uenturus, & de arcanis cordis atque abditis indicaturus. Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali à bonis adiuuari. Nec ideo martyrium facturis pax neganda est, quia sunt quidam negaturi; cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri, qui habet in prælio coronari. Nec quisquam dicat, qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur: nec pax illi ab episcopo necessaria est, habituro gloriae suae pacem, & accepturo maiorem de Domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta eucharistia erigit, & accendit. Dominus enim in euangelio suo dicit: Cum autem vos tradiderint: nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquamini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quando autem dicat, in traditis atque in confessione nominis constitutis spiritū patris loqui; quo modo potest ad confessionem paratus aut idoneus inueniri, qui non prius pace accepta receperit spiritum patris, qui corroborans seruos suos ipse loquitur & confitetur in nobis? Tum deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit, & in latebris atque in solitudine constitutus in latrones forte incurrerit, aut in febribus & in languore decesserit: non ne nobis imputabitur quod tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit, & contempta domo, & parentibus, ac liberis, sequi dominum suum maluit, sine pace & sine communicatione decessit? Non ne nobis vel negligentia segnis, vel duritia crudelis adscribetur in die iudicij; quod pastores creditas & commissas nobis oues nec curare in pace, nec in acie voluerimus arma-

Mat. 10.

Mat. 14.

re: non ne ingeretur nobis à Domino, quod per prophetam suum clamat & dicit: Ecce lac consumitis, lanis vos regitis, & quod crassum est interficitis, & oues meas non pascitis; quod infirmatum est non confortastis, & quod male habuit non corroborastis, & quod contribulatum est non consolati estis, & quod errabat non reuocastis, & quod perierat non inquisistis, & quod forte fuit, confecistis labore: & dispersæ sunt oues meæ, eo quod non sunt pastores, & factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agri: & non fuit qui inquireret, neque qui reuocaret. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auertam eos ut non pascant oues meas, & iam non pascant eas, & extraham oues meas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio. Ne igitur ore nostro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanæ crudelitatis, quam diuinæ & paternæ pietatis opponimus, oues nobis commissæ à Domino reposcantur: placuit nobis, Sancto spiritu suggerente, & Domino per visiones multas & manifestas admonente, quia hostis nobis imminere prænunciatur & ostenditur, colligere intra castra milites Christi, & examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere: quod credimus vobis quoque paternæ misericordiæ contemplatione placiturum. Quod si de collegis aliquis extiterit, qui urgente certamine pacem fratribus & sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die iudicij Domino vel importunæ censuræ, vel inhumanæ duritiæ suæ. Nos, quod fidei, & charitati, & sollicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra protulimus; diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exurgere: pugnam non talem qualis fuit, sed grauiorem multo & acriorem venire. hoc nobis diuinitus frequenter ostenditur, de hoc nos prouidentia & misericordia Domini sæpius admonent, de cuius ope & pietate qui in eum confidimus, possumus esse securi: quia qui in pace militibus suis futuram prænunciat pugnam, dabit militantibus in congressione victoriam. Optamus te frater charissime semper bene valere.

K ij



AD NOTATIONES IN Epistolam LIIII.

LIBERALIS, CALDONIVS, NICOMEDES, CAECILIVS, IVNIVS, MARRVICIVS] Horum omnium etiam infra fit mentio in Epigraphæ epistola Cypriani ac coepiscoporum ad Episcopos Numidas de baptizandis hæreticis: Cæcilij verò & Nicomedis etiam in Epistola ad Clerum & plebes Hispaniarum. Porro de Liberali & Marrucio nulla alibi est mentio. De Caldonio supra frequenter. Nicomedes in Synodo Carthag. nuncupatur à Segermis Cæcilij à Bilita, Iunius à Neapoli. Porro est hic Ms. Afflig. March. & Dun. cum excuso veteri & Remboldo legant: Iulius & Marutius, placet magis Cambri. cod. & vulgata excusorum lectio: Iunius, eo quòd sic appellatur in Synodo, & Marrutius, placet magis Manut.

FELIX, SVCCESSVS, FAVSTINVS, FORTVNATVS, VICTOR,] Horum etiam Epistola dicta de bapt. hæret. fit mentio, excepto Faustino, cuius nomen alibi non reperio, nisi forte legendum sit pro: Faustinus: Faustus, nam Faustus in Synodo & in epistola ad Hispan. fit mentio. Vbi etiam Successi, Fortunati, & Victoris nomina habentur. Porro sex Episcopi nomine Felices reconferuntur in Synodo, è quibus duo fuerunt Numida, ad quos scribitur Epistola infra lxx. primus verò in Syno. est Felix à Bagai. Successus cognominatur ab Abir Germanitiana & ad illum scribitur Epistola penultima, Fortunatus verò à Tuccabovi, & ad illum scribitur in fallor, Epistola lvi. & liber de exhortatione Martyrij, nisi forte ad alterum illum Fortunatum scripta sit cuius paulo post fit mentio. Victores verò tres dicunt sententiam in Synodo, suspicor hunc esse Victorem à Gor.

SATVRNINVS, ALIVS SATVRNINVS, ROGATIANVS,] sic Cambri. cod. & excus. Erasmi. Manut. & Morel. Ms. verò alij tres, vetus excusus, Remboldus omittunt: Rogatianum, sed quem in utraque Epistola citata legatur ille & in Syn. Carthag. ad illum quoque fit epistola infra de superbo Diacono, magis placet prior lectio. Saturnini autem duo primi in Synodo, cognominantur à Victoriana & à Tucca.

TERTVLLVS, LVCIANVS,] Hos duos adiecerunt Manut. & Morelius, pro utroque autem horum habent Ms. March. Blandin. Afflig. Dun. & vetus excusus cum Remboldo: AVRELIVS. Verum quem in ipsi illis cod. ubi postea alterius Aurelij fit mentio non ponatur: ALIVS, nec id legat Cambri. cod. nec ceteri excusi, nolui adiecere: præsertim quum immediate sequatur: Saturninus, ubi alij habent: alius Saturninus, est enim magna litterarum vicinitas, inter: alius & Aurelius. De Tertullo autem supra alicubi latius, fit eiusdem mentio Epistola sæpe dicta de bapt. hæret. & Luciani quoque, qui cognominatur in Synodo à Rucumma.

SATTIVS, SECVNDINVS,] Desiderantur etiam isti in tribus illis Ms. veteri excuso, & apud Remboldum, sed reperuntur in cod. Camb. & excusis ceteris omnibus, quare retinenda duximus hæc nomina; præsertim quum utriusque etiam fiat mentio epistola ad Hispan. & Sattij quoque in epistola de bapt. hæret. Cognominatur etiam in Syn. Sattius à Sicilliba & secundinus à Cædiis.

ALIVS SATVRNINVS EVTYCHES]

Hos habent Ms. & excusi omnes Saturninus autem tertius in Synodo vocatur ab Antinis; & tres quoque Saturnini sunt in Epigraphæ Epistola de bapt. hæret. in illa verò duo duntaxat. Eutycheis verò nulla vsquam mentio.

AMPLVS ALIVS SATVRNINVS, AVRELIVS PRISCVS,] Sic Manut. & Morelius, a libi ubique desideratur: Amplus; pro quo quidem Ms. tres, vetus excusus, & Remboldus legunt: IAMBVS, sed quia posteaambi fit mentio non præmissa voce: alius, & unus duntaxat tambus numeratur in Synodo, minus placet; quanquam tamen nec Ampli nomen vsquam repetatur, atque adeo fortassis etiam sit superfluum. Aurelij verò duo scribunt epistolam ad Hispan. & in Syn. sententiam dicunt; quorum primus cognominatur ab Prisca: Prisci autem nulla alibi est mentio, neque quarti Saturnini.

HERCVLANVS, VICTORICVS QVINTVS, HONORATVS,] Herculanus fit mentio infra Epistola lxx. de bapt. hæret. & supra Epistola xxxviij. & xxxix. Victorici Epistola lxxviij. ad Hispan. qui in Syn. appellatur à Thabraca. Quinti & Honorati utrobique, quorum ille in Syn. ab Aggia, hic verò cognominatur à Tucca. habes etiam ad Quintum epistolam infra lxxij.

MANTHANEVS, HORTENSIANVS, VERIANVS IAMBVS,] Manthaneus Legunt plerique excusi & Ms. solus Cambri. Mantheneus. Hortensianus cuius quoque fit mentio epistola lxx. vocatur in Syn. à lavibus. Verianus, legunt Ms. ad unum omnes, pro eo quod erat in excusis: Geranius, pro quo Manut. Veranius, sed quod non placet, Iambus cuius etiam fit mentio Epistola lxxviij. vocatur in Syn. à Germanitiana.

DONATVS, POMPONIVS, POLICARPVS DEMETRIVS,] De Donato vide supra Epistolam. i. Ad Pomponium est infra Epistola de virginibus, & fit eius mentio utraque epistola supradicta. Policarpi fit mentio supra epistola xlv. & infra lxx. quare miror quomodo irrepserit in textum Polij Marcus, quum priori modo legant Ms. omnes, vetus excusus & Remboldus. Demetrii, autem nusquam fit mentio, præterquam epistola lxxviij.

ALIVS DONATVS PRIVATIANVS, FORTVNATVS,] Alterius Donati fit quoque mentio epistola lxxviij. nescio verò quis fuerit: Privatianus, cognominatur in Synodo à Suffetula, Fortunati autem secundi nulla alibi fit mentio.

ROGATVS ET MVNNVLVS] Rogati nulla alibi mentio. Munnullus legunt Ms. tres & Cauchij, vetus quoque excusus, & Remboldus. Cambri. verò codex: Munnullus; quare magis placet hæc lectio, quam aut: Monnullus, sicut vulgati, aut: Monnullus, sicut Manut. aut Montulus, sicut legit Morel. præsertim quum in Ms. cod. in Synodo legatur, Munnullus, à Girba.

2. Statueramus quidem iam pridem] Quantum commicere licet fuit hoc statutum in Synodo Africana post Pascha, statim à reditu Cypriani è suo secessu. Quale quid etiam statutum legitur in Synodo Romana habita à Cornelio ut testatur Eusebius.

3. vt ligata in terris, etiã in cælis ligata essent] Alludit ad illud Matth. 18. Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in celo

& quæ-

& quæcumque solueritis super terram erunt soluta & in celo, præterquam quod ipse legat in cælis, ubi hodie & Græcè & Latine habetur in celo.

4. Sed enim cum videamus] Sic Cambri. cod. & Manut. in ceteris desideratur: enim, Patet autem hinc, scriptam esse hanc epistolam instante secunda persecutione, atque adeo ante Epistolam lv. quæ scripta est iam incepta persecutione, utpote in qua dicit, se ad Leonem demum postulatam à populo.

5. crebris & altitudinis ostensionibus] Similes ostensiones habuit Cyprianus de pace futura in suo secessu, uti supra in epistolis ibi scriptis frequens est.

6. necessitate cogente centuimus] Hinc patet, rectè pro tempore & personis mutari statuta conciliorum priorum per posteriora, præsertim provincialium.

6. Obtemperandum namque est] Error Remboldi qui legit: obtemperantis, remansit in vulgatis omnibus. Nam Ms. s. nostri & Cauchij, vetus quoque excusus hoc pacto legit, quare rectè etiã sic Manu. & Morel.

7. protectione corporis & sanguinis domini &c.] Similis profus est locus epistola ad Thibaritanos, unde constat eodem fere tempore scriptam, frequenter etiam corporis & sanguinis Domini meminit Cyprianus, uti ex indice constat; quæ omnia loca, confirmant Catholicam de veritate corporis & sanguinis domini in Eucharistia sententiam. Atque adeo hæc de re tractandi locus hic opportunus foret, verum ne sim prolixior, lectorem remitto ad Classis. Auctorem Ioannis Garcij, qui optimam Catholicis omnibus nauavit operam.

8. cum ad hoc fiat Eucharistia] Notatu digna veterum phrasid quæ fieri sine facere Eucharistiam dicebant, verum de ea latius epistola ad Cæcilium, & libro de orat. Dom. m. c. i.

9. si non eos prius ad bibendum poculum domini iure communicationis admittimus] Nullam ex hoc loco colligi posse necessitatem communicandi sub utraque specie, pulchre deducit insignis Theologus D. Ioannes Hespius in suo tractatu de communione sub altera specie, ad quem lectorem remittimus: pluribus ea de re acturi in epistola iam dicta ad Cæcilium, & libro de orat. Dom. m. c. i.

10. qui vel apostatauerunt & ad sæculum cui renunciauerant, &c.] Apostatare pro desicere à religione, derivatum à Græci voce ἀποστῆναι, veteribus usitatum fuit, hinc dictus fuit Apostata Iulianus Imperator. De renuntiatione autem sæculi quæ fit in Baptismo, vide supra epistolam 7.

11. Si secundum quod eos audiimus & optamus & credimus] sic Morelius, ceteri omnes non aliud quam: audimus, aut audiuius.

12. qui sacrificia Dei quotidie celebramus] Mòs erat apud veteres ut quotidie sacrificia celebrarent Episcopi, nam & alibi simile quid habet. De sacrificijs autem latius dicta epistola ad Cæcilium.

13. cito venturus] Hoc tum Apostolis tum Cypriano & alijs veteribus usitatisimum, ut iudicium extremum instare sua quisque ætate existimaret; præsertim ad huc vigentibus illis primorij Imperatorum persecutionibus.

14. Obesse autem mali bonis non debent] Locus hic requirebat de commixtione bonorum & malorum in ecclesia tractatum, sed plura hæc de re epistola ad Anthonianum & lib. de unitate Ecclesie cathol.

15. qui habet in prælio coronari] De hac phrasid

Cypriani supra alibi, mutuata est autem à Græcis,

16. Nec quisquam dicat: Qui martyriū tollit] Sic Ms. omnes & vetus excusus; Manutius quoque & Morelius, pro quo prius Remboldus & eum sequutus Erasimus: tulit, videtur alludere hac phrasid ad illud Saluatoris nostri: Qui non tollit crucem suam, &c. Mirum est autem, quid sibi hic velit huius Synodi patres & ipse cum illis Cyprianus, dum dicere videntur, nondum reconciliatis ab Ecclesia, non sufficere Martyrium ad salutem, quum tamen Cyprianus Epistola infra ad Iubianum disertis verbis fateatur, Catechumenis ante baptismum sufficere Martyrium ad salutem, vocans illum baptismum sanguinis. Videtur enim eadem utrorumque ratio, neque enim magis Catechumeni ante baptismum (qua ratione hic potissimum videntur) acceperunt spiritum sanctum, quam lapsi ante pacem datam. Imprimis autem, non tam negant baptizari suo sanguine Martyrem nondum baptizatum (de qua sententia latius infra epistola ad Iubianum) quam quod inde necessaria consequentia deduci non posse velint, pacem accipere lapsos per Martyrium. Et fortassis dubitandi illis causa fuit criminis enormitas, utpote sacrificij idolis immolari, quod non uno in loco summum criminum omnium crimen esse, è scripturis deducit Cyprianus. Deinde non tam apertam habebant scripturam de Martyrio lapsorum, atque de martyrio Catechumenorum, aut eorum qui ad fidem primum accedebant. Pro priori enim sententia citat Cyprianus latronis exemplum in cruce: & D. August. tum illud ipsum tum Cornelij. Centurionis & Martyrum innocentium. Pro posteriori sententia nescio an scriptura à quopiam allegata reperiantur. Atque adeo consularis existimabant si pacem acciperent, tum ob dictam incertitudinem, tum ut recepta Eucharistia (vni loquantur) vires eorum erigerentur & accenderentur ad Martyrium: nos hoc suo factio instruentes, ut in dubijs tutiorem semper sententiam sequamur. Quandoquidem tamen eadem videtur ratio utrorumque, eadem utrobique causa est Martyrij, idem fidei fervor, ego certe æque lapsos Martyrio posse pacem consequi in articulo necessitatis atque Catechumenas arbitror: præsertim, quum ut mox dicemus etiam extra martyrium, veram ad Dei cordis conversionem & veram penitentiam in necessitate, vicem absolutionis obrinere, doctores doceant scholasticis, & Patrum quidam, imò & ipse Cyprianus.

17. Tum deinde si relictis omnibus] Sic Manu. solus & rectè, ceteri: Tunc. Habes similes locos apud Leonem epistola 99. ad Episcopum Forliuensem, D. August. epistola 180. ad Honoratum, & D. Greg. Nazianzen. sub finem orat. de Baptismo. Faciunt autem magnopere hi loci, ad confirmandam necessitatem confessionis. Si enim usque adeo necessaria sit reconciliatio penitentis per sacerdotem, ut tanti viri non sint securi de salute illorum, qui quantumvis penitentes sine absolutione sacramentali ex hac vita decedunt; profectò ad salutem necessariam esse illam iudicaverunt. Quod usque adeo persuasum veteribus fuit, ut tum Cyprianus tum Clerus Romanus hoc semper epistolis suis inculcarint, ut decedentibus ex hac vita pax daretur, etiam nondum exacta penitentia: quemadmodum supra videre est in epistolis de Lapsis, præsertim autem ij. xij. xviij. xxi. xvi. & xxvi. Eandem necessitatem comprobant Fabiani illud Martyris & Pontificis epistola 2. Decretal. illi qui illa peccata perpetraverunt, de quibus Apostolus ait: K. iij



Quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequuntur, ad emendationem compellendi sunt; quia in baratrum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subuenientur fuerit. Eodem etiam pertinent verba que habentur initio huius epistolæ, & que diximus epistolæ ad Antonianum. Colligitur etiam hinc, improbabilem esse eorum sententiam, qui solam contritionem sufficere plerumque existimant ad remissionem peccatorum; si id enim verum esset, non tantopere inculcatur à prædictis patribus necessitas absolutionis sue reconciliationis. Verum enimvero etsi ordinaria non sit peccatorum remissio in decedentibus sine confessione, quod dictis locis volunt patres, non tamen sic esse alligatam Dei potentiam visibilibus sacramentis, ut non aliquando etiam inuisibiliter sine sacramentis operetur, idque in necessitate satis colligitur, ex iis que paulo ante diximus de Catechumenis sine baptismo morientibus, in quibus non solum baptismum suppleri per martyrium, sed & per plenam (ut loquuntur illi) cordis ad Deum conversionem, disertis verbis docent D. D. Ambrosi. orat. funeb. de obitu Valent. Imperat. August. lib. 4. de Bapt. contra Don. c. 22. Bernardus epistolæ ad Hugonem de S. Victore, ipse quoque Hugo lib. de sacram. part. 6. c. 7. Eadem est enim (inquit, idem D. Aug. c. ult. lib. 1. de adult. coniug.) reconciliationis causa quæ baptismatis, si forte penitentem finiende vita periculum preoccupauerit, cui simile quid habet etiam c. ult. lib. de natura boni contra Manich. Hæmo quoque in 3. c. epistolæ ad Rom. Et D. Bernardus in dicta epistolæ. Immo ipse Cyprianus, qui epistolæ ad Thymaritanos, illis qui in solitudinibus positi in persecutione mortui fuerunt, etiam sine absolutione sacramentali, non salutem modo sed & Martyrij coronam promittit. Quando igitur sacramenta Baptismi aut penitentia excludit non contemptus sed necessitas, non desperandum de illis, qui sine sacramentis illis hinc decedunt.

18. & iam non pascet eas] Sic Cambr. & excus. si Erasmi omnes, desiderantur verò hæc verba in Ms. tribus, veteri excuso & apud Remboldum, quare & ego prætermissem, nisi tale quid legeret D. etiam Hieron. in versione 70. pro eo quod Hebræi habent: & non pascet amplius semetiplos, immo & Cyprianus eadem verba legit infra epistolæ lxxvij.

19. placuit nobis spiritu sancto suggerente] Verba non nunc solum sed olim usitata in Concilio, immo ab ipsis Ecclesiæ incunabulis. Nam Act. 15. dicitur: placuit spiritui sancto & nobis, &c.

20. quod credimus vobis quoque, &c. placitum] Multum facit hic locus pro confirmatione pontificie dignitatis, nam quodammodo confirmari petunt suam à Cornelio sententiam.

21. Quod si de collegis, &c.] Videtur alludere ad illos qui Novatiani partes tuebantur, verum de his latius epistolæ ad Antim.

22. Optamus te] Hanc clausulam recens adiecerunt Manut. & Morel. in ceteris desideratur.

## AD CORNELIUM DE Fortunato & Felicissimo, siue contra hæreticos.

### EPISTOLA LV.

Argumentum. Imprimis monet Cornelium

Cyprianus hac epistolæ, ut Felicissimi & Fortunati contra se calumnias non audiat, nec minis eorum terreatur, sed forti sit animo, sicuti Dei sacerdotem contra hæreticos decet, utpote qui pro more hereticis usitato heresim suam & schismata incoeperint ex contemptu vniuersi in Ecclesia Episcopi; obiter etiam indicans vnde oriri soleant hereses & schismata, ut merito à Morelio inscribatur contra hereticos.

## CYPRIANVS CORNELIO fratri S.

**R**EGI Litteras tuas frater charissime, quas per Saturum fratrem nostrum Acoluthum misisti, & dilectionis fraternæ, & ecclesiasticæ disciplinæ, & sacerdotalis censuræ satis plenas, quibus significasti, Felicissimū hostem Christi, non nouum, sed iam pridem ob crimina sua plurima & grauissima abstentum, & non tantum meam, sed plurimorum coepiscoporum sententia condemnatum, reiectum à te illic esse; & cum venisset stipatus caterua & factione desperatorum, vigore pleno, quo episcopus agere oportet, pulsum de Ecclesia esse: de qua iam pridem cum sui similibus, Dei maiestate, & Christi Domini & iudicis nostri seueritate, depulsus est; ne schismatis & dissidij auctor, ne pecuniæ commissa sibi fraudator, ne stuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor, vltra adhuc spontam Christi incorruptam, sanctam, pudicam, præsentie suæ dedecore, & impudica atque incesta contagione violaret. Sed enim lecta alia tua epistolæ frater, quam primis litteris subiunxisti, satis miratus sum: cum animaduertissem te minis atque terroribus eorum, qui venerant, aliquantum esse commotum; cum te, secundū quod scripsisti, aggressi essent, cum summa desperatione comminantes, quod si litteras quas attulerant non accepisses, publicè eas recitarent, & multa turpia ac probrosa, & ore suo digna proferrent. Quod si ita res est frater charissime, ut nequissimorum timeatur audacia, & quod mali iure, atque æquitate non possunt, temeritate ac desperatione perficiant: actum est de episcopatus vigore, & de Ecclesiæ gubernandæ sublimi ac diuina potestate, nec Christiani vltra aut durare, aut esse iam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas atque insidias

Lib. 1.  
Epist. 3.

Lib. 1.  
Epist. 3.

Gen. 4.  
Gen. 37.

Mat. 10.

insidias pertimescamus. Nam & gentiles, & Iudæi minantur, & hæretici, atque omnes, quorum pectora & mentes diabolo \* obsidet, venenatam rabiem suam quotidie furiosa voce testantur: non tamen iccirco cedendum est, quia minantur, aut ideo aduersarius & inimicus maior est Christo, quia tantum sibi vindicat, & assumit in sæculo. Manere apud nos debet frater charissime fidei robor immobile; & stabilis atque inconcussa virtus contra omnes incurfus, atque impetus oblatantium fluctuum, velut petræ obiacentis fortitudine & mole debet obistere. Nec interest vnde Episcopus aut terror aut periculum veniat; qui terroribus & periculis viuunt obnoxius, & tamen sit de ipsis terroribus ac periculis gloriosus. Neque enim solas gentilium vel Iudæorum minas cogitare & spectare debemus, cum videamus, ipsum Dominum à fratribus esse detentum, & ab eo, quem inter Apostolos ipse delegerat, proditum: inter initia quoque mundi Abel iustum non nisi frater occiderit; & Iacob fugientem persequutus sit frater infestus; & Ioseph puer venient vendentibus fratribus: in Euangelio etiam legamus, esse prædictum magis domesticos inimicos futuros, & qui prius copulati sacramentis vnanimittatis fuerint, ipsos inuicem tradituros. Nihil interest quis tradat, aut sæuiat, cum Deus tradi permittat quos disponit coronari. neque enim nobis ignominia est pati à fratribus, quod passus est Christus: nec illis gloria est facere, quod fecerit Iudas. Quæ autem sui elatio est, quæ comminantium tumens & inflata & vana iactatio, illic absenti minari, cum hic habeant in potestate præsentem? Cōiucia eorum, quibus se & vitam suam quotidie lacerant, non timemus; fustes, & lapides, & gladios, quos verbis parricidalibus iactitāt, non perhorrescimus. Quod in illis est, homicidæ sunt apud Deum tales: necare tamen non possunt, nisi eis Dominus necare permiserit. Et cum nobis semel moriendum sit, illi tamen & odio, & verbis, & delictis suis quotidie perimunt. Sed non iccirco, frater charissime, relinquenda est Ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis soluenda censura, quoniam conuiciis infestamur, aut terroribus quatimur; quando occurrit & moueat scriptura diuina dicens: Ille verò qui præsumit & contumax est, vir sui iactans,

nihil omnino perficiet, qui dilatauit tanquam infernus animam suam. Er iterum: Et verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercora erit & in vermes. Hodie extolletur, & cras non inuenietur, quoniam conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perit. Er iterum: Vidi impium exaltatum, & extolli super cedros Libani, & transiui, & ecce non fuit, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Exaltatio, & inflatio, & arrogans, ac superba iactatio, non de Christi magisterio, qui humilitatem docet, sed de antichristi spiritu nascitur, cui exprobrat per prophetam Dominus, & dicit: Tu autem dixisti in animo tuo: In celum ascendam, super stellas Dei ponam sedem meam: Sedebo in monte alto super montes altos in aquilonem, ascendam super nubes, ero similis altissimo. Et addidit dicens: Tu verò ad inferos descendes in fundamenta terræ, & qui videbunt te, mirabuntur super te. Vnde & parem talibus pœnam scriptura diuina loco alio comminatur: & dicit: Dies enim Domini Sabaoth super omnem iniuriosum & superbum, & super omnem elatum & excelsum. De ore itaque ac de verbis suis vnusquisque statim prodicit, & vtrum Christum in corde suo, an verò antichristum habeat: loquendo detegitur: secundum quod Dominus in Euangelio suo dicit: Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis nequam? de abundantia enim cordis, os emittit. Bonus homo de bono thesauro emittit bona, & nequam homo de nequâ thesauro emittit nequam. Vnde & diues ille peccator, qui de Lazaro in sinu Abrahamæ posito atque in refrigerio constituto implorat auxilium, cum in tormentis cruciatus flammæ cremantis ardoribus aduratur, inter omnes corporis partes magis os eius & lingua pœnas dat; quia plus scilicet lingua sua & ore peccauerat. Nam cum scriptum sit: Neque maledici regnum Dei consequentur; iterum Dominus in Euangelio suo dicit: Qui dixerit fratri suo, faræ: & qui dixerit racha, reus erit in gehenna ignis; quo modo possunt censuram Domini vltoris euadere, qui talia ingerunt non solum fratribus sed & sacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, ut quisquis sacerdoti eius & ad tempus hic iudicanti non obtreperet, statim neca-

Abac. 2  
1. 24. ubi. 2

Psal. 36.

Esa. 14.

Esa. 2.

Mat. 12.

Luc. 6.

1. Cor. 6.  
Mat. 5.



retur? In Deuteronomio loquitur Dominus Deus, dicens: Et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille; & omnis populus cum audierit, timebit; & non audent impiè etiam nunc. Item ad Samuelem, cum à Iudæis sperneretur, Deus dicit: non te spreuerunt, sed me spreuerunt. Et Dominus quoque in Euangelio: Qui audit vos, inquit, me audit, <sup>23</sup> & cum qui me misit: & qui reicit vos, me reicit: qui me reicit, reicit eum qui me misit. Et cum leprosum mundasset: Vade, inquit, & demonstra te sacerdoti. Et cum postea tempore passionis alapam accepisset à seruo sacerdotis, cumque ei dixisset: Sic respondes pontifici? aduersus pontificem Dominus contumeliosè nihil dixit, nec quidquam de sacerdotis honore detraxit, sed innocentiam suam magis asserens & ostendens: Si male, inquit, locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis? Item in Act. Apostolorum. Postmodum beatus Apostolus Paulus cum ei dictum esset: Sic in silis in sacerdotè Dei maledicendò: quàmuis Domino iam crucifixo, sacrilegi, & impij, & cruenti illi esse cœpissent; nec iam quidquam de sacerdotali honore & auctoritate retinerent: tamen ipsum quamuis inane nomen & umbram quandam sacerdotis <sup>25</sup> cogitans Paulus: Nesciebam, inquit, fratres, quia pontifex est scriptum est enim: <sup>26</sup> Principem populi tui non maledices. Cum hæc tanta ac talia, & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotalis auctoritas & potestas de diuina dignatione firmatur; quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij ultione terrentur? <sup>27</sup> Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, <sup>28</sup> quàm inde, quòd sacerdoti Dei nõ obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus index vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa; nemo aduersum sacerdotum collegiũ quidquam moueret; nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post cœpiscoporum consensum iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret; nemo discidio vnitatis, Christi Ecclesiam scinderet; nemo si-

bi placens ac tumens seorsum foris hæresin nouam conderet; nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet sine Dei iudicio fieri sacerdotem; cum Dominus in Euangelio suo dicat: Nõne duo passeret asse vaneunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris voluntate? Cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat; existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente Deo, in Ecclesia Dei fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordinari? Hoc est fidem non habere, qua viuimus, hoc est Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi, & gubernari omnia scimus & credimus. Plane Episcopi non de voluntate Dei fiunt; <sup>29</sup> qui extra Ecclesiam fiunt, sed contra dispositionem & traditionem Euangelij fiunt: sicut ipse Dominus in duodecim Prophetis ponit & dicit: <sup>30</sup> Sibimetipsis regem constituerunt, & non per me. Et iterum: Sacrificia eorum tanquam panis luctus; omnes qui manducant ea, contaminabuntur. Et per Esaiam quoque Spiritus sanctus clamat & dicit: Væ vobis filij defertores, hæc dicit Dominus: habuistis consilium & non per me, & fecistis conuentionem non per spiritum meum, adiacere peccata super peccata. <sup>31</sup> Cæterum (dico enim pronocatus, dico dolens, dico compulsus) quãdo Episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi vniuersi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter iustus, <sup>32</sup> plebi suæ in Episcopatu quadriennio iam probatus, in quiete seruans disciplinæ, in tempestate proscriptus, applicito & adiuncto Episcopatus sui nomine, toties ad leonem petitus, in circo, in amphitheatro dominicæ dignationis testimonio honoratus: his ipsis etiam diebus, quibus has ad te litteras feci, ob sacrificia, quæ edicto proposito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad leonem denuo postulatus in circo; cum talis frater charissime <sup>33</sup> à quibusdã desperatis & perditis, & extra Ecclesiam constitutis impugnari videretur, apparet quis impugnet. Nõ scilicet Christus qui sacerdotes aut constituit aut protegit, sed ille, qui Christi aduersarius, & Ecclesiæ eius inimicus, ad hoc Ecclesiæ præpositum sua infestatione persequitur, ut gubernatore sublato, atrocius

cuius atque violentius circa Ecclesiæ naufragia grassetur. Nec quenquam fidelem & Euangelij memorem, atque Apostoli præmonentis mandata retinentem, mouere debet frater charissime, <sup>34</sup> si quidam in extremis temporibus superbi, & contumaces, & sacerdotum Dei hostes, aut de Ecclesia recedunt, aut contra Ecclesiam faciunt; quando tales nunc futuros & Dominus, & Apostoli eius ante prædixerint. Nec præpositum seruum deserit à quibusdã miretur aliquis; quando ipsum Dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & virtutes Dei patris factorum suorum testimonio comprobantem, discipuli sui reliquerint. Et tamen ille non increpuit recedentes, aut grauius comminatus est, sed magis conuersus ad Apostolos suos dixit: Nunquid & vos vultis ire? seruans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimet ipse vel mortem appetit, vel salutem. <sup>35</sup> Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem domino fuerat Ecclesia, vnus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait: <sup>36</sup> Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, <sup>37</sup> & nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui. Significans scilicet & ostendens, eos qui à Christo recesserint, culpa sua perire: Ecclesiam tamè quæ in Christum credat, & quæ semel id quod cognouerit teneat, <sup>38</sup> nunquam ab eo omnino discedere; & eos esse Ecclesiam, qui in domo Dei permanent. Plantationem verò plantatam à Deo patre non esse, quos videmus non frumenti stabilitate solidari, sed tanquam paleas dissipantem inimici spiritu vtilari, de quibus & Ioannes in Epistola sua dicit: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, <sup>39</sup> mansissent utique nobiscum. Item Paulus monet nos, cum mali de Ecclesia pereunt, non moueri, nec recedentibus perfidis <sup>40</sup> fidem minui: Quid enim, inquit, si exciderunt à fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorum <sup>41</sup> fidem dei euacuauit? absit: <sup>42</sup> est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. <sup>43</sup> Quod ad nos attinet, conscientia nostræ conuenit frater charissime dare operã, ne quis culpa nostra de Ecclesia pereat. si autem quis vltro & crimine suo perierit, & poenitentiam agere, atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos futuros, qui consulimus sanitati, illos

solos in poenis remanuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quominus à via recta, & à certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruat dicens: Si hominibus placerem, Christi feruus non essem. Intestet vtrum quis homines promereri an Deum cupiat. Si hominibus placetur, Dominus offenditur. <sup>44</sup> si verò id enititur, & elaboramus ut possimus Deo placere; & conuicia & maledicta debemus humana contemnere. <sup>45</sup> Quod autem tibi de Fortunato isto pseudoepiscopo, à paucis & inueteratis hæreticis constituto, non statim scripsi, frater charissime, non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet per nos festinato statim quasi magna aut metuenda perferri; maximè quando & Fortunati nomen iam satis nosse, qui est vnus ex quinque presbyteris iam pridem de Ecclesia profugis, & sententia cœpiscoporum nostrorum, multorum & grauissimorum virorum, nuper abstetis; <sup>46</sup> qui super hac re priore anno ad te litteras fecerunt: <sup>47</sup> itè Felicissimum signiferum seditionis recognosceres, qui & ipse in iisdem cœpiscoporum nostrorum factis ad te pridem litteris continetur: qui non tantum ab iis istic abstetis, sed abs te illic nuper de Ecclesia pulsus est. Cum hæc in notitia tua esse confiderem; & pro certo <sup>48</sup> hæere memoriae, & disciplinae tuæ scirem: necessarium non putavi, celeriter & vrgenter hæreticorum tibi ineptias nunciandas. neque enim ad Catholicæ Ecclesiæ maiestatem pariter, ac dignitatem pertinere debet, quid apud se hæreticorum & schismaticorum molitur audacia. <sup>49</sup> Nam & pars Nouatiani Maximũ presbyterum, nuper ad nos à Nouatiano legatum missum, atque à nostra communicatione reiectum nunc istic sibi fecisse pseudoepiscopum dicitur. Nec tamè de hoc tibi scripseram, quando hæc omnia contemnantur à nobis, & <sup>50</sup> miserim tibi proximè nomina Episcoporum istic constitutorum, qui integri & sani in Ecclesia Catholica fratribus præfunt. Quod utique ideo de omnium nostrorum consilio placuit scribere, ut erroris diluendi ac perspiciendæ veritatis compendium fieret, & scires tu & collegæ nostri, quibus scribere, & litteras mutuo à quibus vos <sup>51</sup> accipere oporteret: si quis autem præter hos, quos epistola nostra compleximus, scribere vobis auderet, sciretis



eum vel sacrificio, vel libello esse maculatum, vel vnum de hæreticis peruersum scilicet & profanum: Nactus tamen occasionem familiarissimi hominis<sup>12</sup> & clerici, per Felicianum Acoluthum, quem<sup>13</sup> cum Perseo collega nostro miseris, inter cætera quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato isto tibi scripsi. sed dum istic Felicianus frater noster vel vento retardatur, vel accipiendis aliis epistolis, à nobis detinetur, Felicissimo ad vos properante præuentus est.<sup>14</sup> Ita enim semper scelera festinant, quasi contra innocentiam festinatione præualeant. Per Felicianum autem significavi tibi frater, venisse Carthaginem<sup>15</sup> Priuatim veterem hæreticum, in Lambesitana colonia, ante multos fere annos ob multa & graua delicta nonaginta Episcoporum sententia condemnatum,<sup>16</sup> Antecessorum etiam nostrorum, quod & vestram conscientiam non laet, Fabiani & Donati litteris seuerissime notatum: qui cum causam suam apud nos<sup>17</sup> in concilio, quod habuimus Idibus Maiis quæ proximè fuerunt, agere vellet se diceret, nec admittus esset, Fortunatum istum sibi pseudoepiscopum dignum collegio suo fecit.<sup>18</sup> Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipse extra Ecclesiam in hæresi, pseudoepiscopum olim constituerat. Sed & Iouinus & Maximus comites<sup>19</sup> cum Priuato hæretico affuerunt, ob nefanda sacrificia & crimina in se probata, sententia<sup>20</sup> novem Episcoporum collegarum nostrorum condemnati,<sup>21</sup> & iterato quoque à pluribus nobis, in concilio anno priore absentanti. Cum his autem quatuor iunctus est<sup>22</sup> & Reposus<sup>23</sup> Saturnicensis, qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam partem plebis suæ sacrilega persuasionem deiecit. Hi quinque cum paucis vel<sup>24</sup> sacrificatis, vel male sibi consciis, Fortunatum sibi pseudoepiscopum cooptarunt, vt criminibus in vnum conuenientibus talis esset scilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc iam & cætera mendacia frater charissime potes noscere, quæ illic homines desperati, & perditii ventilaerunt, vt cum de sacrificatis vel de hæreticis amplius quam quinque pseudoepiscopi non fuerint qui Carthaginem venerint, & Fortunatum sibi demeritæ suæ socium constituerint; illi tamen quasi filii diaboli, & mendacio pleni, ausi sunt, vt scribis,<sup>25</sup> iactitare vigintiquin-

que Episcopos affuisse: quod mendacium & istic prius apud fratres nostros iactitabāt, dicentes viginti quinque Episcopos de Numidia esse venturos, qui sibi Episcopum facerent; quo in mendacio suo postquam, quinque solis conuenientibus naufragis & à nobis absentis, detecti sunt, atque confusi; Romam<sup>26</sup> cum mendaciorum suorum merce nauigauerunt, quasi veritas post eos nauigare non posset, quæ mendaces linguas rei certæ probatione conuinceret. Atque hæc est frater<sup>27</sup> vera demeritæ, non cogitare, nec scire, quod mendacia non diu fallant; noctem tam diu esse quam diu illucescat dies, clarificato autem die, & sole oborto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem latrocina cessare. Denique si nomina ab eis quæreret, non haberent vel quos falso nominarent: tanta apud eos etiam malorum penuria est, vt ad illos nec de sacrificatis, nec de hæreticis viginti quinque colligi possint. Et tamen ad decipiendas aures simplicium & absentium mendacio numerus inflatur; quasi, etsi verus esset hic numerus, aut ab hæreticis Ecclesia, aut<sup>28</sup> ab iniustis iustitia vincatur. Nec me oportet frater charissime paria nunc cum illis facere, & ea, quæ commiserunt atque hucusque committunt meo sermone decurrere; cum considerandum sit nobis, quid proferre & scribere sacerdotes Dei oporteat, nec tam dolor apud nos debeat, quam pudor loqui; & ne videat prouocatus maledicta potius, quam crimina & peccata congerere.<sup>29</sup> Taceo itaque de fraudibus Ecclesiæ factis: coniurationes, & adulteria, & varia delictorum genera prætereo: vnum illud, (in quo non mea, nec hominum, sed Dei causa est,) de eorum facinore non puto esse reticendum; quod à primo statim persecutionis die, cum recentia delinquentium facinora seruerent, & sacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsæ lapsorum<sup>30</sup> atque ora fumarent, communicare cum lapsis<sup>31</sup> & penitentiam agendam intercedere non destiterunt. Clamat Deus: Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. Et Dominus in Euangelio dicit: Qui me negauerit, negabo illum. Et alio loco indignatio & ira diuina non tacet, dicens: Illis fudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia: super hæc non indignabor? dicit Dominus: Et intercedunt

ne ro-

ne rogetur Deus, qui indignari seipse testatur. Intercedunt ne exoretur precibus & satisfactionibus Christus, qui negantem se negare profitetur.<sup>32</sup> Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso litteras missimus, nec auditi sumus.<sup>33</sup> Concilio frequenter acto, non consensione tantum nostra; sed & comminatione decreuimus, vt penitentiam fratres agerent, vt penitentiam non agentibus nemo temere pacem daret: & illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotes Dei impio furore temerarij, de Ecclesia recedentes, & contra Ecclesiam parricidalia arma tollentes, elaborant (vt opus suum diaboli malitia<sup>34</sup> consumment) ne vulneratos diuina clementia in Ecclesia sua curet; miserorum penitentiam mendaciorum suorum fraude corrumpunt, ne Deo indignanti satis fiat; ne Christum Dominum suum, qui<sup>35</sup> Christianus esse vel erubuit ante, vel timuit, postmodum quærat; ne ad Ecclesiam qui de Ecclesia recesserat, redeat. Datur opera, ne satisfactionibus & lamentationibus iustis delicta redimantur, ne vulnera lachrymis abluantur. Pax vera falsæ pacis medicatio tollitur, salutaris sinus matris nouerca intercedente præcluditur, ne de pectore atque ore lapsorum fletus, & gemitus audiatur. Compelluntur adhuc insuper lapsi, vt linguis, atque ore, quo<sup>36</sup> in Capitolio ante deliquerant, sacerdotibus conuicium faciant; confessores, & virgines, & iustos quosque fidei laude præcipuos atque in Ecclesia gloriosos, contumeliis & maledicis vocibus<sup>37</sup> prosequantur. A quibus quidem non tam nostrorum modestia, & humilitas, & pudor cæditur, quam illorum ipsorum spes & vita laceratur.<sup>38</sup> Neque enim qui audit, sed qui facit conuicium miser est. nec qui à fratre vapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est. & cum nocentes innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt. Denique hinc illis<sup>39</sup> percussa mens, & hebes animus, & sensus alienus est. Ira est Dei non intelligere delicta, ne sequatur penitentia, sicut scriptum est: <sup>40</sup> Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis; ne reuertantur scilicet, & curentur, & deprecationibus & satisfactionibus iustis<sup>41</sup> post peccata sanentur. Paulus Apostolus in Epistola sua ponit & dicit, <sup>42</sup> Dilectum veritatis non habuerunt vt salui fierent, ac propterea

mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, <sup>43</sup> sed sibi placent in iniustitia: Primus felicitatis gradus est, non delinquere: secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra & illibata quæ seruet, hic succedit medela quæ sanet: quod vtrunque isti offenso Deo perdidit, & vt amissa sit gratia, quæ de baptismi sanctificatione percipitur, & non subueniat penitentia, per quam culpa curatur.<sup>44</sup> An putas frater lenia esse aduersus Deum facinora, parua & modica delicta, quod per illos non rogatur maiestas indignantis Dei: quod non timeretur ira & ignis, & dies Domini: quod imminente antichristo, exarmatur fides militantis populi, dum tollitur vigor & timor Christi? Viderint laici hoc quomodo curent; sacerdotibus labor maior incumbit in asserenda, & procuranda dei maiestate, ne quid videamur in hac parte negligere; cum admoneat Dominus & dicat: Et nunc præceptum hoc ad vos est <sup>45</sup> o sacerdotes: Si non audieritis, & si non fueritis in corde vestro vt detis honorem nomini meo, dicit Dominus; Immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem vestram.<sup>46</sup> Honor ergo datur deo, quâdo sic Dei maiestas & censura contemnitur, vt cum se ille indignari & irasci sacrificantibus dicat, & cum pœnas æternas & supplicia perpetua comminetur, proponatur à sacrilegis atque dicatur; ne ira cogitetur Dei, ne timeatur iudicium Domini; ne pulsetur ad Ecclesiam Christi: sed sublata penitentia, nec vlla exomologesi criminis facta, despectis Episcopis atque calcatis, <sup>47</sup> pax à presbyteris verbis fallacibus prædicetur; & ne lapsi surgant, <sup>48</sup> aut foris positi ad Ecclesiam redeant, comunicatio non communicantibus offeratur? Quibus etiam satis non fuit ab Euangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & penitentiam sustulisse, fraudibus inuolutos, vel adulteriis commaculatos, vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogerent; ne in Ecclesia exomologesi criminum facerent, ab omni & sensu & fructu penitentiam remouisse; <sup>49</sup> nisi foris sibi extra Ecclesiam & contra Ecclesiam constituisent conuenticulum perditæ factionis, cum male sibi consciorum & Deum rogare ac satisfacere nolentiū ceterua conflueret. <sup>50</sup> Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constitu-

Esā. 29.  
Rom. 11.  
Esā. 6.

2. Thes. 2.

Exod. 22.  
Matt. 10.

Esā. 17.

Malach. 2.



Rom. 1.

to, nauigare audent, & ad Petri cathedram atque ad Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis litteras ferre, nec cogitare<sup>9</sup> eos esse Romanos, (quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est) ad quos perfidia habere non possit accessum. Quæ autem causa veniendi & pseudoepiscopum contra Episcopos factum nunciandi? aut enim placet illis quod fecerunt, & in suo scelere perseverant: aut si displicet & recedunt, sciunt quo reuertantur.<sup>92</sup> Nam cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter ac iustum, vt vniuscuiusque causa illic audiat, vbi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat vnusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus; oportet vtique eos quibus præsumus non circumcurfare, nec Episcoporum concordiam coherentem sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, vbi & accusatores habere & testes sui criminis possint; nisi si paucis desperatis & perditis minor videretur esse auctoritas Episcoporum in Africa constitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis vincam iudicii sui nuper grauitate damnarunt. Iam causa eorum cognita est: iam de eis dicta sententia est, nec censura congruit sacerdotum mobilis atque inconstantis animi leuitate reprehendi,<sup>93</sup> cum Dominus doceat & dicat: Sit sermo vester, est est, non non. Si eorum qui de illis priore anno iudicauerunt, numerus cum presbyteris & diaconis computetur, plures tunc affuerunt iudicio & cognitioni, quam sunt iidem isti, qui cum Fortunato nunc videntur esse cõiuncti. Scire enim debes frater charissime, cum posteaquam pseudoepiscopus ab hæreticis factus est, iam pene ab omnibus esse desertum. Namque ii, quibus in præteritum<sup>94</sup> præstigia obredebantur, & dabatur verba fallacia, quod simul ad Ecclesiam regressuri dicerentur; posteaquam viderunt illic pseudoepiscopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie atque ad Ecclesiam pulsant: nobis tamen, à quibus ratio domino reddenda est, anxie ponderantibus, & sollicitè examinantibus, qui recipi & admitti ad Ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obstitunt, aut fratres obstinatè & firmiter reni-

Mat. 5.

tuntur; vt recipi omnino non possint, cum scandalo, & periculo plurimorum.<sup>95</sup> Neque enim sic putamina quædam colligenda sunt, vt quæ integra & sana sunt, vulnerentur; nec vtilis aut consultus est pastor, qui ita morbidas & contactas oues gregi admiscet, vt gregem totum mali coherentis<sup>96</sup> afflictatione contaminet.<sup>97</sup> O si posses frater charissime istic interesse nobiscum, cum prauis isti & peruersi de schismate reuertuntur; videres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, vt animi dolore sopito recipiendis malis curandisque consentiant. Nanque vt gaudent & lætantur, cum tolerabiles & minus culpabiles redeunt: ita contra fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles, & proterui, & vel adulteriis, vel sacrificiis contaminati, & post hæc adhuc insuper & superbi, sic ad Ecclesiam remeant, vt bona intus ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, immo extorqueo, vt tales patiatur admitti: & iustior factus est fraternitatis dolor, ex eo quod vnus atque alius, obnitate plebe, & contradicente, mea tamen facilitate suscepti, peiores extiterunt, quam prius fuerant, nec fidem pœnitentiæ seruare potuerunt, quia nec cum vera pœnitentia venerant. De istis verò quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo nauigauerunt, legati à Fortunato pseudoepiscopo missi, tam falsas ad te litteras afferentes, quam est & ipse, cuius litteras ferunt, falsus; quam est eius peccatorum multiplex conscientia, quam execrabilis vita, quam turpis, vt etiam in Ecclesia essent, eiici tales de Ecclesia debuissent? Denique quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad Ecclesiam limen accedere; sed foris per prouinciam circumuenticis fratribus, & spoliandis pererrant: & omnibus iam satis noti, atque vndique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos nauigant. Neque enim potest illis frons esse ad nos accedendi, aut apud nos consistendi; cum sint acerbissima & grauissima crimina, quæ cis à fratribus ingerantur. Si iudicium nostrum voluerint experiri, veniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem afferant pœnitentiæ fructum: <sup>98</sup> nec Ecclesia istic cuiquã clauditur nec Episcopus alicui denegatur; patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus

Mat. 23.

1. Par. 24.

bus præsto est. Opto omnes in Ecclesiam regredi, opto vniuersos commilitones nostros intra Christi castra, & Dei patris domicilia concludi: remitto omnia, multa dissimulo, studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno iudicio religionis examine, delictis plusquam oportet remittendis pæne ipse delinquit: amplector prompta & plena dilectione cum pœnitentia reuertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes. Si qui autem sunt, qui putant se ad Ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum se sibi non lamentationibus, & satisfactionibus, sed terroribus facere; pro certo habeant, contra tales<sup>99</sup> clausam stare Ecclesiam Domini, nec castra Christi inuicta & fortia, & Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei Evangelium tenens, & Christi præcepta custodiens occidi potest, non potest vinci. Sugerit & subministrat nobis exempla virtutis ac fidei Zacharias antistes Dei, qui cum terri minis & lapidatione non posset, in templo Dei occisus est; clamans & identidè dicens, quod nos quoque contra hæreticos clamamus & dicimus: Hæc dicit Dominus Dereliquistis vias Domini, & Dominus derelinquet vos. Neque enim, quia pauci temerarij & improbi, cœlestes & salutare vias Domini derelinquunt, & sancta non agentes à sancto spiritu deferuntur, ideo & nos diuinæ traditionis immemores esse debemus, vt maiora esse furentium scelera, quam sacerdotum iudicia censeamus; aut existimemus plus ad impugandum posse humana conamina, quam quod ad protegendum præualeat diuina tutela. An ad hoc frater charissime deponenda est Catholicæ Ecclesiæ dignitas, & plebis intus positæ fidelis atque incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque auctoritas ac potestas, vt iudicare velle se dicant de Ecclesiæ præposito extra Ecclesiam constituti? de Christiano hæretici? de sano sauci? de integro vulnerati? de stante lapsi? de iudice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid superest, quam vt Ecclesia Capitolio cedat, & recedentibus sacerdotibus,<sup>100</sup> ac Domini altare remouentibus, in Cleri nostri sacrum venerandumque cõfessum, simulacra atque idola cum aris suis trãseant, & Nouatiano declamãdi aduersum nos atque increpandi largior & plenior ma-

teria præstetur; <sup>101</sup> si ij qui sacrificauerunt, & Christum publicè negauerunt, non tantum rogari, & sine acta pœnitentia admitti, sed adhuc insuper cœperint terroris sui potestate dominari? Si pacem postulant, arma deponant: si satisfaciunt, quid minantur? aut si comminantur, sciant quia à Dei sacerdotibus non timentur: neque enim & antichristus cum venire cœperit, introibit Ecclesiam, quia minatur; aut armis eius & violentiæ ceditur; quia resistentes perempturum se esse profitetur. Armant nos hæretici, dum nos putant sua comminatione terreri,<sup>102</sup> nec in \* pacem nos <sup>\* facit.</sup> deiiciunt, sed magis erigunt, & accendunt dum ipsam pacem persecutione peiorem fratribus faciunt. Et optamus quidem ne quod loquuntur furore, impleant crimine, ne qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus ac deprecamur Deum, quem prouocare illi & exacerbare non desinunt, vt eorum corda mitescant, vt furore deposito ad sanitatem mentis redeant,<sup>103</sup> vt pectora operata delictorum tenebris pœnitentiæ lumen agnoscant, & magis perant fundi pro se preces atque orationes antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanferint, atque in istis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseuerauerint, nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic iacens, & abiectus, sic imbecillitate humanæ mediocritatis inualidus; qui nõ contra hostes & impugnatores Dei diuinitus erigatur, cuius non humilitas & infirmitas vigore & robore Domini protegentis animetur. Nostra nihil interest; aut à quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis præmium de domino recepturi.<sup>104</sup> Illorum flenda & lamentanda concisio est, quos sic diabolus excæcat; vt æterna gehennæ supplicia non cogitantes, antichristi iam propinquantis aduentum conentur imitari. Et quanquam sciam frater charissime promutua dilectione quam debemus, & exhibemus inuicem nobis,<sup>105</sup> florentissimo illic Clero tecum præfidenti, & sanctissimæ atque amplissimæ plebi legere te semper litteras nostras; tamen nunc & admoneo & peto, vt quod alias sponte atque honorifice facis, etiam petente me facias, vt hæc epistola mea lecta,<sup>106</sup> si quod illic contragiū venenati sermonis, & pestiferæ seminationis irreperat, id omne de fratrum auribus &







quod D. Hieronymus contra Luciferianos; salutem Ecclesie pendere dicit à summi sacerdotis dignitate, Cui si (inquit) non exors quedam & ab omnibus eminent detur potestas; tot in Ecclesia fieri schismata quot sacerdotes. Experientia certe ipsa nos docet, hæreses solere ex schismate, ut est, separatione voluntaria ab Ecclesia, atque adeo ab Ecclesie capite (Romano inquam Pontifici) initium sumere. Exempla huius rei apud Cyprianum habes de Nouatianis, apud August. de Donatistis. Vide ad hos Epistola 154. D. August. Neque enim vobis obicimus, nisi schismatis crimen, quam etiam hæresim male persuerando fecistis, & ad Cresc. Grammat. lib. 21. ca. 7. Inter schisma (inquit) & hæresim eam distinctionem magis adprobo, qua dicitur schisma esse recens congregationis ex aliqua sententiarum diuersitate dispersio; hæresis autem schisma inueteratum: A quo non dissentit D. Hieronym. exponens illud ad Tit. 3. qui est à semetipso damnatus: Hæretici (inquit) in semetipsos sententiam ferunt, suo arbitrio de Ecclesia recedentes, quæ recessio propria conscientie videtur esse damnatio. Et paulo post: Nullum schisma non sibi aliquam confingit hæresim, ut rectè ab Ecclesia receptum esse videatur. Plura reperiet exempla, qui exactè singulorum hæresim initia & prima fundamenta perspexerit.

28. quam inde] Sic typus vulgati omnes, Ms. verò Afflig. Dun. & March. excusis quoque veteres: nisi in de Accedit ad priorè lect. propius Camb. qui habet: quam dum.

29. sed qui extra Ecclesiam sunt] Sic Ms. & vetus excusus, Rēboldus verò cū Erasimicis omnibus omisit: led.

30. Sibimetipsos regem constituerunt] Sic Ms. ubicumque locus hic à Cypriano citatur, & vetus excusus. Hierony. tamen in comment. in Osee, videtur legisse. Ipsi sibi regem constituerunt.

31. Cæterum (dico enim prouocatus] Sic Manus sequitur Ms. cod. nam March. Dun. & Afflig. omittunt particulam: dico, ante Parenthesin: quam tamen habent Camb. & ceteri excusis omnes. Porro de legitima electione Episcopi latius infra epistola ad Clerum & plebem Hispaniarum.

32. Plebi tuæ in Episcopatu quadriennio iam probatus] Qui sequentia penitus perpendit, non dubito quin nihil assentietur; hæc de se humilitatis gratia in tertia persona dicitur Cyprianum; præsertim ex eo quod dicit: in tempestate prescriptus, applicito & adiuncto episcopatus nomine. Nam infra dicta Epistola ad Flor. Pup. formam proscriptiois talem his verbis explicat. Persequutio me proscriptiois onere depressit, cum publice legeretur: si quis tenet vel possidet de bonis Cæcilij Cypriani Episcopi Christianorum, proscribitur. Id ipsum conuincit quod dicit. His ipsis diebus quibus hæc ad te litteras feci, ob sacrificia que de edicto proposito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad Leonem, denique postulatus in circo. Quomodo enim scire posset Cyprianus, quid Romæ actum sit (si de Cornelio hæc intelligamus) illo ipso tempore, quo hæc scribebat epistolam? Neque vero est quod quem moueat mentio hic factatum circi tum Amphitheatri, nam ex epistola ad Donatum supra satis constat, fuisse non Romæ dumtaxat, sed & Carthagini tum Circum tum Amphitheatrum; quæ ex libris quoque de spectaculis tum Tertullianum Cypriani perspicuum sit. Porro ex hac periodo colligi videtur, Cyprianum aliquandiu Episcopatu functum

ante proscriptionem; utpote cum in quiete dicat se seruissè disciplinam, antea quoque in pace delectum & in persecutione protectum. Verum de his omnibus latius in vita auctoris. Colligere etiam mihi hinc videtur, scriptam hæc epistolam iam instante secunda persecutione, ea nempe qua Cornelius in carcerem comectus est.

33. à quibusdam desperatis & perditis & extra Ecclesiam constitutis impugnari] Est hæc cõmunis lectio Ms. & excusorum codicum. Camb. verò longe alia, nempe ista: à fratribus quos Dominus desperatos & perditos & extra Ecclesiam constitutos non protegit impugnari] neutra displicet.

34. si quidam in extremis temporibus, &c.] Alludit ad illud 2. ad Timot. 3. In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa, & erunt homines elati, superbi, blasphemæ, parentibus non obediens. Postremum videtur intelligere cum dicit: contumaces sacerdotum hostes] utpote qui sint parentes spirituales. Est autem insignis locus ad consolationem fidelium, aduersus hæresim multiplicationem.

35. Petrus rament super quem ædificata est ab ipso Domino Ecclesia] isdem pene verbis vitium infra sepedita epistola ad Flor. Pup. Item ad Iudæianum & ad Quintum, & rursus libris de Hab. Virginitatis, de unitate Ecclesie, ac de bono pudicitia, haud dubie explicans locum illum Matth. 16. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam &c. Neque vero noua est hæc huius loci expositio, sed quam habet etiam ipso antiquior Terullia. lib. de prescript. hæreticorum. & de pudicitia, ac Origenes in sexto cap. ad Romæ. & homil. 3. in Exodum, & alij quoque veteres plerique. Hilarius nempe super Matth. Ambrosij. serm. 47. Hieronym. lib. 1. contra Iovinianum, contra Pelagian. lib. 1. super Matth. Epistola ad Marcellam, & in Isa. 2. & 16. cap. Chrysost. homil. 55. in Matth. Cyrill. lib. 2. in Ioann. ca. 12. Epiph. in libro Anacrotus, & Leo Papa 1. epistola 67. Quæ loca prolixius citauimus, ob Erasimū in Epistolam ad Flor. Pup. adnotatiunculam, dum dicit: Non semel Cyprianus facit Ecclesie fundamentum Petrum, nisi forte nomine Petri senserit populum, hoc profitentem, quod Petrus fuerat. Tanquam absurdus sit, Petrum Ecclesie esse fundamentum, quam ipsum populum, siue Christianos omnes ut loquitur Adæus, in Matt. Quam expositionem si admittamus, erit igitur cuius quoque Christiano potestis soluendi & ligandi peccatas Quod quam sit absurdum, nouerunt Catholici omnes. Hoc igitur potius est detorquere scripturam, quam si ad Petrum cum veteribus tot Græcis & Latinis referatur; atque adeo Origene ipso, quem tamen pro sua sententia citat Erasmus: Nihil enim obstat, cur Petrus petra siue fundamentum Ecclesie dici possit. Nam etiã petra est (inquit Basilus lib. de pœnit.) non ut Christus petra est, sed ut Petrus petra est. Christus enim reuera petra est immobilis & inconcussa. Petrus verò propter hanc petram. Largitur enim Deus suas dignitates non euacuans se, sed habens dat. Lux est, vos estis (inquit) lux mundi. Sacerdos est, sacerdotem facit. Petra est, petram facit. Similia Ambrosij. in ca. 9. Lucæ, & Paulinus epistola 4. ad Senerum. Neque verò est quod sibi blandiatur ille, de D. Augusti. sententia. Quamquam enim ille & tract. ult. in Ioannem, & sermo. 13. de verb. Domini, Petram Christum interpretetur, fatetur tamen

ipse

ipse lib. Retract. 1. ca. 21. se etiam de Petro locum illum explicasse lib. contra epistolam Donati, & tandem subiungit: harum autem duarum sententiarum, quæ sit probabilior, eligat lector. Caterum probabilior esse constat, quam tot veteres sequuntur.

36. Domine ad quem ibimus: Verba vitæ æternæ habes] Ita Camb. cod. & excusis hætenus omnes, excepto Manutio, qui sequitur Ms. cod. legit: ad quem imus? Verbum vitæ æternæ habes, nam sic Afflig. Dun. & March. Verum malui veterem lectionem retinere, quod Græce sic sit apud Ioannem 6. πρὸς τὴν ζωὴν ἠἰσθητέα, & sic legant etiam commentarij omnes, tum Græci tum Latini.

37. & nos credimus] Etiam hic maluimus vulgaram lectionem retinere, quam reponere cum Manutio: credidimus, eo quod priorem sequantur Ms. omnes, & veterum tum Græcorum tum Latinorum commentarij.

38. nunquam ab eo omnino discedere] Illud omnino, adiectum est recens à Manutio. & Morelio, reperitur etiam in Ms. 5. Locus de constantia Ecclesie in fide, de qua paulo post latius, ubi eandem Romanæ ascribit ecclesie.

39. mansissent utique nobiscum] Particulam: utique, omiserat Manut. Quia tamen eam legunt Ms. & excusis omnes excepto solo Camb. malui denique inferere in contextum, præsertim cum in omnibus Græcis exemplaribus legatur addita particula: ὅτι, 1. Ioan. 2. & alibi frequenter sic citetur.

40. fidem minui] Sic Ms. & excusis omnes, solus Camb. fidem minus tenui, non malè.

41. fidem Dei euacuauit?] Esti Græca exemplaria & commentaria in epistolam ad Rom. hodie legant: ἡ εὐαγγελία, in futuro, & quædam Latina exemplaria: euacuabit, quomodo legit Manut. malui tamen sequi Ms. codicum fidem, qui constanter prius legunt modo, & hic & infra sæpius quemadmodum & August. & Latinorum veterum plerique. Videtur nos ter interpret legisse ἡ εὐαγγελία.

42. Est enim Deus verax] Ita constanter Ms. & excusis omnes, quod adnotandum venit ob lectionem nostri interpretis; quum contra legant Græci omnes: ἡ ἀλήθεια, pro quo & D. Hieron. in epistolam ad Titum. Fiat, vertit; legunt tamen priori modo etiam commentarij inscripti D. D. Ambrosij & Hierony. in omnes Pauli epistolas, & Beda in comment. ex Augustino desumptis.

43. Quod ad nos attinet] Locum hunc citas Gratianus distim. 47. c. quod ad nos, perperam Cornelio ad Cyprianum attribuit, quare legendum potius apud illum: Cyprianum Cornelio.

44. Si verò id enitumur & elaboramus] Sic March. Dun. Afflig. & Cauchij. antea erat: illud nitimur & elaboramus.

45. Quod autem tibi de Fortunato isto pseudepiscopo] Fuit Fortunatus iste vnus quinque illorum presbyterorum, ut ex sequentibus constat, electus ab eis in pseudepiscopum, idque quantū colligere est in locū Cypriani.

46. qui super hac te priori anno ad te litteras fecerunt] Facit eandem litterarum mentionem supra Epistola xliij. Constat autem hinc, secundo Cornely anno scriptam hæc epistolam, atque adeo etiam toto anno Cornelium Romæ residisse ante exsilium, verum de his latius in vita Cypriani.

47. item Felicissimum signiferum seditionis]

Latius huius supra facta est mentio. Vocatur autem tum vexillifer Priuati, tum satelles Nouati. E quibus appellationibus colligitur, fuisse eandem tum quinque presbyterorum tum Nouati factionem, aut saltem quum principio diuerse essent, postea sibi inuicem coniunctas. Porro repetit quod prius dixit Felicissimum abstentum fuisse etiam à Cornelio.

48. hæere memoriæ] Error Rēboldi denuo hic erroris fuit causa in excusis vulgatis. Nam, habere, Erasmus mendum subodoratus, maluit legere: haberem, sed nec hoc satisfacerebat.

49. Nam & pars Nouatiani Maximū presbyterum] Hic Maximus uti constat ex epistolis supra xlii. & xlvij. missus fuerat legatus ad Cyprianum à parte Nouatiani, atque adeo alius est à Confessore Romano; factus fuit verò & ipse Pseudepiscopus, antea vnus illorum quinque presbyterorum ut mox dicitur.

50. miserim tibi proxime nomina Episcoporum] Epistola Cypriani qua transmisit nomina Episcoporum hodie desideratur, nisi forte intelligat Epistolam precedentem Synodi Africana; quam colligo antea scriptam, ex eo quod paulo prius, hanc scriptam anno secundo Cornely, satis indicari.

51. accipere oporteret] Et hic error codicis Rēboldi mansit in excusis omnibus etiam Manus. nam vetus excusus & Ms. omnes hoc patto, pro quo reposuerat ille: oportet.

52. & Clerici, per Felicianum Acoluthum] Hætenus interposita erant hoc loco verba: led & 3. quæ quidè habent etiam Ms. cod. March. Afflig. & Dun. verum omittuntur à Cambrensi codice, à Manus. & Morelio. Si priori legatur modo, duarum Epistolarum; si posteriori, vnus dumtaxat fit mentio, etiam desiderate hætenus. Et certè huic fauet illud, quod dicit: præuentum Felicianum à Felicissimo; si enim per alium prius scripsisset, non est verisimile quod vtrunque præuenisset Felicissimus. Videtur autem Felicianus fuisse Romanus Acoluthus, utpote quæ dicit ad se à Cornelio missum.

53. cum Perseo collega nostro] Sic hætenus excusis omnes, Ms. verò 3. & Cauchij: Perle, Camb. Prela, aut (sicuti legendum est) Perla. Fuisse videtur Episcopus quispian Italus.

54. Ita enim semper] Desiderabatur in excusis: semper, adiectum ex Ms. codicibus.

55. Priuatum veterem hæreticum in Lambestana colonia] Veram hanc esse huius loci lectionem patet, tum ex excusis veteribus, tum ex epistola xxx. supra, ubi Priuati Lambestani fit mentio in editionibus tam Manus. quam Morelij; tum præsertim ex Synodo Carthagin. ubi sententiam dicit inter ceteros Episcopos Ianuarius à Lambese, nec obstat lectio Ms. cod. Marchim. Dun. Afflig. & Cauchij: labestana, quum iidem in Synodo Carthag. legant lambese, quare puro etiam hic ita legisse. Primus Erasmus: Pabestana, ad quod alludit Camb. legens Bumbestana, sed neutrum placet, facilis fuit error ob vicinitatem litterarum L.B.P. Porro adnotatu digna, Synodus Lambestana nonaginta Episcoporum, qui Priuatum condemnarunt.

56. Antecessorum etiã nostrorum &c. Fabiani & Donati] Quum dicat: nostrorum, satis colligitur eum loqui de Fabiano Cornely & Donato suo antecessore. De quibus latius in vita Cypriani. Rectè autem vo-



cat Priuatum veterem hereticum, ut qui iam dudum hereticos damnatus esset.

57. in concilio quod habuimus Idibus Maiis] Ex eo quod prius dixit, anno priore ad Cornelium datas litteras à Synodo quadam Episcoporum, consequitur hanc Synodum non primam fuisse, sed celebratam anno secundo à reditu Cypriani. Atque adeo confirmatur quod prius dixi, epistolam Synodi Africana præcedentem, ante hanc esse conscriptam. Nam existimo esse illam cuius hic meminit, celebratam Idibus Maiis anno Cornelij secundo, de prima enim Synodo mox loquitur. Constat autem tum hinc, tum Epistola supra xxxix. celebrari solere concilia Episcoporum in Africa post Pascha, quæ ille quid ordinatum fuit Can. Apost. 37. quibus in anno vult conuocari Synodos; semel quarta Pentecostes hebdomada, & iterum 12. Hyperboræ, id est, Octobris. Pentecoste verò veteribus vocabatur tempus illud quod est inter Pascha & Pentecostes, quod patet ex Can. 2. Syno. Antioch. quem citat Zonara in Comment. qui concilium celebrandum quartam hebdomadam post Pascha definit & tempus Autumni.

58. Venerat cum illo & Felix quidam] Recitat nomina quinque illorum presbyterorum, quorum toties meminit: Erant autem Felix, Iovinus, Maximus, Fortunatus, & Repostus, quibus accessit iam antea Felicissimus ipsorum signifer & Priuatus antiquus hereticus.

59. cum Priuato heretico] Sic Cambr. cod. & Erasmi excus omnes. Est autem Ms. 3. reliqui & Cauchij, vetus etiam excus & Remboldus legunt: Probatio, prior lectio hinc mihi probatur magis, quod paulo post sequatur: Hi quinque, atque si Probatio addamus, erunt sex.

60. nouem Episcoporum] Vocem: Episcoporum, adiecit recens ex cod. Cambr. antea ubique desideratam.

61. & iterato quoque à pluribus & c. abstenti] Vides hinc iam tum visitatam iteratam excommunicationem, habet etiam alibi, si bene memini, locum similem.

62. & Repostus] Repostus, solus legit Manut. quantum suspicor ex epistola sumptum supra xxxix. ubi cum Felicissimo abstentus denunciatur. Repostus quidam, haud dubie idem cum isto. alij Ms. & excusi omnes legunt: Repositus, non male, excepto Cambr. codic. & Gratiano, qui: Præpositus, legunt, sed mendose.

63. Saturnicenis] Sic Ms. 4. nostri & Cauchij, veteres quoque & recentiores excusi plerique, Cambro. verò & Erasmi ad margi. Quoturnicenis, pro quo Gryph. Saturnicenis, Manut. verò. Saturnicenis Adnotatas etiam reperi in Tom. Concil. tres alias lectiones: Suctonenis, Suburnensis, Iuburnensis, desumptas (quantum conicio) ex oppidis Hispaniarum apud Melam Pomponium. Fortassis autem non male legatur: Tuburbenis, nam infra in Synodo Carthag. sententiam dicit Sedatus à Tuburbo. Communem tamen lectionem retinere præ alio malui.

64. Sacrificatis] Pro hac vera auctoris lectione ut pote qua denuo paulo post vititur, & quam habent Ms. cod. legebat Remboldus: Sacrificantibus, quod remansit hæcenus in excusis.

65. iactare] Etiam hic error Remboldi in Erasmi cod. mansit, nam vetus excus & Ms. omnes legunt, iactare non iactare.

66. cum mendaciorum suorum merce] Elegas

Metaphora, quare minor repositum à solo Morelio: mercede, ni forte error sit typographicus.

67. vera dementia] Sic Cambr. codex & Manut. recte, pro eo quod habent ceteri: veteres.

68. ab iniustis] Resum defectus cod. Remboldi remansit in excusis, nam vetus excus & Ms. omnes legunt: ab.

69. Taceo itaque] Plura de his supra epistolis xxxviij. xl. xli. & xlvij.

70. atque ora fumarent] Remboldus hic denuo alteri lectioni occasionem dedit, nam cum ille vitæ operarum legeret: fumarent, Erasmi sensui magis cõuenire putauit: maderent; verum germanam nostram lectionem cõfirmant Ms. omnes & vetus excus.

71. pœnitentiæ agenda intercedere] De phrasi hac Cypriani vide epist. xl. ubi isdem pene vititur verbis.

72. Nos in ipso persecutionis tempore] Varias hac de re litteras in persecutione scriptas habes supra inter illas que in secessu scriptæ sunt.

73. Concilio frequenter acto] Quum hinc constet plura de lapsis concilia ante hanc Epistolam celebrata, etiam hinc confirmatur, quod Synodus qua epistolam præcedentem scripsit hanc præcesserit. Pro eo autem quod nos legimus: acto, habent March. Dur. & afflig. cod. accito, non male.

74. consumment] Vti in reliquis plerisque nõ possum non laudare illorum studium qui sequuntur Orthographiam repertam in inscriptionibus Marmorum veteribus, ita hoc loco non placet quod quidam: consumment, legunt. Nam quid erit si ita legatur differentia inter consumment deriuatum à cõsumere, ab eo quod deriuatum uolunt à consummare. Corie Ms. omnes duplici m. hic legunt: consummetur, sed vulgata lectio placet magis.

75. Christianus esse vel erubuit vel timuit] Prius ad libellaticos, posterus ad sacrificatos referendum.

76. in capitolio] Capitolium accipit pro omni loco in quo sacrificare cogebantur Christiani, alludens ad Romanum Capitolium.

77. prosequantur] Coniecturam hanc Costerij confirmat Camb. codex & Manut. pro eo quod ceteri: prosequuntur, minus recte.

78. illorū ipsorū] Sic Ms. 4. Cauchius, vetus excus, Remboldus, Manut. & Morelius, nescio unde reposuerit Erasmi: lapso, quod minime huic loco conuenit.

79. Neq; enim qui audit] Hoc tractat late Chrysost. hom. inscripta. Quod nemo leditur nisi à seipso.

80. percussa mens] Sic Manut. & vetus excus, pro quo Remboldus: pertusa, quod remansit hæcenus in excusis.

81. Et dedit illis spiritum transpunctionis] Græce est apud Apostolum Rom. 1. καὶ ἐκτύπησεν quod vertit interpres noster compunctionis, Ex hebreo autem vertit Hiero. Isaia 29. sapientia, ubi vocem eandem habent 70. atque adeo ad locum illum respexisse videtur Apostolus, illud verò: ne reuertantur & curentur, sumptum est ex 6. cap. Isaia.

82. post peccata sanentur] Vocem: post, reperire est in 4. Ms. & Cauch. quare eam contextui inserimus, accipitur pro postea.

83. Dilectū veritatis] Sic vetus excus & Ms. omnes pro quo Remboldus errore typographico: Delectum, Quod cum contextui Apostolico non conueniret, ma-

luit

luit Erasmus reponere: Dilectionem, iuxta quod Græce est ἀγαπήν pro quo vetus interpres: charitatem. verum genuina Cypriani est prior lectio. Nam & Theoph. est dilectionem legit, de Christo tamen interpretatur, cui certe expositioni optime conuenit hæc lectio.

84. sed sibi placent in iniustitia] Recte vertit quod Græce est ἑαυτοῖς ἐν ἀδικίᾳ ἡσυχάζειν quare etiam recte nunc addita est prepositio in, ex Ms. cod.

85. An putas frater leuia esse aduersus deum] Sic Ms. 4. nostri, Manut. quoque & Morelius, pro eo quod erat: apud deum.

86. Honor ergo datur deo] Sic Ms. tres & excusi omnes, Camb. verò: honor ergo non datur deo; quo modo si legatur, euitabitur longum hyperbaton, quod interrogandi nota finitur.

87. pax à presbyteris] Sic Ms. omnes, Excusi vulgati à non veris presbyteris.

88. aut fortis positi] Vox positi, omiſsa casu quodam in edit. Rembol. desiderata fuit ante Manut. habent verò eam Ms. omnes & vetus excus.

89. nisi foris sibi & c. constituissent conuenticulū] Hunc locum antea corruptū sic restitui ex cod. Cáb. nam omiſsa erat vox: nisi, sine qua sensus non constabat ut tamen aliquis sensus appareret, legebatur: cõstituisse.

90. Post ista & c. ad Petri Cathedram atque ecclesiam principalem] Eodem modo infra epistola ad Antonia. Locum Fabiani locum Petri & Cathedram eius nuncupat. Iudicio igitur Cypriani Rom. Pent. Petri in Cathedra sacerdotali atque adeo in potestate ecclesiastica successores est, item ecclesia Romana principalis est, & vii supra dixit, epistola xlv. matrix omnium ecclesiarum, utpote ad quam (quemadmodum ibi ex Ireneo diximus) referri, & à qua definiti solcant cause fidei grauiores. Testantur vtrumque etiam sanctissimi Pontifices Martyres, Anacletus epistola 1. & 3. Euaristus epistola ad Africanos Episcopos, Alexander epistola ad orthodoxos omnes, Sixtus 1. Eleutherius ad eccles. Gallicanas. Pius 1. ad omnes ecclesias. Victor ad Theophilum. Zepherinus ad episcopos Sicilia, Lucius epistola ad episcopos Gallic. & Hispan. Sixtus 2. Marcellus 1. ad episcopos Antioche. prouinc. Eusebius ad omnes Episcopos Camp. & Tuscia, & Melchisedes ad Hisp. Episcopos. Quæ serè omnes suam sententiam confirmant dicto illo ad Petrum: Super hanc Petram edificabo ecclesiam meam. Ne autem suspecti fortassis à maleuolis habeantur illi, tanquam iudices in causa propria (quanquam in Martyres talis suspicio incidere merito non debeat) ad ipsum loco citato Ireneo, Tertulli. lib. de præscript. hereticorum, etiam Ambros. de excessu fratris sui Satyri. c. 7. & serm.

47. Hiero. epistola ad Damas. li. 1. Apolog. contra Rufinum. Cyrillus loco citato à D. Thoma contra errores Græcorum. Aug. epistola 106. & 162. tract. 56. in Ioan. lib. 2. contra Pelagium & Celest. contra Donat. lib. 2. ca. 11. Concilii item generalia Nicen. Can. 18. & 19. citatis à Iulio in epistola ad Syn. Antiochenam. Concil. Chalced. loco à D. Thoma citato. (eriso autem ab hereticis teste Grego. lib. 5. epist. 1. 4. item act. 12. & 3. Conc. Constantinop. in sententia contra Anthimum hereticum. Synod. 6. act. 4. in professione fidei comprobata ab omnibus Concilij patribus, act. 8. 13. & 14. Synodus 7. act. 2. Synodus etiam 8. Can. 2. Concilia denique Lateran. sub Innoc. 3. Florentinum, & Tridentinum. Sed hæc hæcenus.

91. Eos esse Romanos & c. ad quos perfidia habere non possit accessum] Elegans locus in eius rei confirmationem, quod ecclesia siue Cathedra Romana in fide errare non possit. Adfert autem in confirmationem, laudem fidei illorum ex Paulo. Similiter Hieron. Apolo. 3. contra Rufin. Scito (inquit) Romanam fidem Apostolica voce laudatam, huiusmodi præstigias non recipere, etiam si Angelus aliter annunciet, quam semel prædicatum est, Pauli auctoritate munitam, non posse mutari. Similia habes etiam in Epistola ad Pammach. & Oceanum. sic & Irenæus de hac ecclesia loquens: In qua semper (inquit) conseruata est ea que ab Apostolis est traditio. Sic & Lucius papa. 1. ad quem Cypriani exstat epistola: hæc sancta & Apostolica mater omnium ecclesiarum. Christi ecclesia, per omnipotentis Dei gratiam, à tramite apostolica traditionis nunquam errasse probatur, ne hereticorum nouitatibus deprauata succubuit, sed ut in exordio normam fidei Apostolica percepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi principibus, illibata sine tenus manet, secundum ipsius domini nostri diuinam pollicitationem, qui Discipulorum suorum principi in suis factus est euangelis: Petre (inquens) ecce Satanas expetuit te ut cribraret sicut triticum. Ego autem pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: & tu conuersus confirma fratres tuos. Eadem Felix papa ad Benignum, & Marcus ad Athanasium ceteroque Aegypti Episcopos, & similia qui hos præcessit Eusebius epistola supra citata. item Tarraconensis ecclesia ad beatum Hilarium Pontificem. Eodem pertinent reconciliationis formulæ, quas post schisma miserunt, Ioannes Constantinopolit. Patriarcha successor Atharij aetate Iustini Imperat. ad Hormisdam papam, & Eulalius Carthaginensis cum ceteris Africa Episcopis ad Bonifacium Pontificem. Vsq; adeo fides Romana semper fides Catholica est habita, ut & Gratianus Imperator edictum fecerit, ut cuncti subditi eam fidem & religionem retineret, quam vertex Apostolorum Petrus ac tum Damasus Romanus episcopus custodiret. Edictum habes, & in ecclesiastica historia & in cod. Iustiniani tit. de summa trinit. Habes etiam conformem Patrum de hac re sententiam locis supra citatis. Argumentorum verò solutionem que ab aduersariis adferuntur in contrarium, & plura huc pertinentia, vide apud Albertum Pighium eccles. hierar. li. 4. Cardinalem Hosium in Antitibrentio, & Melchiorum Canum. lib. 6. loc. Theologicorum.

92. Nam cum statutum sit omnibus nobis] Qui verba Cypriani contulerit cum verbis Epistola 3. Fabiani Pontificis, non dubitabit, quin ad statutum illud hic alludat Cyprianus. Verba Fabiani sunt ista: Peregrina iudicia salua in omnibus Apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus; quia indignum est, ab externis ut iudicetur, qui prouinciales & à se electos debet habere iudices: nisi fuerit appellatum. Vnde oportet, si aliquis Episcoporum super certis accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur qui sunt in prouincia Episcopis, quia non oportet accusatum alicubi, quam in suo foro audiri. Et paulo post. Reuera semper ibi causa agatur, ubi crimen admittitur. Que posteriora verba quid aliud sonant, quam quod hic dicit Cyprianus: vniuscuiusque causa illic audiatur ubi crimen est admissum. Reuocat igitur. Cornelio in memoriam statutum sui prædecessoris, modestè petens, ut id ab illo obseruetur in causa Fortunati & complicum, ut nempe illic causa illorum



agatur, ubi habere accusatores & testes sui criminis possunt, utpote quibus acerbissima & gravissima crimina à fratribus (uti loquitur) ingererentur. Etsi enim quoddam iudicium de illis habitum esset quo excommunicati erant illi, adhuc tamen noua quedam crimina illis intentata fuisse, ex iam dictis verbis satis patet. Neque verò appellacionis ab illis interiecte vlla sit mentio: & non aliud videntur illi egisse apud Cornelium, quam nuntiasse Fortunatum Episcopum factum, & accusasse Cyprianum de criminibus quibusdam, falsas quasdam in comprobationem dictorum litteras secum adferentes. Quæ omnia procul abest ut infirmant, quin potius confirmant Romani Pontificis potestatem.

93. cum Dominus doceat & dicat ] Sic Cambr. cod. Manus. & Morelius, ceteri duntaxat: dominus dicat.

94. præstigia obtendebantur ] Sic Ms. tres & vetus ac ceteri plerique excus. Camb. verò codi. Mor. & Gryphius: præstigiæ, utrumque latine dicitur.

95. Neque enim sic putamina ] Sic Camb. cod. Manus. verò, ceteri Ms. & Morelius: putamina, ut accipiatur pro putredinibus, sicut infra alicubi.

96. afflictatione contaminet ] Sic excus. & Ms. omnes, excepto Manutio & Cambr. cod. qui habent: afflictatione, verum prior lectio magis placet, præsertim quæ eadem voce utatur Cic. lib. 4. Tuscul. quest.

97. O si polles ] Præmittantur hoc loco in vulgatis excusis hæc verba: Non attendas numerum illorum: Melior est enim unus timens Deum, quam mille filij impij, sicut loquitur est dominus per prophetam dicens. Fili ne iocunderis in filiis si multiplicentur tibi, cum non fuerit timor dei in ipsis; verum desiderantur in Ms. omnibus. Quare etiam rectè prætermissa sunt à Manut. præsertim quæ nihil hoc loco ad institutum facere videantur.

98. Nec ecclesia istic cuiquam clauditur ] Ita ex varia lectione hunc locum restitui, nam: istic, desideratur in Ms. & cuiquam, in illis reperitur, pro quo vulgati excus. habebant: istic alicui.

99. clausam stare ecclesiam domini ] Rursum hic error contigit ex edit. Rembold. qui omiserat vocem: clausam, quam habent omnes Ms. & vetus excus.

100. ac domini altare remouentibus ] Sic Ms. omnes, vetus excus. Remboldus, Manus. & Morelius; excepto Cambr. qui habet vulgatam Erasmi lectionem: de domini altari se remouentibus, utraque lectio bona.

101. si ij qui sacrificauerunt ] Ita rectè Manus. pro eo quod erat: mihi, rectè etiam ex Ms. cod. adiecit: rogari, desideratum prius.

102. nec in facie nos deiciunt ] Sic Ms. March. Dun. Afflig. Bland. & Cauchij. cod. pro qua Camb. & excus. omnes: in pace, mihi neutra satisfacit, quanquam illa Ms. magis ardeat.

103. vt pectora operta delictorū tenebris penitentiarum ] Sic Manus. Morelius verò: vt pectora à delictorum tenebris soluta penitentiarum, Ms. & excus. ceteri: vt peccatores à delictorum tenebris penitentiam; ad quam magis accedit Manus. atque adeo eius lectio placet.

104. Illorum stenda & lamentanda concisio est ] Sic Ms. March. Dun. & Affli. vetus excus. & Rembold. pro quo primus Erasmus & Camb. cod. conditio,

Verum prior lectio magis placet, ut alludat ad illud Phil. 3. videte canes videte malos operarios, videte cōcisionē.

105. Florentissimo illic Clero tecum præsidēti ] Valde facit hic locus ad confirmandam auctoritatem Cleri Romani, iam olim eandem quæ nūc est, de quo supra latius Epistola Cornelij ad Cyprianū de Confess. regrepsit.

106. si quod illic contagium ] Sic Ms. omnes, Manus. & Morelius antea erat: illi.

107. Declinet autem de cætero ] Insignis locus quomodo vitandi hæretici, allegatis ad hæc scripturis cōpluribus, qualem habes etiam supra epistola xl.

108. Hæreticum hominem post vnam correptionem cuita ] Sic Ms. March. Afflig. Bland. Dun. & Cauchij, vetus quoque excus. & Manus. Camb. verò Morelius & Erasmus adieciunt: & secundam: verum quum Tertull. lib. de præscript. Hæret. non aliud legat, quam: post primam correptionem, puto priorem lectionem esse Cypriani. Sic enim etiam comment. Ambro. ascriptus. Videtur etiam ex Tertull. desumpsisse illud: à semetipso damnatus, ad quod accedit vox Græca αὐτοῦ γὰρ τοῦ πρώτου & certè etiam D. Hieron. sic legit in Comment. huius epistolæ.

109. Peruersus & c. ] portat perditionem & in labiis suis ignem condit ] Sic Camb. cod. & vetus cū ceteris excusis omnibus. Ms. verò 4. alij. & Cauchij: portat peruersa, perditionis suæ ignem condens, videat lector, cui lectioni magis congruat textus Græcus.

110. Quod quanquam ] Rectè sic Camb. cod. In ceteris desiderabatur: Quod, Pro: monitam, autem, quod habent Ms. Manus. & Morel. vetus excus. cum ceteris habet: munitam, neutra lectio displicet.

## AD THIBARITANOS, de exhortatione martyrij.

### EPISTOLA LVI.

ARG. Iam instante secunda persecutione, immo ex parte cepta, hortatur plebem Thibaritanam Cypria, ad Martyrium, atque adeo satis constat eodem fere tempore cum duabus præcedentibus conscriptam.

## CYPRIANVS 'PLEBI THIBARI CONSISTEN- TI Salutem.

**Q**UITA VERAM quidem fratres dilectissimi, atque in votis habebam, si rerum ratio ac temporis conditio permitteret, secundū quod frequenter desiderastis, ipse ad vos venire, & quantulacūque mediocritate exhortationis nostræ præfens illic fraternitatem vestrā corroborare. Sed quoniam sic rebus vrgentibus detinemur, vt longe istinc excurrere, & diu à plebe, cui de diuina indulgentia præsumus, abesse

abesse non detur facultas, has interim pro me ad vos vicarias litteras misi. Nam cum Domini instruētis dignatione instigemur sapius, amplius & admoneamur; ad vestram quoque conscientiam admonitionis nostræ sollicitudinem perferre debemus. Scire enim debetis & pro certo credere ac tenere, pressuræ diem super caput esse cecipisse, & occasum sæculi atque Antichristi tempus appropinquasse; vt parati omnes ad prælium stemus, nec quidquam nisi gloriam vitæ æternæ, & coronam confessionis dominicæ cogitemus. nec putemus talia esse, quæ veniunt, qualia fuerunt illa quæ transierunt. Grauior nunc & ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta, & virtute robusta parare se debent milites Christi; considerantes iccirco se quotidie calicem sanguinis Christi bibere, vt possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere. Hoc est enim vellē cum Christo inueniri, id quod Christus & docuit, & fecit imitari: secundum Ioannem Apostolum dicentem: Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Item beatus Apostolus Paulus exhortatur & docet, dicens: Sumus filij. Si autem filij Dei, & hæredes Dei, cohæredes autem Christi, siquidem compatiatur vt & commagnificemur. Quæ nunc omnia consideranda sunt nobis, vt nemo quidquam de sæculo iam moriente desideret, sed sequatur Christum, qui & viuuit in æternum, & viuificat seruos suos in fide sui nominis constitutos. Venit enim tempus fratres dilectissimi, quod iam pridem Dominus noster prænucciavit, & docuit aduenire, dicens: Veniet hora, vt omnis, qui vos occiderit, putet se obsequium Deo facere. Sed hæc facient, quoniam non cognouerunt patrem, neque me. Hæc autem locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum, memores sitis quia ego dixi vobis. Nec quisquam miretur persecutionibus nos assiduis fatigari, & pressuris argentibus frequenter vrgeri; quando hæc futura in nouissimis temporibus Dominus ante prædixerit, & militiam nostram magisterio & hortamento sui sermonis instruxerit: Petrus quoque Apostolus eius docuerit, ideo persecutiones fieri, vt probeamur, & vt dilectioni Dei, iustorum præcedentium exemplo, nos etiam morte & passionibus copulemur: posuit enim in episto-

la sua, dicens: Charissimi nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit, nec excidatis tanquam nouum vobis contingat, sed quotienscunque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, vt & in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. Si improperat vobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis & virtutis Domini nomen in vobis requiescit. Quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur. Docuerunt autem nos Apostolica quæ de præceptis dominicis & cælestibus mandatis ipsi quoque dixerunt, Domino ipso scilicet corroborante nos, & dicente: Nemo est qui relinquat domum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut sorores, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei; & non recipiat, septies tantum in isto tempore, in sæculo autem venturo vitam æternam. Et iterum: Beati, inquit, eritis, cum odio vos habuerint homines, & separauerint vos, & expulerint, & maledixerint nomini vestro quasi nequam, propter filium hominis: gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa in cælis. Gaudere nos & exultare voluit in persecutionibus Dominus, quia quando persecutiones fiunt, tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent cæli. Neque enim sic nomen militiæ dedimus, vt pacem tantummodo cogitare, & detrectare, & recusare militiam debeamus; quando in ipsa militia primus ambulauerit Dominus, humilitatis & tolerantia & passionis magister, vt quod fieri docuit, prior faceret, & quod pati hortatur, prior pro nobis ipse pateretur. Sit ante oculos fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium à patre solus accepit, & qui venturus est & iudicaturus, iam iudicij sui & cognitionis futuræ sententiam protulerit; prænuccians & contestans: confessurum se coram patre suo confitentes, & negaturum negantes, & mortē possemus euadere, merito mortem timeremus. Porro autem cum mortalem mori necesse sit, amplectamur occasionem de diuina promissione & dignatione venientem, & fungamur exitu mortis cū præmio immortalitatis; nec vereamur occidi, quos constat quando occidimur, coronari. Nec quisquam fratres dilectissimi, cum populum nostrum fugari conspexerit metu

1. Pet. 4.

Mat. 10.  
Luc. 18.

Luc. 6.

1. Joan. 2.

Rom. 8.

1. Joan. 16.

Mat. 10.



persecutionis & spargi, conturbetur, quod collectam fraternitatem non videat, nec tractantes episcopos audiat. Simul tunc omnes esse non possunt, quibus occidere non licet, sed occidi necesse est. Vbicunque in illis diebus vnusquisque fratrum fuerit à grege interim necessitate temporis corpore non spiritu separatus, non moueatur ad fugam illius horrorem, nec recedens & latens deserti loci solitudine terreatur. Solus non est, cui Christus in fuga comes est. Solus non est, qui templum Dei seruans, vbicunque fuerit, sine Deo non est. <sup>14</sup> Et si fugientem in solitudine ac montibus latro oppreserit, fera inuaserit, fames aut sitis aut frigus afflixerit, vel per maria præcipiti nauigatione propestantem tempesta, ac procella submerferit. <sup>15</sup> Spectat militem suum Christus vbicunque pugnantem, & persecutionis causa pro nominis sui honore morienti præmium reddit, quod <sup>16</sup> daturum se in persecutione promissit. Nec minor est martyrij gloria, non publicè & iure multos perisse; cum pereundi causa sit propter Christum perire. Sufficit ad testimonium Martyris sui, testis ille qui probat martyras & coronat. <sup>17</sup> Imitemur fratres dilectissimi Abel iustum, qui initiauit martyria dum propter iustitiam primus occiditur. Imitemur Abraham Dei amicum, qui non est cunctatus vtilium victimam suis manibus offerret, dum Deo fide deuotionis obsequitur. Imitemur tres pueros, Ananiam, Azariam, & Misabelem, qui nec ætate territi, nec captiuitate fracti Iudæa deuicta & Hierosolymis captis, in ipso regno suo regem fidei virtute vicerunt, qui adorare statuant, quam Nabuchodonozor rex fecerat, iussi, & minis regis & flammis fortiores extiterunt, proclamantes & fidem suam per hæc verba testantes: Nabuchodonozor rex non opus est nobis de hoc verbo respondere tibi. Est enim Deus cui nos seruiamus potens eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis rex liberabit nos: <sup>18</sup> & si non; notum sit tibi quia diis tuis non seruiamus, & imaginem auream quam statuisti, non adoramus. Credebant se illi secundum fidem posse euadere, sed addiderunt; & si non; vt sciret rex illos propter Deum quem colebant & mori posse. Hoc est enim robur virtutis & fidei, credere & scire quod Deus à morte præsentis liberare pos-

Gen. 4.

Gen. 22.

Dan. 3.

sit, & tamen mortem non timere; nec cedere; vt <sup>19</sup> probari fortius fides possit. Erupit per os eorum Spiritus sancti incorruptus & inuictus vigor, vt appareant vera esse quæ in Euangelio suo <sup>20</sup> Dominus dixit: Cùm autem vos <sup>21</sup> apprehenderint, nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Dixit, quid loqui & respondere possimus, dari nobis in illa hora diuinitus & offerri; nec nos tunc esse qui loquimur, sed spiritum Dei patris; qui cùm à confitentibus non discedit, neque diuiditur, ipse in nobis & loquitur, & coronatur. <sup>22</sup> Sic & Daniel cùm compelleretur adorare idolum Bel, quem tunc populus & rex colebat, in asserendum dei sui honorem \* plena fidei libertate prorupit, dicens: Nihil colo ego nisi dominum Deum meum, qui condidit cælum & terram. Quid in Machabæis; beatorum martyrum grauius tormenta, & multiformes septem fratrum pœnæ, & confortans liberos suos mater in pœnis, & moriens ipsa quoque cum liberis, nonne magnæ virtutis & fidei documenta testantur; & nos ad martyrij triumphum suis passionibus adhortantur? Quid prophætæ quos ad præscientiam futurorum Spiritus sanctus animauit? Quid apostoli quos Dominus elegit? <sup>23</sup> Nonne qui iusti occiduntur propter iustitiam, mori nos quoque docuerunt? Christi natiuitas à martyriis infantium statim cœpit, vt ob nomen eius à bimatu & infra qui fuerant, necarentur. Ætas necdum habilis ad pugnam, idonea extitit ad coronam; vt appareret innocentes esse, qui propter Christum necantur, infantia innocens ob nomen eius occisa est. Ostensum est neminem esse à periculo persecutionis immunem, quando & tales martyria fecerunt. <sup>24</sup> Quam ergo grauis causa sit hominis christiani, seruum pati nolle, cùm prior passus sit Dominus: & pro peccatis nostris nos pati nolle, cùm peccatum suum proprium non habens passus sit ille pro nobis? Filius Dei passus est, vt nos filios Dei faceret; & filius hominis pati non vult, vt esse Dei filius perseueret? Si odio sæculi laboramus, odium sæculi sustinuit prior Christus. Si contumelias in hoc mundo, si fugam, si tormenta toleramus, grauiora expertus est mundi factor, & Dominus, qui

\* Plena fide &amp; libertate. Dan. 14.

2. Mach. 7.

Mat. 24.

Ioh. 15.

\* iudiciū.

Mat. 10.

Ioh. 12.

Apoc. 14.

qui & admonet, dicens: Si sæculum, inquit, vos odit, mementote <sup>1</sup> quia me priorem vobis odit. Si de sæculo essetis, sæculum quod suum esset amaret. Sed quia de sæculo non estis, & ego elegi vos de sæculo, propterea odit vos sæculum. Mementote sermonis quem dixi vobis, non est seruus maior domino suo: Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Dominus & Deus noster quidquid docuit, & fecit, vt discipulus excusatus esse non possit, qui discit & non facit? <sup>2</sup> Neque aliquis ex vobis fratres dilectissimi, futuræ persecutionis metu, aut antichristi imminenti aduentu sic terreatur; vt non euangelicis exhortationibus & præceptis ac monitis cœlestibus ad omnia inueniatur armatus. Venit antichristus, sed & superuenit Christus. Grassatur & sæuit inimicus, sed statim sequitur Dominus passionibus nostras & vulnera vindicaturus. Irascitur aduersarius & minatur, sed est qui possit de eius manibus liberare. Ille metuendus est, cuius \* iram nemo poterit euadere, ipso præmonente & dicente: Ne timueritis eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum qui potest <sup>3</sup> & corpus & animam occidere in gehennam. Et iterum: Qui amat animam suam, perdet illam, & qui odit animam suam in isto sæculo, in vitam æternam conseruabit illam. Et in Apocalypsi instruit & præmonet, dicens: Si quis adorat bestiam & imaginem eius, & accipit notam in fronte sua & in manu, bibet & ipse de vino iræ Dei mixto in poculo iræ eius, & punietur igne & sulphure sub oculis sanctorum angelorum, & sub oculis agni, & fumus de tormētis eorum ascendet in sæcula sæculorum, nec habebūt requiem die ac nocte, quicumque adorant bestiam & imaginem eius. Ad agonem sæcularem exercentur homines & parantur; & magnam gloriam computant honoris sui, si illis spectante populo, & imperatore præsentis contigerit coronari. Ecce agon sublimis & magnus, & coronæ cœlestis præmio gloriosus, vt spectet nos certantes Deus: & super eos quos filios facere dignatus est, oculos suos pandens certaminis nostri <sup>4</sup> spectaculo perficitur. Præliantes nos & fidei congressione pugnantem spectat Deus, spectant angeli eius, spectat & Christus. Quanta est gloriæ dignitas, quanta felicitas præsentis Deo cō-

gredi, & Christo iudice coronari? Armemur fratres dilectissimi viribus totis, & paremur ad agonem mente incorrupta, fide integra, virtute deuota. Ad aciem quæ nobis indicitur, Dei castra procedant. Armentur integri, ne perdat integer quod nuper stetit. Armentur & lapsi, vt & lapsus recipiat quod amisit. Integros honor, lapsos dolor ad præliū prouocet. <sup>5</sup> Armatur nos & præparat Apostolus dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates & principes huius mundi harum tenebrarum, aduersus spiritus nequitiae in cœlestibus. <sup>6</sup> Propter quod induite tota arma dei vt possitis resistere in die nequissimo: vt cū omnia perfeceritis, stetis accincti lumbos vestros in veritate, induti lorica iustitiæ, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis, affumentes scutum fidei, in quo positis omnia ignita iacula nequissimi extinguere, & galeam salutis, & gladium spiritus qui est sermo Dei. Hæc arma sumamus, his nos tutamētis spiritualibus & cœlestibus muniamus, vt in die nequissimo resistere diaboli minis & repugnare possimus. Induamus lorica iustitiæ, vt contra inimici iacula munitum sit pectus & tutum. Calciati sint euangelico magisterio & armati pedes, vt cum serpens calcari à nobis & obteri cœperit, mordere & supplantare non possit. Portemus fortiter scutum fidei, quo protegente quidquid iaculatur inimicus, possit extingui. Accipiamus quoque ad tegumentum capitis galeam salutarem, vt muniatur aures, ne audiant edicta feralia: muniatur oculus, ne videat detestanda simulachra: <sup>7</sup> muniatur frons, vt signum Dei incolume seruetur: muniatur os, vt dominum suum Christum victrix lingua fateatur. <sup>8</sup> Armemus & dexteram gladio spiritali, vt sacrificia funesta fortiter respuat, & eucharistiæ memor, quæ Domini corpus accepit, ipsum cōplectatur, postea à Domino sumptura præmium cœlestium coronarum. O dies ille qualis & quantus adueniet fratres dilectissimi, cū cœperit populum suum Dominus recensere, & diuinæ cognitionis examine singulorum merita recognoscere, mittere in gehennam nocentes, & persecutores nostros flammæ pœnalis perpetuo ardore damnare, nobis vero mercedem fidei & deuotionis exoltere, Quæ erit gloria, & quanta lætitia, admitti, vt Deū videas; honorari, vt cū Christo do-

Ephes. 4.



mino Deo tuo salutis ac lucis æternæ gaudiū capias? Abrahamā, & Isaac, & Iacob, & patriarchas omnes, & prophetas, & apostolos, & martyras salutare; cū iustis & Dei amicis in regno cœlorū datæ immortalitatis voluptate gaudere, sumere illic quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit: maiora enim nos accipere, quàm quod hic aut operamur, aut patimur, apostolus prædicat, dicens: Non fuit cōdignæ passionis huius temporis ad superuenturam claritatē, quæ reuelabitur in nobis: Cū reuelatio illa venerit, cū claritas super nos Dei fulserit, tū beati erimus, & læti, dignatione Domini honorati; quàm rei remanebunt, & miseri, qui Dei desertores, aut contra Deum rebelles voluntatē fecerunt diaboli, ut eos necesse sit cum ipso simul inextinguibili igne torqueri. Hæc fratres dilectissimi hæreant cordibus vestris. hæc sit armorum vestrorum præparatio, hæc diurna ac nocturna meditatio, ante oculos habere, & cogitatione semper asensibus voluere iniquorum supplicia, & præmia ac merita iustorum: quid negantibus Dominus comminetur ad pœnam; quid contra consentibus promittat ad gloriam. Si hæc cogitātibus ac meditantibus\* nobis superuenerit persecutionis dies, miles Christi, præceptis eius & monitis eruditus, non expauescit ad pugnam, sed paratus est ad coronam. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

1. Cor. 2.  
Rom. 8.

\* vobis.

ADNOTATIONES IN Epistolam LVI.

- 1. PLEBI THIBARI CONSISTENTI] Quis sciat ad maiores civitates scribens tum Clero tum plebi epistolam inscribere, mirū est quod soli plebi hanc epistolam scribat, præsertim quum inter episcopos Africa Vincentij Thibaritani fiat mentio.
- 2. & quantulumcūque mediocritate exhortationis nostræ præsens] sic vetus excusus, Remboldus & Morelius. Ms. verò Colon. & Afflig. quantulumcūque mediocritas nostra præualeret ] utraque lectio bona. Porro ex Ms. Cambr. & Afflig. recens adiecimus: vestram.
- 3. ampliùs & admonemur] Etiam hic ex illis adiecimus vocem: amplius.
- 4. Antichristi tempus appropinquasse] Sic excusi & Ms. Colon. Ms. verò ceteri: appropinquare, sed prius malo, ob id quod præcedit: cœpisse. Antichristum autem vocat tyrannum persecutorem more scripturæ, quæ Antichristos vocat præcursores Antichristi.
- 5. considerantes ierusco se quotidie calicē san-

- guinis bibere] supra eadem pene verba habes epistola liij. satis igitur manifestum sit ex utroque hoc loco, tum eodem tempore utramque conscriptam, tum communiceasse plerumque plebem sub utraque specie tempore Cypriani; & causa videtur fuisse, ut per sumptionem sanguinis magis animaretur, ad sanguinis effusionem pro Christo.
- 6. de sæculo iam moriente] Sic vulgati typis omnes, Ms. colon. & Afflig. ad marginem. Idem tamen Camb. legunt: moriturus, verum prius placet; ob Antichristi illam: sed sequatur Christum qui vivit in æternum.
- 7. Veniet hora] Sic Cambr. cod. & excusi omnes, Afflig. vero: venit, certe vox Græca ἐρχεται, ambigua est ad utrumque. Porro obsequiū substitutum ex utroque Ms. cod. pro eo quod erat: officium.
- 8. Nolite mirari ardorem accidentem vobis, &c.] Neque Cypri. neque interpres Pauli commode veterunt Græcam vocem: ἐπιπέσει, neque est vocabulum Latinum quod correspondeat; Galli dicerent: ne trouvez estrange. ἔπειθον enim, rem peregrinam & extraneam significat. Illud autem: nec excidatis, (quod videtur accipere aut ea significatione qua alibi dixit Apostolus: siue excidimus Deo, aut pro obstupescere) & illud: per omnia, plus habet Cyprianus, quam vel Græci vel Latini cod. Deinde mirum est, quomodo legat: maiestatis & virtutis Dei nomen, nisi forte legerit: ὑπομνη, pro eo quod Græcè hodie legitur: ὑπόμνη, id est spiritus, habet etiam verba illa que sunt in Græcis hodie exemplaribus. Quod quidem secundum illos blasphematur, secundum autem nos honoratur; legit è contrario: virtutis, quod desideratur in Græcis, habetur autem in Latinis. Quare rectè adnotavit in suis notis rest. castig. Nicolaus Zegerus, exemplaria videri hic semper variasse. Quod usquæ adeo verum est, ut aliam longe etiam lectionem habeat Tertull. in scorpiano contra Gnosticos, hanc nempe: Dilecti ne expauescatis vobis, quæ agitur in vobis in tentationem, quasi nova accidat vobis, etenim secundum quod communicatis passionibus Christi, gaudete, uti & in reuelatione gloria eius gaudeatis epulantes. Si decorem in nomine Christi, beati estis; quoniam gloria & Dei spiritus requiescet in vobis, dum nequis vestrum patiat, ut homicida, aut fur, aut maleficus, aut alieni speculator.
- 9. Nemo est qui relinquat domum, &c. aut fratres aut sorores] Illud: aut sorores, legit cum excusis Erasmi omnes Afflig. cod. quare denuo in locum suum reposuimus, & si ommissum à Manutio. Nam, quod etiam alibi adnotauimus, pro more habet Cyprianus, ut diuersorum Evangelistarum verba velut vnus recitet. Citat itaque hunc locum potissimum: ex Marco, partim etiam ex Luca. Porro malim quidem cum Grauo legi, centies, pro eo quod est: septies; sed quum hoc legant hic etiam Ms. tres & alibi ubique Ms. omnes, non ausus sum immutare.
- 10. & sepatauerint vos & expulerint & maledixerint nomini vestro] Adnotatu digna hæc lectio tum excusorum tum Ms. codicum, utpote quæ non discrepat à Græcis aut Latinis exemplaribus, nisi transpositione verborum; neque enim est aliud: maledicere: quàm, exprobrare, neque: expellere, quàm: eicere, & certè apertior mihi videtur plura; expro-

- exprobrare nomē cuiusquam siue maledicere nomini cuiusquam, quam eicere nomen.
- 11. & quod pati hortatur] Magis placet hæc Ms. et excusi, vulgatorum lectio, quàm illa Remboldi, Manut. & Morelij: qui, vetus autem excusus legit: quæ, non male.
- 12. merito mortem timeremus] Hoc ex Ms. nos iam primum, pro eo quod erat: mori.
- 13. quibus occidere nō licet, sed occidi necesse est] Similis est locus Epistola sequ. ubi quid sibi velit latius. Hoc hic tantum dicimus, non licuisse plebi occidere, utpote cum soli hoc liceat legitimo magistratu; atque adeo fugiendum illi potius suadet tum hic tum lib. de lapsis Cyprianus.
- 14. Et si fugientem in solitudine, &c.] Vel hinc patet non dubitasse de salute illius Cyprianum, qui profugiens in solitudine, aut à latronibus ferisue occisus, aut fame & siti mortuus, vel in mari tempestate submersus fuerit, etiamsi sine viatico, sine absolutione presbyteri hinc decederet, quin quod Martyribus æquet. Loquebantur igitur episcopi Africani, epistola liij. non de omnibus qui forte post baptismum peccassent, sed de is tantum qui grauiora crimina commiserant, & quibus iudici solent publica penitentia, verum de hac re ibi latius.
- 15. Spectat militem suum Christus] Sic rectè ante me hunc locum castigat Costerius, nam correspondens Ms. cod. legebatur prius: expectat.
- 16. daturum se in persequutione] Ita Ms. Afflig. & Camb. cod. plerique etiam excusi ad marginem placet igitur magis hæc lectio, quàm aut vulgata: iure cessione, aut Manut. et Morel. re iurisdictione. Nam si sic legatur, contradicet sibi ipsi Cypri. qui hic dicit, daturum denuo in resurrectione præmium Martyrij Deum, quod prius & alibi frequentissime statim datum iri dixit.
- 17. imitemur fratres dilectissimi Abel iustum] Quum prius eos animauerit spe præmiorum & beatitudinis à Christo promissæ is qui martyrium pro illo subirent, nunc exemplo Abel, Abraham, trium puerorum, Danielis, Machabeorum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Innocentium, & Christi ad Martyrium illos hortatur.
- 18. & si non, notum sit tibi] Remboldus parenthe- si hæc verba includens, legit: ceteri, plane textum obscurans; rectè igitur iuxta vet. exc. & Ms. hoc pacto distinxerunt Manu. & Morel. Clarus autem habet noster interpres, Quod si noluerit, magis etiā placet lectio Ms. adoramus, quam vulgata: adorabimus, quia præmittitur: colimus, præsertim cum alibi sic legat Cyprianus.
- 19. probati fortius] Sic Manut. & Ms. Cateri: potius, prius malo.
- 20. Dominus dixit: Cum autem] Hanc veram esse lectionem colligere est ex Afflig. codic. vulgata autem: edixit dicens: cum; videtur orta ex varietate lectionum. Quum enim alij haberent: dicit, (quomodo Cambr.) & fortassis in margine, utrunque irrepit in textum: dixit dicens, ne autem superflua foret repetitio, aliquis adiecit, e, & legit: edixit, Certe nusquam alibi sic loquitur Cyprianus.
- 21. apprehenderint] Quum supra Epistola 9. & alibi iuxta Græcum & Latinum Matt. textum legat: tradiderint, mirum est quod hic: apprehenderint, legant tum exc. tum Ms. cod.
- 22. Sic & Daniel] Hanc eandem historiam Belis ha-

- bes citatam in lib. de orat. dominica, ubi de illius auctoritate Canonica.
- 23. Nonne qui iusti occiduntur] Ex Ms. cod. sic rectè hunc locum restitimus, ut referatur tum ad Prophetas tum ad Apostolos. Quod autem antea erat: cum, ita sensum obscurabat ut videretur de aliis loqui quàm predictis. Porro de Apostolorum Martyris nemo est qui dubitet. Inter prophetas autem non omnes quidem sunt Martyrium passi (uti ex Epiph. de vita et obitu prophetarum constat) sed dumtaxat, Isaias sub Manasse Rege Serra in duas partes scissus. Elicremias apud Taphnas in Aegypto obrutus lapidibus. Ezech. occisus à duce populi Israelitici in Chaldaea, dum eum de idololatria reprehenderet, Amos fuisse occisus à filio Amasie sacerdotis Bethel, Michæas precipitatus à Ioram filio Achab. & Ioannes Baptistæ capite plexus iussu Herodis in carcere.
- 24. quam ergo grauis causa] Ita primus hunc locum castigauit Costerius, pro eo quod erat: vero, Consentium Ms. cod. iuxta autem cod. Ms. fidem, quum superflue bis repeteretur, priori loco vocem: ille, submouimus.
- 25. quia me priorem vobis odit] Hanc lectionem Cam. cod. malui sequi, eo quod indifferens sit ad utrunque sensum qui ex Græco textu hauriri potest, ubi est ἐμίσησεν ὑμᾶς, quod verti potest, aut: priusquam vos, ad quod accedit vulgata huius loci lectio; aut: me primo vel: priorem vestrum, quomodo hic legit. Afflig. cod. Ex utroque etiam Ms. sustinere licebat: odiuit; sed: odit quod esset elegantius immutare nolui. Manut. legit odiit, tum hic tum alibi. Porro pro eo quod erat: sermonis, Ms. habent: verbi, sed perinde est, utrum legatur.
- 26. Neque aliquis ex vobis &c.] Quum prius & præmiis & exemplis eos ad Martyrium sit exhortatus; nunc ne timore succumbant armat ad prælium, sub finem denuo magnitudine præmiorum animos accendens.
- 27. & corpus & animam occidere] Expressit ad verbum quod Græce est σπαραξαι.
- 28. spectaculo perfruitur] Sic Ms. cod. excusi vero perfruat, neutri male. Ita & paulopost, ubi excusi habent: præside, legunt illi: præsentē, pro eo etiam quod excusi vulgati et Ms. habent: ne, vetus excusus & Remboldus legunt: nec.
- 29. Armat nos & præparat Apostolus dicens] Ita Ms. & excusi, recentiores; Manutius vero, Remboldus & vetus excusus: Armari autem & parari nos, Beatus Apostolus docet dicens, prior lectio placet magis.
- 30. Propter quod induite vos tota arma Dei] Hoc pacto vetus & ceteri excusi; Ms. & Manut. omittunt: tota, sed prior lectio magis placet, per illam enim exprimitur clarus quod Græce est πᾶσα ὄπλα, præsertim quum & D. Hieron. dicat verèdum hic fuisse: Vniuersa arma.
- 31. muniatur frons, ut signum Dei incolume feruetur] Illud hic haud dubie ad signum crucis quod in baptismo frontibus insigitur, præsertim quum alicubi dicat: signaculo dominico consumari qui in ecclesia baptizantur. Eiusdem ritus meminit etiam Basil. lib. de spiritu sancto & Tertul. lib. de resurrectione carnis. Chrysost. li. contra gentiles, Cyrillus Hieros. Cate. 4. & Hieron. in epistola ad Heliodorum. Quod cur in fronte fiat qua sedes est verecundia ex August. rationem reddit Micrologus noster cap. 9. ut eliminata omni verecundia, non erubesc-



*et unius Euāgelium Christi. Non solum autem in baptismo, sed ad omnem progressum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina & ad cubilia, frontem signare cruce saluos veteres Christianos, locuples testis est Tertul. lib. de coro. mili. ad quem locum etiam alludit D. Hieron. epistola ad Eustoch. de custod. virgin. Plura vide apud Iustinum mart. Apol. ad Anton. Pium & Reuerendiss. Ruroniundensens. Episcopum Dn. Guillelmum Lindanum in sua panoplia.*

32. Armemus & dexteram &c. quæ Domini corpus accepit &c. ] *Alludit ad veterem alterum ecclesie ritum, quo sumebatur in manus Eucharistia de quo latius li. de lapsis. Confirmat etiam veritatem corporis Christi in Eucharistia & merita bonorum operum. Castigauimus autem hunc locum partim ex Ms. partim ex veteri excuso, ad quem proxime quidē accedebat Manus, sed omiserat vocem. postea, & reposuerat: accipit, quæ rectius legatur: accipit.*

33. Abraham & Isaac & Iacob &c. & martyras salutare ] *Insinuat futuram mutuaam notitiam in vita futura, sed latius hac de re lib. de mortalitate.*

34. cum claritas dei super nos fulserit ] *Sic recte Manus. et Mor. ex Ms. cod. pro eo quod erat: charitas.*

35. tam beati erimus &c. quam rei remanebunt. ] *Eleganter sic quoque castigauit. Manus. hunc locum, antea corruptiss. cui consentiunt Colon. & Afflig. cod. Cambr. vero utrobique legit: quam etiam non male.*

## AD CORNELIUM IN exilio de eius confessione.

### EPISTOLA LVII.

**ARG.** *Laudat Cyprianus in Cornelio & Plebe eius Confessionem nominis Christi ad exiliū vsque, hortaturque ad constantiam, & mutuas pro inuicem orationes, tum ob instantem certaminis diem in hac vita; tum post obitum: meminit autem huius epistolæ Damasus in vita Cornelij, utpote propter quam calumnia facta, occasionem necis sumpserit Tyrannus. Atque adeo quum sub finem vitæ Cornelij scripta sit, recte non primo, sed postremo loco inter Cypriani ad illum Epistolæ collocasse me æquus lector indicabit.*

## CYPRIANVS CORNELIO fratri salutem.

*Li. i. ep. i.*

**O** GNOVIMVS, frater charissime, fidei, ac virtutis vestræ testimonia gloriosa, & confessionis vestræ honorem sic exultanter accepimus; vt in meritis ac laudibus vestris nos queque participes & socios computemus. Nam cum nobis & Ecclesia vna sit & mens iuncta, & indiuidua concordia; quis non sa-

cerdos in consecratoris sui laudibus, tanquam in suis propriis gratuletur? aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio vbi que læteretur? Exprimi satis non potest, quanta istic exultatio fuerit, & quanta lætitia, cum de vobis prospera & fortia comperissemus; ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed & confessionem ducis de fratrum confessione creuisse; vt dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confessorum populū suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: vt non inueniamus quid prius prædicare in vobis debeamus, vtrum ne tuam promptam & stabilem fidem, an inseparabilem fratrum charitatem. Virtus illic Episcopi præcedentis publice comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est. Dum apud vos vnus animus & vna vox est, Ecclesia omnis Romana confessæ est. Claruit fratres charissimi fides, quam de vobis beatus Apostolus prædicauit. Hanc laudem virtutis, & roboris firmitatem iam tunc in spiritu præuidebat, & præconio futurorum merita vestra conuictans, dum parentes laudat, filios prouocabat. Dum sic vnanimis dum fortes estis, magna cæteris fratribus vnanimis & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adherere; plebem sacerdotibus in periculo iungi; in persecutione fratres à fratribus non separari; concordiam simul iunctam vinci omnino non posse; quicquid simul petitur à cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Prosilierat aduersarius terrore violento Christi castra turbare: sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est; & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis inuenit & roboris. Supplantare se iterum posse crediderat Dei seruos; & velut tyrones, & rudes, quasi minus paratos, & minus cautos, solito suo more concutere. Vnum primo aggressus, vt lupus ouem seceruere à grege, vt accipiter columbam ab agmine volantium separare tentauerat; nam cui non est aduersus omnes satis virium, circumvenire quærit solitudinem singulorū. Sed retusus adunati exercitus fide pariter & vigore, inrellexit milites Christi vigilare iam sobrios, & armatos ad prælium stare; vinci non posse, mori posse; & hoc ipso inuictos esse, quia mori non timent; nec repugnare contra impu-

impugnantes, cū occidere innocētibus nec innocentem liceat, sed prompte & animas & sanguinem tradere; vt cum tanta in sæculo malitia & sæuitia grassetur, à malis & sæuis velocitatis recedatur. Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum gloriosum? quale in conspectu Christi, Ecclesiæ suæ gaudium; ad pugnam, quam tentauerat hostis inferre, non singulos milites, sed tota simul castra prodisse? omnes enim constiterunt viros fuisse, si audire potuissent, quando accurrerit propteranter, & venerit quisquis audiuit. Quot illic lapsi, gloriose confessione sunt restituti? Steterunt fortes, & ipso dolore poenitentia facti ad prælium fortiores; vt appareat nuper subitatos esse, & nouæ atque infucæ rei pauore trepidasse; rediisse ad se postmodum, fidem verā, & vires suas de dei timore collectas, ad omnem patientiam constāter & firmiter roborasse, nec iam stare ad criminis vniā, sed ad passionis coronam.

Quid ad hæc Nouatianus, frater charissime? vtrum ne iam deponit errorem? an vero (qui dementium mos est) ipsis bonis & prosperis nostris plus adactus est ad furorem? et quod magis ac magis dilectionis ac fidei crefcit hic gloria, illic dissensionis & zeli recrudescit insania: nec vulnus suum miser curat, sed adhuc grauius & se, & suos vulnerat? in perniciem fratrum ligna sua perstrepsens, & facundia venenatæ iacula cōtorquens, magis durus secularis philosophiæ prauitate, quam Philosophiæ dominicæ lenitate pacificus, desertor Ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector poenitentia, doctor superbiæ, veritatis corruptor, perditor caritatis? Agnoscit ne iam qui sit sacerdos Dei? quæ sit Ecclesia & domus Christi? qui sint Dei serui, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos antichristus impugnet? Neque enim querit illos, quos iam subegit, aut gestit euertere, quos iam suos fecit. Inimicus & hostis Ecclesiæ quos alienauit ab ecclesia & foras duxit, vt captiuos & victos cōtemnit, & præterit: eos pergit lacessere, in quibus Christum cernit habitare. Quanquam & si aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur, cum constet, si occisi cuiusmodi extra Ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed poenam potius esse perfidiæ, nec in domo Dei inter vnanimis habituros esse quos videmus de pacifica & diuina domo, furore discordiæ, recessisse. Hortamur plane

quantū possumus frater charissime pro charitate mutua, qua nobis inuicē coheremus, vt (quoniam prouidentia Domini momentis instrui mur, & diuinæ misericordiæ consiliis salubribus admonemur, appropinquare iam certaminis & agonis nostri diem) ieiuniis, vigiliis, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus. incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. hæc sunt enim nobis arma cœlestia, quæ stare & perseuerare fortiter faciunt. hæc sunt munimenta spiritalia, & tela diuina, quæ protegunt: memores nostri inuicem sumus, concordēs atque vnanimis, utrobique pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua charitate reuelemus. & si quis istinc nostrum prior diuinæ dignationis celeritate præcesserit, perseueret apud Dominum nostra dilectio, pro fratribus & fororibus nostris apud misericordiam patris non cesset oratio. Opto te fratet charissime semper bene valere.

## ADNOTATIONES in Epistolam LVII.

1. de fratrum confessione creuisse ] *ita recte C. co. et Manus. pro eo quod ceteri Ms. & excusi: confessione.*

2. claruit fratres charissimi ] *Sic Ms. et excusi omnes: quare non placet quod reposuit solus Manus. fratres charilli. Est enim pro popoeta ad Romanos Confessores omnes, quos à fide commendat.*

3. filios prouocabat ] *hoc pacto Afflig. Dum. Mar. Bland. Cauchij cod. Ms. excusi vero: prouocat, minus recte. Patres autem vocat Romanos quos commendabat Apostolus; filios eorum posteros.*

4. quicquid simul petitur à cunctis ] *vnanimis oratio quam sit efficax, hinc probatur, de qua latius lib. de orat. Dominica.*

5. cum occidere innocētibus nec nocentem liceat ] *similis fuit locus Epistola præced. Neque vero mirum cuiquam videri debet, Cyprianum in ea fuisse sententia vt potius fugiendum esse iudicaret Christianis, quam vt se tuerentur contra principis persecutoris impetum, quum apud illos nullus esset legitimus magistratus, cui solus permissus esset gladius; atque adeo patientia opus foret & soli Deo committenda vindicta: Quod satis insinuat Tom. 2. contra Demetrianum, cum hanc patientia causam reddidit; quia (inquit) patientes facit de securura vltione securitas, qua certi sunt & fidentes, quod multum non remanebit quodcumque patiuntur; præsertim cum scriptum sit: mihi vindictam & ego retribuam.*

6. sed tota simul castra prodisse ] *sic Afflig. & alij tres, Cauchij quoque Ms. cod. vetus excusus & Remboldus, quare loco semouimus: semel, quod solus habebat cum excusis Camb. cod. Ex Ms. autem recte Manus. illic, pro eo quod erat: illi.*

7. vt appareat nuper subitatos esse ] *habet quidē M ij*



Camb.cod. dubitasse, veu cū ceteri Ms. & excusi omnes legant: tubitatos esse, nolui temere quid immutare; præsertim quū velut explicans quod dicit subiungat: & noue atq; insolitæ rei pauore trepidasse, Noua igitur vox est, subitatos esse, p. subito oppressos esse, vt sit id quod vnica voce Teuthonica efferimus verallchen: Præter eadem voce bis terue Pōtius in vita Cypri. Similiter latinus interpres vertit alicubi: à lubricatione in præteratæ salutis.

8. Quid ad hæc Nouatianus, frater charissime? Insultat Nouatiano, quasi dicat, frustra illum calumnias spargere de tali viro, qui tã constanter Christū confessus sit. Porro illud: charissime, habet Ms. & excusi omnes, præterquam Erasmi cod. qui nescio qua de causa vbiq; eam vocem sustulit.

9. quam philosophiæ dominicæ lenitate? Ita constanter Ms. & excusi omnes, præter Manut. & Morelium, qui reposuerunt: lophiæ; quantum arbitror ad vitandam κακοφονησιν.

10. interfectoꝝ pœnitentię? Intellectum huius habes supra Epistola ad Anton.

11. perditioꝝ charitatis? Quum sic legant vetus excusus, March. Dun. & Cauchij Ms. cod. & etiam Reboldus, videtur mihi hæc verior lectio, quam illa Afflig. & excusorum recentiorum cod. proditor; præsertim quum priori voce utatur etiã Cicin Pison. & Orat. pro Plancio.

12. confessione nominis? Quid sit nominis confessio, item de pseudemartyribus hæreticus supra dicta Epistola ad Anton. abunde diximus.

13. ieiuniis, vigiliis, orationibus? de tribus his Christiani hominis exercitiis quæ nostræ ætatis sic gillare non veniunt Aristarchi, latior se campus offert lib. de opere & Eleemosinis.

14. Et si quis hinc nostrum prior & c. Patet ex hoc loco Cyprianū sensisse & credidisse, Sanctos etiam defunctos pro viuus orare, quod ipsum sed paulo obscurius indicat tom. 2. lib. de mortalit. cū dicit de futura vita agens: Frequēs nos illic turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra incolumitate sollicita. Similia habent Cornelius Papa Epistola Decret. 2. Origenes Hom. 3. in Cantica & 3. in Gen. D. Potamiæna apud Eusebium lib. 6. Hist. eccl. c. 5. & his vetustior D. Anacleus Petri discipulus Epistola Decret. 3. mo ipse D. Petrus tum verbis citatis à D. Clemente Epistola ad lac. fratrem Domini, tum Epistola suæ Canonice 1. cap. (iuxta expositionem Grecorum quorundam narrante Oecumenio) cum dicit: Dabo autem operam & frequenter, habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. Satis etiam ex hoc ipso loco colligitur, iam tum Inuocationem quoque sanctorum in usu fuisse, imo infra. Tom. 2. lib. Disc. & hab. Virg. preces sanctarum virginum post hanc vitam implorat, dicens: Durate fortiter, spiritualiter pergit, peruenite feliciter, tantum tunc mementote nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari. Quod de honore post hanc vitam intelligi, satis indicant præced. verba: maiore & meliore parte præceditis, & illud: peruenite feliciter. Quare calumniari perspicuum est illos, qui ante diui Gregorij ætatem illam vstitatam in Ecclesia negant, præsertim quum eam reperire sit etiam apud Syn. 7. Can. 7. & sextam in fine; Victo. Africanum lib. 3. de persecut. Vandal. D. Fulgentium serm. de laudib. Mariæ in partu saluat. Petrum Chrysologum hom. 7. Theodor. de Græce affect. lib. 8. Leonem ma-

gnum sermon. 2. & 6. de ieiun. & octauis Apostolorum; Cesarium in hom. in Litanis, D. August. lib. 7. de bapti. cap. 2. serm. de natali Cypriani, serm. 27. de verbis Apostoli. lib. 21. de ciuitate Dei cap. 8. & alibi frequenter, Vigil. Trident. in vita diui Sismij. Paulinum de sancto Claro ad Severum, in Paneg. pueri Celsi, & Car. de sancto Felice, Hieronym. de Laudibus Paulæ & in vita Hylarionis. Prud. frequentiss. Ambros. lib. 1. de viduis & orat. fun. Satyri fratris. Gregor. Nazianz. homi. in Basil. & Cyprian. Basil. serm. de 40. Martyr. & in Mammentem martyrem, Chrysostom. in missa hom. 49. in Genes. 5. in Matth. 1. in Epistolam ad Philippens. & 66. ad populum Antiochen. Nectarium in Theodo. Martyrem, & Ephrem serm. de marty. 1. mo & ante annum 300. (quæ tumus id neget Monhemius) vstitata fuit illa ab Hylario in Psalm. 24. Athanas. orat. de virg. deipara. diuo Anthonio Epistola ad Aferonitas, virgine iustina apud Nazianz. orat. in Cypri. Auctore lib. de card. operib. Christi serm. de Epiphani. infra Tom. 3. diuo Stephano papa epistola 2. Cypri. verb. supra cit. Origene in vltimum c. lib. 10. & in lamento, & D. Ireneo lib. 5. contra hæret. vbi Mariam virginem Eua virginis dicit aduocatam, quomodo & Ephrem Syrus ille iam dictus: Esto (inquit in Threno Mariam alloquens) nostra conciliatrix & aduocata in hora iudicij, libera nos à futuro igne & tenebris, tu namque es spes apud Deum Christianorum. Quæ verba notari digna. ob illos qui calumniantur. Canticum illud Ecclesiæ in laudem D. virgi. Salue Regina misericordia & c. Neque vero Mariam duntaxat, sed & alios sanctos appellare solent veteres, modo aduocatos (sicut D. Maximus in Nazar. et celsum) modo Patronos (vti Amb. lib. 10. in Luc. c. 21. D. Aug. de cura pro mort. c. 4. Prudentius hymn. 1. & 2. πρεσβυτερων Paulinus Paneg. 3. in Felicem & epistola 13. ad Severum & Anton. Episcopus epistola ad Arcad. Imperat.) modo protectores (velut Chrys. hom. 66. ad pop. Antioch.) modo etiam mediator, quemadmodum Cyrillus li. 11. Thesau. c. 10. & Bernard. serm. vlt. de Assumpt. D. Virg. Quæ omnes appellationes, mire confirmant ritum inuocationis supradictum. Quin qui altius adhuc petendum censeat, reperiet hæc verba apud D. Iacobum in sua Liturgia. quam Syn. 6. pro tali agnoscit can. 32. Commemorationem agamus sanctissime, immaculate, gloriosissime, benedictæ, domine nostræ, matris Dei & semper virginis Mariæ, ac omnium sanctorum et iustorum, vt precibus atque intercessionibus eorum omnes misericordiam consequamur. Quid enim quæso aliud est, sanctorum commemorationem agere vt eorum intercessionibus misericordiam consequamur; quam sanctos inuocare vt pro nobis intercedant ad misericordiam consequendam.

## AD LVCIVM PAPAM Romanum reuersum ab exilio.

### EPISTOLA LVIII.

ARG. Gratulatur Lucio Cyprianus cum collegis de reditu ab exilio, docens dilata martyria gloriam non minuere. Deinde indicans diuinitus contigisse Cornelij Martyrium & Lucij exilium, ad confundendos Nouatianos, prædicit illi instans Martyrium

Martyrium; ita Deo ordinante, vt non foris, sed apud suos consummaretur eius Martyrium.

## CYPRIANVS CVM COL- legis Lucio fratri salutem.

Li. 3. ep. 1.

**N**uper quidem tibi, frater charissime, gratulati sumus, cū te honore geminato in Ecclesiæ suę administratione confessorē pariter & sacerdotem constituit diuina dignatio; sed & nunc nō minus tibi & comitibus tuis atque vniuersæ fraternitati gratulamur, quod cū eadem gloria & laudib' vestris reduces vos denuo ad suos fecerit benigna Domini & larga protectio: vt pascendo gregi pastor, & gubernandæ nauis gubernator, & plebi regendæ rector redderetur; & appareret relegationem vestram sic diuinitus esse dispositam, non vt Episcopus relegatus & pulsus Ecclesiæ deesset, sed vt ad Ecclesiam maior rediret. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrij dignitas, quia morte frustrata de camino ignis incolumes exierunt: aut non consummatus Daniel exstitit in suis laudibus quia qui leonibus missus fuerat ad prædam, protectus à Domino vixit ad gloriam. In Confessoribus Christi dilata martyria non meritū confessionis minuunt, sed magnalia diuinæ protectionis ostendunt. Repræsentatum videmus in vobis, quod apud Regē fortes atque illustres pueri prædicauerunt: Ipsos quidem paratos esse ardere flammis, ne diis eius seruirent, aut imaginem quam fecerat adorarent; Deum tamen quem colebant, quēque & nos colimus, potentem esse vt eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus ac de pœnis præsentibus liberaret. Quod inuenimus in confessionis vestræ fide, & in Domini circa vos protectione nunc gestū; vt cum vos parati fueritis & prompti omne subire supplicium, dominus tamen vos pœnæ subtraheret, & Ecclesiæ reseruaret. Regredientibus vobis breuiata non est in episcopo confessionis suæ dignitas, sed magis creuit sacerdotalis auctoritas; vt altari Dei assistat antistes, qui ad confessionis arma sumenda & facienda martyria, non verbis, plebem, sed factis cohortetur, & imminēte antichristo paret ad prælium milites non solum sermonis & vocis incitamento, sed fidei & virtutis exemplo. Intelligimus

frater charissime, & tota cordis nostri luce perspicimus diuinæ maiestatis salutaria & sancta consilia; vnde illic <sup>4</sup> repentina persecutio nuper exorta sit, vnde contra Ecclesiam Christi & Episcopum Cornelium beatum martyrem, vósque omnes secularis potestas subito proruperit: vt <sup>5</sup> ad confundendos hæreticos & retundendos ostenderet Dominus, quæ esset Ecclesia, quis Episcopus eius vnus, diuina ordinatione delectus; qui cum Episcopo presbyteri sacerdotali honore conuincti, quis adunatus & verus Christi populus Dominici gregis charitate connexus: qui essent, quos inimicus lacefferet; qui contra, quibus diabolus vt suis parceret. Neque enim persequitur & impugnat Christi aduersarius, nisi castra & milites Christi: hæreticos prostratos semel & suos factos contemnit, & præterit: eos quarit deiicere, quos videt stare. Atque vni nunc facultas daretur frater charissime, vt interefse illic vobis regredientibus possemus, qui vos mutua charitate diligimus, vt aduentus vestri latissimum fructum præsentis cum cæteris ipsi quoque caperemus.

Quæ illic exultatio omnium fratrum? qui concutis atque complexus occurrentium singulorum? Vix oculis adherentium potest satisfieri, vix vultus ipsi atque oculi plebis possunt videndo fatiari. <sup>6</sup> De aduentus vestri gaudio cognoscere illic fraternitas cœpit; qualis & quanta sit securura Christo veniente lætitia: cuius quia cito appropinquabit aduentus imago iam quædã præcessit in vobis; vt quo modo Ioannes præcurator eius & præuius veniens, prædicauit Christum venisse, sic nunc episcopo confessore Domini & sacerdote redeunte, appareat & dominum iam redire. Vicarias vero pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis hæc ad vos litteras mittimus frater charissime, & repræsentantes vobis per epistolā gaudiū nostrū, <sup>7</sup> fida obsequia charitatis expromimus; hic quoque in sacrificiis atque in orationibus nostris non cessantes Deo patri, & Christo filio eius Domino nostro gratias agere; & orare pariter ac petere, vt qui perfectus est atque perficiens, custodiat & perficiat in vobis confessionis vestræ gloriosam coronam: qui & ad hoc vos fortasse reuocauit, ne gloria esset occulta, si foris essent confessionis vestræ consummata martyria. <sup>8</sup> Nam victima quæ frater-



nitati præbet exemplū virtutis & fidei, præsentibus debet fratribus immolari. Optamus te frater charissime semper bene valere.

ADNOTATIONES  
in epistolam LVIII.

1. Et nuper quidem &c.] Epistola prior ad Lucium cuius meminit, desideratur.
2. confessorum pariter & sacerdotem] Confirmat hoc Damasi sententiā, qui dicit statim ab ordinatione missum Lucium papam in exilium.
3. In Confessoribus Christi dilata martyria] Similem locum habes supra epistola ix. & ad Tybaritanos. Confirmatur autem etiam hinc distinctio nostra, quā ibidem habes inter Martyres & Confessores.
4. repetita persecutio] Eo quod repentinā vocat persecutionē qua passus est Cornelius, confirmatur quod supra diximus, passum illū sub Gallo & Volusiano; ut pote quos cōstet non toto anno imperiū tenuisse, et quibus mortuis persecutio cessauit ad aliquantū temporis. Rursus autem Episcopum unum papam Romanum nuncupat.
5. ad confundendos hæreticos] Nouatianos intelligit, epistola enim præced. mentionem de illis iniiciens, iisdem verbis utitur.
6. De aduentus vestri gaudio cognoscere illic] Et hanc distinctionem habeo ex Ms. Afflig. & Cambr. codicibus & veteri excuso; Remboldi praua distinctio tectum plane obscurauerat.
7. fide obsequia charitatis exprimimus] Sic Ms. Manut. & Morelius pro eo quod erat: exprimimus.
8. Nā victima quæ fraternitati præbet exemplū] Quod hic laudat & futurū prædicat, nēpe sacerdotē martyriū pati coram sua fraternitate usque adeo imitatus est Cypri. (viri patet in epist. ultima) ut delinuerit ad tēpus ne apud vicam sed potius Carthagini pateretur.

EPISTOLÆ MISCELIANÆ  
in pace Ecclesiæ variis  
temporibus conscriptæ

AD FIDVM DE INFANTIBUS  
baptizandis.

EPISTOLA LIX.

ARG. huius epistola præcipuum paucis indicat D. Augustinus epistola xxviii. ad Hieronymum: Beatus Cyprianus (inquit) non aliquod decretum condens nouum, sed Ecclesiæ fidem firmissimam seruans, ad corrigendum eos qui putabant ante octauum diem natiuitatis non esse paruulum baptizandum; mox natum rite baptizari posse, cum suis quibusdam cœpiscopis censuit. Obiter tamen sub principium pacem Victori cuidam, quāuis contra Decreta Synodorum de Lapsis datam, non renouat, sed Therapio Episcopo ne deminceps id faciat interdicit. E quo loco satis constat

scriptam hanc epistolam post vtranque Synodum de Lapsis (quarum supra mentio epistola liiij.) Verum an paulo post, an longo post tempore incertum est; in pace tamen scriptam contextus indicat.

CYPRIANVS ET CÆTERI  
COLLEGÆ QUI IN CONCILIO  
AFFVERANT NUMERO  
LXVI. FIDO FRATRI  
SALVTEM.

**E**gimus litteras tuas, frater charissime, quibus significasti de Victore quodā presbytero, quod ei antequam pœnitentiam plenā egisset, & domino Deo, in quem deliquerat, satisfecisset, temere Therapius collega noster immaturo tempore & præpropere festinatione pacem dederit. Quæ res nos satis mouit, recessum esse à decreti nostri auctoritatē, ut ante legitimum, & plenum tempus satisfactionis, & sine petitu & conscientia plebis, nulla infirmitate urgente, ac necessitate cogente pax ei concederetur: sed librato apud nos diu consilio, satis fuit obiurgare Therapii collegam nostrum, quod temere hoc fecerit, & instruxisse, ne quid tale de cetero faciat. Pacem tamen quomodocunq; à sacerdote Dei semel datā non putauimus auferendam, ac per hoc Victori communicationem sibi concessam vsurpare permisimus. Quantum vero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sint constitutos baptizari non oportere, & considerandam esse legem circumcisionis antiquæ, ut intra octauum diem eum qui natus est baptizandum & sacrificandum non putares; longe aliud in concilio nostro omnibus uisum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed vniuersi potius iudicauimus nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cum Dominus in Euangelio suo dicat: Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare; quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Quid enim ei deest, qui semel in utero, Dei manibus formatus est? Nobis enim atque oculis nostris secundum dierum sæcularium cursum, accipere, qui nati sunt, incrementum videntur: cæterum quæcunq; à Deo sunt; Dei factoris maiestatis & opere perfecta

perfecta sunt. Esse denique apud omnes, siue infantes, siue maiores natu, vnam diuini muneris æqualitatem; declarat nobis diuinæ scripturæ fides, cum Heliseus super infantem<sup>7</sup> Sunamitis viduæ filium qui mortuus iacebat, ita se Deum deprecans superstrauit, ut capiti caput, & faciei facies applicaretur, & superfusi Helisæi membra singulis paruuli membris & pedes pedibus iungerentur. Quæ res si secundum natiuitatis nostræ & corporis qualitatem cogitur, adulto & proeucto infans non posset æquari, nec coherere & sufficere possent parua membra maioribus. Sed illic æqualitas diuina & spiritalis exprimitur, quod pares atque equales sint omnes homines, quando à Deo semel facti sunt; & possit<sup>8</sup> ætas nostra in incrementis corporum, secundum sæculum, non secundum Deum habere discrimen: nisi si & gratia ipsa, quæ baptizatus datur, pro atate accipientium vel minor, vel maior tribuitur; cum Spiritus sanctus non de mensura, sed de pietate atque indulgentia paterna æqualis omnibus præbeatur.

<sup>4. Reg. 4.</sup> Nam Deus ut personam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad cœlestis gratiæ consecutionem æqualitate librata<sup>9</sup> præbeat patrem. Nam & quod vestigium infantis in primis partus sui diebus constituti, mundum non esse dixisti, quod vnusquisq; nostrum adhuc horreat ex osculari nec hoc putamus<sup>10</sup> ad cœlestem gratiam dandam impedimento esse oportere, scriptum est enim: Omnia munda sunt mundis. Nec aliquis nostrum id debet horrere, quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans à partu nouus est, non ita est tamen, ut quisquam illum in gratia danda atque in pace faciendā horrere debeat osculari; quando in osculo infantis vnusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato & recens nato quodam modo exosculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur. Nam quod in Iudaica circumcisione carnali octauus dies obseruabatur; sacramentum est in vmbra atque in imagine ante præmissum, sed veniente Christo veritate completum. Nam quia octauus dies, id est, post sabbatum primus dies futurus erat, quo Dominus resurgeret & nos viuificaret & circumcisionē nobis spiritalem daret; hic dies octauus, id est, post sabbatum primus & dominicus præcessit in imagine.

quæ imago cessauit superueniente postmodum veritate, & data nobis spiritali circumcissione. Propter quod neminem putamus à gratia consequenda impediendum esse<sup>11</sup> ea lege, quæ iam statuta est, nec spiritalem circumcissionem impediti carnali circumcissione debere, sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi; quādo & Petrus<sup>12</sup> in actibus Apostolorum loquatur & dicat: Dominus mihi dixit neminem communem dicendum & immundū.<sup>13</sup> Cæterum si homines impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset; magis adultos, & proeuctos, & maiores natu posset impedire peccata grauiora. Porro autem si etiam<sup>14</sup> grauissimis delictoribus & in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorū datur, & à baptismo atque à gratia nemo prohibetur; quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus cōtagiū mortis antiquæ prima natiuitate contraxit: qui ad remissionem peccatorū accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Et iccirco frater charissime, hæc fuit in concilio nostra sententiā à baptismo atque à gratia Dei, qui omnibus misericors & benignus & pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa vniuersos obseruandum sit atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos & recens natos obseruandum putamus, quod hoc ipso de ope nostra, ac de diuina misericordia plus meretur, quod in primo statim natiuitatis suæ ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur. Optamus te frater charissime semper bene valere.

ADNOTATIONES  
in Epistolam LIX.

FIDO FRATRI] Quo in loco fuerit Episcopus Fidis, reperire non potui, verisimile tamen est fuisse vicinū Episcopatum Therapij, qui in Synodo cognominatur à Bulla, si exstat littera Fidi, posset fortassis ex illis certius quid colligi. Porro lxxvi. episcopos duntaxat huic concilio interfuisse, non lxxvij. (viri habebat Manut.) patet ex August. contra epist. Pelag. li. 4. ca. 8.

2. de Victore quodam presbytero] Quamquam cum Manut. & Morelio etiam Cambr. codex legat: quōdam, placet tamen magis vulgata excus. & aliorum Ms. lectio prior, eo quod satis constat ex sequentibus adhuc vixisse Victorem presbyterum cum hæc scriberet. M iij



3. à decreti nostri auctoritate] *Alludit ad Decretum epistolæ liij. quo statutum erat, ut non nisi infirmitate urgente aut necessitate persequutionis cogente pax lapsis daretur.*

4. communicatione sibi concessam] *Ita Ms. Afflig. Dun. Marc. Angl. blandin. Camb. et Cauchij. Manu. quæque & Morelius; ceteri excusi: traditam.*

5. Quantum vero ad causam infantum pertinet] *Locus insignis de baptismo paruulorum contra Anabaptistas, cuius meminit etiam Tom. 2. lib. de Lapsis. Eundem agnoscunt D. Cyrillus Hierosolimitanus Carthehesti mistag. 1. Greg. Naz. Orat. 3. in sanctum Iuacrum: Chrys. hom. ad Neophitos, hom. 9. in Gen. & in Psal. 14. ac Ambrosij in Lucam. Eundem D. Aug. ab vniuersa ecclesia obseruatum fuisse testatur frequenter, præsertim autem epist. 28. iam dicta et lib. 3. de peccat. merit. et remis. c. 6. 7. 8. 9. ubi totam fere hanc citat epistolam, quomodo etiam lib. 4. contra duas epistolas Pelag. c. 8. & lib. 2. contra Iulian. c. 3. Confirmat eundem baptismum hac sententia Cyprianus & collegarum D. Hieron. sub finem libri 3. dialog. contra Pelagianos. Immo concil. Mileuit. can. 2. anathematizat eum damnat, qui negat baptizandos paruulos recentes ab uteris matrum. Ante vero D. Cyprianum eiusdem mentionem disertis verbis reperire est, apud Origenem in Leuit. hom. 8. in Luc. & in epist. ad Roma. ca. 6. Tertullianum lib. de anima, trencum contra hæc. lib. 2. cap. 39. Iustinum marty. que. 56. Clementem Romanum lib. 6. Constitut. Aposto. cap. 11. & Dionys. Arcop. ult. cap. eccles. Hierarchia. Qui Dion. ad traditionem Apostolorum eum refert, ad quam eundem etiam refert Orig. in epistol. ad Roma. et D. Aug. li. 10. de Gen. ad litt. c. 23. & lib. 4. de bapt. contra Donat. c. 24.*

6. intra secundum vel tertium diem quo nati sunt] *Est elegantior sit lectio Camb. ac Angl. cod. & Manutij: quam nati sunt, quia tamen priorem reperire est in alijs Ms. & excusis omnibus atque adeo apud Aug. magis illa placet.*

7. Sunamitis viduæ filium] *Ex Angl. cod. recens adiecit: Sunamitis, in ceteris desideratur.*

8. ætas nostra in incrementis, &c. habere discrimen] *Sic cod. Afflig. March. Dun. et Manu. Cauchius verò Remboldus, Froben. & Col. excu. ætatis nostræ haberi discrimen, vtrique non male; ceteri excusi corrupte: ætatis nostræ habere. Morelius verò, vetus excusus & Camb. cod. primam habent, sed omitunt: in. Illud autem nisi si, recte legitur, est enim Cypriano visitatis, ut alicubi diximus.*

9. præbeat patrem] *Est magis placeat lectio Costerij: patrem, quia tamen omnes Ms. & exc. legunt: patre, nihil ausus sum immutare.*

10. ad cælestem gratiam] *Sic Ms. omnes Manu. et Morelius; vulgati: gloriam, corrupte.*

11. id est, post Sabbatum primus] *Ita Ms. vetus excu. Manu. quoque et Morelius; pro eo quod mendose habebat Remboldus: idem, quare recte ad marginem prioræ lectionem adnotauit Erasimus. Morel. vero: idem quod, legit cum Grauijo, sed prior lectio germana est. Porro de die Dominico, quem post Sabbatum primum recte nuncupat, Euangelistis unitatis; vide supra epistolam xxxij.*

12. ea lege quæ iam statuta est] *Sic excusi omnes, Ms. vero cuncti: à lege, vox autem: hominem, omissa à Manutio reperitur in Ms. & excus. alijs omnibus excepto*

Cambronen. & Angl. quare eam iterum adiecit.

13. in Actibus Apostolorum] *Hoc pacto Ms. & excusi omnes præter solum Manu. qui reposuit: Actis, verum prioræ lectionem genuinam esse constat ex epistola ad Antonian. sub finem, ubi sic loquitur: de actibus eius, loquens de Nouatiano; alibi etiam frequenter actus sui mentionem facit, quare retinenda ubique prior lectio.*

14. Cæcærum si homines impedire aliquid ad] *Hunc locum iam pridem sic castigaram ex D. Aug. & consentiunt Ms. omnes, cum veter. exc. Remboldi verò errore factum est, ut legeretur: aliquid ad.*

15. grauissimis delictoribus] *Delictor pro peccator vox est Cypriano peculiaris; qui etiã, nõ (vri communiter) pro minori, sed potius pro maiori peccato frequenter abutitur voce: delictum. Pro eo autem quod Ms. et excusi omnes habent: multum ante, reperitur apud D. Hieron. & August. duobus in locis: multo ante; verum communem lectionem retinimus, eo quod ita etiam legat Aug. contra duas epistolas Pelag.*

16. remissa peccatorum] *Etiã hæc Ms. et excusi. cod. lectio tum hic tum paulo post magis placet, quam quod legunt D. Hieron. & Aug. remissio, nam prior vox Cypriana magis familiaris est, ex Tertulliano mutuat, li. 3. contra Martionem.*

17. tum magis Particidam: tum, ommissam à Manutio, rursum in locum suum restituitus, habent enim eam Ms. & excusi ceteri, & elegans est phrasî: cum, tum, solus vetus excusus habet: tamen, sed minus recte.

## AD EPISCOPOS NUMIDAS DE REDEMPTIONE FRATRUM EX CAPTIUITATE BARBARORUM.

### EPISTOLA LX.

ARG. Deplorata sub initium captiuitate fratrum Cyprianus sibi per Episcopos Numidas nuntiata; mittere se dixit seferiorum centum milia, adscriptis nominibus singulorum tum fratrum & sororum, tum collegarum, qui aliquid contribuerat. Verisimile est autem factam hanc captiuitatem ab illis Barbaris, contra quos Decius in bellum profectus, interfectus est. Primi autem recens ediderunt hanc epistolam Manutius & Morelius.

CYPRIANVS · IANVARIO, Maximo, Proculo, Victori, Modiano, Nemesiano, Nampulo, & Honorato fratribus salutem.

**V**M maximo animi nostri gemitu, & non sine lacrymis legimus litteras vestras fratres charissimi, quas ad nos pro dilectionis vestre sollicitudine, de fratrum nostrorum & sororum captiuitate fecistis.

fecistis. Quis enim non doleat in eiusmodi casibus? aut quis non dolorem fratris sui suum proprium computet? cum loquatur Apostolus Paulus & dicat: Si patitur vnum membrum, compatiuntur & cætera membra; si lætatur membrum vnum, collætantur & cætera membra. Et alio loco: Quis infirmatur, inquit, & non ego infirmor? Quare nunc & nobis captiuitas fratrum nostra captiuitas computanda est: & periclitantium dolor pro nostro dolore numerandus est: cum sit scilicet aduersionis nostræ corpus vnum, & non tantum dilectio, sed & religio instigare nos debeat, & confortare ad fratrum membra redimenda. Nam cum denuo Apostolus Paulus dicat: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? etiam si charitas nos minus adigeret ad opem fratribus ferendam; considerandum tamen hoc in loco fuit, Dei templa esse, quæ capta sunt; nec pati nos longa cessatione, & neglecto dolore debere; ut diu Dei templa captiua sint, sed quibus possumus viribus elaborare, & velociter gerere, ut Christum iudicem, & Dominum, & Deum nostrum promereamur obsequiis nostris. Nam cum dicat Paulus Apostolus: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: in captiuis fratribus nostris contemplandus est Christus; & redimendus de periculo captiuitatis, qui nos redemit de periculo mortis: ut qui nos de diaboli faucibus exiit, nunc ipse, qui manet & habitat in nobis, de Barbarorum manibus exuat; & redimatur nummaria quantitate, qui nos cruce redemit, & sanguine: qui iccirco hæc fieri interim patitur, ut fides nostra tentetur, an faciat vnusquisque pro altero, quod pro se fieri vellet, si apud Barbaros teneretur ipse captiuus. Quis enim non humanitatis memor, & mutæ dilectionis admonitus, si pater est, illic esse nunc filios suos computet? si maritus est, vxorem suam illic captiuam teneri cum dolere pariter ac pudore vinculi maritalis existimet? quantus vero communis omnibus nobis mceror est, & cruciatus de periculo virginum, quæ illic tenentur; pro quibus non tantum libertatis, sed & pudoris iactura plangenda est; nec tam vincula barbarorum, quàm leonum, & lupanarium supra defendenda sunt; ne mēbra Christo dicata, & in æternum con-

tinentiæ honore pudica virtute deuota, insultantium libidine, & contagione foedentur? Quæ omnia illic secundum litteras vestras fraternitas nostra cogitans, & dolenter examinans, prompte omnes & libenter ac largiter subsidia nummaria fratribus contulerunt; semper quidem secundum fidei suæ firmitatem ad opus Dei prouisi, nunc tamen magis ad opera salutaria contemplatione tanti doloris accensum. Nam cum Dominus in Euangelio suo dicat; Infirmus fui, & visitasti me: quanto nunc quoque cum maiore operis nostri mercede dicturus est: Captiuus fui, & redemistis me? Et cum denuo dicat: In carcere fui, & venistis ad me; quanto plus est cum cœperit dicere: In carcere captiuitatis fui, & clausus, & vinctus apud Barbaros iacui; & de carcere illo seruitutis liberafistis me, cum iudicij dies venerit præmium de Domino recepturi? Denique maximas vobis gratias agimus, quod nos vestra sollicitudinis, & tam bonæ ac necessariæ operationis participes esse voluistis: ut offerretis nobis agros vberes, in quibus spei nostræ semina mitteremus, expectaturi messem de amplissimis fructibus, qui de hac cœlesti, & salutari operatione proueniunt. Missimus autem seferiorum centum milia nummum, quæ illic in ecclesia, cui de Domini indulgentia præsumus, Cleri & plebis apud nos consistentis collatione collecta sunt: quæ vos illic pro vestra diligentia dispensabitis. Et optamus quidem nihil tale de cætero fieri, & fratres nostros Domini maiestate protectos ab eiusmodi periculis incolumes reseruari. si tamē ad explorandam nostri animi charitatem, & examinendam nostri pectoris fidem, tale aliquid acciderit, nolite cunctari nunciare hæc nobis litteris vestris; pro certo habentes, Ecclesiam nostram & fraternitatem istic vniuersam ne hæc vltra fiant precibus orare; si facta fuerint, libenter, & largiter subsidia præstare. Ut autē fratres nostros ac sorores qui ad hoc opus tam necessarium prompte ac libenter operati sunt, ut semper operentur, in mentem habeatis in orationibus vestris, & eis vicem boni operis in sacrificiis & precibus representetis subdidi nomina singulorum; sed & collegarum quoque & confacerdorum nostrorum, qui & ipsi cum præsentibus essent, & suo, & plebis suæ nomine, quædam pro viribus con-

1. Cor. 12.

2. Cor. 11.

2. Cor. 3.

Gal. 3.

Matth. 23.

Li. 5. epist. 8.



tulerunt, nomina addidi; & præter quantitatē propriam nostram, eorum quoque summulas significavi, & misi: quorum omnium secundum quod fides & charitas exigunt, in orationibus & precibus vestris meminisse debetis. Oprimus vos fratres charissimi semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam. LX.

1. IANVARIO, MAXIMO, PROCVLO, VICTORI, MODIANO, NEMESIANO, NAMPVLO, HONORATO.] Ad eosdem & alios quosdam scribitur, infra quoque epistola lxxvij quos Numidas Episcopus fuisse constat ex epistola ad Stephanum secunda. Quorum autem plures fuerint Ianuarij, Victores, Honorati in Synodo Carthaginiensi incertum est qui sint illi quorum hic fit mentio; Maximi vero Proculi, Modiani, & Nampuli ibi non fit mentio, Nemesianus à Tuburnis cognominatur.

2. Deum nostrum promereamur.] Rursus locus de meritis.

3. ne mēbra Christo dicata.] simile de sanctis virginibus phrasim habes tum epistola ad Pomponium tituli discipuli. ubi illam explicatam reperies.

4. vt offerretis nobis agros vberes.] Elegans metaphorā, qua vberibus agris captiuos, seminibus Eleemosynas, mensi cæleste præmium comparat.

5. Milium autem sestertia centum milia nūmūm.] Ita & Manu. & Morel. ego vero aut existimo legendum duntaxat: sestertia centum, vt illud: milia nūmūm, adiunctum explanationis gratia, ex margine in textum irrepserit, aut quod malim: sestertium centū milia nūmūm. Quæ enim recte adnotauerit lib. de Assidue (et eam eius sententiā Ciceronis auctoritate confirmet Dion. Lambinus in Horatiū) sestertia valere mille sestertios, atque adeo centum sestertia valere centum milia sestertium nūmūm, excreuerit summa illa prior ad duo milia myriadū aureorū. Quæ quandoquidē immodica videatur, & posterior ista ad Gallicam monetā redacta valeat duo milia & semis aureorū solarū; ego certe pro eate satis magnā fuisse hanc existimo. Atque hæc huic loco sufficiat, donec ex cod. ms. certius aliquid liceat adferre; probabile tamen sit quod dico, eo quod sola hæc nota est. scribi soleat olim hæc dictio atque adeo in scitia Librariorū scriptum videatur: sestertia, pro: sestertium.

6. Cleri & plebis.] videtur hinc Clerus aliquid proprii habuisse, ex quo suam portionem contribueret, nisi forte Clerum contribuisse dicit, quod ipse Cleri nomine ex ea parte quæ eos contingebat id miserit; sicut enim alicubi diximus, in quatuor partes thesauri ecclesie distribuēbantur, quarum una erat Episcopi, una templi, una pauperum & quarta Cleri.

7. in sacrificiis & precibus.] Rursus sacrificiorum meminisse.

8. quantitatē propriam nostram.] simile quid habes supra epistola xxxvi. Existimo eum utrobique loqui de ea portione quæ Episcopi erat.

### AD EVCHRATIVUM de histrione.

#### EPISTOLA LXI.

ARG. Histrionem si in turpi artificio persistat, communicare prohibet in ecclesia, Neque vero excusari debere, quod ipse histrionicam non exerceat, quandiu illam alios docet: aut ob rei familiaris inopiam, quum ecclesiæ sumptibus illi alimenta præstari possint, atq; adeo si Ecclesiæ Eucratij bona nō sufficiat, Carthaginē monet vt veniat.

### CYPRIANVS EVCHRA- tio fratri salutem.

**R**o dilectione tua, & verecundia mutua consulendum me existimasti frater charissime, quid mihi videatur de histrione quodā, q̄ apud vos constitutus in eiusdē adhuc artis suę dedecore perseverat, & magister & doctor non eruditorū, sed perditorum puerorū, id quod male didicit, cæteris quoq; insinuat; an talis debeat communicare nobiscum. Puto nec maiestati diuinę, nec euāgelicę disciplinę congruere, vt pudor & honor Ecclesię tam turpi & infami contagione cœdetur.

¶ Nā cum in lege prohibeantur viri induere muliebrem vestem & maledicti eiusmodi iudicentur; quanto maioris est criminis, non tantum muliebria indumenta accipere, sed & gestus quoque turpes, & molles, & muliebres, magisterio impudicę artis exprimere? Nec excuset se quisquam si à theatro ipse cessauerit, cum tamen hoc ceteros doceat.

Nō potest enim videri cessasse, qui vicarios sustituit, & qui pro se vno plures succidaneos suggerit: contra institutionem Dei, erudiens & docens quemadmodum masculus frangatur in sceminam, & sexus arte mutetur, & diabolo diuinum plasma maculanti per corrupti atque eneruati corporis delicta placeatur. Quod si penuriam talis & necessitatem paupertatis obtendit, potest inter ceteros, qui alimentis Ecclesię sustinentur, huius quoque necessitas adiuuari; si tamē cōtento sit frugalioribus sed innocentibus cibis. Nec putet salario se esse redimendum, vt à peccatis cesset, quādo hoc non nobis sed sibi præstet. ceterū quantum vult inde quærat. Qualis quæstus est qui de conuiuio Abraham, Isaac, & Iacob homines rapit, & male ac perniciose in seculo

culo saginatos, ad æternæ famis ac sitis supplicia deducit? Et ideo quātum potes, eū ab hac prauitate, & dedecore ad viā innocentię atque ad spem vitæ suæ reuoca, vt sit cōtentus Ecclesię sumptibus parerioribus quidem sed salutaribus, quod si illic Ecclesia nō sufficit vt laborantibus præstet alimenta, poterit se ad nos transferre, & hic quod sibi ad victum atque ad vestitum necessariū fuerit accipere; nec alios extra Ecclesiā mortalia docere, sed ipse salutaria in Ecclesia discere. Opto te fili, charissime semper bene valere.

### ADNOTATIONES in epistolam LXI.

1. EVCHRATIO.] Euchratio legunt recentiores excusi omnes, Ms. vero Afflig. March. Dun. Camb. Bland. et Cauchij. Eugratio; vetus exc. et Reboldus Euagrion, verum quæ infra Tom. 2. (etiam in ead. Ms. cod.) sententiā dicit in Syno. Carthag. Euchratiū, à Theis primā lectio optima est præsertim cum sic etiam legat cod. Angl.

2. Pro dilectione tua & verecundia.] Sic Ms. excusi omnes, excepto cod. Cauchij, qui legit: & reuerentia, non male; vt etiam illi peculiare est quod habet: de histrione & mago illo.

3. an talis debeat communicare nobiscum.] Puto etiam hic diuersam ab illis lectionem, habet, hanc nēpe: an talibus sacra communio cum cæteris christianis debeat dari aut nobiscum communicare. Puto, cuius auctoritate (quonia reliquorum videtur superflua repetitio) verba illa: quod ego, quæ superflua videbantur, omittere non sum veritus.

4. Nam cum in lege prohibeantur.] Alludit ad verba illa Deuter. 22. Non induetur mulier veste virilis, nec vir utetur veste feminea. Abominabilis enim apud Deum est qui hoc facit.

5. plures succidaneos.] Quod prius vicarios nunc succidaneos dicit, sive Succidaneos, vt legit Manu. (nam utrumque recte legitur) nescio autem an apud alium auctorem aliter quam adiectiue sumatur hæc vox.

6. quemadmodum masculus & c.] Similia habes epistola supra 2. quæ est ad Donatum, præstat autem de obsecanis istis tacere quā loqui.

7. sed innocentibus cibis.] Cibos innocentes vocat qui nō crimine aliquo cōquiruntur, sed vite innocentia.

8. de conuiuio Abraham, Isaac, & Iacob.] Alludit ad verba illa Saluatoris Mat. 8. Multi recubent cū Abraham, Isaac et Iacob in regno cælorū. Recte autē legit Manu. Morel. Cauchijus et Ms. cod. rapit, pro eo quod erat rapuit.

### AD POMPONIVM de virginibus.

#### EPISTOLA LXII.

ARG. Cyprianus cum collegis aliquot Pomponio collegæ responderet: Virgines quæ statum cōti-

nenter & firmiter tenere decreuerant, repertus tamen postea in eodē lecto cum masculis, si virgines adhuc repertæ fuerint, cōmuniōne recepta admittēdas ad Ecclesiā, sicut secus, cū non mariti sed Christi sint adultere, ad plenam poenitentiam cogendas, quæ vero obstinate perseverant de Ecclesia eiiciēdas, obiter interueniens disciplinæ genus, quō contineri possint in officio virgines, & quadam de excommunicandi potestate in Ecclesia.

### CYPRIANVS, CÆCILIVS, VICTOR, SEDATVS, TERTVLLVS, CVM PRÆSBYTERIS QUI PRÆ- SENTES ADERANT, POM- PONIO FRATRI SALVTEM.

**E**gimus litteras tuas frater charissime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti; postulans & desiderans, vt tibi rescriberemus; quid nobis de iis virginibus videatur; quæ cum semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerint, detectæ sint postea in eodem lecto pariter mansisse cum masculis. Ex quibus vnū diaconum esse iudicis; plane easdem quæ secum viris dormisse confessæ sint, asseuerare se integras esse: Circa quam rem; quoniam consilium nostrum desiderasti, scias nos ab Euāgelicis & Apostolicis traditionibus non recedere, quo minus fratribus & fororibus nostris constanter & fortiter consulari, & per omnes vtilitatis & salutis vias ecclesiastica disciplina seruetur; cum Dominus loquatur & dicat: Et dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos pascentes cum disciplina: & iterum scriptum sit: Discipulam qui abiicit, infelix est: & in psalmo quoque Spiritus sanctus admoneat & instruat, dicens: Continete disciplinam, ne forte irascatur Dominus, & pereatis à viā recta, cum exarserit cito ira ei super vos. Primo igitur in loco frater charissime, & præpositus, & plebi nihil aliud elaborandū est, quam vt qui Deū timemus, cum omni obseruatione disciplinæ diuina præcepta teneamus; nec patiamur errare fratres nostros, & pro arbitrio & fructu suo viuere, sed ad vitam singulis fideliter consulere: nec pati virgines cum masculis habitare, non dico simul dormire, sed nec simul viuere, quando & sexus infirmus, & ætas adhuc lubrica per omnia frænata



nobis & regi debeat, ne diabolo insidiant, & fauere cupienti, ad nocendum detur occasio, quando & apostolus dicat: Nolite locum dare diabolo. Libèranda est vigilanter de periculosis locis nauis, ne inter scopulos & saxa frangatur. <sup>6</sup> Exuenda est velociter de incendio sarcina, priusquam flammis superuenientibus concremetur. Nemo diututus est, periculo proximus. Nec euadete diabolum seruus Dei poterit, qui se diaboli laqueis implicauit. Intercedendum est cito talibus, vt separentur dum adhuc separari innocetes possunt, quia diuidi postmodum <sup>7</sup> nostra intercessione non poterunt, postea quam consciètiã grauiissima coheserint. Denique quam graues multorum ruinas hinc fieri videmus, & per huiusmodi illicitas & periculosas conuersiones corrumpi plurimas virgines cum summo animi nostri dolore conspicimus. <sup>8</sup> Quod si ex fide se Christo dicauerint, pudice, & caste sine vlla fabula perseuerent, ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent. Si autem perseuerare nolunt, vel non possunt, <sup>9</sup> melius est nubant, quàm in ignem delictis suis cadant. Certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant, cum scriptum sit: Si cibus scandalizat fratrem, non manducabo carnem in sæculum, ne fratrem scandalizem. Neo aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod inspici, & probari possit, an virgo sit; cum & manus obstetricum & oculi sæpe fallantur. Et si incorrupta inuenta fuerit virgo ea parte sui, qua mulier potest esse; potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quæ corrumpi potest, & tamen inspici non potest. Certe ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio & osculatio, & coniacentium duorum turpis & foeda dormitio quantum dedecoris & criminis confitetur? Si superueniens matris sponsam suam iacentem cum altero videat, nonne indignatur & fremit? & per zeli dolorem <sup>10</sup> fortassis & gladium in manum sumit? <sup>11</sup> Quid? Christus Dominus, & iudex noster, cum virginem suam libi dicatam, & sanctitati suæ destinatam iacere cum altero cernit, quàm indignatur & irascitur? & quas pœnas <sup>12</sup> incestus eiusmodi coniunctionibus comminatur? Cuius vt gladium spiritalem, & venturum iudicij diem vnusquisque fratrum possit euadere, omni consilio prouidere & elaborare debemus. Et cum omnes omnino disciplinam tenere

oporteat, multo magis præpositos, & diaconos curare hoc fas est, qui exemplum & documentum cæteris de conuersatione & moribus suis præbeant. Quo modo enim possunt integritati & continentiae præesse; si ex ipsis incipiant corruptelæ, & vitiorum magisteria procedere? Er iccirco consulte & cum vigore fecisti frater charissime, <sup>13</sup> abstinendo diaconum, qui cum virgine sæpe mansit, sed & cæteros qui cum virginibus dormire consueuerunt. Quod si pœnitentiam huius illiciti concubitus sui egerint, & à se inuicem recesserint, <sup>14</sup> inspiciantur interim virgines ab obstetricibus diligenter, & si virgines inuentæ fuerint, accepta communicatione ad Ecclesiam admittantur; hac tamen interminatione, vt si ad eosdem masculos postmodum reuersæ fuerint, aut si cum eisdem in vna domo & sub eodem tecto simul habitauerint, grauiore censura eiciantur, nec in Ecclesiam postmodum facile recipiantur. Si autem de eis aliqua corrupta fuerit deprehensa, agat pœnitentiam plenam, quia quæ hoc crimen admisit, non mariti sed Christi adultera est, & ideo æstimato iusto tempore, postea exomologesi facta ad Ecclesiam redeat. Quod si obstinate perseuerant, nec se ab inuicem separant; sciant se cum hac sua impudica obstinatione nunquam à nobis admitti in Ecclesiam posse, ne exemplum cæteris ad ruinam delictis suis facere incipiant. Nec putent sibi vitæ aut salutis constare rationem, si episcopis & sacerdotibus obtèperare noluerint, cum in Deuteron. Dominus Deus dicat: Et homo quicumque fecerit in superbia, vt non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicumque fuerit, in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cum audierit, timebit, & non agent impie etiam nunc. Interfici Deus iussit sacerdotibus suis non obtemperantes, iudicibus à se ad tempus constitutis non obediens: & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circuncisio carnalis manebat: nunc autem quia circuncisio spiritalis esse ad fideles seruos Dei cæpit, <sup>15</sup> spiritali gladio superbi & contumaces necantur, dum de Ecclesia eiciuntur. Neque enim viuere foris possunt, cum domus Dei vna sit, & nemini salus esse, nisi in Ecclesia possit. Indisciplinatos autem petire, dum non audiunt nec obtemperant salubribus præceptis, testatur scriptura diui

diuina quæ dicit: Non diligit indisciplinatus castigatorem sc. Qui autem oderunt correptiones, confundentur turpiter. Ergo ne indisciplinati consumantur & pereant, da operam frater charissime, vt quatum potes consiliis salutaribus fraternitatem regas; & singulis ad salutem suam consulas. Arta & angusta est via per quam ingredimur ad vitam, sed summus & magnus est fructus cū peruenimus ad gloriam. <sup>16</sup> Qui se semel castrauerunt propter regnum cælorum, Deo per omnia placeat; nec sacerdotès Dei <sup>17</sup> aut Ecclesiam Domini contemnendo, scandalolo se fratribus offerant. <sup>18</sup> Et si ad præsens à nobis cōtristari videntur, nos tamen in salubri persuasione maneamus, sciètes & Apostolum dixisse: Ergo ego inimicus factus vobis sum, verum dicens vobis? Quod si obtemperauerint nobis, lucrati sumus fratres, & eos ad salutem pariter & dignitatem nostro sermone formauimus. si autem quidam de peruersis obtemperare noluerint, sequamur eundem Apostolum dicentem: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem: si quibusdam suadere non possumus vt eos Christo placere faciamus, nos certè, quod nostrū est, Christo domino & deo nostro, præcepta eius seruando, placeamus. Opto te frater charissime semper bene valere.

#### AD NOTATIONES IN Epistolam LXII.

I. CAECILIUS VICTOR] De Cecilio Victore, & Tertullo, vide supra epistolam liij. nam etiam illam cum illis scripsit Cyprianus.

2. SEDATVS] Ita Manut. & Morelius pro eo quod cæteri tam excusi quam Ms. SEDVLIVS; pro quibus facit quod Sedulij nusquam mentio fiat, sedatus autem in Synodo cognominatur à Tuburbo, & eiusdem fiat mentio dicta epistola & infra lxx.

3. POMPONIO FRATRI] Etiam hic cum cæteris dictam Epistolam scripsit, & in Synodo cognominatur à Dionysiana.

4. Legimus litteras tuas quas per Pacionium] Desiderantur hæ Pomponij litteræ, Pacionij etiam nulla a libi sit mentio.

5. ecclesiastica disciplina seruatur] Idem serè est exordium libri de disciplina & habitu virginum Tom. 2. ubi eadem etiam scripturas in confirmationem adfert; quo loco de hac voce latius.

6. Exuenda est velociter] Regè quidem mea sententia coniecit Costerius seu Lyppius legendum hic: Eruda est, nolui tamen contextum immutare, eo quod prius illud legant Ms. & exc. cod. omnes.

7. nostra intercessione] Intercessionem accipit eo modo quo paulo prius intercedere, nempe pro impedimen-

to, de utroque vide supra Epistolam xxviij.

8. Quod si ex fide se Christo dicauerint] Similibus verbis videtur dicto libro de disc. & habitu virg. vt quæ se Christo dicauerint & à carnali concupiscentia recedentes tam carne quam mète deo deuouerint, ita vt satis manifestum fiat, loqui Cyprianum de virginibus quæ votum continentia emisserant, quod quam vetustum sit, imo & ab Apostolorum ætate in ecclesia vsuratum, deo fauente ibi demonstrabimus. Alludere autem mihi videtur ad locum Pauli de fide prima, quam irritam fecisse dicit quasdam viduas. 1. Timo. 4.

9. melius est nubant quàm in ignem delictis suis cadant] Ita Manut. & Ms. omnes, cæteri excusi: delictis, utramvis eligat lectòr. Alludit autem ad illud Pauli. 1. Cor. 7. Melius est nubere quam vri. Atqui loqui Cyprianum de his virginibus quæ simplex (vt loquuntur) votum castitatis emisserant, non de velatis quorum votum erat solenne, multa sunt tum hic tum dicto libro in contextu, quæ conuincere videntur. Atque imprimis quod dicit: quod si se Christo dicauerint; vt pote quum velata ab Episcopis consecrari soleant, non à seipsis tantum deo dicari. Deinde, quod virgines de quibus loquitur, cum masculis cohabitabant, quod Balneus promiscuus, quod nuptiis adire illis liberam erat, quod quædam earum diuites fuerint; quod certo habitu non uterentur, vsque adeo vt ornatum earum superfluum taxare oportuerit Cyprianum. Quæ omnia in virgines velatas non competunt. Nam quod ille habitu ab aliis discernentur, patet ex Can. vlt. Concilii Carthag. 4. cui. D. Aug. inseruit, ubi coniugia viduarum vetantur, quæ se deuouerint domino, & veste laicali (ita loquuntur Patres) abiecta, sub testimonio Episcopi & ecclesia religioso habitu apparuerint. Eodem pertinet quod Innocent. Papa eius nominis. 1. Epistola. 2. virginibus velatis & non velatis aliam atque aliam pœnitentiam iniungat, si nupsierint. Eodem quæ habet lib. 3. de virginibus Ambros. & eiusdem illud ad virginem lapsam c. 5. Hoc Apostoli dictum (de verbis supra dictis loquitur) ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Eodem illud D. Hieron. ad Sabiniannum Diaconum. Moris est vt tam virgo quàm vidua, quæ se deo vouerint & sæculo renunciantes omnes delicias sæculi conculcarint, crimen monasteriorum matribus offerant de secandam, capite postea ligato & velato. Itidem quod de Iphigenia Aethiopum Regis filia à D. Mattheo Apostolo velata, scribit Abdias. Rursus quæ habent, ad Monachum quendam B. Ephrem; & Dion. Areop. c. 6. ecclesiast. hierar. ubi mutationis vestimentorum & tonsuræ disertis verbis meminit. Immo & consecrationis. Quam etiam in virginibus quibusdam agnoscit D. D. Ignatius epistola ad Antioch. sorther Pontifex Epist. 2. Tertull. lib. de castitate. Syluester Põtifex in concil. Rom. Can. 10. Hieron. lib. 1. contra Iouin. de laudibus Aselle ad Marcellam, & ad Demetriadem, Phostius & Theophil. ex Chrysost. in illud Apostoli: Si nupsierit virgo non peccat. & Leo Pontifex Epistola 9. Quin etiam illas cõmunem vitam ducere solitas in monasteriis & simul cohabitare, disertis ostendit verbis D. Aug. c. 45. de sanct. virg. & in regula sanctimonialium, quam germanam illius esse constat ex Posidij indiculo. Item D. Hieron. de vitando suspecto contubernio (ubi etiam distinguit inter virgines quæ in adibus parentum, & alias quæ in monasteriis debebant, & prioribus tam ibi



quam epistola ad Demetrian. nuptias concedit) & in Epistaphio Paula. Eodem faciunt quæ habet D. Basilius in regula; Philo Iudæus lib. de Therapeutis, quem non de Essæis Iudæis sed Iessæis Christianis loqui, multis argumentis pulchre deducit Dn. Math. Galenus, Theol. professor apud Duacenses in Originibus Monasticis. Sed hæc extra scopum, ad rem redeamus. Si Cyprianus igitur virginibus nondum velatis indulgentia quadam tanquam minus permisit nuptias, nemini mirum videri debet, quum illarum si nupserint nullis Canonibus matrimonia separentur, sed tantum penitentia imponatur. Vti videre est Syn. Antioche. Can. 19. Can. D. Basily 56. Syn. Calc. Can. 16. Syn. 6. 4. 4. & Conc. Valent. can. 2. Neque vero quicquam obstat, quod deo dicatur illos virginibus nuncupet, nam seipsas ille Christo dicauerant, quanquam ab Episcopo non consecrata nec velata ut supra diximus. Atqui si cum Francisco Turiano, & Reuerendiss. Cardinali Hosio dicamus, nec de illis virginibus loqui Cyprianum non erit improbabile: præsertim si iuxta cod. Ms. novam incipiamus periodum ad verba illa. Si perseverare noluit & c. ut hic sit sensus: Quod si se ex fide Christo dicauerunt pudice & caste sine ulla fabula perseverent. Sin vero perseverare nolunt aut non possunt, non se Christo dicunt, sed potius nubant quam ut in ignem delictis suis cadant. Hæc paulo latius tum ob hanc adnotatiunculam Erasmi ad marginem: virginibus sacris permittit nubere, tum ob alia illius loca plurima, ubi monachorum & sanctimonialium dicta instituta, recentiora facit ætate D. D. Aug. & Hieron. quo factum est, ut veteriorum duntaxat Patrum testimonis usus fuerim.

10. fortassis & gladium in manu sumit] Alludit ad veteres leges Romanas, quibus permittitur marito, adulterum & uxorem in adulterio repertos interficere. Quemadmodum etiam D. Hier. dicta Epistola ad Sabinian. Non timuisti (inquit) in illa domo adulterium facere, in qua sine Iudice Iesus vir se poterat velicari, vide tit. ad legem iul. de adulteriis L. Marito.

11. Quid Christus dominus] Recte hic locus ita restitutus est à Manut. pro eo quod erat: Quia Christus.

12. incestus eiusmodi coniunctionibus] Quemadmodum hic incestus coniunctionibus, harum virginum dicit sic paulo post vocat eas Christi adulteras, & similiter sepe dicto lib. de disc. & hab. virg. ubi deo fauente latius quid sibi velit hoc loquendi genere.

13. abstinendo Diaconum] Non placet hæc adnotatio Erasmi marginalis: abstinere, pro amouere siue quod alibi dicit inter phrasas Cypri. familiares, pro separare. Neque enim significat separare aut amouere simpliciter, sed separare à communionem, uti supra diximus epistola xxxviij. de quo paulo post plura.

14. inspiciantur interim virginibus ab obstetricibus] hunc morem inspiciendarum virginum an corruptæ essent nec ne, à Cypriano hic visitatum putant quidam obseruatum etiam (teste Clemente Alexand. Strom. lib. 7.) in D. virgine Maria. Sed improbat postea Ambro. Epistola lxxij. ad Syagrum in sacris virginibus, tum ob contumeliam quæ illa inspectione illis infligebatur, tum quod incertissima foret præsertim quum medicina vetustis doctoribus id sententia esset, non satis liquidè comprehendendi inspectionis fidem.

15. spiritali gladio superbi & contumaces necantur] Locus insignis de excommunicandi potestate in

Ecclesia. Cuius varias periphrases ex Cypriano habes supra dicta Epistola xxxviij. Constat autem hinc in primis ad excommunicationem requiri contumaciam. Deinde nõ externam duntaxat penam esse sed spiritalem, atque adeo formidandam; utpote quæ ab ecclesia eiiciat, extra quam docet nemini salutem esse posse tum hic tum alibi frequenter. Prius illud quemadmodum & ipsa excommunicatio extra controuersiam est; posterius negant aduersarij: Verum id ipsum constanter asserunt & alij veteres tam Græci quam Latini, dum ex illo Matth. 18. si ecclesiam non audierit & c. quacunque alligaueritis & c. in cælo ligari doceat, qui ligatur siue excommunicatur ab ecclesia. Item quum dicunt hoc vinculum ad animam ipsam pertinere, uti D. D. August. epistola 75. ad Auxiliu. & Chryso. lib. 3. de sacerdot. cap. 5. ac hom. 5. de verbo Iſaia: Vidi dominum. Rursum quum illud Apostoli. tradere hominem sathanae, non modo de corporali traditione interpretantur, sed & de separatione à Christi corpore, atque adeo spiritali traditione in dominatum sathanae. Quo modo inter Græcos Origenes hom. 5. in Iudic. Theodorus, & Chryso. Theophil. Theodoretus Oecumenius in comment. inter Latinos vero D. D. Hilarius in illud psal. 118. Ne tradas me nocentibus me, Ambro. lib. 1. de penitent. ca. 14. & Hieron. in ca. 17. Ezech. Cuius separationis à corpore Christi etiam meminert Cyprianus infra de Orat. Dominica & D. Aug. quam sæpissime præsertim Epistola 51. contra Donat. & contra aduers. leg. & prophet. c. 17. Iterum, quum dicunt eos rabido demonij ore discerpi, sicut D. D. Antherus papa Epistola ad Episcopos Hisp. & Hieron. ad Heliodorum, ubi hunc locum imitatus videtur. item quum dicunt omni gratia minime excui excommunicatum, quemadmodum loquuntur D. D. Chryso. & Eutymius in comment. Leo pontifex epistola 67. & D. Ambro. in priore ad Thim. Aut quum excommunicatos, à regno dei extorres dicunt, sicut Clemens epistola 1. ad Iac. fratrem domini, aut à Deo alienatos ut Chryso. in cap. 9. ad Rom. Quum etiam hanc censuram diuinam nuncupant & futuri iudicij prauudicium, uti Tertull. Appologet. ca. 3. Quæ poena quum & spiritalis & grauissima, sint, bardum esse oportet & stipitem, omnisque humanitatis expertem qui illas non metuar.

16. Qui se semel castrauerunt propter regnum cælorum] Alludit haud dubie ad locum Matth. 19. Loquitur autem de Diacono & virginibus. Patet igitur iam ætate Cypriani etiam Diaconis annexam fuisse continentiam, de quo ne prolixiores simus aliquando fortassis latius. Exstant eadem de re libri aliquot insignes Dn. Claudij Espencei Parisini Theologi.

17. aut ecclesiam dei contemnendo] Sic Ms. Afflig. Bland. March. & Dun. ex quibus locum castigauit Antea erat: contemnentes, minus rectè.

18. Et si ad præfens à nobis contristari videntur] Alludit denuo ad Apostoli verba, illa nempe 2. Cor. 3. Et si contristari vos in epistola & c. Quomodo etiam paulo post ad illa verba Christi Matth. 18. Si audierit te, lucratus eris fratrem tuum: quanquam tamen solus sic Manu. legat. Nam ceteri tum excusati tum Ms. hoc pacto: Quod si obtemperauerint nobis gratissimum est. Stantes eos ad salutem pariter dignatione nostri sermonis formauimus. ut eos Christo placere faciamus] Excusati interseruerant particulam: vere, sed superflua, neque eam habent Ms. cod.

A D

## A D CÆCILIVM DE Sacramento Dominici calicis.

EPISTOLA LXIII.

Argumentum summarium huius quoque epistolæ videri est apud D. August. idque li. 4. de doctrin. christ. ca. 21. B. Cyprianus (inquit) submisso dicendi genere vtitur in eo libro ubi de sacramento calicis disputat. Soluitur quippe ibi questio, de qua (nam sic legendum ibi cenſeo) queritur, Vtrum calix dominicus aquam solam, an eam vino mixtam debeat habere, & c. Agitur igitur hic contra Aquarios Cyprianus, docens hac occasione, multis patrum & prophetarum actus & testimonius præfiguratum fuisse, verum corporis & sanguinis Domini sacrificiū. Est autē liber potius quàm epistola sed quia hæctenus epistola nomine excusatus est, nos etiam inter epistolas collocamus. Quemadmodum autem de duabus præcedentibus, ita nec de hac colligi certo potest, quo tempore conscripta sit. Porro Colonienſis D. P. A. talionis codex habet hunc huius Epistolæ Titulū: DE SACRAMENTO CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI.

## CYPRIANVS CÆCILIO fratri Salutem.

Lib. 2.  
Epist. 5.

VANQVAM sciam frater charissime, episcopos plurimos, ecclesiis dominicis in toto mundo diuina dignatione præpositos, euangelicæ veritatis ac dominicæ traditionis tenere ratione, nec ab eo quod Christus magister & præcepit, & gessit, humana & nouella institutione decedere: tamen quoniam quidam vel ignoranter, vel simpliciter in calice dominico sanctificatio, & plebi ministrando, nõ hoc faciunt, quod Iesus Christus, dominus & Deus noster, sacrificij huius auctor & doctor, fecit & docuit, religiosum pariter ac necessariū duxi de hoc ad vos litteras facere, ut quæ in isto errore adhuc teneatur, veritatis luce perspecta ad radicem atque originem traditionis dominicæ reuertatur. Nec hoc nos putes, frater charissime, nostra & humana mente cõscribere, aut vltionea voluntate hoc nobis audacter assumere, cum mediocritatem nostram semper humili & verecūda moderatione teneamus; sed quado aliquid Deo inspirante, & mandate præcipitur, necesse est domino seruus fidelis obtemperet, excusatus apud omnes, quod nihil sibi arrogat assumat, qui offen-

sam domini timere compellitur, nisi faciat quod iubetur. Admonitos autē nos scias, ut in calice offerēdo dominica traditio seruetur, neque aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis dominus prior fecerit: Vt calix qui in commemoratione eius offertur, mixtus vino offeratur. Nam cum dicat Christus: Ego sum vitis vera, & sanguis Christi, non aqua est vti que, sed vinum. Nec potest videri sanguis eius, quo redempti & viuificati sumus, esse in calice; quando vinum desit calici, quo Christi sanguis ostenditur, qui scripturarum omnium sacramento ac testimonio prædicetur. Inuenimus enim & in Genesi circa sacramentum Noe hoc idem præcurrisse, & figuram dominicæ passionis illic extitisse, quod vinum bibit, quod inebriatus est; quod in domo sua nudatus est; quod fuit recumbens nudis & patentibus femoribus: quod nuditas illa patris à medio filio denotata est, & foras nunciata: & cetera quæ necesse non est exequi; cum satis sit hoc solum complecti, quod Noe typum futuræ veritatis ostendens, non aquam sed vinum biberit, & sic imaginem dominicæ passionis expresserit. Item in sacerdote Melchisedech sacrificij dominici sacramentum præfiguratum videmus, secundum quod scriptura diuina testatur & dicit: Et Melchisedech rex salem protulit panem & vinum. Fuit autem sacerdos Dei summi & benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret: declarat in psalmis Spiritus sanctus ex perſona patris ad filium dicens: Ante luciferum genui te: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui ordo vti que hic est de sacrificio illo veniens & inde descēdens, quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod panem & vinū obtulit, quod Abraham benedixit. Nam quis magis sacerdos Dei summi, quàm Dominus noster Iesus Christus? qui sacrificiū Deo patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panem & vinum, suum scilicet corpus, & sanguinem. Et circa Abraham benedictio illa præcedens, ad nostrum populum pertinebat. Nam si Abraham Deo credidit, & deputatum est ei ad iustitiam: vti que quisquis Deo credit, & fide viuunt, iustus inuenitur, & iam pridem in Abraham fidei benedictus & iustificatus ostenditur, sicut beatus apostolus Paulus

N ij



Gal. 3. probat; dicens: Credidit Abraham Deo, & deputatum est ei ad iustitiam. <sup>14</sup> Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahamæ. Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus prænucciavit Abrahamæ, quia benedicentur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicti sunt cum fidei Abraham: unde in euangelio inuenimus de lapidibus excitari, id est, de gentibus colligi filios Abrahamæ. Et cum Zacheum laudaret Dominus respondit & dixit: Salus hodie domui huic facta est: quia & hic filius est Abrahamæ. Ut ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotem benedictio circa Abraham posset rite celebrari, præcedit antè imago <sup>15</sup> sacrificij Christi in pane & uino scilicet constituta, quam rem perficiens & adimplens Dominus panem & calicem mixtum uino obtulit, & qui est plenitudo, veritatem præfiguratae imaginis adimpleuit. Sed & per Salomonem Spiritus sanctus typum dominici sacrificij ante præmonstrat immolatae hostiæ & panis & uini, sed & altaris & Apostolorum faciens mentionem: Sapientia, inquit, ædificauit sibi domum, & subdidit columnas septem. Mactauit suas hostias, <sup>16</sup> miscuit in cratera uinum suum, & parauit mensam suam. Et misit seruos suos, conuocans cum excelsa prædicatione ad craterem, dicens: <sup>17</sup> Quis est insipiens decinet ad me. & e gentibus sensu dixit: Venite, edite de meis panibus, & bibite uinum quod miscui uobis. Uinum mixtum declarat, id est, calicem Domini: aqua & uino mixtum <sup>18</sup> prophetica uoce prænucciatur, ut appareat in passione dominica id esse gestum quod fuerat ante prædictum. In benedictione quoque Iudæ hoc idem significatur, ubi & illic Christi figura exprimitur, quod à fratribus suis laudari & adorari haberet, <sup>19</sup> quod inimicorum dorsa, cedentium atque fugientium: manibus quibus crucem pertulit & mortem uicit, cõpressurus fuisset; quodque ipse sit leo de tribu Iudæ, & recubet dormiens in passione, & surgat, & sit ipse spes gentium, quibus scriptura diuina adiungit & dicit: Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ amictum suum. Quædo autem sanguinis uuæ dicitur, quid aliud quam <sup>20</sup> uinum calicis dominici, sanguis ostenditur? Nec non & apud Esaiã hoc idem Spiritus sanctus de domini passione testatur, dicens: Quare rubicunda

sunt uestimenta tua, & indumenta tua uelut à calcatione torcularis pleni & percalcari? Nunquid rubicunda uestimenta aqua potest facere? aut in torculari aqua est, quæ pedibus calcatur, uel prælo exprimitur? Uini utique mentio est, & ideo ponitur, ut Domini sanguis uino intelligatur; & quod in calice dominico postea manifestatum est, prophetis annunciantibus prædicetur. Torcularis quoque calcatio & pressura taxatur; quia quo modo ad potandum uinum ueniri non potest, <sup>21</sup> nisi botrus calcetur ante, & prematur: sic nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi Christus calcatus prius fuisset & pressus, & calicem <sup>22</sup> prior biberet, quem credentibus propinaret. <sup>23</sup> Quotiescunque autem aqua sola in scripturis sanctis nominatur, baptisma prædicatur, ut apud Esaiã significari uidemus. Nolite, inquit, priora meminisse, <sup>Esai. 43.</sup> & antiqua nolite reputare. Ecce ego facio noua, quæ nunc orientur, & cognoscetis, & faciam in deserto uiam & flumina in loco inaquoso; adquare genus meum electum, plebem meam quam acquisiui, ut uirtutes meas exponeret. Prænucciavit illic per prophetam Deus, quod apud gentes in locis, quæ inaquosa prius fuissent, flumina postmodum redundarent: & electum genus Dei, id est, per regenerationem baptismi filios Dei factos, adquarent. <sup>24</sup> Item denuo præcinitur, & ante prædicatur, Iudæos, si sitierint, & Christum quaesierint, apud nos esse potaturos, id est, baptismi gratiam consecuturos. Si sitierint, inquit, <sup>25</sup> per deserta adducet illos, aquam de petra producet illis: findetur petra, & fluat aqua & bibet plebs mea. Quod in Euangelio adimpletur, quando Christus qui est petra, finditur ictu læcæ in passione: qui & admonens quid per prophetam sic ante prædictum, clamat & dicit: Si quis sitit, <sup>Ioan. 7.</sup> ueniat & bibat. Qui credit in me, sicut scriptura dicit, flumina de ventre eius fluent aquæ uiuæ. Atque ut magis posset esse manifestum, quia non de calice, sed de baptismo illic loquitur Dominus, addidit scriptura, dicens: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant, qui in eum credebant. <sup>26</sup> Per Baptisma enim Spiritus sanctus accipitur, & sic à baptizatis, & Spiritum sanctum consecutus ad bibendum calicem Domini peruenitur. Neminè autem moueat quod cum de Baptismo loquatur scriptura diuina, sitire

na, sitire nos dicit & bibere, quando & dominus in Euangelio dicit: Beati Esurientes & sitientes iustitiam; quia quod auida & sitienti cupiditate suscipitur, plenius & uerius hauritur. Sicut & alio loco ad Samaritanam mulierem Dominus loquitur, dicens: Omnis qui biberit ex aqua ista, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dederò, non sitiet in æternum. Quo & ipso baptisma salutaris aquæ significatur, <sup>27</sup> quod semel scilicet sumitur, nec rursus iteratur: cæterum calix Domini in Ecclesia semper & sititur & bibitur. <sup>28</sup> Nec argumentis plurimis opus est frater charissime, ut probemus appellatione aquæ baptismi significatum semper esse, & sic nos intelligere debere; quando Dominus adueniens baptismi & calicis manifestauerit ueritatem, qui aquam fidelem, aquam uitæ æternæ præceperit credentibus in baptismo dari, calicem uero docuerit exemplo magisterij sui, uini & aquæ cõiunctione misceri. <sup>29</sup> Calicem etenim sub die passionis accipiens, benedixit, & dedit discipulis suis dicens: Bibite ex hoc omnes: <sup>30</sup> hic est enim sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico uobis, non bibam a modo ex ista creatura uitis, usque in diem illum, <sup>31</sup> quo uobiscum bibam nouum uinum in regno patris mei. Qua in parte inuenimus calicem mixtum fuisse quem Dominus obtulit, & uinum fuisse, quod sanguinem suum dixit. Unde apparet sanguinem Christi non offerri, si desit uinum calici; nec sacrificium dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio & sacrificium nostrum responderit passioni. Quo modo autem de creatura uitis nouum uinum cum Christo in regno patris bibemus, si in sacrificio Dei patris & Christi uinum non offerimus, nec calicem Domini dominica traditione miscemus? Beatus quoque Apostolus Paulus à Domino electus & missus, & prædicator ueritatis Euangelicæ constitutus, hæc eadem in epistola sua ponit, dicens: Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, <sup>32</sup> & gratias agens fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Simili modo & calicem postquam cœnatum est accepit, dicens: hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescunque biberitis

in meam commemorationem: quotiescunque enim edetis panem istum & calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis quoad usque ueniat. Quod si & à Domino præcipitur, & ab apostolo eius hoc idem confirmatur & traditur, ut quotiescunque biberimus in commemorationem domini, hoc faciamus, quod fecit & Dominus; <sup>33</sup> inuenimus non obseruari à nobis quod mandatum est, nisi eadem quæ Dominus fecit, nos quoque faciamus, & calicem Domini pari ratione miscentes à diuino magisterio non recedamus. Ab Euangelicis autem præceptis omnino recedendum non esse, & eadem quæ magister docuit & fecit, discipulos quoque obseruare & facere debere, constantius & fortius alio in loco beatus Apostolus docet, dicens: Miror quod sic tam cito demutamini ab eo qui uos uocauit ad gratiam, ad aliud euangelium, quod non est aliud, nisi si sunt aliqui qui uos turbant, & uolunt <sup>34</sup> conuertere euangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de cœlo aliter annunciet, præterquam quod annunciauimus uobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis annunciauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Cum ergo neque ipse apostolus neque angelus de cœlo annunciare possit aliter aut docere, præterquam quod semel Christus docuit, & apostoli eius annunciauerunt; miror satis unde hoc usurpatum sit, ut contra euangelicam & apostolicam disciplinam quibusdam in locis aqua offeratur in dominico calice, quæ sola Christi sanguinem non possit exprimere. Cuius rei sacramentum nec in Psalmis tacet Spiritus sanctus, faciens mentionem dominici calicis, & dicens: <sup>35</sup> Calix tuus inebrians quam per optimus. calix autem qui inebriat, utique uino mixtus est: neque enim aqua inebriare quenkum potest. Sic autem calix dominicus inebriat, ut & Noe in Genesi uinum bibens inebriatus est. Sed quia ebrietas dominici calicis & sanguinis non est talis, qualis ebrietas uini secularis, cum diceret Spiritus sanctus in psalmo: Calix tuus inebrians: addidit, quam per optimus, quod scilicet calix dominicus sic bibentes inebriet, ut sobrios faciat, ut mentes ad spiritalem sapientiam redigat, <sup>36</sup> ut à sapore isto seculari ad intellectum Dei unusquisque resipiscat: & quemadmodum uino isto com-



imuni mens soluitur, & anima relaxatur, & tristitia omnis exponitur, ita epoto sanguine Domini & poculo salutari, exponatur memoria veteris hominis, & fiat obliuio conuersationis pristinae secularis, & mæstum pectus ac triste, quod prius peccatis argentibus premebatur, diuinæ indulgentiæ lætitia resoluatur. quod tunc demum potest lætificare in Ecclesia Domini bibentem, si quod bibitur dominicam teneat veritatem. *Quam* vero peruersum est, quamque contrarium, vt cum Dominus in nuptiis de aqua vinum fecerit, nos de vino aquam faciamus: cum sacramentum quoque rei illius admonere & instruere nos debeat, vt in sacrificiis dominicis vinum potius offeramus. Nam quia apud Iudæos defecerat gratia spiritalis, defecit & vinum: vinea enim Domini sabaoth domus erat Israel; Christus autem docens & ostendens gentium populum succedere, & in locum quem Iudæi perdidērunt, nos postmodum merito fidei peruenire, de aqua vinum fecit, id est, quod ad nuptias Christi & Ecclesiae, iudæis cessantibus, plebs magis gentium conflueret, & conueniret, ostendit. *Aquas* namque populos significare, in Apocalypsi scriptura diuina declarat dicens: Aquæ quas vidisti, super quas sedet meretrix illa, populi, & turbæ, & gentes ethnicorum sunt & linguæ. Quod scilicet perspicimus & in sacramento calicis contineri. Nam quia nos omnes portabat Christus, qui & peccata nostra portabat; videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Quando autem in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentiū plebs ei, in quem credidit, copulatur & coniungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic miscetur in calice Domini, vt commixtio illa non possit ab inuicem separari. Vnde ecclesiam, id est, plebem in Ecclesia constitutam fideliter & firmiter in eo quod credidit, perseverantem, nulla res separare poterit à Christo, quo minus hæreat semper & maneat<sup>38</sup> indiuidua dilectio.<sup>39</sup> Sic autem in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quo modo nec vinum solum potest: nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo: quando autem vtrunque mis-

*Ioan. 2.**Epist. 5.**Apoc. 17.*

cetur, & adunatione confusa sibi inuicem copulatur, tunc sacramentum spiritale & celeste perficitur;<sup>40</sup> Sic vero, calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrunque sibi miscetur; quo modo nec corpus Domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi vtrunque adunatum fuerit & copulatum, & panis vnius compage solidatum. Quo & ipso sacramento populus noster ostenditur adunatus, vt quemadmodum grana multa in vnum collecta, & commolita, & commixta, panem vnum faciunt: sic in Christo qui est panis celestis, vnum sciamus esse corpus, cui coniunctus sit noster numerus & adunatus.<sup>41</sup> Non est ergo frater charissime quod aliquis existimericquendam esse quorundam consuetudinem, si qui in præteritum in calice dominico aquam solam offerendam putauerint: quærendum est enim, ipsi quem sint secuti. Nam si in sacrificio quod Christus obtulit, non nisi Christus sequendus est; vtique id nos obaudire & facere oportet, quod Christus fecit, & quod faciendum esse mandauit; quando ipse in euangelio dicat: Si feceritis quod mando vobis, iam non dico vos seruos, sed amicos. Et quod Christus debeat solus audiri, patet etiam de cælo contestatur, dicens:<sup>42</sup> Hic est filius meus dilectissimus in quo bene sensi, ipsum audite. Quare si solus Christus audiendus est, non debemus attendere,<sup>43</sup> quid alius ante nos faciendum putauerit, sed quid, qui ante omnes est, Christus, prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem; cum per Esaiam prophetam Deus loquatur & dicat: Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes. Et iterum Dominus in euangelio hoc idem reperat dicens: Reiciitis mandatum Dei, vt traditionem vestram statuatis. Sed & alio in loco ponit & dicit: Qui soluerit vnum ex mandatis istis minimis, & sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Quod si nec minima de mandatis dominicis licet soluere; quâto magis tam magna, tam grâdia, tam ad ipsum dominicæ passionis & nostræ redæptionis sacramentum pertinentia, fas non est infringere, aut in aliud, quam quod diuinitus institutum sit, humana traditione mutare? Nam si Iesus Christus, dominus & Deus noster, ipse est summus sacerdos Dei patris;<sup>44</sup> & sacrificiū pa-

*Ioan. 15.**Mat. 17.**Esai. 29.**Mat. 5.**Mat. 7.*

tri seipsum primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit; vtique ille sacerdos vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur:<sup>45</sup> & sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videat obtulisse. Cæterum omnis religionis & veritatis disciplina subuertitur, nisi id quod spiritaliter præcipitur, fideliter referuetur;<sup>46</sup> nisi si in sacrificiis matutinis hoc quis veretur, ne per laporem vini redeat sanguinem Christi. Sic ergo incipit & à passione Christi in persecutionibus fraternitas retardari; dum in oblationibus dicit de sanguine eius & cruore confundi. Porro autem Dominus in Euangelio dicit:<sup>47</sup> Qui confusus me fuerit, confundetur eum filius hominis. Et Apostolus quoque loquitur dicens: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Quomodo autem possumus propter Christum sanguinem fundere, qui sanguinem Christi erubescimus bibere? An illa sibi aliquis contemplatione blanditur, quod etsi mane aqua sola offerri videtur,<sup>48</sup> tamen cum ad cenandum venimus, mixtū calicem offerimus: Sed cum cenamus, ad conuiuium nostrum plebem conuocare non possumus, vt sacramenti veritatem fraternitate omni præsentem celebremus. At enim non mane, sed post cenam mixtum calicem obtulit Dominus.<sup>49</sup> Nunquid ergo dominicum post cenam celebrare debemus, vt sic mixtum calicem frequentandis dominicis offeramus?<sup>50</sup> Christū offerre oportebat circa vesperam diei, vt hora ipsa sacrificij ostenderet occasum & vesperam mundi, sicut in Exodo scriptum est: Et occidit illum omne vulgus synagogæ filiorum Israël ad vesperam. Et iterū in psalmis:<sup>51</sup> Adleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Nos autem resurrectionem Domini mane celebramus. Et quia passionis eius mentionem in sacrificiis omnibus facimus<sup>52</sup> (passio est enim Domini, sacrificium quod offerimus) nihil aliud quam quod ille fecit, facere debemus. scriptura enim dicit: Quotiescunque enim ederitis panem istum, & calicem istum biberitis, mortem Domini annuntiabitis quoadusque veniat. Quotiescunque ergo calicem in commemorationem Domini & passionis eius offerimus, id quod constat Dominum fecisse, fa-

*Mat. 3.**Galat. 1.**Exod. 12.**Psal. 140.**1. Cor. 11.*

ciamus.<sup>54</sup> Et viderit frater charissime si quis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non hoc obseruauit & tenuit, quod nos Dominus facere exemplo & magisterio suo docuit; potest simplicitati eius de indulgentia Domini<sup>55</sup> venia concedi, nobis verò non poterit ignosci, qui nunc à Domino admoniti & instructi sumus, vt calicem dominicum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus. Et de hoc quoque ad collegas nostros litteras dirigamus, vt vbiq; lex Euangelica & traditio dominica seruetur; & ab eo quod Christus & docuit & fecit, non recedatur. Quæ ultra iam contemnere, & in errore pristino perseuerare, quid aliud est quam incurrere in oburgationem Domini increpantis in psalmo & dicentis: Ad quid exponis iustificationes meas; & assumis testamentum meū per os tuum? Tu autem odisti disciplinam, & abiicisti sermones meos retro. Si videbas furem,<sup>56</sup> concurrebas ei, & inter mœchos particulam tuā ponebas. Expone enim iustificationes & testamentum Domini, & non hoc idem facere quod fecerit Dominus; quid aliud est quam sermones eius abiicere, & disciplinam dominicam contemnere: nec terrena sed spiritalia furta & adulteria committere;<sup>57</sup> dum quis de Euangelica veritate furatur Domini nostri verba & facta, & corrumpit atque adulterat præcepta diuina? Sicut apud Hieremiam scriptum est: Quid est, inquit, paleis ad triticum? propter hoc ecce ego ad prophetas, dicit Dominus, qui furantur verba mea vniuersisque à proximo suo, & seducunt populum meum in mendaciis suis, & in erroribus suis. Item apud eundem alio loco:<sup>58</sup> Et mœchata est, inquit, in lignum & lapidem; & in his omnibus non est reuerfa ad me. Quod furum & adulterium ne in nos etiam cadat; cauere sollicite & timide, ac religiose obseruare debemus. Nam si sacerdotes Dei & Christi sumus, non inuenio quem magis sequi quam Deum & Christum debeamus; quando ipse in Euangelio maxime dicat: Ego sum lumen sæculi. Qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ne ergo in tenebris ambulemus, Christum sequi & præcepta eius obseruare debemus; quia & ipse in alio loco mittens apostolos, dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Itē

*Psal. 49.**Hier. 23.**Hier. 3.**Ioan. 8.**Mat. 28.*



ergo & docete omnes gētes, <sup>19</sup> tingētes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos obseruare omnia quaecunque praecepi vobis. Quare si in lumine Christi ambulare volumus, à praeceptis & monitis eius non recedamus; agentes gratias, quod dum instruit in futurum quid facere debeamus, de praeterito ignoscit quod simpliciter errauimus. Et quia iam secundus eius aduentus nobis appropinquet; magis ac magis benigna eius & larga dignatio corda nostra luce veritatis illuminat. Religioni igitur nostrae congruit & timori, & ipsi loco atque officio sacerdotij nostri frater charissime, in dominico calice miscendo, & offerendo custodire traditionis dominicae veritatem; & quod prius apud quosdam videtur erratum, Domino monente corrigere; ut cum in claritate sua & maiestate caelesti venire coeperit, inueniat nos tenere quod monuit, obseruare quod docuit, facere quod fecit. Opto te frater charissime semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam LXIII.

1. CÆCILIO FRATRI] Fuit hic Episcopus vniuersi, qui & precedentem & liij. epistolam cum Cypriano scripsit, ubi plura de illo.  
2. in calice dominico sanctificando & plebi ministrando] Frustra hinc quidam suam haeresim confirmare nituntur de necessitate communionis sub utraque specie. Imprimis enim non tam vrget ministerium calicis quam oblationem & sanctificationem, utpote quae duo sepius repetat, illius autem hic & semel adhuc dicitur sub finem quasi illud agens meminerit. Deinde non aliud dicit, quam si quando calix aut offeratur aut sanctificetur aut plebi ministratur, vinum tunc offerri debere iuxta Christi institutionem, non aquam. Id enim vel ex argumento supradicto satis colligitur. Usque adeo ut aliud hinc haberi nequeat, quam quod calix plebi ministrabatur eo tempore. Neque enim materiam sacramentorum à Christo definita immutari posse, etiam alij patres inculcant. Atqui de modo utendi hoc sacramento nihil Christum definiisse, locuples testis est D. Augustinus. epistola 129. ad Ianuarium. Neque enim (inquit) praecepit Christus, quo deinceps ordine sumeretur hoc sacramentum; ut Apostolus per quas Ecclesias disposuit erat, referretur hunc locum. Nam si hoc ille monisset ut post alios cibos semper acciperetur; credo quod eum morem nemo variasset. Immo & ipse Cyprianus hac ipsa Epistola sub finem dum discretis verbis rationem reddit, cur mane & ieiunij sacrificium offeramus, quum Christus vesperi & post cenam id fecerit. Nam si per omnia fieri vellet Cyprianus id ipsum, quod Christus fecit; etiam post cenam offerre nos oportebat sacrificium. Et quod ad institutum propius pertinet, si omnibus vellet calicem ministrari debere ex Christi

institutione; nunquam ipse permisisset in sua ipsius Ecclesia communionem sub altera specie. Narrat autem ipse exempla huius communionis duo infra libr. de lapsis, tum de muliere quae corpus dominicum in arca recondiderat, tum de quodam lapsio qui quum de sacrificio à sacerdote celebrato partem cum ceteris ausus esset latenter accipere, cinerem se ferre apertis manibus inuenit. Aludens haud dubie ad morem illum veteris Ecclesiae, quo in manus acceptam Eucharistiam liberum erat aut statim sumere, aut domum reportare & sumptionem differre in aliud tempus opportunum; usque adeo ut accepto corpore (iuxta Tertullia. libr. de Orat.) stationem liceret soluere, atque adeo calicis sumptionem praetermittere. Neque verò aut ex sacramento huius institutione aut ex alio scripturae loco necessitatem illam colligi posse, satis superque iam pridem docuit Theologorum illud nostri seculi decus D. Reardus Tapperus Lotanienfis Cancell. praeceptor quondam meus, in explic. Articuli. Louan. Immo procul abest, ut illa inde colligi posset, ut contrario non tam subtiliter quam vere, exemplum communionis Laicorum sub altera specie, inde eliciant, Domini Alphonsus de Castro & Iacobus Pagnia Lusitanus Theologi; vixit quum Christus Apostolus adhuc laicos suum corpus tradiderit, sanguinem verò non nisi iam sacerdotij dignitate ornatis, per verba illa (de quibus paulo post latius) hoc facite in meam commemorationem. Certè Hieschius in Levitic. cap. 9. D. Augustini. libr. 3. de consensu Euang. ca. 15. serm. de fer. 2. & 3. Pasche, & epistola 59. ad Paulinum; Theophilus, Theophylactus, Enthymius, Beda, & Strabus in comment. Auctor etiam operis imperfecti. in Matth. ca. 17. & Innoc. 3. de sacrif. alt. libr. 6. ca. 7. & 9. institutionem panis in Emmaunte, Luc. 24. de Sacramento hoc interpretatur; ubi tamen solam speciem panis à Christo porrectam satis constat. His adde, quod si à Christo precepta foret utraque specie, nunquam tollerasset Ecclesia quae columna est (teste Apostolo) & firmamentum veritatis, alteram speciem. Iam verò ex antiquitatis Ecclesiasticae monumentis perspicuum est, non modo à CCC. ab hinc aut CCC. quibus magis frequentari cepit, sed & primis illis Mille annis hanc in usu fuisse; idque non in priuatis duntaxat, sed & in publicis conuentibus. Quod collectis iam ad eam rem testimoniis comprobare erat animus, sed ne contextum excedat commentarius, malui id in aliud differre tempus, aditurus propediem Deo fauente, ni me quispiam anteuerat, librum hac de re peculiarem.

3. sacrificij huius auctor & doctor] Quum alibi frequenter sacrificij Ecclesiae meminerit, tum hac epistola vel maxime. Atque optimo ordine, imprimis Christum eius auctorem & doctorem fuisse dicit, postea locis Euangelistarum, & Apostoli Pauli id comprobans. Quod & ante illum docuerunt D. Irenaeus libr. 4. aduersus haereses cap. 32. & 34. Dionys. Aegropag. Ecclesi. hierarch. cap. 3. Clemens Romanus constit. Apost. lib. 6. cap. 23. & Apostolorum canon. 3.

3. si quis in isto errore adhuc teneatur] Sic ex veteri excuso locum hunc castigauimus, consentiunt Ms. Colon. Gratianus & Coesterius, quanquam ceteri Ms. legant: tenebatur, quomodo excusis.

5. Ne hoc nos putes frater charis. nostra & humana mente conscribere] Ex eodem Ms. Colon. etiam istum, nam omissa à Remboldo particula: nos, sensum obscurabat, quam tamen habet Coleman. & Afflig. cod. Pro

Pro quo Manur. & Cambr. cod. nec nos putes frater charis. nostra & humana conscribere; sed prius placet magis. Colon. verò prominenter, legit: ratione.

6. Admonitos autem nos scias] Ita Ms. & excusis omnes, quare mendo legitur apud D. Augustin. loco citato: Admonitos autem vos sciat, praesertim cum uti nos etiam legat H. Rabanus noster libr. de disciplin. Christi. ad Herimaldum Episcopum, ubi locum hunc Cypriani prolixius citat.

7. mixtus vino] Quod dicit: mixtus vino, non autem: mixtus aqua, & rursum: quando vinum desit calici, non: quando aqua desit calici, confirmat D. August. & post eius H. Rabani sententiam, de argumento huius epistola. Meminit autem etiam haeresis Aquarianorum D. Chrysof. homi. 83. in Matth. dicens ideo Christum post resurrectionem vino vsu non aqua, ut permisciam haeresim constaret, qui aqua in mysterio vntur. Sic Augustin. etiam haeresi 64. & cum sequutus H. Rabanus libro citato. Attribuit autem illam Epiphanius haere. 46. sectatoribus Titiani. Porro: praedicatur, legit Colon. cod. Ms. pro praedicetur.

8. à medio filio denotata est] Sic Afflig. & haeresis excusis omnes, pro quo H. Rabanus, Camb. Colon. & Coesterij cod. denuata est; sed prius magis placet, eo quod praecedat: nuditas.

9. Item in sacerdote Melchisedech] Colon. cod. legit sacerdotio.

10. Ante luciferum genui te] Sic Ms. vetus excusis. Remboldus & Coesterius. Manutius & Morelius, & iam olim H. Rabanus, alij legunt: genui te.

11. Nam quis magis] Huius loco irrepserat ex Remboldi cod. qui magis, latius autem deducit, sacrificium Melchisedech, figuram fuisse nostri sacrificij, de quo qui plura petit, videat comment. Patrum in psal. 109. & epistolam ad Hebr. quod eleganti etiam carmine expressit alicubi Prudentius; immo multa Rabbinorum testimonia adferunt de re Petrus Galatinus lib. 10. ca. 4. & 5.

12. Panem & vinum, suum scilicet corpus & sanguinem] Locus insignis pro veritate corporis & sanguinis Domini, quales quidem reperiuntur etiam supra epistolam liij. & lvi. infra quoque libro de lapsis complures, verum nullus hoc apertior & is qui in hac epistola sequuntur. De eadem luculenta exstant testimonia. (praeter Auctores à Garetio citatos) apud Clement. Roman. in constitut. Apostolicis. Origen. homi. 13. in Exodum, Cyrillum Hierosol. Cathed. Mystag. 3. & 4. Tertull. sub finem libr. de Orat. Macar. Aegypt. homi. 47. Grego. Nisse. libr. de bapt. Hierony. in Osea. cap. 11. Theodor. in Cantic. cap. 1. Augustin. de peccat. merit. & remiss. lib. 1. cap. 26. Castiodorum nostrum ca. penult. Instit. diuin. script. Euthychium Patriarcham Constantin. & H. Rabanum libr. citato, ac de Institut. cleric. libr. 1. cap. 32. In scriptis quoque contra Waldenses Ebrardi Betunienfis, Bernardi Abbatis fontis calidi, & Ermengardi.

13. Nam si Abrahā Deo credidit] Alludit haud dubie ad locum Genesis. 15. quem pulchre explicat de fide viua, veluti concordiam quandam insinuans inter Apostolum Paulum ca. 3. ad Galat. & epistola Iacob. c. 2.

14. Cognoscitis ergo] Sic etiam D. Hiero. & Ambrosius in comment. voc. Graeca, νῦν οὐκ ἐπίστευσι, & uerit potest aut hoc pacto. aut: cognoscite, sicut habet vulgatus interpres; quanquam tamen priori modo legant

etiam 4. exemplaria Latina. Illud autē benedicti sunt, correspondet voci Graeca βῆμα ὁλοκληρωτά. Porro illud quod praecedat: benedicitur in illo, miror, quod & Graecè & Latine tum Gene. 12. tum Galat. 3. legatur: in te.

15. sacrificij Christi] Vocem: Christi, recens adieci-mus ex cod. Cambr. & Colon. quam habebat etiam Coesterij codex.

16. miscuit in cratera vinum suum] Ita Manutius & Morelius. Afflig. verò cum excusis ceteris: in cratera, Cambr. & Colon. in crateram; Eligat lector quod velit, Latine enim & crater & cratera dicitur. Sic etiam paulo post variant codices.

17. Qui est insipiens] Ita Afflig. cod. & excusis omnes. Cambr. verò & Colon. Quis est insipiens? & rectius, ita enim infra quoque; Cyprian. de exhort. mart. c. 11.

18. Prophetica voce praenunciat] Sic Colon. Ms. cod. pro eo quod alij: denunciat. Sicut etiam paulo post et rectius: praedicetur, pro: praedicaretur.

19. quod inimicorum dorsa cedentium atque fugientium manibus quibus] Praua distinctio apud Remboldum qua remansit haec in excusis ita hunc locum obscurabat, ut contra scripturam quam explicat sensum Manur. & Morel. coacti fuerint reponere: cedentium, per diphthongum, ut aliquo modo sensus constare videretur. Legunt lxx. Manus tuae super dorsum inimicorum tuorum. Quod explicans Cyprianus, praefiguratum dicit, quod Christus compressus esset dorsa inimicorum cedentium atque fugientium, manibus, id est (vix explicat D. Ambro. de Benedic. Patriarch. c. 4.) factis operibusque, quibus crucem pertulit & mortem vixit. Qui sensus iuxta nostram distinctionem apertissimus est, & certe vetus excusis & Ms. sine diphthongo legunt cedentium.

20. vinum calicis dominici, sanguis ostēditur] Ita recte & Cambr. Colon. cod. ac Manur. pro eo quod ceteri: vinum calicis dominici sanguinis, ut sit similis phrasim illi qua supra est, panem & vinum, id est, carnem & sanguinem.

21. nisi botrus calcetur ante & prematur] Adnotat Morelius, ver. quosdam cod. legere: nisi botrus calcetur feriat & prematur, verum nostri Ms. vulgatam lectionem habent.

22. prior biberet quem credentibus propinaret] Hunc locum ita restitimus ex tribus Ms. Antea in omnibus excusis erat: in quo propinaret, minus recte. Ortus error ex vitio Remboldi, qui quum vetus excusis mendo se legeret: in quem, aliud mendam reposuit.

23. Quotiescunque autem aqua sola, & c.] Prius scripturis comprobauit, sanguinem Domini in scripturis per vinum denotari, nunc per aquam, non hoc sacramentum, sed baptismi praefiguratum docet.

24. Item denuo praenuncitur] Etiam hoc ex Ms. & veteri excusis, pro eo quod excusis ceteri legunt: praenuncitur.

25. per deferta adducet illos, aquam de petra producet illis] Haec quoque lectionem cod. vete. excus. & Ms. Colon. acceptam debeo, nam veram esse eam conuincit quod Graecè est apud lxx. ἐν τῷ ἐρημῷ ὄρει αὐτῶν ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐξῆλθε αὐτοῖς. Pro quo Remboldus adducet illis aquam; de petra producet illis, quod remansit in excusis omnibus, & reperitur etiam



in Afflig. & Cambro. codicibus; sed, praterquam quod Græcè ita legatur, accedit etiam magis ad textum Hebraicum prior lectio. Cambro. autem cod. pro: findetur, habet: [Cindetur, non male: utrumque enim significat vox Græca σχιθιστοει]

26. Per baptisma enim, &c.] Hoc vult hoc loco Cyprianus, non nisi baptizatis calicem Domini administrandum. Quod ipsum inculcat D. Iustinus Martyr. Apolog. ad Antonin. Recte autem legit Manutius & Morelius Ms. Colon. paulo post: [incipitur, pro eo quod legebatur vitiose: suspicitur.

27. quod semel scilicet sumitur, &c.] Distinguit inter sacramenta Baptismi et Eucharistia, quod illud iterari non possit, hoc vero possit semper accipi. imitatus Tertul. li. de Bapt. Cur autem neque Baptismi neque Ordinis sacramenta iterari possint, rationem reddit D. Augustin. libr. contra epistolam Parme. cap. 23. quod characterem consecratione quadam imprimant inde lebilem ad instar militum, in quibus militie character non repetitur.

28. Nec argumentis plurimis] Quod hactenus figuris veteris testamenti & scripturis, nunc per ipsam Christi institutionem, vini in sacrificio necessitatem deducit; utitur autem superlativo pro comparativo: plurimis, nempe pro: pluribus.

29. Calicè etenim sub die passionis accipiès] Quod supra non semel admonuimus solitum facere; Cyprianus etiam in verbis institutionis hoc loco facit; ut diversorum Evangelistarum verba simul iungat. Quare non est quod calumniatur quidam verba Canonis Missæ, quæ similiter ab Ecclesia in unum collecta sunt. Idque non nuper factum sed ab ipsis Apostolis, hoc arguit, quod in liturgiis Græcis Clementis, Iacobi, Basilij Chrysostomi, penè ad verbum recitetur Institutio sacrificij, uti apud Latinos. Immo & in illis reperiantur quadam verba quæ apud Evangelistas non existant, æque atque in Latino Canone; & quemadmodum in canone Latino sunt plura verba quàm apud Græcos; ita & apud illos plura quàm in nostro canone. Quæ tamen & ex aliis Evangelistarum locis comprobari posse, pulchrè deducit Innocent. epistola ad Archiepiscopum Lugdunensem, quæ exstat libr. 3. decretal. de celebra. Miss. ca. 3. & lib. 4. de sacrific. alta. c. ap. 4. Quæ recte docent D. Basilij libro de spiritu sancto, ca. 27. ac dictis locis, Innocent. & Radulphus decanus Tungrens. ult. ca. lib. de canonum observantiis, Inuocationis siue consecrationis verba, esse ex doctrina non scripta sed tamè à Christo & Apostolis nobis tradita.

30. hic est enim sanguis noui testamenti] sic rectè Manutius & Morelius cum veteri excusio & Ms. pro eo quod irrepererat ex Remboldi cod. hoc est enim, nam priori modo legunt Evangelistæ omnes, & ita ex Græco interpretati sunt hactenus interpretes omnes in Græcorum liturgiis & commentariis, Perionius quoque & Gelenius in Iustini Martyris Apolo. iam dicta ad Antoninum, pro quo male ibi vertit Ioann. Langus: hoc est, quantum apparet ut absurdam illam immo perniciosam verborum Christi suam expositionem palliaret. Adnotandum autem hic illud quod particulam: enim, legitur etiam Cyprianus. Porro pro eo quod Ms. omnes & excusio legunt: effundetur, adnotauit variam lectionem Cofferius: effunditur.

31. quo vobiscum bibam nouum vinum in regno] Ad maiorem Emphasim videtur mihi vertisse: v-

num, pro eo quod ex Græco vertit vulgatus interpres: illud, Quare magis placet hac lectio; utpote quum eam habeat etiam Afflig. cod. quam Manut. aut Morelij qui omittunt vocem: vinum, & tamen non addiderunt: illud, idque eo magis quod postea id repetat. Veritè etiam: creaturam, quod Græcè est γένμα.

32. & gratias agens fregit] Hanc Camb. cod. lectionem sequi maluimus, eo quod conformis sit & Græco & Latino Apostoli textui, ad quam accedit quam proximè etiam Afflig. cod. qui habet: gratias egit, fregit, Confirmat autem lectionem illam vulgati interpretis Cyprianus: quod pro vobis tradetur, ut immeritò Erasmus an deprauata sit dubitet.

33. inuenimus non obseruari à nobis] Ita Ms. vetus excusio & Rembold. cod. pro eo quod ceteri omnes excusio inuenimur, non rectè. Fortè legendum: inuenitur, illud autem: Domini, quod paulo post adiecimus, habent Camb. ac Colon. cod. & Grauius. Atqui vel ex hoc loco patet vera Cypriani sententia, non quidem quod bibere calicem necesse sit, sed ut quotienscunque biberimus calicem, id quod Dominus fecit, faciamus, & calicem domini (ut verbis eius utar) pari ratione miscemus. Quo pertinet & illa verba, quæ non multo post habet: si quod bibitur, dominicam tenet veritatem.

34. conuertere Euangelium Christi] Cambrom quidem & Afflig. cod. legunt: euertere, sed Græca vox μετεσφείλαi magis priori lectioni congruit. Quo pacto legitur etiam supra epistola xxxij. & hic à Cod. Colon. & constanter, etiam apud Ambrosij, Hierony. & Augustin.

35. Calix tuus inebrians, quam peroptimus] Hanc esse lectionem Cypriani genuinam tum hic tum paulo post, quam habet vetus excusio, verisimile sit: quod dictio Græca βωα ei non possit commode verti: perquam, Remboldus primus legit: per quam optimus, Cambro. quidem cod. habet: præclarus, quomodo vulgo legitur, & secundo loco etiam Afflig. sed habet adnotatâ priorem lectionem ad marginem & priori loco legit: quam optimus.

36. ut à sapore isto seculari] Hanc veterem meam coniecturam, ob id quod sequitur: respicitur, confirmatam reperi Afflig. ac Colon. codi. à Grauius & Cofferio. Cambrom. tamen uti excusio hactenus habet: lo pore.

37. & gentes ethnicorū sunt] Per verbum: ethnicorum, quod in Apocalypsi non habetur interpretatur vocabulum: gentes

38. indiuidua dilectio] Aut hoc pacto haud dubiè legendum quomodo Ms. uterque, aut quomodo, veteres excusio: in indiuidua dilectione,

39. Sic autem in sanctificando calice domini] Quam, tum Cyprianus hac epistola iam tertio, tum D. Grego. Nyssenus Orat. Cathedrica de diuin. sacramentis, & alicubi Theodoretus sanctificationem nuncupat; D. Basilij & alicubi Theodoretus ἐπιθυσιον, id est, inuocationem. Euangelistæ Marcus & alij: διλοισιων, id est, benedictionem; Irenæus nunc vocationem & verbum Dei, nunc διχοειδισιων, id est, gratiarum actionem, quomodo etiam ceteri Euangelistæ ac D. Paulus & Iustinus Martyr locis citatis; Tertull. lib. contra Marcionem gratiarum actiones; D. Ambrosij lib. 4. de sacrament. D. Augu. Epistola 59. uti nos hodie, consecrationem dicunt. In qua signi crucis usum vetustum esse, in primis probat

bat ipsum sanctificationis nomen apud Apostolum. 1. Timoth. 4. cum dicit. Sanctificatur enim per verbum & orationem, quam Chrysost. cum ceteris Græcis in commen. & D. Augustin. lib. 2. de peccat. merit. & remis. ca. 26. per signum crucis fieri palam astruunt. Deinde (ut omit- tamus Canonem missæ, sicut in ceteris sic et in hoc sacra- mento signum crucis adhiberi, testatur disertis verbis Chry- sost. hom. 55. in Matth. & hom. quod Christus sit Deus, et D. August. serm. 181. Immo iste tract. 118. in Ioan. Nisi (inquit) signum hoc crucis adhibeatur siue frontibus creden- tium, siue ipsi aqua qua regeneratur, siue oleo quo Chrismate ungitur, siue sacrificio quo alitur, nihil eorum rite perficitur.

40. Sic verò calix domini non est aqua sola neque vinum solum] Hinc verisimilis videtur eorum sententia, qui admixtionem aquæ ita necessariam volunt, ut sine illa irrita sit calicis Domini consecratio, eo quod dicitur: Sic non posse neque vinum solum neque aquam sola offerri; sicut neque farina sola neque aqua sola corpus domini esse potest. Verum alij magis urgeri dicunt necessitatem vini quam aquæ, utpote quod potissimum sit huius epistola argumentum. Nobis sufficiat, quod præcepti Ec- clesiastici necessitate ad utrumque teneamur, & quod ab ipsis Ecclesia primitiua incuruabilis vino semper aqua admixta sit. ut enim omitamus Canones complures quos reperire est De consecra. dist. 2. & D. D. August. Ambro. Chrysostomi, Hieronymi loca; Irenæus solet mixtum cali- cem hunc appellare; Iustinus Martyr loco citato νεκταρ, nuncupat, quod Plutarcho vinum est aqua mixtum. Ex- presse etiam definiuit Alexander 5. à Petro Pontifex in Concilio Romano epistola ad omnes orthodoxos: In sacra- mentorum oblationibus quæ inter Missarum solemniam do- mino offeruntur, repulsis opinionibus superstitionum, pa- nem tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio of- ferendum. Non enim debet (inquit) ut à patribus accepimus & ipsa ratio docet, in calice domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere eius in sua passione profusus legitur. Quæ verba adnotatu digna quod se referat ad patres anti- quiores. Immo liturgia Basilij & Iacobi expresse testatur, Christum vinum aquæ mixtum obtulisse. Quæ verba tanti fecerunt Patres in 6. Synod. ut hinc colligentes hunc morem diuinitus traditum, Armeniorum errorem dam- nant Can. 32. qui aquam vino non admiscebat, quem eun- dem in illis etiam culpauit Theophil. in ca. 9. Ioan.

41. Non est ergo frater charissime, &c.] Miror quid Erasmo hic in mentem venerit, dum Ambrosium hoc fecisse, namque aquæ obtulisse adnotauit in margine, quum nusquam tale quid habeat, immo de Sacramen. lib. 4. & lib. 5. cap. 1. causam adferat cur aqua vino miscen- da sit. Nisi forte quod in Lucam de sacramento aquæ dicit (baptismum intelligens) ille de hoc sacramento intellexerit. Illud autem: putauerint, habemus ex cod. Cambrom. pro eo quod ceteri: putauerunt.

42. Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene fens] Pro: dilectissimus, habet Camb. cod. dile- ctus, & pro: bene fens, Afflig. legit: bene compla- cui, Verum quandoquidem prius illud legit Colon. cod. & lib. 1. testimon. ad Quirinum ca. 10. etiam in aliis Ms. cod. prior reperitur lectio, nihil immutauimus. Præsertim quum etiam D. August. serm. 63. de verbis domini legat: bene fens, & Græcâ vocem magis explicet: dilectissimus, utpote pro qua alibi frequenter vertat interpres vulgatus:

charissimus, & quod adnotet D. Hierony. in Epistolam ad Philip. eam plus aliquid significare quam dilectus, nempe dilectione dignus. Immo ipsa huius loci phrasîs, hæc nempe ἀγαπητός ἦνός, & ἀγαπητὸν θυγατέρα, apud Hesiodum, filium unicum & filiam unicam sonat.

43. quid alius ante nos] Sic Ms. tres ceteri omnes: aliquis.

44. & sacrificium Deo patri seipsum primus obtulit] Sic Ms. cod. Manut. & Morelius, in ceteris desi- deratur: seipsum, obtulisse verò Christum seipsum sacri- ficium incrementum in cæna, testantur etiam in cap. 5. ad Hebræos Theophilactus, Photius & Occumenius.

45. & sacrificium verum & plenum tunc of- fert] Insignis locus ad comprobandum quod altaris sacri- ficium sit veri nominis sacrificium: Quod quid dicatur, item qua ratione, uti & de testimonio Patrum eodem pertinentibus, tam latè tractat Dn. Anton. Demochares Parisiensis Theologus lib. quatuor quos inscripsit de Sa- crificio propitiatorio, ut superuacaneum fuerit prolixius hic quicquam dicere: Vnum hoc hic præterea adnotatu di- gnum, quod in verbis illis Christi: hoc facite, facere in- terpretatur hic Cyprianus offerre: Quale quid habent e- tiam Damasc. libr. 4. de orthod. fid. ca. 14. Chrysost. homil. de prodit. Iuda. Victor Antioch. in ca. 14. Luca, & illis omnibus antiquior Dionys. Areopa. ca. 3. Eccles. Hierarch. in hac verba: itaque religiose & ut Pontificem decet, post sacras diuinorum operum laudes, de sacrificio quod ipsius dignitatem superat se purgat, dum primo ad eum clamat: Tu dixisti hoc facite in meam commemorationem &c. Recte ergo his verbis institutum creditur noui testamenti sacerdotium. Plura vide huc spectantia in nostris Latino- rum liturgicis integro tomo primo.

46. nisi in sacrificiis matutinis] Absurdam hic eorum improbat consuetudinem, qui mane aquam solum offerebant ne vinum redolent; vinum verò tunc solum quum post cænam fiebat sacrificium. Improbatur autem utrumque. Consuetudo tamen post cænam offerendi, quum adhuc usque ad D. Augu. tempora quibusdam in locis perduraret (utpote quæ adhuc teste Socrate, obser- uabatur ab Aegyptiis Alexandria vicinis & in The- baide) sublata est per Concil. Carthag. 3. Canon. 29. excep- pro uno die anniuersario cæne domini. Verum postea e- tiam illa permissio antiquata est per Concil. Tarraco- nense in Hispaniis; in Oriente verò primo quidem per Laodic. Concil. Canon. 5. deinde rursum in 6. Synodo vniuersali cap. 29. Iam tum tamen fuisse Ecclesie vni- uersalem consuetudinem contrariam, indicat ipse Diuus Augustin. his verbis Epistola 118. Liguide apparet (in- quit) quando primum acceperant discipuli corpus & san- guinem Domini, non eos accepisse ieiunios. Nunquid tamen propterea calumniandum est vniuersæ Ecclesie, quod à ieiunio semper accipitur. Et certè ante Cypriani aetatem obseruatam illam, patet ex illo Tertull. lib. 2. ad uxorem: Non fiet maritus quid secreto ante omnem cibum gu- stes? Item quod antelucani cætus (ut cum Tertulli. lo- quar) fieri soleant in primitiua Ecclesia (vel ipso Pli- nio teste lib. 10. epistola ad Traianum) & postea deniq; conueniri ad promiscuos cibos. Confirmant id ipsum ver- ba D. Matth. apud Abdiam libr. 7. histo. Apost. Immo dicta epistola D. August. ex verbis illis. 1. Cor. 11. Cætera cum venero disponam, colligit in Ecclesia Corinthiorum in- stitutum ab Apostolo hunc morem; ob abusum illorum qui



mensis suis cenam dominicam miscebant post D. Cypriani etatem meminere eiusdem consuetudinis. Gregor. Nazianzenus Orat. in sanctum lazarum. Epiph. sub finem li. 3. de moribus primitiue Ecclesie. Chryso. homil. 27. in 1. ad Cor. cap. 11. Isido. lib. de diuinis officiis: Beda in cap. 22. Luca. Paph. ca. 19. lib. de corpore domini. & latissime P. Valerius Strabus. de reb. Eccles. cap. 19.

47. Qui confusus me fuerit, confundetur eum] Etsi Ms. vetus excusus & Remboldus legant: confundet eum: magis tamen placet hæc vulgata lectio; tum quod eadem utatur D. Augusti: contra Adimantum, tum quod verba Græca ἐπισημασθησεται αὐτῷ. nullo modo verti possunt: confundet eum, & quod antiqui cod. Latini & aureus ille cuius meminit Erasmus priori modo legant, tum denique quod non minus sit absurda lectio: confundetur eum, quam: confundus me fuerit, & quod tam hic quam paulo ante & lib. de lapsis: confundi, accipit pro erubescere. Neque vero nouum est ut Cyprianus Gracisimis utatur vulgati interpretis. Certe eadem verba Luca. nono. interpretatus est vetus interpres: erubescet eum, quod magis Latine dicitur, nam erubescere cum accusatiuo etiam Ciceroni vstitutum est, qui in Salustium, Erubescere ora dixit. At qui superflue habebat vetus excusus Colon. & Cambr. cod. coram hominibus, nam neque in Latinis neque in Græcis exemplaribus id legitur, neque id habet Afflig. cod. aut alij excusi.

48. tamen cum ad cenandum venimus] Hinc colligitur bis in die solere quosdam offerre, semel mane & semel vespere. Quod adhuc suo tempore in usu fuisse quibusdam in die cæne domini testis est Augusti. dicta epistola. Immo distasse videtur ea illius diei consuetudo ad tempora usque Honorij 3. per quem sublata est. ca. Te referente, de celeb. Miss. Et etiam alibi diebus liberum id fuisse aliquando tradit. P. Valerius Strabus dicti lib. ca. 21. Idque non sine auctoritate, quum iuxta Theophori Pape decretum Noctæ Natalis Domini tres missæ celebrentur & id Romæ etiam in aliquorum sanctorum festis vstitutum foret. Quin quod fidelium relatione virorum in suam peruensisse notitiam dicit, Leonem Papam vij. vel viij. missas sepe uno die celebrasse, contra vero D. Bonifacium Archiepiscopum, & Martyrem semel duntaxat per diem. Quod tamen postea ad necessitatem restrinxerunt Pontifices, ut patet ex Gratiano de consecrat. dist. 2. ca. Sufficit, titulo Alexandri Pape; ubi sufficere dicit unam missam, nisi forte necesse sit unam pro defunctis, alteram diuinam celebrare; modo tamen lucri aut adulationis gratia id non fiat. Quale quid etiam habet Iunoc. 3. de celebrat. Missarum cap. Consulisti, Certe hodie ne hinc auaritia capietur occasio, non nisi iustissimis & necessariis causis id permittitur, præterquam in Natali Domini.

49. Nunquid ergo Dominicum post cenam celebrare debemus] Dominicum celebrare, & Dominica frequentare, tum hic tum libr. de Oper. & Eleemosinis, phrasi peculiari Cyprianus accipit, pro eo quod prius dixit offerre, & sacrificium offerre libro de lapsis, supra epistola 54. & infra 68. & alibi sacrificia diuina offerre & celebrare, item sacrificare: Quod ipsum Tertull. lib. de fuga & persecut. colligere; & dominica solennia sive dominicum conuuiuium celebrare dicit D. Augusti. in breui. collat. contra Donatistas collectam & Dominicum agere, & epistola sepe citata: Offerre, offerri, & offerre Christo, epistola quoque 59. sacramenta celebra-

re, D. Hylarius diuina mysteriorum sacramenta celebrare, & sacri conuiuij celebrare mysteria; D. Ambrosius ad Gratianum de fide: Diuina sacrificia celebrare & epistola 31. Missam facere, quomodo etiam D. Leo epistola 80. & 88. & post illos, scriptores Latini plerique ac nos hodie. Græci autem Socrates & Zozomenus in Eccles. histo. εὐαγγέλιον, πῶς ἀξίως ποιῆναι τὴν εὐχαριστίαν, πῶς ἀξίως ἐπιτελεῖν ἐκκλησιαστικῶν, pro quibus in historia tripartita vertit Epiphanius, Missis facere, collectas celebrare, collectas agere, Missis celebrare, solennia celebrare. Alij autem πῶς προσφέρειν, ut Ignatius epistola ad Smyrneses, Conci. Neocæ. canon. nono. & Nicen. canon. 8. aut ποιῆν τὸς πῶς προσφέρειν, ut Eusebius lib. 6. Eccles. hist. cap. 43. & Nicepho. lib. 6. cap. 3. aut προσφέρειν θυσιῶν, ut Iustinus Martyr Dialog. in Iudeos seu θυσιῶν ἐπιτελεῖν, ut Nazianzenus de funere Basilij, & alibi Basilij ac Chryso. aut θυσιῶν προσκομιζέειν ἢ ἡδὴ δοχίον ἐπιτελεῖν, ut Ignatius dicta epistola, aut quod conuuiuium est λέγειν, de quo uti & de missa & λέγειν ἡδὴ ἀκρίβειαν ac alibi ipsius appellationibus alibi fortassis latius. ne hic prolixiores simus. Præcedentia autem synonyma eo huc adducimus, quod illorum pleraque mire consument Catholicorum de sacrificio sententiam.

50. Christum offerre oportebat circa vespertam dici] Rationem reddit cur Christus vespere, nos vero mane offeramus, ut ille vespertam mundi insnuaret, nos vero resurrectionem Domini in memoriam reducamus. Quam repetit Isidorus de Diuinis offic. cap. 8. D. Augusti. vero aliam reddit loco sepe citato, ut vltimum hoc mysterium discipulorum cordibus insingeret, Christianus autem Druhmarus ad ca. 26. Matth. istam, ut iam vespertam esse ostenderet, id est finem ceremoniarum legis, atque adeo etiam post cenam typicam, ut prius finire testamentum vetus, quam nouum inciperet.

51. Et occidit illum omne vulgus synagogæ] Afflig. cod. interserit: vitulum, sed corrupte, quum de agno loquatur.

52. Eleuatio manuum mearum] Sic Afflig. cod. & excusi, plerique. placet autem magis lectio veter. excus. Colon. Cambr. cod. ac manut. Adleuatio, nam etsi prior voci Græcæ ἐπισημασθησεται magis conueniat, & Hierony. ex hebreo sic vertit, alibi tamen frequenter hanc habet Cyprianus.

53. passio enim domini est sacrificium quod offerimus] Simile est, quod Chryso. Theoph. & Occum. verba illa: quod pro vobis frangitur, ita interpretantur, ut etiam in sacrificio Missæ Christum pati & frangi & immutari dicant. Quo respexit etiā D. Ambr. li. 4. de sacra. ca. vlt. dum dicit: Si quotienscunque effunditur sanguis, in remissionem peccatorum effunditur, debet illum semper accipere, ut semper mihi peccata remittantur, & quod D. Hieron. ad Damasum de filio prodigo: Christus (inquit) quotidie fidelibus immolatur. Atqui ex his patrum loquendi formulis, tum colligere licet valere hoc sacrificium etiam ad remissionem peccatorum, tum idem esse cum illo quod Christus in cruce obtulit. Atque adeo falso nos fugillant aduersarij, quod illi sacrificio crucis iniuriam facimus.

54. Et vidit fratres charissime] Ita Cambr. & Colon. cod. veter. excusus, Remboldus, & Manut. pro quo alij: Et ideo, non satis ut arbitror intelligentes hanc Cypriani phrasin, de qua supra Epistola 2.

55. venia concedi] Quum satis cūstet qui aqua consecrat

secrat non conficere sanguinem domini; hæc venia ita intelligenda est; ut simplicitate quadam aut ignorantia apud Deum excusari poterint qui ita obtulerant, sic tamen ut irrita foret consecratio.

56. concurrebas ei] Sic vetus excusus & Manut. in cæteris excusis desiderabatur: ei, Ad verbum autem ita vertit quod Græcæ est σὺ ἀντιπροσώπων αὐτῷ, quare & magis placet, quam illa Afflig. currebas cum eo, aut illa Cambr. & Colon. simul currebas cum eo] Præsertim cum infra epistola lxviij. priori modo legat etiam Cambr. codex & D. Augusti. lib. 2. contra Cres. Grammaticum. cap. 29.

57. dum quis de Euangelica veritate furatur domini nostri verba & facta & corrumpit] Colon. cod. legit, dum quis de Euangelica veritate furatur dominica verba & facta corrumpit, eligit lector quod vult.

58. Et mœchata est in lignum & lapidem] Omissa fuit à Remboldo Præpositio: in, quam habebat vetus excusus, quare denuo adieciimus Afflig. verò cum D. Hieron. legit: cui ligno & lapide.

59. tingentes eos] Sic etiam supra epistola iij. & xxv. quare non placet lectio cod. Afflig. baptizantes, recte autem resuscitantur ex Ms. Manut. & Morelina paulo post: docentes, pro eo quod erat: docete.

AD EPICTETVM ET plebem Assuritanorum de Fortunatiano quondam eorum Episcopo.

EPISTOLA LXIII.

ARG. Monet Epictetum & plebem Assuritanorum ut Fortunatianum quondam Episcopum sed lapsum, ad Episcopatum redire nõ permittant, tum alii de causis, tum quod statutum esset ne Episcopi lapsi ad priorem gradum admitterentur. Quod quum à Cornelio fuisse statutum dicat infra Epistola ad Hispanos lxviij. patet quidẽ scriptam hanc epistolam post mortem Cornelij, sed quando, non satis constat, nisi quod ex simili cum duabus sequentibus epistole exordio, eodem pene tempore cum illis conscriptam sit verisimile.

CYPRIANVS EPICTETO FRATRI ET PLEBI ASSURITANORVM SVRAS CONSISTENTI S.

Lib. 1. ep. 7

RAVITER & dolenter motus sum fratres charissimi quod cognouerim, Fortunatianum quondam apud vos Episcopum, post grauem lapsum ruinæ suæ, pro integro nunc agere velle, & Episcopatum sibi vindicare cõpisse: quæ res contristauit me, primo propter ipsum, qui miser; vel diaboli tenebris in totum

excæcatus, vel quorundam factilega persuasione deceptus (cum debeat satisfacere & ad Dominum exorandum, diebus ac noctibus, lachrymis & orationibus, & precibus incumbere) audent sibi adhuc sacerdotium quod prodidit vindicare, quasi post aras diaboli accedere ad altare Dei fas sit; aut non maiorem in se iram & indignationem Domini in die iudicij prouocet; qui cum fidei, & virtutis dux fratribus esse non potuerit, perfidiæ, & audaciæ, & temeritatis magister existat; & qui non docuit fratres in prælio fortiter stare, doceat eos, qui victi & prostrati sunt, nec rogare. Cum Dominus dicat: Illis fudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia, super hæc non indignabor? dicit Dominus. Et alio loco: Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. Item Dominus denuo loquitur & dicit: Adorauerunt eos, quos fecerunt digiti eorum, & curuatus est homo, & humiliatus est vir, & non laxabo illis. In Apoc. 14.

Epsi. 17.

Exod. 22.

Epsi. 22.

Apoc. 14.

Leuit. 27.

Exod. 19.



Joan. 9.

funt, nec vllam in conspectu eius precem pro fratribus facere; quando in Euangelio scriptum sit: Deus peccatorem non audit, sed si quis Deum coluerit, & voluntatem eius fecerit, illum audit. Quamuis sic quorundam pectora tenebrarum ingruentium profunda caligo cæcauerit, vt de præceptis salubribus nihil lucis admittant<sup>10</sup> sed semel à recto limite veri itineris auerti, per præceptis & abruptum criminum suorum nocte atque errore rapiantur. Nec mirum si consilia nostra aut Domini præcepta nunc abnuunt, qui Dominum negauerunt. Stipes & oblationes & lucra desiderant, quibus prius infatiabiles incubabant, & cœnis atque epulis etiam nunc inhiant, quorum crapulam nuper superstitite in dies cruditate ructabant; nunc manifestissime comprobantes, nec ante se religioni, sed ventri potius & quæstui profana cupiditate seruissse. Vnde & ipsam venisse perspicimus, & credimus de Dei exploratione censuram, ne apud altare consistere & contrectare vterius perseuerarent, pudorem incesti, fidem perfidi, religionem profani, diuina terreni, sancta sacrilegi. Quod ne tales ad altaris impiamenta, & contagia fratrum denuo redeant, omnibus viribus excubandum est, omni vigore nitendum, vt quantum possumus ab hac eos sui sceleris audacia retundamus; ne adhuc agere pro sacerdote contentur, qui ad mortis extrema deiecti, vltra lapsos laicos<sup>11</sup> ruinæ maioris pondere proruerunt. Si verò apud insanos furor insanabilis perseuerauerit, & recedente Spiritu sancto, quæ cœpit cæcitas in sua nocte permanferit; consilium nobis erit singulos fratres ab eorum fallacia separare, & ne quis in laqueos erroris incurrat, ab eorum contagione fecertere; quædo nec oblatio sanctificari illic possit, vbi Spiritus sanctus non sit, nec cuiquam Dominus per eius orationes & preces proficit, qui Dominum ipse violauit. Quod si Fortunatianus aut immemor criminis sui per diaboli cæcitatem, aut minister & seruus diabolifactus ad decipiendam fraternitatem in hoc suo furore permanferit: vos quantum potestis elaborate, & in hac caligine diaboli feruentis fratrum mentes ab errore reuocate, ne alienæ dementiae facillè consentiât, ne se desperatorum delictis participes faciant, sed teneant integræ salutis suæ tenorem, & integritatis conseruata: à se

& custoditæ perpetuum vigorem. Lapsi verò magnitudinem delicti sui cognoscentes à deprecando Domino non recedant; nec Ecclesiam Catholicam (quæ vna & sola est à Domino constituta) derelinquant; sed satisfactionibus immorantes, & Domini misericordiam deprecantes ad Ecclesiam pulsent, vt recipi illuc possint, vbi fuerunt, & ad Christum redeant, à quo recesserunt. Nec audiant eos qui se fallaci & mortali circumuentione decipiunt, cum scriptum sit: Nemo vos decipiat inanib<sup>9</sup> verbis: propterea enim venit ira Dei super filios contumaciæ: Nolite ergo esse participes eorum. Ergo contumaces, & Deum non timentes, & ab Ecclesia in totum recedentes, nemo commitetur. Quod si quis impatiens fuerit ad deprecandum Dominum, qui offensus est, & nobis obtemperare noluerit, sed desperatos & perditos secutus fuerit; sibi imputabit cū iudicij dies venerit. Quo modo enim deprecari in die illo Dominum poterit, qui & ante hoc Christum, & nunc quoque Ecclesiam Christi negauit, & Episcopis sanis & integris & viuentibus non obtemperans, comitem se & participem morientibus præbuit? Opto vos fratres charissimi semper bene valete.

#### AD NOTATIONES in Epistolam LXIII.

1. EPICETETO ] Fuisse hunc Episcopum Assuritanum verisimile est, quædo quidem in Synodo sententiam dixit alius Assuritanus Episcopus Vitor nomine. aut desunctus fuit Episcopus ante Synodum, aut Vitori successit, sed prius sit mihi magis verisimile.
2. ASSVRAS ] Sic Ms. Assig. March. Dum. Blad. vetus quoque excusus & Manut. Remboldus verò cum ceteris excusis hoc loco, quomodo etiam Camb. cod. & Manut. in Synodo: Alluris.
3. Fortunatianum quondam apud vos Episcopum ] Fuerat quidem Fortunatianus illorum Episcopus, sed quod lapsus esset, iam Episcopatu priuatus, fuisse autem eum & factiois Nouatiani ex sequentibus constat.
4. Item dominus denuo loquitur & dicit ] Ita Ms. & excusi hæcenus, quod & placet magis, quam quod habent Manut. & Morelius: loquatur & dicat. Eadem est ratio de eo quod sequitur: legimus, pro quo habent: legamus. Alioqui enim nimis longum foret hyperbaton.
5. & accipit notam in fronte sua ] Sic rectè Manut. & Morel. pro eo quod prius legebatur; vitio cod. Rembold. accipiet, pro quo Ms. quidem & vetus excusus legunt: accipiens, sine coniunctione: & sed prius magis placet, eo quod sic legat etiam supra Epistola ad Thibaritanos.
6. qui adorât ] Hæc Ms. cod. lectio magis placet, eo quod etiam

tiam sic supra legatur: prius erat: adorauerunt.

7. in die iudicij ] Etiam hæc lectio est Ms. cod. & vet. excusi. & Remboldi, quare non placet quod Erasmus legit: in die iræ, similis fuit alicubi locus supra.

8. ad Dei sacrificium & precem domini ] Egre-gia Missæ periphrasis.

9. Et qui accedunt ministrare ad altare sancti ] Ita Ms. vetus excusus, Remboldus, Manut. & Morelius; pro quo Erasmus: sanctum, sed non placet, quum priori modo legatur etiam infra epistola lxxvij. Reperire autem non potui quem scripturæ locum citet.

10. sed semel à recto limite ] Ex Ms. cod. 4. & altero Cauchij, adiecit recens particulam: sed, qui etiam constanter legunt; semel, pro eo quod irrepserat ex cod. Remboldi: simul, Ex quo etiam ortum illud: rapiuntur, pro eo quod Ms. & vetus excusus habent: rapiantur.

11. quarum crapulam nuper ] Illud: nuper, quum reperitur in Ms. omnibus, excu. vet. & apud Remboldum, miror quo casu omisum sit.

12. Vnde & ipsam venisse; & c. censuram ] Alludit ad Censuram Cornelij Papæ, qua interdictum fuit, ne Episcopi lapsi vterius in Episcopatu perseuerarent. de qua latius infra epistola lxxvij.

13. ruina maioris pondere ] Hoc pacto constanter Ms. & veteres excusi, pro quo Erasmus: ruina suæ, sed non placet: simile est illud quod paulo post legit ipse: profunda cæcitas, pro eo quod ceteri omnes: quæ cœpit cæcitas.

14. quando oblatio sanctificari non possit, vbi Spiritus sanctus non est ] Argumentum hoc quo etiã vtitur infra frequenter de lapsis & hæreticis; dissoluet August. præsertim in Iohannem in tract. 5. & lib. 6. & 7. contra Donatistas.

15. vt recipi illuc possint. ] Sic Ms. cod. pro eo quod ceteri habent: illic.

#### AD ROGATIANVM \*EPI- scopum de Superbo Diacono.

##### EPISTOLA LXV.

ARG. Rogatianum Episcopum monet Cyprianus, vt Diaconi superbiam qui illum contumeliis exacerbauerat coërceat, & audaciæ suæ penitentiam agere cogat; ea occasione denuo repetens, quæcunque de sacerdotali siue Episcopali potestate suprædicta sunt Epistola lv. Quo autem tempore scripta sit, non satis constat, nisi quod in eadem Synodo scriptam cum sequenti, initium vtriusque Epistole simile persuaideat.

#### CYPRIANVS \*ROGA- tiano fratri Salutem.

Li. 3. epi. 9.

RAVITER & dolenter commotus sumus ego & collegæ mei qui presentes aderant, frater charissime, lectis litteris tuis, quibus de Diacono tuo conquestus es, quod immemor sacerdotalis loci tui, & officij ac ministerij sui

oblitus, contumeliis & iniuriis suis te exacerbauerit. Et tu quidem honorifice circa nos & pro solita tuâ humilitate fecisti, vt malles de eo nobis conqueri, cum pro Episcopatus vigore & cathedræ auctoritate haberes potestatem, qua posses de illo statim vindicari; certus quod collegæ tui omnes gratum haberemus quodcunque circa Diaconum tuum contumeliosum sacerdotali potestate fecisses, habens circa huiusmodi homines præcepta diuina, cum Dominus Deus in Deuteronomio dicat: Et homo quicumque fecerit in superbia, vt non exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cum audierit, timebit: & non agent impiè etiam nunc. Et vt sciamus hanc Dei vocem cum vera & summa maiestate processisse ad honorandos ac vindicandos sacerdotes suos, cum aduersus Aaron, sacerdotem tres de ministris, Chore, & Dathan, & Abiron ausi sunt superbisse, & certicem suam extollere, & sacerdoti præposito se adæquare, hiatu terræ absorpti ac deuorati, pœnas statim sacrilegæ audaciæ perfoluerunt. Nec soli illi, sed & ceteri ducenti quinquaginta, qui eis comites ad audaciam fuerunt, prorumpente à Domino igne consumpti sunt; vt probaretur, sacerdotes Dei ab eo qui sacerdotes facit vindicari. In libro quoque Regnorum, cum Samuel sacerdos à Iudæorum populo ob senectutem, sicut tu modo, contemneretur, exclamauit iratus Dominus & dixit: Non te spreuerunt, sed me spreuerunt. Et vt hoc vlcisceretur excitaui eis Saül Regem, qui eos iniuriis grauib<sup>9</sup> affligeret, & per omnes contumelias & pœnas superbium populum calcaret & premeret, vt contemptus sacerdos de superbo populo vltione diuina vindicaretur. Sed & Salomon in Spiritu sancto constitutus restatur & docet, quæ sit sacerdotalis auctoritas & potestas dicens: Ex tota anima tua time Deum, & sacerdotes eius sanctifica. Et iterum: Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes eius. Quorum præceptorum memor beatus Apostolus Paulus, secundum quod<sup>10</sup> in Actibus Apostolorum legimus, cum ei diceretur: Sic infilis in sacerdotem Dei maledicendo: Respondit & dixit: Nesciebam fratres quia pontifex est: scriptum est enim: Principem populi tui non maledices. Dominus etiam



noster ipse Iesus Christus Rex & iudex & Deus noster vsque ad passionis diem seruauit honorem pontificibus & sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruassent. Nam cum leprosum emundasset, dixit illi: Vade & monstra te sacerdoti, & offer donum. Humilitate ea qua nos quoque esse humiles docuit, sacerdotem adhuc appellabat quem sciebat esse sacrilegum. Item sub ictu passionis cum alapam accepisset, & ei diceretur, sic respondes pontifici? nihil ille contumeliose locutus est in personam pontificis, sed magis<sup>12</sup> innocentiam suam tuitus est dicens: Si male locutus sum, exprobra de malo: Si autem bene, quid me caedis? Quae omnia ab eo ideo facta sunt humiliter atque patienter, vt nos humilitatis ac patientiae haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitime & plene honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis existit. Meminisse autem diaconi debent, quoniam<sup>14</sup> Apostolos, id est, Episcopos & praepositos Dominus elegit: <sup>14</sup> Diaconos autem post ascensum Domini in caelos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui & Ecclesiae ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui Episcopos facit; <sup>15</sup> possunt & contra nos audere Diaconi, a quibus fiunt. Et ideo oportet Diaconum de quo scribis agere audaciae suae poenitentiam, & honorem sacerdotis agnoscere, & Episcopo praeposito suo plena humilitate satisfacere. <sup>16</sup> Haec sunt enim initia haereticorum, & ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, vt sibi placeant, vt praepositum superbo tumore contemnant. Sic de Ecclesia receditur, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque vnitatem Dei rebellatur. Quod si vltra te contumeliis suis exacerbauerit & prouocauerit; funderis circa eum potestate honoris tui, vt eum vel<sup>17</sup> deponas vel abstineas. Nam si Apostolus Paulus ad Timotheum scribens dixit: Iuuentutem tuam nemo despiciat, quanto magis tibi a collegis tuis dicendum est: Senectutem tua nemo despiciat. Et quoniam scripsisti quendam cum eodem Diacono tuo se miscuisse, & superbiae eius atque audaciae participem esse; hunc quoque & si qui alij tales exstiterint, & contra sacerdotem Dei fecerint, vel coercere poteris, vel abstinere. Nisi

Mat. 8.

Ioan. 18.

Act. 6.

1.Tim. 4.

quod hortamur & monemus, vt peccasse se potius intelligant, & satisfaciant; & nos propositum nostrum tenere patiantur. magis enim optamus & cupimus<sup>18</sup> contumelias & iniurias singulorum clementi patientia vincere, quam sacerdotali licentia vindicare. Opto te frater charissime semper bene valere.

ADNOTATIONES  
in Epistolam LXV.

1. ROGATIANO] Cognominatur iste in Synodo a Noua, & supra quoque illius mentio facta epistol. liij. & officij] Recte hoc adiecerunt Manutius & Morelius.
2. gratum haberemus] Sic Ms. Afflig. Dum. Marchin. Bland. & Cambr. vetus excusus, Remboldus, Manut. & Morelius: pro quo tanquam elegantius Erasmus reposuit: ratum.
3. Et homo quicumque fecerit] Ita legendum tum ex Ms. tum ex epistolis supra xl. lv. & liij. satis constat non autem: fuerit, vt habent vulgati typis, excepto Manut. & Morelio.
4. & summa maiestate] Superfluo habebant excusati omnes adiecta particula: eius, na desideratur in Ms.
5. auri sunt superbisse] Quomodo sic legant ceteri Ms. & excusati omnes. & alibi etiam (ni fallor) Cyprianus; non placet quod habet Manut. superbi esse.
6. sacerdoti praeposito] Coniungit duas has voces hoc loco, quae paulo post separatim Episcopo attribuit, quomodo etiam alibi frequenter.
7. vt probaretur] Hunc locum sic castigauimus ex 4. Ms. & veteri excuso, pro eo quod Remboldus reposuerat: probarentur, non recte.
8. In libro quoque regnorum] Etiam hic Remboldus primus legit: regum, Nam priori modo legunt Ms. & vetus excusus; quare recte etiam sic Manut. & Morelius.
9. Sed & Salomon] Notatu dignum quod Salomoni librum Ecclesiastici attribuit, verum de hoc latius in libris testimoniorum.
10. in Actibus Apostolorum] Supra epistola ad Antonianum ostendimus, verum hanc esse Cypriani lectionem, non: Actis.
11. principem populi tui] Veram & hanc esse lectionem supra ostendimus epistola lx.
12. innocentiam suam tuitus est] Elegantius quidem est quod habet Manutius: tutatus est, sed ceteri Ms. & excusati omnes legunt: tuitus, quare magis placet; praesertim quum eadem voce utatur Quintil. Declamatione in caeci defensionem.
13. Apostolos, id est, Episcopos & praepositos dominus elegit] De electione Apostolorum a Christo, loca Euangelistarum cuius sunt obuia. Matth. 10. Mar. 3. Luc. 6. Quod vero istidem attributum sit nomen Episcopi, patet Act. 1. vbi D. Petrus illud Psal. Episcopatum eius accipiat alter de Iuda Apostolatu interpretatur. Atque adeo & Apostolorum successores recte Episcopos nuncupat tum alibi tum hic Cyprianus. Porro ἐπίσκοπος Graece, sonat Latine inspectorem, speculatorem, curatorem. Quod quum primum prophani muneris

neris esset nomen, ad Ecclesiasticam dignitatem translatum est. Apud Iudaeos enim (Ariano teste libr. 8.) Episcoporum munus erat, quid in unaquaque regione fieret; ad regem aut magistratus referre. Apud Athenienses etiam, qui ad us dicendum praesidebant, quos Romani Praetores solent nuncupare ἐπίσκοποι dicebantur. Immo & apud Romanos initio (nam postea ad vtiliora munera translatum non ignoro) tale quid significasse id nomen, indicat Cicero his verbis libr. 7. epistolarum ad Attic. Vltimie Pompeius esse, quem tota Campania & maritima ora habebat Episcopum, ad quem delectus & negotia summa referantur. Et Numani Pompeium regem Romanorum, vocat Plutarchus virginum sacrarum Episcopum. Translatum autem ad Ecclesiam praefectos, commune quidem fuit aliquandiu etiam presbyteris aliis inferioribus, ob communem curam rerum ecclesiasticarum, ut docet D. Hieronymus epistola ad Euagrium ex cap. 1. epistola ad Philippen. & Acto. 20. Veruntamen, etiam ab ipsis Ecclesiae membris fuisse quosdam peculiari nomine Episcopos, qui ceteris praesent presbyteris; satis indicat Apostolus dum praecipit Timotheo aduersus presbyterum accusationem non recipere; nisi sub duobus aut tribus testibus: nam hinc patet presbyterorum iudicem fuisse Timotheum. Et id ipsum testatur disertis verbis Ignatius epistola ad Trallia. Quid est enim Episcopus, nisi omnium principatum & potestatem omnium illorum tenens, &c. & rursum epistolis ad Magnesianos & Smyrneses, dum Episcopos Christo Iesu, presbyteros Apostolos comparat. Eodem pertinet illud Can. Apostolorum 40. Presbyteri & Diaconi praeter Episcopum nihil agere pertentent. Similia habet Clemens Roma. in constitut. Apostolorum non vno in loco, praesertim libr. 2. cap. 30. & 35. (ad quem loc. videtur respexisse dicto loco ad Trall. Ignatius, dum Apostolicarum traditionum meminit) & Dionys. Arcop. Eccles. hierar. 1. cap. Immo ipse eadem epistola Hieronymus. Alexandriae a Marco Euangelista ad Heraclum & Dionysium vsque, a presbyteris vnum electum dicit, in excelsiori gradu collocatum, quem Episcopum nominabant: & Aeroni Episcopos, filius eius presbyteros comparat. Episcopi quoque ad Oceanum, Episcopum dignitate presbyterum aetatis nomina dicit. Omnia quod ordinati semper fuerint presbyteri ab Episcopis, quod vix confirmat Episcoporum supra ipsos praesentiam. Sufficiat nobis, quod inter Aetij haereses recensent Epiphanius, August. Theodore, quod diceret eundem esse Episcopum & presbyterum. Si quis tamen curiosus plura haec spectantia desideret, legat libr. 3. Democharis de sacrificio.

14. Diaconos autem, &c. Episcopatus sui & Ecclesiae ministros] Insignis locus contra eos qui diaconos nihil aliud esse volunt quam mensarum ministros; quum vocet eos Cyprianus Episcopatus & Ecclesiae ministros. Neque vero primus hoc dixit Cyprianus, sed id imprimis vel ex ipsis Actis Apostolorum constat. Vbi etsi quidem illa occasione instituti vt mensis ministrarent; statim tamen a sua ordinatione & predicasse leguntur, & baptizasse, & miracula edidisse, Act. 6. 7. & 8. Deinde ex eo quod tanta cura probari eos vult 1. Timoth. 3. Apostolus; quod facturus fuisse non videtur, si prophanum duntaxat esset eorum ministerium. Et apertius Ignatius epistola dicta ad Trallianos, oportet (inquit) & Diaconis qui in ministerium sunt Iesu Christi omni modo placere. Non enim tibi & potius seruitores sunt, sed ministri Ec-

clesiae Dei. Quid enim sunt Diaconi nisi imitatores Christi, ministrantes Episcopo, sicut Christus patri, & operantibus illi operationem mundam & immaculatam? Quomodo sanctus Stephanus beatissimo Iacobo, & Timotheus & Linus Paulo, & Anacletus & Clemens Petro. Similia habet D. Polycarpus epistola ad Philippen. D. quoque Dionysius Arcopag. scribit Eccles. hier. cap. 3. sacrosanctis altaribus imponi solere per diaconos sanctum panem & benedictionis calicem. D. etiam Clemens Rom. Constitut. Apostolic. lib. 2. cap. 4. diaconos vocat Episcopi auditum, oculum, os, cor, & animam; & cap. 61. in conuentu Ecclesiae Episcopo vult assistere presbyteros & diaconos; per diaconum Euangelia recitari, diaconum curare debere quo quisque loco sedeat, diaconorum alios oblationi Eucharistiae debere esse intentos, ministrantes corpori domini, alios quietem turbis imperare: diaconum Pontifici assistentem exclamare debere: Ne quis contra aliquem, ne quis in hypocrisi, diaconum vna cum Pontifice orare debere. Quae eadem fere diaconi sacra officia reperire est, etiam in Iyurgis D. Iacobi, Basilij, & Chrysostomi. Immo ex illis Iyurgis; Cyprianus in scriba libr. de lapsis, & verbis D. Laurentij ad Sixtum Papam apud Ambrosij, lib. de Offic. 1. cap. 41. perspicuum fit: per diaconum administrari solere calicem dominicum. Ipse postremo D. Hieron. ipsa illa dicta epistola vbi diaconos vocat ex vehementia quosdam mensarum & viduarum ministros, comparat diaconos Leuitis veteris testamenti, epistola quoque ad Sabiniatum diaconum. Stare solere ipsum ad altare & Euangelium lectitare in Ecclesia faceret. Quare recte etiam supra Cyprianus; diaconum sacram administrationem vocat, epistola ad Cornelium de Nouati sceleribus.

15. possunt & contra nos audere diaconi, a quibus fiunt] Ita recte Manut. interserunt quidem Ms. cod. particulam: hi, sed quae sensum obscurat. Primus Remboldus habuit corruptam lectionem: a quibus diaconi fiunt.
16. Haec sunt enim initia haereticorum] Vide supra epistolam lv.
17. deponas vel abstineas] Depositionis poenam in Clericos, diuersis de causis, iam olim in Ecclesia usitatam, manifestum fit ex Canon. tum Apostolorum, tum veterum Conciliorum; vbi frequentissima est huius mentio.
18. contumelias & iniurias] Sic Afflig. & Marchin. cod. Manut. & Morelius, pro eo quod ceteri excusati iniuriam.

AD CLERVM ET PLEBEM  
Furnitanoru de Victore qui  
Faustinum presbyterum tu-  
torem nominauit.  
EPISTOLA LXVI.

ARG. Cum contra Concilij Episcoporum statutum Geminus Victor testamento tutorem suae curatorem suum nominasset Geminum Faustinum presbyterum, prohibet pro illo offerri aut sacrificium pro dormitione illius celebrari; obiter



exemplo leuiticæ tribus deducens clericos molestiis secularibus immiscere se non debere. Quum autem Geminus quidam à Furnis Synodo Carthag. interfuerit, comicio scriptam in posteriori Synodo hanc Epistolam, atque adeo & duas precedentes. Verum quia non prorsus certæ sunt hæc cōiecturæ nostræ, malui in hanc classẽ variarum hanc redigere.

CYPRIANVS PRESBYTERIS & Diaconibus & plebi Furnis consistentibus Salutem.

1. *lit. epi. 9.*

**C**RAVITER commoti sumus ego & collegæ mei qui præsentibus aderant, & compresbyteri nostri qui nobis affidebāt, fratres charissimi, cum cognouissemus quod Geminus Victor, frater noster, de sæculo excedens, Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominauerit, cum iam pridem in cōcilio Episcoporum statutum sit, ne quis de clericis, & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat; quando singuli diuino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deservire, & precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim:

2. *Tim. 2.*

Nemo militans Deo obligat se molestiis secularibus, ut possit placere ei cui se probauit. Quod cum de omnibus dictum sit; quanto magis molestiis & laqueis secularibus obligari non debent, qui diuinis rebus & spiritalibus occupati, ab Ecclesia recedere, & ad terrenos & sæculares actus vacare non possunt: Cuius ordinationis & religionis formam Leuitæ prius in lege tenuerunt, ut cum terram diuiderent, & possessiones partirentur undecim tribus, Leuitica tribus, quæ templo, & altari, & ministris diuinis vacabat, nihil de illa diuisionis portione perciperet; sed aliis terram colentibus, illa tātum Deum coleret, & ad victum atque alimentum suum ab undecim tribubus de fructibus qui nascebantur, decimas reciperet. Quod totum fiebat de auctoritate & dispositione diuina; ut qui operationibus diuinis insisterent, in nulla re auocarentur, nec cogitare, aut agere sæcularia cogere.

3. *1. ius. 33.*

Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur; ut qui in Ecclesia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, nec molestiis & negotiis secularibus alligentur, sed

in honore sportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificiis non recedant, sed die, ac nocte cœlestibus rebus, & spiritalibus seruiant. Quod Episcopi antecessores nostri religiosè considerantes, & salubriter prouidentes, censuerunt ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericorum nominaret; ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur: neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros uoluit auocare. Et ideo Victor cum cōtra formam nuper in concilio à sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequentetur, ut sacerdotum decretum religiosè & necessariè factum feruetur à nobis: simul & cæteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotis & ministros Dei, altari eius, & Ecclesiæ vacantes, ad sæculares molestias deuocet. obseruari enim de cætero poterit, ne ultra hoc fiat circa personam clericorum, si quod nūc factum est, fuerit vindicatum. Opro vos fratres charissimi semper bene valere.

ADNOTATIONES  
in Epistolam LXVI.

1. Grauius commoti sumus] Etiam hanc in Synodo quapiam scriptam, uerba hæc commonstrant, sed uti conicere est post Synodum Carthaginiensem.
2. qui nobis affidebant] Sic excusit & Ms. excusio Cambr. qui habet: nobiscum, nō male. colligitur autem rursus ex hoc loco, presbyteros olim assidere solere in Synodis.
3. Geminus Victor] Geminus prænomine est utriusque, atque adeo sit uersimile ex eadem utrunque fuisse familia: uersimile est autem esse eundem hunc Geminium Episcopum Furnianorum, qui Synodo Carthaginiensi interfuit, præsertim quum non ad Episcopum sed ad Clericum scribat; sed tamen scrupulum mouet, quod solum fratrem nominet. Nam etsi in inscriptione Epistolæ ita Episcopus uocet; quando tamen de eis loquitur, aut collegas aut cōepiscopos nuncupat. Quare non prorsus certa est coniectura nostra.
4. Ne quis de clericis & Dei ministris] Ita Ms. Afflig. Blad. Dum. March. & excusit omnes; solum Camb. de Ecclesiæ Dei ministris, Hoc autem Concilij statutum, ne quis clericum tutorem, vel curatorem testamento constituat, denuo renouatum est per Concilium Chalcedo. Cano. 3. exceptis tuis miserabilium personarum, & legitimis tutelis, ad quas per leges compelli poterant, sed & his legibus postea liberati sunt Episcopi, presbyteri,

presbyteri, diaconi, subdiaconi & Monachi. Constit. Imper. L. Generaliter cod. de Episcopis & Clericis, quam Leoni Augusto perperam Gratianus ascribit 16. quæst. 1. c. Generaliter. Hodie itaque nemo illorum ad legitimis tutelam tenetur, multo minus ad testamentarias aut datinas; permittuntur tamen iure & lege cognationis ad tutelam uocatis, modo non sint Episcopi aut Monachi, Authentica de sanctis. Episcopis & Deo amabiles; si tamen intra 4. menses ex quo uocati sunt, apud competentem Iudicem scripto declarent, se talem administrationem propria uoluntate suscepisse.

5. in Clerico ministerio] Sic rectius Ms. Afflig. dum. March. Cauchij & Manut. quam aut excusit ceteri, & Cambr. cod. clericali, aut Gratianus 21. quæst. 3. cap. Cyprianus: Clericorum, nam phrasin illam esse auctoris supra diximus, & paulo post omnes legunt: ordinatione clerica.

6. Nemo militans deo obligat se molestiis] Nisi tam constanter hanc Manut. lectionem haberent Ms. nostri & Cauchij, uerum quoque excusit; magis placeat uulgata lectio: implicat, utpote quæ à Græca uoce ἐπιπλεῖται mutuata uidetur. Omnes etiam tam excusit quam Ms. legunt particulam: deo, quomodo etiam legit & interpretatur disertis uerbis Ambrosi. in comment. legit etiam D. Aug. cap. 15. de opere monach. citato à Beda in collectaneis in hanc epistolam.

7. ut possit placere ei cui se probauit] Ita etiam constiterit Ms. & excusit omnes, Ambr. quoque & Aug. locis iam dictis, conformiter uulgata nostro interpreti, quomodo etiam Gratianus hunc locum citans loco iam dicto.

8. Leuitica tribus & c. perciperet] Pro hac uulgata Ms. & excusit omnes, legunt Camb. cod. ad Leuitas qui templo & altaris ministerio uacabant nihil de hac diuisionis portione perciperet] Eligat lector utram uelit. Sic conformiter etiam paulo post idem cod. perciperent, pro quo ceteri Ms. & Morelius: reciperet, quare quum sit molestiis eiusdem uerbi repetitio, magis hæc placet lectio quam Manut. aut uulgatorum typis: perciperet, præsertim quum Recipere pro accipere etiam Cicero uti super lib. 2. epistolarum ad Attic. ubi recipere epistolas dixit.

9. nec molestiis & negotiis] Rectius hoc Morelius & Cambr. cod. quam quod habent ceteri: ne.

10. in honore sportulantium fratrum] Sportulantes fratres dicit qui sportulas accipiebant. Simile est illud epistola supra xxxiiij. ut & sportulis (inquit) iisdem cum presbyteris honorentur, & diuisiones mensurnas æquatis quantitatibus partiantur. Alludit utrobique ad illud Apostoli. Qui bene præsumunt presbyteri, duplici honore digni sunt. Nam honorem de subsidio uictus interpretatur ueteres, phrasin scripturæ uisitata in illo decalogi præcepto: Honora patrem & matrem: Sportula autem siue sportula, dicebatur Romanis, distributio pecuniaria siue obsonium, quod pauperibus clientibus & saluatoribus dabatur à diuitibus, aut populo à principibus. Ad quam alludit & Tertull. libro tertio contra Marc. his uerbis: ut sportulam furunculus captiuit. Sportule etiam hodie nuncupantur, quæ iudicibus dari solent, de quibus est etiam titulus Iuris in cod. De sportulis & sumptu in diuersis Iudicis faciendis. Vsurpat itaque eam uocem Cyprianus pro certo uite stipendio, quod singulis clericis per menses aut dies singulos ab Episcopis distribuatur. Idque ex

quarta illa bonorum ecclesiæ parte, de qua supra epistola ad Numidas de redemptione captiuorum. Duplicem enim olim fuisse Clericorum ordinem, quorum quidam communem agebant uitam alij separatim debebant, testis est in Africa D. August. serm. duobus de cōmuni uita clericorum, in Gallis D. Prosper. de uir. contempl. c. 2. & cap. 9. vsque ad 15. Roma & in Anglia D. Gregorius ad quæstiones Augustini Anglorum Episcopi. Quorum illi communi mensa ab Episcopo sustentabantur; his uero pro meritis singulorum certa numerorum quantitas, aliis maior aliis minor distribuatur. Inter quos certas etiam sportulas presbyteris datas amplius quam Diaconis, satis insinuat dicta epistola 34. Cyprianus, & Theophil. in dictum Apostoli locum. De posterioribus etiam his loquitur D. Hierony. dum clericorum Romanorum luxum nimium taxat, epistolis ad Heliodorum ad Nepotianum, & alibi frequenter.

11. tanquam decimas ex fructibus recipientes] Decimas deo & sacerdotibus dadas, Abraham factis, Iacob promissis insinuat Gen. 14. & 18. Lex Moysi statuit Leuit. 27. Num. 18. Deuter. 12. 14. & 26. Christus docuit Matth. 23. dum dixit hæc oportuit facere & illa non omittere; illas denique dantibus, benedictionem promittit & frugum abundantiam Malach. Prophet. c. 3. Decimarum etiam usum agnoscunt Patres, Clemens Rom. Constit. Apost. lib. 2. ca. 29. & 8. c. 36. Orig. in Num. Cyprianus hoc loco D. Chrysost. in dictum Matthe. c. & hom. 4. in epistolam ad Ephesi. D. Hieron. in Malach. & epistolis modo citatis, D. August. serm. 219. de tempore (quem illi ascribunt Concil. Mogunt. c. 9. iuxta Iuonem & Gratianum, & Valafridus Strabus de reb. ecclesi. cap. 29. Et Concil. Tribur. Can. 13.) serm. quoque 48. inter hom. 50. & Enchy. c. 76. Synod. Chalced. citata ab eodem Concil. Tribur. can. 14. H. Rabanus Maurus denique in Num. lib. 2. c. 22. & 23.

12. sed die ac nocte] Quum ita legant uetus excusit, & Ms. quatuor nostri, in contextum quoque: sed, pro: & substitutum; ut sit repetitio ad maiorem Emphasis eiusdem uocis.

13. nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur] Requirebat hic locus tractatum de ueteri ecclesiæ traditione, quæ pro defunctis offerri solent, & annua die (uti loquitur Tertull.) oblationes pro illis fieri, sed ne prolixior sim, lectorem remitto ad libellum Ioannis Garetij hoc titulo: Mortuos uiuari uisorum precibus assertio, quem iure nostrum dixerim; utpote, qui illi testimonia Patrum pene omnia suppeditat, quod nec ipse diffiteri queat: hoc unum dicam; damnatam esse contrariam heresim, in Aërio, teste Epiphani. & August. de Hæresibus, qui negabat sacrificandum pro mortuis, & denuo in Waldensibus, Henricianis & Petrobusianis; uti constat, tum ex D. Bern. homil. in Cant. Cant. 63. & 66. & Petro Cluniacensi, tum ex scriptis Ebrardi Remuniensis, Bernardi Abbatis fontis Calidi, & Ermengardi prius hæresiarche, contra dictos Waldenses, quæ penes me Ms. habeo, desumpta ex insigni illa bibliotheca Abbatis Thosane.

14. nominari in sacerdotum prece] De hac ueteri consuetudine, quæ nomina recitabantur tum uiuorum tum mortuorum in missæ sacrificio, uide supra epistolam x.

15. ausus sit tutorem constituere] Sic Ms. omnes, uetus excusit, & Remboldus. Gratianus quoque locis citatis



*t. in minor unde Erasmus repositum: auctorem.*

16. non est quod pro dormitione &c.] *Pertinet videtur hæc Cypriani & Coepiscoporum sententia ad veterem Ecclesiam morem; quo etiam mortui anathematizari solent ab ecclesia, neque enim aliud erat illa anathematis ratio, quam quod pro illis defunctis non orabatur, & quod debebantur eorum nomina è sacris diptychis. De qua largissime Iustinian. Imperator in epistola sua ad Ioan. papam. 2. inter acta Synodi. 5. vniuersalis, ubi docet; quod Synodus dicta canon. 21. Theodorum post mortem anathematizauit, non nouum esse, sed iam olim usitatum in Valentino, Basilde, Marcione, Cerintho, Manicheo, Eunomio, & Donoso. Id ipsum comprobans Synodo Nicena de Arrio. Synodo Constantin. 1. de Macedonio, testimoniis item Damasi pape, Synodo Sardic. ex Athanasio, Chalced. de Domitiano. & Dioscoro. D. Augustin. epistola xl. & Concilij Africani can. 48. Eodem pertinent quæ habet D. Augustin. de unitate ecclsi. c. 7. epistola 15 2. ad Donat. & alius sapius. Item quod Socrates lib. 6. c. 10. & 7. cap. 40. Niceph. lib. 7. c. 27. & 28. & Liberatus Carthag. breuiculi sui c. 13. Originem post mortem anathematizatum dicunt.*

EPISTOLÆ SCRIPTÆ  
SVB PONTIFICATV STEPHANI & de baptizandis  
hæreticis.

AD STEPHANVM DE  
Martiano Arelatenſi qui Nouatiano conſenſit.

EPISTOLA LXVII.

ARG. *Quum Martianus Arelatenſis Episcopus Nouatiani sectam secutus multos seduxisset, & se à communionem cæterorum Episcoporum per schisma separasset, monet Stephanum summum Pontificem, vt pro sua auctoritate absente illo alium in locum eius substituat, & tum lapsis tum per illum seductis acta pœnitentia pax detur, & ad ecclesiam reditus concedatur.*

CYPRIANVS STEPHANO fratri Salutem.

*Lib. 3. Epist. 13.*

**A**VSTINVS collega noster Lugduni consistens, frater charissime, semel atque iterum mihi scripsit, significans ea, quæ etiam vobis scio vtique nunciata tam ab eo, quam à cæteris coepiscopis nostris in eadem prouincia constitutis, quod Marcianus Arelate consistens Nouatiano se coniunxerit, & à Catholice Ecclesie unitate atque à corporis nostri & sacerdotij consensione discesserit, tenens

hæreticæ præsumptionis durissimam prauitatem, vt seruis Dei pœnitentibus & dolentibus, & ad Ecclesiam lachrymis, & gemitu, & dolore pulsantibus, diuinæ pietatis, & lenitatis paternæ solatia & subsidia claudantur, nec ad fouenda vulnera admittantur vulnerati, sed sine spe pacis & communicationis relictæ ad luporum rapinam & prædam diaboli proiciantur. Cui rei nostrum est consulere & subuenire frater charissime, qui diuinam clementiam cogitantes, & gubernandæ Ecclesie libram tenentes, sic censuram vigoris peccatoribus exhibemus, vt tamen lapsis erigendis, & curandis vulneratis, bonitatis & misericordie diuinæ medicinam nō denegemus. Quapropter facere te oportet plenissimas litteras ad coepiscopos nostros in Galliis constitutos, ne vltra Marcianum peruicacem & superbum, & diuinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum, collegio nostro insultare patiantur, quod necdum videatur à nobis absentus, qui iam pridem iactat & prædicat quod Nouatiano studēs, & eius peruicaciam sequens à communicatione se nostra segregauerit, cum Nouatianus ipse, quem sequitur, olim absentus & hostis Ecclesie iudicatus sit: Et cum ad nos in Africam legatos misisset, optans ad communicationem nostram admitti, hinc à concilio plurimorum sacerdotum qui præsentem eramus sententiam retulerit; se foris esse cœpisse, nec posse à quoquam nostrum sibi comunicari, qui, episcopo Cornelio in catholica Ecclesia de Dei iudicio & cleri ac plebis suffragio ordinato, profanum altare erigere, & adulterâ cathedram collocare, & sacrilega contra verum sacerdotem sacrificia offerre tentauerit. Proinde si respicere, & ad sanæ mentis consilium redire vellet, ageret pœnitentiam & ad Ecclesiam suplex rediret. Quam vanum est frater charissime, vt, Nouatiano nuper reuſo & refutato, & per totum orbem à sacerdotibus Dei absento, nunc adulatorem adhuc nobis patiamur illudere, & de maiestate ac dignitate Ecclesie iudicare. Dirigatur in prouinciam & ad plebem Arelate consistentem à te litteræ: quibus absento Marciano, alius in locum eius substituitur, & grex Christi qui in hodiernum ab illo dissipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat multos illic ex fratribus nostris annis istis superioribus excessisse sine

ne

ne pace; vel cæteris subueniatur qui superſunt, & diebus ac noctibus ingemiscunt, & diuinam ac paternam misericordiam deprecantes, solatium nostræ opitulationis exposcunt. Iccirco enim frater charissime copiosum corpus est sacerdotum concordie mutue glutino atque unitatis vinculo copulatum, vt si quis ex collegio nostro hæresim facere, & gregem Christi lacerare & vastare tentauerit, subueniatur cæteri, & quasi pastores viles & misericordes, oues dominicas in gregem colligant. Quid enim si in mari portus aliqui munitionibus suis aut si in via stabulum aliquod obsideri & teneri à latronibus cœperit, vt quisquis ingressus fuerit, insidiantium illic infestatione capiatur, nonne commeates, hac opinione comperta, stabula alia in itinere appetunt tutiora, vbi sint fida hospitia & receptacula commeantibus tuta? Quod nunc esse apud nos debet frater charissime, vt fratres nostros, qui vitatis marciani scopulis petunt Ecclesie portus salutares, suscipiamus ad nos prompta & benigna humanitate, & stabulum commeantibus præbeamus tale, quale est in Euangelio, quo à latronibus fauciatum & vulneratum suscipi & foueri, & tutari ab stabulario possunt. Quæ est enim maior aut melior cura præpositorum, quam diligentis sollicitudine & medela salubri fouendis & cœtuandis ouibus prouidere: cum Dominus loquatur & dicat: Quod infirmatum est, non confortastis: & quod male habuit, non corroborastis: & quod contribulatum est, non consolati estis: & quod errauit, non reuocastis: & quod periit, non inquisistis: & dispersæ sunt oues meæ eo quod non sint pastores, & factæ sunt in commesturam omnibus bestiis agri, & non fuit qui inquireret, neque qui reuocaret. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auertam eos vt non pascant oues meas, & iam non pascent eas, & extraham eas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio. Cum ergo pastoribus talibus per quos dominicæ oues negliguntur & pereunt, sic Dominus comminetur, quid nos aliud facere oportet frater charissime, quàm colligendis & reuocandis Christi ouibus exhibere diligentiam

plenam, & curandis lapsorum vulneribus paternæ pietatis adhibere medicinam; quædo & Dominus in euangelio moneat & dicat: Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Nam etsi pastores multi sumus, vnum tamen gregem pasчимus, & oues vniuersas quas Christus sanguine suo & passione quæsiuit, colligere & fouere debemus; nec pati supplices & dolentes fratres nostros crudeliter despici, & superba quorundam præsumptione calcari. Cum scriptum sit: Ille autem qui contumax est vir, sui iactans, nihil omnino perficiet, qui dilatauit tanquam infernus animam suam: & cuiusmodi homines Dominus in euangelio suo culpet & damnet, dicens: Vos estis qui iustificatis vos in conspectu hominum, Deus autem dignoscit corda vestra, quoniam quod excessum est in hominibus, execratio est in conspectu Dei. Execrabiles & detestabiles dicit esse, qui sibi placeant, qui tumidi & inflati aliquid sibi arroganter assumant. Ex quibus cum Marcianus esse cœperit, & se Nouatiano coniungens, aduersarius misericordie & pietatis extiterit: sententiam non dicat, sed accipiat, nec sic agat quasi ipse iudicauerit de collegio sacerdotum, quando ipse sit ab vniuersis sacerdotibus iudicatus. Seruandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum Cornelij & Lucij honor gloriosus, quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu frater charissime honorificare & seruare grauitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & successor eorum factus es. Illi enim pleni spiritu Dei, & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis pacem censuerunt, & pœnitentia acta fructum communicationis & pacis negandum non esse litteris suis signauerunt, quæ rem omnes omnino vbique censuimus. Neque enim poterat esse apud nos sensus diuersus in quibus vnus esset spiritus: & ideo manifestum est eum Spiritus sancti veritatem cum cæteris non tenere, quem videmus diuersa sentire. Significa plane nobis quis in locum Marciani Arelate fuerit substitutus, vt sciamus ad quem fratres nostros dirigere, & cui scribere debeamus. Opto te frater charissime semper bene valere.



ADNOTATIONES IN  
Epistolam LXVII.

1. Faustinus collega noster Lugduni consistens] *Fraud dubie legendum: Faustinus, non: Eaufstinus, ut solus operarum vitio Gryphius habet. Fuit autem ipse Lugdunensis episcopus s. si catalogis illius sedis episcoporum creditur.*

2. in eadem prouincia] *Prouincia Lugdunensis complectitur sub se Episcopatus quatuor. Heduensem sine Augustodunensem, Lingonensem, Matisconensem, & Cabillonensem.*

3. Martianus Arelate consistens] *Existimant quidam successorem hunc fuisse D. Honorati, quis vero in illius locum constitutus sit à Stephano non constat.*

4. seruis Dei penitentibus & dolentibus] *Relicti sic Manut. & Morelius, antea erat. seruis Dei pro eo dolentibus.*

5. claudantur] *sic Manut. & Cambron. codex. Morelius cum ceteris: cludantur, prius malo.*

6. & cum ad nos in Africam legatos misisset] *Ira Camb. vetus excusus, Remboldus, Manut. & Morelius: Erasmus vero omnes: legatum, sed male nam plures legatos ad Cyprianum missos à Nouatiano patet ex epistola xli.*

7. prophanum altare erigere] *Similia habes frequentes apud Cyprianum & Optatum Mileuitanum contra Parmen. Donatist. ac Augustin. contra Donatistas.*

8. sacrilega sacrificia] *Hæc rursum ad illum Cypriani errorem pertinent, de quo supra epistola ad Antonianum.*

9. Nouatiano illic nuper retuso] *Ira excusi omnes, Camb. vero cod. recilo.*

10. in prouinciam & ad plebem Arelate consistentem] *Prouincia Arelatensis quatuor etiam sub se habet Episcopatus, Tolonensem, Tricastrinensem, Massiliensem, & Aruiscanum, scribis etiam Gaguinus li. 9. de gestis Caroli s. olim regni Burgundionum primorem fuisse ciuitatem Arelatem, quasi aram lataram dictam ab Ara duabus columnis imposita, ad quam humanas litabant hostias, donec, à D. Trophimo primo eorum Episcopo ad fidem conuersi sunt illius loci incolæ.*

11. abscito Martiano alius in locum eius constituitur] *Licuisse iam olim Pontificibus Romanis Episcopos iustis de causis excommunicare, immo destituere, & novos in eorum locum substituere: perspicuum facit hoc loco Cyprianus de Gallis. Quod mirum in modum auctoritatem commendat & Primatum. Excommunicauerunt etiam alios Episcopos Romani Pontifices, uti Nestorium Episcopum Constantinopolitanum, Celestinus, Timotheus Alexand. Simplicius, Theophilus, Alexand. etiam post mortem Innocentius. Electus etiam est & depositus Dioscorus Alexandrinus, & Petrus Antiochenus à Felice.*

12. excessisse sine pace] *Nouatiani enim pacem negabant, dicentes à solo Deo remitti posse peccata: uti supra de duximus epistola ad Antonianum.*

13. alios proximos portus] *Particula: alios, que reperitur in excus. vet. & apud Remboldum, desideratur autem in ceteris: rursum recte addita est à Manu. & Morel.*

14. stabulum aliquod] *stabulum pro diuersario accipitur etiam à Plauto quum dicit in Aulul. Neutrobi habeam stabile stabulum. Dicitur enim à stando Stabu-*

*lum, id est, locus in quo statur. Alludit autem ad locum Lucae xi. ubi etiam hac voce vitur vulgatus interpret, & alibi Aspianus Iureconsultus, cui & stabularij nomen pro capone non est incognitum.*

15. Quod nunc esse apud nos debet] *Ira Camb. cod. & Manu. vetus vero excusus & Remboldus: Quod necesse est apud nos esse, ommissa particula: debet, qua nescio unde irrepserit in Erasmus omnes.*

16. non consolari estis] *Hanc lectionem Manut. & Cambron. cod. veram esse, non aliam illam: non consolidastis, patet ex epistola supra 54.*

17. colligendis & reuocandis] *Magis placet hæc Cambron. cod. lectio, quam excusorum omnium, & repouendis.*

18. nihil omnino perficiet] *Ira castigandum hunc locum supra ostendimus epistola lv. & certe sic legit etiam hic Camb. cod.*

19. quoniam quod excelsum est] *sic Cambronem. & excusi omnes, quare non placet Manutij lectio: quia.*

20. Cornelij & Lucij] *Cornelij statutum, de pace lapsis danda habes supra epistola ad Anton. sed Lucij non existat. Statutorum autem Concilij Africa eadem de re fit mentio epistola liij.*

21. Neque enim poterat esse apud nos sensus diuersus] *Ingenis locus contra hæreticorum varietatem & pro fidei Catholice unitate.*

AD CLERVM ET PLEBES  
in Hispania consistentes de  
Basilide & Martiale.

## EPISTOLA LXVIII.

ARG. *Cum Basilides & Martialis Episcopi lapsi essent, & libellis Idololatriæ contaminati, laudat Cyprianus cum coepiscopis Clerum & Plebem Hispaniarum, quod in locum eorum Sabinum & Felicem legitima electione substituisent: præsertim quum iuxta Cornelij statutum, Episcopi lapsi ad penitentiam quidam agendam admitti possent, sed à sacerdotali honore prohiberentur. Obiter etiam quedam attingens de veteri electionis Episcoporum ritu. Sub Stephano autem scriptum esse, contextus indicat.*

CYPRIANVS, CÆCILIVS,  
PRIMVS, POLICARPVS, & C.  
FELICI PRESBYTERO ET  
PLEBIBVS CONSISTENTI-  
BVS AD LEGIONEM ET A-  
STVRICAE, ITEM LAELIO  
DIACONO ET PLEBI EMERITAE  
consistentibus fratri in  
Domino S.



*M* V M in vnum cõuenissemus, legimus litteras vestras, fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem & Sabinum

Sabinum Episcopos nostros pro fidei vestrae integritate, & pro Dei timore fecistis, significantes Basilidem & Martialem libellis idololatriæ commaculatos, & nefandorum facinorum conscientia victos, episcopatum gerere, & sacerdotium Dei administrare non oportere: & desiderastis rescribi ad hæc vobis, & iustam pariter ac necessariam sollicitudinem vestram vel solatio, vel auxilio nostræ sententiæ subleuari. Sed enim desiderio huic vestro non tam nostra consilia, quam diuina præcepta responderent, quibus iam pridem mandatur voce cœlesti, & Dei lege præscribitur, quos & quales oporteat deseruire altari, & sacrificia diuina celebrare. in Exodo nanque ad Moysen Deus loquitur, & monet, dicens: Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum Deum: sanctificentur ne forte derelinquat illos Dominus. Et iterum: Et cum accedunt ministrare ad altare Sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur. Item in Leuitico præcipit Dominus, & dicit: Homo, in quo fuerit macula & vitium, non accedet offerre dona Deo. Quæ cum prædicta, & manifesta sint nobis, præceptis diuinis necesse est obsequia nostra deseruiant, nec personam in eiusmodi rebus accipere, aut aliquid cuiquam largiri potest humana indulgentia, vbi intercedit & legem tribuit diuina præscriptio. Neque enim immemores esse debemus, quid ad Iudæos per Esaiam prophetam locutus sit Dominus increpans & indignans, quod contemptis diuinis præceptis, humanas doctrinas sequerentur: Populus iste, inquit, labiis suis honorificat me, cor vero eorum longe separatum est à me. Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes, quod item Dominus in Euangelio repetit & dicit: Reiciitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis. Quæ ante oculos habentes, & sollicitè ac religiosè considerantes in ordinationibus sacerdotum non nisi immaculatos & integros antistites eligere debemus, qui sancte, & digne sacrificia Deo offerentes, audiri in precibus possint quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate, cum scriptum sit: Deus peccatorem non audit: sed si quis Deum coluerit, & voluntatem eius fecerit, illum audit. Propter quod plena diligentiâ, exploratione sincera oportet eos ad sacerdotium deligi, quos à Deo constet audiri. Nec sibi

plebs blandiatur, quasi immunis esse à contagio delicti possit, cum sacerdote peccatore communicans, & ad iniustum atque illicitum præpositi sui episcopatum consensum suum commodans, quando per Osee prophetam comminetur & dicat censura diuina: Sacrificia eorum tanquam panis lutus: omnes qui manducant ea, contaminantur. Docens scilicet & ostendens omnes omnino ad peccatum constringi, qui fuerint profani & iniusti sacerdotis sacrificio contaminati. Quod item in Numeris manifestari inuenimus, quando Chore, & Dathan, & Abiron contra Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vindicauerunt. Illic quoque per Moysen præcepit dominus ut ab eis populus separaretur, ne facinorosis coniunctus eodem facinore & ipse perstringatur: Separamini, inquit, à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere ea quæ ad eos pertinent, ne simul pereatis in peccato eorum. Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis, & Deum metuens, à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quando ipsa maximè habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi. Quod & ipsum videmus de diuina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe præfente, sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris dominus Moyse præcipit dicens: Apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius, & impone eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moriatur illic. Coram omni synagoga iubet deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præfente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata. Quod postea secundum diuina magisteria obseruatur in Actis apostolorum, quando de ordinando in locum Iudæ episcopo Petrus ad plebem loquitur: Surrexit, inquit, Petrus in medio discentium, fuit autem turba in vno. Nec hoc in episcoporum tantum

Exod. 19.

Leuit. 21.

Esa. 29.

Mat. 7.

Ioan. 9.

Osee. 9.

Numer. 16.

Numer. 10.

Act. 1.



& sacerdotum, sed in diaconorum ordinationibus obseruasse apostolos animaduertimus, de quo & ipso in Actis eorum scriptum est: Et conuocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum & dixerunt eis. Quod utique iccirco tam diligenter & caute contocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnunquam indignos non secundum Dei voluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, & hæc Deo displicere, quæ non veniant ex legitima & iusta ordinatione, Deus ipse manifestat per Osee prophetam dicens: <sup>15</sup> Sibimet ipsis constituerunt regem, & non per me. <sup>16</sup> Propter quod diligenter de traditione diuina, & apostolica obseruatione obseruandum est & tenendum quod apud nos quoque, & fere per prouincias vniuersas tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, episcopi eiusdem prouinciæ proximi quique conueniant, & episcopus deligatur plebe præsentē, quæ singulorum vitam plenissime nouit, & vniuersiusque actum de eius conuersatione perspexit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione ut de vniuersæ fraternitatis suffragio, & de episcoporum qui in præsentia conuenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, iudicio episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur. <sup>17</sup> Nec rescindere ordinationem iure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe positum, & gestæ rei <sup>18</sup> ac ratiæ veritatis ignarum fefellit, <sup>19</sup> ut exambiret reponi se iniuste in episcopatum, de quo fuerat iuste depositus. Hoc eo pertinet ut Basilidis non tam abolita sint, quam cummulata delicta, ut ad superiora peccata eius etiam fallaciæ & circumuentionis crimen accesserit. <sup>20</sup> Neque enim tam culpā dū est ille, cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepsit. Obreperere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, cum scriptum sit: <sup>21</sup> Deus nō detidetur. Sed nec Martiali potest profuisse fallacia, quo minus ipse quoque delictis grauibus inuolutus episcopatum tenere non debeat, quando & aposto-

Act. 6.

Osee. 8.

Galat. 6.

lus moneat, & dicat: Episcopum oportet esse sine crimine, quasi Dei dispensatorem. Quapropter cum (sicut scripsistis fratres dilectissimi, & ut Felix & Sabinus collegæ nostri asseuerant, utque alius <sup>22</sup> Felix de Cæsaraugusta fidei cultor ac defensor veritatis, litteris suis significat) Basilides & Martialis nefando idololatriæ libello cōtaminati sint: Basilides adhuc insuper præter libelli maculam cum in infirmitate decumberet, in Deum blasphemauerit, & se blasphemasse confessus sit, & episcopatum pro conscientia suæ vulnere sponte deponens, ad agendam penitentiam conuersus sit, Deum deprecans, & satis gratulans, <sup>23</sup> si sibi vel Laico communicare contingeret: Martialis quoque præter <sup>24</sup> gentilium turpia & lutulenta conuiuia: & collegia diu frequentata, & <sup>25</sup> filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana sepulchra depositos, & alienigenis consepultos; actis etiam publicè habitis <sup>26</sup> apud procuratorē Ducenarium obtemperasse se idololatriæ, & Christum negasse contestatus sit: cumque alia multa sint & graua delicta, quibus Basilides & Martialis implicati tenentur; frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, cum manifestū sit eiusmodi homines nec Ecclesiæ Christi posse præesse, nec Deo sacrificia offerre deberē. Maxime cum iam pridem nobiscum & cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis, <sup>27</sup> etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus ac iustus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreuerit eiusmodi homines ad penitentiam quidem agendam posse admitti; <sup>28</sup> ab ordinatione autem Cleri atque sacerdotali honore prohiberi. <sup>29</sup> Nec vos moueat fratres dilectissimi, si apud quosdam in nouissimis temporibus aut lubrica fides mutat, aut Dei timor irreligiosus vacillar, aut pacifica concordia non perseuerat. Prænunciata sunt hæc futura in sæculi fine, & Domini voce, atque Apostolorum contestatione prædictum est: deficiente iam mundo, atque appropinquante antichristo; bona quæque deficere, mala vero & aduersa proficere. Non sic tamen, quamuis nouissimis temporibus, in Ecclesia Dei aut euangelicus vigor cecidit, aut Christianæ virtutis aut fidei robur elanguit, ut non supersit portio sacerdotum, quæ minimè ad has rerum ruinas, & fidei naufragia succumbat; sed fortis

Titum 1.

1. Tom. 4.

2. Pet. 2.

sed fortis & stabilis honor em diuinæ maiestatis & sacerdotalem dignitatem plena timoris obseruatione tueatur. Meminimus & tenemus, succumbentibus licet & cedentibus ceteris, Mathariam legem dei vindicasse fortiter: Heliam, Iudeis deficientibus atque à religione diuina recedentibus, stetit, & certasse sublimiter: Daniele nec solitudine regionis alienæ, nec persecutionis assidue infestatione deterritum, frequenter ac fortiter <sup>30</sup> gloriosa edidisse martyria: tres itè pueros <sup>31</sup> nec annis, nec minis fractos, cōtra ignes Babylonios fideliter obstitisse, & victorem regem in ipsa sua captiuitate vicisse. Viderit vel præuaricatorum numerus, vel proditorum, qui nunc in Ecclesia cōtra Ecclesiam surgere, & fidem pariter ac veritatē labefactare cœperunt. Permanet apud plurimos sincera mēs, & religio integra, & nō nisi domino & Deo suo anima deuota, nec Christianam fidem aliena perfidia deprimit ad ruinam, sed magis excitat & exaltat ad gloriam secundum quod beatus Apostolus Paulus hortatur & dicit: Quid enim si exciderunt à fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorum, <sup>32</sup> fidem Dei euacuauit? absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Si autem omnis homo mēdax est, & solus Deus verax; quid aliud ferui, & maxime sacerdotes Dei facere debemus, nisi ut humanos errores & mendacia relinquamus, & præcepta dominica custodiamus, in Dei veritate maneamus? <sup>33</sup> Quare et si aliqui de collegis nostris exlitterūt, fratres dilectissimi, qui deificam disciplinam negligendam putant, & cum Basilide & Martiale temere communicant, conturbare fidem nostram res ista non debet, cum Spiritus sanctus in psalmis talibus comminetur, dicens: Tu autem odisti disciplinam, & abiicisti sermones meos retro: si videbas furem concurrebas ei, <sup>34</sup> & cum adulteris portionem tuam ponebas. Confortes & participes ostēdit eos alienorum delictorum fieri, qui fuerint delinquentibus copulati. Sed & hoc idem Paulus apostolus scribit & dicit: Sufurratores, detractores, abhorrentes deo, iniuriosi, superbi, iactantes sui, adiuuatores malorum, qui cum iustitiam Dei cognouissent, <sup>35</sup> non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, morte sunt digni, non tantum qui faciunt ea, sed & qui consentiunt eis qui hæc agunt: quoniam qui talia, inquit, agūt, morte sunt digni. Manifestat, & cōprobat morte

Mach. 2.

3. Reg. 19.

Dan. 6. &amp;

14.

Dan. 3.

Rom. 3.

Psal. 49.

Rom. 1.

dignos esse, & ad poenā venire non tantum illos qui mala faciunt, sed etiam eos qui talia agentibus consentiunt, qui dum malis & peccatoribus, & penitentiam non agentibus illicita communicatione miscentur, nocentium contactibus polluantur, & dum iunguntur in culpa, sic nec in poena separantur. Propter quod integritatis & fidei vestre religiosam sollicitudinē fratres dilectissimi & laudamus pariter & probamus; & quantum possumus adhortamur litteris nostris, ne vos cum profanis & maculatis sacerdotibus communicatione sacrilega miscatis, sed integram & sinceram fidei vestre firmitatem religioso timore seruetis. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam LXVIII.

1. Cæcilius, Primus, Policarpus, Nicomedes, Lucianus, Succellus] *De omnibus his supradiximus epistola liij. excepto: Primo, cuius fit quoque mentio Epistola sequenti et in Synodo cognominatur à Mygyra. Porro legendū: Lucianus, patet tum ex illa epistola & sequenti ex Syn. quare non placet quod habent Dion. Marc. & Cauch. Lucilianus, neque quod Afflig. Lucinianus. Sedatus, Fortunatus, Ianuarius, Scūdianus, Pomponius] De Sedato (nam sic legunt Ms. & excisi omnes) & Pomponio vide supra epistolam liij. de Ianuario utroque epistolam sequi. & Synod. Carthag. Petrus] Hic in Synodo appellatur ab Hippone Diarrhylo.*  
Anlius, Aurelius, Venantius, Quiricus, Rogatianus, Tenax] *Aurelius secundus in Synodo cognominatur à Chullabi, Venantius à Tymisa, Quiricus à Eurch, Tenax sive Thenax (ut legunt Afflig. Dion. Bl. ind. & March) ab horeis Cælia. De Rogatiano & Felici supra Epistola 65.*  
Faustus, Lucius, Vincentius, Libofus, Geminius, Marcellus & c.] *Faustus ibidem nuncupatur à Timida regia, Vincentius à Thibari. Libofus à Vaga, Geminius à Eurnis et Marcellus à Zama, Lucij fit mentio epistola quoque sequi. & infra epistola 78. & 80. plurimum quoque eiusdem nominis in Synodo; de aliis supra epistola liij.*  
Adelphius, Victorius, & Paulus] *Adelphius Episcopus fuit à Thasbate, Victorius à Thabraca, Paulus confessor à Bobba.*
2. ad Legionem & asturicæ] *Hinc colligitur Asturicam olim contributam Legionis regno, non Gallicia ut hodie, neque id mirum est quod utrumque id regnum sit in Tarraconensi tractu, quem Pomponius Mela tertiam facit Hispanie totius partem reliquas enumerans. Beticam que hodie Granata regnum complectitur, & Lusitaniam que nunc Portugallia dicitur. Quam Distinctionem si sequamur, sub Tarraconensi continentur hodie regna sex, Castella, Legionis, Gallicia, Nauarra, Cathalonica, Arragonie.*
3. Lelio Diacono & plebi Emeritæ] *Emeritam Mela Lusitania contribuit, que hodie vocatur Merida:*



Porro pro eo quod vulgati excusit omnes Manut. quoque et Morelius habebat, Alio, substituitur ex Ms. quatuor, ve...

4. Cum in vnum conuenissemus] Scriptam constat hinc in Synodo quapiam, hanc epistolam. sed ante illam...

5. per Felicem & Sabinum] Eo quod Sabinum ex sequentibus constat substitutum in locum Basilidis, suspi...

6. Quæ cû prædicta & manifesta sunt] Ita Cæbr. Bland. Angl. Afflig. & Dun. cod. March. vero & Morelius...

7. nec personam in eiusmodi rebus accipere] Ms. quidem legitur: nec persona &c. accipi, sed prius magis...

8. aut aliquid] Sic recte Manu. & Mor. & Ms. pro eo quod erat: aliud. Nec sibi plebs blâdiatur quasi immunis...

9. & nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis] Ita Ms. & excusit omnes præter Camb. qui habet: tangere, omnia quæ sunt eis. non male; qui etiam hoc habet...

10. quando ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi] Quod sibi hic velit Cyprianus, paulo post indicat dicit: hoc de diuina auctoritate descendere, ut sacerdos...

11. Apprehende Aaron] Ita March. Affli. Dun. et ver. excu. cod. pro quo Remboldum sequuntur ceteri excusit: Præhendere Aaron: prius visitatum est magis classicis auctoribus...

12. coram omni synagoga] Verba hæc hodie desiderantur in editione & latina & lxx. legisse autem Cyprianum constat ex textu, nam urget illa ipsa verba.

13. de ordinando in locum iude Episcopo] Alludit ad illud psal. Episcopatum eius accipiat alter: Ms. tamem legunt: Apollolo.

14. in medio discipulorum] Discipulorum uerit quod vulgo legitur: discipulorum, phrasi à Tertul. mutuata; quam uidere est lib. de patientia, de vera carne Christi, de prescript. aduersus hæret. & alibi frequenter.

15. Sibimeptis] Ita legendum supra diximus Epistola lv. sic legitur hic Ms. omnes: Non recte quidam prophanam illam hinc confirmare nituntur...

16. Propter quod de traditione diuina &c.] Non recte quidam prophanam illam hinc confirmare nituntur suorum ministrorum institutionem, per plebem aut magistratus laicos. Neque enim hinc haberi aliud potest, quam quod plebe presente electiones fierent, cuius causam supra diximus. Non negamus itaque veterem electionis Episcoporum ritum, quo plebe presente, immo et suffragiis plebis eligi solent. Nam in Africa illum obseruatum constat, ex electione Eradij successoris D. Aug. de quo exstat epistola eius 120. In Graecia etate Chryse. lib. 3. de sacer. in Hispaniis ex hoc Cypriani loco et Isidoro li. 2. de officiis. In Gallis ex epistola Celest. papa 2. Romæ ex in qua supra diximus epistola ad Antonianum; ubique etiam alibi ex epistola Leonis 87. Et perdidisse eâ consuetudinem ad Gregorium 1. usque, ex eius epistolis, immo & ad tempora usque Caroli & Ludouici Imperatorum ex 1. li. Capitulum corundem satis constat, verum plebi sola suffragia concessa non electionem que per subscriptionem fieri solet, perhibetur electio Episcoporum per plebem fieri, & D. Hiero. epistola ad Euagrium dum dicit, electionem Alexandrini Episcopi à presbyteris fieri solere, deinde ex dicta epistola Leonis. Qui singulorum in electione propria distinguens officia, vota requirit ciuium, testimonium populorum, Honoratorum arbitrium, electionem clericorum, & denique postea Subscriptionem clericorum, Honoratorum testimonium, Ordinis & plebis consensum. Hoc enim potissimum tunc agebatur, ut inuita plebi non daretur Episcopus. Non tamen sic, ut cogerebantur Episcopi admittere quemcumque plebs postulasset, ut patet ex can. 1. & 2. Græcarum Synod. à Martino Bracarensi collectarum, & ex dicta Celestini epistola, & Stephani pape decreto lxxij. dist. c. Nosse. sed si quem petisset contra statuta canonum denus & sapius conuocari solitos clericum & plebem, donec concordarent in idoneum quempiam; colligere est ex Epistola Gelasii pape ad Philippum & Gerontium citata à Gratia. dist. 63. c. Plebs. Si qua autem contradicendi quorundam oboriretur, discutiebantur primo persone contradicentes, & tum demum si vera non essent que obicerentur, ordinabatur Episcopus, uti constat ex can. 40. Concil. Carthag. 3. Si denique nec ita fieret concordia, interponebat suam auctoritatem Archiepiscopus, & quem ille probasset, pro Episcopo habebatur. Accedere denique oportebat confirmationem Metropolitanam, iuxta Can. 4. Con. Nic. Aut Irimatis, iuxta Concil. Carthag. 3. Aut legati Apostolici, de quo Concil. Sardic. c. 20. Leo papa epist. ad Anast. Thessal. Simplicius ad Achat. Constantino. & Bonifa. ad Eulal. Alexand. Aut certe summi Pontificis, præsertim in electione Patriarcharum Antiocheni, Alexandrini, Constantinopolitani & Hierosolimitani, uti constat ex Syn. Constantin. 1. epist. ad Damasum, epist. Theod. & Mariani imper. ad Leonem papam, & epist. Conciliabuli Antioch. ad Iulium. Neque vero hæc sufficiebant, sed accedere præterea debebat consecratio, siue quam vocat Cyprianus manusimpositio, per Episcopos qui conuenerant; quos ut minimum duos esse oportebat, ut ex Canonibus satis superque manifestum est.

17. Neque rescindere &c. quod Basilides Romanam pergens] Etiam hic locus pro Romani Pontificis auctoritate facit; utpote quo constat Episcopos sede electos in Hispaniis, solere ad illum excurre: quanquam hoc factum

stola lv. sic legitur hic Ms. omnes:

16. Propter quod de traditione diuina &c.] Non recte quidam prophanam illam hinc confirmare nituntur suorum ministrorum institutionem, per plebem aut magistratus laicos. Neque enim hinc haberi aliud potest, quam quod plebe presente electiones fierent, cuius causam supra diximus. Non negamus itaque veterem electionis Episcoporum ritum, quo plebe presente, immo et suffragiis plebis eligi solent. Nam in Africa illum obseruatum constat, ex electione Eradij successoris D. Aug. de quo exstat epistola eius 120. In Graecia etate Chryse. lib. 3. de sacer. in Hispaniis ex hoc Cypriani loco et Isidoro li. 2. de officiis. In Gallis ex epistola Celest. papa 2. Romæ ex in qua supra diximus epistola ad Antonianum; ubique etiam alibi ex epistola Leonis 87. Et perdidisse eâ consuetudinem ad Gregorium 1. usque, ex eius epistolis, immo & ad tempora usque Caroli & Ludouici Imperatorum ex 1. li. Capitulum corundem satis constat, verum plebi sola suffragia concessa non electionem que per subscriptionem fieri solet, perhibetur electio Episcoporum per plebem fieri, & D. Hiero. epistola ad Euagrium dum dicit, electionem Alexandrini Episcopi à presbyteris fieri solere, deinde ex dicta epistola Leonis. Qui singulorum in electione propria distinguens officia, vota requirit ciuium, testimonium populorum, Honoratorum arbitrium, electionem clericorum, & denique postea Subscriptionem clericorum, Honoratorum testimonium, Ordinis & plebis consensum. Hoc enim potissimum tunc agebatur, ut inuita plebi non daretur Episcopus. Non tamen sic, ut cogerebantur Episcopi admittere quemcumque plebs postulasset, ut patet ex can. 1. & 2. Græcarum Synod. à Martino Bracarensi collectarum, & ex dicta Celestini epistola, & Stephani pape decreto lxxij. dist. c. Nosse. sed si quem petisset contra statuta canonum denus & sapius conuocari solitos clericum & plebem, donec concordarent in idoneum quempiam; colligere est ex Epistola Gelasii pape ad Philippum & Gerontium citata à Gratia. dist. 63. c. Plebs. Si qua autem contradicendi quorundam oboriretur, discutiebantur primo persone contradicentes, & tum demum si vera non essent que obicerentur, ordinabatur Episcopus, uti constat ex can. 40. Concil. Carthag. 3. Si denique nec ita fieret concordia, interponebat suam auctoritatem Archiepiscopus, & quem ille probasset, pro Episcopo habebatur. Accedere denique oportebat confirmationem Metropolitanam, iuxta Can. 4. Con. Nic. Aut Irimatis, iuxta Concil. Carthag. 3. Aut legati Apostolici, de quo Concil. Sardic. c. 20. Leo papa epist. ad Anast. Thessal. Simplicius ad Achat. Constantino. & Bonifa. ad Eulal. Alexand. Aut certe summi Pontificis, præsertim in electione Patriarcharum Antiocheni, Alexandrini, Constantinopolitani & Hierosolimitani, uti constat ex Syn. Constantin. 1. epist. ad Damasum, epist. Theod. & Mariani imper. ad Leonem papam, & epist. Conciliabuli Antioch. ad Iulium. Neque vero hæc sufficiebant, sed accedere præterea debebat consecratio, siue quam vocat Cyprianus manusimpositio, per Episcopos qui conuenerant; quos ut minimum duos esse oportebat, ut ex Canonibus satis superque manifestum est.

17. Neque rescindere &c. quod Basilides Romanam pergens] Etiam hic locus pro Romani Pontificis auctoritate facit; utpote quo constat Episcopos sede electos in Hispaniis, solere ad illum excurre: quanquam hoc factum

factum Basilidis ideo non probet, quod Stephanum papam sefellerit, & illi fraudulenter obrepsit. Id ipsum fecere in Oriente D. Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantianopolitanus, Marcellus Auciye & Asclepas GaZe episcopi, ab Ariano expulsi (recte ZoZomene) apud Iulium Pontificem, ab eodem sedibus suis restituti. Hoc ipsum Stephanus Carthaginensis antistes cû Concilio Mauritanie, egit apud Damasum, dum conuenitur de sede electis Episcopis; & antiquis regulis sancitum esse dicit, tale quid prius tractandum esse, priusquam ad notitiam alme sedis ductum esset &c. Apud Innoc. primum D. Chrysof. Constant. apud Leonem Theodoretum Cyri. & Flavianum Constant. Ignatius denique Constantinop. Episcopus, apud Nicolaum primum. Eodem pertinet tragedia Anthemij etiam Constantinop. Episcopi, qui ab Agapito sede detectus est, & in locum eius substitutus Menas; ac preces & minia Theodora Augustæ apud Siluerium & Vigilium Pontifices pro restitutione Anthemij. Postremo Canon ille Niceni concilij, de quo tanta inter Africanos et Romanos Episcopos fuit controversia; quem tamen genuinum esse constat ex epistolis Felicis, Iulij & ZoZymi Romanorum Pontificum; & que pene ad vnum omnes primi illi Romani Pontifices Martyres habent, de appellatione Episcoporum ad sedem Romanam.

18. ac tacite veritatis ignatum] Tacite: tacite, reuere adiecius ex codic. Angl. in ceteris desiderabatur.

19. vt exambiret] Recte sic Manut. & Morelius & vetus excusit, nam sic etiam supra epistola xv. exambire, ad Martyres dicit, quare non recte pro eo Erasmus: ambiret.

20. Neque enim tam culpandus est cui negligenter obreptum est] Obreptionem siue subreptionem vocant Iureconsulti, metaacium quod in fraude tacendi committitur, atque ita imperata rescripta siue Imperatorum siue Pontificum, irrita declarantur. Cod. Si contra Ius L. Est, ac de rescript. c. Dilectus, ubi eadem prorsus est facti ratio que hic; utpote quom loquatur ibi Pontifex de eo, qui amonitus siue seu excommunicationis qua tenebatur strictus, nullam fecisset mentionem. Recte itaque tales litteras surreptitias, ordinationem Sabini rescindere non potuisse paulo prius dixit.

21. Deus non deridetur] Ita Ms. omnes & supra quoque Cyprian. epist. 52. quare non placet illud: irridentur.

22. Felix de Cæsaraugusta] Cæsaraugusta ciuitas est metropolis regni Arragonie, que hodie Sarragossa nuncupatur, in eodem Tarraconensi tractu; atque adeo non longe ab Episcopatus iam dictis.

23. si sibi vel laico communicari] De communicatione laica supra diximus epistola ad Antonianum.

24. gentium turpia & lurulenta conuiuia & collegia diu frequentata] Etiam hunc locum ita ex cod. Angl. castigauimus, pro eo quod erat: in collegio diu frequentata. Nam conuiuia que Tertul. lib. 2. ad uxorem sodalitia, & Cicero de Senect. Sodalitates dicit, Martiani collegia sodalitia, & collegia nuncupat, dum ea interdicit, ff. de collegiis & illicitis corpor. L. Mandatis.

25. Filios in eodem collegio, &c. apud profana sepulchra depositos] Alludit etiam hic ad illas sodalitates, quæ hoc habebant, ut in eodem sepulchro se-

pelirentur. Sodales enim etiam illos dici Iureconsulti, patet L. sodales eod. titul. Est autem locus insignis contra eos, qui nullam habent sepulture curam, sed quibus perinde est siue apud hæreticos siue apud Catholicos immo siue in terra consecrata siue foris sepeliantur. Nam vocando sepulchra illa profana, satis insinuat, in ecclesia iam tum loca sacra fuisse, in quibus sepeliretur fideles, qua uolunt hinc à Grecis nuncupabantur & πὸ τῷ νομῷ quod est dormire. Dormire enim fideles mortui in scripturis dicuntur. Certe cæmeterij in quo passus & sepultus est Xistus Pontifex, meminit Cyprianus epistola penultima. & Pontius in vita Cypri. Sua etiam etate conuenitur Opt. Mileuit. à Donatistis (lib. 6. contra Parmen.) solis Cæmeteria occupata, ita ut non permitterent in illis sepeliri corpora Catholicorum. Et ut alios omittam, D. Dion. Areopag. disertis verbis, in honorato loco cum aliis eiusdem ordinis corporibus, recondi solere corpora mortuorum dicit, sub finem eccle. hier. ac D. Clemens Rom. Apost. constit. lib. 6. c. 30. cõuentus ad cæmeteria meminit.

26. Apud Procuarotem Ducenarium] Iudicem Ducenarium intelligit; de cuius institutione Suet. in August. Cæ. ca. 34. Ad tres (inquit) iudicum decurias quartam addidit ex inferiori censu, que ducenariorū uocaretur, iudicaretque de leuioribus summis. Istos itaque iudices quum primum de censu duntaxat iudicium facerent, uerisimile est etate Cypriani etiam in Christianos prætextu legum seuisse. Ducenarius etiam dicebatur, qui duas centurias ducebat in acie secunda, iuxta Peger. lib. 2. ca. 8. Quinetiam singula militie equestris officia enumerans D. Hieron. (ad Pammach. contra errores Ioann. Hierosol.) quarto loco Ducenarium collocat. Post tribunum (inquens) primicerius, deinde senator, Ducenarius, Diarchus, Circitor, eques, Tyro.

27. etiam Cornelius collega noster] Huius sit quoque mentio epistola precedenti & ij. ad Stephanum, quo nempe statutum fuit, ut lapsi Episcopi neque ad honorem sacerdotalem neque ad Cleri ordinationem admitterentur sed solus ut Laici communicarent; supra quoque eiusdem facta est mentio epistola ad Epictetum. Fit autem mihi uerisimile, factum id decretum in Romana Synodo.

28. ab ordinatione autem Cleri] Hic ordinationem dicit, quod supra manusimpositionem, quam tum in clericis tum in Episcopis ab ipsis Apostolicis temporibus obseruata, satis liquet ex epistolis Pauli ad Timotheum & Titum, & eo quod Actu. 14. scribuntur Paulus & Barnabas ordinasse per ciuitates presbyteros.

29. Nec vos moueat] similem habes locum supra epistola lv.

30. gloriofa edidisse martyria] Ita ex cod. Cauchij, pro eo quod ceteri habebant: gloriose, minus recte Quum autem de pluribus loquatur Danielis martyriis, non dubium, quum etiam captiuitatem eius ob Belem & Dracorem interfectos intelligat, de quo latius Tom. 2. lib. de orat. Dominica.

31. nec annis nec minis fractos] Sic quinque cod. Ms. & Manut. pro eo quod legebatur: armis, corruptissime, neque enim ullis armis tres pueros aggressus est Nabuchodonosor.

32. fidem Dei euacuauit] Vide de hac lectione supra epistolam lv. certe etiam hic Ms. & excusit omnes excepto Manut. sic legunt, ipse quoque Manut. epistol. sequenti.



33. Quare et si aliqui de collegis nostris extiterint qui, &c. ] *Quoniam 4. Ms. & excusi omnes priores sic legant, non placet etiam hic Manut. & Cambon. cod. lectio, qui omittunt voces: extiterint, & qui.*

34. & cum adulteris portionem tuam ponbas] *Quia Ms. legunt: portionem tuam, magis placet hæc ceterorum excusorum conformis lectio, quam Manut. particulam tuam, nisi velis etiam legere sicuti supra epistola ad Cæciliam: & inter mæchos, sed magis placet, ut nunc hoc nunc illo modo vertisse dicatur Cyprianus.*

35. non intellexerunt, quoniam qui talia agunt morte sunt digni] *Verba hæc non reperiuntur in sex Ms. cod. quibus sum usus, qui non aliud habent quam qui cum iustitiam Dei cognouissent, non tantum faciunt mala sed & consentiunt eis qui hæc agunt: quoniam qui talia (inquit) agunt digni sunt morte. Neutra placet. Si priorem sequamur, quam habent excusi omnes, & vulgatus interpres; haud dubie superflua erit repetitio illorum verborum: quoniam qui talia (inquit) agunt morte sunt digni. Si posteriorem, videntur potius hæc postrema verba interserenda quam postponenda, ut legatur cum Græcis cod. pleisque: qui cum iustitiam Dei cognouissent, quoniam qui talia agunt digni sunt morte: non tantum faciunt mala (sicut potius: ea,) sed & consentiunt eis, qui hæc agunt. Vtro etiam modo legas, superflua videtur dictio (inquit) quam tamen habent excusi & Ms. omnes. Neque vero mirum est quod Cyprianus varie legant, quum etiam Græci codi. Pauli variant. Vnus qui est Laurentij apud Minoritas legit priori modo, excepto quod omisissus sit postea articulus: di, utroque loco. Secundo modo legunt vulgati Græci & iam olim Chrysost. Theophil. & Oecum. Aliter rursus legit Origenes (ad quem allusisse videtur Oecum. dum quosdam etiam aliter legere scribit) sic nempe: Qui cum iustitiam Dei cognouissent, quod qui talia agunt digni sunt morte; non solum qui faciunt ea, sed et qui consentiunt facientibus, propter quod. &c. Apud Latinos autem priori modo legunt Saluianus libro 6. Amb. & qui sedulo siue Hiero. ascribitur comment. D. etiam Aug. in Psal. 17. & expos. quarundam proposit. epist. ad Rom. Et ac certe varietas fecit, ut nihil ausus fuero immutare, ipse tamen contextus videtur ad priorem magis lectionem alludere.*

AD FLORENTIVM  
Pupianum, de obtrectatoribus.

EPISTOLA LXXIX.

ARG. Purgat se apud Florentium Pupianum Cyprianus de variis ab illo obiectis criminibus; & animi eius lenitatem arguit, quod tam temere obtrectatoribus crediderit. Ex eo autem quod dicit, se iam tum sex annis Episcopatu functum, satis constat sub Stephano scriptam.

CYPRIANVS QVI ET  
THASCIVS, FLORENTIO CVI ET  
PVPIANO FRATRI SALVTEM.

**N**o te frater credideram tandem iam ad poenitentiam conuerti, quod in præteritum tam infanda, tam turpia tam etiam gentilibus execranda aut audisses de nobis temere, aut credidisses. Porro autem etiam nunc in litteris tuis animaduerto eundem te adhuc esse, qui prius fueras, eadem te de nobis credere, & in eo quod credideris perseverare; & ne forte claritatis & martyrij tui dignitas, nostra communicatione maculetur, in mores nostros diligenter inquirere, & post Deum iudicem qui sacerdotes facit, te velle, non dicam de me, (quantum enim ego sum?) sed de Dei & Christi iudicio iudicare. Hoc est in Deum non credere, hoc est, rebellem aduersus Christum & aduersus euangelium eius existere, ut cum ille dicat: Nonne duo passeres asse veniunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris voluntate? & prober maiestas eius & veritas sine conscientia & permisso Dei etiam minora non fieri, tu existimes sacerdotes Dei sine conscientia eius in Ecclesia ordinari? Nam credere quod indigni & incesti sint qui ordinantur; quid aliud est, quam credere quod non à Deo, nec per Deum sacerdotes eius in Ecclesia constituantur? An putas maius esse de me meum, quam Dei testimonium? cum Dominus ipse doceat & dicat testimonium non esse verum, si quis ipse de se testis existat, eo quod unusquisque utique sibi faueat, nec contra se aliquis infesta & aduersa depromat; fides vero sincera sit veritatis, si in prædicationibus nostris alius sit prædicator ac testis. Si testimonium, inquit, dixerò de me, testimonium meum non est verum: alius est enim qui testis est de me. Quod si ipse Dominus omnia postmodum iudicaturus noluit de testimonio suo sibi credi, sed maluit de iudicio ac testimonio Dei patris probari: quanto magis hoc seruos eius obseruare oportet, qui iudicio ac testimonio Dei non probantur tantum, sed etiam gloriantur? Præualuit autem apud te contra diuinam sententiam, & contra conscientiam nostram, fidei suæ viribus nixam, inimicorum & malignorum commentum; quasi apud lapsos & profanos, & extra Ecclesiam positos, de quorum pectoribus excesserit Spiritus sanctus, esse aliud possit nisi mens praua, & fallax lingua, & odia venenata, & sacrilega mendacia, quibus qui credit, cum illis necesse est inueniatur, cum iudicij dies venerit. Quod vero dixisti sacerdotes humiles esse debere, quia & Dominus & Apostoli eius humiles fuerunt; humilitatem meam & fratres omnes, & gentiles quoque optime norunt & diligunt; & tu quoque noueras & diligebas, cum adhuc in Ecclesia esses, & mecum communicares. Quis autem nostrum longe est ab humilitate, vtrumne ego qui quotidie fratribus seruiò, & venientes ad Ecclesiam singulos benigne & cum voto & gaudio suscipio: an tu qui te episcopum Episcopi, & iudicem iudicis ad tempus à Deo dari constituis? cum Dominus Deus in Deuteronomio dicat: Et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, motietur homo ille, & omnis populus cum audierit timebit, & non agent impie etiam nunc. Et iterum ad Samuelem loquitur & dicit: Non spreuerunt, sed mespreuerunt. Et adhuc Dominus in Euangelio, cum ei dictum esset: Sic respondes pontifici? custodiens & docens sacerdotalem honorem seruari oportere, contra pontificem nihil dixit, sed innocentiam suam tantummodo purgans responderit dicens: Si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis? Item beatus Apostolus, cum ei dictum esset: Sic in filis in sacerdotem Dei maledicendo? nihil contumeliosè locutus sit aduersus sacerdotem: quando & potuerit se constanter exererè aduersus eos qui Dominum crucifixissent, & qui iam Deum & Christum, & templum, & sacerdotium perdidissent. Sed quamuis in falsis & spoliatis sacerdotibus umbram tamen ipsam inanem sacerdotalis nominis cogitans dixerit. Nesciebam fratres quia pontifex est: scriptum est enim: Principem populi tui non maledices. Nisi si sacerdos tibi fui ante persecutionem, quando mecum communicabas; post persecutionem sacerdos esse desui. Persecutio enim veniens te ad summam martyrij sublimitatem proiecit: me autem proscriptionis onere depreffit, cum publice legeretur: Si quis tenet vel possidet de bonis Cæcilij Cypriani episcopi Christianorum; ut etiam qui non crede-

bant Deo episcopum constituenti, vel diabolo crederent episcopum proscribenti. Nec hæc iacto, sed dolens profero, cum te iudicem Dei constituas & Christi, qui dicit ad Apostolos, ac per hoc ad omnes præpositos, qui Apostolis vicaria ordinatione succedunt: Qui audit vos, me audit, & qui me audit, audit eum qui me misit. Et qui reicit vos, me reicit, & eum qui me misit: Inde enim chismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, dum episcopus qui vnus est, & Ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus indignus hominibus iudicatur. Quis enim hic est superbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio, ad cognitionem suam præpositos & sacerdotes vocare; ac nisi apud te purgati fuerimus, & sententia tua absoluiti, ecce iam sex annis nec fraternitas habuerit episcopum, nec plebs præpositum, nec grex pastorem, nec Ecclesia gubernatorem, nec Christus antistitem, nec Deus sacerdotem? Subueniat Pupianus & sententiam dicat: & iudicium Dei & Christi in acceptum referat; ne tantus fidelium numerus, qui sub nobis accersitus est, sine spe salutis & pacis exisse videatur; ne nouus credentium populus nullam per nos consecutus esse baptismi & Spiritus sancti gratiam iudicetur; ne tot lapsis & poenitentibus, pax data, & communicatio nostra examinatione concessa, iudicij tui auctoritate soluatur. Annue aliquando & dignare pronunciare de nobis, & episcopatum nostrum cognitionis tuæ auctoritate firmare, ut Deus & Christus eius agere tibi gratias possint, quod per te fit antistes & rector altari eorum pariter & plebi constitutus. Apes habent regem, & ducem pecudes, & fidem seruant. Latrones, mancipi, obsequio pleno humilitatis obtemperant. Quanto simpliciores & meliores vobis sunt brutæ pecudes, & muta animalia, & cruenti licet ac furentes inter gladios atque inter arma prædones? Præpositus illic agnoscitur & timetur, quem non sententia diuina constituit, sed in quem factio perdita & nocens caterua confert. Dixisti sane scrupulum tibi esse tollendum de animo, in quem incidisti. Incidisti, sed tua credulitate inreligiosa. Incidisti sed tua mente, & voluntate sacrilega, dum incesta, dum impia, dum nefanda



Ecl. 18.  
Prov. 17.

contra fratrem, contra sacerdotem facile audis, libenter credis; aliena mēdacia quasi propria & priuata defendis; nec recordaris scriptum esse: Sæpi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam; & iterum: Malus obaudit linguæ iniquorum, iustus autem non intendit labiis mendacibus. Quare in hunc scrupulum non inciderunt martyres Sancto spiritu pleni, & ad conspectum Dei & Christi eius, passione iam proximi: 23 qui ad Cyprianum episcopum litteras de carcere direxerunt, sacerdotem Dei agnoscentes & contestantes ei. Quare in hunc scrupulum non inciderunt tot coepiscopi collegæ mei, qui vel 24 cum de medio recederent, proscripti sunt, vel apprehensi in carcere & in catenis fuerunt, aut qui in exilium relegati, illustri itinere ad Dominum profecti sunt, aut qui quibusdam locis 25 animaduersi cœlestes coronas de Domini clarificatione sumpserunt? Quare in hunc scrupulum non inciderunt de plebe ista nostra quæ apud nos est, & nobis de Dei dignatione commissa est, tot confessores 26 quætionati & torti & insignium vulnerum & cicatricum memoria gloriosi: tot virgines integræ: tot laudabiles viduæ? Ecclesiæ denique vniuersæ per totum mundum nobiscum vnitatis vinculo copulata? Nisi si omnes isti communicantes mecum, secundum quod scripsisti, polluto nostro ore polluti sunt, 27 & spem vitæ æternæ, communicationis nostræ contagione perdidicerunt; Pupianus solus integer, inuolatus, sanctus, pudicus, qui nobis miscere se noluic, in paradiso atque in regno cœlorum solus habitabit. 28 Scripsisti quoque quod Ecclesia nunc propter me portionem sui in disperso habeat quando omnis Ecclesiæ populus & collectus sit & adunatus & indiuidua concordia sibi iunctus; soli illi fortis remanserint, qui & si intus essent, eiciendi fuerant: nec patiatut Dominus populi sui protector & tutor triticum de area sua diripi, sed solæ possint paleæ de Ecclesia separari, quando & Apostolus dicat: Quid enim si exciderunt à fide quidam illorum? Nunquid infidelitas illorum fidem Dei euacuauit? absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Et Dominus quoque in Euangelio, cum eum loquentem discipuli dereliquerent, conuersus ad duodecim dixerit: Nunquid & vos vultis ire? Respondet ei Petrus dicens:

Rom. 3.

Ioh. 6.

Domine ad quem imus: verba vitæ æternæ habes, 29 & nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui. Loquitur illic 30 Petrus, super quem edificata fuerat ecclesia; 31 Ecclesiæ nomine docens & ostendens, quia etfi contumax ac superba obaudire uolentium multitudo discedat, Ecclesia tamē à Christo non recedit; & illi sunt Ecclesia plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adherens. Vnde scire debes Episcopum in ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo; & si qui cū episcopo non sit, in ecclesia non esse; & frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt; quando ecclesia quæ catholica vna est, scissa non sit, neque diuisa, sed sit utique connexa, & cohærentium sibi inuicem sacerdotū glutino copulata. 32 Quamobrē frater si maiestare Dei, qui sacerdotes ordinar, cogitaueris: si Christum, qui arbitrio, & nutu, ac presentia sua & prepositos ipsos, & ecclesiam cum prepositis gubernat, aliquando respexeris; si de innocentia sacerdotum non humano odio, sed diuino iudicio credideris si temeritatis & superbiæ atque insolentiæ tuæ agere vel fero pœnitentiam ceperis; si Deo & Christo eius, quibus seruius, & quibus puero atque immaculato ore 33 sacrificia & in persecutione pariter & in pace indefinenter offero, plenissime satisfeceris, communicationis tuæ poterimus habere rationem, manente tamen apud nos diuinæ celsitū respectu, & metu; vt prius Dominū meum consulam an tibi pacem dari, & te ad communicationem Ecclesiæ suæ admitti sua ostensione & admonitione permittat. Memini enim quid iam mihi sit ostensum, immo quid seruo obsequenti, & timenti de dominica & diuina auctoritate præceptum; qui inter cetera quæ ostendere & reuelare dignatus est, & hoc addidit: Itaque qui Christo non credit sacerdotem facienti, postea credere incipit sacerdotem vindicanti. 34 Quamquam sciam somnia ridicula & visiones ineptas quibusdam videri, sed utique illis qui malunt contra sacerdotes credere, quam sacerdoti. Sed nihil mirum, quando de Ioseph fratres sui dixerunt: Ecce somniator ille uenit; Nunc ergo venite, occidamus illum, & somniator postea quod somniauerat, cōsecutus sit; & occifores ac venditores confusi sint: vt qui verbis prius non credidissent, factis postmodum crederent. De iis autem

Gen. 37.

tcm

tem quæ tu egisti vel in persecutione, vel in pace, stultū est, vt velim te iudicare, quādo tu magis iudicem te nostri constitueris. Hæc pro animi mei pura conscientia, & domini & Dei mei fiducia rescripti. Habes tu litteras meas, & ego tuas: 35 in die iudicij ante tribunal Christi vtrique recitabuntur.

ADNOTATIONES  
in Epistolam. LIX.

1. CYPRIANVS QVI ET THASCIVS] Videtur mihi cum Cretensi voluisse Cretisare Cyprianus; & quum Florentius nomen suum cum prenomine præfixisset, id ipsum fecisse. Prenomē autem istud ipsum reperire est in Actu Passionis eius, & apud Paulum Diacōnum supra in Prolegomenis. Quod an sit Tatiū (vti quidam legunt) an vero: Thascius, quod mihi magis placet; latius in vita auctoris.
2. FLORENTIO CVI ET VPRIANO] Eclipsis est vt subintelligatur: cognomen aut prenomē est. Legunt vero Manut. & Morel. VPRIANO; sed placet magis vulgata illa lectio, tum quod eam habeat cod. Angl. in quod magis ad eam accedat Gratianus 7. qu. 1. c. 3. Scire, vbi legit: Papiano, seu: Papiiano; fuisse autem confessorē ex sequi patet, sed an Episcopus fuerit, incertum, præterquam quod nomen fratris præfixum, id indicare videatur. No- uatianis etiam se iunxisse videtur, vt pate qui cum Cypriano non communicaret.
3. Ego te frater credideram &c.] Patet hinc iam olim ab illo obiecta fuisse crimina grauius Cypriano, etiam gentilibus (vt Manut. & Morelius) seu gentibus (quo modo reliqui omnes) execrandā: Illud autem: eundem, recte ab illis adiectum est: item, præpositio: in, ad illud: in motes nostros inquirere.
4. & in eo quod credideris] Hoc ex Angl. cod. pro eo quod alij: credideras.
5. sine conscientia & permissu Dei] Etiam hic & paulo post illorum magis placet lectio, quam vulgata: sine consensu, eo quod phrasin Cypriani magis redeat.
6. & incesti sint] Sic illi cum Angl. cod. ceteri: incerti, minus recte.
7. quam credere] Angl. cod. contendere.
8. contra conscientia nostram, fidei viribus nixam] Hanc veram esse lectionem existimo, quam habet Morelius, Manut. quoque, præterquam quod legit: scientiam, ceteri: Dei iuribus nixam.
9. Episcopum Episcopi & iudicem iudicis] Alludit ad significationem vocis; ἐπίσκοπος, enim inspectorem significat. est autem similis hic locus cum epistolis supra lv. & lxxv.
10. Principem populi tui] Sic legendum, supra satis docuimus epistolis iam dictis.
11. sacerdos esse desinui] Genuinam hanc esse lectionem, colligere est ex vet. exc. & Rembold. pro qua Erasmus desij, tanquam elegantius.
12. Si quis possidet de bonis Cæcilij Cypriani] Hic alterius pronomini meminit, quod in baptismo ipsi inditum fuit à Cæcilio presbytero. Est autem hæc ipsa

- proscriptio eius sententiā, de qua dicta epistola lv. dixit, se proscriptum applicio episcopatus nomine.
13. qui Apostolis vicaria ordinatione succedunt] Itam tertio hoc habes in Cypriano.
14. Inde enim hæretes] Aut hoc modo legendum aut quomodo vulgari, vt supra dicta epist. vnde enim &c. nisi. Vide autem ibi huius loci tractationem.
15. ecce iam sex annis] Quum igitur hanc epistolam scripsit, sex annis Episcopus egerat, duobus itaque annis scripta est hæc post illam lv. quæ cum sub finem vitæ Cornelij scripta sit, & vno anno duntaxat Lucius, Romanum Pontificatum gesserit; certo colligitur, sub Stephano scriptam hanc epistolam.
16. in acceptum referat] Ita Manut. & Morelius, pro eo quod, ceteri: in apertum.
17. accessit est] Sine: accessit, legas quomodo alicubi supra, sine: accessit, sicut infra (ni fallor) de mortalitate, phrasin est Cypriani, pro defunctus est.
18. iudicij tui auctoritate] Antea erat: sui, corruptissime.
19. Antistes] Eadem voce pro presbitero ecclesiæ vititur Tertu. de fuga in persecutione. Sumpta est autem à sacris idolorum, quorum primarij, sacerdotes Antistes dicebantur, tum Lilius tum Cicero, ab Antisto voce veteri, pro Antesto.
20. Apes habent regem & ducem pecudes] Recte sic vterque, pro eo quod erat vitiose: apes habent regem & iudicem, De apum autem rege late tractat Virgil. 4. Georgic. & Columella de re rust.
21. Latrones mancipi obsequio pleno] Mancipis est (inquit Festus) quisquis à populo emit aliquid cōducit, quia manu sublata auctorem se emptorem esse significat, vt dicitur quasi maniceps. Ab hac generali significatione Metaphoricōs, peculiariter mancipem accipit Cyprianus, pro latronum conductore, quem D. Aug. lib. de ciuit. Dei. 4. c. 4. Principem latronum vocat, & ipse Cyprianus paulo post præpositum. Tertul. similiter dixit in Apologetico mancipem diuinitatis.
22. Incidisti, sed tua credulitate irreligiosa] Verba hæc antea desiderata recens adiecta sunt à Manutio et Morelio, vti non dubito ex Ms. cod. ego certe nullos nactus sum, præter fragmentum cod. Anglici.
23. qui ad Cyprianum Episcopum litteras de carcere] Memini earundem litterarum supra epistolis x. xi. & xij. sed non exstant.
24. cum de medio recederent] Sic recte illi, pro eo quod antea erat: recesserunt. Accipitur autem: de medio recedere, pro: recedere. Ab his etiā adiecta distinetiua: aut, sensum reddit clariorem. Quod autem dicit ad dominum illos profectos, confirmat toties repetitam catholicam sententiam, quod cælum statim sancti petant.
25. animaduersi] Vti alias sepe ita & hic voce Iureconsultus vstitata vititur, nam ita alicubi etiam loquitur Paulus Iureconsultus: animaduersorum, id est, morte punitorum corpora sepultura danda. Africanis proconsulibus eandē in vsu fuisse, patet ex sententia lata in Cyprianum hac nēpe: Thascium Cyprianum gladio animaduerti placet, quam habes tum in actu passionis eius, tum in ser. D. Aug. de D. Cypri.
26. quætionati & torti] Posterior priorem vocem explicat, quam noue deriuauit a quætionē, nam facti (inquit eleganter Cicero pro Mil.) in aculeo quæstio est,



Iuris in iudicio. Confessores autem questionati; sunt illi quos alibi martyres nuncupat.

27. & spem vitæ æternæ] Recte ab illis omiſſa est particula: si, interiecta, quæ sensum obscurabat.

28. Scripsisti quoque] Vel hinc patet, Nouatianum quoque factionis fuisse Pupianum.

29. & nos credimus] supra epistola lv. probauimus, ita potius legendum, quam uti Erasmus ex Græcis hodiernis exemplaribus: credidimus, certe vetus excusus & Remboldus hic quoque prius illud legunt.

30. Petrus super quem ædificata fuerat Ecclesia] Prius legebatur etiam à veteri excuso: ædificanda, non male, hoc autem sumpsisse videntur ex epistola iam dicta Manut. & Morelius: ubi latius hac de re.

31. ecclesia nomine docens & ostendens] Etiam hæc verba inde sumpsisse videntur, præterquam quod pro: nomine, ibi legitur: voce, ceteri excusi non aliud habent quam: docens. Est autem elegans locus pro unitate ecclesie catholice.

32. Quamobrem frater &c.] Epilogus est epistola. Miserrunt illi hoc loco verba illa: & Christi, eo quod immediate subsequitur: si Christum. Alludit autem dum de presentia Christi loquitur ecclesiam gubernantis, ad verba illa Matr. 28. Ecce ego vobiscum sum usque ad summationem seculi.

33. sacrificia, &c. indefinenter offero] De hoc more quotiæ sacrificium offerendi siue communicandi latius Tom. 2. de Orat. dominica: similem locum habuimus etiam supra epistola xxxvij.

34. Quamquam sciam somnia ridicula] Ita recte primus olim Costerius, nunc quoque Manut. & Morel. pro eo quod erat: omnia. Locus est autem insignis contra eos qui omnes visiones pro ridiculis habent.

35. in die iudicij ante tribunal Christi vtreque recitabuntur] sic quoque rectius Manut. & Morel. quæ ceteri: vtrumque recitabitur. Terrorem autem Pupiano incutit futuri iudicij, ut vel sic tandem ad mentem redeat. Neque vero mirum est, quod dicit, vtrasque ipsorum litteras ibi recitandas, quum etiam cogitationes ipsæ nostræ ibi omnibus manifestanda veniant.

### AD IANVARIVM ET CÆTEROS EPISCOPOS NUMIDAS DE BAPTIZANDIS HÆRETICIS.

#### EPISTOLA LXX.

ARG. Huius & sequentiæ epistolæ habes tertia post hanc epistola ad Stephanum in hæc verba: baptismum non esse quo hæretici vtruntur, nec quemquam apud eos qui Christo aduersantur per gratiam Christi posse proficere, diligenter nuper expressum est, in epistola quæ ad Quintum collegam nostrum in Mauritania constitutum super ea re scripta est: item in litteris quas collegæ nostri ad Episcopos in Numidia præsidetes ante fecerunt, cuius vtriusque epistolæ exempla subdidi. Vtriusque etiã sit mentio epistola ad Iubaianum, & huius epistolæ sequenti. Porro de hoc errore Cypriani & Coepiscoporum, latius Deo fauente To. 2. in præfaciun-

cula ad Concil. Carthagi. & in vita Auctoris; suis tamen locis adiecturi, locos quibus ad singula eius argumenta respondet D. Aug. totis lib. 7. contra Donat. de baptismo. Exstat autem hæc epist. Græce quoque apud Gallos in bibliotheca Regia in Nomocanone Photij Patriarchæ Constantinopolitani, cum breui adnotatiuncula Theodori Balsamonis, quare epistolam cum Scholio Græce quoque adpressissemus, si nancissi licuisset: Ex latina vero illius translatione per Gentianum Herueti, quadam sumus dicturi.

CYPRIANVS, LIBERALIS, CALDONIVS, IVNIVS, &c. <sup>2</sup> IANVARIO, <sup>3</sup> SATVRNINO, MAXIMO, VICTORI, ALTERI VICTORI, CASSIO, PROCVLO, MODIANO, CITTINO, <sup>4</sup> GARGILIO, EVTICIANO, ALTERI GARGILIO, ALTERI SATVRNINO, <sup>5</sup> NEMESIANO, NAMVLO, ANTONIANO, ROGATIANO, HONORATO, FRATRIBVS SALVTEM.

**C**VM simul in cõcilio essemus fratres charissimi, legimus litteras vestras, quas ad nos fecistis, de iis qui apud hæreticos & schismaticos baptizari videntur, an ad ecclesiam catholicam, quæ vna est, venientes baptizari debeant. De qua re quamquam & ipsi illic veritatē & firmitatē catholicæ regulæ teneatis; tamē quoniã consulendos nos pro cõmuni dilectione existimatis, sententiam nostram non nouã proximis, sed <sup>8</sup> iam pridem ab antecessoribus nostris statutam, & à nobis obseruatam, vobiscum <sup>9</sup> pari consensione coniungimus: consententes scilicet & pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra ecclesiam posse, cum sit baptismum vnum in sancta ecclesia constitutum, & scriptum sit Domino dicente: <sup>10</sup> Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & effuderunt sibi lacus detritos qui non possunt aquam portare. Et iterum diuina scriptura moneat & dicat: <sup>11</sup> Ab aqua aliena abstinete, & à fonte aquæ alienæ ne biberis. <sup>12</sup> Oportet ergo mundari & sanctificari aquam prius à sacerdote, vt possit baptismum suo peccata hominis qui baptizatur, ablueri; quia per Ezechielem prophetam dominus dicit: Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inmunditiis vestris, <sup>13</sup> & ab omnibus simulacris vestris, emundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in vobis. Quo modo autem mundare & sanctificare aquam potest, qui ipse immundus est, & apud

Num. 19.

& apud quem Spiritus sanctus nõ est: cum dominus dicat in Numeris: Et omnia quæcunque tetigerit immundus, immunda erunt. <sup>14</sup> Aut quo modo baptizans dare alteri remissionem peccatorum potest, qui ipse sua peccata deponere extra Ecclesiam non potest? Sed & ipsa interrogatio quæ fit in baptismo testis est veritatis. Nam cum dicimus: Credis in vitam æternam, & remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam? intelligimus remissionem peccatorum non nisi in Ecclesia dari; apud hæreticos autem, vbi Ecclesia non sit, non posse peccata dimitti. itaque qui hæreticos asserunt, aut interrogationem mutant, aut vindicent veritatem, nisi si eis & Ecclesiam tribuunt, quos baptismum habere contendunt. <sup>16</sup> Vngi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit, <sup>17</sup> vt accepto chrismate, id est, vnctione, esse vnctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit. <sup>18</sup> Porro autem Eucharistia, & vnde baptizati vnguntur oleum in altari sanctificatur. Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec Ecclesiam. Vnde nec vnctio spiritalis apud hæreticos potest esse, quando constet oleum sanctificari, & Eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Scire autem, & meminisse debemus, scriptum esse: <sup>19</sup> Oleum peccatoris non vngat caput meum, quod autem in psalmis præmonuit Spiritus sanctus, ne quis exorbitans, & à via veritatis exerrans, apud hæreticos & Christi aduersarios vngeretur. <sup>20</sup> Sed & baptizato quam precem facere potest sacerdos: sacrilegus & peccator: cum scriptum sit: <sup>21</sup> Deus peccatorem non audit: sed qui eum coluerit, & voluntatem eius fecerit, illum audit. Quis autem potest dare quod ipse non habeat? aut quo modo potest spiritalia agere, qui ipse amiserit Spiritum sanctum? Et iccirco baptizandus est & innouandus qui ad Ecclesiam rudis venit; <sup>22</sup> vt intus per sanctos sanctificetur, quia scriptum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum, dicit Dominus: vt qui in errorem seductus est, & foris tinctus, in baptismo vero & Ecclesiastico etiam hoc ipsum deponat, quod homo ad deum veniens, dum sacerdotem querit in sacrilegum fraude erroris incurrit. Ceterum probare est hæreticorum & schismaticorum baptismum, consentire in id, quod illi baptizauerunt. Neque enim potest pars illic inanis esse, & pars præualere. Si baptizare potuit, potuit & Spiritum

Psal. 140.

Ioan. 9.

Enit. 19. & 20.

sanctum dare, si autem Spiritum sanctum dare non potest, quia foris constitutus cum sancto Spiritu non est; nec baptizare venientem potest; quando & baptismum vnum sit, & Spiritus sanctus vnus, & vna Ecclesia à Christo Domino <sup>23</sup> super Petrum origine vnitate et ratione fundata. Ita fit, vt cum omnia apud illos inania & falsa sint, nihil eorum, quod illi gefferint, probari à nobis debeat. <sup>24</sup> quid enim potest ratum, & firmum esse apud Deum quod illi faciunt, quos dominus hostes, & aduersarios suos dicit, in Euangelio suo ponens: Qui non est mecum aduersum me est: <sup>25</sup> & qui non mecum colligit, spargit? Et beatus quoque Apostolus Ioannes madata domini & præcepta custodiens in epistola sua posuerit: Audistis quia antichristus venit, <sup>1. Ioan. 2.</sup> nunc autem antichristi multi facti sunt, vnde cognoscimus quia nouissima hora est. Ex nobis exierunt sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, <sup>26</sup> mansissent vti que nobiscum. Vnde nos quoque colligere & considerare debemus, an qui aduersarij sunt Domini, & appellati sunt antichristi, possint dare gratiam Christi. Quare qui cum Domino sumus, & vnitatem Domini tenemus & secundum eius dignationem sacerdotium eius in Ecclesia administramus, quæcunque aduersarij eius, & antichristi faciunt, repudiare & reiicere, <sup>27</sup> & pro profanis habere debemus, & eis qui de errore & prauitate venientes agnoscunt vnus Ecclesie veram fidem, dare illis per omnia diuina gratiæ sacramenta vnitate, & fidei veritatem. <sup>28</sup> Optamus vos fratres charissimi semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam LXX.

1. MARCVS] iste cognominatur in Synodo à Macfaris. de ceteris autem omnibus Episcopis qui huic Synodo interfuerunt, supra diximus Epistolis liij. & lxvij.

2. IANVARIO] &c. Ad hunc cum collegis est etiam supra epistola lx. vnde conijcere est fuisse hunc Ianuarium Primate Numidia. De ceteris autem aliquot ibi diximus, præterquam de quibus paulo post.

3. SATVRNINO, ALTERI VICTORI, CASSIO, CITTINO] Saturninorum plurium fit mentio in Synodo, vti & Victorum. Cassius appellatur à Macomadibus, de Cittino nulla ibi mentio; quo pacto tamen legunt Ms. pro eo quod primus substituit Remboldus Citino, culpa operarum mutato i. in r. vet. enim excusus legit: Citino.

GAR-



4. GARGILIO EUTYCIANO, ALTERI GARGILIO] Gargilij nulla alibi mentio, neque Euticiani siue Euticiani. uti solus legit Marchinensis, codex.

5. NEMESIANO] Recte sic Ms. cod. Manut. & Morel. pro quo antea erat: Vmcliano, corruptissime. nam Nemesiano scribitur etiam epistola supra lx.

6. Cum simul in concilio essemus] Primum ex tribus fuit hoc concilium de baptizandis hereticis; Episcoporum Africae dumtaxat, quod quo tempore contigerit, latius in vita auctoris.

7. baptizari debeant] Recte baptizari dixit, non baptizari, nam supra epistola ad Caelium ipse faretur baptismum iterari non posse, atqui in hoc tota versabatur questio, an verus esset hereticorum baptismus.

8. iam pridem ab antecessoribus nostris] Agrippinum & collegas intelligere ipsum, patet ex epistolis ad Quintum & Iubaianum.

9. pari confessione] Ita Ms. Afflig. Dum. March. Blandin. & Cauchy; Erasmus quoque ad marginem, quare male Mor. confessione, neque etiam placet vulgata lectio: confessione.

10. Me dereliquerunt fontem aquae viuae] Interferunt Ms. & excusos omnes: gratis, quod tamen omisum est à Manut. & Morelio, neque enim reperitur aut in Graece edita hac epistola in Nomocanone Phorij, aut in editione Hiero. vel lxx. neque etiam id legit D. Ambros. c. 1. lib. de Isaac & anima, cum locum citans, neque Opt. li. 4. contra Parm.

11. Ab aqua aliena abstine te] Dicitur Nomocanon & Costerius legunt: Abstincte & bibatis, tamen nobiscum legunt Ms. & excusos omnes: Neque vero quo loco scriptura haec reperitur scire potuimus, citatur tamen etiam alibi infra à Cypriano. Fortassis alludit ad illud Proue. 5. bibe aquam de cisterna tua &c. Eadem haec habet verba, de Cypriani hoc errore loquens D. Hiero. contra Luciferianos.

12. Oportet ergo] Sic nos primi ex Ms. cod. pro eo quod erat: vero.

13. & ab omnibus simulactis vestris emundabo vos] Etiam hoc ex illis, correspondet autem et Biblia. Antea erat: & mundabo, quomodo etiam Photius loco citato.

14. Aut quomodo baptizans &c.] Hunc huius epistolae locum tractat & soluit D. Aug. li. 5. contra Donatist. ca. 22.

15. Sed & ipsa interrogatio quae est in baptismo] Similia habes infra epistola ad Magnum. Nec simile est illud D. Hiero. contra Lucifer. Cum solenne sit in lauacro post trinitatis confessionem interrogare. Credis in sanctam ecclesiam, credis remissionem peccatorum? In quam ecclesiam credidisse eum dicitur Ariano? sed non habet. Eiusdem interrogationis meminit D. Am. de ijs qui initiatur c. 1. 2. & 5. li. 2. de sacra c. ult. Tert. li. de coro. milit. Dion. quoque Areop. eccles. hier. 3. et postremo cap. et Clemens Rom. Apost. constit. li. 7. c. 41. porro ad argumentum hoc Cypriani, Aug. eodem li. c. 20. respondet.

16. Vngi quoque necesse est eum qui baptizatus fuerit] Huius quoque ritus meminere D. August. li. 15. de trin. c. 26. & li. 2. de Symbolo. Ambros. de ijs qui myst. initiatur c. 6. li. 2. de sacra. ca. vult. & 3. c. 1. Hieron. li. 6. in Amos prophetam, epistola ad Rust. & contra Luciferianos. Cyrillus Catech. 3. Mistag. Orig. Hom.

7. in Ezechielem, Tertullianus locis citatis, & lib. de Resurrect. carn. & lib. 1. contra Martionem; Dion. Areopagit. loco citato, & Clemens Rom. dict. lib. 7. cap. 42. Necesse autem, sicut Cyprianus, vngat etiam Concil. Atras. can. 1. atque adeo magis placet illorum sententia, qui locum hunc non tam de ritu illo baptismi, quam de sacramento Chrismatis siue Confirmationis seu manusimpositionis (uti vocat ipse Cyprianus infra epistola ad Stephanum) intelligunt, verum, de hoc alibi latius.

17. vt accepto Chrismate] Quod hic Chrisma, paulopost oleum in altari sanctificatum dicit, de eodem existat infra sermo in reger Tom. 3. in opere de Cardinalibus Christi operibus. Eiusdem disertis verbis fit mentio apud August. lib. contra Petil. 2. cap. 104. & in psalm. 132. Hierony. loco allegato Opt. Mileuit. contra Parm. libr. 2. ubi miraculum adfert de ampulla Chrismatis; Geminianum alicubi, Orig. quoque Homi. 9. in Leuit. De eodem loquuntur Basilus contra Eunom. Tertull. locis citatis, & Dion. Areopag. c. 3. eccles. hierar. dum de sacro unctionis oleo loquitur. Porro sanctificationis olei seu Chrismatis ritum reperire est apud Dion. Areop. et Clementis locis iam dictis. Ad Apostolos eundem refert Basilus li. de spiritu sancto, & ad Christum ipsum Fabianus papa & martyr epistola ad Orient. Episcopos, qui id in nouissima caena Apostolos docuerit, ad quod alludit etiam Auctor. lib. de unctione Chrismatis, dum diuinam Institutionem vocat.

18. Porro Eucharistia & vnde baptizati vnguntur oleum in altari sanctificatur] Recte mea quidem sententia sic Erasmus: Nam quod habent Ms. & Manut. cum Morelio, vetus quoque excusis & Remboldus: Porro Eucharistia est vnde bap. vng. oleum in alt. sanctificatum. non placet, eo quod paulopost, distinet loquatur de eucharistia & oleo sanctificato, cum dicit oleum sanctificari & Eucharistiam fieri; & D. Aug. dicto cap. hoc arg. soluens etiam utriusque meminerit. Apud Balsamonem peritodus haec desideratur.

19. Oleum peccatoris non vngat caput meum] Scripturam hanc toto libr. 4. contra Parm. tractat Opta. Mileuitan. qui legendum putat: vngat, non: vngat: D. tamen Aug. sepius hanc scripturam citans, modo legit vngat, modo: impinguet, modo: impinguabit; & rectius quam ille ad hunc scripturae locum respondet, contra lit. Petil. li. 3. c. 29. & contra Chrese. grammat. li. 2. c. 24. non de baptismo illum intelligi, sed de adulatione peccatoris. Photius quoque legit interpretare Herueto: impinguet.

20. Sed & baptizato quam precem facere] Ita Ms. & excusos omnes excepto Manut. qui interposuit: pro sed non est necesse. Latine enim dicitur: baptizato precem facere, pro eo quod diceretur, in fauore baptizati.

21. Deus peccatorem non audit] frequenter allegata huic scriptura à Cypriano, respondet Aug. li. contra epistolam Parm. 2. c. 8. non à Christo ea verba prolata, sed à caco nato, & e contrario à Christo laudatum publicanum peccatorem praeparato.

22. vt intus per sanctos sanctificetur] Ad hunc locum in finem epistola vsque, respondet late Aug. lib. 5. de bap. contra Donat. c. 21.

23. super Petrum] Ita Ms. nostri & Cauchy. quare recte etiam sic Manut. nam esse frequentissimam hanc loquendi

loquendi formulam Cypriano, supra adnotauimus epistola lv. antea erat: petram: Nobiscum etiam consentit Photius.

24. quid enim potest ratum & firmum esse] Suspicor operarum incuria irrepsisse apud Manut. firmatum, pro eo quod habent ceteri omnes & ipse quoque D. August. firmum.

25. mansisset utique nobiscum] Et si hic vulgati excusis aut Ms. non legant: utique, eam particulam tamen legit loco dicto D. Aug. & supra epistola lv. Ms. & excusis. Apud Photium desideratur haec clausula.

26. & pro profanis habere] Magis placet haec vulgata & Ms. lectio, quam Manu. & profana habere.

27. Optamus vos fratres] Sic Costerius Manut. & Morelius, pro eo quod alij excusis: Opto, in Ms. autem veteri excusis, & apud Remboldum desiderabatur haec verba.

## AD QUINTVM DE HÆRETICIS BAPTIZANDIS.

### EPISTOLA LXXI.

Argumentum huius epistolae vide supra epistolam praecedenti.

## CYPRIANVS QUINTO fratri salutem.

**R**ET VLTID me, frater charissime, Lucianus cōpresbyter noster, te desiderasse, vt significarem tibi, quid sentiamus de his qui apud haereticos, & schismaticos baptizati videntur. De qua re quid nuper in concilio plurimi coepiscopi cum cōpresbyteris qui aderant censuerimus, vt scires; eiusdem epistolae exemplum tibi misi. Nescio etenim quae praesumptione putentur quidam de collegis nostris, vt putent eos qui apud haereticos tincti sunt, quando ad nos venerint, baptizari non oportere; eo quod dicant vnum baptismum esse, quod vnum scilicet in Ecclesia Catholica est. Quae Ecclesia si vna est, esse baptismum extra Ecclesiam non potest. Nam cum duo baptismata esse non possint si haeretici vere baptizant, ipsi habent baptismum. Et qui hoc illis patrocinium de auctoritate sua praestaret, cedit illis & consentit; vt hostes & aduersarij Christi habere videantur abluendi, & purificandi, & sanctificandi hominis potestatem. Nos autem dicimus eos qui inde veniunt, non re-baptizari apud nos, sed baptizari. Neque enim accipiunt illic aliquid, vbi nihil est; sed veniunt ad nos, vt hic accipiant, vbi

& gratia & veritas omnis est; quia & gratia & veritas vna est. Porro autem quidam de collegis nostris malunt haereticis honorem dare, quam nobis consentire: & dum vnius baptismi asseueratione baptizare venientes nolunt, sic aut duo baptismata ipsi faciunt, dum & apud haereticos baptismum esse dicunt; aut certe quod est grauius, haereticorum sordidam & profanam tinctionem, vero, & vnico, & legitimo Ecclesiae catholicae baptismum praepone-re & praeferre contendunt: non considerantes scriptum esse: <sup>Eccl. 34.</sup> Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lauatio eius? Manifestum est autem eos qui non sunt in Ecclesia Christi, inter mortuos computari; nec posse ab eo viuificari alterum, qui ipse non viuat; quando vna sit Ecclesia, quae vitae aeternae gratiam consecuta & viuunt in aeternum, & viuificat Dei populum. Et dicunt se in hoc veterem consuetudinem sequi; quādo apud veteres, haereseos, & schismaticum prima adhuc fuerint initia, vt huic essent, qui de Ecclesia recedebant, & hic baptizati prius fuerant: quos tunc tamen ad Ecclesiam reuertentes, & poenitentiam agentes necesse non erat baptizare. Quod nos quoque hodie obseruamus, vt quos confiter hic baptizatos esse, & à nobis ad haereticos transisse, si postmodum peccato suo cognito, & errore digesto, ad veritatem & matricem redeant, satis sit in poenitentiam manum imponere; vt quia ouis iam fuerat, hanc ouem ab alienatam & errabundam in ouile suum pastor recipiat. Si autem qui ab haereticis venit, baptizatus in Ecclesia prius non fuit sed alienus in totum & profanus venit, baptizandus est, vt ouis fiat; quia vna est aqua in Ecclesia sancta quae oues faciat, Et iccirco quia nihil potest esse commune mendacio & veritati, tenebris & luci, <sup>Galat. 2.</sup> morti & immortalitati, antichristo & Christo; per omnia debemus Ecclesiae Catholicae vnitatem tenere, nec in aliquo fidei & veritatis hostibus cedere. Non est autem de consuetudine praescribendum, sed ratione vincendum. Nam nec Petrus quem primum Dominus elegit, & super quem aedificauit Ecclesiam suam, cum secum Paulus de circū-



fibi potius oportere. Nec desepit Paulum quod ecclesie prius persecutor fuisset, <sup>20</sup> sed consilium veritatis admisit, & rationi legitime quam Paulus vindicabat, facile confensit; documentum scilicet nobis & concordie & patientie tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed que aliquando a fratribus & collegis nostris vtiliter & salubriter suggeruntur, si sint vera & legitima, <sup>21</sup> ipsa potius nostra ducamus. Cui rei Paulus quoque prospiciens, & concordie & paci fideliter consulens, in epistola sua posuit, dicens: <sup>22</sup> Prophetæ autem duo, aut tres loquantur, & cæteri examinent. Si autem alij reuelatum fuerit sedenti, ille prior taceat. <sup>23</sup> Quia in parte docuit & ostendit, multa singulis in melius reuelari; & debere vnumquemque, non pro eo quod semel imbiberat & tenebat, pertinaciter congrederi, sed si quid melius & vtilius exstiterit, libenter amplecti. Non enim vincimur quando offeruntur nobis meliora, sed instruimur; maxime in his, quæ ad Ecclesie unitatem pertinent & spei & fidei nostre veritatem: ut nos sacerdotes Dei, & Ecclesie eius de ipsius dignatione præpositi, sciamus <sup>24</sup> remissam peccatorum non nisi in Ecclesia dari posse, nec posse aduersarios Christi quicquam sibi circa eius gratiam vindicare. <sup>25</sup> Quod quidem & Agrippinus, bonæ memoriæ vir, cum cæteris coepiscopis suis, qui illo tempore in prouincia Africa & Numidia Ecclesiam Domini gubernabant, statuit, & librato consilij communis examine firmavit. Quorum sententiam & religiosam, & legitimam, & salutarem, fidei & Ecclesie Catholicæ congruentem, nos etiam secuti sumus. <sup>26</sup> Et quales super hac re litteras fecerimus ut scitis; exemplum earum, ad notitiam tam tuam, quam coepiscoporum nostrorum qui illic sunt, pro communi dilectione transmissimus. Opto te frater charissime semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam. LXXI.

1. QUINTO FRATRI] Ita legendum iam olim coniecerunt, ex epistola sequenti ad Stephanum, quod confirmatur, H. Grauius ex lib. 5. contra Donatist. iam citato, Manut. quoque & Morelius, & certe Quinti episcopi Africani supra quoque facta est mentio in inscriptione epistolam huius. & lxxvij. & Tom. 2. in Syn. Carthag. ubi cognominatur à suis. Male ergo hæc excusati ha-

bebant. Quirino. suspicor legisse cod. Gemblac. Quintino, ut habet Cambr. atque adeo illud nomen Erasmo magis placuisse, eo quod exstarent libri illi tres contra Iud. ad Quirinum; nam primus ipse hæc epistola edidit ex dicto Gemblac. codice, & epistolis quoque ad Iubaianum & Pompeium. Fuisse autem Quintum episcopum Mauritanie constat ex sequenti epistola.

2. Retulit ad me, frater charissime Lucianus compresbyter] Verisimile est hunc Lucianum compresbyterum, à Quinto quod Cyprianum missum.

3. ut significarem tibi quid sentiamus] Quum nusquam Cyprianus de se solo in plurali numero loqui soleat, hoc tamen pacto legant excusati omnes: Ms. cod. suspicor non à solo Cypriano scriptam hanc epistolam.

4. baptizati videntur] videntur, pro eo quod ceteri omnes habent: videntur, recte legit Camb. cod. nam sic etiam legitur epistola precedenti. Quum autem ille legat: baptizati, non male, vtramvis lectionem eligat lector.

5. quid nuper in concilio plurimi coepiscopi cum compresbyteris] Concilij primi de baptizandis hereticis epistolam precedentem intelligit.

6. Nescio etenim qua præsumptione] Ita Cam. cod. & excusati Erasmi; quare non placet quod habet Manut. nescio qua etenim, neque quod Morelius: nescio qua enim.

7. Quæ Ecclesia si vna est, esse] Etiam hæc lectio vulgata & Camb. cod. magis placet, quam illa Manutij & Morel. quia Ecclesia vna est, & c. Nam si hoc modo legatur, videntur esse verba Collegarum, qui non baptizabant hereticos. In priori, certe constat esse Cypriani verba, uti & sunt. Eodem pertinet, quod Manutius legit: præter, pro eo quod ceteri omnes: extra Ecclesiam, legunt. Ad hæc autem argumenta epistola quoque præcedentia; D. Aug. loca quibus respondet ibi adnotauimus.

8. non rebaptizari apud nos, sed baptizari] Recte sic Manu. & Morel. prior enim lectio contradictionem in se continebat. Accedit quam proxime Cambr. cod. qui legit: non rebaptizari. omitens cetera.

9. vbi & gratia, & veritas omnis est, quia & gratia] Etiam hic suppleuerunt locum huius. nam antea erat duntaxat: vbi & gratia & veritas vna est.

10. sic aut duo baptizati ipsi faciunt, dum & apud hereticos baptisma esse dicunt] Hunc quoque locum ipsi supplerunt, antea enim erat duntaxat: sic aut duo aut multa baptizata ipsi dicunt.

11. Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lauatio eius?] Cod. quidem Cambr. interserit hæc verba: & iterum tangit eum,] que hodie reperuntur in Bibliis Latinis: sed non legisse illa Cyprianum, verisimile sit ex D. Augustin. lib. 1. contra lit. Petil. cap. 9. & aliorum sequ. lib. 2. contra Cresc. Gram. c. 24. & sequen. ubi hanc scripturam sæpe citans, illa non legit; que si legisset, non tantopere laborandum illi fuisset in Responsione. Inter alias autem illa responsio maxime placet, quam habet dict. lib. contra Cresc. ca. 28. ad quem locum ne prolixiores simus lectorem remittimus. Certe in omnibus etiam excusati verba illa desiderantur.

12. non viuat, quando vna sit Ecclesia quæ vitæ æternæ gratiam consecuta est] Recte etiam illi hæc verba adiecere, nam antea desiderabantur. Sagaciter

citer quidem coniecit Costerius interponendam negandi particulam, sed destitutus hic Ms. cod. cetera supplere non potuit. Suffragatur autem satis huic restitutioni D. Augustin. hunc locum tractans lib. 5. de Baptis. c. 8.

13. quando apud veteres hæreticos & schismatum prima adhuc fuerint initia] Aut hoc modo legendum est cum Manut. aut cum Angli. codic. quando apud veteres hæreticos & schismata primum fuerint initiata, aut sicut D. Aug. dicti li. c. 29. ubi hunc locum soluit: quando apud veteres hæreticos & schismata prima, & c. Antea corruptissime ita legebatur: qui quando apud veteres hæreticos & schismaticos prima, & c. Quod restituere conatus Grauius, legit: quia, & postea: feruebant, pro eo quod erat: fuerant, sed non satisfaciit; multo etiam minus Morel. qui legit: hæreticos & schismaticum.

14. quos tunc tamen] Adicio: tamen, ex Anglico codice.

15. ad veritatem & matricem redeant, satis sit] Interposita particula: statum, sensum obscurabat, quare recte ab illis omisa est.

16. morti & immortalitati] Quum sic legant excusati ceteri & D. Augustin. etiam Ms. cap. citat hunc locum soluens, non placet quod habet Manut. & Angli. codex: immortalitati, præsertim quum morti opponatur potius immortalitas quam immortale.

17. Cum secum Paulus] Recte etiam adiecerunt illi particulam: secum, utpote quam habeat etiam D. August. hunc locum tractans lib. 2. de Baptis. c. 2. Recte etiam primus Grauius postposuit particulam: postmodum.

18. vindicauit sibi aliquid insolenter] Etiam hæc veram esse lectionem, ex eodem constat, pro eo quod prius erat: se vindicauit aut insolenter.

19. ut diceret se Primatum tenere] Locus hic, procul abest ut infirmet, quin potius confirmat Petri atque adeo Romanorum Pontificum Primatum. Quum enim in hac ipsa sententia dicat, Petrum primum electum à Domino, & repetat quod sæpe dixit, super illum ædificatam esse ecclesiam; sibi ipsi contradiceret, si primatum eius negaret. Non itaque aliud, quam humilitatem eius commendans, illius exemplo ceteros suos collegas ad concordiam inuitat; ut quem admodum ipse, quum primus esset, non tamen primatum insolenter iactauit, sic nec ipsi suam sententiam ita mordicus tenerent, ut alios pro se contemnerent. Et certe de Stephano ipsi non esse sermonem, vel inde colligere est, quod nondum de hac sententia ad illum scripserat; utpote quum ex epistola ad illum proxime sequenti, hanc prius scriptam confisset. Atque adeo de istodem mihi loqui videtur, quos insinuat in Synodo Carthag. cum ait Nemo se episcopum episcoporum constituat, quod de collegis illius intelligunt disertis verbis dict. lib. 2. c. 2. D. August. & D. Hier. contra Lucifer. Quin immo dict. lib. 1. D. August. hinc potius confirmat Petri & apostolica sedis primatum. Ecce (inquit) ubi commemorat Cyprianus (quod etiam nos in scripturis sanctis didicimus) Apostolum Petrum in quo primatus Apostolorum tam excellenti gratia eminet, & c. & postea, Puto quod hic sine ulla sui contumelia Cyprianus episcopus Petro apostolo comparatur, quantum attinet ad Martyrij coronam. Ceterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illum

Apostolatus principatum, cuiuslibet episcopatus præferendum: Quam magnifice autem ipse Cyprianus de Romani Pontificis primatu senserit, supra demonstrauimus epistola xliij. qua tertia est ad Cornelium & lv. que septima est ad eundem, & infra eadem de re latius Tom. 2. li. de unitate eccles. cathol. Quin quod disertis verbis primatus Cathedre Romane meminit infra epistola ad Magnuum, & lib. dicto de unitate ecclesie. si quis plura eodem pertinentia desideret, exactissime hac de re scripsit Remundus Rufus li. & duplicatione contra Molinicum pro Pontifice Maximo.

20. sed consilium veritatis admisit & rationi legitime] Hunc locum antea, ex connexionione trium vocum in vnam deprauatum, ita ex D. Augusti. castigauit H. Grauius, & consensit Angli. cod. Legebatur enim administrationi legitime, pro quo in Cambr. quidem cod. legebatur paulo castigatus: sed per consilium veritatis administrationi legitime, at prius magis placet, eo quod probet hoc loco Cyprianus quod prius dixit, ratione esse vincendum.

21. ipsa quoque nostra ducamus] Etiam hæc lectionem habet Aug. & i. & 4. c. lib. iam dicti, quare magis placet, quam vulgata & Cambr. cod. ipsa potius amplectamur; Manut. vero & Morelius prius adiecerunt illud: cui rei, & paulo post: & ubi prius erat non male: Paulus quoque prospiciens concordie & paci consulens.

22. Quia in parte] Ita denuo ex D. Aug. H. Grauius, & post eum Manut. & Morelius, nam sic ipse legit dicti libri 8. cap.

23. remissam peccatorum non nisi in Ecclesia] Etiam hoc recte illi, antea desiderabatur, non nisi.

24. Quod quidem & Agrippinus] Agrippinum ex antecessoribus Cypriani fuisse satis patet, non tamen proximam decessorem, colligere est tum ex epistola præced. ubi iam pridem ab antecessoribus sententiam hanc latam dicit, & epistola ad Iubaianum ubi longam ætatem præterisse dicit ex quo id factum sit, tum ex epistola lv. ubi Fabiani & Donati Antecessorum Cornelij & sui meminit: Porro locum hunc tractat D. Augustinus dicti lib. c. 7. 8. & 9. Respondet autem, quando quidem Cyprianus sententiam Concilij Africani pro legitima & salutari agnouerit, multo magis credituram illum fuisse sententiam Concilij vniuersalis; si quod forte ante celebratum fuisset. Atque adeo nos, exemplo ipsius Cypriani, quod postea ab vniuersali Concilio statutum est, credere oportere. Locus insignis pro auctoritate Conciliorum.

25. Et quales litteras super hac re fecerimus] Denuo præcedentem epistolam intelligit, quod vel ipsa vox: fecerimus, indicat; quum illa non ab uno Cypriano sed à pluribus coepiscopis conscripta sit.

### AD STEPHANVM PAMPAM DE CONCILIO.

#### EPISTOLA LXXII.

ARG. Cyprianus cum collegis in Concilio quodam, nunciat Stephano Romano Pontifici, à se statutum esse: tum ut ab hereticis ad ecclesiam reuertentes baptizentur; tum ut alia



conditione non recipiantur episcopi aut presbyteri ab iisdem venientes, quam ut communicarent laici.

CYPRIANVS ET CÆTERI Stephano fratri S.

Li. 2. epist. 1.

**A**D quædam disponenda & consilij communis examinatione li-  
manda, necesse habuimus frater  
charissime, conuenientibus in vnum pluri-  
bus sacerdotibus cogere & celebrare con-  
cilium. In quo multa quidem prolata at-  
que transacta sunt: sed de eo vel maxime  
tibi scribendum & cum tua grauitate ac  
sapientia conferendum fuit, quod magis  
pertinet & ad sacerdotalem auctoritatem  
& ad Ecclesiæ catholicæ vnitatem pariter  
ac dignitatem, de diuinæ dispositionis ordi-  
natione venientem, eos qui sint foris extra  
Ecclesiam tincti, & apud hæreticos & schis-  
maticos profanæ aquæ labe maculati, quæ-  
do ad nos atque ad Ecclesiam, quæ vna est,  
venerint, baptizari oportere; eo quod pa-  
rum sit eis manum imponere ad accipien-  
dum Spiritum sanctum, nisi accipiant &  
Ecclesiæ baptismum. Tunc enim demum  
plene sanctificati, & esse filij Dei possunt,  
si sacramento vtroque nascantur, cum  
scriptum sit: Nisi quis natus fuerit ex a-  
qua & spiritu, non potest introire in re-  
gnum Dei. Inuenimus enim etiam in Actis  
apostolorum hoc esse ab apostolis custo-  
ditum, & salutaris fidei veritate seruatum,  
vt cum in domo Cornelij centurionis su-  
per ethnicos qui illic aderant, fidei calore  
feruentes, & in Dominum toto corde cre-  
dentes, descendisset Spiritus sanctus, quo  
adimpleti variis linguis Deum benedice-  
rent, nihilominus tamen beatorum aposto-  
lum Petrum diuini præcepti atque euânge-  
lij memorem præcepisse, vt baptizarentur  
iisdem illi, qui iam fuerant sancto Spiritu  
pleni; vt nihil prætermisissimum videretur,  
quominus per omnia diuini præcepti atque eu-  
uangelij legem apostolica magisteria ser-  
uarent. Baptismum autem non esse quo  
hæretici vtuntur, nec quenquam apud eos  
qui Christo aduersantur, per gratiam Chri-  
sti posse proficere; diligenter nuper expres-  
sum est in epistola quæ ad Quintum colle-  
gam nostrum in Mauritania constitutum,  
super ea rescripta est: item in litteris quas  
collegæ nostri ad episcopos in Numidia

Ioan. 3.  
Act. 10.

presidentes ante fecerunt, cuius vtiusque  
epistolæ exempla subdidi. Addimus plane  
& adiungimus frater charissime, cōsensu &  
auctoritate communi, vt etiam si qui pres-  
byteri aut diaconi, qui vel in Ecclesia ca-  
tholica prius ordinati fuerint, & postmo-  
dum perfidi ac rebelles contra ecclesiam  
steterint, vel apud hæreticos à pseudoepi-  
scopis & antichristis contra Christi dispo-  
sitionem profana ordinatione promoti  
sint, & contra altare vnum atque diuinum  
sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre cona-  
ti sint, eos quoque hac conditione suscipi  
cum reuertitur, vt commutentur laici; &  
satis habeant quod admittuntur ad pacem,  
qui hostes pacis extiterint, nec debere eos  
reuertentes ea apud nos ordinationis & ho-  
noris arma retinere, quibus contra nos re-  
bellauerint. Oportet enim sacerdotes &  
ministros qui altari & sacrificiis deseruiunt,  
integros atque immaculatos esse, cum do-  
minus Deus in Leuitico loquatur & dicat:  
Homo in quo fuerit macula & vitium, non  
accedet offerre dona Deo. Item in Exodo  
hæc eadē præcipiat & dicat: Et sacerdotes  
qui accedunt ad dominum Deum sanctifi-  
cētur, ne forte derelinquat illos Dominus.  
Et iterum: & cum accedunt ministrare ad  
altare Sancti, non adducunt in se delictum,  
ne moriātur. Quod autem maius potest ef-  
se delictū, aut quæ macula deformior, quæ  
aduersus Christum stetit, quæ Ecclesiam  
eius quam ille sanguine suo parauit, & con-  
didit, dissipasse: quam euangelicæ pacis ac  
dilectionis oblitum, contra vnanimum &  
concordem Dei populum hostilis discor-  
diæ furorē pugnasse? Qui etsi ipsi postmo-  
dum ad ecclesiam redeunt, restituere tamē  
eos & secum reuocare non possunt, qui ab  
eis seducti & foris morte præuerti extra Ec-  
clesiam sine communicatione & pace pe-  
rierunt; quorum animæ in die iudicij de  
iporum manibus expententur, qui perditio-  
nis auctores & duces extiterunt. Et iccirco  
satis est talibus reuertentibus veniam dari.  
non tamē debet in domo fidei perfidia pro-  
moueri. nam quid bonis & innocentibus,  
atque ab ecclesia non recedentibus serua-  
mus; si eos qui à nobis recesserint, & contra  
Ecclesiam steterint, honoramus? Hæc ad  
conscientiam tuam frater charissime, & pro  
honore communi, & pro simplici dilectio-  
ne pertulimus, credentes etiam tibi pro re-  
ligionis tuæ & fidei veritate placere, quæ &  
religiosa

Leuit. 22.

Exod. 19.

religiosa pariter & vera sunt. Cæterum sci-  
mus quosdam quod semel imbiberint nol-  
le deponere, nec propositum suum facile  
mutare, sed saluo inter collegas pacis, & cō-  
cordiæ vinculo, quædam propria, quæ apud  
se semel sint vsurpata, retinere. qua in re  
nec nos vim cuiquam facimus aut legem  
damus; cum habeat in Ecclesiæ admini-  
stratione voluntatis suæ arbitrium liberum  
vnusquisque prepositus, rationem actus sui  
Domino redditurus. Optamus te frater  
charissime semper bene valere.

ADNOTATIONES IN  
Epistolam LXLII.

1. Ad quædam disponenda & consilij commu-  
nis] Hoc loco concilium per s. paulo post vero per c. scri-  
bi debere, contextus ipse satis indicat. Concilium autem  
cuius meminit, secundum fuit de baptizandis hæreticis,  
& fortassis illud, cui interfuisse scribit epistola sequ. E-  
piscopos 71. Certè aliud fuisse ab illo cuius meminit epi-  
stola ante hanc secunda, patet ex hac ipsa epistola, ubi di-  
cit, iam antea illud celebratum fuisse.
2. prolata atque transacta sunt] Ita Ms. Afflig.  
Blandin. March. Dun. & Cauch. Manus. quoque & Mo-  
rel. pro eo quod legebatur: translata sunt, corruptissime.
3. Cum tua grauitate & conscientia conferen-  
dum fuit] Etiam hoc confirmat Papa Romani primatū,  
quod cum illo conferant decreta sua patres Concilij, quo-  
rum hæc sunt litteræ: More profecto ceteris conciliis vsu-  
tato, non provincialibus modo sed & vniuersalibus, quæ  
à Romana sede confirmationem petere consueuerunt.  
Quod de singulis late comprobatum, videre est apud Re-  
uerendiss. Cardinalem Hosium in Antibrementio, &  
apud Melchiorum Canum Locorum Theolog. lib. 5. & 6.  
quare nos ne prolixiores simus supersedebimus.
4. si sacramento vtroque nascantur] Locus in-  
signis ad adseritionem sacramenti: manifestissimus, quod  
hodie Confirmationis nuncupamus, libro de Card. operi-  
bus sacramentum Chrismatism dicitur, & epistola sequ.  
signaculum dominicum; ubi disertis verbis restatur Cy-  
prianus, hoc sacramento vsos Apostolos ipsos Act. A-  
postol. 8. cap. quod etiam docet Aug. li. 3. contra Donat. c.  
16. D. Hieron. vero contra Lucifer. hanc obseruationem  
ex ea auctoritate descendere dicit, quod post ascensum do-  
mini spiritus sanctus ad Apostolos descendit, & eodem  
refert Melchiodorus papa epistola ad Episcopos Hispan.  
in qua disertis verbis sacramentum quoque vocat, &  
huius à sacramento baptismi differentiam tradit. Quo  
nomine etiam Aug. vtitur lib. 2. contra lit. Petil. cap.  
104. & lib. 4. c. 4. Eusebius quoque papa sub Diocle-  
tiano martyrium passus epistola. 3. & omnibus his an-  
tiquior D. Fabianus papa epistola 2. ad episcopos Orien-  
tis. Eiusdem, & si non sub nomine sacramenti, memi-  
nerunt. Synod. Laodic. can. 28. D. Ambrosius de his qui  
myst. initiantur ca. 7. & libro 3. de sacrament. c. 2. Ter-  
tull. li. de resurrect. carn. & de baptismo, Urbanus 2. e-  
pistola ad omnes Orthodo. Clemens 1. constit. Apostol.  
li. 7. ca. 16. & 17. Dionys. Areopag. eccles. Hierarch. c.  
2. Imo Cornelius papa epistola ad Fabium episcopum

Antioch. saepe citata, iccirco Nouatianam in hæresin in-  
cidisse dicit, quod consignationem ab episcopo non acce-  
pisset, quam quum non fuerit (inquit) consecutus, quo-  
nam pacto spiritum sanctum sit adeptus? Quem imitati  
Nouatiani, sectatores illius, (teste Theodoro lib. 3.  
& Iuliano & Chrysostomo) sacro sanctum Chrisma non tra-  
debant. Quamobrem qui ex illa hæresi redibant ad ec-  
clesiam, vngi necesse erat. Ex quo Theodoretus testimo-  
nio, loci Cypriani iam citati multum lucis accipiunt. E-  
tiam Donatistis id peculiare fuisse, vt Chrisma concule-  
rent, tradit Optatus loco citato.

5. Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu]  
Ms. quidem quos vidi adiungunt: sancto, & ita etiam  
legunt excusi ceteri, sed placet Manus. & Morelij lectio,  
qui id omiserunt, eo quod nec Tertull. id legat hunc lo-  
cum citans & li. de baptismo, & li. de anima. Presertim  
quum in omnibus Græcis & plerisque Latinis exempla-  
ribus hodie desit, & Aug. quoque li. contra Faustum 24.  
ca. 1. id non legat, neque etiam lib. 4. contra Donatistas, v-  
bi similem locum epistola sequentis tractat.

6. præcepti atque Euangelij legem] Ita vetus  
excusus, Manus. & Morel. quod malo, quam illud Ms.  
& ceterorum excusorum cod. Euangelij lege.

7. ad Quintum collegam nostrum in Mauri-  
tania] Pater hinc, tum Mauri. Episcopum Quintum  
fuisse, tum corrupte inscriptam hæcenus præcedentem epi-  
stolam ad Quirinum, nam illius haud dubie meminit.

8. item in litteris quas collegæ nostri] Episto-  
lam lxx. intelligit; quam quum non sibi sed collegis suis  
ascribat, confirmatur hinc nostra sententia, neque episto-  
lam supra liij. Cypriano ascribendam, vti ibi diximus.

9. Addimus plane & adiungimus] Hæc secun-  
da erat decreti pars, quæ prohibebantur Episcopi & pres-  
byteri ab hæreticis venientes in ecclesiam recipi, nisi ea  
lege vt laici communicarent. Quod postea mitigatum  
fuit per Nicen. concil. cano. 8. quo permittitur discre-  
tioni Episcoporum, vt in Clero permanere permittant, ex  
Nouatianis ad Catholicam venientes.

10. vt communicent laici] De hac communione,  
vide supra epistolam ad Anton.

11. quam aduersus Christum stetit] Negli-  
gentia operatum irrepsit in editionem Manutian. ad,  
pro: aduersus. Alludere autem videtur ad illud psal. 2.  
Astiterunt reges terræ & c. aduersus Christum eius.

12. non tamen debet in domo fidei] Error typo-  
graphicus Remboldi: debent, remansit hæcenus in excu-  
sis, donec Manus. & Morelius reposuerunt: debet,  
quod habent vetus excusus & Ms. omnes.

13. Hæc ad conscientiam tuam frater charis-  
sime] Locum hunc citat D. Hieron. contra Lucifer. & si-  
mitem clausulam habes ad calcem epistola sequentis.

14. Optamus] Sic rectius Manus. & Morelius,  
quam Ms. & excusi ceteri: opto, nam à pluribus scripta  
est hæc epistola.

AD IVBANIUM DE  
hæreticis baptizandis.

EPISTOLA LXXIII.

Argumentum huius epistola habes initio Sy-  
Qij



nodi Carthagin. infra Tom. 2. in hæc verba: Cyprianus dixit: Audistis collegæ dilectissimi quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostram de illicito & prophano hæreticorum baptismo, & quid ego ei rescripserim, censens scilicet quod semel atque iterum & sepe censuimus, hæreticos ad Ecclesiam venientes, ecclesie baptismo sanctificari & baptizari oportere. Pertinet itaque hæc ad errorem Cypriani, & coepiscoporum. Scriptam autem post epistolam præcedentem colligitur, tum ex eo quod eius in illa nulla fiat mentio, tum quod hic respondeat ad Epistolam Stephani eandem, de qua latius ad Pompeium scribit. Scripta est ergo, accepto responso à Stephano.

CYPRIANVS IVBAIANO fratri Salutem.

**S**CRIPSISTI mihi, frater charissime, desideras significari tibi motum animi nostri, quid nobis videatur de hæreticorum baptismo, qui foris positi & extra Ecclesiam constituti vindicant sibi rem nec iuris sui, nec potestatis, quod nos nec ratum possumus, nec legitimum iudicare, quando hoc apud eos esse constat illicitum. Et quoniam super hac re quid sentiremus, litteris nostris expressimus: ut compendium facerem, exemplum eandem litterarum tibi misi, quid in concilio cum complures adesse decreuerimus; quid item postea Quinto collegæ nostro de eadem re querenti rescripserimus. Et nunc quoque cum in unum conuenissemus tam prouinciæ Africæ quam Numidiæ, Episcopi numero septuaginta & vnus, hoc idem denuo sententia nostra firmauimus, statuentes unum Baptisma esse quod sit in Ecclesia catholica constitutum, ac per hoc non rebaptizari, sed baptizari à nobis. Quicumque ergo ab adultera & profana aqua veniunt, abluendi sunt & sanctificandi salutaris aquæ veritate. Nec nos mouet frater charissime quod in litteris tuis complexus es; Nouatianenses rebaptizate eos, quos à nobis sollicitant: quando ad nos omnino non pertineat quid hostes ecclesie faciunt, dummodo teneamus ipsi potestatis nostræ honorem, & rationis ac veritatis firmitatem. Nam Nouatianus simiarum more, quæ cum homines non sint, homines tamen imitantur, vult Ecclesie catholicæ auctoritatem sibi, & veritatem vindicare, quando ipse in Ec-

clesia non sit; immo adhuc insuper contra Ecclesiam rebellis & hostis extiterit. Scies etenim unum esse baptisma, hoc unum sibi vindicat, ut apud se esse Ecclesiam dicat, & nos hæreticos faciat. Nos autem qui Ecclesie vnus caput & radicem tenemus, pro certo scimus & fidimus, nihil illic extra Ecclesiam licere, & baptismatis, quod est unum, caput nos esse, vbi & ipse baptizatus prius fuerat, quando diuinæ vnitatis & rationem & veritatem tenebat. Quod si in Ecclesia baptizatos, rebaptizandos foris extra Ecclesiam Nouatianus existimat, à se incipere debuerat; ut prior extraneo & hæretico baptismo rebaptizaretur, qui post Ecclesiam, immo & contra Ecclesiam baptizandos foris opinatur. Quale est autem, ut quia hoc Nouatianus facere audeat, nos putemus non esse faciendum? Quid ergo: quia & honorem cathedræ sacerdotalis Nouatianus vsurpat, num ideo nos cathedræ renūciare debemus? Aut quia Nouatianus altare collocare, & sacrificia offerre contra fas nititur; ab altari & sacrificiis cessare nos oportet, ne paria & similia cum illo celebrare videamur? Vanum prorsus & stultum est, ut quia Nouatianus extra Ecclesiam vindicat sibi veritatis imaginem, relinquamus Ecclesie veritatem. Apud nos autem non noua, aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos qui ab hæreticis ad Ecclesiam veniunt, quando multi iam anni sint, & longa ætas ex quo sub Agrippino bonæ memoriæ viro conuenientes in unum episcopi plurimi hoc statuerint, atque exinde in hodiernum tot millia hæreticorum in prouinciis nostris ad Ecclesiam conuersi, non aspernati sint neque cunctati, immo & rationabiliter, & libenter amplexi sint, ut lauacri vitalis & salutaris baptismi gratiam consequerentur. Neque enim difficile est doctore vera & legitima insinuare eis, qui hæretica prauitate damnata, & ecclesiastica veritate cõperta, ad hoc veniunt ut discant, ad hoc discunt, ut viuant. Nos non debemus stuporem hæreticis patrocinio consensus nostri augere: cum libenter ac prompte obtemperant veritati. Plane quoniam inueni in epistola, cuius exemplum ad me transmisti, scriptum esse, quod querendum non sit quis baptizauerit, quando is qui baptizatus sit, accipere remissam peccatorum potuerit secundum quod credidit; prætereundum hunc locum non putauimus; maxime cum

cum in eadem epistola animaduertim etiam Marcionis fieri mentionem; ut nec ab ipso venientes dicat baptizari oportere, quod iam in nomine Iesu Christi baptizari esse videantur. Considerare itaque debemus fidem eorum qui foris credunt, an secundum eandem fidem possint aliquid gratiæ consequi. Nam si fides vna est nobis & hæreticis, potest esse & gratia vna. Si eundem patrem, eundem filium, eundem spiritum sanctum, eandem ecclesiam confitentur nobiscum Patristiani, Anthropiani, Valentiniiani, Appelletiani, Ophitæ, Marcionitæ, & cæteræ hæreticorum pestes, & gladiis ac venenis subuertentes veritatem: potest illic & baptisma unum esse, si est & fides vna. Ac ne longum sit per hæreses vniuersas decurrere, & singulorum vel ineptias vel insanias recensere; quia nec delectat id dicere, quod aut horret, aut pudet nosse; de Marcione interim solo, cuius mentio in epistola à te ad nos transmissa facta est, examinemus an possit baptismatis eius ratio constare. Dominus enim post resurrectionem discipulos suos mittens, quemadmodum baptizare deberent, instituit & docuit dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: Ite ergo, & docete gentes omnes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Insinuat trinitatem, cuius sacramento gentes baptizarentur. Numquid hanc trinitatem Marcion tenet? Numquid eundem asserit, quem & nos patrem creatorem? Numquid eundem unum filium Christum, de Maria virgine natum; qui sermo caro factus sit, qui peccata nostra portauerit? qui mortem moriendo vicerit? qui resurrectionem carnis per semetipsum primus initiauerit, & discipulis suis quod in eadem carne resurrexisset ostenderit? Longe alia est apud Marcionem, sed & apud cæteros hæreticos fides; immo nihil est apud illos nisi perfidia, & blasphemia, & contentio sanctitatis & veritatis inimica. Quo modo ergo potest videri qui apud illos baptizatur, consecutus esse peccatorum remissam, & diuinæ indulgentiæ gratiam per suam fidem, qui ipsius fidei non habuerit veritatem? Si enim sicut quibusdam videtur, secundum fidem suam quis accipere aliquid foris extra Ecclesiam potuit, utique id accepit, quod credidit: falsum autem credens, verum accipere non po-

tuit, sed potius adultera & profana, secundum quod crederet, accepit. Quem locum profani & adulteri baptismi subtiliter Hieremias propheta perstringit dicens: *Ut quid qui contristant me, prævalent? Plaga mea solida est, vnde sanabor?* Dum fit, facta est mihi quasi aqua mendax, non habens fidem. Mentionem facit per prophetam Spiritus sanctus aquæ mendacis, & fidem non habentis. Quæ est hæc aqua mendax & perfida? utique ea quæ baptismi imaginem mentitur, & gratiam fidei adumbrata simulatione frustratur. Quod si secundum prauam fidem baptizari aliquis foris, & remissam peccatorum consequi potuit; secundum eandem fidem consequi & Spiritum sanctum potuit. Aut vtrumque enim fides foris potuit, aut neutrum eorum, qui foris fuerat, accepit. Manifestum est autem vbi & per quos remissa peccatorum dari possit, quæ in baptismo scilicet datur. Nam Petro primum Dominus, super quem ædificauit Ecclesiam, & vnde vnitatis originem instituit & ostendit; potestatem istam dedit, ut id solueretur in cælis, quod ille soluisset in terris. Et post resurrectionem quoque ad Apostolos loquitur dicens: *Sicut misit me pater, & ego mitto vos: Hoc cum dixisset, inspirauit, & ait illis: Accipite Spiritum sanctum: Si cuius remiseritis peccata, remittentur illi: si cuius tenueritis, tenebuntur.* Vnde intelligimus non nisi in Ecclesia præpositis, & in euangelica lege ac dominica ordinatione fundatis licere baptizare, & remissam peccatorum dare; foris autem nec ligari aliquid posse nec solui, vbi non sit qui aut ligare possit aliquid, aut soluere. Nec hoc frater charissime sine scripturæ diuinæ auctoritate proponimus, ut dicamus certa lege ac propria ordinatione diuinitus cuncta esse disposita; nec posse quenquam contra episcopos & sacerdotes vsurpare sibi aliquid, quod non sit sui iuris & potestatis. Nam & Chore & Dathan, & Abyron, contra Moysen & Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vsurpare conati sunt; nec tamen quod illicite ausi sunt, impune fecerunt. Et filij Aaron qui alienum ignem altari imposuerunt, in conspectu statim domini indignantis extincti sunt. Quod supplicium manet eos, qui alienam aquam baptismi inferunt falso; ut diuina censura vliscatur, & vindicet, id



hæreticos contra Ecclesiam gerere, quod non nisi soli liceat Ecclesiæ.<sup>36</sup> Quod autem dicunt quidam de eis qui in Samaria baptizati fuerant, aduenientibus Apostolis Petro & Ioanne, tantum super eos manum impositam esse, ut acciperent Spiritum sanctum, rebaptizatos tamen non esse: locum istum frater charissime ad præsentem causam videmus omnino non pertinere. Illi enim qui in Samaria crediderant, fide vera crediderant; & intus in Ecclesia, quæ vna est, & cui soli gratiam baptismi dare, & peccata soluere permissum est, à Philippo diacono, quem iudem Apostoli miserant, baptizati erant. Et iccirco quia legitimum & Ecclesiasticum baptismum consecuti fuerant, baptizari eos ultra non oportebat: sed tantummodo quod deerat, id à Petro & Ioanne factum est, ut oratione pro eis habitata, & manu imposita, inuocaretur & infunderetur super eos spiritus sanctus. Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico consummètur. Non est ergo frater charissime quod hæreticis cedendum existimemus, ut baptismum<sup>38</sup> quod non nisi vni, & soli Ecclesiæ datum sit, prodendum putemus. Boni militis est, aduersus rebelles & hostes imperatoris sui castra defendere. Gloriosi ducis est commissa sibi signa seruare. Scriptum est: Dominus Deus tuus Deus zelans est: qui spiritum Dei accepimus, zelum diuinæ fidei habere debemus. Quo zelo Phinees placuit,<sup>39</sup> & Deum promeritis indignantis iram populo pereunte leniuit:<sup>40</sup> Quid adulteram & alienigenam & diuinæ unitatis inimicam in acceptum referimus, qui non nisi vnum Christum & vnam eius Ecclesiam nouimus? <sup>41</sup> Ecclesia paradisi instar exprimens, arbores fructiferas intra muros suos intus includit, ex quibus quæ non facit fructum bonum,<sup>42</sup> exciditur, & in ignem mittitur. Has arbores rigat quatuor fluminibus, id est, Euangeliis quatuor, quibus<sup>43</sup> Baptismi gratiam salutaris cœlesti inundatione largitur. Numquid de Ecclesiæ fontibus<sup>44</sup> rigare potest, qui intus in Ecclesia non est? Nunquid paradisi potus salubres & salutes impertire cuiquam potest; qui peruersus & à semetipso damnatus, & extra paradisi fontes rele-

Act. 8.

Deut. 4.

Num. 25.

Gen. 2.

Mat. 3.

Tium. 3.

gatus aruit, & æternæ sitis siccitate defecit: Clamat Dominus, ut qui sitit veniat & bibat de fluminibus aquæ viuæ<sup>45</sup> quæ de-  
*Ioan. 7.*  
ius ventre fluxerunt. Quo venturus est qui sitit, utrum ne ad hæreticos, vbi fons & fluuius aquæ vitalis omnino non est: an ad Ecclesiam, quæ vna est, & super vnum qui & clausus eius accepit, Domini  
*Mat. 16.*  
voce fundata est? Hæc est vna quæ tenet & possidet omnem sponsi sui & domini potestatem; in hac præsidemus, pro honore eius atque unitate pugnamus, huius & gratiam pariter & gloriam fidei virtute defendimus.<sup>46</sup> Nos de diuino permissu rigamus sitientem Dei populam, nos custodimus terminos vitalium fontium. Si possessionis ergo nostræ ius tenemus, si sacramentum unitatis agnoscimus; cur præuaricatores veritatis, cur proditores unitatis existimamur? Aqua Ecclesiæ fidelis & salutaris & sancta corrumpi & adulterari non potest; sicut & ipsa Ecclesia incorrupta & casta & pudica est. Si Ecclesiæ deuoti, & in Ecclesia constituti sunt hæretici, possunt & baptismum eius, & cæteris salutaribus bonis vti: si autem in Ecclesia non sunt, immo & contra Ecclesiam faciunt, quo modo baptizare baptismum Ecclesiæ possunt? Neque enim parua res hæreticis & modica conceditur, quando à nobis baptismum eorum in acceptum refertur: cum inde incipiat omnis fidei origo, & ad spernitæ æternæ salutaris ingressio, & purificandis ac viuificandis dei seruis diuina dignatio.<sup>47</sup> Nam si baptizari quis apud hæreticos potuit, utique & remissam peccatorum consequi potuit. Si peccatorum remissam consecutus est, & sanctificatus est,<sup>48</sup> & templum Dei factus est, quæro cuius Dei? si creatoris, non potuit qui in eum non credidit: si Christi, nec huius fieri potest templum, qui negat Deum Christum: si Spiritus sancti,<sup>49</sup> cum tres vnum sint, quo modo Spiritus sanctus placatus esse ei potest, qui aut Patris, aut Filij inimicus est?<sup>50</sup> Proinde frustra quidam qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut non id sit in spiritalibus sequendum, quod in melius fuerit à sancto Spiritu reuelatum. Ignosci enim potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit apostolus Paulus: Qui primo, inquit, fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus; sed misericordiam merui

1. Tim. 1.

merui, <sup>51</sup> quia ignorans feci. Post inspirationem verò & reuelationem factam, qui in eo quod errauerat, perseverat prudens & sciens: sine venia ignorantia peccat: præsumptione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur.<sup>52</sup> Nec quisquam dicat quod accepimus ab Apostolis, hoc sequimur; quando Apostoli non nisi vnam Ecclesiam tradiderunt, & baptismum vnum, quod non nisi in eadem Ecclesia sit constitutum; & neminem inueniamus ab Apostolis, cum apud hæreticos baptizatus esset, in eodem baptismum admissum esse, & communicasse, ut videantur Apostoli baptismum hæreticorum probasse. Quod enim quidam dicunt, quasi ad hæreticorum suffragium pertineat, quod dixerit Apostolus Paulus:<sup>53</sup> Veruntamen omnimodo, siue per occasionem, siue per veritatem, Christus annūciatur: inuenimus hoc quoque ad eorum patrocinium, qui hæreticis suffragantur & plaudunt, nihil posse proficere. Neque enim de hæreticis, aut de eorum baptismum loquebatur in Epistola sua Paulus, ut aliquid quod ad hanc rem pertineat, posuisse ostendatur. Loquebatur de fratribus siue inordinate, & contra Ecclesiasticam disciplinam ambulantibus, siue Euangelicam veritatem de Dei timore seruantibus. Et quosdam ex eis posuit verbum Domini constanter atque intrepide locutos, quosdam verò in inuidia & dissensione versatos,<sup>54</sup> quosdam seruasse circa se beniuolam charitatem, aliquos verò habuisse maliuolam dissensionem. Sed tamen patienter omnia se sustinere, dummodo siue in veritate, siue per occasionem nomen Christi, quod paulus prædicabat, ad plurimorum notitiam perueniret; & noua adhuc ac rudis sermonis seminatio loquentium prædicatione crebesceret. Porro aliud est eos qui intus in Ecclesia sunt, de nomine Christi loqui: aliud est eos qui foris sunt, & contra Ecclesiam faciunt, in nomine Christi baptizare. Quare qui hæreticis patrocinantur, non id proferant, quod Paulus de fratribus posuit, sed ostendant si hæretico aliquid concedendum putauit, aut si fidem & baptismum eorum probauit, aut si perfidos & blasphemos remissionem peccatorum accipere extra Ecclesiam posse constituit. Si autem quid Apostoli de hæreticis senserint, consideremus, inueniemus eos in omnibus epistolis suis execrari & dete-

Philipp. 1.

stari hæreticorum sacrilegam prauitatem.<sup>55</sup> Nam cum dicant sermonem eorum ut cancer serpere; quo modo potest is sermo dare remissam peccatorum, qui ut cancer serpit ad aures audientium? Et cum dicant nullam participationem esse iustitiæ & iniquitati, nullam communionem lumini & tenebris, quo modo possunt aut tenebra illuminare, aut iniquitas iustificare? Et cum dicant de Deo eos non esse, sed esse de antichristi spiritu; quo modo gerunt spiritalia & diuina tractant, qui sunt hostes Dei, & quorum pectora obsederit spiritus antichristi? Quare si reiectis humanæ contentionis erroribus ad Euangelicam auctoritatem atque ad Apostolicam traditionem sincera & religiosa fide reuertamur; intelligemus nihil eis ad gratiam Ecclesiasticam & salutarem licere, qui spargentes atque impugnantes Ecclesiam Christi, à Christo ipso aduersarij, ab Apostolis eius antichristi nominantur.<sup>56</sup> Non est autem quod aliquis ad circumueniendam Christianam veritatem, Christi nomen opponat, ut dicat: In nomine Iesu Christi ubiunque quomodocunque baptizati, gratiam baptismi sunt consecuti, quando ipse Christus loquatur & dicat: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum; & iterum præmoncat atque instruat, ne quis à pseudopropheticis, & pseudochristis in nomine suo facile fallatur. Multi, inquit, venient in nomine meo dicentes: ego sum Christus, & multos fallent, & postea addidit dicens: Vos autem caute, ecce prædixi vobis omnia. Vnde apparet, non ea statim suscipienda & assumenda quæ iactantur in nomine Christi, sed quæ geruntur, in Christi veritate. Quod enim in Euangeliis & in Apostolorum Epistolis Iesu Christi nomen insinuat ad remissionem peccatorum, non ita est quasi aut sine patre, aut contra patrem prodesse cuiquam solus filius possit; sed ut Iudæis qui iactabant se patrem habere, ostenderetur quod nihil eis pater profuturus esset, nisi in filium crederent quem ille misisset. Nam qui Deum patrem creatorem sciebant, filium quoque Christum scire debebant; ne sibi blandirentur & plauderent de solo patre sine filij eius agnitione; qui & dicebat: Nemo venit ad patrem nisi per me. Duorum autem cognitionem esse<sup>57</sup> quæ saluēt, idem ipse manifestat dicens: Hæc est vita æterna, ut co-

2. Tim. 2.

2. Cor. 6.

1. Ioan. 2.

Mat. 7.

Mar. 13.

Ioan. 14.

et 17.



gnoscant te solum & verum Deum, & quæ misisti Iesum Christum. <sup>18</sup> Cum ergo ex ipsius Christi prædicatione & contestatione pater ante cognoscendus sit, qui misit: tunc deinde Christus, qui missus est: nec possit esse spes salutis, nisi duobus simul cognitis; quo modo non cognito, immo & blasphemat Deo patre, qui apud hæreticos Christi nomine baptizati dicuntur, peccatorum remissionem consecuti iudicantur? Alia enim fuit Iudæorum sub Apostolis ratio, alia est gentilium conditio. Illi quia iam <sup>19</sup> legis & Moyfi antiquissimum baptisma fuerant adepti, in nomine quoque Iesu Christi erant baptizandi, secundum quod in Actis Apostolorum Petrus ad eos loquitur & dicit: Pœnitimini, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim est promissio & filiis vestris; & omnibus deinceps quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster. Iesu Christi mentionem facit Petrus, non quasi pater ommitteretur, sed ut patri quoque filius adiungeretur. Denique ubi post resurrectionem, à Domino Apostoli ad gentes mittuntur; in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti baptizare gentiles iubentur. Quo modo ergo quidam dicunt foris extra Ecclesiam <sup>60</sup> immo & contra Ecclesiam, modo in nomine Iesu Christi ubicunque & quomodocunque gentilem baptizatum remissionem peccatorum consequi posse; quando ipse Christus gentes baptizari iubeat in plena, & adunata trinitate? <sup>61</sup> Nisi si, qui Christum negat, negatur à Christo; qui patrem eius negat, quem ipse Christus confessus sit, non negatur: & qui in eum blasphematur, quem Christus Dominum & Deum suum dixerit, remuneratus à Christo remissionem peccatorum, & baptismi sanctificationem consequitur. <sup>62</sup> Qua autem potestate consequi in baptismo remissionem peccatorum potest, negans Deum creatorem patrem Christi; quando ipsam potestatem qua baptizamur, & sanctificationem ab eodem patre Christus acceperit; quem maiorem dixerit, à quo clarificari petierit, cuius voluntatem usque ad obsequium bibendi calicis, & subeundæ mortis impleuerit? Quid est igitur aliud quam participem hæreticis blasphemantibus fieri; defendere velle &

Act. 2.

Matt. 28.

Ioh. 17.

asserere, quod remissionem peccatorum accipere in Christi nomine possit, blasphemans grauiter & peccans in patrem & Dominum & Deum Christi? Quid deinde illud, quale est, <sup>63</sup> vt. qui filium Dei negat, neque patrem habeat; & qui negat patrem filium habere videatur; cum filius ipse contestetur & dicat: Nemo potest venire ad me, nisi fuerit illi datum à patre: vt manifestum sit, nullam remissionem peccatorum in baptismo accipi à filio posse, quam constet patrem non dedisse, maxime quando adhuc idem repetat & dicat: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Quod si Christi discipuli discere à Christo nolunt, quantum venerationis & honoris paterno nomini debeatur; vel de exemplis terrenis ac sæcularibus discant, & sciant Christum non sine maxima exprobratione posuisse: Filij sæculi huius, prudentiores sunt filiis lucis in sæculo isto. Si cuius patri aliquis conuicium fecerit, si contumeliosus ac proeax pudorem eius & honorem maledico ore lacerauerit; indignatur filius & irascitur, & lesi patris iniuriam quibus potest viribus vindicare conatur. Tu Christum putas impiis & sacrilegis, & in patrem suum blasphemis impunitatem dare, & eis in baptismo peccata dimittere; <sup>64</sup> quos constet baptizatos, eadem adhuc in personam patris maledicta congerere, & incessabili blasphematis linguæ scelere peccare? Hoc Christianus, hoc Dei seruus potest aut mente concipere, <sup>65</sup> aut fide credere, aut sermone proferre? Et ubi erunt legis præcepta diuinæ, quæ dicunt: honora patrem & matrem, si vocabulum patris quod in homine honorari præcipitur, in Deo impune violatur? Vbi erit quod ipse Christus in Euangelio ponit & dicit: Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur: Si is qui maledicentes parentibus carnalibus puniri & interfici mandat; in cælestem & spiritalem patrem maledicos, atque Ecclesiæ matris inimicos ipse viuificat? Execranda ac detestanda res à quibusdam prorsus asseritur, vt is qui blasphemantem in Spiritum sanctum reum futurum peccati æterni comminatur, idem in patrem Deum blasphemos saluari baptismo sanctificare dignetur. Et nunc qui talibus ad Ecclesiam venientibus sine baptismo communicandum existimant, non putant se <sup>66</sup> alienis, immo

I. Ioh. 2.  
Ioh. 6.

Matt. 19.

Luc. 16.

Exod. 20.

Matt. 5.

mo æternis peccatis communicare; admittentes sine baptismo eos, qui non nisi in baptismo possint blasphemiarum suarum peccata deponere. Quam vanum est porro & peruersum, vt cum ipsi hæretici repudiato & relicto vel errore, vel scelere in quo prius fuerant, agnoscant Ecclesiæ veritatem; <sup>67</sup> nos veritatis eiusdem iura & sacramentum mutilemus, & venientibus ac pœnitentibus dicamus eos remissionem peccatorum consecutos esse; quando illi se peccasse, & propter hoc ad Ecclesiæ indulgentiam venire fateantur? Quare Ecclesiæ Catholice fidem ac veritatem frater charissime & tenere debemus firmiter & docere; & per omnia Euangelica & Apostolica præcepta rationem diuinæ dispensationis, atque vnitatis ostendere. <sup>68</sup> Nunquid potest vis baptismi esse maior, aut potior, quam confessio? quam passio? vt quis coram hominibus Christum confiteatur, & sanguine suo baptizetur? <sup>69</sup> Et tamen neque hoc baptisma hæreticis prodest, quamuis Christum confessi, & extra Ecclesiam fuerint occisi; nisi si hæreticorum patroni & aduocati hæreticos in falsa confessione Christi interfectos, martyras prædicant, & contra Apostoli contestationem, qui nihil eos quamuis exustos & occisos dicit posse proficere, gloriam eis & coronam passionis assignant. Quod si hæretico nec baptisma publicæ confessionis & sanguinis proficere ad salutem potest, quia salus extra Ecclesiam non est: quanto magis ei nihil proderit, si in latebra & in latronum spelunca adulteræ aquæ contagione tinctus, non tantum peccata antiqua non exposuerit, sed adhuc potius noua & maiora cumulauerit? <sup>70</sup> Quare baptisma nobis & hæreticis commune esse non potest, cum quibus nec Pater Deus, nec Filius Christus, nec Spiritus sanctus, nec fides, nec Ecclesia ipsa communis est: & ideo baptizari eos oportet qui de hæresi ad Ecclesiam veniunt; vt qui legitimo & vero, atque vnico sanctæ Ecclesiæ baptismo ad regnum Dei regeneratione diuina præparantur, sacramento vtroque nascantur, quia scriptum est: <sup>71</sup> Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest intrare in regnum Dei. Quo in loco quidam quasi euacuare possint humana argumentatione, prædicationis Euangelicæ veritatem, cate-

I. Cor. 13.

Ioh. 3.

chumenos nobis opponunt, si quis ex his antequam in Ecclesia baptizetur, in confessione nominis apprehensus fuerit & occisus, an spem salutis & præmium confessionis amittat, eo quod ex aqua prius non sit renatus. Sciant igitur huiusmodi homines suffragatores & fautores hæreticorum, catechumenos illos primo integram fidem & Ecclesiæ vnitatem tenere, & ad debellandum diabolum de diuinis castris cum plena & sincera Dei patris, & Christi, & Spiritus sancti cognitione procedere; deinde nec priuari baptismi sacramento, vt pote qui baptizentur gloriosissimo & maximo sanguinis baptismo, de quo & Dominus dicebat habere se aliud baptismum baptizati. <sup>72</sup> Sanguine autem suo baptizatos, & passione sanctificatos consummari, & diuinæ pollicitationis gratiam consequi; declarat in Euangelio idem Dominus, quando ad latronem in ipsa passione credentem & confitentem loquitur, & quod secum futurus sit in paradiso pollicetur. Quapropter qui fidei & veritati præsumus, eos qui ad fidem & veritatem veniunt, & agentes pœnitentiam remitti sibi peccata deposcunt, decipere non debemus & fallere; sed correctos à nobis ac reformatos ad regnum cælorum disciplinis cælestibus erudire. <sup>73</sup> Sed dicit aliquis: Quid ergo fiet de his qui in præteritum de hæresi ad Ecclesiam venientes, sine baptismo admissi sunt? Potens est Dominus misericordia sua indulgentiam dare, & eos qui ad Ecclesiam simpliciter admissi, in Ecclesia dormierunt, ab Ecclesiæ suæ muneribus non separare. Non tamen quia aliquando erratum est, ideo semper errandum est; cum magis sapientibus & Deum timentibus congruat, <sup>74</sup> patefactæ, & perspectæ veritati libenter atque incunctanter obsequi, quam pertinaciter atque obstinate contra fratres & confacerdotes pro hæreticis reluctari. <sup>75</sup> Nec quisquā existimet hæreticos, eo quod illis BAPTISMA T A. opponitur, quali secundi baptismi vocabulo scandalizatos, vt ad Ecclesiam veniant retardari: immo vero hoc ipso magis ad necessitatem veniendi, testimonio ostentæ sibi & probatæ veritatis adiguntur. Nam si viderint iudicio ac sententia nostra id decerni & statui, vt baptisma iustum & legitimum computetur, quo illic baptizantur; putabunt se Ecclesiam quoque & cetera Ecclesiæ munera iuste &

Luc. 12.

Ibid. 23.



legitimè possidere; nec erit causa veniendi ad nos, quando habentes baptisma, habere videantur & cetera. Porro autem cum cognoscunt baptisma nullum foris esse, nec remissam peccatorum extra Ecclesiam dari posse, 7<sup>o</sup> auidius ad nos & promptius properant, & munera ac dona Ecclesiæ matris implorant; certi peruenire se omnino non posse ad veram diuinæ gratiæ pollicitationem, nisi prius venerint ad Ecclesiæ unitatem. Nec recusabunt baptizari apud nos hæretici legitimo & vero Ecclesiæ baptismo, quando ex nobis didicerint, 77 baptizatos quoque à Paulo eos qui iam baptismo Ioannis baptizati fuissent, 78 sicut legimus in Actibus Apostolorum. Et nunc apud quosdam de nostris, hæreticorum baptisma occupatum asseritur, & invidia quadam quasi rebaptizandi, baptizare post hostes Dei nefas ducitur; cum baptizatos inueniamus quos Ioannes baptizauerat: ille Ioannes maior inter Prophetas habitus, ille diuina gratia adhuc in utero matris impletus, qui non aduersarius Domini, 79 sed præcursor ac prædicator fuit, qui Dominum non tantum verbis prænuñciauit, sed & oculis ostendit, qui ipsum Christum, per quem baptizentur ceteri, baptizauit. Quod si iccirco hæreticus ius baptismi obtinere potuit, quia prior baptizauit, non possidentis erit iam baptisma, sed occupantis: & cum separari à se & diuidi omnino non possint baptisma & Ecclesia; qui occupare baptisma prior potuit, & Ecclesiam pariter occupauit: & incipit tu illi hæreticus videri, qui præuentus posterior esse cœpisti, qui cedendo ac manus dādo, ius quod acceperas reliquisti. Quam periculosum sit autem in diuinis rebus ut quis cedat iure suo & potestate, scriptura sancta declarat, cum in Genesi Elai primatus suos inde perdidit, nec recipere id postmodū potuerit quod semel cessit. 80 Hæc tibi breuiter pro nostra mediocritate rescripsimus frater charissime, nemini præscribentes aut præiudicantes, quo minus vnusquisque Episcoporum quod putat faciat, habens arbitrii sui liberam potestatem. Nos quantum in nobis est, propter hæreticos cum collegis & cœpiscopis nostris non contendimus, cum quibus diuinam concordiam & dominicam pacem tenemus, maximè cum & Apostolus dicat: Si quis autem putatur contentiosus

esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Seruatur à nobis patienter & firmiter charitas animi, collegij honor, vinculum fidei, & concordia sacerdotij. 81 Propter hoc etiam libellum de bono patientiæ, quantum valuit nostra mediocritas permittente Domino & inspirante conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione trāsmisimus. 82 Opto te frater charissime semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam LXXIII.

1. IVBAIANO FRATRI] *Codex Anglicus: IVBAIANO; legit: Zonaras verò & Theodorus Balsamò in præfatio. Exegeses Concilij Carthag. IVBOIANO; sed quum priori modo legat Cambron. cod. tum hic tum in synodo. D. quoque Augustin. etiam Ms. frequentissime contra Donatistas agens, & D. Hieronym. contra Luciferia. magis placet prior illa & vulgata lectio. Patet autem ex verbis in argumento citatis, fuisse Episcopum Africanum; sed quo loco deprehendere non potui.*

2. Scripsisti mihi frater charissime] *Particula, charissime, tum hic tum sepe infra in hac epistola, adiecta est à Manutio & Morelio, pro phrasi Cypriano usitata.*

3. desiderans significari tibi motum animi nostri] *Rectè etiam hoc illi, pro eo quod erat: significans desiderare te motum animæ nostræ. Respondet autem ad locum hunc D. Augustin. libr. 3. de Baptismo cap. 10. dicens multa illicitè fieri, quæ tamen rata sunt.*

4. quid in Concilio] *Concilium illud intelligit cuius est epistola 70. quod solius Africa fuisse patet, utpote quum ad Numidas Episcopos scripta sit.*

5. quid item postea Quinto collegæ nostro de eadem requirenti] *sic etiam illi. Prior verò lectio, si reponatur: Quintum, pro quendam, non mala est, hæc nempe: Quid deinde post ad Quintum collegam nostrum de eadem re requirentem.*

6. Et nunc quoque cum in vnum conuenissemus] *Ex hoc loco colligit dicto loco D. Augustin. non vnum duntaxat, sed plura fuisse Africana concilia tempore Cypriani. Et certe id ipsum patet ex verbis concilij in argumento citatis: quod semel atque iterum & sæpe censuimus] Tria autem fuisse ut minimum, certo deprehendi. Primum Episcoporum Africae de quo epistola lxx. secundum de quo hic & epistola præced. Episcoporum Africa & Numidie numero 71. Tertium quod exstat infra Tom. Episcoporum Africa, Numidie & Mauritanie num. 87. Concilij autem his omnibus præponi vult denuo Augusti. vniuersæ Ecclesiæ auctoritatem.*

7. Quicumque ergo ab adultera & prophana aqua] *Non esse adulteram aquam, etiam si ab adultero administraretur, docet D. August.*

8. Nec nos mouet, &c. Nouatianenses rebaptizare] *Quum sic legat August. etiam Ms. dicti lib. 11. ca. ubi hoc Cypriani ad Iubaianum responsum laudat, magis*

gis placet hæc Manutij & Morelij lectio, quam vulgata & codic. Cambromen. Nouatianos. Vel hinc etiam patet à Nouatiano dictos illos hæreticos, non à Nouato.

9. homines tamen imitantur] *Econtrario hæc vulgata magis placet, quam illorum Angl. cod. humana, præsertim quum sic legat Cambron. cod. Rectè autem adiecerunt ipsi: tamen, ac: sibi & veritatem, hæcenus desiderata.*

10. nihil illi extra Ecclesiam licere] *Sic illi, alij: illic, neutri male. Est autem locus obscurus.*

11. extratio & hæretico baptismo] *sic Angl. cod. pro eo quod alij: extraneo, & placeret magis quia extrarium interpretatur Festus eum, qui est extra focum, sacramentum, & Ius; sed prius Cypriano est vsitatus.*

12. Apud nos autem non noua aut repentina res est] *Reperit denuo concilium ante longam ætatem sub Agrippino celebratum, de quo vide ibidem August. cap. 13. qui eadem recitat huius loci verba. quare noua est adnotanda phrasis: tot milia hæreticorum conuersi, similis illi Apocal. Quadraginta milia signati. Angl. tamen cod. legit: conuersorum.*

13. & rationabiliter & libenter amplexi sunt] *Etiam hoc sumpsisse illos ex Augustin. suspicor, pro eo quod erat duntaxat: & rationabiliter complexi.*

14. lauacri vitalis & salutaris] *Elegans Baptismi periphrasis.*

15. ad hoc veniunt ut discant] *suspicio negligentia operarum commissum mendum apud Manut. dum legitur: ut discerant.*

16. Nos non debemus stuporem, &c.] *Locus hic antea deprauatus & mutilus, rectè hoc passus ab utroque illorum castigatus est. Ego verò etiam interserendum puto: igitur.*

17. Planc quoniam inueni in epistola] *Fidetur mihi profus intelligi hic epistolam Stephani de non baptizandis hæreticis, nam pleræque eadem hic ex illa verba adfert, quæ in epistolis sequentibus duabus reperitur. Atque adeo videtur illa prius peruenisse ad Iubaiani manus, & ad Cyprianum ab illo missa; & fortassis propterea magis offensus fuit Cyprianus. Nisi malit quis, duas epistolas eadem de re à Stephano scriptas esse.*

18. accipere remissam peccatorum potuerit] *Quam vera sit hæc Stephani sententia, toto libr. 1. contra Donatist. & dicti lib. ca. 13. & 14. latè tractat D. Aug. Placet autem magis illud: secundum quod, quam quod erat prius: secundum quæ.*

19. etiam Marcionis fieri mentionem] *Quum paulo post & Marcionitarum & Marcionis denuo fiat mentio, crassus fuit error codicis Erasmi, qui hic legit: Martiani, præsertim quum totidem pene verbis eadem repetat epistola sequenti.*

20. quod iam in nomine Iesu baptizati esse videantur] *De Baptismo in nomine Iesu infra latius, hoc hic duntaxat dicam, August. dicti lib. cap. 15. ubi hunc locum tractat, admittere quidem Marcionis baptismum tanquam integrum sacramentum; si tamen Evangelicis verbis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptismum ille consecrabit.*

21. Patripassiani, Anthropiani, Valentini, Appelletiani, Ophitæ, Marcionitæ] *Sic Manut. &*

Morelius, pro eo quod erat prius duntaxat. Patripassiani, Appellanionitæ, Marcionitæ. Duo itaque hæreticorum genera desiderabantur, & ex duobus vnicum conflatum erat. Atque adeo rectè pro: Appellionitæ, repositum: Appelletiani, Ophitæ. Nam & Augustin. libr. 4. contra Cresc. Gramm. cap. 61. ubi videtur ad hunc locum alludere, recenset Patripassianos, Valentianos, Patriilianos, Appellitas, Marcionitas, Ophitas. Porro Patripassianorum hæresis ita dicta, quod Patrem passum dicerent, quam solus Noëtianus ascribit Epiphani. hære. 57. D. Augustin. ad Quaduult. hære. 41. etiam Sabellianis impingit, immo & Praxianis & Hermogenianis in Africa, contra quos singuli exstant libri Tertulliani. Anthropianorum nullam alibi mentionem reperi. Fortassis omnes illos hæreticos intelligit, qui Christum solum hominem agnoscebant. Aut si discipulos quosdam Valentini, quum ille inter ceteros deos suos quos Aconas appellabat, numeraret: ὀνόματι καὶ ἐκκλησίᾳ, id est, hominem & Ecclesiam (teste Tertull. de præscript. hæretic.) natos ex sermone & vita: Aut certe (quod mihi maximè probatur) Colorbasios à Colorbaso sic dictos, qui primum patrem vniuersorum (teste Epiphani hære. 35.) & primum principium & primum incomprehensibile, ὀνόματι vocabant; & propterea saluatorem seipsum filium hominis dixisse. Qui error tamen ex prædicto quoque Valentini errore originem sumpsit. De Valentianis, vide Epiphani. hære. 37. August. hære. 11. Tertull. de præscript. hæretic. & scripta contra eosdem Irenæi & Tertulliani; contra quos etiam scripsere Clemens Alexandrinus & Hippolytus. De Appelletianis ita ab Appelle nuncupatis, vide Epiphani. hære. 44. August. hære. 23. & Tertullia. de carne Christi & de præscript. contra hæret. De Ophitis ita dictis ab ὀφί, id est, colubro quæ colebant, Epiphani. hære. 37. August. hære. 17. & lib. de præscript. hæret. Tertullii. Constat autem omnes illos aut de patre, aut de filio male sensisse.

22. & gladiis & venenis subuertentes veritatem] *De simili hæreticis vsitata truculentia, loquitur etiā supra epist. lv.*

23. quia nec delectat id dicere] *Antea erat: nec delectatio est dicere.*

24. Nunquid hanc trinitatem Marcion tenet, &c.] *Alludere videtur ad tria principia atque adeo Trinitatem quandam, quam Epiphanius hære. 42. Marcionem asseruisse dicit, & reperit D. Augustin. hære. 22. bonum nempe, iustum siue creatorem mundi, & prauum siue diabolum. Atque adeo etiam subdit: Nunquid eundem asserit quem & nos Deum patrem creatorem.*

25. Nunquid eundem vnum filium Christum de Maria virgine natum, &c.] *Hoc pertinet ad alterum illius errorem, contra quem agit Tertull. li. de carne Christi; quo dicebat Christum non vere sed putatiue (uti ille loquitur) natum ex Virgine. Angl. autem cod. legit non male: Nunquid eundem nouit filium, ex quo etiam restitui illud: caro factus sit, pro: est.*

26. qui resurrectionem carnis per semetipsum primum initiauerit] *Hæc contra totum illum errorem, quo asserbat neque Christum vere resurrexisse, neque nos resurrecturos; contra quem agit libro de Resurrectione carnis Tertullia. Quare rectè adiecta sunt hic voces: carnis, &: primus, à Manutio & Morelio. nam habet etiam Angl. cod. qui confirmat etiam illud Manutij:*

Act. 19.

Act. 11. Luce. 1.

Gen. 25.

1. Cor. 11.



muti; quod in eadem carne relurrexisset.

27. Quomodo ergo potest videri, qui apud illos baptizatur consecutus esse? Sic illi, pro eo quod erat: apud illos baptizatos consecutos esse, neutri male. Porro admittit quidem D. August. talem apud illos baptizatum non consequi peccatorum remissionem, sed tamen vere baptizari docet; & postea cum ad Ecclesiam venerit remissionem accipere peccatorum. Quod usque adeo de omnibus hæreticis verum asserit, ut libr. 6. de baptismo, cap. 25. etiam illum pro vero baptismo agnoscat, cuius precibus quedam inseruntur contra Catholicam fidem. Quia certa illa (inquit) Evangelica verba sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum valent, ut per illa sic evacuentur quæcumque in prece vitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum demonium Christi nomine excluditur. Iuxta igitur D. August. sententiam à quocumque hæretico collatus baptismus ratus censetur, modo verbis illis Evangelicis consecratus sit. Alioquin vero si omittantur illa; non est verum baptismus. Atque hinc est, quod cum Marcionis, Novatianorum, & aliorum supranominatorum baptismum recipit Ecclesia, Paulianistarum tamen, Cataphrigum, & similibus baptismum reprobat Synodus Nicæna, cano. 19. secunda Synodus cano. 7. Laodic. cano. 8. sexta generalis 95. & septima cano. 7. P. in contrario priorum illorum baptismum recipitur, dictarum Synodorum Laodic. cano. 7. & Sextæ canon. iam dicto. Si quid autem divinare licet in re incerta, ad Nicænum Concilium respexit August. dum toties plenarij & universales Concilij meminit, in quo approbatus sit hæreticorum baptismus. Nam eo ipso quo solos Cataphrigas & Paulianistas rebaptizandos censet, cæterorum baptismum comprobare videtur.

28. & divinam indulgentiam gratiam] Ita illorum uterque; Cambren. cod. & divinam bonitatis indulgentiam, vulgati verò cod. & domini indulgentiam.

29. utique id accepit quod credidit, falsum autem credens verum accipere non potuit] Sic Manut. & Morelius; si tamen cum Costerio legamus: utique id accipere non potuit quod non credidit, cæteris omnia consistit sensus.

30. Dum fit, facta est mihi] Angl. cod. dum sic mihi facta est, sed illud exprimit quod est Græcè apud 70. γινεσθαι ἐν ἐμοί, & legitur apud D. Augustinum quoque libr. 3. de bapt. cap. 15. Quare rectè adiecerunt Manut. & Morelius: dum fit, Optime autem ex ipso Hieronimo contextu colligit Augustin. non loqui prophetam de baptismo, sed de populo Israëlito; præsertim quoniam aquarum nomine populos accipi restetur scriptura Apoc. 17. Supplacuerunt verò illi hunc locum antea mutilum.

31. Aut enim utriusque fides foris potuit] Angl. cod. fide sua foris, Morel. fides de suo foris, forte legendum: fide sua foris.

32. & vnde unitatis originem] Antea erat: humanitatis, pro quo Manutius & Morelius: vniuersitatis, ego vero: unitatis, legendum puto, tum ex similibus locis de quibus supra latius epistola lo. tum ex D. August. dicti libr. cap. 17. ubi hunc locum tractans, typum unitatis Petrum dicit, præsertim nobiscum legente Angl. cod.

33. ut id solueretur in cælis, quod ille soluisset in terris] Rectè sic Morelius, pro eo quod cæteri: ut id sol-

ueretur in terris quod illi soluisset. Ita enim habent verba Christi Matth. 18. quare & August. ita castigandum censet.

34. remittentur illi] Quandoquidem sequitur: tenebuntur, magis placet hæc Manut. & Morel. lectio, quam vulgata & quæ hodie est apud Augustin. dicti libr. cap. 28. remittuntur; præsertim cum infra bis terne eodem modo hæc scriptura legatur. Apud Evangelistam tamen & Græcè & Latine legitur: remittuntur, & retenta sunt.

35. præpositis & in Evangelica lege & c. fundatis] Quomodo ita legat D. August. dicto cap. & Angl. cod. veram puto lectionem hæc Morel. si cui tamen illa lectio placet: Præpositos fundatos, oportebit cum Græco legi licite, pro eo quod est: licere. Rectè autem adiecta est ab utroque particula: posse, nam eam legit August.

36. Quod autem dicunt quidam] Fatetur etiam D. August. dicti libr. cap. 19. exemplum hoc ex Act. Apost. ad rem non pertinere: Nam vii rectè adnotavit Cyprianus, locus ille de illa manus impositione intelligitur, quæ in confirmationis sacramento fieri est solita; de qua latius epistola præcedenti.

37. Præpositis Ecclesiæ offerantur] Sic Angl. cod. pro: per præpositos.

38. quod non nisi vni & soli Ecclesiæ datum sit] Ita Manut. & Morel. cum Angl. cod. Cambren. verò cod. vni, duntaxat legit: prius utrumque desideratur.

39. & Deum promentus] Sic illi, antea erat: & pro meritis.

40. Quid adultera & aliena & diuinæ unitatis inimica in acceptum referimus] Sic Angl. cod. pro eo quod alij: adulteram & alienam & diuinæ unitatis inimicam, sed ad vulgatam videtur accedere D. August. dum hoc loco interpretatur, quod habet Osee, de adulteris, de Ecclesia hæreticorum.

41. Ecclesia paradisi instar exprimens] Nunc hoc dictum, simili tamen phrasi dixit infra epistola ad Magnium: A personam, baptismi instar obtinere. Exactè autem ad hunc locum respondet D. August. libr. 4. de baptismo cap. 1. Flamma paradisi etiam foras largiter manare, sed non beatitudinem: atque ita (si in Metaphora persistamus) baptismum foris dari posse, sed non salutarem.

42. exciditur & in ignem mittitur] Sive hoc patet legas, sive uti vulgo: exciditur & in ignem mittitur, perinde est, variant etiam hodie exemplaria Latina.

43. baptismi gratiam salutatis cælesti & c.] Hoc ex Angl. cod. pro: salutate & cælesti.

44. rigare potest] Rectè Manut. & Morel. hic: rigare, & paulo post: impartire, sequitur: nam de baptizate loquitur, non de baptizato.

45. quæ de eius ventre fluxerunt] Ex Assinuate litterarum irrepserat mendum: de eius venis refluxerunt, Rectè etiam illi: domini sui potestatem, pro eo quod erat: gratiam, nam prius legit D. Augustin. apud quem & sequentia tractata habet dicti libr. 4. ca. 2. 3. & 4.

46. Nos de diuino permisso] Adiciamus: de, ex eodem Angl. cod. quomodo & paulo post: ergo.

47. Nam si baptizari quis] Optime etiam, hoc illi eo quod sequitur: consequi.

48. & templum Dei factus est] Respondet August. admittere

mittere se; non fieri templum Dei qui apud hæreticos baptizatur; sicut tamen pro baptizato habetur apud apud qui ab auaritia non recesserit, etiam si templum Dei non fiat, ita & hæreticum vere baptizari.

49. cum tres vnium sint] Verba hæc antea desiderata, ab illis quoque adiecta sunt.

50. Proinde frustra quidam qui ratione vincuntur consuetudinem nobis opponunt] Hoc plane verum est (inquit D. August. dicti libr. cap. 50.) quia ratio & veritas consuetudini præponenda est: sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmiter retinere. Miror autem quid sibi voluerit hoc loco Erasmus, dum in adnotatunculo dicit sentire Cyprianum, non absurdum esse, si quid in Ecclesia corrigatur, si deprehensus fuerit error. Neque enim ego eum sui ipsius ita oblitum putem, ut Ecclesiam, quam ipse alibi confitetur iuxta Apostolum esse basim & columinam veritatis, errare posse existimauerit. Contrariam certe D. Cypriani sententiam videre est, dum alibi dicit, Ecclesiam Christi ipsam adulterari non posse, alibi à Christo separari non posse, & præsertim toto libro de Ecclesia Catholica unitate, quare nos prolixior probationi super sedebimus: Si quis de Ecclesia auctoritate plura desideret, legat exactissimum de ea tractatum, apud Melchiorum Canonum locorum Theolog. lib. 4.

51. quia ignorans feci] Ita rectè Manut. & Morelius, pro eo quod antea erat: qui, nam ita habet Apostolus, Cambren. quoque cod. ac. D. August. & Gratianus dist. 4. c. Consuetudo, hunc locum citantes. Ex quibus etiam patet locum hunc ante huiusmodi fuisse, nam dicitur legebatur: præsumptione atque obstinatione superatur.

52. Nec quisquam dicat: Quod accepimus ab apostolis, hoc sequimur] Desiderabatur antea: hoc sequimur, quod primus rectè adiecit Gratianus, ut opinor ex August. qui hunc locum tractat dicti libr. 6. cap. Neque verò hic traditionem Apostolicam impugnatur Cyprianus, sed traditioni quam illi afferbant, opponit alteram traditionem de Ecclesia unitate; quod non obscure indicant verba illa: quando Apollito non nisi vniam Ecclesiam tradiderunt, quomodo rectè nunc legitur. Quia quod D. August. fatetur cum Cypriano, non inueniri posse, Apostolos aliquem ab hæreticis baptizatum, in eodem baptismo (ita ille legit cum cod. vulgatis) admisisse & communicasse. Sed neque hoc inueniri, qui apud illos fuerit baptizatus, ab Apostolis denique baptizatum. Illam tamen consuetudinem, quam non videbat ipse Cyprianus à postterioribus institutam, rectè ab Apostolis traditam credi. Quod ipsum expressus prius dixit libr. 2. de bapt. cap. 8. Quæ per vniuersam Ecclesiam custodiuntur, non nisi ab Apostolis tradita & commendata credi oportere, etiam si in litteris eorum non reperiantur, atque adeo etiam dictam consuetudinem credi debere Apostolicam.

53. Veruntamen omnimodo & c. Christus annuncietur] Quandoquidem sic legat D. August. etiam Ms. dicti libr. 7. cap. Cambren. cod. magis placet hæc vulgata lectio quam illa Manut. & Angl. cod. annunciat. Nam etsi illa ad Græcum textum magis accedat, ad hanc magis accedunt verba eadem aliter paulo post repetita; & sic etiam Tertull. legit libr. 5. contra Marcionem. A quo rectè veniunt: caulationi, pro eo quod Græcè est προφάσει, & Cyprianus verit: per occasionem. Atqui fatetur etiam D. August. hæc scriptu-

ram ad hæreticos non pertinere, sed ad fratres contra disciplinam in Ecclesia male viuentes; confirmans ex hoc loco suam sententiam, etiam malos esse in Ecclesia.

54. quosdam seruasse] Hoc quoque primus ex D. August. castigauit Gratianus, antea erat: seruare.

55. Nam cum dicant sermonem eorum ut cancer serpere] Hæc & sequentia eodem libro tractat. D. August. cap. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. ex quo patet, rectè adiectam particulam: gerunt, quæ desiderabatur; ubi nunc legitur: quomodo gerunt spiritaliter.

56. Non est autem quod aliquis & c. multis deducit Cyprianus, non esse verum baptismum quod in solo Christi nomine confertur, eo quod Christus baptizare iusserit in plena & adunata Trinitate. Immo & eorum confirmat sententiam, qui neque ab Apostolis Acto. 2. ita collatum baptismum volunt.

57. quæ saluet] Omisit uterque: in se, quod hoc loco præponebatur.

58. Cum ergo ex ipso Christi] Antea erat: & ipso, minus rectè.

59. Legis & Moyse antiquissimum baptismum] Alludit 1. Cor. 10. Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari.

60. imo & contra Ecclesiam] Hæc recens ab illis adiecta sunt.

61. Nisi si qui Christum negat, negatur à Christo] Ab illis quoque ita rectè restitutus est hic locus, antea corruptissimus.

62. Quæ autem potestate] Antea erat pessime: Qui autem, primus Gratianus castigauit.

63. ut qui filium Dei negat] Adicio: Dei, ex Angl. cod. maledico ore lacerauerit] Ita rectè quoque illi, pro eo quod erat: lacerauit, ubi autè legitur: quibus potest viribus, antea erat: quibuslibet in modis, non male.

64. quos constat baptizatos, & c.] Etiam hic locus rectè ab illis restitutus, antea corruptus.

65. aut fide credere] Hoc quoque rectè legunt illi, prius enim erat superflua eiusdem vocis repetitio; sic & illud paulo post: si vocabulum, pro eo quod corruptissime legebatur: nisi, duobus in locis.

66. alienis & æternis peccatis] Alludit ad illud Marc. 3. Reus erit æterni delicti (nā de blasphemia loquitur in spiritum sanctum) quod alij Evangelistæ dicunt, neque hic remitti neque in futuro.

67. nos veritatis eiusdem iura & sacramentum] Magis placet hæc lectio vulgata & Cambren. cod. quam illorum: & sacramenta; nam de baptismo, non de aliis sacramentis questio est.

68. Nunquid potest vis baptismi maior esse, quam confessio, quam passio] Postremum illud rectè illi adiecerunt, nam id habet etiam D. August. dicti libr. 17. cap. ubi hunc locum tractat.

69. Et tamen neque hoc baptismum hæretico prodest] Quod hæretico martyrium non prodest, latius tractauimus supra epistola ad Antonianum. Porro si legimus: hæretico, cum August. & Angl. cod. necesse erit, legimus etiam cum illis: Christum confessus & occisus, sine verò legamus: confessi & occisi, oportet ut legamus: hæreticis. Eligat lector utrum velit.

70. Quare baptismum nobis & hæreticis commune esse non potest] Rectè ex D. August. primus adiecit Gratianus particulam: commune, quæ desiderabatur.



71. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu] Quum D. August. hunc locum tractans dicti libr. 21. cap. bis tunc hoc pacto hanc scripturam legat; ego superfluum putavi particulam sancto, æque atque præced. epistola ad Stephanum, præsertim quum neque Hieronym. eam legat epistola ad Oceanum.

72. Sanguine autem suo baptizatos] Dogma istud de baptismo sanguinis sumpsit Cyprianus ex Tertull. lib. de baptismo, nam & ipse scripturam illam Luc. 12. quam præmittit, huic rei adaptat, quomodo & Hilarus in illud psal. 118. Vniã & obseruabo sermones tuos. Similia videre est apud D. August. cum dicti libr. ca. 21. ad finem usque, cum li. 13. de ciuita. Dei, cap. 7. qui tamen libr. Retract. 2. ca. 18. existimat, non satis idoneum esse ad hanc rem comprobendam exemplum latronis, quod hic adfert Cyprianus. Et aliis itaque id ipsum confirmatur per martirium Innocentium. Meminit eiusdem baptismi sanguinis D. Fulgentius lib. de fide ad Petrum ca. 3. & Auctor libri de Ecclesia dogmat. ca. 7. 4. quem iam olim D. August. ascripsit Irbannus Maurus lib. 4. de vniuerso cap. 10. in quo integrum illum librum reperire est. Eadem de re D. Bernardus epistola 77. ad Hugonem de sancto Victore.

73. Sed dicit aliquis: Quid ergo fiet de his &c.] Locum hunc tractat D. August. libr. 5. de baptis. ca. 1. 2. 3. 4. & ex ipso Cypriano Donatistas conuincit; eo quod ipse hic fateatur, eos qui iuxta pristinam consuetudinem ab hæreticis sine baptismo recepti essent in Ecclesiam, saluari potuisse.

74. patefactæ ac perspectæ veritati libenter oblequi] Ita rectè quoque illi cum D. Augu. pro eo quod erat: patefacta veritate, Locum est simili illi epistola ad Antonian. contra eos qui semper dubitare malunt, quam veritati semel perspectæ acquiescere.

75. Nec quisquam existimet hæreticos, eo quod illis baptismata opponatur] Sic Manut. & Morel. Cambr. verò ac Angl. cod. & ceteri excusi: baptismata, tractans verò hunc locum D. August. dicti libr. ca. 5. 6. 7. & 8. pulchrè deducit, quam semper omnes etiã hæretici abhorruerint ab Eubaptismo.

76. auidius ad nos & promptius properant] sic rectè illi, pro eo quod erat: audacius.

77. baptizatos quoque à Paulo eos, qui iam baptismo Ioannis baptizati fuissent] Hunc locum ad epilogum usque tractat D. August. dicti libr. ca. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15 & 16. ubi pulchrè distinguit baptismata Ioannis à baptismate Christi.

78. sicut legimus in Actibus Apostolorum] Quum ita legat D. August. & Cambr. cod. confirmatur mea sententia quam supra posui epistola ad Anton. ubi que apud Cyprianum legendum: actibus, non: actis, quod ferè legit Manut.

79. sed præcursor & prædicator fuit] Ita August. atque adeo rectè quoque Manut. & Morelius, pro eo quod erat: præcursor prædicando fuit.

80. Hæc tibi breuiter] Epilogus est totius epistolæ, quem cum alibi saepe, tum potissimum dicti libr. cap. 17. tractat D. August. inde concludens: Quandoquidem vniuersique Episcopo permisit sentiendi hæc de re quod vellet libertatem, non mirum cuiquam videri debere, si ipse à Cypriano hæc de re dissentiat; vniuersa Ecclesia consuetudinem & definitionem plenarij Concilij pluris faciens, quam aliquot Episcoporum scripta. De eodem, & loco

simili epistola præced. ita loquitur D. Hieronym. aduersus Luciferia. Verum si voluerint qui ab Hilario (nam sic legunt Ms. cod. pro eo quod vulgo legitur: Hilario) instituti sunt & oues sine pastore esse ceperunt, de scripturis ea proferre, quæ beatus Cyprianus ob hæreticos baptizandos (nam superflua est ibi negandi particula) in Epistolis suis reliquit: sciant illum hæc, non cum anathemate eorum qui se sequi noluerunt edidisse (siquidem in communione eorum permansit qui sententia sua contraxerant) sed hortatum potius fuisse, propter Nonatianam & alias tunc hæreses enascentes, ne quisquam ab eo sine damnatione erroris sui reciperetur. sermonem denique suum quem super hac re ad Stephanum Romanum Pontificem habuit tali fine compleuit: hæc ad conscientiam tuam frater, &c. Ad tubaiam quoque de hæreticis rebaptizandis scribens, in fine libelli sic locutus est; Hæc tibi breuiter pro nostra mediocritate &c. ] Quum autem tam Hierony. quam August. legant: breuiter, non placet quod Manut. legit: breuibus.

81. Propter hæc etiam libellum de bono patientia. Occasionem hic narrat scripti libelli de bono patientia, quem habes infra tom. 2.

82. Opto te frater charissim. ] Clausula hæc à Manutio & Morelio recens adiecta est.

## AD POMPEIUM CONTRA EPISTOLAM STEPHANI.

### EPISTOLA LXXIIII.

Argumentum huius epistolæ istud est apud D. Augusti. dicti libr. 5. contra Donatist. cap. 23. Ad Pompeium (inquit) etiam scribis Cyprianus de hac eadem re; ubi aperte indicat, Stephanum, quem Romanæ Ecclesiæ Episcopum tunc fuisse didicimus, non solum sibi ad ista non consensisse, verum etiã contra scripsisse atque præcepisse. De qua rursus cap. 25. Iam illa quæ in Stephanum irritatus effudit, retractare nolo, quia & opus non est. Eadem quippe ipsa dicuntur, quæ iam satis discussa sunt; & ea præterire melius est, quæ periculum perniciose dissensionis habuerunt. Stephanus autem & abstinendos putauerat, qui de suscipiendis hæreticis præscam consuetudinem conuellere conarentur. Iste autem questionis ipsius difficultate permotus, & sanctis charitatis visceribus largissime præditus, in vnitatem eis manendum, qui diuersa sentiret. Ita quamuis commotus, sed tamen fraternæ indignetur; vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali discrepatione nullum inter eos malum schismatis oriretur. Et actenus ille, quæ prolixius citauimus, eo quod Antidoti sint loco, aduersus eos, qui hinc schisma suum à Romano Pontifice confirmare nituntur.

## CYPRIANVS 'POMPEIO

fratri Salutem

Quanquam



ANQVAM plene ea quæ de hæreticis baptizandis dicenda sunt, complexi sumus in epistolis, quarum ad te exempla transmifimus, frater charissime; tamen quia desiderasti in notitiam tuam perferri, quæ mihi ad litteras nostras Stephanus frater noster rescripserit, mihi tibi rescripti eius exemplum: quo lecto magis ac magis eius errorem denotabis, qui hæreticorum causam contra Christianos, & contra Ecclesiam Dei asserere conatur. Nam inter cætera vel superba, vel ad rem non pertinentia, vel sibi ipsi contraria, quæ imperitè atque improuidè scripsit, etiam illud adiunxit, ut diceret: [ Si quis ergo à quacunque hæresi venerit ad nos, nihil innouetur nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam: cum ipsi heretici propriè alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum. ] A quacunque hæresi venientem baptizari in Ecclesia veruit, id est, omnium hæreticorum baptismata iusta esse & legitima iudicauit. Et cum singulæ hæreses singula baptismata & diuersa peccata habeant, hic cum omnium baptismis communicans, vniuersorum delicta in sinum suum coaccruata congestit. Et præcepit nihil aliud innouari nisi quod traditum est; quasi is innouet qui vnitatem tenens, vnum baptismata vni Ecclesiæ vindicat; & non ille utique qui vnitatis oblitus mendacia & contagia profanæ tinctionis vsurpat. [ Nihil innouetur, inquit, nisi quod traditum est. ] Vnde est ista traditio: utrum ne de dominica & Euangelica auctoritate descendens, an de Apostolorum mandatis atque epistolis veniens? Ea enim faciendæ esse quæ scripta sunt, Deus testatur, & proponit ad Iesum Naue dicens: Non recedet liber legis huius ex ore tuo, sed meditaberis in eo die ac nocte, ut obserues facere omnia quæ scripta sunt in eo. Item Dominus Apostolos suos mittens, mandat baptizari gentes & doceri, ut obseruent omnia quæcunque ille præcepit. Si ergo aut in Euangelio præcipitur, aut in Apostolorum Epistolis, aut Actibus continetur, ut à quacunque hæresi venientes non baptizentur, sed tantum manus illis imponatur in pœnitentiam; obseruetur diuina hæc & sancta traditio. Si verò vbique hæretici nihil aliud quàm aduersarij & anti-christi nominantur: si vitandi, & peruersi,

& à semetipsis damnati pronunciantur: quale est ut videantur damnandi à nobis non esse, quos constat Apostolica contestatione à semetipsis damnatos esse? Ve nemo infamare Apostolos debeat, quasi illi hæreticorum baptismata probauerint; aut eis sine Ecclesiæ baptismis communicauerint, quando talia de hæreticis Apostoli scripserunt: & hoc, cum non dum hæreticæ pestes acriores prorupissent, necdum quoque Marcion de Ponto emersisset, cuius magister Cerdon sub Hygino tunc Episcopo, qui in vrbe nonus fuit, Romanus venit; quem Marcion secutus additis scripsit, etiam illum augmentis, impudentius cæteris & abruptius in Deum patrem creatorem blasphemare instituit; & hæreticum furorem sacrilegis armis contra Ecclesiam rebellantem, iceleratius & grauius armavit. Quod si hæreses constat postmodum plures ac peiores extitisse; & si retro nusquam omnino præceptum est, neque conscriptum, ut hæretico tantum manus in pœnitentiam imponatur, & sic ei communicetur; & si baptismata non nisi vnum est, quod apud nos est, & intus est, & soli Ecclesiæ de diuina dignatione concessum est: quæ ista obstinatio est, quæ præsumptio, humanam traditionem diuinæ dispositioni antepone, nec animaduertere, indignari & irasci Deum, quociens diuina præcepta soluit & præterit humana traditio? Sicut per Esaiam prophetam clamat & dicit: Populus iste labiis honorificat me, cor vero eorum longe separatum est à me. Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes. Item Dominus in Euangelio increpans similitè & obiurgans ponit & dicit: Reiciitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis. Cuius præcepti memor beatus Apostolus Paulus, commonet ipse quoque & instruit, dicens: Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis verbis Domini nostri Iesu Christi & doctrinæ eius, stupore elatus est, nihil sciens; discedendum ab huiusmodi. Præclara sane & legitima traditio Stephano fratre nostro docente proponitur, quæ auctoritatem nobis idoneam præbeat. Nam in eodem loco epistolæ suæ addidit & adiecit: [ cum ipsi heretici propriè alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum. ] Ad hoc enim malorum deuoluta est Ecclesia Dei & sponsa Christi, ut hæreticorum exempla seque-

R ij

Steph.

\* propo.

Steph.

1. 1. 1.

Mat. 18.

Titim. 3.

Esa 29.

Mar. 7.

1. Tim. 6.

Steph.



tur, vt <sup>17</sup> ad celebranda sacramenta cœlestia disciplinam lux de tenebris mutuetur, & id faciant Christiani, quod antichristi faciunt. Quæ verò est animi cœcitas, quæ prauitas, fidei vnitatem de Deo patre & de Iesu Christi Domini & Dei nostri traditione venientem nolle cognoscere? Nam si iccirco apud hæreticos Ecclesia non est, quia vna est, & diuidi non potest: si ideo illic Spiritus sanctus non est, quia vnus est, & esse apud profanos & extraneos non potest: vtique & baptisma quod in eadem vnitate consistit, esse apud hæreticos non potest, quia separari neque ab Ecclesia, neque à Spiritu sancto potest. <sup>18</sup> Aut si effectum baptismi maiestati nominis tribuunt, vt qui in nomine Iesu Christi vbicunque & quomodocunque baptizantur, innouati & sanctificati iudicentur; <sup>19</sup> cur non in eiusdem Christi nomine illic & manus baptizato imponitur ad accipiendum Spiritum sanctum? cur eadem eiusdem maiestas nominis non præualet in manus impositione, quam valuisse contendunt in baptismi sanctificatione? Nam si potest quis extra Ecclesiam natus templum Dei fieri, cur non possit super templum & Spiritus sanctus infundi? Qui enim peccatis in baptismo expositus sanctificatus est, & in nouum hominem spiritualiter reformatus, ad accipiendum Spiritum sanctum idoneus factus non est? quando Apostolus dicit: <sup>20</sup> Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. <sup>21</sup> Qui potest apud hæreticos baptizatus Christum induere; multo magis potest Spiritum sanctum, quem Christus misit, accipere. Ceterum maior erit mittente qui missus est, vt incipiat foris baptizatus Christum quidem induisse, sed Spiritum sanctum non potuisse percipere; quasi possit aut sine spiritu Christus indui, <sup>22</sup> aut à Christo spiritus separari: <sup>23</sup> Illud quoque ineptum, vt cum natiuitas secunda spiritalis sit, qua in Christo per lauacrum regenerationis nascimur, dicant quod possit quis apud hæreticos spiritaliter nasci, vbi spiritum negant esse. Peccata enim purgare, & hominem sanctificare aqua sola non potest, nisi habeat & Spiritum sanctum. <sup>24</sup> Quare aut & Spiritum necesse est concedant esse illic, vbi baptisma esse dicunt: aut nec baptisma est, vbi spiritus non est; quia baptisma esse sine spiritu non potest. Quale est autem

Galat. 3.

asserere, & contendere, quod esse possint filij Dei, qui non sint in Ecclesia nati? <sup>25</sup> Baptisma enim esse in quo homo vetus moritur, & nouus nascitur, manifestat & probat beatus Apostolus dicens: <sup>26</sup> Salua- <sup>Timm. 3.</sup> uit nos per lauacrum regenerationis. Si autem in lauacro, id est, in baptismo est regeneratio, quo modo generare filios Deo hæresis per Christum potest, quæ Christi sponsa non est? Ecclesia est enim sola, quæ Christo coniuncta & adunata spiritaliter filios generat, eodem Apostolo rursus dicente: Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt eam sanctificaret, purgans eam lauacro aquæ. Si igitur hæc est dilecta & sponsa quæ sola à Christo sanctificatur, & lauacro eius sola purgatur; manifestum est hæresim (quæ sponsa Christi non sit, nec purgari, nec sanctificari lauacro eius possit) filios Deo generare non posse. Porro autem non per manus impositionem <sup>27</sup> quis nascitur quâdo accipit Spiritum sanctum, sed in baptismo; vt spiritum iam natus accipiat, sicut in primo homine Adam factum est. Ante enim Deus eum plasmauit, & tunc insufflauit in faciem eius flatum vitæ. Nec enim potest accipi spiritus, nisi prius fuerit qui accipiat. Cum autem natiuitas Christianorum in baptismo sit, baptismi autem generatio, & sanctificatio apud solam sponsam Christi sit, quæ parere spiritaliter, & generare filios Deo possit; vbi, & ex qua, & cui natus est, qui filius Ecclesiæ non est, vt habere quis possit Deum patrem, ante Ecclesiam matrem? <sup>28</sup> Cum verò nulla omnino hæresis, sed neque aliquod schisma habere salutaris baptismi sanctificationem foris possit; cur in tantum Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit vt etiam de Marcionis baptismo, item Valentini & <sup>29</sup> Apelletis, & ceterorum blasphemantiū in Deū patrem contendat filios Deo nasci? & illic in nomine Iesu Christi dicat remissionem peccatorum dari, vbi blasphematur in patrem, & in Dominum Deum Christum? Quo in loco considerandum est frater charissime, pro fide & religione sacerdotalis loci quo fungimur, an constare sacerdotis Dei ratio in die iudicij possit, asserentis & probantis, & in acceptum referentis blasphemantium baptismata; cum Dominus comminetur & dicat: Et nunc præceptum hoc ad vos est o sacerdotes, si nō audieritis, & si

Ephes. 5.

Genes. 2.

Malach. 2.

& si non posueritis in corde vestro, vt detis honorem nomini meo, dicit Dominus omnipotens, immitam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem vestram. Dat honorem Deo, qui Marcionis baptismo communicat? Dat honorem Deo, qui apud eos qui in Deum blasphemant remissionem peccatorum dari iudicat? <sup>30</sup> Dat honorem Deo, qui foris de adultera & fornicaria nasci Deo filios asseuerat? Dat honorem Deo, qui vnitatem, & veritatem de diuina lege venientem non tenens, hæreses contra Ecclesiam vindicat? Dat honorem Deo, qui hæreticorum amicus, & inimicus Christianorum, <sup>31</sup> sacerdotes Dei veritatem Christi, & Ecclesiæ vnitatem tuentes abstinentes putat? Si sic honor Deo datur, si sic à cultoribus & sacerdotibus eius timor Dei & disciplina seruetur: abiiciamus arma, manus demus in captiuitatem, tradamus diabolo ordinationem Euangelij, dispositionem Christi, maiestatem Dei; diuinæ militiæ sacramenta soluantur, factorum cœlestium signa prodantur: succumbat & cadat Ecclesia hæreticis, lux tenebris, fides perfidiæ, spes desperationi, ratio errori, immortalitas morti, charitas odio, veritas mendacio, Christus antichristo. Merito & sic in dies singulos schismata & hæreses surgunt, crebrius atque liberius excrescunt, & serpentinis criminibus pullulantes, aduersus Ecclesiam Dei maioribus viribus, venenorum suorum virus exprimunt: dum illis <sup>32</sup> aduocatione quorundam, & auctoritas præstat, & firmitas; dum baptisma eorum defenditur, dum fides, dum veritas proditur, dum id quod contra Ecclesiam foris geritur, intus in ipsa Ecclesia vindicatur. Quod si est apud nos frater dilectissime Dei timor, si tenor præualet fidei, si custodimus Christi præcepta, si incorruptam atque inuiolatam sponsæ eius sanctitatem tuemur, si hærent sensibus & cordibus nostris verba Domini dicentis: Putas cum venerit filius hominis, inueniet fidem in terra? quia fideles Dei milites, qui Deo fide & religione sincera militamus; commissa nobis diuinitus castra fidei virtute seruemus. <sup>33</sup> Nec cōsuetudo quæ apud quosdam obprelerat, impedire debet quo minus veritas præualeat & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vtriusque erroris est: pro-

Luc. 18.

pter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes quia & apud Efdram veritas vicit; sicut scriptum est: <sup>34</sup> Veritas manet & inualefcit in æternum, & viuunt & obtinet in sæcula sæculorum. Nec est apud eam accipere personam, nec differentias sed quæ sunt iusta facit; nec est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & maiestas, & potestas omnium sæculorum; Benedictus Deus veritatis. Quam veritatem nobis Christus ostendens in Euangelio suo dicit: Ego sum veritas. <sup>35</sup> Propter quod si in Christo sumus, & Christum in nobis habemus; si manemus in veritate, & veritas in nobis manet, ea quæ sunt vera teneamus. Fit autem studio præsumptionis & contumaciæ, vt quis magis sua praua & falsa defendat, <sup>36</sup> quam ad alterius recta & vera consentiat. Cui rei prospiciens beatus Paulus Apostolus ad Timotheum scribit & monet, Episcopum <sup>37</sup> non litigiosum, sed mitem & docibilem esse debere. Docibilis autem ille est, qui esse ad discendi patientiam lenis & mitis; oportet enim Episcopum non tantum docere; sed & discere; quia & ille melius docet, qui quotidie crescit; & proficit discendo meliora. Quod ipsum quoque idem Apostolus Paulus docet, <sup>38</sup> præmonens, vt si alij sedenti melius reuelatum fuerit, prior taceat. <sup>39</sup> In compendio est autem apud religiosas & simplices mentes; & errorem deponere, & inuenire atque cruce veritatem. Nam si ad diuinæ traditionis caput & originem reuertamur, cessat error humanus; & sacramentorum cœlestium ratione perspecta, quicquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebat, in lucem veritatis aperitur. <sup>40</sup> Si canalis aquam ducens qui copiose prius & largiter profluebat, subito deficiat, nonne ad fontem pergitur, vt illic defectionis ratio noscatur, vt riuus arescentibus venis, <sup>41</sup> in capite vnda siccauerit; an verò integra inde & plena procurrens in medio itinere destiterit? Vt si vitio interrupti aut bibuli canalis effectum est, quo minus aqua continua perseveranter ac iugiter flueret, refecto & confirmato canali ad vsum atque ad potum ciuitatis aqua collecta eadem vbertate atque integritate repræsentetur, qua de fonte proficiscitur. Quod & nunc facere oportet Dei sacerdotes præcepta diuina seruantes, vt si in aliquo nutauerit & vacillauerit veritas,

3. Esdr. 4.

Ioan. 14.

2. Tim. 2.

1. Cor. 14.



ad originem dominicam & Euāgelicam, & Apostolicam traditionem reuertamur, & inde surgat actus nostri ratio, vnde & ordo & origo surrexit. <sup>40</sup> Traditum est enim nobis quod sit vnus Deus, & Christus vnus, & vna spes, & fides vna, & vna Ecclesia, & baptisma vnum non nisi in vna Ecclesia constitutum, à qua vnitate quisquis discesserit, cum hæreticis necesse est inueniatur; quos dum contra Ecclesiam vindicat, sacramentum diuinæ traditionis impugnat. Cuius vnitatis sacramentum expressum videmus etiam in Cantico Canticorum ex persona Christi dicentis: <sup>41</sup> Hortus conclusus, foror mea, sponsa, fons signatus, puteus, aquæ viuæ, paradysus cum fructu pomorum. Si autem Ecclesia eius hortus conclusus est & fons signatus; quo modo in eundem hortum introire, aut bibere de fonte eius potest, qui in Ecclesia non est? Item Petrus ipse quoque demonstrans, & vindicans vnitatem; <sup>42</sup> mandauit & monuit nisi per vnum solum baptisma vnus Ecclesiæ saluari nos non posse. In arca, inquit, Noë pauci, id est, octo animæ, saluæ factæ sunt per aquam, <sup>43</sup> quod & vos similiter saluos faciet baptisma. Quæ breui & spiritali compendio, vnitatis sacramentum manifestauit? Nam vt in illo mundi baptismo, quo iniquitas antiqua purgata est, qui in arca Noë non fuit, non potuit per aquam saluus fieri: ita nec nunc potest per baptisum saluus videri, qui baptizatus in Ecclesia non est, quæ ad arcæ vnus sacramentum dominica vnitate fundata est. Obseruatur itaque à nobis & tenetur, frater charissime, explorata & perspecta veritate, vt omnes qui ex quacunque hæresi ad Ecclesiam conuertuntur, Ecclesiæ vnico legitimo baptismo baptizentur, exceptis his qui baptizati in Ecclesia prius fuerant, & sic ad hæreticos transferant: hos enim oportet cum redeunt, acta pœnitentia per manus impositionem solam recipi, & in ouile, vnde errauerant, à pastore restitui. Opto te frater charissime, semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam LXXIII.

1. POMPEIO FRATRI] Pompeius in Synodo sub finem cognominatur Sabratenis, supra quoque epistolis xli. xliij. & xlvi. illius sit mentio.

2. Quamquam plene ea quæ, &c.] Loquitur de epistolis præced. ad Episcopos Numidas, ad Quintum, &

ad Iubaianum; atque adeo patet post illas omnes scriptam hanc esse.

3. Nam inter cætera vel superba] Sic Manut. & Morelius; rectius quam vulgo legitur: superuacua, eo quod sequatur: vel ad rem non pertinentia.

4. Si quis ergo à quacunque hæresi, &c.] Verba sunt Stephani, atque adeo aliis characteribus excudi illa iussimus, vti & alia quæ sequuntur.

5. cum ipsi hæretici propriè alterutrum ad se venientes, &c.] Ita Cambren. cod. & paulo post vbi de nouo hæc verba repetuntur, excusi omnes, hic etiam Manut. & Morelius; vulgati vero hoc loco legunt: prope, & Firmilianus epistola sequenti eadem Stephani verba citans: ad alterutrum ad se. Cambren. rursum legit postea: hæretici ad se venientes alterutrum, omiſſa voce: proprie. Locus est obscurus, ego existimo legendum, aut priori modo, aut: prope alterutros ad se venientes, nihil tamen immutare volui, præsertim quum non exstet ipsa Stephani epistola.

6. prophæta tinctionis] Mendose antea legebatur ex affinitate litterarum: prophana & motiones.

7. Vnde est ista traditio, &c.] Apostoli quidem (inquit D. Augusti. cap. 23. libr. 5. de Baptismo. nihil exinde præceperunt: sed consuetudo illa quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est; sicut sunt multa quæ vniversa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quamquam scripta non reperiuntur. Neque verò aliud etiã quã Augusti sentit sentire Cyprianum, patet ex seq. vbi dicit, per Stephanum humanam traditionem diuinæ dispositioni anteponi. Quum enim nullam ille proponeret scripturam de hæreticis non baptizandis, & e contrario ob oculos versarentur Cypriano multæ scripturæ, quæ suam viderentur confirmare prima sententiam; videbatur illi Stephanus scripturis sacris traditionem antepone, atque adeo reuocare mandatum Dei, vt suam traditionem stateret. At qui si instructus fuisset diligens Cyprianus, nihil efficacie habere scripturas illas non dubitat D. Augusti. quum contrariam traditionem acceptasset. Et certe alius ex locis mentem Cypriani colligere non erit difficile. Quas enim traditiones non scriptas enumerat Tertull. libr. de corona militis, ipse approbat; ipse in Ecclesia sua obseruatus docet, quæ admodum suis locis adnotauimus; hic duntaxat ea recensere bibimus, quæ sunt in ipso sacramento baptisimi, de quo hic questio est. Renuntiationis quæ ante baptismum fit, meminit epistolis viij. & liij. ac libr. de disciplina & habitu virginum, & alibi frequenter. Interrogationis & responsionis quæ fieri solent de symbolo fidei, epistola lxx. Exorcismi qui præmitti solet, epistola ij. & lxxij. ac libro aduersus Demetrianum. Eodem pertinet epist. lix. de baptizandis infantibus; nam ad traditionem non scriptam illorum baptismum D. Augusti. referre solet. Quin quod sub finem huius epistolæ prius traditiones confirmet. Earundem traditionum auctoritatem mire confirmat D. Hieron. contra Lucifer. exemplo variorum baptismi rituum, epistola ad Lucianum, & aduersus Vigilantium. vbi more veteribus visitato, potissimum ex traditionibus disputat. Ita enim cum Donatistis configit D. Augusti. cum Melchisedechianis, Apostolicis, Arianis Epiphanius; cum Eunomianis Basilius libr. de spiritu sancto, & Greg. Nazianz. cii Marcione, Valerino & Cæcilijs Tertull. & Irenæus, præsertim c. 4. libr. 3. & libr. 4. c. 43. Origenes verò tractat illud

illud ad Gal. 1. Si quis vobis Euāgelium querit præterquam quod accepistis, anathema sit, diffinit hæreticum esse, qui Christo se credere confiteretur, & aliter de veritate fidei Christianæ credit, quam habeat ecclesiastica traditio. Reperuntur hæc eius verba ex comment. in epistolam ad Titum, in Apol. Pamphili. Ignatius quoque epistola ad Heronem: Omnem qui dixerit præter ea quæ tradita sunt, pro lupo haberi vult. Clemens etiam Romanus (teste Irenæo libr. 3. c. 3. de traditionibus Apostolicis ad Corinthios epistolam scripsit. Ad traditionem etiam Apostolicam refert Dion. Areopag. sub finem eccles. hierarch. preces pro defunctis & parvulorum baptismum. Immo ipse Apostolus Paulus 1. Cor. 11. Consuetudinem ecclesiæ contentiosus obicit. Si quis contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesiæ dei, quo ephronemate suam epistolam quoque ad Iubaianum Cyprianus conclusit. Et apertius traditionem confirmat non scriptam 2. Theſſal. 2. State (inquit) & tenete traditiones quas accepistis sive per epistolam, sive per sermonem; ita interpretantibus veteribus omnibus, & disertis verbis D. Chryſost. in comment. Cæterum primus legitur traditioni contraria, noua quædam ingesse Montanus heresarcha ecclesiæ hist. libr. 5. c. 16. Quem imitati ceteri hæretici (teste Vincentio Lirinensi in aureo illo libello contra prophanas heresies) semper pro more habuerunt, vt ad scripturas prouocarent; verum aduersus eos vsam ecclesiæ præscriptionem traditionum, late deducit Tertull. libro his temporibus perquam necessario, de præscriptionibus aduersus hæreticos. Sed de his plus satis; qui plura desideret, videat Melchioris Cam Theolog. locorum libr. 3. & Martini Peresii Opus de traditionibus.

8. aut in Apostolorum Epistolis aut in Actibus] Rursum in locum suum restitui: Actibus, ex codic. Cambrensi.

9. & à semetipsis damnati] Rectè sic primus Grauius, nam ita legit epistola Pauli quam citat, & D. Augusti. antea erat: damnandi, corruptè.

10. & hoc cum nondum] Omiſſa particula: hoc, sensum prius obscurabat.

11. Marcion de Porto] Sic Manut. & Morelius. Antea erat & sic etiam Cambren. cod. Ponticus, sed prius magis accedit ad morem tunc vsitatum, quem colligere est ex Carthag. Synodo. De Marcionis autem hæresi multa epistola præced. diximus de eadem tractat Iren. li. 1. c. 2. & fuisse ex Vrbe Ponti Synope dicit Epiphanius hæ. 42. vbi latissimè inter alia deducit (quomodo & Tertull. 4. & carmine & prosa) corruptelas scripturarum ab illo factas.

12. cuius magister Cerdon] Susspicor in cod. Gemblacensi ex quo hanc epistolam primus edidit Erasmus, scriptum fuisse: cuius magister Cerdon, atque inde irrepperisse mendosam illam priorem lectionem: cuius mercedem adnotauerat autem ad marginem Grauius: Intelligit Cerdonem magistrum Marcionis, sed non castigauerat. Porro de Cerdonis hæresi, vide Iren. libr. 1. aduersus hæc. c. 28. Tertull. libr. dicto de præscript. aduersus hæret. Epiph. hæ. 4. & D. Augusti. hæ. 21.

13. sub Hygino tunc Episcopo, qui in vrbe nonus fuit] Ad verbum pene hæc desumpsit Cyprianus (vbi & post eum Epiphanius) ex Irenæo. Nonus autem in ordine episcopus Romanus fuit Hyginus, iuxta seriem Irenæi libr. 3. c. 3. Optati Mileuit. libr. 2. contra Parmen. Eusebij

in Chronicis, & D. Augusti. epistola 165. qui omnes Cletum & Anacletum pro eodem habentes, Clementi illum successisse, non præcessisse affirmant.

14. additis ad crimen augmentis] Etiam hoc illi rectè, pro eo quod erat corruptiss. addidit ad criminis augmentum, qui paulo post etiam adiecerunt verba hætenus desiderata: quod apud nos est.

15. Reiecitis mandatum dei] Hoc rectè etiam illi, nam vbiq; sic legit Cyprianus, non reiecitis, qui rectè quoque adiecerunt: Apostolus, antea desideratum.

16. discede ab huiusmodi] Sic Manut. & Morelius, & similiter legunt etiam Ms. supra epistola xl. discedite, Camb. vero cod. discedendum, sed omiſſa prius particula: dicens, Et rectius meo iudicio, eo quod verba illa apud Paulum non reperiuntur.

17. ad celebranda sacramenta cœlestia, disciplinam lux] Ita rectè illi, pro eo quod erat: cœlestis disciplina lux, Similia autem habes epistolis præcedentibus & dicto lib. paucis repetita à D. Augusti. cap. 24.

18. Aut si effectum baptismi maieſtati nominis tribuunt] Etiam hæc de re latiore tractatum habes epistola præcedenti.

19. cui non in eiusdem Christi nomine] Nos recens hic adiecimus cum Costerio particulam: non, proſus hoc loco necessariam. Quod susspicor animaduersum quoque à Manut. sed vitio operarum adiuuctum sequenti sententiæ, nam ibi prior negandi particula superflua est, alioqui enim sibi ipsi contradiceret Cyprianus, & certè ceteri omnes illam non habent. E contrario paulo post omiſſa est ab illo negatio, quam ceteri legunt, quare & denuo eam adiecimus ex Cambrensi codice.

20. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis] Respondet ad hoc breuiter D. Augusti. quosdam sacramento tenus duntaxat induere Christum, alios etiam vsque ad sanctificationem. Cui simile habet etiam serm. de muliere forti, edito primum à Costerio apud Frobenium, & citato à Beda in collectaneis; ad quem locum repperisse puto D. Augusti. dum alibi cum scriptura locum à se tractatum dicit.

21. qui potest apud hæreticos] Sic Camb. cod. Manut. & Morelius. Antea erat corruptissimè: Si Apostolus hæreticos.

22. aut à spiritu sancto separati] Sic Camb. cod. pro quo Manut. & Morel. aut à Christo spiritus separati, Neutrum displicet; antea omiſſam particulam: a, primus adiecit Cost.

23. illud quoque ineptum, cum secunda natiuitas] Antea desideratæ voces: ineptum, & secunda, sensum reddebant obscurum.

24. Quare aut & spiritum necesse est] Etiam hic locus erat mutilus.

25. Baptisma enim esse] Elegans baptismi descriptio, de quo supra epistola 2. latius.

26. Saluauit nos] Ita Camb. cod. Erasmus vero omnes: Seruauit, Similes scripturæ locos sic ipse vertere solet. Quam rectè viderint alij, Certe Tertull. Saluare, plus esse quam: seruare, satis ostendit libr. de resurr. carnis, quibus dicit: id saluum esse quod omni modo constat.

27. quis nascitur quando accipit spiritum sanctum, sed in baptismo &c.] Locus antea corruptus, ita rectè à Manut. & Morelio restitutus est.

28. Cum vero nulla omnino hæresis &c.] Locus R. iij



hunc latius tractatum habes epistola precedenti, atque adeo vel hinc patet eandem ibi intellexisse epistolam Cyprianum quam hic, sunt enim eadem fere utrobique eius epistolæ verba.

29. Appellatis ] autem legunt illi, pro eo quod prius erat: appellis.

30. Dat honorem deo qui foris de adultera & fornicaria nasci dei filios affuecit ] Verba hæc antea desiderabantur, adiecta ab illorum utroque, præterquam quod apud Morelium desiderabatur particula: dei, videtur autem alludere ad verba Exorcismi ante baptismum: Da honorem deo.

31. sacerdotes dei etiam abstinendos putat? ] Hinc colligit D. Aug. dict. li. c. 25. à Stephano abstinens fuisse, qui de hereticis baptizandis præscam consuetudinem consellere conabantur.

32. aduocatione quorundam ] Vt alia pleræque, sic & hæc vocem à Tertull. mutuatus est, qui lib. 1. contra Marcionem aduocationis scripturarum meminit: Accipitur etiam in eadem significatione pro patrocinio quod præstat ab advocato, à Cicer. pro Sylla & pro Trebatio, & à Plinio epistola 22. Inreconsultis etiam usitata vox est L. moris est. ff. de penis, & alibi.

Nec consuetudo &c. ] Latiore hac de re tractatum vide etiam epistola præced. & ad Quintum.

34. Veritas manet & inualefcit ] Ex 3. Esdr. lib. citat hoc testimon. Cyprianus. Ex contextu autem Esdræ, patet, recte ab illis legi: Nec est, pro eo quod erat: hoc est.

35. quam ab alterius recta & vera ] Sic quoque rectius illi, quam vulgati: ad alterius facta & dicta, alioqui enim nulla esset Antithesis.

36. nec contentiosum ] Hæc verba addita à Manut. & Morel. non reperiuntur in Cambr. cod. atque adeo superflua esse existimo, neque enim illa hodie in contextu Pauli aut greco aut latino leguntur. 2. Timoth. 2. nam inde (non uti ad marginem male adnotabatur ex 1. Timo. 3.) hic locus citatur, tractat autem hunc locum D. Aug. dicti li. c. 26.

37. In compendio est autem &c. ] Quum hic nos moneat Cyprianus vel D. August. teste, ad fontem recurrendum esse, id est, ad Apostolicam traditionem, & inde canalem ad nostra tempora esse dirigendum; quam candidè de traditionibus senserit Cyprianus, fit perspicuum, utpote qui prorsus illas confirmet.

38. Si canalis aquam ducens ] Sic illi, pro eo quod prius erat duntaxat: canalis aquæ.

39. in capite vnda sicauerit ] Sicauerit absolute ponit, pro siccata sit, etiam in hoc imitatus Tertull. li. contra Valentinianum.

40. Traditum est nobis quod vnus sit deus ] Hinc rectè contra Cyprianum argumentatur D. August. sicut temporibus Apostolorum fieri potuit, ut qui spem vniam non haberent, baptisma tamen vniam haberent, ita & nunc fieri posse, ut qui fidem vniam non habent, vnium baptisma habeant; præsertim quum Apostolus baptizatos fateatur illos Corinthios, de quibus in eadem epistola postea dicit: Quomodo quidam ex vobis dicunt, quod resurrectio mortuorum non est? quos fidem vniam non habuisse cum ceteris patet.

42. Hortus conclusus soror mea sponsa ] Locum hunc de solis prædestinatis intelligendum docet D. Aug. dicti li. c. 27. atque adeo nihil ad institutum facere.

42. mandauit & monuit, nisi per vnum &c. saluari non posse ] Ego aut existimo desiderari: nos, ut legatur: saluari nos non posse, aut legendum cum cod. Camb. monuit per vnum &c. saluari nos posse.

43. Quod & vos similiter saluos faciet baptisma ] Faciet, Legunt Cambr. cod. & excusi omnes Epistola quoque ad Magnum Ms. & excusi omnes, sic & epistola sequenti Firmil. videtur diuersum habuisse exemplar Græcum Cyprianus ab iis quæ hodie extant, Nam neque vox ἀντίτυπον commode verti possit: similiter, aut: simili forma (quomodo legit D. August. hunc locum tractans vlti. dicti li. cap.) neque ὁμοῦς aliud significat, quam saluum facit, quomodo legunt etiam castigatores latini cod. omnes.

### AD CYPRIANVM · FIR- miliani contra eandem episto- lam Stephani.

#### EPISTOLA LXXV.

Argumenti prorsus eiusdem est cum præcedenti, sed paulo vehementius & acerbius quam Episcopum deceat scripta, ea potissimum (quantum suspicor) de causa, quod ad Firmilianum Helenum & ceteros illarum partium Episcopos Stephanus aliam quoque epistolam scripserat, se illis non communicaturum, quandiu in ea sententia de baptizandis hereticis persistere: Vt ex epistola Dionysii Alexandrini ad Xistum Stephani successorem docet Eusebius hist. ecclesi. lib. 7. c. 4. Atque adeo fortassis consultius foret, nunquam editam fuisse hanc epistolam, ita ut putem consulto illam omisisse Mariutum. Verum quum à Morelio e- iulgata sit, prætermittere nolui: tū quod res quasdam memorandas contineat, tum quod Antidoti loco esse queant verba epistolæ dicti Dionysii ad Stephanum, quam habet dicti lib. ca. 3. Eusebius, & repetit latius Nicephorus hist. ecclesi. lib. 6. c. 7. ex quibus Palinodiam illum (quod aiunt) cecidisse constat: Scito (inquit) frater, Orientales atque etiam Vtiores ecclesias, quæ antea dissidebant, ad vnitatem esse reductas, omnisque vtiq; earum antistites vnanimis & consentientes, supra modum de pace & concordia quæ præter expectationem accidit letari: Demetrianum in primis Antiochenum, Theoctistum Casariensem, Mazabem Eliensem Alexandri defuncti successorem, Marinum Tyrium, Heliodorum Laodicensem qui in locum Thelymedris surrogatus est, Helenum Tharsensem, & ecclesias Ciliciæ omnes, FIRMIANVM, & Cappadociam omnem. Præcipuos enim Episcoporum nominavi, ne epistola longior fiat, neque multis verbis sim molestior. Sed & vniuersæ Syriæ & Arabiæ, Mesopotamia ipsa, Pontus, Bythynia: & (ut semel dicam) exultant, vbiq; omnes, concordia & fraternæ

terna charitate glorificantes Deum. Hactenus Dionysius. Cui similia videre est apud D. Hieronymum cōtra Luciferianos, & apud D. Aug. li. 3. contra Cresc. Gramm. ca. 1. 2. & 3. Vbi ex ipsa confessione Donatistarum refert, Orientales Episcopos rescidisse seu potius correxisse suum Iudicium, quo eis placuerat, de ista baptismi questione Cypriano & Africano Concilio consentire oportere.

### FIRMIANVS CYPRI- ANO FRATRI IN DOMINOS.

ACCIPIMVS per Rogatianū charissimum nostrum diaconum à vobis missum, litteras quas ad nos fecisti frater dilectissime, & gratias propter hoc domino maximas egimus: quod contingerit, ut qui corpore ab inuicē separamur, sic spiritu adunemur; quasi non vnā tantū regionem tenentes, sed in ipsa atque in eadem domo simul inhabitātes. Quod & decet dicere, quia & spiritalis domus Dei vna est. Erit enim in nouissimis, ait propheta, diebus manifestus mons domini & domus dei super vertices montiū. In quā cōueniētes cum iucunditate adunantur, secundū quod & in psalmo hoc postulatur à domino, inhabitare in domo Dei per omnes dies vitæ. Vnde & in alio loco manifestatum est, esse apud sanctos magnam voluntatis charitatē, in vnum cōuenire, Ecce, inquit, quam bonum & voluptabile est, ut habitent fratres in vnum. Adunatio enim & pax & concordia, non solum hominibus fidelibus & cognoscentibus veritatem, sed & Angelis ipsis cœlestibus voluptatem maximam præstat: quibus dicit sermo diuinus, esse gaudiū in vno peccatore pœnitentiam agente, & ad vnitatis vinculum reuertente. Quod vtiq; non diceretur de angelis, conuersationem in cœlis habentibus, nisi ipsi quoque essent nobis adunati, qui nostra adunatione lætātur: sicut e contrario vtiq; contristantur, quando vident diuersas quorundam mentes, & scissas voluntates, quasi non tantum vnum, & eundem dominum simul inuocent, sed separatis & diuisis ab inuicem nec confabulatio iam possit esse, aut sermo cōmunis. Nisi quod nos gratiam referre Stephano in isto possumus: quod per illius inhumanitatem nunc effectum sit, ut fidei & sapientiæ vestræ experimentum caperemus. Sed non si nos propter Stephanum hanc beneficij gratiam cepimus, statim

Stephanus beneficio & gratia digna commisit. Neque enim & Iudas perfidia sua & prodicione, qua scelerate circa Saluatorem operatus est, dignus videri potest, quasi causam bonorum tantorum ipse præstiterit, ut per illum mundus & gentium populus liberaretur. Sed hæc interim quæ ab Stephano gesta sunt, pretereantur, ne dum audaciæ & insolentiæ eius meminimus, de rebus ab eo improbe gestis longiorem mœstitiā nobis inferamus. De vobis autem cognoscentes, quod secundum regulam veritatis & sapientiam Christi, hoc de quo nunc quæritur disposueritis; cum magna lætitia exultauimus & Deo gratias egimus, quia inuenimus in fratribus tam longe positis tantam nobiscum fidei & veritatis vnanimi- tatem. Potens est enim gratia dei copulare & coniungere charitatis atque vnitatis vinculo, etiam ea quæ videntur longiore terrarum spacio esse diuisa. Secundum quod & olim interuallo temporum separatos ab Iob & Noe qui in primis fuerant, Ezechielem & Danielem, posteriores atate ad vnanimi- tatis vinculum virtus diuina coniunxit; Vt quamuis temporibus longis discreti essent, eadem tamen diuina inspiratione sentirent. Quod & nunc in vobis animaduertimus, ut qui longissimis regionibus à nobis separati estis, sensu tamen & spiritu copulatos vos esse nobiscum probaretis. Quod totum hoc fit diuina vnitatis. Nam cum Dominus vnus atque idem sit qui habitat in nobis, coniungit vbiq; & copulat suos vinculo vnitatis. Vnde in vniuersam terram exiuit sonus eorum, qui à domino missi sunt vnitatis spiritu velociter currentes. Sicut e contrario nihil prodest aliquos proximos & iunctos sibi esse corporibus, si animo & mente dissideant; quando adunari animæ omnino non possint, quæ se à Dei vnitatis diuiserint: Ecce enim, inquit, qui longinquant se abs te, peribunt: sed tales iudicium domini pro merito suo subibunt recedentes à verbis eius qui patrē pro vnitatis deprecatur, & dicit: Pater da ut quomodo ego & tu vnum sumus, sic & hi in nobis vnum sint. Nos vero ea quæ à vobis scripta sunt, quasi nostra propria suscipimus, nec in transcurso legimus, sed sæpe repetita memoriæ mādauimus: neque obest utilitati saluari aut eadem retexere, ad confirmandam veritatem, aut & quædam addere ad cumuladā probationē. Si quid

Esa. 2.

Psal. 26.

Psal. 132.

Psal. 118.

Luc. 15.

Psal. 118.

Ioan. 17.



autem à nobis additum fuerit, nõ sic additur quasi à vobis aliquid minus dictum sit; sed quoniam sermo diuinus humanam naturam supergreditur, nec potest totum & perfectum anima concipere. Idcirco & tantus est numerus prophetarum, vt multiplex diuina sapientia per multos distribuatur. Vnde & tacere præcipitur, primo in prophetia loquenti, si secundo fuerit reuelatum. *1. Cor. 14.* Qua ex causa necessario apud nos fit, vt per singulos annos <sup>14</sup> seniores & præpositi in vnum conueniamus ad disponenda ea quæ curæ nostræ commissa sunt: Vt si qua grauiora sunt, communi consilio dirigantur; lapsis quoque fratribus & post lauacrum salutare à diabolo vulneratis per penitentiam medela quærat; non quasi à nobis remissionem peccatorum consequantur, sed vt per nos ad intelligentiam delictorum suorum conuertantur, & Domino plenius satisfacere cogantur. Quoniam vero legatus iste à vobis missus regredi ad vos festinabat, <sup>15</sup> & hibernum tempus urgebat, quantum potuimus ad scripta vestra rescripsimus. <sup>16</sup> Et quidem quantum ad id pertinet quod Stephanus dixit, quasi Apostoli eos qui ab hæresi veniant baptizari prohiberent, & hoc custodiendum posteris tradiderint, plenissime vos respondistis; neminem tam stultum esse qui hoc credat. Apostolos tradidisse, quando etiam ipsas hæreses constet execrabiles ac detestandas postea existisse. Cum & Marcion Cerdonis discipulus inueniatur sero post Apostolos & post longa ab eis tempora, sacrilegam aduersus Deum traditionem induxisse. Apelles quoque blasphemiam eius consentiens, multa alia noua & grauiora fidei ac veritati inimica addiderit. Sed & <sup>17</sup> Valentini & Basilidis tempus manifestum est, quod & ipsi post Apostolos & post longam ætatem, aduersus Ecclesiam Dei sceleratis mendaciis suis rebellauerint. Ceteros quoque hæreticos cõstat prauas suas sectas & inuentiones peruersas prout quisque errore ductus est, <sup>18</sup> postea induxisse; quos omnes manifestum est à semetipsis damnatos esse, & ante diem iudicij inexcusabilem sententiam aduersus semetipsos dixisse: quorum baptisma qui cõfirmat, quid aliud quam cum ipsis se adiudicat, & se ipse participem talibus faciendis condemnat? <sup>19</sup> Eos autem qui Romæ sunt non ea in omnibus obseruare quæ sint ab origine tradita, & frustra Apostolorum au-

*Timm. 2.*

toritatem prætere: scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies paschæ, & circa multa alia diuinæ rei sacramenta, videat esse apud illos aliquas diuersitates, nec obseruari illic omnia æqualiter, quæ Hierosolymis obseruantur. Secundum quod in cæteris quoque plurimis prouinciis, multa <sup>20</sup> pro locorum & nominum diuersitate variantur, nec tamen propter hoc ab Ecclesiæ catholicæ pace atque vnitatem aliquando discessum est. Quod nunc Stephanus ausus est facere, rumpens aduersum vos pacem, quam semper antecessores eius vobiscum amore & honore mutuo custodierunt: adhuc etiam infamans Petrum & Paulum beatos Apostolos, quasi hoc ipsi tradiderint, <sup>21</sup> qui in epistolis suis hæreticos execrati sunt, & vt eos euitemus monuerunt. Vnde apparet traditionem hanc humanam esse, quæ hæreticos asserit, & baptisma quod non nisi solius Ecclesiæ est, eos habere defendit. <sup>22</sup> Sed & ad illam partem bene à vobis responsum est, vbi Stephanus in epistola sua dixit: [*Hæreticos quoque ipsos in Baptismo conuenire, & quod <sup>23</sup> ad alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum,*] quasi & nos hoc facere debeamus. Quo in loco, etsi vos iam probastis satis ridiculum esse, vt quis sequatur errantes, illud tamen ex abundantia addimus: non esse mirum si sic hæretici agant, qui etsi in quibusdam minoribus discrepant, in eo tamen quod est maximum, vnum & eundem consensum tenent, vt blasphement creatorem, quædam somnia sibi & <sup>24</sup> phantasmatum ignoti Dei confingentes: <sup>25</sup> quos vtique consequens est sic consentire in baptisui sui vanitate, vt consentiunt in repudianda diuinitatis veritate. De quibus quoniam longum est ad singula eorum, vel scelesti, vel superuacua respondere; satis est breuiter illud in cõpendio dicere: <sup>26</sup> eos qui nõ teneant verum dominum patrem, tenere non posse, nec filij nec spiritus sancti veritatem. Secundum quod etiam illi <sup>27</sup> qui *καταθευτας* appellantur & nouas prophetias vsurpare conantur, nec patrem possunt habere, nec filium <sup>28</sup> nec spiritum sanctum; à quibus si quaeramus quem Christum prædicent, respondebunt eum se prædicare qui miserit spiritum per Montanum & Priscam locutum. In quibus cum animaduertamus non veritatis spiritum sed erroris fuisse; cognoscimus eos qui falsam illorum prophetiam contra Christi fidem

*Steph.*

dem vindicant, Christum habere non posse. Sed & cæteri quique hæretici, si se ab Ecclesia Dei sciderint, nihil habere potestatis aut gratiæ possunt; quando omnis potestas & gratia in Ecclesia constituta sit, vbi præsident maiores natu, qui & baptizandi & manum imponendi & ordinandi <sup>29</sup> possident potestatem. <sup>30</sup> Hæretico enim sicut ordinare non licet, nec manum imponere, ita nec baptizare, nec quicquam sancte nec spiritualiter gerere, quando alienus sit à spiritali & deifica sanctitate. Quod totum nos iam pridem <sup>31</sup> in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti in vnum conuenientibus ex Galatia, & Cilicia & cæteris proximis regionibus confirmauimus, tenendum contra hæreticos firmiter & vindicandum, cum à quibusdam de ista re dubitaretur. <sup>32</sup> Et quoniam Stephanus & qui illi consentiunt, contendunt dimissionem peccatorum & secundam natiuitatem in hæreticorum baptisma posse procedere, <sup>33</sup> apud quos etiam ipsi cõsentitur spiritum sanctum non esse; considerent & intelligant <sup>34</sup> spiritalem natiuitatem sine spiritu esse non posse; secundum quod & beatus Paulus apostolus eos qui ab Ioanne baptizati fuerant, priusquam missus esset à domino spiritus sanctus, baptizauit denuo spiritali baptisma, & sic eis manum imposuit, vt acciperent spiritum sanctum. Quale est autem vt cum Paulum post Iohannis baptisma iterato discipulos suos baptizasse videamus; nos eos qui ab hæresi ad Ecclesiam veniunt, post illicitam & prophanam eorum tinctionem baptizare dubitemus? <sup>35</sup> Nisi si his episcopis, de quibus nunc minor fuit Paulus; vt hi quidem possint per solam manus impositionem venientibus hæreticis dare spiritum sanctum; Paulus autem idoneus non fuerit, qui ab Iohanne baptizatis spiritum sanctum per manus impositionem daret, nisi eos prius etiam Ecclesiæ baptisma baptizasset. Illud quoque absurdum, quod non putant quaerendum esse, quis sit ille qui baptizauerit, eo quod qui baptizatus sit, gratiam consequi poterit <sup>36</sup> inuocata trinitate nominum patris & filij & spiritus sancti. Deinde hæc erit sapientia quam scribit Paulus esse in his qui perfecti sunt. <sup>37</sup> At quis est in Ecclesia perfectus & sapiens, qui hoc aut defendat, aut credat, quod inuocatio hæc nominum nulla sufficiat ad remissionem peccatorum, &

*1. Cor. 2.*

baptismi sanctificationem? cum hæc tunc vtique proficiant, quando & qui baptizatur habet spiritum sanctum, & baptisma quoque ipsum non sit sine spiritu constitutum. Sed dicunt eum qui quomodocumque foris baptizatur, mente & fide sua, baptisui gratiam consequi posse: quod & ipsum sine dubio ridiculum est, quasi de cælo adducere ad se possit aut mens praua iustorum sanctificationem, aut fides falsa credentium veritatem. Non omnes autem qui nomen Christi inuocant; audiri, <sup>38</sup> & inuocationem suam consequi aliquid gratiæ posse, Dominus ipse manifestat dicens: Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus & multos fallent. <sup>39</sup> Nulla quippe differentia est inter pseudopropheta & hæreticum. Nam vt ille in nomine Dei aut Christi, ita iste in sacramento baptisui fallit. Mendacio vtique nititur, ad decipiendas hominum voluntates. <sup>40</sup> Volo autem vobis & de historia quæ apud nos facta est, exponere ad hoc ipsum pertinente. <sup>41</sup> Ante viginti enim & duos fere annos, temporibus post Alexandrum Imperatorem, multæ istic conflictationes & pressuræ acciderunt, vel in commune omnibus hominibus, vel priuatim Christianis; terræ etiam motus plurimi & frequentes extiterunt, <sup>42</sup> vt per Cappadociam & per Pontum multa subruerent, quædam etiam ciuitates in profundum receptæ diripi soli hiati deuorarentur, vt ex hoc perceptio quoque grauis aduersum nos Christiani nominis fieret. Quæ post longam retro ætatis pacem repente oborta, de inopinato & inuicte malo ad turbandum populum nostrum terribilior effecta est. <sup>43</sup> Serenianus tunc fuit in nostra prouincia præses, acerbus & dirus persecutor. In hac autem perturbatione constitutis fidelibus, & huc atque illuc persecutionis metu fugientibus, & patrias suas relinquentibus, atque in alias partes regionum transeuntibus (erat enim trãseundi facultas, eo quod persecutio illa, non per totum mundum, <sup>44</sup> sed localis fuisset) emerit istic subito quædam mulier, quæ in extasi constituta, <sup>45</sup> propheten se præferret, & quasi sancto Spiritu plena sic ageret, Ita autem principalium dæmoniorum imperu ferebatur, vt per longum tempus sollicitaret & deciperet fraternitatem; ac mirabilia quædam & portentosa perficiens, & facere se terram moueri polliceretur. <sup>46</sup> Non

*Mar. 23.*



quod dæmoni tâta esse potestas, vt terram mouere aut <sup>47</sup> clementum concutere iussu valeat; sed quod nonnunquam spiritus nequam præsciens & intelligens terræ motum futurum; id se facturum esse simularet, quod futurum videret. Quibus mēdaciis & iactationibus subegerat mentes singulorum, vt sibi obedirent, & quocunque præciperet & duceret se querentur: faceret quoque mulierem illam cruda hyeme nudis pedibus per asperas niues ire, nec vexari in aliquo <sup>48</sup> aut lædi illa discursione: diceret etiam se in Iudæam & Hierosolymam festinare, fingens tanquam inde venisset. Hic & vnum <sup>49</sup> de presbyteris Rullicum, itē & alium diaconum fecellit, vt eidem mulieri commiserentur, quod paulopost detectum est. Nam subito apparuit illi vnus de exorcistis vir probatus & circa religiosam disciplinam bene semper conuersatus, qui exhortatione quoque fratrum plurimorum, qui & ipsi fortes ac laudabiles in fide aderant, excitatus, erexit se contra illum spiritum nequam reuincendum; qui subtili fallacia etiam hoc paulo ante prædixerat, venturum quendam auersum & tentatorem infidelem. Tamen ille exorcista inspiratus Dei gratia fortiter restitit, & esse illum nequissimum spiritum qui prius sanctus putabatur ostendit. <sup>50</sup> Atqui illa mulier, quæ prius per præstigias & fallacias dæmonis, multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cætera quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est; vt & inuocatione non contemptibili <sup>51</sup> sanctificare se panem & eucharistiam facere simularet, & sacrificium domino <sup>52</sup> sine sacramento solitæ prædicationis offerret; baptizaret quoque multos <sup>53</sup> vñta & legitima verba interrogationis vsurpans, vt nil discrepare ab ecclesiastica regula videretur. <sup>54</sup> Quid igitur de huius baptismo dicemus, quo nequissimus dæmon per mulierem baptizauit? Nunquid & hoc Stephanus, & qui illi consentiunt comprobât: maxime cui nec symbolum trinitatis, nec interrogatio legitima & ecclesiastica defuit? Potest credi aut remissio peccatorum data, aut lauacri salutaris regeneratio rite perfecta, vbi omnia quamuis ad imaginem veritatis tamen per dæmonem gesta sunt? Nisi si & dæmonem in nomine patris & filij & Spiritus sancti gratiam baptismi dedisset contendunt, qui hæreticorum baptis-

ma defendunt. Apud quos sine dubio idem error est, dæmonum fallacia ipsa est; quando apud illos omnino Spiritus sanctus non est. Illud etiam quale est, quod vult Stephanus, his qui apud hæreticos baptizantur, adesse præsentiam & sanctimoniam Christi <sup>55</sup>? Nam si non mentitur Apostolus dicens: Quotquot in Christo tincti estis, <sup>Gal. 3.</sup> Christum induistis: Vtique qui illic in Christo baptizatus est, induit Christum: si autem induit Christum, accipere potuit & Spiritum sanctum qui à Christo missus est, & frustra illi venienti ad accipiendum Spiritum manus imponitur: <sup>56</sup> nisi si à Christo spiritum induit, vt apud hæreticos sit quidem Christus, non sit autem illic spiritus sanctus. Decurramus vero breuiter & cætera quæ à vobis copiose & plenissime dicta sunt, festinante vel maxime ad vos Rogatiano diacono charissimo nostro. Sequitur enim illud, quod interrogandi sunt à nobis qui hæreticos defendunt, virum carnale sit eorum baptisma, an spirituale. Si enim carnale est, nihil differunt à Iudæorum Baptismo, quo sic illi vtuntur, vt eo tanquam communi & vulgari lauacro tantum sordes lauentur. <sup>57</sup> Sin autem spirituale est: quomodo apud illos esse <sup>58</sup> baptisma spirituale potest, apud quos spiritus sanctus non est? Ac per hoc aqua qua tinguntur, lauacrum est illis carnale tantum, non baptismi sacramentum. Quod si baptismum hæreticorum habere potest regenerationem secundæ natiuitatis; non hæretici, sed filij Dei computandi sunt, qui apud illos baptizantur. Secunda enim natiuitas quæ est in baptismo, filios dei generat. Si autem sponsa Christi vna est, quæ est ecclesia Catholica; ipsa est quæ sola generat Dei filios. Neque enim multæ spōsæ Christi; cum dicat Apostolus: <sup>58</sup> Despondi vos vni viro virginem castam assignare Christo, & : Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui: quia desiderauit rex speciem tuam, & : <sup>59</sup> Veni sponsa de Libano, aduenies & pertransibis à principio fidei. & : Ingressus sum in hortum meum soror mea, sponsa. videmus vnam personam vbique proponi, quia & sponsa est vna. Non est autem vna nobiscum hæreticorum synagoga, quia nec spōsa est adultera & fornicaria; vnde nec potest filios Dei parere. <sup>60</sup> Nisi si secundum quod Stephano videtur, hæresis quidem parit &

2. Cor. 13.  
Psal. 44.  
Cant. 4.  
Cant. 5.

rit & exponit: expositos autem ecclesia suscipit: & quos non ipsa pepererit pro suis nutrit, cum filiorum alienorum mater esse non possit. Et ideo Christus Dominus noster vnam esse manifestas sponfam suam, & vnitatis eius sacramentum declarans, ait: Qui non est mecum, aduersus me est, & qui non mecum colligit, spargit. Si enim nobiscum est Christus, hæretici autem non sunt nobiscum; pro certo aduersus Christum sunt hæretici. Et si nos colligimus cum Christo, non colligunt autem nobiscum hæretici, sine dubio spargunt. <sup>61</sup> Sed nec illud prætereundum est à nobis, quod à vobis necessario dictum est, quod Ecclesia secundum Canticum Canticorum, hortus sit conclusus, & fons signatus, paradysus cum fructu pomorum. Qui autem nunquam in hunc hortum introierunt, neque paradysum à Deo creatore plantatum viderunt, quomodo de fonte qui intus inclusus est, & diuino sigillo signatus est, aquam viuam lauacri salutaris præbere alicui poterunt? Cùm verò & archa Noe nihil aliud fuerit quàm sacramentum Ecclesiæ Christi, quæ tunc omnibus foris pereuntibus eos solos seruaui qui intra archam fuerunt; manifeste instruiamur ad Ecclesiæ vnitatem perspicendam, quemadmodum & <sup>62</sup> Apostolus Petrus posuit dicens: Sic & vos similiter saluos faciet baptisma, ostendens, quoniam quomodo qui cum Noe in archa non fuerunt non tantum purgati & saluati per aquam non sunt, sed statim diluuiio illo perierunt: sic & nunc quicumque in Ecclesia cum Christo non sunt, foris peribunt, nisi ad vnicum & salutare Ecclesiæ lauacrum per pœnitentiam conuertantur. <sup>63</sup> Qualis vero error sit, & quanta sit cæcitas eius qui remissionem peccatorum dicit apud synagogas hæreticorum dari posse, nec permanet in fundamento vnius Ecclesiæ quæ semel à Christo supra petram solidata est; hinc intelligi potest, quod soli Petro Christus dixerit: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis, & iterum in euangelio quando in solos Apostolos insufflauit Christus dicens: Accipite spiritum sanctum: si cuius remiseritis peccata, <sup>64</sup> remittentur illi: & si cuius tenueritis, tenebuntur. Potestas ergo peccatorum remittendorum Apostolis data est, & eccle-

Cant. 4.

1 Pet. 3.

Mat. 16.

Ioan. 20.

fis quas illi à Christo missi constituerunt, & episcopis qui eis ordinatione vicaria successerunt. Hostes autem vnius Catholice ecclesiæ in qua nos sumus, & aduersarij nostri qui Apostolis successimus, sacerdotia sibi illicita contra nos vindicantes, & altaria prophana ponentes; quid aliud sunt quàm Chore & Dathan & Abiron, pari scelere sacrilegi, & eadem quas & illi pœnas daturi cum his qui sibi consentiunt; secundum quod etiam tunc illorum participes & fautores pariter cum eis perierunt. Atque ego in hac parte iuste indignor ad hanc tam apertam & manifestam Stephani stultitiam, quod qui sic de Episcopatu sui loco gloriatur & se successionem Petri tenere contendit, <sup>65</sup> super quem fundamenta ecclesiæ collocata sunt, <sup>66</sup> multas alias petras inducat, & ecclesiarum multarum noua ædificia constituat, dum esse illic baptisma sua auctoritate defendit. Nam qui baptizantur, complent sine dubio ecclesiæ numerum. Qui autem baptisma eorum probat, de baptizatis & Ecclesiam illic esse confirmat. Nec intelligit obfuscarî se & quodammodo aboleri Christianæ petre veritatem; qui sic prodit & deserit vnitatem. <sup>66</sup> Iudæos tamen quamuis ignorantia cæcos & grauissimo facinore constrictos, zelum Dei Apostolus habere profiteretur; Stephanus qui per successionem cathedram Petri habere se prædicat, nullo aduersus <sup>67</sup> hæreticos zelo excitatur: concedens illis non modicam sed maximam gratiæ potestatem, vt dicat eos & asseuerat per baptismi sacramentum <sup>68</sup> sordes veteris hominis ablueret, antiqua mortis peccata donare, regeneratione cœlesti filios Dei facere, ad æternam vitam diuini lauacri sanctificatione reparare. Qui sic magna & cœlestia Ecclesiæ munera hæreticis concedit & tribuit; quid aliud quam communicat eis, quibus tantum gratiæ defendit ac vindicat? Et frustra iam dubitat in cæteris quoque <sup>69</sup> consentire eis & participes esse; vt & simul cum eis conueniat, & orationes pariter cum eisdem misceat, & altare ac sacrificium commune constituat. <sup>70</sup> Sed in multum, inquit, proficit nomen Christi ad fidem & baptismi sanctificationem, vt quicumque & vbicumque in nomine Christi baptizatus fuerit consequatur statim gratiam Christi; quando huic loco breuiter occurri possit & dici, quo-

Num. 16.



niam si in nomine Christi valuit foris baptisima ad hominem purgandum, in eiusdem Christi nomine valere illic potuit & manus impositio ad accipiendum spiritum sanctum. Et incipient cetera quæ quæ apud hæreticos aguntur, iusta & legitima videri, quando in nomine Christi gerantur; secundum quod vos in epistola vestra exsecuti estis: non nisi in ecclesia sola valere posse nomen Christi, cui vni concesserit Christus cœlestis gratiæ potestatem. <sup>71</sup> Quod autem pertinet ad consuetudinem refutandam, quam videntur opponere veritati; quis tam vanus sit vt veritati consuetudinem præferat? aut qui per sepe luce tenebras non derelinquat? Nisi si & Iudæos Christo aduentante, id est, veritate, adiuuat in aliquo antiquissima consuetudo, quod relicta noua veritatis via <sup>72</sup> in vetustate permanerint. <sup>73</sup> Quod quidem aduersus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinis reliquisse. Ceterum nos veritati & consuetudinem iungimus, & consuetudini Romanorum consuetudinem sed veritati opponimus; ab initio hoc tenentes quod à Christo & ab Apostolo traditum est. Nec meminimus, hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istuc obseruatum sit, vt non nisi vnam Dei ecclesiam nossemus, & sanctum baptisima nō nisi sanctæ ecclesiæ computaremus. <sup>74</sup> Plane quoniam quidam de eorum baptisimo dubitabant, <sup>75</sup> qui & si novos prophetas recipiunt, <sup>76</sup> eosdem tamen patrem & filium nosse nobiscum videntur; plurimi simul conuenientes in Iconio diligentissime tractauimus, & confirmauimus repudiandum esse omne omnino baptisima, quod sit extra Ecclesiam constitutum. Ad illud autem quod pro hæreticis ponunt, & aiunt Apostolum dixisse: <sup>77</sup> Siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, vt respondeamus, ineptum est; quando manifestum sit, Apostolum in epistola sua qua hoc dixit, neque hæreticorum, neque baptisimi eorum mentionem fecisse, sed locutum esse de fratribus tantum, siue perfide secum loquentibus, siue in fide sincera perseuerantibus: Nec oporteat hoc longo tractatu excutere, sed ipsam satis sit epistolam legere, & quid Apostolus dixerit, de ipso Apostolo recognoscere: Quid ergo, inquit, fiet de his qui ab hæreticis venientes

Phil. 1.

sine Ecclesiæ baptisimo admissi sunt? Si de sæculo excefferunt, in eorum numero qui apud nos catechisati quidem sunt, sed utrumquam baptizarentur obierunt, habentur. <sup>78</sup> non modo dicunt emolumentum veritatis & fidei, ad quam relicto errore peruenierant, & si consummationem gratiæ consecuti non sunt, morte præuenti. Qui autem adhuc in sæculo permanent, baptizentur ecclesiæ baptisimo, vt remissionem peccatorum consequi possint; ne per alienam præsumptionem in pristino errore manentes, sine gratiæ consummatione moriantur. Ceterum quale delictum est, vel illorum qui admittuntur, vel illorum qui admittunt; vt non ablutis per ecclesiæ lauacrum sordibus, nec peccatis expositis, vsurpara temere communicatione contingant corpus & sanguinem domini cum scriptum sit; Qui-  
cunque ederit panem aut biberit calicem  
domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini? Nos etiam illos quos hi qui prius in ecclesia catholica episcopi fuerant, & postmodum sibi potestatem <sup>79</sup> clericæ ordinationis assumentes baptizauerant, pro non baptizatis habendos iudicauimus. Et hoc apud nos obseruatur, vt quicumque ab illis tincti ad nos veniunt, tanquam alieni & nihil consecuti, vnico & vero ecclesiæ catholice baptisimo apud nos baptizentur, & lauacri vitalis regenerationem consequantur. Et tamen multum interest inter eum qui inuitus & necessitate persecutionis coactus succubuit, & illum qui sacrilega voluntate audax contra ecclesiam rebellat, vel in patrem & Deum Christi, & totius mundi conditorem impia voce blasphematur. <sup>80</sup> Et non pudet Stephanum hoc asserere, vt per eos qui ipsi in omnibus peccatis sunt constituti, dicat posse remissionem peccatorum dari? Quasi possit esse in domo mortis lauacrum salutis. Vbi ergo erit quod scriptum est: Ab aqua aliena abstinete & à fonte alieno ne biberis? si relicto ecclesiæ fonte signato, alienam aquam pro tua suscipis, & prophanis fontibus ecclesiam polluis? Quando enim baptisimo hæreticorum communicas, qui aliud quam <sup>81</sup> de voragine & cœno illorum bibis, & ipse Ecclesiæ sanctificatione purgatus, alienarum sordium contactibus inquinaris? Nec metuis iudicium Dei, hæreticis testimonium cōtra ecclesiam perhibens; cum scriptum sit: Falsus testis, non erit impunitus. Quinimo

1. Cor. 11.

mo tu hæreticis omnibus peior es. Nam cum inde multi cognito errore suo ad te veniant, vt ecclesiæ verum lumen accipiant; tu venientium errores adiuuas, & obscurato lumine Ecclesiasticæ veritatis, tenebras hæreticæ noctis accumulās. Cūque se illi in peccatis esse & nihil gratiæ habere se, ac propterea ad Ecclesiam venire fateantur; tu eis remissionem peccatorum subtrahis quæ in baptisimo datur, dum dicis eos iam baptizatos, & extra Ecclesiam, Ecclesiæ gratiam consecutos. Nec intelligis animas eorum de manu tua exquiri, cum iudicij dies aduenerit; qui stititibus ecclesiæ potum negasti: & volentibus viuere, causa mortis fuisti. Et insuper indignaris. <sup>82</sup> Vide qua imperitia reprehendere audeas eos, qui contra mendacium pro veritate nituntur: Quis enim iustius indignari contra alterum debuit? Vtrumne qui hostes Dei asserit, an vero qui aduersus eum qui hostes Dei asserit, pro ecclesiæ veritate consensit? Nisi quod imperitos etiam animosos atque iracundos esse manifestum est, dum per inopiam consilij & sermonis ad iracundiam facile vertuntur, vt de nullo alio magis quam de te dicat scriptura diuina; Homo animosus parit lites, & vir iracundus exaggerat peccata. Lites enim & dissentiones quantas parasti per ecclesias totius mundi? Peccatum vero quam magnum tibi exaggerasti, quando te à tot gregibus scidisti? Excidisti enim teipsum: noli te fallere. Si quidem ille est vere schismaticus, qui se à communione ecclesiasticæ vnitate apostatam fecerit. Dum enim putas omnes à te abstinere posse; solum te ab omnibus abstinuisti. Nec te informare ad regulam veritatis & pacis vel Apostoli præcepta potuerunt, monentis & dicentis; Obsecro ergo vos ego vincit in Domino digne ambulare vocatione qua vocati estis, <sup>83</sup> cum omni humilitate sensus & lenitate, cum patientia, sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruire vnitate spiritus in coniunctione pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisima, vnus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Hæc apostoli mandata & monita salutaria, quam diligenter Stephanus impleuit, humilitatem sensus & lenitatem primo in loco seruans? Quid enim humiliter aut lenius quam cum

Pro. 29.

Eph. 4.

tot episcopis per totum mundum dissensisse; pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modo cum orientalibus (quod nec vos latere confidimus) <sup>84</sup> modo vobiscum, qui in meridie estis? A quibus legatos episcopos patienter satis et leniter suscepit; vt eos nec ad sermonem saltem colloquij communis admitteret: adhuc insuper dilectionis & charitatis memor, præciperet fraternitatis vniuersæ, ne quis eos in domum suam reciperet, vt venientibus non solū pax & communio, sed & testum & hospitium negaretur. Hoc est seruasse vnitate spiritus in coniunctione pacis, abscindere se à charitatis vnitate, <sup>85</sup> & alienū se per omnia fratribus facere, & contra sacramentum & fidem, contumacis furore discordiæ rebellare. Apud talem potest esse vnū corpus & vnus spiritus; apud quem fortasse ipsa anima vna non est, sic lubrica & mobilis & incerta? Sed quantum ad illum pertinet, relinquamus: excutiamus potius id <sup>86</sup> de quo maxima quæstio est. Qui contendunt ab hæreticis baptizatos sic recipi oportere, tanquam legitimi baptisimi gratiam consecutos; vnum nobis atque illis baptisima dicunt esse, & in nullo discrepare. Sed quid ait Apostolus Paulus? Vnus dominus, vna fides, vnum baptisima, vnus Deus. Si vnum atque idem est cum nostro baptisima hæreticorum; sine dubio & fides vna est: si autem fides vna est vtiq; & Dominus vnus: si dominus vnus est, consequens est dicere, quia vnus est. Si autem hæc vnitas quæ separari omnino & diuidi non potest, etiam apud hæreticos ipsa est; quid ultra contēdimus? Vt quid illos hæreticos, & nō Christianos vocamus? Porro cum nobis & hæreticis nec Deus vnus sit, nec dominus vnus, nec vna ecclesia, nec fides vna, sed nec vnus spiritus, nec corpus vnum; <sup>87</sup> manifestū est, nec baptisima nobis & hæreticis commune esse posse, quibus nihil est omnino cōmune. Et tamen non pudet, Stephanum talibus aduersus ecclesiam patrociniū præstare, & propter hæreticos asserendos, fraternitatem scindere: <sup>88</sup> insuper & Cyprianum, pseudochristū, & pseudoapostolum, & dolosum operarium dicere? <sup>89</sup> Qui omnia in se esse conscius præuenit; vt alteri ea per mendacium obiiceret, quæ ipse ex merito audire deberet. Bene te valere omnibus nobis, cum vniuersis qui in Africa sunt Episcopis, & cunctis Clericis, & omni fraternitate vniuersi optamus;

\* Lege vnitas.



vt perpetuo vnanimes, & vnum sentientes, habeamus nobiscum etiam de longinquo adunatos.

ADNOTATIONES  
in Epistolam. LXXV.

1. FIRMILIANVS] Ex Eusebio et Nicephoro constat fuisse Firmilianum Casarea Cappadocum Episcopum, qui vtrique Antiochena Synodo interfuit, quarum prima contra Nouatianum viuente adhuc Cornelio, secunda contra Paulum Samosatenum sub Dionysio Pontifice celebrata est; & bis ab illo confutatum Samosatenum, sed tandem iam defuncto illo, quem denuo in heresim relapsus esset, in tertia Synodo condemnatum, vti patet ex epistola Concilij Antiochani, quæ est tum apud Eusebium dicti libr. 25. c. tum apud Nicephorum dicti libr. c. 30.

2. IN DOMINO] Hæc quidem desideratur in cod. Anglico, sed Afflig. Blandin. March. Dun. & Cauchij, Ms. cod. id habent, quare nos prætermittendum esse non putauimus.

3. Accipimus per Rogatianum] An idem sit iste Rogatianus Iunior ad quem scripta est epistola lxxxii. an alius, nescio; constat autem fuisse diaconum Cypriani.

4. & gratias propter hoc] Ita cod. Angl. rectius quam ceteri: propter hæc.

5. ait propheta] Recte sic cod. Angl. in ceteris desiderabatur.

6. & domus Dei super vertices montium] Ita legendum patet ex textu Isaie Greco ubi legitur: Τὸ θεῶν quare recte sic Ms. omnes, pro eo quod Morelius scribit: Domini, tum hic tum pauloprius.

7. in vnum conuenit] Gracismus est, vt pote qui è Greco translata sit hæc epistola, pro: vt in vnum conueniant.

8. vt habitent fratres in vnum] Ita Ms. Morel. vero inhabitent.

9. Sed non si nos] Habebant alij Ms. cum Morel. particulam: enim, sed in cod. Afflig. desideratur, & Dun. notam habet adiectam, qua significatur superfluum esse.

10. mundus & gentium populus liberaretur] Habebat Morelius interiectum: à passione Domini, sed quod non habent Ms. codic. & superfluum textus indicat.

11. Iob & Noe, & c. Ezechielem & Daniele] Quæ in re idem senserit Noe & Daniel non potui inuenire: Iob autem & Ezechiel de Resurrectione carnis idem prophetarunt, ille c. 19. hic vero 37.

12. Sicut e contrario] Sic cod. Affli. Dun. Bland. March. ceteri vero: Sic, non recte.

13. memoriæ mandauimus] Ita rectius quoque Afflig. & Blandin. cod. quam ceteri: mandamus.

14. seniores & præpositi] Seniores verissime mihi videtur quod Græce est πρεσβύτεροι. Quam autem & Præpositi nomen pro episcopo accipitur, sicut vbiq; à Cypriano, frequens etiam sit in hac epistola: quando, pro: cum, & italic. pro: hic, colligi mihi videtur posse; hæc epistolam à Cypriano translata in Latinam, aut certe ab alio quopiam eius ætatis. Locus autem hic confirmat quod alibi diximus, de Concilio Diocesani quotannis celebrandis.

15. & hybernium tempus vrgebat] Hinc colligo, contigisse hæc tragædiam de baptizandis hæreticis ante hyemem, & tempore æstatis.

16. Et quidem quantum ad id pertineat, & c.] Argumentum hoc latius tractatum est epistola ad Tubaianum, & ad Pompeium, atque hoc est quod dicit, ad illud plenissime à Cypriano responsum esse, sua quidem sententia; nam non plene respondisse, perspicuum fecimus ex Aug.

17. Valentini & Basilidis] Basilidis hæreses Iren. li. 1. c. 22. et 23. enumerat, meminit & Tertull. li. de resur. rectione carnis. De quo etiam Epiph. her. 14. & D. Aug. her. 4. de aliis vide epistolam ad Tubaianum.

18. postea induxit] Adiecit: postea, ex Ms. nam desiderabatur apud Mor.

19. Eos autem qui Romæ sunt, & c.] Alludit ad dissensionem quæ fuit Romano Pontifici Victorio cum Orientalibus de Paschate, de qua scripsit ad illum epistola Irenæus, quam reperire est apud Eusebium ecclesi. hist. lib. 5. c. 24. & Nicephorum li. 5. c. 39.

20. pro locorum & nominum diuersitate] Sic Morelius, & Ms. quos vidi omnes. Non displicet tamen coniectura Cauchij, qua putat legendum: hominum.

21. qui in epistolis suis hæreticos execrati sunt] loca epistolarum Petri & Pauli, habes epistolis sæpe dictis Cypriani.

22. Sed & ad illam partem bene vobis responsum est] Ita Ms. pro eo quod Morelius: à nobis, pessime. Late autem hæc de re epistola præcedenti Cypriani.

23. ad alterutrum ad se venientes] Ego aut sic legendum censeo vti epistola præcedent. adnotauimus, aut: ab alterutro ad se venientes: nihil tamen immutare volui, eo quod consentiant Ms. cum Morelio.

24. phantasmata ignoti Dei] Recte sic Ms. pro eo quod erat: phantasma. De phantasmatis autem dictorum hæreticorum mira narrant Iren. Tertull. & Epiphani.

25. quos vtiq; cõsequens est] Etiam hoc ex Ms. pro eo quod erat: quo.

26. eos qui non teneant verum Deum patrẽ] Particulam: non, ex coniectura primum à nobis adiectam, reperimus postea in Dun. & Angl. Ms. cod. in ceteris desiderabatur. Illud autem: quod, in contextum Morelij. irrepisse suspicor, ex varia lectione ad marginem nam quidam Ms. legunt quod qui, & c. possint.

27. qui καὶ ἐπευχόμενοι appellãtur] Lectionem hæc cod. Anglici veriorẽ puto quã aut quorundã Ms. Cataphrygæ, aut Dunen. cod. & Morelij: Cataphryges, Similiter enim eos appellat Tertullia. de præscript. aduersus hæretic. secundum Phrygas. Sunt autem ita dicti (D. Augustin. teste here. 2.) quod in Phrygia potissimum reperirentur. Vnde & ab Epiphani. here. 48. Phryges sine Phrygæste nuncupantur. Habuit hæc hæresis auctore, Montanum qui se paracletum iactabat, & Priscam & Maximillam prophetissas, circa annum 19. Antonini Pij iuxta Epiphani. Postmodum vero diuisa est eorum doctrina. Quidam enim (Tertullia. teste) uert & Proclum, alij secundum Eschinem dicebantur. Quibus appellationibus prorsus confirmatur nostra lectio. Non recte autem adaptat istis hæreticis sententiam Stephani, Nam cum non seruarent formam ecclesiæ, qui ab illis baptizabantur; rebaptizandos censuit eos Nicæna Synodus, vti

vti diximus epistola ad Tubaianum.

28. nec spiritum sanctum] Ita primum quidem legendum conieci ex particula: nec, reperta in Ms. cod. omisso reliquo; postea vero & confirmatam reperi coniecturam meam cod. Ms. Cauchij.

29. possident potestatem] Ita Morel. Dun. & Angl. codices. Afflig. vero: facultatẽ, March. vtriusque. sed prius in textu, postius ad marginem.

30. Hæretico enim & c. non licet] Etsi refragentur Ms. cod. restitui tamen: hæretico, eo quod neque Latina vox: licet, neque Græca ἔξεσθαι aliter quã cum datiuo construi soleat.

31. In Iconio qui Phrygiæ locus est] Concilij huius meminit Dion. Corinth. Episcopus epistola de Baptismo ad Phylemonem presbyterum Romanum, apud Eusebium dicti lib. 6. ca. & Niceph. dicti lib. 9. ca. Didici illud quoque (inquit) non solum nunc Africanos hoc perperam induxisse, sed & ab eis qui dudum ante nos episcopi in frequentissimis ecclesiis fuere in conuentibus fratrum Iconij & Synadæ, & præterea apud multos ita decretum fuisse.

32. Et quoniam Stephanus] Abunde de his & sequentibus supra epistola ad Tubaianum.

33. apud quos etiam ipsi] Recte sic hunc locum ex Ms. cod. restituiimus, pro eo quod erat: etiam Episcopi, non recte.

34. spiritalem natiuitatem] Ex iisdem secundam uoculam adiecit, desideratam apud Morelium.

35. Nisi si his Episcopis, de quibus nunc, minor fuit Paulus] Particulam: de, ex coniectura nostra adiecit, alioqui enim non cõstaret sensus. Cauchij quidem cod. legit: non, pro eo quod est: nunc, sed neque hoc satis facit.

36. inuocata Trinitate nominum] Hanc quoque coniecturam nostram confirmatam reperi cod. Angl. In alijs erat corruptis. inuoca Trinitatem.

37. At quis est in Ecclesia perfectus, & sapiens, qui hoc aut defædat?] Ita cod. Ms. Cauchij, vt sit interrogatio, rectius meo iudicio, quam alij: vt qui est in Ecclesia perfectus, & sapiens, hoc aut defendat, vbi apud Morelium corruptissime legebatur: hoc autem. Atque ita erit ironia præcedens periodus.

38. & inuocationem suam consequi aliquid gratiæ possit] Rursus Gracismus est.

39. Nulla quippe differentia est] Stud habemus ex codice Angl. pro eo quod erat prius: denique, minus recte.

40. Volo autem vobis, & c.] Sic rectius Morel. & ceteri Ms. quam cod. Afflig. Nolo.

41. Ante viginti enim & duos fere annos temporibus post Alexandrum] Loquitur de persecutione Christianorum sub Maximino qua vi fuit, qua Pontianus Pontifex martyrium passus est. Atque adeo scriptam colligere est hæc epistolam anno Stephani Pontificatus tertio, tot enim computantur anni ab initio imperij Maximini.

42. vt per Cappadociam & Pontum plurima subruerent] Ita Ms. pro eo quod habebat Morelius: subruerint, minus recte. Porro de terremotibus quorum occasione persequutio concitata fuit, latius infra Tom. 2. aduersus Demetrianum, ex D. Aug. de ciuitate Dei, & Orosio. Similia autem videre est etiam lib. de Lapsis.

43. Srenianus tunc fuit in prouincia præfes] vti

Hinc patet Præsides Capadocia, & Ponto dari solere à Romanis, quum alijs prouincijs dari soleant aut Prætores aut proconsules. Sreniani vero alicubi fortassis in Martyrologijs mentionem reperire sit.

44. sed localis fuisse] Noua phrasis. Historiam autem narrat similiter Seuerus Sulpitius historie sacre lib. 2. qui tantum quarundam ecclesiarum clericos à Maximino vexatos scribit, atque adeo inter persequutiones 7. illam Maximini numerandam non putat. Durant ea annis tribus dumtaxat, Eusebio teste lib. 6. ca. 20. qui tamen sextam illam persequutionem vti diximus facit, & similiter Orosio lib. 7. ca. 19.

45. Prophetem se præferret] Sic Ms. pro eo quod Mor. habet: prophetam se proferret.

46. Non quod damoni tâta potestas] Recte hic Firmilianus aperit, qua fraude hominibus illudat demon, vt putent eum terram concutere posse.

47. elementum concutere inuisi valeret] Ita recte Angl. cod. pro eo quod Mor. & Dun. ad Marginem: inuisi, aut alij minus recte: visu, Error natus ex omisso vnica littera.

48. aut lædi illa discussione] Sic Ms. nostri, rectius quã aut Mor. aut Cauchij cod. illa, siue: vlla discussione. Noue tamen dicitur discussio pro discussa.

49. de presbyteris Rusticis] Rustici proprium nomen est, quare maiori littera R. scribendum.

50. Atqui illa mulier] Ego prorsus ita legendum censeo, vt sensus constet magis. Et aut legendum: multa ad deceptionem fidelium moliebatur, quomodo Ms. ceteri, præterquam quod legunt: multas, aut; multas, ad deceptionem fidelium mouebatur, quomodo Dun. Ms. cod. & Morel. Prius autem placet magis.

51. sanctificare se panẽ] Vera hæc lectio est March. Afflig. & Cauch. cod. pro eo quod ceteri: pacem, quod tamen castigatum postea fuit in cod. Dun. Aequi recte panem hic vocat Eucharistiam ab illa factam, neque enim aliud quam panis erat. Veram vero Eucharistiam, infra corpus & sanguinem Domini vocat.

52. sine sacramento solitæ prædicationis] Non male coniecit Cauchij legendum: prædicationis, sed qui priori modo legant Ms. omnes, nolui immutare; præsertim quum intelligi possit hic locus de prædicatione verbi Dei, fieri olim solita in sacrificio Missæ solemnî.

53. vñitata & legitima verba interrogationis] De verbis his interrogationis in baptismo fieri solita, vide Epistolam ad Iannarium de baptizandis heret. Siue autem legas: viderentur, sicut cod. Angl. siue: videretur, vt ceteri, perinde est.

54. quo nequissimus dæmõ per mulierẽ baptizauit] Hoc ex Ms. restituiimus, pro eo quod erat: quomodo, pessime. Quæstionẽ autem an Demoniacus vere baptizet nusquã apud veteres tractatã reperi, neque tamen cõtinuo sequitur, si ab illo collatus baptismus verus nõ sit, vt simile sit de hæreticorũ baptismo; aut e contrario vt quisquis hæreticorum baptismã admittit, etiam demoniaci seu demonis baptismum approbare debeat.

55. Nam si non mentitur Apõstolus & c.] De hoc loco Apõstoli, latius epistola præced.

56. nisi si à Christo spiritum induit] Placet quidẽ maxime coniectura Cauchij, qui legendum putat: spiritum non induit; sed immutare sum veritus, eo quod a priori modo constanter legant Ms. cod.







potest? Propter quod cum sola Ecclesia habeat aquam vitalem, & baptizandi atque abluendi hominis potestatem; qui dicit apud Nouatianum baptizari & sanctificari aliquem posse, prius ostendat & doceat Nouatianum in Ecclesia esse, aut Ecclesiæ præsidere. Ecclesia enim vna est, quæ vna & intus esse & foris non potest. <sup>11</sup> Si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit. Si vero apud Cornelium fuit, qui Fabiano episcopo legitima ordinatione successit, & quem præter sacerdotij honorē martyrio quoque Dominus glorificauit, Nouatianus in Ecclesia non est; nec episcopus computari potest, qui euangelica & Apostolica traditione contempta, nemini succedens, <sup>12</sup> à se ipso ortus est: habere namque aut tenere Ecclesiam nullo modo potest, qui ordinatus in ecclesia non est. Foris enim non esse Ecclesiam, nec scindi aduersum se, aut diuidi posse, sed inseparabilis atque indiuiduæ domus vnitatem tenere, manifestat scripturæ diuinæ fides, cum de sacramento paschæ & agni, qui agnus Christum designabat, scriptum sit: In domo vna comedetur, non euicietis de domo carnes foras. Quod item circa Raab, quæ ipsa quoque typum portabat ecclesiæ expressum videmus; cui mandatur & dicitur: Patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, & omnis qui exierit ostium domus tuæ foras, reus sibi erit. Quo sacramento declaratur in vnam domum solam, id est, in Ecclesiam, victuros & ab interitu mundi euasuros, colligi oportere. <sup>13</sup> Quisquis autem de collectis foras exierit, id est, si quis quamuis in Ecclesia gratiam consecutus, recesserit, & ab Ecclesia exierit, reus sibi futurum, id est, ipsum sibi quod pereat, imputaturum. Quod Apostolus Paulus explanat, docens & præcipiens hæreticum vitandum esse, vt peruersum & peccatorem, & à semetipso damnatum. <sup>14</sup> Hic enim reus sibi erit, qui non ab episcopo eiectus, sed sponte de ecclesia profugus, & hæretica præsumptione à semetipso damnatus. Et iccirco Dominus insinuans nobis vnitatem de diuina auctoritate venientem ponit & dicit: Ego & pater vnum sumus: ad quam vnitatem redigens Ecclesiam suam, denuo dicit: <sup>15</sup> Et erit vnus grex & vnus pastor. Si autem grex vnus est, quomodo potest gregi annumerari,

2. Cor. 12.

Ios. 2.

1. Tim. 3.

2. Cor. 10.

Ibidem.

qui in numero gregis non est? aut pastor haberi quo modo potest, qui (manente vero pastore, & in Ecclesia Dei ordinatione succidanea præsidente) nemini succedens, <sup>16</sup> & à se ipso incipiens, alienus sit & prophanus dominicæ pacis ac diuinæ vnitatis inimicus; non habitans in domo Dei, id est, in Ecclesia Dei, in qua non nisi concordet atque vnanimis habitant? loquente in psalmis Spiritu sancto & dicente: Deus <sup>17</sup> qui inhabitare facit vnanimis in domo. Denique vnanimitem Christianam firma sibi atque inseparabili charitate connexam, etiam ipsa dominica sacrificia declarant. <sup>17</sup> Nam quando Dominus corpus suum panem vocat de multorum granorum adunatione congestum; populum nostrum quem portabat, indicat adunatum: & quando sanguinem suum vinum appellat, de botris atque acinis plurimis expressum <sup>18</sup> atque in vnum coactum; gregem item nostrum significat, commixtione adunatæ multitudinis copulatum. Si Nouatianus huic pani dominico adunatus est, <sup>19</sup> si Christi poculo & ipse commixtus est; poterit videri & vnici Ecclesiastici baptismi habere gratiam posse, si eum constiterit Ecclesiæ vnitatem tenere. Denique quam sit inseparabile vnitatis sacramentum, & quam sine spe sint, & perditionem sibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui schisma faciunt, & relicto Episcopo, alium sibi foris pseudopiscopum constituunt; <sup>20</sup> declarat in libris Regnorum scriptura diuina, vbi à tribu Iuda & Benjamin decem tribus scissæ sunt, & relicto rege, alterum sibi foris constituerunt: Et indignatus est, inquit, Dominus in omne semen Israel, & dimouit eos, & dedit eos in direptionem donec abiiceret eos à facie sua, quia dissipatus est Israel à domo David, & constituerunt sibi regem Hieroboam <sup>21</sup> filium Nabath. Indignatum esse Dominum dicit, & eos in perditionem dedisse, quod ab vnitatem dissipati essent, <sup>22</sup> atque adulterum sibi regem constituerunt. Et tanta indignatio Domini extitit aduersus illos, qui schisma fecerant, vt etiam cum homo Dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cum non custodisset, & contra præceptum Dei prandisset, statim <sup>23</sup> diuinæ censuræ maiestate percussus

Hsal. 67.

3. Reg. 18. &amp; 19.

percussus est, vt inde regrediens impetu, ac morsu leonis in itinere necaretur. Et audeat quisquam dicere aquam baptismi salutarem, & gratiam coelestem communem cum schismaticis esse posse; cum quibus nec terrestribus cibis nec secularis potus debet esse communis? <sup>24</sup> Sonat adhuc in Euangelio suo Dominus, & maiorem intelligentiæ lucem manifestat, quod iidem qui se tunc à tribu Iuda & Benjamin sciderant, & Hierosolymis derelictis, Samariam secesserunt, inter profanos & gentiles computantur. Nam cum primum discipulos suos in ministerium salutis mitteret, mandauit & dixit: In viam nationū ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis. Ad Iudeos prius mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autem, & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant schismatici; ostendit schismaticos gentilibus adæquari. <sup>25</sup> Quod si aliquis illud opponit, vt dicat, eandem Nouatianum legem tenere, quam Catholica Ecclesia teneat, eodem symbolo quo & nos, baptizare; eundem nosse Deum patrem; eundem filium Christum, eundem Spiritum sanctum, ac propter hoc vsurpare eum potestatem baptizandi posse, quod videatur in interrogatione baptismi à nobis non discrepare: sciat quisquis hoc opponendum putat, primum non esse vnam nobis & schismaticis symboli legem, neque eandem interrogationem. Nam cum dicunt: Credis remissionem peccatorum & vitam æternam per sanctam Ecclesiam; mentiuntur in interrogatione, quando non habeant ecclesiam. Tunc deinde voce sua ipsi consententur remissionem peccatorum non dari, nisi per sanctam Ecclesiam posse; quam non habentes, ostendunt remitti illic peccata non posse. Quod verò eundem quem & nos Deum patrem, eundem filium Christum, eundem Spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. <sup>26</sup> Nam & Chore & Dathan & Abiron cum sacerdote Aaron & Moysen eundem Deum nouerant, pari lege & religione viuentes vnum & verum Deum, qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant. Tamē quia loci sui ministerium transgressi contra Aaron sacerdotem, qui sacerdotium legitimū dignatione Dei atque ordinatione perceperat, <sup>27</sup> sacrificandi sibi licentiā vindicauerunt, diuinitus percussi <sup>28</sup> pœnas statim pro illicitis

Mat. 10.

Num. 16.

conatibus pēderunt; nec potuerunt rata esse, & proficere sacrificia, irreligiose & illicito contra ius diuinæ dispositionis oblata. Turribula quoque ipsa, in quibus incensum illicito fuerat oblatum, ne in vsu de cætero essent sacerdotibus, sed potius indignationis & vltionis diuinæ memoriam corrigendis posteris exhiberent; iussu Domini conflata atque igne purgata, in laminas ductiles producantur, & affiguntur altari, secundum quod loquitur scriptura diuina: Memoriale, inquit, filiis Israel, vt non accedat quisquam alienigena, qui non est ex femine Aaron, imponere incensum ante Dominum, vt non sit sicut Chore. Et tamen illi schisma non fecerant, nec foras egressi, contra Dei sacerdotes imprudenter atque hostiliter rebellauerant; <sup>28</sup> quod nunc hi Ecclesiam scindentes, & contra pacem atque vnitatem Christi rebelles, <sup>29</sup> cathedram sibi constituere, & primatum assumere, & baptizandi atque offerendi licentiam vindicare conantur. Quo modo perficere quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo possunt, qui contra Deum, quod eis non licet, moliuntur? Quare qui Nouatiano, siue cæteris eiusmodi schismaticis patrocinantur; frustra contendunt baptizari & sanctificari illic aliquem salutari baptismi posse, vbi constat baptizantem baptizandi licentiam non habere. Atque vt magis intelligi posset contra eiusmodi audaciam, quæ sit censura diuina; inuenimus in tali facinore non solum duces & auctores, sed & participes pœnis destinari, nisi se à communione malorum separauerint, <sup>30</sup> præcipiente per Moysen Domino & dicente: Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorum: & quod comminatus per Moysen Dominus fuerat, impleuit; vt quisquis se à Chore, & Dathan, & Abiron non separasset, pœnas statim pro impiâ communionem perfolueret. Quo exemplo ostenditur & probatur, <sup>31</sup> obnoxios omnes & culpæ, & pœnæ futuros, qui se schismaticis contra præpositos & sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint. Sicut etiam per Osce prophetam Spiritus sanctus contestatur & dicit: Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur. Docens scilicet & ostendit

Ibidem.

Osce. 9.



dens omnes omnino cum auctoribus supplicio coniungi, qui fuerint<sup>32</sup> eorum peccato contaminati. Quæ ergo apud eos merita esse circa Deum possunt, quibus supplicia diuinitus irrogantur? aut quo modo tales iustificare & sanctificare baptizatos possunt; <sup>33</sup> qui hostes sacerdotum, aliena & illicita, & nullo sibi iure concessa, v-  
 furpare conantur? Quos tamen ipsos non miramur pro sua prauitate contendere. <sup>34</sup> Asserant enim necesse est singuli quique quod faciunt, nec volunt victi facile succumbere, quamuis sciant id quod faciunt, non licere. Illud mirandum est, immo indignandum potius & dolendum; Christianos antichristis assistere, & præuicarios fidei atque Ecclesiæ proditores, <sup>35</sup> intra ipsa septa ecclesiæ contra ecclesiam stare. Qui quoniam pertinaces alias & indociles, vel hoc tamen confitentur; quod vniuersi siue hæretici, siue schismatici non habeant Spiritum sanctum, & ideo baptizare quidem possunt, dare autem Spiritum sanctum non possunt: in hoc ipso à nobis tenentur, vt ostendamus nec baptizare omnino eos posse, qui non habeant spiritum sanctum. Nam cum in baptismo vnicuique peccata sua remittantur, probat & declarat in euangelio suo Dominus, per eos solos peccata posse dimitti, qui habeant Spiritum sanctum. Post resurrectionem enim discipulos suos mittens loquitur ad eos & dicit: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixisset, insufflauit & ait illis: Accipite spiritum sanctum. Si cuius remisieritis peccata, remittentur illi: si cuius tenueritis, tenebuntur. Quo in loco ostendit, cum solum posse baptizare, & remissionem peccatorum dare, qui habeat Spiritum sanctum. Denique ipsum Christum Dominum nostrum baptizaturus Iohannes, accepit ante Spiritum sanctum cum adhuc esset in vtero matris constitutus; vt certum esset atque manifestum, baptizare non posse, nisi eos qui habeant Spiritum sanctum. Itaque qui hæreticis siue schismaticis patrocinantur, respondeant nobis, habeant ne spiritum sanctum, an non habeant. Si habent, cur illic baptizatis quædo ad nos veniunt, manus imponitur ad accipiendum Spiritum sanctum, cum iam vti que illic acceptus sit, <sup>36</sup> vbi si fuit, dari potuit? Si autem foris cuncti hæretici & schismatici non habent Spiritum sanctum, & ideo apud nos manus

Ioh. 20.

Luc. 1.

imponitur, vt hic accipiatur, <sup>37</sup> quod illic nec est, nec dari potest; manifestum est nec remissionem peccatorum dari per eos posse, quos constat Spiritum sanctum non habere. Et iccirco vt secundum diuinam dispositionem atque euangelicam veritatem, peccatorum remissionem consequi & sanctificari, ac templa Dei fieri possint; Ecclesiæ baptismo baptizandi sunt omnes omnino, qui ab aduersariis & antichristis ad Christi Ecclesiam veniunt.

<sup>38</sup> QVÆSISTI etiam fili charissime, <sup>Li. 4. ep. 7.</sup> quid mihi de illis videatur, <sup>39</sup> qui in infirmitate & languore gratiam Dei consequuntur, an habendi sunt legitimi Christiani, eo quod aqua salutari non loti sint, sed perfusi. <sup>40</sup> Qua in parte nemini verecundia & modestia nostra præiudicat, quo minus vnusquisque quod putat, sentiat, & quod senserit, faciat. Nos quantum concipit mediocritas nostra, æstimamus in nullo mutilari & debilitari posse beneficia diuina, nec minus aliquid illic posse contingere, vbi plena & tota fide & dantis & sumentis accipitur, quod de diuinis muneribus hauritur. Neque enim sic in sacramento salutari delictorum contagia, vt in lauacro carnali & sæculari sordes cutis & corporis abluuntur, <sup>41</sup> vt aphronitris, & cæteris quoque adiuuentis, <sup>42</sup> & folio & piscina opus sit, quibus ablui & mundari corpusculum possit. Aliter peccus credentis abluatur, aliter mens hominis per fidei merita mundatur. In sacramentis salutaribus <sup>43</sup> necessitate cogente, & Deo indulgentiam suam largiente totum credentibus conferunt diuina compendia. <sup>44</sup> Nec quemquam mouere debet, quod aspergi vel perfundi videntur ægri, cum gratiam dominicam consequuntur; quando scriptura sancta per Ezechielem Prophetam loquitur & dicit: Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, <sup>45</sup> & ab omnibus simulacris vestris emundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in vobis. Item in Numeris: Et homo qui fuerit immundus vsque ad vesperam, hic purificabitur die tertio & die septimo, & mundus erit. Si autem non fuerit purificatus die tertio & die septimo, non erit mundus, & exterminabitur anima illa de Israel, quoniam aqua asperfusionis non est super eum sparsa. Et iterum: Et locutus est Domi-

Li. 4. ep. 7.

Ezech. 36

Num. 19.

Num. 8.

Dominus ad Moysen dicens: Accipe Leuitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos. Et ita facies eis purificationem eorum, circumsparges eos aqua purificationis. Et iterum: Aqua asperfusionis purificationis est. Vnde apparet asperfusionem quæque aquæ instar salutari lauacri obtinere; & quando hæc in Ecclesia fiunt, vbi sit & dantis & accipientis fides integra, stare omnia & consummari <sup>46</sup> ac perfici posse maiestate Domini & fidei veritate. Porro autem quod quidem eos salutari aqua & fide legitima Christi gratiam consecutos, non Christianos sed Clinicos vocant, non inuenio vnde hoc nomen assumant; nisi forte qui plura & secretiora legerunt <sup>47</sup> apud Hippocratem vel Soranum καλῶν υἱὸν ἰστος deprehenderunt. <sup>48</sup> Ego enim qui Clinicum de Euangelio noui; scio paralitico illi, & debili per lingua ætatis curricula in lecto iacenti nihil infirmitatem suam obfuisse, quo minus ad firmitatem cœlestem plenissime perueniret: nec tantum indulgentia dominica excitatum de grabato esse, sed ipsum grabatum suum reparatis & vegetatis viribus sustulisse. Et iccirco quantum fide concipere & sentire nobis datur, mea sententia hæc est, vt Christianus iudicetur legitimus, quisquis fuerit in Ecclesia lege & iure fidei diuinam gratiam consecutus. Aut si aliquis existimat eos nihil consecutos, eo quod aqua salutari tantum perfusi sint, <sup>49</sup> sed inanes & vacui sunt; non decipiantur, vt si incommodum languoris euaserint & conualuerint, <sup>50</sup> baptizentur. Si autem baptizari non possunt, qui iam baptismo ecclesiastico sanctificati sunt; cur in fide sua & Domini indulgentia scandalizentur? An consecuti sunt quidem gratiam dominicam, sed breuiore & minore mensura muneris diuini ac Spiritus sancti, vt habeantur quidem Christiani, non sint tamen cæteris adæquandi? Quinimo Spiritus sanctus non de mensura datur, sed super credentem totus infunditur. Nam si dies omnibus æqualiter nascitur, & si sol super omnes pari & æquali luce diffunditur; quanto magis Christus sol & dies verus, in Ecclesia sua lumen vitæ æternæ pari æqualitate largitur? Cuius æqualitatis sacramentum videmus in Exodo esse celebratum, cum de celo manna deflueret, & futurorum præfiguratione alimentum panis cœlestis

Ioh. 5.

Exod. 15.

& cibum Christi venientis ostenderet. Illic enim sine discrimine vel sexus, vel ætatis gomor à singulis æqualiter colligebatur. Vnde apparebat Christi indulgentiam & cœlestem gratiam postmodum secuturam, æqualiter omnibus diuidi sine sexus varietate; <sup>51</sup> sine annorum discrimine, sine acceptione personæ super omnem Dei populum <sup>52</sup> spiritalis gratiæ munus infundi. Plane eadem gratia spiritalis, quæ æqualiter in baptismo à credentibus sumitur, in conuersatione atque actu nostro postmodum vel minuitur, vel augetur; vt in euangelio Dominicum semen æqualiter seminatur, sed pro varietate terræ aliud absumitur, aliud in multiformem copiam vel tricesimi, vel sexagesimi, vel centesimi numeri fructu exuberante cumulatur. Adhuc vero cum singuli ad denarium vocentur, quid est vt quod à Deo æqualiter distribuitur, humana interpretatione minuatur? Quod si aliquis in illo mouetur quod quidam de iis qui ægri baptizantur, spiritibus adhuc immundis tentantur; sciat diaboli nequitiam pertinacem vsque ad aquam salutarem valere, in baptismo vero <sup>53</sup> omne nequitia suæ virus amittere. Quod exemplum cernimus in rege Pharaone, qui diu reluctatus, & in sua perfidia demoratus, tam diu resistere potuit & præualere, donec ad aquam veniret: quo cum venisset, & victus est, & extinctus. Marc autem illud sacramentum baptismi fuisse, declarat beatus Apostolus Paulus dicens: <sup>54</sup> Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Et addidit dicens: Hæc autem omnia figuræ nostræ fuerunt. Quod hodie etiã geritur, <sup>55</sup> vt per exorcistas voce humana & potestate diuina flagelleretur, & vratur, & torquatur diabolus: & cum exire se, & homines Dei dimittere sæpe dicat, in eo tamen quod dixerit fallat, & id quod per Pharaonem prius gestum est, eodem mendacio obstinationis & fraudis exerceat. Cum tamen ad aquam salutarem, atque ad baptismi sanctificationem venitur, scire debemus, & fidere quia illic diabolus opprimitur, & homo Deo dicatus diuina indulgentia liberatur. <sup>56</sup> Nam si scorpionum & serpentum, qui in sicco præualent, in aquam præcipitati, præualere

Mat. 13.

Math. 20.

Exod. 14.

1. Cor. 10.



possunt, aut sua venena retinere: possunt, & spiritus nequam, (qui scorpj & serpentes appellantur, & tamen per nos data à domino potestate calcantur) permanere vltra in hominis corpore, in quo baptizato & sanctificato incipit Spiritus sanctus habitare. Hoc denique & rebus ipsis experimur, vt necessitate urgente in egritudine baptizati & gratiam consecuti, careant immundo spiritu, quo antea mouebantur; & laudabiles ac probabiles in Ecclesia viuant; plusque per dies singulos in augmentum cœlestis gratiæ per fidei incrementa proficiant. Et contra sæpe nonnulli de illis qui sani baptizantur, si postmodum peccare cœperint, spiritu immundo redeunte quatiuntur; vt manifestum sit, diabolus in baptismo fidei credentis excludi, si fides postmodum defecerit, regredi: <sup>17</sup> Nisi si iustum quibusdam videtur, vt illi qui extra Ecclesiam apud aduersarios & antichristos profana aqua polluantur, baptizati iudicentur: hi vero qui in Ecclesia baptizantur, minus indulgentiæ, & gratiæ diuinæ consecuti esse videantur; & tantus honor habeatur hæreticis, vt inde venientes non interrogentur vtrumne loci sint, an perfusi; vtrumne <sup>18</sup> Clinici sint an Peripatetici. apud nos autem de integra fidei veritate detrahitur, & baptismo ecclesiastico maiestas sua & sanctitas derogatur. Rescripsi fili charissime ad litteras tuas quãrum parua nostra mediocritas valuit, & ostendi quid nos quantum in nobis est sentiamus, <sup>19</sup> nemini præscribentes, quo minus statuat quod putat vnusquisque præpositus; actus sui rationem Domino redditurus, secundum quod beatus apostolus Paulus in epistola sua ad Romanos scribit & dicit: Vnusquisque nostrum pro se rationem dabit. Non ergo nos inuicem iudicemus. Opto te fili charissime semper bene valere.

### ADNOTATIONES in Epistolam. LXXVI.

1. MAGNO FILIO ] Hæc inscriptio huic epistolæ peculiaris est, quam tamen habent Ms. Afflig. Blandin. March. & Dun. Cambr. vero etsi hic legat: FRATRO, in ipso cõtextu cum cæteris legit: fili charissime. Suspicio itaque laicum fuisse magnum, atque adeo filium peculiariter appellatum.

2. Pro tua religioſa diligentia &c.] Propositio est questionis à magno proposita, quam prior epistola par-

te pertractat: Quum autem iisdem scripturis suam sententiam munit, quibus usus est epistolis præcedentibus, leu (quod aiunt) brachio pertransibimus.

3. dicimus omnes hæreticos &c.] Hæc in decretum suum digessit Grat. 2. q. 3. c. dicimus. Illud autem: propter quod, ex Ms. substitutum cum Manut. & Mor. pro eo quod erat: propter hoc.

4. mansisset vti que nobiscum ] Particulam: vti que, adiciunt excusi & Ms. omnes, excepto Camb. & Manut. quare illam denus adiciunt, præsertim quum reperiatur etiam supra epistolâ lv. & lxx.

5. & nomina adulterata ] Alludit ad nomen quod sibi arrogabat Nouatianus vocæpovç id est purus se nunciantes Epiph. teste hæ. 59. & D. Augustino hæf. 18.

6. minora peccantes ] Phrasis hæc Cypriani reperitur etiam apud Cicer. qui pro Murena, non multa peccare dixit.

7. Quod autem ecclesia vna sit ] De unitate ecclesiæ peculiaris est tractatus Tom. 2. vbi de ea latius.

8. vna est matri suæ ] Sic recte Afflig. Bland. March. Dun. cod. & Manut. pro eo quod ceteri: matris.

9. idemque intus est ] Hæc ex iisdem restitutum est cod. Cauchij. pro eo quod excusos omnes corrupte: idem qui intus est.

10. & seipsum tradidit ] Sic Ms. & excusi omnes, excepto Camb. & Dun. qui legunt: semetipsum, non male. Tractat autem hunc Pauli locum D. Aug. lib. 4. de bapt. contr. Donat. c. 3. & 4.

11. Si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit ] disertis verbis docet, Ecclesiæ notam esse legitimam successionem Romanorum Pontificum, vti pote quum dicat; apud Cornelium fuisse ecclesiam, quia legitima ordinatione Fabiano successit, apud Nouatianum non esse, quia meminisse succedens à seipso ortus est. Similia dixit supra epistola ad Antonia. Atque hinc est, quod alij quoque veteres illam iudicauerunt esse ecclesiam catholicam, in qua Romanus Pontifex præfideret. Sic teste D. Ambrosio orat. funebri, Satyrus eius frater percunctabatur ab Episcopo quodam, vtrumnam cum Episcopis Catholicis, id est, cum Romana ecclesia conueniret. Sic D. Hieron. epistola ad Damasum, fontem signatum & hortum ecclesiæ conclusum in Petri Cathedra esse docet, & extra eam ecclesiam qui agnum comederit, prophanum esse; si quis in illa vti in arca Noe non fuerit, periturum diluuiis, alludens haud dubie ad hunc & Cypriani similes locos. Idem ad eundem sequi epistola. Si quis (inquit) Cathedra Petri iungitur, meus est. Sic D. Aug. contra epistolam fundam. c. 4. Tenet me (inquit) in ecclesia ab ipsa sede Apostoli Petri ad presentem episcopatum sacerdotum successio. Sic idem in psalmo contra partem Donati, & epistola 165. ac Optatus Mileuit, contra Parm. li. 2. Donatistas conuincunt, doctrinam continuo tradita in ecclesia Romana, per legitimam Pontificum successionem & eodem argumento sua etatis hæreticos impugnat, præsertim lib. 3. ca. 3. Ireneus, & ipsum imitatus Tertul. lib. de præscrip. aduersus hæreticos, ac Origenes lib. 1. Periarch.

12. à seipso ortus est ] Sic recte Ms. Manut. et Morel. nam legit ita gratianus 2. q. 3. dicto ca. Neque vero cõmoda erat prior lectio: ordinatus est, nemo enim à seipso ordinari potest.

13. Quisquis autè de collectis foras exierit ] Etia hic recte illi & vetus excusus cum Rembol. pro eo quod erat:

erat: eiecerit, pessime.

14. hic enim reus sibi erit, qui ] Hæc lectio est veteris excusi cod. pro quo Remboldus non recte: hic enim qui sibi reus erit; Ms. autem cum Manut. intericiunt: est, sed prima lectio magis placet.

15. Et erit vnum ouile ] Magis placet hæc lectio Cambron. cod. Manut. & Morelij, quam cæterorum: Et erunt, eo quod tum Græcè tum Latine sic hodie legatur apud Euangelistam.

16. & à seipso incipiens ] Sic Ms. & excusi excepto Cambron. qui habet: à semetipso, pro quo Manut. & Morelius, à se ipse, sed prius malo.

17. Nam quando dominus corpus suum ] Similis locus est supra epistola ad Cæciliam.

18. atque in vnum coactum ] Quum sic legant & Ms. & excusos vetus cum Remboldo, suspicor vito operarum irrepisse in editionem Erasmi: in vnum.

19. in Christi poculo ] Primus ita legendum adnotauit ad marg. Erasmus, & recte, nam cõsentienti Ms. cod.

20. declarat in libris regnorum scriptura diuina ] Desideratur hoc in Ms. excepto Cambron. sed prorsus adiciendum constat.

21. filium Nabath ] Hic ex mendo cod. Remboldi pessime antea legebatur: Naboth, nam prius habet vetus excusus & Ms. omnes, textus etiam ipse libri Regum.

22. atque adulterum sibi Regem ] Quum sic legant Ms. excepto Cambr. vetus quoque excusus & Remboldus; non placet quod prius reposuit Erasmus: alterum; præsertim quum prius ad Cypriani phrasin accedat magis. Atque idem sentio, de eo quod habet vetus excusus & Ms. excepto Cambronensi.

23. diuinæ censuræ maiestate ] pro eo quod ille: diuina censura maiestatis, certe prius etiam placuit Manut. & Morel.

24. Sonat adhuc in Euangelio dominus ] Ita restitutum hunc locum ex codice Cambron. ceteri legebant: Sacer, corrupte. Exc. quidem vetus legit: faucit, sed prius magis accedit ad vulgatam lectionem.

25. Quod si aliquis illud opponit, &c. ] Similia prorsus videre est epistola lxx.

26. sacrificandi sibi licentiam vindicauerunt ] Sic recte Manut. & Morel. ex Ms. pro eo quod erat: vendicauerunt.

27. pœnas &c. penderunt ] Quum hæc vulgata lectio reperitur & in vet. excu. & in Ms. omnibus, non placet quod legunt illi: rependerunt.

28. quod nunc hi Ecclesiam scindentes ] Ita recte Ms. Cambr. Manut. & Morelius, in cæteris desiderabatur: hi.

29. Cathedram sibi constituere & primatum assumere ] Quum de Cathedra Romana loquatur quam inuadere nitentur Nouatianus, confirmat certe hic locus Primatum Romani Pontificis.

30. præcipiente per Moysen domino ] Illud: per Moysen recte adiectum est ab illis, nam id habent Ms. & Gratianus dicto loco.

31. obnoxios omnes &c. futuros ] Sic illi, vetus excu. & Ms. excepto Cambr. qui cum vulgatis excusis legit: obnoxios sc &c. facturos.

32. eorum peccato contaminati ] Ita recte quoque illi cum Ms. & Gratiano, pro eo quod erat corruptiss. communicati.

33. qui hostes sacerdotum, aliena & illicita & nullo sibi iure cõcessa ] Etia hoc illi recte cum Ms. vet. exc. & Remboldo, pro eo quod Erasmus omnes: hostias, corruptissime; nisi simul legatur cum Cambr. codice: qui hostias sacerdotum alienas & illicitas & nullo sibi iure conceilas, Prior tamen lectio magis aridet.

34. Asserant enim necesse est ] Adieciimus particulam: enim, ex cod. Camb. antea desideratam.

35. intra ipsa septa Ecclesiæ ] Elegantior est hæc lectio Ms. cod. Afflig. Bland. March. Dun. & Cauch. quam vulgata illa & Cambr. cod. intus in ipsa Ecclesia, quum autem de Stephano hæc dicat, verisimile sit scriptam hanc epistolam post ceteras eiusdem argumenti epistolas.

36. vbi si fuit, dari potuit ] Interiecta particula: qui, ab Erasmo, sensum obscurabat; neque verò eam habent Ms. aut vet. excu. aut Remboldus.

37. quod illis nec est nec dari potest ] Recte sic etiam illi cum Ms. pro eo quod erat: nec esse, A quibus etiam adiecta vox: posse, prius desiderata. sic etiam legit Gratianus loco saepe citato.

38. QUÆSIT etiam fili charissime ] Perperam hæc posterior huius epistola pars in excusis hætenus omnibus distincta fuit à præcedenti, & velut alia epistola edita. Quod quum iam olim adnotauerit Erasmus, nescio quid Morelio in mentem venerit, qui hanc partem longè ante aliã in noua sua editione, ordine plane perturbato, excuderit, ut pote quum hæc pag. 188. illã verò reperire sit pag. 230. Nos certè, vna cum sit epistola, in duas distinguenda. nõ putauimus; ut tamè aliquod adhuc restaret vestigium dictæ partitionis in duas, priora verba maiusculis litteris excudi iussimus. Atqui legendum: fili charissime, primus recte coniecit H. Grauius, nam sic legunt Ms. omnes.

39. qui in infirmitate & languore gratiam Dei consequuntur ] Vt occasionem questionis huius ortam existimem, ob Nouatianum ipsum, de quo & præcedenti agit epistola partes, faciunt verba epistola saepe dicta Cornelij ad Fabianum Antiochenum, citata ab Eusebio & repetita à Nicephoro lib. 6. cap. 3. præsertim quum sub finem epistola huius etiam de Demoniaco instituitur questio. Constat enim inde, Nouatianum quum in iuuentute spiritu immundo vexaretur, atque adeo apud exorcistas ageret, in morbum grauem incidisse; quumque in expectatione mortis esset, in lecto perfusum fuisse. Neque verò mirum est hæc de re dubitasse Magnam; quum sua adhuc ætate Nicephorus pro definito habuisse non videatur, fuisse verò illum baptizatum. Nam hoc verba hæc illius scitis indicant: Aquam petiit, qua in ipso lecto ita vt decumberet perfusus, baptizatus scilicet est: siquidem tinctione huiusmodi baptismum vocare licet.

40. Qua in parte nemini ] Ita rectius Cambron. cum excusis, quam ceteri Ms. neminem.

41. vt aphronitris ] Veram hanc huius loci lectionem corruperant librarij Græcæ linguæ ignari. Quidam enim littera: r. omisiss, scripserant aphronitris, quod est in Ms. Afflig. Blandin. Marchi. Dun. & Cauchij cod. alij (quod in Cambron. cod. & Gemblac. quantum ex Erasmo colligere est) saponem & nitris. Atq; adeo miror hæc lectionem maluisse sequi Erasmus, quam veram illam veteris excusi & Remboldi, quem per omnia imitari solet. Certe Manut. & Morelius illam nobiscum legunt, & ante nos, ex coniectura Cauchij. Notam autem huius vocis significationem facit, carmen illud martialis lib. 1. 4.







in metallum, id est, auri & argenti domicilium dati estis, nisi quod nunc metallorum natura conuersa est, locaque quæ aurum & argentum dare ante consueuerant, accipere cœperunt: Imposuerunt quoque compedes pedibus vestris, & membra felicia ac Dei templâ infamibus vinculis ligauerunt, quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum vestrum ferri contagione maculetur. Dicatis Deo hominibus & fidem suam religiosa virtute testantibus, ornamenta sunt ista, non vincula; nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui non à fabro, sed à Domino resoluuntur. O pedes felicitervincti, qui itinere salutari ad paradysum diriguntur. O pedes in seculo ad præsens ligati, vt sint semper apud Dominum liberi. O pedes compedibus & transuersariis interim cunctabundi, sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri. Quantum vult hic vel inuida crudelitas, vel maligna, nexibus vos suis & vinculis teneat; cito à tertis & pœnis istis ad cœlorum regna venietis. Non fouetur in metallis, lecto & culcitris corpus, sed refrigerio & solatio Christi fouetur. Humi iacent fessâ laboribus viscera; sed pœna non est cum Christo iacere. Squalent sine balneis membra situ & sorde deformia; sed spiritaliter intus abluitur, quod foris carnaliter sordidatur. Panis illic exiguus; At non in solo pane viuunt homo, sed in sermone Dei. Vestis algentibus deest; Sed qui Christum induit, & vestitus abundanter & cultus est. Semitonii capitis capillus horrescit, sed cum sit caput viri Christus; qualescunque illud caput deceat necesse est, quod ob Domini nomen insigne est. Omnis ista deformitas detestabilis & tætra gentilibus, quali splendore pensabitur? Sæcularis hæc & breuis pœna, quam clari & æterni honoris mercede mutabitur, cum secundum beati Apostoli vocem transformauerit Dominus corpus humilitatis nostræ conformatum corpori claritatis suæ? Sed nec in illo fratres dilectissimo aliqua potest aut religionis, aut fidei iactura fœtiri, quod illic nunc sacerdotibus Dei facultas non datur offerendi & celebrandi sacrificia diuina. Celebratis immo atque offertis sacrificium Deo & pretiosum pariter & gloriosum, & plurimum vobis ad retributionem præmiorum cœlestium profuturum; cum

scriptura diuina loquatur & dicat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Hoc vos sacrificium Deo offertis, hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celebratis, hostiæ facti Deo & vosmetipsos sanctas atque immaculatas victimas exhibentes, sicut apostolus adhortatur & dicit: Oportet ergo vos fratres per misericordiam Dei vt constituatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, placentem Deo, nec configuremini sæculo huic, sed transformamini in renouatione sensus, ad probandum quæ sit voluntas Dei bona & placens, & perfecta. Hoc est enim quod præcipue Deo placeat: hoc est, in quo maioribus meritis ad promerendam voluntatem Dei opera nostra proueniant: hoc est, quod solum Domino de beneficiis eius grandibus & salutaribus fidei ac deuotionis nostræ obsequia retribuunt, prædicante in psalmis & contestante Spiritu sancto: Quid retribuam, inquit, Domino pro omnibus quæ tribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Pretiosa in conspectu Domini mors iustorum eius. Quis non libenter & prompte calicem salutis accipiat? quis non appetat gaudibundus & lætus, in quo aliquid & ipse Domino suo retribuat? quis non pretiosam in conspectu Domini mortem fortiter & constanter excipiat; placiturus eius oculis, qui nos in congressione nominis sui desuper spectans volentes comprobât, adiuuat dimicantes, vincentes coronat, retributione bonitatis ac pietatis paterræ remunerans in nobis quidquid ipse præstitit, & honorans quod ipse perfecit? Ipsius enim esse quod vincimus, & quod ad maximi certaminis palmam subactio aduersario peruenimus, declarat & docet Dominus in Euangelio suo, dicens: Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quo modo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et iterum: Ponite in cordibus vestris non præmeditati excusare. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. In quo quidem & credentium magna fiducia est, & culpa grauissima perfidorum; non credere ei qui se opem suam daturum consentibus pollicetur, nec rursus

ADNOTATIONES  
in Epistolam LXXVII.

1. NEMESIANO] Quum sic legant Ms. & excusati omnes, non placet Grauij & Manuij lectio: NEMESIANO; præsertim quum & in synodo & supra epistolâ ad Numidas lx. & lxx. prius legatur, & ipse Manuij. epistola sequi quæ huius responsum est, sic etiam legat.

2. FELICI, LVCIO, ALTERI FELICI, LITTEO POLIANO, VICTORI, IADERI, DATIVO.] Omnes hi interfuerunt Synodo Carthaginiensi, vbi reperire est Felices & Victores plures, Lucius vero cognominatur à Castrogalba, Litteo à Gemellis, Polianus à Mileo, Iader confessor & martyr à Midila, & Dativus à Bada.

3. ob confessionem nominis] De phrasi hæc Tertulliani & Cypriani, supra diximus epistola ad Antonianum, quare recte Ms. Assug. Blandin. Marchin. & Dun. Manuij. quoque & Morelius omittunt vocem Christi. De exilio autem Cypriani (de quo loqui illum patet ex voce: relegationis, latius in vita eius vtraque.

4. represento me vobis] Represento pro presentem me exhibeo, habes & alicubi supra, paulo post eandem vocem habes pro referre.

5. ad gloriarum sublime fastigium] Ex codice Remboldi irrepserat: ad gloriosum & sublime, nam prius habet vetus excusus & Ms. omnes. Cuius mendam etiam erat: suo, pro eo quod nunc ex Ms. legitur: suæ

6. custodito fidei tenore] Quum sic legant Ms. excepto solo Cambron. & vetus cum ceteris excusis; magis placet, quam quod habet ille & Manuij. cum Morelio: custoditæ.

7. Ac ne aliquid] Hic rursus male primus Remboldus: aliud.

8. confessione vocis & passione corporis] Et iterum manifestam confessionis & martyrij differentiam.

9. Duces vos exhibendo virtutis] Ita Cambron. codex cum excu. excepto Manuij & Morelio; qui legunt: virtutibus, quemadmodum & ceteri Ms. sed non placet.

10. ligno prouectus est ad coronam] Rursus hic errore cod. Remboldi legebatur: profectus, pessime; nam ver. excu. cum Ms. hoc modo legit.

11. in metallum, id est, auri & argenti domicilium] Ex metallis enim effodiuntur (inquit ille) opes, irritamenta malorum. Est autem elegans metaphora.

12. sed à Domino resoluuntur] Sic Ms. excepto Cambronensi, qui habet cum vulgatis: à Christo soluantur, non male. Prior tamen lectio comprobatur epistola sequenti.

13. compedibus & transuersariis] Ita legendum iam pridem comieceram, pro eo quod erat: ita aduersarij, Confirmavit autem hanc lectionem Manuij, & accedunt quam proxime Ms. & Morelius, qui habent: transuersariis, Quod itaque adiectum dicit Cas. lib. 2. de bell. civil. substantiue usurpat Auctor.

14. cunctabundi] Etiam huius loco irrepserat mendam ex cod. Remboldi: contabundi.

15. Semitonii captis capillus] Ita olim tondebantur serui ad metalla damnati. Sic etiam 2. Regum 20. legitur Hanon, filius Naas Rex Ammonitarum rasisse di-



midiam partem barbae nuntiorum David. Videtur autem hunc locum imitatus D. Hieronymus epistola ad Heliodorum, uti adnotauit Erasmus.

16. detestabilis & tetra] Sic Ms. quatuor cum excusis, Cambren. vero & Erasmus ad marginem: & fœda, utramuis eligas licet. Illud autem: clari, rectius habent illi, ut. excu. & Rembold. cum Manut. & Morel. quam Camb. & Erasmus: clara.

17. quod illic nunc sacerdotibus] Phrasid est Cypriani: illic, pro: istic, quare male Remboldus, cum vulgata: illis, nam prius legitur. excusis, & Ms. Consolatur autem eos, quod non liceat sacrificia diuina Deo offerre.

18. hostiæ factæ Deo] Ita Ms. 4. pro eo quod excus. vulgati: Dei.

19. sed transformamini] siue hoc modo legas cum Cambren. cod. & Manut. siue cum ceteris: transformamini, perinde est; utrauis enim modo interpretari potest vox Græca: μεταμορφωθε

20. pro omnibus quæ retribuit mihi] vulgata hæc lectio excus. & Ms. cod. magis placet, quam Camb. cod. Manut. & Morelij: de omnibus. Etsi enim vox Græca: περι, utroque modo verti possit, prius tamen magis conuenit illi quod præcedit: Quid retribuam. bonitatis ac pietatis] Prior vox desiderata fuit obmendum cod. Rembold.

21. Quæ vos omnia fortissimi] Nescio unde interiecerit idem ille vocem: tanta, est enim superflua, neque reperitur in vet. excu. aut Ms.

22. & pariter coronata est] Legit quidem Cambren. cod. & Erasmus ad marginem: confortata, sed non placet.

23. ad sexagenarium fructum centenæ accedit] Alludit ad parabolam Math. 13. & sexagenarium fructum virginibus, centenæ martyribus attribuit; de quo latius lib. de disc. & habit. virginum, ubi idipsum repetit.

24. contra hereticorum iniurias] Loquitur de Nouatianæ sceleribus, contra quorum iniurias fortiter simul steterant.

## AD CYPRIANVM NEMESIANI, DATIUI, FELICIS, & VICTORIS RESPONSUM.

### EPISTOLA LXXVIII.

ARG. Epistola hæc & duæ sequentes nihil aliud quam responsa continent ad Epistolam præcedentem, utpote quæ gratiarum actionem continent: tum pro consolatione litteraria, tum pro subsidio vna misso. Ex eo autem quod tres diuersæ epistolæ rescriptæ sunt ad vnicam Cypriani, colligere est, in diuersis metalli fodinis constitutos fuisse episcopos, qui eas scribunt. Quod confirmat epistola lxxx. Vbi certi metalli fit mentio. Primi autem hanc ediderunt Manutius & Morelius.

## CYPRIANO FRATRI NEMESIANUS, DATIUS, FELIX, & VICTOR, IN DOMINO ÆTERNAM S.

**S**EMPER magnis sensibus pro temporis conditione litteris tuis locutus es Cypriane dilectissime; quibus assidue lectis, & prauis corriguntur; & bonæ fidei homines corroborantur: dum enim non desinis tractatibus tuis sacramenta occulta nudare, sic nos in fide facis crescere, & de sæculo homines ad credulitatem accedere. Nam quæcunque bona in multis libris tuis intulisti, nescius ipsum te nobis designasti: es enim omnibus in tractatu maior, in sermone facundior, in concilio sapientior, in patientia simplicior, in operibus largior, in abstinentia sanctior, in obsequio humilior, & in actu bono innocentior. Scis & ipse charissime nostrum optabile votum esse, quod te videamus doctorem & amatorem nostrum ad coronam magnæ confessionis peruenisse, nam quasi bonus & verus doctor quid nos discipuli secuti apud præfidem dicere deberemus, prior apud acta proconsulis pronuntiasti; & tuba canens, Dei milites cœlestibus armis instructos ad congressionis prælium excitasti: & in acie prima pugnans spiritali gladio diabolium interfecisti: agmina quoque fratrum hinc & inde verbis tuis cõposuisti, ut infidiæ inimico vndique tenderentur, & cadauera ipsius publici hostis nervis concisis calcarentur. Crede nobis charissime, quoniam non est à centesimo præmio minor tua innocens anima; quæ nec sæculi primos impetus timuit, nec ire in exilium recusauit, nec relinquere ciuitatem dubitauit, nec in deserto loco cõmorari horruit; & quoniam multis documentum confessionis dedit, ipsa martyrium prior dixit; alios enim ad martyria faciendâ exemplo suo prouocauit; & non tantum martyrum de sæculo iam excedentium focia esse cœpit; sed & cum futuris cœlestem amicitiam copulauit. Agunt ergo tibi nobiscum damnati maximas apud Deum gratias Cypriane dilectissime, quod litteris tuis laboranti pectora recreasti; fustibus vulnerata membra curasti; compedibus pedes ligatos resoluisti; semitonis capitis capillaturam adæquasti; tenebras carceris illuminauisti; mōtes metalli in planum deduxisti; naribus etiam flagrantis flores imposuisti; & terræ odorem fumi exclusisti. Fecit autem & profectum ministerium tuum, & Quirini dilectissimi nostri; quod per Herennianum hypodiamonem, & Lucanum, & Maxi-

Lib. 5. Epist. 16.

Math. 13.

& Maximum, & Amantium acoluthos distribuendum misisti, quæcūque necessitatibus corporum defuerat expediri. Simus ergo orationibus nostris alterutrum adiutores, & rogemus, sicut mandasti, ut Deum, & Christum, & angelos in omnibus actibus nostris habeamus fautores. Optamus te domine frater semper bene valere, & nostri meminisse. Saluta omnes qui tecum sunt. omnes nostri, qui nobiscum sunt, te amant, & salutant, & videre desiderant.

## ADNOTATIONES IN EPISTOLAM LXXVIII.

1. dum enim non desinis] Pro: dum, quod habet Manu. legitur Mor. cum, & paulo post pro eo quod ille: fide, hic: fidem, sed prius utrumque magis placet.

2. & amatorem] Hoc apud Manut. desiderabatur, sed habet Morelius.

3. prior apud Acta proconsulis pronuntiasti] Quod pronuntiasti Cyprianus apud proconsulem dum in exilium mitteretur, videat lector in Actu passionis eius inter Prologomena, vel hinc autem patet, & præcedentem & hanc cum sequentibus epistolam in exilio illius scriptam.

4. & in acie prima pugnans] Sic etiam rectius exemplar Morelij, quam Manut. pugna.

5. nervis concisis] Elegans Metaphora, ab eis qui hostibus nervus præcidunt ut cadant. quod rectius legit Manut. quam Morel. ac nervi concisi.

6. nec in deserto loco] Locus exilij Cyprianum fuit apud Curubim.

7. ipsa martyrium prior dixit] Hoc quoque & quod sequitur: locia, rectius Manut. quam Mor. ipse, & sola ratio, quia loquitur de anima Cypriani.

8. fustibus vulnerata membra curasti] Vel hinc manifestum est, esse responsum ad epistolam præced. utpote cuius ipsa verba repetit.

9. in planum deduxisti] Mor. legit: in plana, sed prius malo.

10. Fecit autem & profectum ministerium tuum.] Insuper particula: est, à Mor. sensum obscurabat.

11. Quirini dilectissimi nostri] Fit huius eiusdem mentio vtrique sequ. epistola, & extant ad eundem Tom. 2. libri tres testimoniorum.

12. per Herennianum hypodiamonem, & Lucanum & Maximum & Amantium] Horum omnium fit in eisdem mentio, erant autem illi portitores litterarum Cypriani, & subsidij tam ab illo quam à Quirino misisti.

13. alterutrum adiutores] Rectius hoc quoque Manut. quam Morel. alterutro.

14. in omnibus actibus nostris] Contra hæc lectio magis placet Morelij, quam Manut. in omnibus actis.

## AD EVNDEM LVCII ET CÆTERORUM MARTYRUM RESPONSUM.

### EPISTOLA LXXIX.

Argumenti esse eiusdem cum præcedenti, ver-

ba ipsa epistola demonstrant, atque adeo non Lucij Romani Pontificis sed Lucij Martyris & Episcopi Africani epistola est: multo minus autem Cypriani ad Lucium Papam, uti ex ipso textu docuimus.

## CYPRIANO FRATRI ET COLLEGAE, LVCIVS ET QUI MECVM SVNT OMNES IN DOMINO S.

**S**VLTANTIBVS nobis & lætati-

tibus in Deo, quod nos ad cõgregationem armauerit, & in prælio vi-

ctores sua dignatione fecerit, superuenerunt

litteræ tuæ frater charissime, quas per Herennianum hypodiamonem, & Lucanum, & Maximum, & Amantium acoluthos misisti nobis;

quibus lectis recepimus in vinculis laxamentum, in pressura solatium, & in necessitate præsidium, & excitati sumus & robustius animati ad si quid amplius fuerit pœnarum.

Nam ante passionem à te sumus ad gloriam prouocati, qui prior nobis ducatum ad cõ-

fessionem nominis Christi præbuisisti. Nos vero secuti vestigia confessionis tuæ parem

gratiam tecum speramus. Nam qui prior est in cursu, prior est & ad præmium, &

qui prior occupasti, de quo cœpisti, inde hoc nobis communicasti, demonstrans scilicet

indiuuam charitatē, qua semper nos dilexisti; ut quibus vnus fuit spiritus in cõ-

iunctione pacis, esset precum tuarum gratia, & vna corona confessionis. Accessit autē

tibi frater charissime ad confessionis coronam retributio operum, abundans mensura quam accipies à Domino in die remun-

erationis; qui te nobis litteris tuis repræsentasti, ut pectus illud tuum candidum &

beatum, quod semper nouimus, manifestares; & secundum latitudinem eius nobiscum

laudes Deos diceres, non quātum nos meremur audire, sed quantum tu potes dicere.

Tuis enim vocibus & quæ minus in nobis instructa erant exornasti, & confirmasti ad sustentationem earundem passionum, quas patienter ferimus, securi de præ-

mio cœlesti, & de corona martyrij, & de regno Dei, ex prophetia quam litteris tuis

Spiritu sancto plenus spopodisti. Hoc totū fiet dilectissime, si nos orationibus tuis in

mēte habueris, quod te facere cõfido, sicut & nos utique facimus. Accepimus itaque

frater desideratissime id quod à Quirino,

T iij



& à teipso misisti sacrificium ex omni opere mundo. Sicut & Noc obnilit Deo, & delectatus est Deus<sup>3</sup> in odorem suauitatis, & respexit in sacrificium eius. Ita & in vestrum respiciat, & delectetur reddere vobis huius tam boni operis mercedem. Peto autem vt litteras, quas ad Quirinum fecimus, transmitti præcipias. Opto te frater charissime ac desideratissime semper bene valere, & nostri meminisse. saluta omnes, qui tecum sunt. Valete.

### ADNOTATIONES IN Epistolam LXXIX.

1. CYPRIANO FRÁTRI ET COLLEGAE, LVCIVS, ET QUI MECVM SVNT] Recte sic Manut. pro eo quod prius erat: Cyprian. fratri & collegæ Lucio, & qui cum eo sunt: Nam esse Responsum ad Cypriani Epistolam ante hanc secundam, verba epistola & nomina portitorum, eadem que epistola præce. satis indicant. Romani autem Pontificis non esse, tum eodem argumento colligitur, tum nomine scriptoris Lucij, quod reperitur inter illos Episcopos ad quos illam scripsit Cyprianus, tum denique quod expressam de confessione Cypriani mentionem faciat; quam non contigisse nisi diu post mortem Lucij pontificis, ex vita eius & Actu passionis manifestum est.

2. demonstrans scilicet indiuiduam charitatem] Ita recte Manut. pro eo quod ceteridemonstrationem; corruptissime.

3. vt quibus vnus fuit spiritus in coniunctione pacis] Quum similia sint verba epistola Cypriani ad istos Martyres, vel hinc patet ad litteras illas responsum hoc scribi.

4. qui te nobis] Interferuerunt hic Manut. & Morel. particulam: & sed quam non habent Ms. Afflig. Blan. Dun. & March.

5. exornasti] sic recte illi cum Ms. & vet. excus. pro eo quod corrupte Rembol. cum ceteris: & ornasti.

6. ex prophetia] siue hoc pacto legas cum Manut. siue cum ceteris: ad prophetiam, perinde est. Alludit autem denuo ad verba epistole dicte Cypriani.

7. id quod à Quirino & à teipso misisti sacrificium] sacrificium vsurpant pro oblatione, quomodo loquuntur epistola sequenti.

8. in odorem suauitatis] Solus Erasmus: in odore, sed repugnat ipse textus Genes.

### AD EVNDEM FELICIS Iaderis, Polyani & cæterorum martyrum responsum.

#### EPISTOLA LXXX.

Argumenti eiusdem est cum precedenti.

CYPRIANO CHARISSIMO  
ET DILECTISSIMO, FELIX, IADER, POLYANVS VNA CVM PRESBYTERIS ET OMNIBVS NOBISCVM COMMORANTIBVS APVD METALLVM SIGVENSE, AETERNAM IN DOMINO S.

**R**ESALVTAMVS te frater charissime per Victorium<sup>1</sup> Herennianum hypodiconum, Lucanum, & Maximum<sup>2</sup> fratres nostros, fortes & incolumes adiuuantibus orationibus tuis. A quibus accepimus oblationis nomine quantitatem vnâ cum litteris quas scripsisti, in quibus dignatus es de verbis cœlestibus nos tâquã filios confortare: & Deo patri omnipotenti per Christum eius gratias egimus, & agimus, quod sic cõfortati, & corroborati sumus per tuã adlocutionem; petentes de animi tui cãdore, vt nos adfiduis orationibus tuis in mēte habere digneris: vt cõfessionem vestrã, & nostram, quã Dominus in nobis cõferre dignatus est, suppleat. Saluta omnes qui tecum commorantur. Optamus te frater charissime<sup>3</sup> in Deo semper bene valere. Iader subscripti, Polianus legi<sup>4</sup>: dominum meum Eutichianum saluto.

### ADNOTATIONES IN Epistolam LXXX.

1. APVD METALLVM SIGVENSE] Ita Mor. Manut. vero SIBVENSE, vtra autem vera sit lectio, nescio, prior tamen magis placet eo quod Chorographi in Mauritania Sigepolim coloniam collocent. Nobiscum legit codex Anglicus Ioan. Clementis, habet enim ille etiã hanc epistolam, quã nunc recens ediderunt Manut. & Morelius. AETERNAM IN DOMINO, Apud Man. hæc desiderantur, habet tamen cum Morel. Anglicus codex.

2. Resalutamus te frater charissime] Desiderabatur apud Manut. vox: frater, adiecta à Morelio.

3. Herennianum Hypodiconum] Etiam hæc posterior vox ex Morelij cod. adiecta est. Non habet tamen cod. Angl. amplius quam Manut. sed legit: Victorium.

4. fratres nostros] placet hæc Manut. lectio pro qua Morelius: fratres, nos.

5. A quibus accepimus oblationis nomine] Istud denuo confirmat epistolam præced. eodem tempore scriptam, nam quod ibi sacrificium dixit Lucius, hic oblationem vocant.

6. in deo semper bene valere] Vocem: semper, ex cod. Morelij adiecit.

7. Iader subscripti & c.] Hæc quoque desiderabatur apud Manut. & in Angl. cod. Ego vero puto desiderari præterea, verba his præmittenda: Felix scripsi.

8. dominum meum Eutichianum] An idem sit cū Eutyche

Eutyche Episcopo cuius sit mentio in inscriptione epistola liij. nescio. Certe hinc apparet, fuisse illum Cypriani Collegam in exsilio.

### CYPRIANI AD ROGATIANUM Iuniorem & cæteros Confessores in carcere constitutos.

#### EPISTOLA LXXXI.

ARG. Rogatianum & Collegas confessores in carcere constitutos consolatur, & exemplo Rogatiani Senioris & Felicissimi Martyrum animos illis addit. In exsilio scriptam epistola ipsa indicat.

### CYPRIANVS SERGIO ROGATIANO ET CÆTERIS Confessoribus in Domino perpetuam Salutem.

**S**ALVTO vos fratres charissimi, optans ipse quoque conspectu vestro frui, si me ad vos peruenire loci conditio permitteret. Quid enim mihi optatius & lætius posset accidere, quam nunc vobis inhæreret<sup>1</sup> vt complecterer manus illas, quæ puræ & innocentes & dominicam fidem seruantes sacrilega obsequia respuerunt? Quid iucundius & sublimius quam osculari nunc ora vestra, quæ gloriosa voce Dominum confessa sunt; conspici etiam præsentem ab oculis vestris, qui despecto sæculo, conspiciendo Deo digni exiterunt? Sed quoniam huic lætitiæ interesse facultas non datur, has pro me ad aures & ad oculos vestros vicarias litteras mitto, quibus gratulor patiter & exhortor, vt in confessione cœlestis gloriæ fortes & stabiles perseueretis; & ingressi viam dominicæ dignationis, ad accipiendam coronam spiritali virtute pergatis; habentes Dominum protectorem & ducem, qui dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem mundi. O beatum carcerem, quem illustrauit vestra præsentia. O beatum carcerem, qui homines Dei mittit ad cœlum. O tenebras lucidiores sole ipso, & luce hac mundi clariores; vbi modo constituta sunt Dei templa, & sanctificata diuinis confessionibus membra vestra. Nec quidquam nunc veretur in cordibus & mentibus vestris, quam diuina præcepta & mandata cœlestia, quibus vos ad tolerantiam pas-

sionis Spiritus sanctus semper animauit. Nemo mortem cogitet, sed immortalitatem; nec temporariam penam, sed gloriam sempiternam, cum scriptum sit: Preciosa est in conspectu Domini mors iustorum eius. Et iterum: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Et iterum vbi loquitur scriptura diuina de tormentis quæ martyras Dei consecrant, & in ipsa passionis probatione sanctificant: Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immortalitate plena est. Et in paucis vexati, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ in arundineto discurrunt. Iudicabunt nationes & dominabuntur populis, & regnabit eorum Dominus in perpetuum. Quando ergo iudicaturus vos & regnaturus cum Christo domino cogitatis, exultetis necefse est, & futurorum gaudio præsentia supplicia calcetis; scientes ab initio mundi sic institutum, vt laboret istic in sæculari conflictatione iustitia; quando in origine statim prima Abel iustus occiditur; & exinde iusti quique & prophætæ & Apostoli missi. Quibus omnibus Dominus quoque in se ipso constituit exemplum, docens ad suum regnum non nisi eos qui se per viam suam secuti sint, peruenire, dicens: Qui amat animam suam in isto sæculo, perdet illam. Et qui odit animam suam in isto sæculo, in vitam æternam conseruabit illam. Et iterum: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam verò non possunt occidere. Magis autem metuite eum qui potest & animam & corpus occidere in gehennam. Paulus etiam nos adhortatur, vt qui ad Domini promissa venire cupimus, imitari Dominum in omnibus debeamus. Sumus, inquit, filij Dei, si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, siquidem compatiatur, vt commagnificemur. Addit etiam comparationem præsentis temporis, & futuræ claritatis, dicens: Non sunt condignæ passionis huius temporis ad superuenturam claritatem, quæ reuelabitur in nobis. Cuius claritatis gloriam cogitantes, pressuras omnes & persecutiones tolerare nos cõuenit; quia etsi sunt multæ præ-



suræ iustorum, ex omnibus tamen liberantur, qui in Deum fidunt. <sup>10</sup> Beatas etiam feminas, quæ vobiscum sunt in eadem confessionis gloria constitutæ; quæ dominicam fidem tenentes, & sexu suo fortiores, non solum ipsæ ad coronam proximæ sunt, sed & cæteris quoque scæminis exemplum de sua constantia præbuerunt. Ac ne quid deesset ad gloriam numeri vestri, vt omnis vobiscum & sexus, & ætas esset in honore, pueros etiam vobis gloriosa confessione sociavit diuina dignatio; repræsentans nobis tale aliquid, quale Ananias, Azarias, & Misahel illustres pueri aliquando fecerunt; quibus inclusis in caninum cessit ignes, & refrigerij locum flammæ dederunt, præsentem cum illis Domino, & probante, quod in confessores & martyras eius nihil posset gehennæ ardor operari, sed quod qui in Deum crederent, incolumes semper <sup>11</sup> & tuti in omnibus perseverarent. Et consideretis diligentius peto pro vestra religione, quæ apud illos pueros fides fuerit, quæ promereri dominum plenius potuit. ad omnia enim parati, sicut omnes esse debemus, aiunt regi: Nabuchodonosor Rex non opus est nobis de hoc verbo respondere tibi. est enim Deus, cui nos seruimus, potens eripere nos de camino ignis atdctis, <sup>12</sup> & de manibus tuis Rex liberabit nos: & si non; notum tibi sit quoniam diis tuis non seruimus, & imaginem auream quam statuisti, non adoramus. Cum se crederent, & pro fide sua scirent posse etiam de præsentis supplicio liberari, iactare hoc tamen, & vindicare sibi noluerunt, <sup>13</sup> dicentes: Et si non; ne minor esset <sup>14</sup> confessionis virtus sine testimonio passionis. Addiderunt posse omnia Deum facere, sed tamen non in hoc fidere, vt liberari in præsentia vellent, sed illam libertatis, & securitatis æternæ gloriam cogitarent. Quam fidem nos quoque retinentes, & die ac nocte meditantes, toto corde ad Deum proprii, contemptu præsentium futura tantummodo cogitemus, fructu regni æterni, <sup>15</sup> cõplexum & osculum domini, conspectum Dei. <sup>16</sup> Vt sequamini in omnibus Rogatianum presbyteru gloriosum senem, <sup>17</sup> viam vobis ad gloriam temporis nostri religiosa virtute & diuina dignatione facientem, qui cum Felicissimo fratre nostro quieto semper & sobrio excipiens ferocientis populi impetum, primum hospitium vobis in

Dan. 7.

carcere preparauit, <sup>18</sup> & metator quodam modo vester, nunc quoque vos antecedit, quod vt consummetur in vobis, assiduis orationibus Dominum deprecatur, vt initiis ad summa pergentibus, quos confiteri fecit, faciat & coronari. Opto vos fratres charissimi ac beatissimi in Domino semper bene valeat, & ad coronam cœlestis gloriæ peruenire.

### ADNOTATIONES in Epistolam LXXXI.

1. SERGIO ROGATIANO] Quum Ms. duo Cambrenen. & Affligien. non aliud hic legant, quam ROGATIANO, magis placet hac lectio Manut. quam aut vulgata: SEAGRIO ET ROGATIANO, aut Morel. ROGATIANO ET SEAGRIO, Ego enim adiectum prænomen Sergij existimo à Cypriano, ad distinctionem aliorum qui eodem vocabantur nomine. Neque verò etiam Titulus in Ms. aut apud Manutium alius est, quam: Ad Rogatianum iuniorem & cæteros.

2. si me ad vos peruenire loci conditio permitteret] Hinc patet scriptam aut in secessu aut in exilio. Quod autem in secessu scripta non sit, inde patet, quod tunc adhuc vixerit Rogatianus senior, quem hic passum dicit sub epistole finem. Ergo in exilio scripta est. Quod ipsum confirmat, eadem scriptura, hic & epistola lxxxvij. citata.

3. vt complecteremini me manibus illis] Habet Afflig. cod. ad marginem aliam lectionem: vt complecteret manus illas, quam ego certe magis probo, ob id quod sequitur: osculari ora vltra, & verba epistole lxxxvij. ad complexum vestrum.

4. nec quidquam nunc veretur] Magis etiam placet hac lectio Cambrenen. codic. veter. ex cu. Remboldi, Manutij & Morelij, quam Afflig. codic. & Erasmi: veretur; præsertim quum sequatur: Nemo mortem cogitet, pro quo Erasmus: cogitat, non recte.

5. Fulgebunt iusti & tanquã scintillæ in arundinetis discurrent] Periodum hanc non habet Cambro. cod. & omiserat eam Manut. Verum quum legant illam Afflig. cod. cum excus. cæteris, & Sapiens etiam Sap. 3. denuo adiecit.

6. & Apostoli missi] Posteriori voce explicat quid dicantur Apostoli.

7. occidere in gehennam] Eodem modo epistola lviij. supra citata est hac scriptura. Quare placet magis hac lectio Afflig. cod. quam illa Cambro. perdere in gehennam.

8. hæredes quidem] Particula hæc dua desiderabitur in Cambrenen. codic. & apud Manutium, sed quum illas habeant Ms. Afflig. & excusi omnes, textus quoque Apostoli Græcus & Latinus, denuo adiecit.

9. Addit etiam] Etiam hic vulgata lectio hac magis placet, quam cæterorum: Addidit, eo quod præcedit: hortatur.

10. Beatas etiam feminas] Similia habet Tertull. ad martyres, quem in epistolis huius argumen. ad verbum ferè imitatur Cyprianus.

11. &amp; tuti

11. & tuti in omnibus perseverarent] Sic rectius Afflig. cod. & excu. vulgati cum Morel. quam Cambro. & Manut. perseverarent, eo quod præcedit: posset, Contra rectius Manut. & Cambro. cod. & quam, vt.

12. & de manibus tuis Rex liberabit nos] Quum sic etiam supra legatur epistola 56. ad Thybar. non recte omisa fuit à Manutio & Morelio particula: Rex, præsertim quum eam legant quoque Ms. cod. & textus Danielis Prophet.

13. dicentes: etsi non] Ita recte illi cum Ms. pro eo quod erat: docentes, duntaxat.

14. confessionis virtus sine testimonio passionis] Rursum hic videt distinctionem confessionis & martyrij, quod postremum voce Synonyma testimonium passionis appellat.

15. ad complexum & osculum Domini] Postrema vox hac desiderata antea, adiecta est à Manutio, ex Ms. Facit autem hic locus ad comprobandum martyrum in celos aditum statim à passione.

16. Vt sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum] Maluissimè legere cum cod. Camb. sequimini, omisso: vt, nisi priori modo legeret iam olim Beda in martyrologio ad vij. Kal. Nouembrii; vbi verba hæc huius epistole citans, Rogatianum hunc & Felicissimum eodem die passos affirmat.

17. viam vobis religiosa virtute] Sic Ms. Beda, Manut. & Morel. pro eo quod erat: nobis religiosa virtute, & quibus etiam omisa recte particula: corde, paulo post in vulgatis cod. superflua. Existimo autem ex proposito Cyprianum appellare Felicissimum (de quo agit) quietum semper & sobrium ad distinctionem alterius Felicissimi inquieti & schismatici hominis, de quo supra, epistolis præsertim, xxxviij. xxxix. xl. xliij. & lv.

18. metator quodammodo vester] Alicubi supra de hac phrasi Tertulliani & Cypriani diximus.

### AD SVCCESV M DE nunciis Roma reuerfis periculationem nuntiantibus.

#### EPISTOLA LXXXII.

A R G. Nunciat Successo Episcopo Cyprianus persecutione acriori iam decreta per Valerianum Imperatorem (haud dubie cum Galliæ) passum Roma Xistum Pontificem 8. Id. Augu. die, idque vt collegis cæteris significet petit, quo suum quisque gregem ad martyrium animet. Quum autem paulo post mense Septembri passus sit Cyprianus, non dubium quin sub finem vite scripta sit hæc epistola.

### CYPRIANVS SVCCES- SO FRATRI S.

Li. 5. ep. 9.

**V**T non vobis in continenti scriberem frater charissime, illa res fecit; quod vniuersi clerici <sup>3</sup> sub ictu agonis constituti, recedere istinc omni-

no non poterant, parati omnes <sup>4</sup> pro animi sui deuotione ad diuinam & cœlestem gloriam. Sciat autem eos venisse, quos ad Urbem propter hoc miseram, vt quomodocumque de nobis rescriptum fuisset, <sup>5</sup> exploratam sibi veritatem ad nos referrent. <sup>6</sup> Multa enim varia & incerta opinionibus ventilarunt; quæ autem sunt in vero, ita se habent. <sup>7</sup> Rescripsisse Valerianum ad senatum, vt Episcopi, & presbyteri, & diacones in continenti animaduertantur; <sup>8</sup> senatores verò & viri egregij, & equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis spoliarentur, & si ademptis facultatibus <sup>9</sup> Christiani esse perseverauerint, capite quoque multentur: matronæ ademptis bonis in exilium relegentur: Cæsariani quicunque vel prius confessi fuerat, <sup>10</sup> vel nunc confessi fuerint confiscentur, & vinciti in Cæsarianas possessiones descripti mittantur. Subiecit etiã Valerianus Imperator orationi suæ exemplum litterarum, quas ad præfides prouinciarum de nobis fecit: quas litteras quotidie speramus venire, stantes secundum fidei firmitatem ad passionis tolerantiam, & expectantes de ope, <sup>11</sup> & indulgentia Domini vitæ æternæ coronã. <sup>12</sup> Xistum autem in cœmeterio animaduertsum sciat, octauo iduum Augustarum die, <sup>13</sup> & cum eodem Quartum. Sed & huic persecutioni quotidie insistit <sup>14</sup> præfecti in Urbe; vt si qui sibi oblati fuerint, animaduertantur; & bona eorū fisco vindicentur. Hæc peto per vos <sup>15</sup> & collegis nostris innotescant, vt vbiq; hortatu eorum possit fraternitas corroborari, & ad agonem spiritalem præparari: vt singuli ex nostris, non magis mortem cogitēt, quam immortalitatem: & plena fide ac tota virtute Domino dicata gaudeant magis, quam timeant in hac confessione; in qua sciunt Dei & Christi milites non periri, sed coronari. <sup>16</sup> Opto te frater charissime semper bene valeat.

### ADNOTATIONES in Epistolam LXXXII.

1. SVCCESSE FRATRI] Cognominatur in Synodo Successus ab Abbir Germanicana, sit autem eiusdem mentio supra in inscriptionibus epistolarum liij. lxxvij. & lxxx.

2. Vt non vobis in continenti] Subintelligitur: tempore, phrasi vstrata Iureconsultis, quam Cyprianus explicat l. Quod ait ff. ad Leg. Iul. de adult.

3. sub ictu agonis constituti] Phrasis hæc planè Cypriana est, atque adeo recte epistolam hanc eius nomine primi ediderunt Manut. & Morelius, præsertim



quam eandem Ms. repererim in Dunensi codic. & reperitur eadem cum sequenti apud S. Amandi.

4. pro animi sui deuotione ad diuinam & cœlestem gloriam ] Recte sic Dun. cod. & Manut. pro eo quod Morel. pro animatione diuina & cœlesti corona.

5. exploratam sibi veritatem ad nos referrent ] Sic Manut. Dun. verò cod. explorata veritate, non male; Morel. proferrent, minus recte.

6. Multa enim varia & incerta ] Particulam: varia, adiecimus ex Dun. cod. pro quo Morel. vana, Manut. verò utrumque omiserat.

7. Rescriptis Valerianum ] Hinc patet, sub Valeriano & Gallieno, passum Cyprianum iuxta D. Hierony. sententiam, non sub Decio, quod tradit Nectarius & Graci. Verum latius hac de re in vita Cypriani, vti etiam de Xisto Pontifice, vbi historias in cœcordiam redigere statuumus de Imperatoribus sub quibus uterque passus est. Rescriptum certe cuius meminit, nullquam existimo.

8. Senatores & viri egregii ] Placet magis ut legatur: & cum Dun. cod. & Morel. quam ut omitatur cum Manutio.

9. Christiani esse perseuerauerint ] Ita legimus ex varia cod. lectione. Dun. enim & Manut. legunt: Christiani perseuerauerint, Morel. verò. Christiani esse perseuerant.

10. vel nunc confessi fuerint, confiscentur, & vinciti ] Vocem: confiscentur ] ex Dun. cod. & Morel. adiecimus. Qui etiam rectius legunt: confessi fuerint, quam Manut. cod. confitentur.

11. & indulgentia domini ] Sic Dun. & Manut. cod. Morel. milerico rdia, neutri male.

12. Xistum autem in cœmiterio animaduersum sciatis ] In cœmiterio Calixti istud contigisse, tradit Beda in Martyrologio via Appia; sic & Ado. Qui cum Isuardo quoque & Damaso constanter tradunt, capite illum fuisse plexum. Cui sententia quum fauere videatur vox: animaduersum, quam de supplicio capitis potissimum intellexisse videntur veteres, oportet Prudentium Hymno 2. Peristephanon quum dicit: Iam Xistus affixus cruci, accepisse Crucem in genere, pro omnis generis supplicio. Dies autem octauus Iduum Augusti, ipse est dies celebratus in omnibus Martyrologiis.

13. & cum eodem Quartum ] Lectionem hanc Dun. & S. Amandi codic. veram esse, manifestum sit ex dictis Martyrologiis Bedæ, Adonis, Isuardi, & alius Ms. qui constanter omnes, passim inquirunt cum Xisto Beatum Quartum, ut Cyprianus scribit. Quum enim nusquam alibi Xisti meminerit, non dubium quin ad hanc epistolam respiciant. Neque verò iuxta Martyrologia diacones quatuor, sed duo duntaxat, nempe Felicissimus & Agapitus cum illo passi leguntur. Hipodacconi quoque quatuor Ianuarius, Magnus, Innocentius (nam sic legendum Platina putat, pro eo quod alij legunt Vincētius, eo quod iste in Hispaniis passus sit) & Stephanus. Aut si Damaso credendum sex illi fuerint Diaconi: Quare egre defendi potest lectio Manut. & Morel. & cum eo Diacones quatuor.

14. Præfecti in vrbe ] Quum hinc constet plures fuisse in vrbe præfectos, fortassis vnus illorum cognomento Decius appellatus est; quale quid innuere videtur Marianus Scotus, sed h. sc. de re latius in vita auctoris.

15. & collegis nostris ] Sic Dun. cod. et Manut. Morel. verò: meis, minus recte; Contra paulo post apud Manut. desiderabatur vox: vbi que, quam habet Morel. & Dun. Cod.

16. Opro te frater charissime ] Clausulam hanc habet solus Manutius. Ceteri duo non aliud legunt quam: Amen, sed prius Cypriano magis vstratum est.

## AD CLERVM ET PLEBEM de suo secessu paulo ante Passionem

### EPISTOLA LXXXIII.

ARG. Quum iam sub finem vite ad hortos suos reuerso Cypriano nunciaretur, missos esse qui se vticam ad supplicium pertraherent, secessit. Ne verò metu mortis id fecisse crederetur, hac epistola causam reddit, vt nempe non alibi quam Carthagini, in conspectu suorum martyrium subiret.

## CYPRIANVS PRESBYTERIS & Diaconibus & plebi vniuersæ Salutem.

**V**M perlatum ad nos fuisse fratres charissimi frumentarios esse missos, qui me vticam perducerent, & consilio charissimorum persuasum esset, vt de hortis nostris interim secederemus, iusta interueniente causa consensi; eo quod congruat Episcopum in ea ciuitate, in qua Ecclesiæ dominicæ præest, illic Dominum confiteri, & plebem vniuersam præpositi præsentis confessione clarificari. Quodcunque enim sub illo confessionis momento confessor Episcopus loquitur, aspirante Deo ore omnium loquitur. Cæterum mutabitur honor Ecclesiæ nostræ tam gloriose, si ego Episcopus alterius Ecclesiæ præpositus, accepta apud vticam super confessione sententia, exinde martyr ad Dominum proficiscar; quâdoquidem ego & pro me, & pro vobis apud vos confiteri, & ibi pati, & exinde ad Dominum proficisci, orationibus cōtinuis deprecet, & votis omnibus exoptem & debeam. Expectamus ergo hic in secessu abdito constituti aduentū proconsulis Carthaginensem redeuntis; audituri ab eo, quid Imperatores super Christianorum laicorū, & Episcoporum nomine mandauerint; & dicturi, quod ad horam Dominus dici voluerit. Vos autem fratres charissimi pro disciplina, quam de mandatis dominicis à me semper accepistis, & secundum quod me tractante sæpissimè didicistis, quietem, & tranquillitatem tenere: ne quiquam vestrū aliquem

aliquem tumultum de fratribus moueat, aut vtro se gentilibus offerat: apprehensus enim, & traditus loqui debet; siquidem in nobis Dominus positus illa hora loquatur: qui nos confiteri magis voluit quam profiteri. Quid autem de cætero nos obseruare conueniat, antequam in me super cōfessione nominis Dei proconsul sententiam ferat, instruente Domino in commune disponemus. Incolumes vos fratres charissimi Dominus noster in Ecclesia sua permanere faciat, & conseruare dignetur.

## ADNOTATIONES in Epistolam LXXXIII.

1. frumentarios esse missos ] Ita Manut. & Morel. Dun. verò & S. Amandi cod. commentarios, Quod quidem postremum placeret magis nisi adderetur: qui me vticam perducerent, suspicor autem metaphora quadam appellasse Auctorem frumentarios lictores ipsos, eo quod frumentorum more frumenta dominica in horreum dominicum conderent, vti alibi ipse loquitur. Nisi vtratur voce: commentarios, pro commentariensibus. Porro de vtica latius Tom. 2. in concilio Carthag.

2. vt de hortis nostris ] Hortos hos in vita auctoris Pontius, inter initia quidem fidei sue venditos ab illo dicit, sed Dei indulgentia restitutos, suspicor ab illo qui emerat postea Christiano factis. Nam proprios illos denuo fuis-

se Potius indicat, dum dicit, pro certo iterum in usus pauperum venditurum illum fuisse, nisi inuidiam de perfectione vitaret. Atque adeo dum alicubi proprie substantia meminit, fortassis de reditu annuo quem horri pendebant loquitur.

3. & votis omnibus exoptem ] Sic rectius Dun. cod. & Manut. quam Morel. vobis omnibus.

4. in secessu abdito ] Meam hanc coniecturam confirmauit Dun. cod. nam Manut. & Morel. habebant: ad dito, non recte. Iuxta eiusdem cod. fidem omisimus prepositionem: ad, paulo post, & certe Latine magis dicitur: Carthaginensem redeuntis, quam ad Carthaginensem.

5. ne quiquam vestrum aliquem tumultum de fratribus moueat: ] ne illud habemus ex eodem, pro eo quod erat: nec. Omitit idem particulam: de, sed quia accedit ad phrasin Cypriani, cum Manut. & Morel. retinimus.

6. aut vtro se gentilibus offerat ] Tale quid habes etiam in Actu passionis eius, & latius lib. de lapsis Tomo 2.


7. qui nos confiteri magis quam profiteri voluit ] Eandem differentiam insinuat inter has voces Cicero pro Cecinna. Quid? (inquit) confitetur, atque ita libenter confitetur, vt non solum fateri, sed etiam profiteri videatur; vt profiteri sit vtro & palam confiteri.

8. proconsul sententiam ferat ] Etiam hanc coniecturam meam confirmauit Dun. cod. pro eo quod habebat alij: pro consule, Etsi verò non ignorem veteres quosdam titulos marmoreos & numismata ita legere, tamen Cyprianus ita legere non solet.

9. Dominus noster ] Sic Manut. & Morel. Dun. verò cod. Dominus Iesus, neutrum displicet.

## FINIS EPISTOLARVM ATQVE ADEO TOMI PRIMI OPERVM D. CAECILII CYPRANI Carthaginienſis Episcopi.

Ex commissione Reuerendissimi Domini Episcopi Brugensis approbata, & comperita habere plurimum vtilitatis & doctrinae, Ita restor Franciscus vanden Heede, Canonicus Ecclesiæ Brugensis.






INDEX EPISTOLA-  
rum D. Cypriani ordine  
Alphabetico.

Ntoniano	lij.	Donato Cypriani	ij.
Cæcilio	lxij.	Epieteto & plebi Assuritano-	
Caldonij Cypriano	xix.	rum	lxij.
Caldonio Cypriani	xx.	Euchratio	lxj.
Eidem cum aliis	xxxvij.	Felicis cum aliis Cypriano	lxxx.
Eorundem Clero Carthag.	xxxix.	Fido	lix.
Celerini Luciano	xxi.	Firmiliani Cypriano	lxxv.
Clero Carthaginienfi	v.	Florentio Pupiano	lxix.
Eidem	vi.	Fortunato & aliis	liij.
Eidem	vij.	Furnitanorum Clero & Plebi	lxvj.
Eidem	x.	Hispaniarum Clero & Plebi	lxvij.
Eidem	xij.	Ianuario & aliis Numidis	lx.
Eidem	xiiij.	Iisdem	lxx.
Eidem	xvij.	Iubaiano	lxxij.
Eidem	xxiiij.	Lapsis	xxvij.
Eidem	xxvij.	Luciani Celerino	xxij.
Eidem	xxxij.	Lucio Papæ	lvij.
Eidem	xxxvj.	Lucij Episcopi & aliorum Cypria-	
Eidem	xxxvij.	no	lxxix.
Clero & Plebi Carthag.	xxxiiij.	Magno	lxxvj.
Iisdem	xxxiiij.	Martyribus & Confessoribus	ix.
Iisdem	xxxv.	Iisdem	xj.
Eisdem	lxxxiiij.	Maximo & aliis	xliij.
Confessorum Cypriano	xvij.	Maximi & aliorum Cypriano	l.
Cornelij Papæ eidem	xlvj.	Iisdem Cypriani	lj.
Eiusdem Eidem	xlvij.	Moyfi & Maximo cum aliis	xvj.
Cornelio Papæ Cypriani	xlj.	Iisdem	xxv.
Eidem	xlj.	Eorundem Cypriano	xxvj.
Eidem	xljij.	Nemesiano & aliis	lxxvij.
Eidem	xlvj.	Eiusdem & aliorum Cypriano	
Eidem	xlviij.	lxxvij.	
Eidem	xlix.	Plebi Carthaginienfi	xij.
Eidem	lv.	Eidem	xl.
Eidem	lvij.	Pompeio	lxxiiij.
Eidem Synodi Africanae	liij.	Pomponio	lxij.
Donati Cypriano	i.	Quinto	lxxj.

Rogatiano presbytero cū aliis	vij.	Eidem	xxix.
Rogatiano Episcopo	lxv.	Eiusdem Cypriano	xxx.
Rogatiano Iuniori cum aliis	lxxxj.	Eiusdem Eidem	xxxj.
Romani Cleri Carthag. Clero	ij.	Stephano Papæ	lxvij.
Romano Clero Cypriani	iiij.	Eidem	lxxij.
Eidem	xv.	Successo.	lxxxij.
Eidem	xxij.	Tibaritanæ Plebi	lvj.





D. CÆCILII  
C Y P R I A N I  
CARTHAGINIENSIS  
Episcopi totius Africæ Pri-  
matis & gloriosissimi  
Martyris,

OPERVVM  
TOMVS SECVNDVS.




❧ IACOBI PAMELII AD LE-  
CTOREM PRAEFATIO, DE OR-  
dine Librorum Tomi Secundi.



ORDINIS secundo hoc Operum D. Cypriani Tomo à me non temere instituti rationem reddituro, primum occurrunt verba D. Pontij in vita Auctoris, quibus compendio quodam scripta eius praecipua velut aliud agens recenset: Finge inquit, tunc illum Martyrij dignatione translatum ( loquitur de secessu post proscriptionem, ) Quis emolumentum Gratiae per fidem proficientis ostenderet? Quis Virgines ad congruentem pudicitiae disciplinam & habitum sanctimonia dignum frænis quibusdam lectionis Dominica coërceret? Quis doceret penitentiam Lapsos, veritatem Hæreticos, schismaticos vnitatem, filios Dei pacem & Evangelicæ precis legem? per quæ Gentiles blasphemii, repercussis in se iis quæ nobis ingerunt, vincerentur? A quo Christiani mollioris affectus circa Amissionem suorum, aut quod magis est fidei paruioris, consolarentur spe futurorum? Vnde sic Misericordiam, Vnde Patientiam disceremus? Quis Liuorem de venenata inuidiæ malignitate venientem, dulcedine remedij salutaris inhiberet? Quis Martyras tantos exhortatione diuini sermonis erigeret? Quis denique tot Confessores frontium notatarum secunda inscriptione signatos, incentiuo tubæ cælestis animaret? Bene igitur tunc & vere spiritaliter contigit, quod vir necessarius, tam multis & tam bonis rebus, à martyrij consummatione dilatus est. Hætenus ille. Iam verò, ne quis existimet euentu quodam potius quam ex animi deliberatione certa, dictum Ordinem à D. Pontio seruatum, restat vt & ex ipsis libris eundem confirmem. Imprimis autem, ante omnia conscriptum opus de Gratia Dei ad Donatum, satis superque Tomo primo comprobauimus. Ab Auctore dein adhuc presbytero aut saltem initio Episcopatus, editum librum De Disciplina & habitu Virginum, atque adeo primum omnium eorum quæ hoc Tomo continentur; suo loco diximus. Tractatus de Lapsis, de Vnitate Ecclesiæ Catholicæ qui perperam hætenus De Simplicitate Prælatorum inscriptus est & de Oratione Dominica, eodem pene tempore scriptos, contextus ipse conuincit. Nempe statim post reditum à Secessu, pace Ecclesiæ reddita, sub initium Pontificatus Cornelij Papæ, utpote quum ob Lapsos in gratiam receptos, schisma suum Nouatus cæperit, & Nouatianus spe Episcopatus Romani illi se iunxerit; cuius occasione de Vnitate scripsit, & ad pacem suos iuxta Dominicæ orationis præscriptum hortatus est. Haud multum etiam diuerso tempore in lucem prodiiisse tria illa scripta Ad Demetrianum, de Mortalitate, ac de opere & Eleemosynis, tum bella quibus Decij Casares interfecti sunt à Barbaris; tum lues Auctori dicta Mortalitas qua M. Perpenna Licinius Cesar Imperat. obiit, & quæ perdurante Galli & Volusiani Augustorum imperio totum pene orbem peruagata est; tum postremo fames illa maxima, cuius occasione de Eleemosynis librū scripsit, argumento sunt; quippe de quibus omnibus conquerebatur Demetrianus. De Idolorum vanitate verò, quum non constet quo tempore prodierit, non potui aptius quàm eiusdem argumenti scripto subiungere. Postea euulgatas lucubrations de bono



Patientiæ, ac de Zelo & Liuore, testatur partim Auctor ipse, loco infra in argumentis citato, partim titulorum inscriptio. Nam quum occasione dogmatis de baptizandis hæreticis, controuersa esset orta inter Africanos & D. Stephanum Romanum Episcopos, primum quidem ad patientiam collegas suos hortatus est Cyprianus, deinde quum illis Stephani censura inuidiæ & liuoris fomitem ministrarent, etiam ab illis alieno eos esse animo iubet. Porro quum nihil etiam certi habeatur de tempore quo in vulgus emissi sunt, Ad Fortunatum de exhortatione martyrij, & tres illi Ad Quirinum testimoniorum libri; haud multum dissimilis argumenti quum sint, prædictis veluti locos communes quosdam subiecimus. Postremo Concilium Carthaginense, coronidis vice omnibus iis eo consilio subiungimus, quod non tam sit ipsius Cypriani opus, quam Acta concilij à Nectariis excepta: ut omittam, quod extremum locum merebatur ea Synodus, cuius sententia à Synodo Nicena & alijs Concilijs Oecumenicis & plenarijs improbata est. Caterum quid ex hac nostra digestionem utilitatis consequaris lector studiose, ipse tibi dispiciendum relinquo; non dubitans, quin si æquamente operam hanc nostram diiudices, tuis mestudijs consultum voluisse fareberis, Vale.



D. CAECILII CYPRIANI LIBRI ET TRACTATUS VARIJ NVNC ETIAM PRIMVM TEMPORVM HABITA RATIONE IN ORDINEM DIGESTI, ET ARGVMENTIS ADNOTATIONIBVSQVE AVCTI.

DE DISCIPLINA ET HABITV VIRGINVM.

ARGVMENTVM LIBRI SEQUENTIS.

Pontius in Vita D. Cypriani paucis huius libri argumentum complectitur: Quis (inquit) Virgines ad congruentem pudicitia disciplinam, & habitum sanctimonia dignum, velut frenis quibusdã lectionis Dominice coerceret? Quibus verbis etiam confirmatur ille noster titulus & Ms. cod. DE DISCIPLINA ET HABITV VIRGINVM. Et eum ipsum, libri initium satis indicat. Primum enim (vt paulo fufius argumentum explicem) Disciplina encomium celebrat, & eius utilitatem scripturis comprobat: Deinde gloriam, decus, & merita Virginitatis: & earum que Virginitatem suam Christo vouerant & dicauerant profectus; continentiam non in sola carnis integritate, sed & in cultus & ornatus honore docet consistere. Neque verò diuitias, superfluum cultus curam excusare apud eas, que iam seculo renũciauerant. Quin potius, quum moderandum iusto fine cultum præscribant nuptis fœminis. Apostoli; multo id magis obseruare virginem oportere. Et si itaque locupletes sint, cogitare debere; vtendum quidem diuitijs, sed ad bonas artes, ad illa que præcepit Deus; expendendas nempe in pauperes. Post hæc, Ornamentorum ac vestium insignia, prostitutis potius fœminis conuenire, quam virginibus, docet ex Apoca. ex Isaie quoque 3. cap. quam Deum offendant tam varia, tam sumptuosa muliebria ornamenta deducit. Atque adeo à superfluo ornatu, ad fucorum diuersa genera transitum faciens, nõ virginibus duntaxat, sed & nuptis illa prorsus interdicit; vt pote que impune latere non sint, quod fœturam Dei reformare, transfigurare, & adulterare nitantur. Porro etiam illa virginibus interdicit, que negligentia in usum venerant; tum nuptijs ne inter sint, tum vt promiscuus balneas non adcant. Breui denique Epilogo, quid boni contineat continentie virtus, quomodo malo careat, tribus (quod aiunt) verbis profectus; librum hoc Epiphonemate concludit: Durate fortiter, spiritualiter peragite, peruenite feliciter; tantum mementote tunc nostri, cum incipiet in vobis Virginitas honorari. Imitatur autem per omnia Tertulliani libros de virginibus velandis (quem Græcè & Latine con-

scripsit) de habitu muliebri, & præsertim de cultu fœminarum. Et meminerunt libri huius D. D. Hierony. epistolis ad Demetriadem, & ad Eustochium, & August. locis infra citatis. Caterum vt primo loco inter Cypriani scripta prolixiora Librum hunc collocemus, præter Potij auctoritatem, due me potissimum rationes mouerunt, Prima, quod in pace Ecclesie scriptum constat, eo quod nullo persecutionis instantis metu (vti alibi plerumque & ante cum Tertulli.) ad mentem Virgines reuocet. Altera, quod ex verbis illis: Has adhortamur affectione potius quam potestate, &c. certo colligere posse mihi videar, nondum Episcopum fuisse, sed presbyterum duntaxat, cum hæc scriberet, aut saltem non diu Episcopum. Atque adeo primo loco, post epistolam seu librum ad Donatum; de gratia Dei statim à Baptismo conscriptum, merito collocandus venit.

DISCIPLINA custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper ac iugiter Deo viuere, & ad pmissa cœlestia & diuina præmia peruenire. Hæc & sectare salubre est, & auerfari ac negligere letale. In psalmis loquitur spiritus sanctus: *Psal. 2.* Cõtinetes disciplinã, ne forte irascatur Dñs, & percatis à via recta, cū exarserit cito ira eius super vos. Et iterum: Peccatori autẽ dixit *Psal. 49.* Deº. Ad quid exponis iustificaciones meas, & assumis testamētũ meũ per os tuũ? Tu autem odisti disciplinam, & abiicisti sermones meos retro. Et denuo legimº: Disciplinã qui abiicit, infelix est. Et de Salomone mãdata *Sap. 3. Prov. 3.* sapiencię monētis accipimº: Filii ne neglexeris disciplinã Dñi, nec defeceris ab eo correptº. Quẽ enim diligit Deus corripit. Si autẽ Deus quẽ diligit corripit; & ad hoc corripit vt emēdet; fratres quoq; & maxime sacerdotes, nõ oderũt, sed diligũt eos quos corripit vt emēdet; quãdo & Deus per Hieremiã ante *Hier. 3.* p̄dixerit, & tẽpora nostra significauerit, dicens: Et dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascẽt vos pascẽtes cū disciplina. Quod si in scripturis sãctis, 7ª veteribº quã etiã nouis, frequẽter & vbiq; disciplina præ-



cipitur, & fundamētū omne religionis ac fidei de obseruatione ac timore proficiscitur, quid cupidius appetere, quid magis velle ac tenere nos cōuenit, quam vt radicibus fortius fixis, & domiciliis nostris super petram robusta mole solidatis, inconcussi ad procellas & turbines sæculi stemus, vt ad Christi munera per diuina præcepta veniamus: considerantes pariter ac scientes quod tēpla Dei sint mēbra nostra, ab omni fæce contagionis antiquæ<sup>8</sup> lauacri vitalis sanctificatione purgata; nec violari ea aut pollui fas sit, quādo qui violat, & ipse violetur? Forū nos tēplotū cultores & antistites sum<sup>9</sup>: seruam<sup>9</sup> illi, cuius esse iā cœpim<sup>9</sup>. Paulus in Epistolis suis dicit, quibus nos ad curricula viuēdi per diuina magisteria formauit: Non estis vestri: <sup>9</sup> empti enim estis precio magno. <sup>10</sup> glorificate & portate Deum in corpore vestro. Glorificemus & portemus Deum puro & mundo corpore & obseruatione meliore; & qui per sanguinem Christi Domini nostri redempti sumus, per omnia seruitutis obsequia redemptoris imperio pareamus, demūque operam, ne quid immundum & profanum templo Dei inferatur, ne offensus sedem quam inhabitat, derelinquat. Sospitantis domini verba sunt & docentis, curantis pariter & monentis: Ecce, inquit, sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. <sup>11</sup> Dat viuendi morem, dat innocentiae legem, postquam contulit sanitatem, nec habenis liberis & solutis vagari postmodum patitur, <sup>12</sup> sed ipsis potius, quibus sanatus fuerat, mancipato, grauius comminatur, quod sit scilicet minor culpa deliquisse ante, cum necdū nosces disciplinā Dei, <sup>13</sup> nulla sit venia vltra delinquere, postquam Deum nosse cœpisti: & quidē hoc tam viri quam mulieres, tam pueri quam puellas, sexus omnis atque omnis ætas obseruet: & curet pro religione & fide, quam Deo debet, ne quod sanctum & purum de domini dignatione percipitur, minus sollicito timore teneatur, <sup>14</sup> quia scriptum est: Qui perseuerauerit vsque in finē hic saluus erit. <sup>15</sup> Nūc nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior gloria est, maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritalis, lætā indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per

Ioh. 5.

Mat. 10.

illas atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa fecunditas: quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augetur. Ad has loquimur, has adhortamur <sup>16</sup> affectione potius quam potestate: non quod extremi & minimi & humilitatis nostræ admodum conscij, aliquid ad censuram licentiæ vindicemus; sed quod ad sollicitudinem magis cauti, plus de diaboli infestatione timeamus. <sup>17</sup> Neque enim inanis hæc cautio est, & vana formido, quæ ad salutis viam consulit, quæ dominica & vitalia præcepta custodit, <sup>18</sup> vt quæ se Christo dicauerint, & à carnali concupiscentia recedentes tam carne quam mente se Deo vouerint, consumment opus suum magno præmio destinatum; nec ornari iam aut placere cuiquam nisi domino suo studeant, à quo & mercedem virginitatis expectant, dicente ipso: Non omnes capiunt verbum, <sup>19</sup> sed illi quibus datum est. Sunt enim spadones qui ex vtero matris sic nati sunt, & sunt spadones, <sup>20</sup> qui coacti sunt ab hominibus, & sunt spadones qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Denuo quoque <sup>21</sup> per hanc angeli vocem continentia munus ostenditur, virginitas prædicatur: Hi sunt qui cum mulieribus se non coinquinauerunt, virgines enim permanserunt: hi sunt qui sequuntur agnum quocumque ierit. Neque enim tantum masculis continentia gratiam dominus repromittit, & scæminas præterit, sed quoniam scæmina viri portio est, & ex eo sumpta atque formata est, in scripturis fere omnibus ad proptolastum Deus loquitur: <sup>22</sup> quia sunt duo in carne vna, & in masculino simul significatur & scæmina. Quod si Christum continentia sequitur, & regno Dei virginitas destinatur, quid est illis cum terreno cultu & cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offēdunt, non cogitantes esse prædictum; qui hominibus placere confusi sunt, quoniam Deus nihil fecit illos? Et Paulum quoque gloriose & sublimiter prædicasse: <sup>23</sup> Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem. <sup>24</sup> Continentia verò & pudicitia non solum sola carnis integritate consistit, sed etiam in cultu & ornatus honore pariter ac pudore, vt secundum Apostolum, quæ innupta est, sancta sit & corpore, & spiritu. Instruit Paulus & dicit: Cælebs cogitat ea quæ sunt domini, quo

Mat. 19.

Apo. 14.

Gen. 2.

Psal. 51.

Galat. 1.

1. Cor. 7.

quo modo placeat deo. Qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea quæ sunt mundi huius, quo modo placeat vxori. Sic & virgo & mulier innupta cogitat ea, quæ sunt domini, vt sit sancta & corpore & spiritu. Virgo non esse tantum, sed & intelligi debet, & credi, <sup>24</sup> vt nemo cum virginē videt, dubitet, an virgo sit. Parem se integritas in omnibus præstet, nec bonum corporis cultus infamet. Quid ornata, quid compta procedit, quasi maritū aut habeat, aut quærat: Timeat potius placere, si virgo est, nec periculum sui appetat, quæ ad meliora & diuina se seruat. Quæ virum non habent, cui placere se simulant; integræ & puræ <sup>25</sup> non tantum corpore, sed etiam spiritu perseuerant. Neque enim fas est virginem <sup>26</sup> ad speciem formæ suæ comi, aut de carne, & de eius pulchritudine gloriari; cum nulla sit illis magis quam aduersus carnem colluctatio, & vincendi corporis ac domandi obstinata certatio. Paulus forti ac sublimi voce proclamat: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: & virgo in Ecclesia de specie carnis ac de corporis pulchritudine gloriatur? Addit Paulus & dicit: Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiiis, & concupiscentiis: Et quæ se concupiscentiis carnis & vitiiis renuntiasse profiterentur, <sup>27</sup> in iisdem quibus renuntiauerat, inuenitur? Deprehenderis virgo, detegeris. Aliud esse te iactas, & affectas. Maculis te concupiscentiæ carnalis aspergis, cum integritatis candidata sis, & pudoris. Clama, inquit Esaiæ dominus: Omnis caro fenum, & omnis claritas eius vt flos feni. Aruit fenum, & flos decidit: <sup>28</sup> sermo autem domini manet in æternū. Neminem Christianū decet, & maxime virginē nō decet, claritatē vllam computare carnis & honorem, sed solum appetere sermonem Dei, bona in æternum mansura complecti. Aut si in carne sit gloriandum, tunc plane quando <sup>29</sup> in nominis confessione cruciatur, quando fortior femina viris torquentibus inuenitur; quando ignes, aut cruces, aut ferrum, vel bestias patitur, vt coronetur. Illa sunt carnis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta meliora. Sed sunt aliquæ diuites, & facultatum vberrate locupletes, & opes suas præferant, & se bonis suis vti debere contendant. Sciunt primò illam diuitem esse, quæ in

Col. 6.

Ibid. 5.

Epsi. 40.

Deo diues est: illam esse locupletem, quæ locuples in Christo est: bona illa esse, quæ sunt spiritalia, diuina, cœlestia, quæ nos ad Deum ducant, quæ nobiscum apud Deum perpetua possessione permaneant. cæterum quæcunque terrena sunt in sæculo accepta, & hic cum sæculo remansura, tam contemni debent, quam mundus ipse contemnitur, <sup>30</sup> cuius pompis & deliciis iam tunc renuntiauimus, cum meliore transgressu ad deum venimus. Ioannes nos excitat & hortatur spiritali & cœlesti voce contestans: Nolite, ait, diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo: quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, <sup>31</sup> & ambitio sæculi, quæ non est à patre, sed ex concupiscentia sæculi. Et mundus transibit & concupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, quo modo & Deus manet in æternum. Æterna igitur & diuina scētanda sunt, & omnia de Dei voluntate facienda sunt, vt Domini nostri vestigia, <sup>32</sup> & magisteria diuina scētemur, qui monuit & dixit: Non descendi de cœlo vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. Quod si non est maior domino suo seruus, & liberatori debet obsequium liberatus; qui esse cupim<sup>9</sup> Christiani, debemus quod Christus fecit, imitari. Scriptum est, & legitur, & auditur, & in exemplum nostri Ecclesiæ ore celebratur: Qui dicit se in Christo manere, debet quo modo ille ambulauit & ipse ambulare: <sup>33</sup> Ambulandum est igitur vestigiis paribus, æmula ingressione nitendum est. Tunc responderet ad fidem nominis, scētatio veritatis, & credenti præmium datur, si quod creditur, & geratur. Locupletem te dicis & diuitem, sed diuitiis tuis Paulus occurrit, & <sup>34</sup> ad cultum atque ornatum tuum iusto sine moderandum, sua voce præscribit. Sint, inquit, mulieres cum verecundia & pudicitia componentes se, non in tortis criminibus, neque auro, neque margaritis, aut veste pretiosa, sed vt decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. Item Petrus ad hæc eadem præcepta, consēnit, & dicit: Sit in muliere non exterior ornamentum, aut auri, aut vestis cultus, sed cultus cordis. <sup>35</sup> Quod si illi mulieres quoque admonent coercendas, <sup>36</sup> & ad ecclesiasti-

1. Ioh. 2.

1. Ioh. 6.

1. Ioh. 2.

1. Thim. 2.

1. Pet. 3.



cam disciplinam religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare cultus suos soleant per maritum: quanto id magis obseruare virginem fas est, cui nulla ornatus sui comperat uenia; nec deriuari in alterum possit mendacium culpæ, sed sola ipsa remaneat in crimine? Locupletem te dicis & diuitem: sed non omne quod potest, debet & fieri; nec desideria proluxa & de sæculi ambitione nascentia, ultra honorem ac pudorem uirginitatis extendi, cum scriptum sit: *1. Cor. 6.* Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed non omnia ædificant. Cæterum si tu te sumptuosius comas, & per publicum<sup>37</sup> notabiliter incedas, oculos in te iumentis illicias, suspiria adolescentium post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, <sup>38</sup> suspitandi fomenta succendas, ut etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas, & uelut gladium te & uenenum uidentibus præbeas; excusari non potes quasi mente casta sis & pudica. Redarguit te cultus improbus & impudicus ornatus, nec computari iam potes inter puellas & uirgines Christi, quæ sic uiuis ut possis adamari. Locupletem te dicis & diuitem; sed iactare diuitias suas uirginem non decet. Cum dicat scriptura diuina: *5. ap. 5.* Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam umbra, & Apostolus rursus moneat & dicat: *1. Cor. 7.* Et qui emunt sic sint quasi non possidentes, & qui hoc mundo utuntur quasi non utantur: <sup>40</sup> præterit enim figura huius mundi. Petrus etiam, cui oues suas dominus pascendas, tuendasque commendat, super quem posuit & fundauit Ecclesiam, aurum quidem sibi esse & argentum negat, sed esse se dicit Christi gratia diuitem, esse fide eius & uirtute locupletem; quibus multa magna cum miraculo faceret, quibus ad gratiam gloriæ bonis spiritualibus abundaret. Has opes, has diuitias possidere non potest, quæ se diuitem sæculo mauult esse quam Christo. Locupletem te dicis & diuitem; & utendum putas iis, quæ possidere Deus uoluit. utere, sed ad res salutare, <sup>41</sup> utere, sed ad bonas artes, utere sed ad illa, quæ Deus præcepit, quæ dominus ostendit. Diuitem te sentiant pauperes, locupletem sentiant indigentes. <sup>42</sup> Patrimonium tuum Deo scenera, Christum ciba; ut uirginitatis perferre gloriam liceat, ut ad domini præmia venire con-

tingat, multorum precibus exora: Com-menda illic thesauros tuos, ubi fur nullus effodiat, quò nullus insidians grassator irumpat. Possessiones tibi, sed cælestes magis compara, ubi fructus tuos iuges ac perennes & ab omni contactu iniuriæ sæcularis immunes, nec rubigo atterat, nec grandæ cadat, nec sol urat, nec pluuia corrumpat. Nam delinquis & hoc ipso in Deum, si ad hoc tibi ab illo diuitias datas credis, ut illis non salubriter perfruaris. Nam & uocè Deus homini dedit, & tamen non sunt iccirco <sup>43</sup> amatoria cantanda nec turpia, & ferrum esse ad culturam terræ Deus uoluit, nec homicidia sunt iccirco faciendæ: aut quia tura & merum, & ignem Deus instituit, sacrificandum est inde idolis; uel quia abundant pecudum greges in agris tuis, uictimas & hostias immolare debebis. Alioqui tentatio est patrimonium grande, nisi ad usus bonos sensus operetur; ut patrimonio suo unusquisque locupletior, magis redimere debeat quam augere delicta. <sup>44</sup> Ornamentorum ac uestium insignia & lenocinia formarum non nisi prostitutis & impudicis feminis congruunt, & nullarum fere pretiosior cultus est, quam quarum pudor uilis est. Sic in scripturis sanctis, quibus nos instrui dominus uoluit, & moneri, describitur ciuitas meretrix, compta pulchrius & ornata, & cum ornamentis suis, ac propter ipsa potius ornamenta, peritura: Et uenit, inquit, vnus ex septem angelis habentibus phialas septem, & aggressus est me, dicens: *Apo. 17.* Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ. Et duxit me in spiritu: & uidi mulierem sedentem super bestiam, & mulier illa amicta erat <sup>45</sup> pallio purpureo, & coccineo, & adornata erat auro & lapidibus pretiosis, & margaritis, tenens poculum aureum in manu sua plenum <sup>46</sup> execrationum & immunditiæ, & fornicationis totius terræ. Fugiant castæ uirgines, & pudicæ incestarum cultus, habitus impudicarum, lupanarium insignia, ornamenta meretricum. Clamat etiam Spiritu sancto plenus Esaias, & filias Sion auro & <sup>47</sup> argenteo, ac ueste corruptas increpat, & obiurgat perniciosos opibus affluentem, & à Deo per sæculi delicias recedentes: Exaltatæ sunt, ait, filiæ Sion, & ambulauerunt alto collo, & nutu oculorum, & incessu pedum trahentes

trahentes tunicas, & pedibus simul ludentes. Et humiliabit Deus principales filias Syon, & reuelabit Dominus habitum earum, & auferet Dominus gloriam uestis illarum, & ornamenta earum <sup>48</sup> & crines, & circinnos, <sup>49</sup> & lunulas, <sup>50</sup> & discriminalia, & armillas, & <sup>51</sup> botronatum & dextralia, & annulos, & inaures, & serica contexta <sup>52</sup> cum auro, & hyacintho. Et erit pro odore suauitatis puluis, & pro cingulo reſte cingeris, & pro ornamento capitis auro caluitium habebis. Hoc Deus culpat, hoc ennotat: hinc corruptas esse uirgines, hinc à cultu uero atque diuino descuisse pronunciat. Exaltatæ ceciderunt: compta turpitudine sceditatēque meruerunt: sericum & purpuram induta, Christum induere non possunt: auro, & margaritis, & monilibus adornatæ, ornamenta cordis ac pectoris perdididerunt. Quis non id execretur & fugiat, quod alij fuerit exitio? Quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius pro gladio fuerit, & telo? Si hausto poculo moretur ille qui biberat, uenenum scires esse quod ille potauit. Si accepto cibo, qui acceperat, interiret, scires esse letale quod acceptum potuit occidere, nec ederes inde, nec biberes, unde interiret alios ante conspiceres. Nunc quanta ignorantia ueri est, animi quanta dementia, id uelle, quod & nocuerit semper, & noceat: & putare quod inde ipsa non pereas, unde alios perire cognoſcas: <sup>53</sup> Neque enim Deus coccineas aut purpureas oues fecit, aut herbarum succis, & conchiliis tingere & colorare lanas docuit. Nec distinctis auro lapillis, & margaritis, contexta serie & numerosa compage digestis, monilia instituit, quibus ceruicem, quam fecit, absconderes; ut operiatur illud quod Deus in homine formauit, & conspiciatur id desuper, quod diabolus adinuenit. An uulnera inferri auribus Deus uoluit, quibus innocens adhuc infantia, & mali secularis ignara crucietur, ut postea de aurium cicatricibus & cauernis pretiosa grana dependeant, grauiam etsi non suo pondere, mercium quantitate: <sup>54</sup> Quæ omnia peccatores & apostatæ angeli suis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia deuoluti, à cælesti uigore recesserunt. <sup>55</sup> Illi & oculos circumducto nigrore fucare, & genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expu-

gnare omnem oris & capitis ueritatem corruptelæ suæ impugnatione docuerunt. Et quidem isto in loco pro timore, quem nobis fides suggerit pro dilectione quam fraternitas exigit, non uirgines tantum, aut uiduas, sed & nuptas puto, & omnes omnino feminas admonendas, quod opus dei & factura eius <sup>56</sup> & plastica adulterari nullo modo debeat, adhibito <sup>57</sup> flauo colore, uel nigro puluere, uel rubore, aut quolibet denique liniamenta natia corrumpente medicamine. Dicit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; & audeat quisquam mutare & conuertere quod Deus fecit? Manus Deo inferunt, quando id quod ille formauit, reformare, & transfigurare contendunt; nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, diaboli, quodcunque mutatur. <sup>58</sup> Si quis pingendi artifex uultum alicuius & speciem & corporis qualitatem æmulo colore signasset, & signato iam consummatoque simulachro, manus alius inferret, ut iam formata, iam picta quasi peritior reformaret; grauis prioris artificis iniuria & ista indignatio uideretur. Tu te existimas impune laturam tam improbæ temeritatis audaciam, Dei artificis offensam? Ut enim impudica circa homines & incesta fucus lenocinantibus non sis, corruptis uolatisque quæ Dei sunt, peior adultera detineris. Quod ornari te putas, quod putas comi, \* impugnatione est ista diuini operis, præuaricatio est ueritatis. Monentis apostoli uox est: Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consperſio, sicut estis azymi, nam & pascha nostrum immolatus est Christus: <sup>59</sup> itaque festa celebremus, non in fermento uetere, neque in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis sinceritatis & ueritatis. Num sinceritas perseuerat & ueritas, quando quæ sincera sunt polluantur colorum adulteriis, & medicaminum fucus in mendacium uera mutantur? Dominus tuus dicit: Non potes facere capillum unum album aut nigrum: & tu ad uincendam Domini tui uocem uis te esse potioſorem? Audaci conatu & sacrilego contemptu crines tuos inficis, malo præſagio futurorum <sup>60</sup> capillos iam tibi flammeos auspicias, & peccas pro nefas, capite, id est, corporis parte meliore, & cum scriptum sit de Domino: Caput autem eius & capilli erant albi uelut lana, aut nix; tu

\* al. impugnatione.

Gen. 1.

\* al. impugnatione. 1. Cor. 5.

Mat. 5.

Apo. 2.

Gen. 6.



execraris canitiem, detestaris alborem, qui sit ad domini caput similis. Non meis oro quæ talis es, ne cum resurrectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoscat & ad sua præmia & promissa venientem remoueat & excludat? increpans vigore censoris & iudicis dicat: Opus hoc meum non est, nec imago hæc nostra est; cutem falso medicamine polluisti, crimem adultero colore mutasti, expugnata est mendacio facies, figura corrupta est, vultus alienus est, Deum videre non poteris, quando oculi tibi non sunt quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit. Illum tu sectata es, rutilos atque depictos oculos serpentis imitata es; de inimico tuo compta, cum illo pariter & arsura. Hæc oro cogitanda non sunt Dei seruis? non die semper ac nocte metuenda? <sup>61</sup> Viderint quid sibi nuptæ per placendi studium de coniugum solatio blandiantur; quos dum in excusationem suam proferunt, ad societatem criminosa confessionis adscribunt. Virgines certe, quibus hic sermo nunc consulit, quæ se eiusmodi artibus comperint, inter virgines non putem debere numerari, sed tanquam contactas oves & morbidas pecudes, à sancto & puro grege virginitatis arceri, ne contagio suo cæteras polluant, dum simul degunt, ne perdant alias quæcunque perierunt. Et quoniam continentia bonum querimus, perniciosam quæque & infesta vitemus. <sup>62</sup> Nec illa prætereo, quæ dum negligentia in usum veniunt, contra pudicos & sobrios mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. Quasdam non pudet nubentibus interesse, & in illa lasciuientium libertate sermonum colloquia incesta miscere, audire <sup>63</sup> quod non decet, quod non licet dicere, obseruare, & esse præsentem inter verba turpia & temulenta conuiuia, quibus libidinum fomes accenditur, sponsa ad patientiam stupri, ad audaciam sponsus animatur. Quis illi in nuptiis locus est cui animus ad nuptias non est? aut <sup>64</sup> voluptaria illic, & lata esse quæ possunt, vbi & studia & vota diuersa sunt: quid illic discitur, quid videtur? quantum à proposito suo virgo deficit, <sup>65</sup> quando pudica quæ venerat, impudica discedit? corpore licet virgo ac mente permaneat; oculis, auribus, lingua minuit illa quæ habebat. <sup>66</sup> Quid vero quæ promiscuas

balneas adeunt, quæ oculis ad libidinem curiosis, pudori ac pudicitia corpora dicata prostituunt, quæ cum viros, atque à vitis nudæ vident turpiter, ac videntur, nonne ipsæ illecebram vitis præstant? nonne ad corruptelam & iniuriam suam desideria præsentium sollicitant & inuitant? Viderit, inquis, qua illuc mente quis veniat: mihi tantum reficiendi corpusculi cura est, & lauandi. Non te purgat ista defensio; nec lasciuia, & petulantia crimen excusat. Sordidat lauatio ista, non abluit; nec emundat membra, sed maculat. Impudice tu neminem conspicias, sed ipsa conspiceris impudice: oculos tuos turpi oblectatione non polluis, sed dum oblectas alios, ipsa pollueris. Spectaculum de lauacro facis: <sup>67</sup> teatro sunt fœdiora quo contuenis; verecundia illic omnis exuitur, simul cum amictu vestis, honor corporis ac pudor ponitur; denotanda & contrectanda virginitas reuelatur. Iam nunc considera <sup>68</sup> an \* cum vestis es, verecunda sis inter viros, talis, cui ad inuerecundiam proficit audacia nuditatis. Sic ergo frequenter Ecclesia virgines suas plangit, sic ad infames earum ac <sup>69</sup> detestabiles fabulas ingemiscit, sic flos virginum extinguitur, honor continentia ac <sup>70</sup> pudor caditur, gloria omnis ac dignitas profanatur. <sup>71</sup> Sic se expugnator inimicus per artes suas inserit: sic insidiis per occulta fallentibus diabolus obrepit: sic dum ornari cultus, dum liberius euagari virgines volunt, esse virgines desinunt, furtiuo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ, non mariti sed <sup>72</sup> Christi adulteræ, quam fuerant præmiis ingentibus virgines destinatæ, tam magna supplicia pro amissa virginitate sensuræ. <sup>73</sup> Audite itaque virgines ut parentem, audite, quæso vos docentem patiter ac monentem, audite vtilitatibus & commodis vestris fideliter consulentem: Estote tales quales vos Deus artifex fecit: estote tales quales vos manus patris instituit: maneat in vobis facies incorrupta, ceruix pura, forma sincera. Non inferantur auribus vulnera, nec brachia includat aut colla de armillis & monilibus catena pretiosa; <sup>74</sup> sint à cõpedibus aureis pedes liberi, crines nullo colore fucati, oculi conspiciendo Deo digni. Celebrantur lauacra cum feminis, <sup>75</sup> quarum in vos pudica lauatio est. Nuptiarum festa improba, &

ba, & conuiuia lasciuia vitentur, quorum periculosa contagio est. Vince vestem, quæ virgo es, <sup>76</sup> quæ deo seruis: vince aurum, quæ carnem vincis & sæculum. Non est eisdem non posse à maioribus vinci, & imparem minoribus inueniri. Arta & angusta est via, quæ ducit ad vitam: durus & arduus est limes qui tendit ad gloriam. Per hunc viæ litem martyres pergunt, eunt virgines, iusti quique gradiuntur. Lata & spatiosa itinera <sup>77</sup> vitate: letales illic illecebræ & mortiferæ voluptates: illic diabolus blanditur, ut fallat; arridet, ut noceat, illic, ut occidat. <sup>78</sup> Primus enim centenarius martyrum fructus est, secundus sexagenarius vester est. Ut apud Martyras non est <sup>79</sup> carnis & sæculi cogitatio, nec parua & leuis & delicata congressio: sic & in vobis, quarum ad gloriam merces secunda est, sit & virtus ad tolerantiam proxima. Non est ad magna facilis ascensus. quem sudorem perpetuatur, quem laborem, cum conamur ascendere colles & vertices montium? quid ut ascendamus ad cœlum? Si præmium pollicitationis attendas, minus est quod laboras. immortalitas perseueranti datur, perpetua vita promittitur, regnum dominus pollicetur. Seruate virgines, seruate quod esse cœpistis, seruate quod eritis. Magna vos merces manet, præmium grande virtutis, munus maximum castitatis. <sup>80</sup> Vultis scire quo malo careat, & quid boni teneat continentia virtus? Multiplicabo, inquit mulieri Deus, tristitias tuas, & gemitus tuos; & in tristitia paries filios, & conuersio tua ad virum tuum, & ipse tui dominabitur. Vos ab hac sententia liberæ estis, vos mulierum tristitias & gemitus non timetis: nullus vobis de partu circa filios metus est, nec maritus est dominus, <sup>81</sup> sed dominus vester & caput Christus est ad instar & vicem masculi: fors vobis & conditio communis est. Domini vox est illa dicentis: Filij sæculi huius generant & generantur: <sup>82</sup> qui autem habuerint dignationem sæculi illius & resurrectionis à mortuis, <sup>83</sup> non nubunt, neque matrimoniū faciunt: neque enim incipient mori, æquales enim sunt angelis, Dei, cum sint filij resurrectionis. Quod futuri sumus, iam vos esse cœpistis: vos resurrectionis gloriam in isto sæculo iam tenetis: per sæculum sine sæculi contagione transitis. Cum castæ perseueratis & virgines, angelis Dei estis æquales;

tantum maneat & duret solida & illæsa virginitas, & ut cœpit fortiter, iugiter perseueret. Nec monilium aut vestium querat ornamenta, sed morum. Deum spectet & cœlum; neque oculos ad sublime porrectos, ad carnis & mundi concupiscentiam deprimat, aut ad terrena deponat. <sup>84</sup> Prima sententia crescere & generare præcepit: secunda continentiam suavit. Cum adhuc rudis mundus & inanis est, copiam fecunditate generantes propagamur, & crescimus ad humani generis augmentum. Cum iam referus est orbis & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, spadonum more viuentes, castrantur ad regnum. Nec hoc iubet Dominus, sed hortatur: nec iugum necessitatis imponit, quando maneat voluntatis arbitrium liberum. Sed cum habitationes multas apud patrem suum dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat: habitacula ista meliora vos petitis, carnis desideria castrantes maioris gratia præmium in cœlestibus obtinetis. Omnes quidē qui <sup>85</sup> ad diuinum munus & patrium baptismi sanctificatione perueniunt, hominem illic veterem gratia lauacri salutatis exponunt, & innouari Spiritu sancto à sordibus contagionis antiquæ iterata natiuitate purgantur. Sed natiuitatis iteratæ vobis maior sanctitas & veritas competit, quibus desideria iam carnis & corporis nulla sunt, sola in vobis, quæ sunt virtutis & spiritus, ad gloriam remanserunt. Apostoli vox est, quem Dominus vas electionis suæ dixit, quem ad promenda mandata cœlestia Deus misit: <sup>86</sup> Primus homo, inquit de terræ limo: secundus homo de cœlo. Qualis ille de limo, tales & qui de limo: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Quo modo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus & imaginem eius qui de cœlo est. Hanc imaginem virginitas portat, portat integritas, sanctitas portat & veritas. Portant disciplina Dei memores, iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad orationem tolerantiam fortes, ad sustinendam iniuriam mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace vnanimis atque concordēs. Quæ vos singula o bonæ virgines obseruare, diligere, implere debetis, quæ Deo & Christo vacantes ad Dominum, cui vos dicastis, & maiore & meliore parte præceditis. Prouectæ annis, iuniori-

Matth. 7.

Matth. 13.

\* cum vestis es, verecunda sis inter viros, talis, cui ad inuerecundiam proficit audacia nuditatis.

Gen. 3.

Luc. 10.

Gen. 3.

Matth. 19.

Ioh. 14.

I. Cor. 15.



bus facite magisterium: minores natu præbete<sup>37</sup> maioribus ministerium, comparibus incitamentum: hortamentis vos matuis excitare, æmulis de virtute documentis ad gloriam protocate. Durate fortiter, spiritaliter pergitte, peruenite feliciter: tatum<sup>38</sup> mentote tunc nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari.

### ADNOTATIONES IN librum De disciplina & habitu virginum.

1. Disciplina custos [spei] Discipline vox, pro ea quam severam disciplinam nuncupant, Quint. lib. 2. ca. 4. Tacit. li. 5. hoc est pro severitate castigatrice, & Tertulliano tum initio libri contra Valentianum. tum in libris quos hic imitatur, & Cypriano frequentissima est. Adfert autem Rhenanus simile quoque testimonium ex Ammiano Marcellino, & complura ex scripturis hoc loco Cyprianus, ac infra Testim. lib. 3. cap. 66. 67. & 68. Porro pro eo quod legitur: magistra virtutis Graui. non male: virtutum; & pro eo quod: deo vivere, apud Manut. ac Cambron. & Assigin. codices M. Anglicus cod. cum ceteris exc. legitur: i. deo. Ex Cambr. etiam cod. adiecit: & ubi legitur: & ad promissa.
2. avertari ac negligere] Confirmatur hæc Manut. & Grauij lectio cod. Ms.
3. & peratis à via recta] Ms. 4. Morelij cod. de via, sed nostri & Cyprian. Epistola 62. prius legunt.
4. Ad quid exponis] Hoc Manut. & Angli. cod. reperitur supra Epistolas 63. & 68. pro quo ceteri: ut quid; ubi etiam: abiecit, legitur, non: proiecit, &: retro, non post te, uti hic Cambron. unus vero codex: posuisti.
5. fili ne neglexeris disciplinam domini] Ms. legunt: dei, sed prius magis placet, eo quod Græce legitur: κωγίς apud 70. & D. Paulum Hebr. 12.
6. & ad hoc corripit] Adiecit: ad hoc, ex Ms. pro quo quidam exc. sic.
7. tam veteribus quam etiam novis] Desiderantur hæc verba in Angli. & vet. excus. cod. apud Remboldum & Morelium, sed alij Ms. & excus. legunt.
8. lauacri vitalis] solus Angli. cod. salutaris, vide supra epist. 2.
9. Empti enim estis precio magno] Quum sic legant Ms. & exc. præter Angli. iterum adieci vocem: precio, præsertim quum etiam Græci, qui non legunt: magno, habeant: τιμή. &.
10. Glorificate & portate Deum] Ita recte ex Ms. Manut. nam Græce est: δεύω, pro eo quod erat: dominum. Notatu autem digna hæc lectio Cypriani & ante eum Tertull. lib. de Resurrect. carnis, conformis Latine editioni, eo quod Græce desideretur illud: & portate. Porro pro: Glorificemus, legunt Ms. Clarificemus, sed prius malo. Ex his etiam adieci particulam: & paulopost.
11. Dat viuendi morem] Habent Ms. timorem, sed prius placet magis, præsertim quum id habeat Cambr. in marg.

12. sed ipsis potius quibus sanatus fuerat, mancipato] Cod. Angli. sic habet: sed ipsis quibus potius sanatus fuerat mancipata, at nec ille satisfacit. Locus est corruptus.

13. nulla sit venia ultra delinquere] Quum sub finem Epistolæ ad Auto. disertis verbis impugnet errorem Nouatiani, remissam peccatorum tollentis in lapsis, sane sunt hæc verba intelligenda; alioqui enim sibi ipse Cyprianus contradiceret. Interpretatur Manut. non posse fieri dixisse, quod difficulter sit & non nisi post longam satisfactionem, nimirum eodem sensu quo interpretantur Græci locum illum Pauli ad Hebræos 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati &c. rursus renouari ad penitentiam. Cautè itaque legenda est hoc loco Erasmi adnotatiuncula, ut pote quæ illi fauere videtur damnatæ sententiæ: Peccatum non sic dimitti ut non sit imputabile.

14. Quia scriptum est: Qui persequerit &c.] Hoc adiecit ex Assig. cod. & vet. exc.

15. Nunc nobis ad Virgines sermo est &c.] Locum hunc pro exemplo temperatæ dictionis, citat D. Aug. li. 4. de Doctr. Christi cap. 21. è quo adiecit vocem: plus.

16. affectione potius quam potestate] Tum ex his verbis, tum ex iis quæ sequuntur: non quod extrinseci & minimi &c. colligere mihi recte video, nondum Episcopum fuisse Cyprianum, quum hæc scriberet, sed presbyterum duntaxat, aut saltem non dudum Episcopum. Neque enim alioqui negaret sibi in virgines esse potestatem, qui toties & præsertim Epistolis 40. 55. 65. & 69. tam magnificè scribit de diuina Episcoporum potestate. Eleganter autem expressit exordium libri Tertull. de cult. femm.

17. Neque enim inanis] Cum Grauij adiecit illud: enim ex Ms.

18. quæ se Christo dicauerint & Deo vouerint] solus Assig. cum Erasmijs: deuouerint, alij vet. tam Ms. quam exc. vouerint, utriusque autem modo legas, confirmatur ex hoc loco, & scripturis adiunctis, uti & ex epistola 62. voti virginum seu continentia antiquitas. Quod etiam agnoscit eodem seculo Orig. Hom. 25. in Leuitic. & 2. in Numeros. & utroque uerborum Clemens Alexandrinus Strom. li. 3. ac Tertull. lib. de uelands uirginibus, li. 1. ad uxorem, & apert. s. sub finem Exhortationis ad castitatem. Primi quoque sæculi Auctores id non ignorasse, manifestum sit, tum ex D. Dionys. Arcopag. Eccles. Hier. 6. c. tum ex epistolis D. D. Martialis Lemouicensis ad Tholosanos, & Ignatij ad Antiochenos. Eodem pertinet quod scribit Abdias de Iphigenia, à D. Mathæo consecrata, & Philo Iudæus de uis uirginibus in Ecclesia Alexandrina à D. Marco Apostolo instituta, quas δεογενήδες uocabat. Quin & Apostolicis temporibus id non ignotum fuisse (ut omittam quod legitur Act. 21. de 4. filiabus Philippi diaconi uirginibus) patet ex illo 1. Tim. 5. Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; constanter sic interpretantibus, non D. Chrysost. duntaxat & alij Græci, ac D. Ambros. in comment. eius loci, sed & D. D. Aug. lib. 1. ad Pollent. ca. 24. & alibi frequenter, Carthag. Concil. 4. can. ult. Hieron. contra Ioum. lib. 1. Epiphani. hæresi. 48. Basil. De uera uirg. & Tert. de Monog. ubi pulcherrimè interpretatur eiusdè loci illud: Volo inuiores uidiuas nubere, de iis

que

qua nondum uirginitatem professæ erant. Immo tum hoc loco & epistola supradicta Cyprianus, tum dictis locis, et de cult. fem. Tertul. de hoc uoto et instituto interpretantur illud Matthæi 19. (nec dissentiunt alij): Sunt Spadones, qui scipfos castrauerunt propter regnum colorum. De sententia D. D. Hieron. & Aug. infra latius, ubi adulteros Christi ob uotum non seruatum uocat Cyprianus, uirgines Deo dicatas.

19. qui coacti sunt ab hominibus] uti ex Ms. Adiecit: sic, ubi legitur: sic nati sunt, ita ex isdem cum Manu. et Grauij istud retinuumus, pro eo quod prius legabatur: castrati sunt. Et si cum posterius legatur Græcè, Hieron. tamen & Hilarius in comment. disertis uerbis interpretantur lectionem uulgatam: qui facti sunt.

20. per hanc angeli uocem] Quidam Morelij, cod. Euangelij uocem, sed male.

21. & cruti duo in carne uia] sic Ms. & exc. hoc loco omnes, quare uarie lecti uito à Cypriano, aliquando hoc pacto, aliquando: in carne uiam, sicut epistola 49. Nam una eadèque pagina etiam Tertul. utriusque legit libro de uel. uirg. explicat autem hic intelligendæ scripturæ regulam, quæ in masculo significatur & femina.

22. Si hominibus placere uellem] Nouum est hoc præsertim quum Epistolis 62. & 63. legatur conformiter Græcis & latinis exemplaribus: Si hominibus placere, consentiunt tamen cod. omnes, & hic & postea frequenter.

23. continentia uero & pudicitia] Ad uerbum fere hoc sumptit ex Tertul. de cultu seminarum.

24. ut nemo cum uirginem uideret] Denuo ex Ms. adiecit uocem: ut.

25. non tantum corpore sed etiam spiritu] Ms. tum nostri tum Morelij legunt: corporaliter & spiritaliter. sed prius magis placet, eo quod uerba Apostoli præmissa explicet.

26. ad speciem formæ suæ comi] Etiam huic loco non conuenit cuiusdam antiqui cod. Morelij lectio: coman nutrire.

27. in iisdem quibus renunciauerat] Pro: iisdem ubique Ms. Assig. et Cambr. h. idem, quod semel adnotasse sufficiat.

28. uerbum autè Domini manet in æternum] Ms. sermo Domini.

29. in nominis confessione] uocem: domini, loco submouimus cum Cambr. cod. secuti phrasin Cypriani, de qua supra epistola ad Anton.

30. cuius pòpis & deliciis ià tunc renunciauimus] Alludit haud dubie tum hic tum postea sapius, ad renunciationem, quæ fit in baptismo, de qua uide epist. supra 7.

31. ambitio sæculi] Latine hodie legitur: iuperbia uita, et Græce: ἡ ἀλογομία τῆς βίης, quare aliud uidetur legisse Cyprianus. Eodem pertinet quod legitur: transibit, præterquam in Cambr. cod. pro eo quod ille: tranlit, item illud Cypriano peculiare est: quomodo & Deus manet in æternum.

32. & magisteria diuina] Ex Assig. & Colon. Ms. cod. denuo adiecit uocem: diuina.

33. Ambulandum est igitur] Adiecta est uox: igitur, recens à Manut. & Morel. quam tamen non habent nostri Ms.

34. ad cultum atque ornatum] Habitus femina (inquit) Tertul. li. de habitu muliebri] duplicem speciem cir-

cumfert, Cultum & Ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem uocant. Ornatum quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro & argento & gemis & uestibus deputatur: iste in cura capilli & cutis et earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intenditur, alteri prostitutionis.

35. Quod si illi mulieres] Mulieres hic accipit Cyprianus pro solis uxoribus, late tamen deducit Tertul. de uel. uirg. Mulieris nomen etsi nonnunquam ita in scripturis accipitur, frequenter tamen pro omni femina generaliter accipi.

36. & ad ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione moderadas] Pulchre explicat Cyprian. loca Pauli & Petri Apostolorum, de moderando cultu coniugarum, et similiter Aug. epist. 75. ad Posidium, idque ea conditione tantum ut placeat uiris suis. Quis autem sit excessus in uestium cultu, colligi potest ex Aug. de doct. Christ. li. 3. c. 12. 13. & 14. ubi docet attendendam causam & quid conueniat temporibus, locis & personis. Eodem pertinet quod habet Tertul. li. de cultu femm. Si quas (inquit) uel diuitiarum suarum uel natalium uel retro dignitatum ratio compellit &c. quæ in sequentibus fere ad uerbum imitatus est Cyprianus.

37. notabiliter incedas] Etiam hoc ex Tertul. mutuatus est de uel. uirg. Vox Plinio quoque uisitata epist. 5. Imitatus est autem huic locum D. Hieron. ad uerbum fere epistola ad Eustochium de uirgin. custodia.

38. sperandi fomenta] Hoc Manutij. Ms. duo confirmant, pro eo quod erat: peccandi. unus uero liber calamo exaratus, quem posterius mihi dono dedit Ludouicus Carrion & eruditionis & cognitionis nomine mihi charissimus, habet: suspirandi fomenta, multo mea sententia rectius, præsertim quum etiam sic legat cod. S. Pantalconis Colon. supra citatus.

39. Et qui emunt, tanquam non possidentes] Interferit Cam. co. tanquam non emetes, & qui possident, & infra quoque Cyprianus testim. lib. 3. ca. 11. sed neque hodie in Græcis aut Latinis exemplaribus neque apud Tertul. hoc legitur de cultu femm. qui tamen pro eo quod sequitur: non utantur, legit: non abutantur, & Græce legitur κατὰ ἔργον.

40. præterit enim habitus huius mundi] Quum sic legat Tertul. magis placeret hæc Assig. & uulg. codi. lectio, quam aliorum: figura, præsertim quum Græce sit σχῆμα, nisi alibi aliud legeretur ubique apud Cyprianum.

41. Utere, sed ad bonas artes] Mendum hic acciderat apud Manut. negligentia operarum.

42. Patrimonium tuum Deo fenera] Hoc ex Ms. Angli. Assig. Cambro. nec dissentiunt uulgati exc. præterquam quod legant: patrimonia, atque adeo non placet quod habet Manut. & Cambron. in margi. patrimonio tuo Deum, Fenera autem sine o. legunt Ms. uti legendum iam olim adnotauit Nonius Marcellus ex Varrone & Catone. Porro: perferre, Ms. est, pro eo quod Erasmius: præferre.

43. amatoria &c.] Ad uerbum fere ex Tertul. hoc mutuatus est sub finem libri de habitu muliebri, atque adeo ex eo confirmatur uox: merum, pro eo quod quidam myrrham, legunt.

44. Ornamentorum ac uestium insignia & lenocinia formarum] Etiam hoc ex Tertul. confirmatur



de cult. fem. ubi eandem quoque scripturam ex Apocal. citat, habent Ms. quoque & vetus excusf. & postea peculiariter de fucis agit: quare non placet quod substituit Remboldus: fucorum.

45. pallio purpureo & coccineo] Nō placet quod reposuit Erasmus: & coccino, quum prius legant Ms. vet. exc. & Remboldus. Quidam autem cod. Morel. pallium purpureū & coccineum, non male; nam Græcus textus etiam variat.

46. execrationum & immunditiæ] Magis ad exemplar Græcum accedit hæc Manu. & Ms. quam vulgata: execrationis.

47. argento & veste corruptas] Vocem: argento adiecit Manu. desideratur tamen in nostris Ms. qui: corruptas, legunt cum excu. quare non placet coniectura Erasmi: comptas, præsertim cum lib. de disciplina & bono pudicitie sic loquatur: vestibus aurum intexere, quasi precio est vestes corrumpere.

48. & crines & cincinnos] Græcè legit Chrysof. apud Isaiam: καὶ τὰ ἐμπλόκια καὶ τὴν κορυμμένην, quod vertit Godefridus Tilmannus, decentem contexturam crinium & cincinnos. Ipse vero Chrysof. κορυμμένην, dicit, ornatum quandam circa caput muliebre aut frontale, reticulum, seu vitram. Hodie apud 70. non aliud hic legitur quam κορυμμένη, quæ vox idem fere significat, atque adeo hic est transferenda in illis vox: ἐμπλόκια, quæ postea adiecitur.

49. & lunulas] Græcè est μανικῶδες. Putat Chrysof. fuisse cultum in specie luna semiplena ad cohonestandam cervicem; Hieron. vero bullulas dependentes in luna similitudinem.

50. & discriminalia & armillas, & botronatū & dextralia & annulos & inaures] Sic Ms. tres legentes: dextralia, pro eo quod vulgò legitur: specula, certe vox Græca ἑτέλλια, illud, non hoc significat.

51. Botronatum] autem legit etiam Tertul. de cultu femin. paucis locum Isaiæ citans, & diuinarum Rhenanus esse redimiculum capitis capillos stringens, ita dictum quod botri speciem referret. Ex Græco textu 70. aut Chrysof. nihil certi potest colligi, utpote qui longe aliter legant, sic nempe: καὶ τὸ καθέμα καὶ τὸν κοσμὸν τῆς προσώπου ἀντῶν, καὶ τὴν σύνθεσιν τῆς κόσμου τῆς δοξῆς, καὶ τῆς ἁλιδωῆος καὶ τῆς ἑτέλλια, καὶ τῆς διακτυλῆος, καὶ τῆς περιδέξια, καὶ τῆς ἐνώτια. Quod è Græco sic recte vertit Tilmannus et monile ad pectus demissum, ornatumque faciei earum, et compositionem totius ornamenti ac splendoris, & brachiola, & armillas, & annulos, & dextrachena, & inaures. Utpote quum Græcè idem fere significent: ἁλιδωῆος, ἑτέλλια, καὶ περιδέξια. Quanquam tamen Chrysof. in commen. aliquid amplius videatur legisse, atque adeo satis accedere ad lectionem Cypriani: Armillas (inquit interpret) aureas ad decorem brachiorum circumpositas, aliud item genus brachialis, alia item ornamenta circa manuum iuncturas, textile illud crinibus implicandis accommodum, cultum aureum ornando capiti circumpositum. E quibus duobus postremis, alteri aut utrumque puto esse illud ipsum quod botronatum vocant Tertul. & Cypri. Atque adeo diuinarum, esse eum capitis ornatum quem lingua Gallica: les bordures, vocamus, utpote quum inueniatur plerumque botro haud absimilis. Fortassis illa ex editionibus Aquila, Symmachi, ac Theodotionis interiecta sunt, nam dicit Hieron. omnia hæc diuersis modis ab illis

& 70. interpretata, atque adeo hinc factum, ut in sequē. plura legant Chrysofom. & exemplaria Græca, quam Cyprianus.

52. & bysso torto & cocco nero] Adiecit quidē hæc recens Manu. sed neque in Ms. aut Græcis exemplaribus, neque apud Chrysofom. horum ullum est vestigium.

53. Neque enim deus coccineas aut purpurcas oues. &c.] Hæc & sequentia ad verbum fere mutuatus est ex Tertul. lib. de cultu femin. et sub finem libri de hab. mulie. Vtrumque autem imitatus est D. Hieron. in vita B. Marcellæ.

54. Quæ omnia peccatores & apostate Angelii] Etiam hoc habet ex Tertul. lib. de cult. femin. & habi. muliebr. usque adeo ut etiam sententiam illius sequatur, quod ad c. 6. Gen. attinet; quæ filios Dei qui sumpserunt sibi uxores filias hominum, angelos intelligebat: in qua fuit & Lactantius & alij quidam Cypriano vetustiores. Verum eam multis argumentis reprobant D. D. Chrysof. in comment. & Aug. lib. 15. de ciuit. Dei ca. 23. ubi etiam auctoritatem libri Enoch mittitur Tertul. (utpote Apocryphi) pulchre refutat, ad quem alludit etiam Chrysof. dum fabulas eam sententiam vocat.

55. Illi & oculos circumducto nigrore fucare, &c.] Quod hic nigrorem paulopost nigrum puluerem vocat, uti etiam Tertul. de habi. muliebr. & de cultu femin. fuliginem; quod autem ruborem dicit, Hieronim. ad hæc loca alludens purpurissam & cerussam appellat epistola ad Letam & in vita B. Marcellæ. Sic & Tertul. loco citato.

56. & plastica] Etsi vet. excu. ac Ms. Afflig. & Camb. legant: plastina, priorem tamen veram esse ex Tert. patet; qui lib. de cult. femin. immo eo ipso loco quem hic imitatur Cyprianus sic legit, & certe etiam Camb. cod. ad marginem habebat adnotatam.

57. flauo colore] Flauus color siue croceus viti habet Tertul. ad capillos refertur, niger puluis ad oculos, ruber ad genas.

58. Si quis pingendi artifex] Hunc locum tanquā grandis dictionis exemplum citat D. Aug. lib. 4. de doct. Christ. c. 21. & imitatur D. Ambros. Examer. lib. 6. c. 8. ubi pro eo quod legitur: manus afferret, rectius legit meo iudicio: inferret; quomodo etiam Camb. & Afflig. cod. & comprobatur ex eo quod præcedit: manus Deo inferunt. Castigandus vicissim est Aug. ubi legit: colorum adulterinis medicaminum fucis.

59. Itaque festa celebremus] Ad verbum transtulit quod Græcè est: ἐορτίζωμεν, quomodo etiam interpretis Origenis hom. in Leuit. 5.

60. capillos iam tibi flammeos auspiciaris] Etiam hæc ad verbum ex Tertul. de cult. femin.

61. Viderint quid sibi nuptæ] Rursum hoc ex eodem Tertul. libro. Et certe nuptus hoc in genere corruptela & fuci non excusari, docet etiam Ambros. lib. 1. de virg. loco citato à D. Augustino, & ipse Augustin. epistola 75. ad Possidium. Atqui pro eo quod præcedit: metuenda, legit vetus exc. et Afflig. ad marginem: meditata, illud autem: viderint, phrasis est de qua supra epistola 2. diximus.

62. Nec illa prætereo quæ dum negligentia] Solus Morel. per negligentiam. Quod autē hic prohibet virginibus ne nuptis intersint, finis est in multis canonibus

nibus prohibitio de omnibus clericis.

63. quod non licet dicere, obseruare] Hæc vulgò reperitur in Ms. quare magis placet quam aliorum: quod non licet dicere obseruari, siue: conuerfari.

64. Voluptaria & læta] Hoc Manu. confirmat Cambron. cod. qui tamen ad marginem habet: voluntaria, pro quo pessime vulgati cod. voluntaria & læta.

65. quando, pudica quæ venerat, impudica discedit] Est hoc Ms. cod. & Grauij; veteri vero excusf. non male: quando impudicior, quæ venerat pudica, discedit, Ad quod accedunt Remboldus & Manu. praterquam quod ille: quantū, & Manu. in: quāto, legat, & impudicior, sed prius maxime placet.

66. Quid vero que promiscuas balneas adit] Similiter libro sequenti de Lapsis: Hoc (ait) crimini eius & malis deerat, ut ad balneas pergeret. Item paulopost: Lamentari eum putamus ex toto corde, qui ex primo criminis die laucra cū feminis quotidie celebrat; Torro balneas à balneis in hoc distinguunt Beda lib. de Orthogra. quod ille sint publicæ, hæc priuata.

67. theatro sunt fediora] Ita cum Manu. Camb. cod. & quidam antiqui Morelij, ceteri: theatra.

68. an cum vestita est verecunda sit inter viros virginitas talis, quæ] Sic Ms. Camb. & Afflig. cum vulgatis, præterquam quod iste non legat: virginitas, pro quo Manu. in: cum vestita es, verecunda sis inter viros talis, cui, neutri male. Pro eo autem quod est: proficit, Ms. uterque habet variam lectionem: proflit.

69. detestabiles fabulas] Affligent. in margine: tabulas.

70. pudor cæditur] Manu. istud habent Ms. Morelij cum exc. ponitur, Camb. in margin. læditur.

71. Sic fe expugnator inimicus] Vulgò: expugnatus, minus recte.

72. Christi adultera] Simile prorsus habes epistola supra 62. item apud D. D. Chrysof. epistola ad Theodo. monach. & in epistolam ad Hebr. hom. 13. Basilium de vera Virginitate. Ambros. ad Susannam Lapsam c. 5. et 9. Hieron. contra Iovin. lib. 1. ad Eustoch. de cult. virg. & ad Sabina. ac Aug. in tit. Psalm. 83. ac de bono viduit. c. 11. Huius prioris loci verba sunt hæc: Alius ex Dei munere manus quid vovuit, statuit nec nuptias pati; qui non dānaretur si duxisset uxorem, post votum quod Deo promissit si duxerit dānabitur. Quare, nisi quia retro respicit? Sic virgo quæ si nuberet non peccaret, sanctimonialis si nupsit, Christi adultera reputabitur. Posteriori vero loco: Plane (inquit) non dubitauerim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctiore quæ vouetur Deo, adulterius esse peiores, etc. Hieron. autem: Virgines (inquit) quæ post consecrationem nupsit, non tam adulteræ sunt quam incestæ. Quæ loca qui expendit, dubitare posthac non poterit, in usu fuisse vota monastica illorum ætate. Si quem autem hæc non moueant utpote de solis sanctimonialil' dicta, certe Theodorum monachum increpans ipsis coæuus Chrysof. Vxoribus (inquit) laqueis implicari, adulterij crimen est admittere, etc.

73. Audite itaque virgines] Ita Ms. cum Manu. & Morelio, pro eo quod ceteri: igitur. Est autem in sequ. asit legendum cum Afflig. cod. Manu. & Morel. vos docentem pariter ac monentem, aut cum vulg. vobis timentem, &c.

74. sint à compedibus aureis pedes liberi] Aludat ad vincula barbarorum de quibus Tertul. de cult.

femin: Quamquam & aurum ipsum euidam genti ad vincula seruire referunt Gentilium litteræ. Qui Periscelidē vocat quo crura excornabantur alij Periscelides; οὐκέλος enim Græci crura vocant.

75. quatum in vos pudica lautio est] Ex Ms. de nouo adiecit: in vos, fortassis legendum: inter vos.

76. quæ Deo seruis] Etia hoc ex isdem de nouo adiecit, quomodo & paulopost particula: est.

77. vitate, lætales illic illecebræ] Ita Manu. & Grauius cum Colon. cod. pro eo quod alij: vitæ lætalis, illic.

78. Primus enim centenarius martyrium fructus est] Sic Ms. Afflig. ac Colon. vet. exc. Costerius, Grauius, Morel. & Manu. præterquam quod prætermiserit: enim, rectius quam aut vulg. primus cum cetero, aut Cambron. cod. primus cum centesimo. Est enim similis alicubi Cypriani locus. Atqui longe aliter D. Hieron. contra Iovin. centesimum fructum virginibus, sexagesimum viduis, & trigessimum coniugatis attribuit. Græci vero comment. Cypriani sequuntur sententiam, & trigessimum fructum viduis attribunt.

79. carnis & sæculi cogitatio] Est hæc Ms. et vet. exc. cod. quare placet magis quam vulg. contagio. Paulo post autem, siue legas: gratiam, cum Ms. & vulg. exc. siue gloriam, cum Manu. in: perinde est, habes enim easdem voces confusas etiam in epistolis Paulinis: Item pro: accessus, legit quidam Morel. cod. accessus, non male.

80. Vultis scire quo malo careat] Quidam cod. Morel. quod malum euadat.

81. sed Dominus vester & caput] Adiecit recens ex Ms. vocem: sed.

82. qui autem habuerint dignationem] Afflig. & vet. exc. cod. dignitatem, sed prius magis accedit ad phrasin Cypriani.

83. neque nubunt neque matrimonium faciunt] Infra lib. Testim. 3. c. 32. sic istud legit: neque nubunt neque nubuntur.

84. Prima sententia crescere præcepit, secūda continentiam suavit] Similia passim reperire est apud D. D. Hieron. & Aug. notatu digna, propter eos qui etiam abutuntur prima illa sententia: Crescite & multiplicamini.

85. ad diuinum munus & patrium] Sic primus Grauius, pro eo quod erat male: patrimonium. Quidam vet. cod. Morelij: & patriam, Est autem in sine elogium Baptismi.

86. Primus (inquit) homo de terræ limo] Ter aut quater Manu. cod. c. pro: de, sed posterior ad phrasin Cypriani pertinet, & sic legit D. Aug. hunc locum citans ad finem vsque, dict. ca. lib. 4. de doctrina Christi.

87. maioribus ministerium] Cum Grauius hoc recens adiecit ex Ms. Afflig. & Colon. cod. & vet. exc. & optime quadrat.

88. mementote tunc nostri] Facere hunc locum pro inuocatione sanctorum post hanc vitam, supra docuimus epistola 57.



## DE LAP SIS

ARGVMENTVM LIBRI  
SEQUENTIS.

**P**ollicitus erat frequenter Cyprianus, vbi primum pax Ecclesie reddita foret, se certius quid scripturam de ratione Lapsorum, hoc igitur libro promissus satisfacit. Et imprimis ob oculos posita cum gaudio tam insperata Ecclesia pace, & Confessorum caterorumque Stantium in fide constantia, & deinde cum dolore summo Lapsorum ruinis, ac persecutionis praeeritae causis explicatis, disciplina nempe neglectu & peccatis fidelium: grauiter increpat Lapsos, quod ad prima statim Verba minantis inimici idolis sacrificauerint, & non potius iuxta Christi consilium secesserint. Item quod iam sacrificiis maculati, contra Euangelij legem, ante expiata delicta, ante exomologesin criminis factam vim inferrent corpori & sanguini Domini, & communicationem ac pacem a quibusdam presbyteris sine Episcopi sententia extorquerent. Deterritos proinde vincta diuina Lapsorum aliquot, qui indignae communicarant (obiter interiecta mentione libellatorum quod a crimine non excusarentur) & animatos eorum exemplo, qui quauis nullo sacrificij aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotem Dei dolenter et simpliciter confitentes exomologesin faciebant, ad confessionem delicti, ad poenitentiam publicam, ad satisfactionem plenam multis hortatur. Postremo vitari monet Nouatianos, consutans scripturis aliquot illorum haeresim. Meminerunt autem libri huius praeter ipsum Cyprianum epistola 51. Pontius in Vita, Eusebius eccles. hist. lib. 6. ca. 33. & post eum Niceph. & Erculphus. D. D. quoque Aug. locis infra citatis, & Fulgentius ad Thrasimundum. Et vere imitatus est Tertul. libr. de poenitentia; quae adeo genuinum illius esse non dubito; contra quam censuerunt Erasmus & Rhenanus, nam & stilus consentit.

**P**Ax ecce dilectissimi fratres, ecclesie reddita est: & quod difficile nuper incredulis, ac perfidis impossibile videbatur, ope atque vltione diuina securitas nostra reparata est. In letitia mentes redeunt, & tepestate pressurae ac nube & caligine discussa, tranquillitas ac serenitas refulserunt. Dande laudes Deo, & beneficia eius ac munera cum gratiarum actione celebranda, quamuis agere gratias nostra vox nec in persecutione cessauerit. neque enim tantum inimico licere potest, vt non qui Dominum toto corde, & anima, & virtute dili-

gimus, benedictiones eius & laudes semper & vbiq; cum gloria praedicemus. Exoptatus votis omnium dies venit, & post longae noctis horribilem tetratamque caliginem, Domini luce radiatus mundus eluxit. Confessores praerogatio boni nominis claros, & virtutis ac fidei laudibus gloriosos, laetis conspectibus intuemur, sanctis oculis adherentes, desideratos diu inexplebili cupiditate complectimur. Adest militum Christi cohors candida, qui persecutionis vrgentis ferociam turbulentam stabili congressione fregerunt, parati ad patientiam carceris, armati ad tolerantiam mortis: repugnantis fortiter saeculo, spectaculum gloriosum praebuitis deo, securis fratribus fuitis exemplo. Religiosa vox Christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est. Illustras manus quae non nisi diuinis operibus assueuerant, sacrificiis sacrilegis restiterunt. Sanctificata ora caelestibus cibis, post corpus & sanguinem domini, profana contagia & idolorum reliquias respuerunt. Ab impio sceleratoque velamine, quo illic velabatur sacrificantium capita captiua, caput vestrum liberum mansit. Frons cum signo Dei pura, diaboli coronam ferre non potuit, coronae se domini reseruauit. Quam vos leto sinu excipit mater ecclesia de praelio reuertentes? Quam beata, quam gaudes portas suas aperit, vt adunatis agminibus intretis, de hoste prostrato trophea referetes? Cum triumphantibus viris & feminae veniunt, quae cum saeculo dimicantes, sexu quoque vicerunt. Veniunt & geminata militiae suae gloria virgines, & pueri annos suos continentiae virtutibus transeuntes. Nec non & cetera Stantium multitudo vestram gloriam sequitur, proximus & paene coniunctis laudis insignibus vestigia vestra comitatur. Eadem & in illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. Incoccis praceptorum caelestium radicibus nixos, & Euangelicis traditionibus roboratos, non praescripta exilia, non destinata tormenta, non rei familiaris damna, non corporis supplicia terruerunt. Explorandae fidei praefinebantur dies, sed qui saeculo renunciauissent se meminit, nullum saeculi diem nouit. nec tempora terrena iam computat, qui aeternitatem de Deo sperat. Nemo fratres dilectissimi nemo hanc gloriam mutilet, nemo in corruptam stantium firmitatem maligna obtruncatione debilitet: cum dies

dies negantibus praestitutus excessit; quisquis professus intra diem non est, Christianum se esse confessus est. Primus est victoriae titulus, gentilium manibus apprehensum Dominum confiteri, Secundus ad gloriam gradus est; cauta secessione subtrahit domino reseruari. Illa publica, haec priuata confessio est. Ille iudicis saeculi vincit, hic contentus Deo suo iudice, conscientiam puram cordis integritate custodit. Illic fortitudo promptior, hic sollicitudo securior. Ille appropinquante hora sua iam maturus inuetus est, hic fortasse dilatus est: qui patrimonio derelicto iccirco secessit, quia non erat negaturus; confiteretur utique si fuisset & ipse detentus. Has martyrum caelestes coronas, has confessorum glorias spirituales, has stantium fratrum maximas eximiasque virtutes maestitia vna contristat, quod autulsam nostrorum viscerum partem violentus inimicus populationis suae strage deiecit. Quid hoc loco faciam dilectissimi fratres, fluctuans vario mentis aestu? quid, aut quo modo dicam? Lacrimis magis quam verbis opus est, ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri plaga deflenda est, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda iactura est. Quis enim sic durus ac ferreus, quis sic fraternae charitatis oblitus; qui inter suorum multiformes ruinas, & lugubres ac multo squalore deformes reliquias constitutus, siccos oculos tenere praeualeat, nec erumpente statim fletu, prius gemitus suos lacrimis quam voce depromat? Doleo fratres, doleo vobiscum, nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria, & sanitas priuata blanditur; quando plus pastor in gregis sui vulnere vulneretur. Cum singulis pectus meum copulo, mceroris & funeris pondera luctuosa participo. Cum plangentibus plango: cum deflentibus defleo: cum iacentibus iacere me credo. Iaculis illis grassantis inimici, mea simul membra percussa sunt, saeuientes gladij per mea viscera transierunt. Immunis & liber a persecutionis incurfu fuisse non potest animus. In prostratis fratribus & me prostrauit affectus. Habenda tamen est, fratres dilectissimi, ratio veritatis, nec sic mentem debet & sensum persecutionis infestae tenebrosa caligo caecasse, vt nihil remanserit lucis & luminis, vnde diuina praecipua perspicant. Si cladis causa cognoscitur, &

medela vulneris inuenitur. Dominus probari familiam suam voluit, & quia traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa corruperat, iacentem fidem & poene dixerim dormientem, censura caelestis crexit: cumque nos peccatis nostris amplius pati mereremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est, vt hoc omne quod gestum est, exploratio potius quam persecutio videretur. Studebant augendo patrimonio singuli; & obliti quid credentes, aut sub Apostolis ante fecissent, aut semper facere deberent, insatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. Non in sacerdotibus religio deuota non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina. Corrupta barba in viris, in feminis forma fucata. Adulterati post Dei manus oculi, capilli mendacio colorati. Ad decipienda corda simplicium callidae frudes, circumueniendis fratribus subdola volutates. Iungere cum infidelibus vinculum matrimonij, prostituere gentilibus membra Christi: non iurare tantum temere, sed adhuc etiam peierare: praepositos superbo tumore contemnere, venenata sibi ore maledicere, odiis pertinacibus inuicem diffidere: episcopi plurimi, quos & hortamento esse oportet ceteris & exemplo, diuina procuratore contempta, procuratores rerum saecularium fieri, derelicta cathedra, plebe deferta, per alienas prouincias oberrantes, negotiationis quaestuosa nundinas aucupari. Esurientibus in Ecclesia fratribus non subuenite, habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, vsuris multiplicandis fenus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis eiusmodi mereremur? cum iam pridem praemonuerit ac dixerit censura diuina: Si dereliquerint legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: si iustificationes meas profanauerint, & praecipua mea non obseruauerint, visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Praenunciata sunt ista nobis & ante praedicta: sed nos datae legis & obseruationis immemores, id egimus per nostra peccata; vt dum domini mandata contempsumus, ad correctionem delicti & probationem fidei remediis seuerioribus veniremus. Nec saltem sero conuersi ad Domini timorem sumus, vt hanc correctionem nostram, probationemque diui-



nam patienter & fortiter subiremus. <sup>28</sup> Ad prima statim verba inantis inimici maximus fratrum numerus fidem suam prodidit, nec prostratus est persecutionis impetu, sed voluntario lapsu se ipse prostravit.

Quid oro inauditum, quid nouum venerat vt velut incognitis, atque inopinatis rebus exortis, <sup>29</sup> Christi sacramentum temeritate præcipiti solueretur? Nonne hæc & prophetæ ante, & Apostoli postmodum nunciauerunt? Nonne iustorum pressuras & gentiliū semper iniurias pleni sancto Spiritu prædicauerunt? Nonne fidem nostram semper armans, & Dei seruos cœlesti voce corroborans dicit scriptura diuina: Dominum Deum tuū adorabis, & illi soli seruius?

Nonne iram diuinæ indignationis ostendens, & pœnæ metum præmonens, denuo dicit: Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, & curuatus est homo, & humiliatus est vir, & non laxabo illis? Et iterum Deus loquitur, dicens: Sacrificans diis eradicabitur, <sup>30</sup> nisi Domino soli. In Euangelio quoque postmodum Dominus in verbis doctor, consummator in factis, docens quid fieret, & faciens quodcumque docuisset, quicquid nunc geritur & geretur, nonne ante præmonuit? Nonne & negantibus æterna supplicia, & salutaria contentibus præmia ante constituit: Exciderunt quibusdam, pro nefas, omnia, & de memoria recesserunt. Non expectauerunt saltem, vt interrogati negarent, vt tus accenderent apprehensi. Ante aciem multi victi, sine congressione prostrati, nec hoc sibi reliquerunt, vt sacrificare idolis viderentur inuiti. <sup>31</sup> Vitro ad forum currere, ad mortem sponte properare; quasi hoc olim cuperent, quasi amplecterentur occasionem daram, quam semper optassent. <sup>32</sup> Quid illi qui à magistratibus vespera vrgente dilati sunt? quod ne eorum differretur interitus, etiam rogauerunt? Quam vim potest talis obtendere qua crimen suum purget; cum vim magis ipse fecerit vt periret? Nonne quando ad Capitolium sponte ventum est, quando vitro ad obsequium diti facinoris accessum est, labauit gressus, caligauit aspectus, tremuerunt viscera, brachia conciderunt? <sup>33</sup> Nonne sensus obstupuit, lingua hæsit, sermo defecit? Stare illic potuit Dei seruus, & loqui & renunciare Christo; qui iam diabolo renunciarat & sæculo? Nonne ara illa, <sup>34</sup> quo moriturus accessit, rogus illi fuit? Non-

Esa. 2.

Exod. 23.

Esa. 32.

Apo. 18.

Qui

ne diaboli altare, quod fœtore tætro fumare ac redolere conspexerat, velut funus & bustum vitæ suæ horrere ac fugere debebat? Quid hostiam tecum miser, <sup>35</sup> quid victimam supplicaturus imponis? Ipse ad aras hostia, victima ipse venisti. Immolasti illic salutem tuam, spem tuam, fidem tuam <sup>36</sup> funestis illis ignibus concremasti. Ac multis proprius interitus satis non fuit: hortamentis mutuis in exitum suum populus impulsus est: mors inuicem lætali poculo propinata est. <sup>37</sup> Ac ne quid deesset ad criminis cumulum; infantes quoque parentum manibus <sup>38</sup> vel impositi, vel attracti; amiserunt paruuli, quod in primo statim natiuitatis exordio fuerant consecuti. Nonne illi cum iudicij dies venerit, dicent: Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo Domini ad profana contagia sponte properauimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus partidas. Illi nobis Ecclesiam matrem, illi patrem Deum negauerunt; vt dum parui & improuidi, & tanti facinoris ignari, per alios ad confortium criminum iungimur, <sup>39</sup> aliena fraude caperemur? <sup>40</sup> Nec est, pro dolor, iusta aliqua & grauis causa, quæ tantum facinus excuset: relinquenda erat patria, & patrimonij facienda iactura. Cui enim nascenti atque morienti non relinquenda quandoque patria, & patrimonij sui facienda iactura est? Vt Christus non relinquatur, salutis ac fidei aternæ iactura timeatur. Clamat ecce per prophetam Spiritus sanctus: <sup>41</sup> Discedite, discedite, exite inde, & immundum nolite tangere. <sup>42</sup> Exite de medio eius, <sup>43</sup> separamini qui fertis vasa Domini: & qui vasa sunt Domini ac templum Dei, ne immundum tangere, & feralibus cibis pollui, violarique cogantur, non excunt de medio, nec recedunt? Alibi quoque vox auditur è cœlo præmonens quid Dei seruos facere conueniat & dicens: Exi de ea populus meus, ne particeps sis delictorum eius, & ne perstringaris plagis eius. Qui exit & cedit, delicti particeps non fit. <sup>44</sup> Plagis vero & ipse perstringitur, qui socius criminis inuenitur. Et ideo Dominus in persecutione secedere & fugere mandauit, atque vt id fieret & docuit & fecit. Nam cum corona de Dei dignatione descendat, nec possit accipi nisi fuerit hora sumendi; quisquis in Christo manens interim cedit non fidem denegat, sed tempus expectat.

Qui autem cum non secederet, cecidit; negaturus remansit. Dissimulanda fratres veritas non est, nec vulneris nostri materia & causa reticenda. <sup>44</sup> Decepit multos patrimonij sui amor cæcus; nec ad recedendum parati aut expediti esse potuerunt, quos facultates suæ velut compedes ligauerunt. Illa fuerunt remanentibus vincula, illæ catenæ; quibus & virtus retardata est, & fides pressa, & mens vincula, & anima præclusa; vt serpenti terram secundum Dei sententiam deuoranti, præda & cibus ferent, <sup>45</sup> qui terrestribus cupiditatibus inhærerent. Et iccirco Dominus bonorum magister, & præmonens & consulens in futurum: Si vis, inquit, perfectus esse, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & veni, sequere me. Si hoc diuites facerent, per diuitias suas non perirent; thesaurum in cœlo reponentes, hostem nunc & expugnatorem domesticum non haberent: esset in cœlo cor & animus & sensus, si thesaurus esset in cœlo. Nec vinci à sæculo posset, qui vnde vinceretur in sæculo non haberet: <sup>46</sup> sequeretur Dominum solutus & liber, vt Apostoli & sub Apostolis multi; & nonnulli sæpe fecerunt, qui & rebus suis & parentibus derelictis, indiuiduis Christo nexibus adhæserunt. Sequi autem Christum quo modo possunt, qui patrimonij vinculo detinentur? Aut quo modo cœlum petunt, & ad sublimia & alta conscendunt, qui terrenis cupiditatibus degrauantur? Possidere se credunt, qui potius possidentur; census sui serui, nec ad pecuniam suam Domini, sed magis pecuniæ mæcipati. Hoc tempus, hos homines Apostolus denotat dicens: Qui autem volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & mûscipulam, <sup>47</sup> & desideria multa inutilia & nocentia, quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes <sup>48</sup> naufragauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Dominus autem quibus nos præmiis ad contemptum rei familiaris inuitat? parua hæc & exigua huius temporis damna, <sup>48</sup> quibus mercedibus pensat? Nemo est, inquit, qui relinquat domum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei; <sup>49</sup> & non recipiat septies tantum in isto tempore, in sæculo autem venturo vitam æternam.

Mat. 19.

1. Tim. 5.

\* errauerunt.

Marc. 10.

Quibus cognitis, & de Domini pollicentis veritate compertis, non tantum timenda non est eiusmodi, sed & optanda iactura ipso denuo Domino prædicante & monente: <sup>50</sup> Beati eritis cum <sup>\*</sup> persecuti vos fuerint, & separauerint vos, & expulerint, & maledixerint nomini vestro vt nequam, <sup>Luc. 6.</sup> <sup>\* odio</sup> <sup>vos habuerint.</sup> propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate; ecce enim merces vestra multa est in cœlis. Sed tormenta postmodum ventura erant, & cruciatūs graues reluctantibus imminabant. Queri de tormentis potest qui per tormenta superatus est: excusationem doloris obtendere, qui victus est in dolore. potest rogare talis & dicere: Certare quidem fortiter volui, & sacramenti mei memor, deuotionis ac fidei arma suscepi: sed me in congressione pugnantem cruciamenta varia & supplicia lingua vicerunt. Stetit mens stabilis, & fides fortis, & cum torquentibus pœnis immobilis diu anima luctata est: sed cum durissimi iudicis recrudescente sæuitia iam fatigatum, <sup>51</sup> iam lassum corpus, nunc flagella scinderent, nunc contunderent fustes, <sup>52</sup> nunc equuleus extenderet, nunc vngula effoderet, nunc flamma torreret, caro me in colluctatione deferuit, infirmitas viscerum cessit, nec animus sed corpus in dolore defecit. Potest cito proficere ad veniam causa talis: potest eiusmodi <sup>53</sup> excusatio esse miserabilis. <sup>54</sup> Sic sic Casto & Emilio aliquando Dominus ignouit: sic in prima congressione deuictos, victores in secundo prælio reddidit, vt fortiores ignibus fierent, qui ignibus ante cessissent; & vnde superati essent, inde superarent. Deprecabantur illi non lacrimarum miseratione, sed vulnerum, nec sola lamentabili voce, sed laceratione corporis & dolore. Manabat pro fletibus sanguis, & pro lacrimis <sup>55</sup> cruor semiustularis visceribus defluebat. Nunc vero quæ vulnera ostendere victi possunt? quas plagas hiantium viscerum? quæ tormenta membrorum; vbi non fides congressa cecidit, sed congressionem perfidia præuenit? Nec excusat oppressum necessitas criminis, vbi crimen est voluntatis. <sup>56</sup> Nec hoc ideo dico vt fratrum causas onerem, sed vt magis fratres ad precem satisfactionis instigem. Nam cum scriptum sit: Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & semitas pedum vestrorum turbant: Qui peccantem blandimentis adulantibus

Esa. 3.



Apoc. 3. Palpat, peccandi fomitem subministrat: nec comprimit delicta ille, sed nutrit. At qui consiliis fortioribus redarguit simul atque instruit fratrem, promouet ad salutem. Quos diligo, inquit Dominus, redarguo & castigo. Sic oportet & Dei sacerdotem non obsequi decipientibus fallere, sed remediis salutaribus prouidere. Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus viscerum virus inclusum dum seruat exaggerat. Aperiendum vulnus est & secandum<sup>77</sup> & putraminibus<sup>78</sup> amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur et clamat licet, et conqueratur æger impatiens per dolorem, gratias agat postmodum cum senserit sanitatem.<sup>78</sup> Emergit enim, fratres dilectissimi, nouum genus cladis; & quasi parum persecutionis procella seuerit, accessit ad cumulum sub misericordiae titulo malum fallens, & blanda pernicies. Contra Euangelij vigorem, contra domini ac Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis communicatione: irrita & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura.<sup>79</sup> Non quarunt sanitatis patientiam, nec veram de satisfactione medicinam. Pœnitentia<sup>80</sup> de pectoribus excussa est, grauissimi extremique delicti memoria sublata est. Operiuntur morientium vulnera: & plaga letalis altis & profundis visceribus infixata, dissimulato dolore contegitur. A diaboli artis reuertentes, ad sanctum Domini fordibus & infectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolorum cibos adhuc peccatis ructantes,<sup>81</sup> exhalantibus etiam nunc scelus suum faucibus, & contagia funesta redolentibus, Domini corpus inuadunt; quando occurrat scriptura diuina & clamat & dicat:<sup>82</sup> Omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcunque manducauerit ex carne sacrificij salutaris, quod est Domini, & immunditia ipsius super ipsum est; peribit anima illa de populo suo.<sup>83</sup> Apostolus item testatur & dicit: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum: non potestis mensam Domini communicare, & mensam demoniorum. Idem contumacibus & pernicacibus cominatur & denunciatur dicens:<sup>84</sup> Quicumque ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Spreta his omnibus atque contempsis, vis infertur corpori eius & sanguini: & plus modo in

Leuit. 24.

1. Cor. 10.

Ibid. 11.

Dominum manibus, atque ore delinquant; quam cum Dominum negauerunt. Ante expiata delicta, ante exomologesin factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis domini & minantis, pacem putant esse, quam quidam verbis fallacibus vendit. Non est pax illa, sed bellum: nec Ecclesiae iungitur, qui ab Euangelio separatur. Quid iniuriam beneficium vocat? quid impietatem vocabulo pietatis appellant: quid eis qui flere iugiter & rogare Dominum suum debent, intercepta pœnitentiae lamentatione communicare se simulat? Hoc sunt eiusmodi lapsus; quod grandis frugibus; quod turbidum sidus arboribus; quod armentis pestilens vastitas, quod nauigiis faua tempestas. Solatium æternæ spei adiungunt, arborem à radice subuertunt; sermone morbo ad letale contagium serpunt; nauem scopulis, ne in portum perueniat, illidunt. Non concedit pacem facilitas ista, sed tollit: nec communicationem tribuit, sed impedit ad salutem. Persecutio est hæc alia, & alia tentatio, per quam subtilis inimicus impugnandis adhuc lapsis occulta populatione graffatur; <sup>85</sup> vt lamentatio conquiescat, vt dolor fileat, vt delicti memoria evanescat, vt comprimatur pectorum gemitus; statuat fletus oculorum; nec Dominum grauiter offensum longa & plena pœnitentia deprecetur; cum scriptum sit: Memento vnde eccideris, & age pœnitentiam. Nemo se fallat, nemo se decipiat: solus dominus misereri potest. Veniam peccatis, quæ in ipsum commissa sunt, solus potest ille largiri, qui peccata nostra portauit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis nostris. Homo Deo esse non potest maior: nec remittere aut donare indulgentia sua seruus potest, quod in Dominum delicto grauiore commissum est; ne adhuc lapsus & hoc accedat ad crimen, si nesciat esse prædictum: Maledictus homo qui spem habet in homine. Dominus orandus est, Dominus nostra satisfactione placandus est; qui negantem negare se dixit, qui omne iudicium de patre solus accipit. <sup>86</sup> Credimus quidem posse apud iudicem plurimum martyrum merita, & opera iustorum: sed cum iudicij dies veniet, cum post occasum sæculi huius & mundi ante tribunal Christi populus eius adtiterit. <sup>87</sup> Cæterum si quis præpropere

Apoc. 2.

Hier. 17.

Apoc. 6. propera festinatione temerarius remissionem peccatorum dare se cunctis putat posse, aut audet Domini præcepta rescindere; non tantum nihil prodest, sed & obest lapsus. Prouocasse est iram, non seruasse sententiam: nec misericordiam prius Dei deprecandam putare, sed contempto domino<sup>88</sup> de sua facultate præsumere. Sub ara Dei animæ occisorum martyrum clamant magna voce dicentes: Quousque Domine sanctus & verus non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de his, qui in terris inhabitant? & requiescere ac patientiam tenere adhuc iubentur: & quemquam posse aliquis existimat remittendis passim donandisque peccatis dignum fieri contra iudicem velle, aut prius quam vindicetur, ipse alios posse defendere? Mandant aliquid Martyres fieri? si iusta, si licita,<sup>89</sup> si non contra ipsum Dominum; à Dei sacerdote faciendæ sunt obtemperantis facilis & prona consensio, si petentis fuerit religiosa moderatio. Mandant aliquid Martyres fieri? <sup>90</sup> Sed si scripta non sint in Domini lege quæ mandant; ante est vt sciamus illos de Deo impetrasse quod postulant; tunc facere quod mandant. Neque enim statim videri potest de diuina maiestate concessum, quod fuerit humana sollicitatione promissum. Nam & Moyses pro peccatis populi petiit, nec tamen peccantibus veniam, cum petisset, accepit: Precor, ait, Domine, deliquit populus hic delictum grande,<sup>91</sup> & fecerunt sibi deos aureos & nunc si dimittis eis, delictum dimitte: sin autem, dele me de libro quem scripsisti. Et dixit Dominus ad Moysen: <sup>92</sup> Si quis deliquit ante me, deleam eum de libro meo. Ille amicus Dei, ille facie ad faciem locutus sæpe cum Domino, quod petiit impetrare non potuit, nec Dei indignantis offensam sua deprecatione placauit. Hieremiam Deus laudat & prædicat dicens: Prius quam te formare in utero, noui te: & prius quam exires de vulua, sanctificauit te, & prophetam in gentibus posui te: & eidem pro peccatis populi deprecanti frequentius & oranti: Noli,<sup>93</sup> ait Dominus, orare pro populo hoc, & noli postulare pro eis in prece & oratione, quia non exaudiam in tempore in quo inuocabunt me, in tempore afflictionis suæ. Quid vero iustus Noe, qui cum repleta esset terra peccatis, solus inuentus est iustus in terris? Quid glo-

Exod. 32.

Hier. 1.

Ibidem. 7.

Gen. 6.

riosius Daniele? Quid illo<sup>94</sup> ad faciendæ martyria in fidei firmitate robustius? in Dei dignatione felicius? qui toriens & cum confingeret vicit, & cum vinceret superuixit? Quid Iob in operibus promptius, in tentationibus fortius, in dolore patientius, in timore submissus, in fide verius? Nec his tamen si rogarent concessurum se deus dixit. <sup>95</sup> Cum propheta Ezechiel pro delicto populi deprecaretur: Terra, inquit, quæcunque peccauerit mihi vt delinquat delictum; extendam manum meam super eam, & obteram stabilitamentum panis, & immittam in eam famem, & auferam ab ea hominem & pecora. Et si fuerint tres viri hi in medio eius, Noe, & Daniel, & Iob,<sup>96</sup> non liberabunt filios neque filias, sed ipsi soli salu erunt. Adeo non omne quod petitur in præiudicio petentis, sed in dantis arbitrio est. Nec quidquam sibi usurpat & vindicat humana sententia, nisi annuat & censura diuina. In Euangelio Dominus loquitur dicens: <sup>97</sup> Qui confessus me fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo, qui in cælis est. Qui autem me negauerit, & ego negabo eum. Si negantem non negat, nec confitentem confiterur. Non potest euangelium in parte consistere, & in parte nutare. Aut vtrumque oportet valeat, aut vtrumque vim veritatis amittat. Si negantes rei criminis non erunt, nec confitentes præmium virtutis accipient. Porro si fides quæ vicerit, coronatur, necesse est, vt victa perfidia puniatur. Ita martyres aut nihil possunt, si Euangelium solui potest: aut, si Euangelium non potest solui, contra Euangelium facere non possunt, qui de Euangelio martyres sunt. Nemo, fratres dilectissimi, nemo infamet Martyrum dignitatem, nemo eorum glorias destruat & coronas. Manet incorruptæ fidei robur incolume; nec dicere aliquid aut facere contra Christum potest, cuius & spes, & fides, & virtus, & gloria omnis in Christo est. Vt ab episcopis contra mandatum Dei fiat, auctores esse non possunt, qui ipsi Dei mandata fecerunt. An quisquam maior Deo, aut diuina bonitate clementior, qui aut infectum velit quod passus est Deus fieri: aut quasi illi minus potestatis ad protegendam Ecclesiam suam fuerit, auxilio nos suo putet posse seruari? <sup>98</sup> nisi si hæc ignaro Deo gesta sunt, aut non per-

Dan. 3. 14.

Iob. 1.

Ezech. 14.

Luc. 12.



mittente illo omnia ista euenerunt; cum doceat indociles, & admoneat immemores scriptura diuina, quæ loquitur dicens: *Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel iis qui prædabantur illum? nonne Deus cui peccauerunt; & nolebant in viis eius ambulare, neque audire legem eius?* <sup>79</sup> Et superduxit super eos iram animationis suæ. Et alibi testatur ac dicit: Numquid non valet manus Dei ut saluos faciat? aut grauauit aurem ut non exaudiat? sed peccata vestra inter vos & Deum separant & propter delicta vestra <sup>80</sup> auertit faciem à vobis ne misereatur. Delicta potius nostra reputemus, actus nostros & <sup>81</sup> animi secreta reuoluentes, conscientia merita ponderemus. Re-deat in cor nostrum non ambulasse nos in viis Domini, & abiicisse legem Dei; præcepta eius, & monita salutaria numquam seruare voluisse. Quid de eo boni sentias? Quem timorem fuisse apud eum, quam fidem credas; quem corrigere nec metus potuit, quem persecutio ipsa non reformauit? Alta & erecta ceruix nec quia cecidit, inflexa est. Tumens animus & superbus, nec quia victus est, fractus est. Tacens stantibus, & integris vulneratus minatur: <sup>82</sup> & quod non statim Domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto Domini sanguinem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur. <sup>83</sup> Atque ô tuam nimiam furiose dementiam. Irascaris ei, qui abs te auertere iram Dei nititur: ei minaris, qui pro te Domini misericordiam deprecatur, qui vulnus tuum sentit, quod ipse non sentis, qui pro te lacrimas fundit, quas forsitan ipse non fundis. Oneras adhuc crimen & cumulas: & cum sis ipse implacabilis ad antistites & sacerdotes Dei, putas circa te Dominum posse placari? Accipe potius & admitte quæ loquimur: Quid surdæ aures salutaria præcepta non audiunt, quæ monemus? Quid cæci oculi penitentia iter non vident, quod ostendimus? <sup>84</sup> Quid percussa & alienata mens remedia vitalia non percipit, quæ de scripturis cœlestibus & discimus, & docemus? Aut si incredulis quibusdam minor fides est futurorum; vel præsentibus terreantur. <sup>85</sup> Ecce eorum qui negauerunt quæ supplicia conspiciamus? quos eorum tristes exitus fleamus? Nec hic esse sine poena possunt, quamuis necdum dies venerit poenæ. Plectuntur interim quidam, quo cæteri corrigantur. Ex-

empla sunt omnium; tormenta paucorum: Vnus ex his qui sponte capitulum negaturus ascendit, postquam Christum negauit, obmutuit. Poena inde cœpit, vnde cœpit, & crimen; ut nec rogare iam posset qui verba ad precandam misericordiam non haberet. Alia in balneis constituta (hoc enim crimini eius & malis deerat, ut & ad balneas statim pergeret, quæ lauacri vitalis gratiam perdidisset) illic ab immundo spiritu immunda correpta cecidit, lanianit dentibus linguam, qua fuerat vel passa impie, vel locuta. Postquam sceleratus cibus sumptus est, in perniciem suam rabies oris armata est. Ipsa sui carnifex extitit, nec diu superesse postmodum potuit; doloribus ventris & viscerum cruciata defecit. Præsentem ac teste me ipso, accipite quid euenerit. <sup>86</sup> Parentes forte fugientes dum trepidi minus sibi consulunt sub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud idolum quo populus confluebat, quod carnem necdum posset edere per etatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater. Sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non pouit, quam nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoracione igitur obreptum est, ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sanctis, precis nostræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æstu <sup>87</sup> cœpit fluctuabunda iactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indicis conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fitebatur. <sup>88</sup> Vbi vero solemnibus adimpletis calicem diaconus offerre presentibus cœpit, <sup>89</sup> & accipientibus cæteris locus eius aduenit; faciem suam paruula instinctu diuinæ maiestatis auertere, os labiis obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen diaconus, & reluctanti licet, de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus. In corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini sanguine potus, de pollutis visceribus erupit; tanta est testas Domini, tanta maiestas. Secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, <sup>90</sup> quæ ad eloquendum

dum alienum circa se crimen necdum habuit atatem. At vero ea, quæ atate prouecta, & in annis adultioribus constituta sacrificantibus nobis latenter obrepit, non cibum, sed gladium sibi sumens, & velut quædam venena letalia <sup>91</sup> inter fauces & pectus sanguinem admittens, angi & anima exæstuante concludi postmodum cœpit. Et pressuram non iam persecutionis, sed delicti sui passa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit nec occultum dissimulata conscientia crimen; quæ fefellerat hominem, Deum sensit vitorem. <sup>92</sup> Et cum quædam arcam suam, in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire; igne inde surgente deterrita est, ne auderet attingere. <sup>93</sup> Et alius quæ ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum cæteris ausus est latenter accipere; sanctum Domini edere, & contrectare non potuit; cinerem ferre se apertis manibus inuenit. Documento vnus ostensum est, Dominum recedere, cum negatur; nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando <sup>94</sup> gratia salutatis in cinerem, sanctitate fugiente mutetur. Quam multi quotidie penitentiam non agentes, nec delicti sui conscientiam confidentes, immundis spiritibus adimplentur; quam multi vsque ad insaniam mentis excordes, dementia furore quatiuntur? Nec necesse est ire per exitus singulorum, cum per orbis multiformes ruinas tam delictorum poena sit varia, quam delinquentium multitudo numerosa. Vnusquisque consideret, non quid alius passus sit, sed quid pati & ipse mereatur. Nec euassisse se credat, si eum interim poena distulerit; cum timere plus debeat, quem sibi Dei iudicis censura seruauit. <sup>95</sup> Nec sibi quominus agant penitentiam, blandiantur, qui etsi nefandis sacrificiis manus non contaminauerunt, libellis tamen conscientiam polluerunt. Et illa professio denegantis; contestatio est Christiani, quod fuerat, abnuentis; fecisse se dixit, quicquid alius faciendo commisit. Cùmque scriptum sit: Non potestis duobus Dominis seruire; seruiuit saculari Domino, obtemperauit eius edicto: <sup>96</sup> magis obaudiuit humano imperio, quam Deo. Viderit an minore vel dedecore, vel crimine apud homines publicauerit quod admisit. Deum tamen iudicem subterfugere & vitare non poterit, cum dicat Spiri-

tus sanctus in psalmis: Quod est imperfectum meum, viderunt oculi tui; & in libro tuo omnes scribentur. Et iterum: Homo videt in facie, Deus autem in corde. Ipse quoque Dominus præmonet & præstruat dicens: Et scient omnes Ecclesiæ quia ego sum scrutator renis & cordis. Perspicit ille abdita; & secreta atque occulta considerat. Nec dei oculos potest aliquis euadere dicentis: Ego Deus approximans, & non Deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non videbo eum? Nonne cœlum & terram ego impleo? Videt ille corda & pectora singulorum, & iudicaturus est non tantum de factis, sed & de verbis & de cogitationibus nostris, omnium mentes voluntatesque conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur. <sup>97</sup> Denique quanto & fide maiores & timore meliores sunt, qui quamuis nullo sacrificij, aut libelli facinore cōstricti, <sup>98</sup> quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentes, <sup>99</sup> exomologesin conscientia faciunt, animi sui pondus exponunt, salutatem medellam paruis licet & modicis vulneribus exquirunt; scientes scriptum esse: Deus non deridetur. Derideri & circumueniri Deus non potest, nec astutia aliqua fallente deludi. <sup>100</sup> Plus immo delinquit, qui secundum hominem Deum cogitans, euadere se poenam criminis credit, si non palam crimen admisit. Christus in præceptis suis dicit: Qui <sup>101</sup> confusus me fuerit, confundetur eum filius hominis. Et Christianum se putat, qui Christianus esse confunditur, aut vetetur? Quo modo potest esse cum Christo, qui ad Christum pertinere aut erubescit, aut metuit? Minus plane peccauerit non videndo idola, nec sub oculis circumstantis atque insultantis populi sanctitatem fidei profanando, non polluendo manus suas funestis sacrificiis, nec sceleratis cibus ora maculando. Hoc eo proficit ut sit minor culpa, non ut innocens conscientia. Facilius potest ad veniam criminis peruenire, non est tamen immunis à crimine. Nec cesset in agenda penitentia atque in Domini misericordia deprecanda, ne quod minus esse in qualitate delicti videtur, in neglecta satisfactione cumuletur. <sup>102</sup> Confiteantur singuli, quæso vos fratres dilectissimi, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in seculo est, dum admitti confessio eius po-

Psalm. 138.

1. Reg. 16.

Apost. 2.

Hier. 23.

Gal. 6.

Marc. 8.

Mat. 6.



test, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotem apud Dominum grata est. Conuertamur ad Dominum mente tota, & poenitentiam criminis veris doloribus exprimentes, Dei misericordiam deprecemur. Illi se anima prosterнат, illi mæstitia satisfaciatur, illi spes omnis incumbat. Rogare qualiter debeamus dicit ipse: Reuertimini, inquit, ad me ex toto corde vestro, simulque & ieiunio, & fletu, & planctu; & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Ad Dominum toto corde redeamus: Iram & offensam eius, ieiuniis, fletibus, planctibus, sicut admonet ipse, placemus. Lamentarium putamus ex toto corde, ieiuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari, qui ex primo criminis die, <sup>102</sup> lauacra quotidie celebrat, qui epulis affluentibus pastus, & sagina largiore distentus, cruditates suas postridie <sup>103</sup> ructat, nec cibos & potus suos cum pauperum necessitate communicat? Qui hilis ac lætus incedit, quo modo mortem suam deslet? Cùmque scriptum sit: Non corrumpetis effigiem barbæ vestræ; barbam vellit, & faciem suam comit? Et placere nunc cuiquam studet, qui Deo displicet? An illa ingemiscit & plangit, cui vacat cultum prætoris vestis induere, nec indumentum Christi, quod perdidit, cogitare? accipere pretiosa ornamenta, & monilia elaborata, nec diuini & celestis ornatus damna deslere? Tu licet iudumenta peregrina & vestes sericas induas, nuda es. Auro te licet & margaritis gemmisque condecoras, sine Christi decore deformis es. Et quæ capillos tuos inficis, vel nunc in doloribus desine. Et quæ <sup>104</sup> nigri pulueris ductu oculorum liniamenta depingis, vel nunc lacrimis oculos tuos abluc. Si quæ de tuis charis mortalitatis exitu perdidisses, ingemisceres dolenter & fletes: facie incultra, veste murata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore deiecto indicia meroris ostenderes. Animam tuam misera perdidisti, spiritualiter mortua superuueris hic tibi, & ipsa ambulans. <sup>105</sup> funus tuum portare cepisti; & non acriter plangis, non iugiter ingemiscis? Non te vel pudore criminis, vel continuatione lamentationis abscondis? Ecce peiora adhuc peccandi vulnera, ecce maiora delicta; peccasse, nec satisfacere, deliquisse, nec delicta deslere. Ananias, Azarias, Misahel illustres ac nobiles pueri; quo minus exomologesin Deo facerent nec inter

Iud. 2.

Leuit. 19.

flammas & camini exæstantis incendia quieuerunt. Bene sibi licet conscij, & Dominum fidei ac timoris obsequio sæpe promeriti, humilitatem tamen tenere, & Domino satisfacere, nec inter ipsa gloriosa virtutum suarum martyria desiterunt. Loquitur scriptura diuina: Stans, inquit, <sup>Dan. 3.</sup> Azarias precatu est, & aperuit os suum, & exomologesin faciebat Deo simul cum sodalibus suis in medio ignis. Daniel quoque post fidei atque innocentie suæ multiplicem gratiam, post dignationem Domini circa virtutes ac laudes suas sæpe repetitam, ieiuniis adhuc promereri Deum nititur in sacco & in cinere volatatur, exomologesin faciens dolenter & dicens: Domine Deus magnus & fortis, & metuendus, <sup>Ibidem. 9.</sup> qui seruas testamentum tuum & miserationes eis qui te diligunt & conseruant imperia tua, peccauimus, facinus admisimus, impij fuimus, transgressi sumus, ac deseruimus præcepta tua & iudicia tua, non audiuimus verba puerorum tuorum Prophetarum, quæ locuti sunt in nomine tuo, super reges nostros & omnes gentes, & super omnem terram. Tibi Domine gloria, tibi iustitia, nobis autem confusio. Hæc mites, hæc simplices, hæc innocentes in promerenda Dei maiestate fecerunt & nunc satisfacere, & Dominum rogare detrectant, qui Dominum negauerunt? Quæso vos fratres, acquiescite salubribus remedijs, consilijs obedite melioribus; cum lacrimis nostris vestras lacrimas iungite, cum nostro gemitu vestros gemitus copulate. Rogamus vos, vt pro vobis Deum rogare possimus; preces ipsas ad vos prius vertimus, quibus Deum pro vobis vt misereatur, oramus. Agite poenitentiam plenam, dolentis ac lamentantis animi probate mæstitiam. Nec vos quorundam moueat aut error improvidus, aut stupor vanus, qui cum teneantur in tam grandi crimine, percussi sunt animi cæcitate, vt nec intelligant delicta, nec plangant. Indignantis Dei maior hæc plaga est, sicut scriptum est: Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis. Et iterum: Dilectum veritatis non receperunt, vt salui fierent; ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed sibi placere in iniustitia. Iniuste sibi placentes, & transpunctæ mentis alienatione dementes;

Dan. 3.

Ibidem. 9.

Esa. 29.

2. Thes. 2.

mientes; Domini præcepta contemnunt, medelam vulneris negligunt, agere poenitentiam nolunt. Ante admissum facinus improvidi, post facinus obstinati, nec prius stabiles, nec postmodum supplices; quando debuerant stare, iacuerunt; quando iacere & prosternere se Deo debent, stare se opinantur. Pacem sibi vltro nemine dante sumpserunt; falsa pollicitatione seducti, & apostatis ac perfidis iuncti, errorem pro veritate suscipiunt. Communicationem non communicantium ratam ducunt; hominibus contra Deum credunt, qui contra homines Deo non crediderunt. Eiusmodi homines quantum potestis effugite, perniciosi contactibus adharctes salubri cautione vitare. Sermo eorum sicut cancer serpit, colloquium velut contagium transilit, noxia & venenata persuasio persecutione ipsa peius interficit. <sup>107</sup> Illic sola superest poenitentia, quæ satisfaciat. Qui autem poenitentiam criminis tollunt, satisfactionis viam claudunt: ita fit vt dum temeritate quorundam vel promittitur salus falsa, vel creditur, spes veræ salutis adimatur. Vos vero fratres dilectissimi, quorum timor in deum pronus est, & in ruina licet animus constitutus, mali sui memor est, poenitentes ac dolentes peccata vestra perspicite, grauissimum cõficientiæ crimen agnoscite, ad intelligentiam delicti vestri oculos cordis aperite, nec desperantes misericordiam Domini, nec tamen iam veniam vindicantes. Deus quantum patris pietate indulgens semper & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est. Quam magna deliquimus, tam granditer desileamus. Alto vulnere diligens & longa medicina non desit: poenitentia crimine minor non sit. Putas ne tu Dominum cito posse placari, quem verbis perfidis abnuisti, cui patrimonium præponere maluisti, cuius templum sacrilega contagione violasti? Putas facile eum misereri tui, quem tuum non esse dixisti? Orare oportet impensius & rogare, diem luctu transigere, vigilijs noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare, <sup>108</sup> stratos solo adherere cineri, in cilicio & sordibus volutari: post indumentum Christi perditum, <sup>109</sup> nullum hie iam velle vestitum: post diaboli cibum male ieiunium: iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur: elemosynis frequenter insistere, quibus à morte animæ liberentur;

2. Tim. 2.

tur. Quod aduersarius auferebat, Christus accipiat; nec teneri iam nec amari patrimonium debet, quo quis & deceptus & victus est. Pro hoste vitanda res, pro latrone fugienda, pro gladio <sup>110</sup> metuenda possidentibus, & vendenda. Ad hoc tantum profuerit quod remansit, vt inde crimen & culpa redimatur. <sup>111</sup> Incunctanter & largiter fiat operatio: cæsus omnis in medelam vulneris erogetur: opibus & facultatibus nobis qui de nobis iudicaturus est, Dominus feneretur. Sic sub apostolis fides viguit, sic primus credentium populus Christi mandata seruauit, prompti erant, largi erant, distribuendum per apostolos totum dabant, & non talia delicta redimebant. Si prece toto corde quis faciat, si veris poenitentiae lamentationibus & lachrymis ingemiscat, si ad veniam delicti sui Dominum iustis & continuis operibus inflectat; misereri tantum potest, qui & misericordiam suam protulit dicens: <sup>112</sup> Cum conuersus ingemueris, tunc saluaberis, & scies vbi fueris. Et iterum: Nolo mortem morientis, dicit Dominus, quantum vt reuertatur & viuat. Et Iohel <sup>Iohel. 2.</sup> propheta pietatem Domini, domino ipso monente declarat: Reuertimini, inquit, ad dominum Deum vestrum; quoniam misericors & pius est, & patiens, & multæ miserationis, & qui sententiam flestat aduersus malitias irrogatas. Potest ille indulgentiam dare, sententiam suam potest ille desistere. Poenitenti, operanti, roganti potest clementer ignoscere, potest in acceptum referre, quidquid pro talibus & petierint martyres, & fecerint sacerdotes: vel si quis plus eum suis satisfactionibus mouerit, si eius iram, si indignantis offensam iusta deprecatione placauerit; dat ille & arma rursum, quibus victus armetur; reparat & corroborat vires, quibus <sup>113</sup> fides instaurata vegetetur. Reperet certamen suum miles, iterabit aciem, prouocabit hostem, & quidem factus ad prælium fortior per dolorem. Qui sic Deo satisfecerit, qui poenitentia facti sui, qui pudore delicti, plus & virtutis & fide de ipso lapsus sui dolore conceperit: exauditus & adiutus à Domino, quam contristauerat nuper, lætam faciet Ecclesiam; nec iam solam Dei veniam merebitur, sed coronam.

Ezech. 18.

Ezech. 33.

Iohel. 2.



ADNOTATIONES IN  
librum de Lapsis.

1. Pax ecce dilectissimi fratres Ecclesie reddita est] Pax illa intelligenda est, quae contigit post interfectum Imperat. Decium, initio Imperij Galli, quae tamen haud diu perdurauit. Nam cum regnum eius florere initio & cuncta ei ex animi sententia succederent, postea (inquit Dionys.) Alexand. apud Eusebium initio lib. 7.) in eundem offensionis lapidem impexit, & sanctos viros qui pro pace regni eius Deo summo supplicabant persectus, & prosperitatem suam pariter fugauit & pacem.
2. rempestate pressurae ac nube & caligine diffusa] Pro: pressurae, legit veter. excu. & Ms. Colon. pressa, sed prius habent Ms. Cambren. & Affligim. cod. E quibus recens adiecit illud: & caligine.
3. Exoptatus votis omnium] Sic etiam Ms. cum Manutio, Graui. & Morelio, pro eo quod erat: omnibus. Atqui pro: tetramque, habet variam lectionem Cambren. cod. trucemque.
4. quae non nisi diuinis operibus assueuerant.] Irreperat mendam operarum negligentia in Manut. edit. assueuerant, & in alios quosdam impresos teste Morel.
5. post corpus & sanguinem domini] Quater hoc libro similia verba reperire est, adnotanda diligenter contra Sacramentarios.
6. Ab impio sceleratoque velamine] Vitam intelligit, quae sacrificium capiti imponebatur, unde Vitata sacerdos apud Lucanum lib. 1. & Virg. Aeneid. 3. Redimitus tempora vittis.
7. frons cum Dei signo pura diaboli coronam ferre non potuit] De signo crucis fronti impresso supra diximus epistola ad Thibarit. Coronam autem diaboli illam intelligit, quae (teste Tertull. de corona milit.) ipsae fores, ipsae hostiae & aera, ipsi ministri & sacerdotes idolorum coronabantur, quae item coronati, vota diis nunciabant, his aut similibus verbis: Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus esse futurum. Quales autem fuerint illae, quibusue ex floribus aut fructibus structae, quibusue diis peculiare quaeque & dicata, item de innumeris coronarum generibus; tam late tractat dicto libro Tertull. ex libro cuiusdam Claudij Saturnini, ut Gellium & Plinium longe hac in materia superarit, quare ne prolixiores simus, illuc lectorem remittimus.
8. Quam vos lato sinu excipit] Manutij hanc & excu. vulg. lectionem confirmat Cambren. cod. pro qua Morel. & Coste. Quam vos latos in sinu suum, Afflig. vero & Camb. in marg. latos in sinu suo. Prima maxime aridet.
9. continentiae virtutibus] Cum Grauius adiecit ex Ms. & vet. exc. vocem: continentiae.
10. Nec non & caetera Stantium multitudo] Peram hanc esse lectionem Manutij & Morelij, patet ex epistola 14. & eo quod paulopost sequitur: Stantium firmitatem, & rursum: Stantium fratrum, & sic legit etiam Cambren. cod. Quare corrupte legitur & in Afflig. & in alius exc. cod. circumstantium; neque etiam placet, ut pro: caetera substituat cum Grauius: tota.
11. non praescripta exilia, non destinata tormenta] Sic epistola 2. supra praescriptas tabulas dixit. Pro: destinata, autem, legit Cambren. in marg. desi-

gnata. Ex eodem paulopost adieci: non, pro eo quod erat: &

12. Nemo fratres dilectissimi] Recte addita est a Manut. vox: dilectissimi, tum hic tum sepe postea, eo quod sit Phrasis Cypriani.
13. cauta secessione] Latine paulopost agit hac de re.
14. Has martyrum caelestes coronas, has confessorum glorias] Rursum hic distinguit inter martyres & confessores.
15. & lanitas priuata] Adfert Morel. variam lectionem: sanctitas, sed non placet: ut nec paulopost quod legit Grauius: infesta & illecebrosa, pro eo quod alij: infesta tenebrosa.
16. disciplinam pax longa corruerat] Hic de ea pace loquitur, quae fuit totis annis 14. durante Fabiani pontificatu, vel quod magis probatur per 38. annos a Senero usque ad Decium iuxta Severum Sulpitium, ut pote qui eam persecutionem quae sub Maximiano fuit, non numeret inter reliquas, eo quod nonnullarum duntaxat ecclesiarum clericum persequutus sit: quod confirmat epistola supra 75. Firmilianus, dicens localem fuisse duntaxat. Et in Africa non fuisse, vel ex eo confirmatur, quod primus martyr inter episcopos Carthaginenses fuerit Cyprianus.
17. amplius pati mereremur] Recens adiecit vocem: pati, ex Ms. Irreperat autem in vulg. excu. mendam illud: mereremur, ex cod. Remboldi.
18. Studebant augendo patrimonio singuli, & c.] Locum hunc lib. 2. contra Crescen. Grammat. c. 15. & libris de Baptismo contra Donatist. frequenter citat D. August. ad comprobandum, nos non communicare peccatis aliorum, etiam si cum eis in sacramentorum communione maneamus.
19. non in ministris] Hanc lectionem ex Ms. & veter. excu. denuo restitimus: pro eo quod substituerat Remboldus: ministris.
20. corrupta barba in viris] Barba studium in viris ita paucis describit Tertull. lib. de cult. fem. in. Propriae praestigiae forma & hic sexus agnoscat, barbam acriter cadere, interuallere, circumdare capillum, disponere, etiam colorare canicem, primam quamque subducere totius corporis lanuginem, pigmento quoque muliebri distinguere, caetera pulueris cuiusdam asperitudine leuigare. Eodem pertinet quod infra dicit Cyprianus: cumque scriptum sit: Non corrumpeis effigiem barbae vestrae, barbam vellit, & faciem comit. Porro de forma fucata feminarum, plus satis libro praecedenti.
21. Iungere cum infidelibus vinculum matrimonij] Alludit haud dubie ad verba illa 1. Cor. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quippe qui ea ad hoc institutum citet infra lib. 3. Testim. c. 62. Et citans hunc locum D. Aug. lib. 1. de adult. coniug. c. 25. etsi ipse nondum sententiam firmasset, dicit Cyprianum non dubitasse, quin illicita forent matrimonia contracta cum infidelibus. Id ipsum habet Tertullian. disertis verbis lib. 2. ad vxor. & de Monog. & D. Hieron. lib. 1. contra Iovin. in eadem sententia fuit Ambros. epistola 76. ad Vigil. de Abrah. patriarch. lib. 2. c. 9. & lib. 8. in illud Luca: Omnis qui dimittit uxorem, & c. Chrysost. item & Theophil. in c. 7. epistola 1. ad Corinth. Non solum autem illicita sed & irrita iam olim fuisse in lege Moysi, patet 1. Esdr. c. 9. & 10. Quare recte etiam ab eccle-

sia po-

sia postmodum declarata sunt irrita, qualis canon est inter caeteros de Iudaeis Concil. Aurelian. 3. can. 13. vocant hoc impedimentum Scholasticum, cultus disparitatem.

22. Episcopi pluriimi] Episcopos nunc dicit quos paulo prius prepositos, more suo.
23. derelicta cathedra] Facit hic locus pro necessaria residentia episcoporum.
24. non subuenire] Hoc adiecit ex Cambren. cod. nunc primum, qui pro eo ipsorariam habet lectionem: nihil tribuere. Pro eo autem quod praecedit: nundinas aucupari, Graui. & Coste. nundinis occupari, sed prius habent Ms. & paulopost pro: censura diuina, quidam teste Morelio: scriptura, sed non placet.
25. Si dereliquerint legem meam] Adiecit Grauius: filij eius, sed quod neque hic habent Ms. neque supra epist. 8. exc.
26. dum domini mandata contempnimus] Hoc ita castigauimus ex Afflig. & vet. exc. cod. pro eo quod caeteri non recte: contempnimus.
27. in remediis feucrioribus veniremus] Habent quidem Manut. elegantior lectionem: viceremur, sed ut priorem genuinum existimem, facit concordia exempl. Ms. nostrorum cum aliis exc.
28. Ad prima statim verba minantis inimici] De Negatoribus istis late Dionysius Alexand. epistola ad Fabium Antiochen. apud Eusebium eccle. hist. lib. 6.
29. Christi sacramentum temeritate praecipiti solueretur] Alludit ad sacramentum militare, Baptismi sacramentum illi comparans, ob impressum characterem.
30. nisi domino soli] Veram hanc esse Manutij lectionem, conuincunt cod. Ms. & epistola supra 53. & 64. quare corrupte legunt alij: Deo soli.
31. Vltro ad forum currere, ad mortem sponte properare] Eleganter quidem ponuntur infinitiui hi pro properatis, sed haecenus praeterquam epistola 11. non meminimus me vidisse apud Cypria. similem phrasin, & Afflig. cod. legit: currere, ac: properare, quo modo & Costerius ac Colon. cod.
32. Quid illi qui a magistratibus, & c. quod] Significantiore est hoc Ms. lectio, quam exc. quot illic a magistratibus, & c. quot. Capitolium autem accipit pro aris deorum, uti & infra hoc eodem libro & supra epistola lv.
33. Nonne sensus obstupuit] Restitimus: Nonne, ex vet. exc. pro eo quod substituerat Remboldus: non. Atqui: obstupuit, solus legit Manut. pro eo quod Camb. cum aliis excu. s: obstupuit, suspicor secutum illum inscriptiones veteres, vel inde quod Ms. Afflig. & Camb. ad marg. legant: obstupuit.
34. quo mortituro accessit] Non male Afflig. & Camb. in marg. oraturus.
35. quid victimam supplicaturus imponis] Quam in Ms. & quibusdam exemplaribus Grauij non reperitur: immolaturus vel, suspicor ex margine id irrepisse in textum.
36. funestis illis ignibus] Ms. legunt: illic, neutrum displicet.
37. Ac ne quid deesset] Locum hunc Cypriani sic excusat D. Augustin. epistola 23. ad Bonifacium, ut dicit amississe paruulos quod acceperant, quantum attinet ad parentum scelus, a quibus amittere coacti sunt; ami-

sisse (inquam) non in seipsis, sed in mente & voluntate parentum.

38. vel impositi vel attracti, amiserunt paruuli] Lectionem hanc Ms. & vet. exc. cod. confirmat, D. Aug. & certe primus Remboldus aliam distinctionem edidit.
39. aliena fraude caperemur] Etiam hoc ex eodem confirmatur: pro eo quod alij: moreremur.
40. Nec est, pro dolor, iusta & grauis causa] Quod paucis attigit epistola xv. latine hic, sed eundem nempe in persecutione, ex scripturis prosequitur. Quod eo magis inculcasse videtur, ob Tertull. sententiam contrariam lib. de fuga in persecut. & quae deo autem hanc sententiam probauit Cyprianus, ut in confessione sua (quam habes in Aethi. passionis eius, & apud D. Aug. contra Gaudenij epistolam li. 1.) Disciplinam ecclesiasticam seu scripturam sanctam prohibere dicat, ne quis vltro se offerat.
41. Exite de medio eius] Ms. quidam legunt: eorum, sed prius Graeci legunt, & magis accedit ad id quod praecedit: immundum nolite tangere.
42. Separamini qui fertis vasa Domini] Haec e contrario Ms. cod. lectio genuina est, quum 70. legant: & φογιθήτε, & certe etiam vet. exc. sic legit, quare non placet Remboldi & aliorum lectio: mundamini. Ex ista dem paulopost recens adiecit: & c.
43. Plagis vero & ipse perstringitur] Etiam hoc recte Ms. & Grauius, quum explicet quod premisit ex Apoc. & ne perstringaris plagis eius; pro quo tamen variam lectionem habet Cambren. ad marginem: praestringaris, & praestringetur, quomodo & infra legitur libr. Testimon. 3. c. 34. Alij non recte: constringitur.
44. Decepit multos patrimonij sui amor] Similiter loco citato Dionysius Alexand. Hi erant de quibus praedixerat dominus, quoniam pecunias habentes difficile saluabuntur.
45. qui terrestribus cupiditatibus inhaerent] Adiecit cum Grauius vocem: cupiditatibus, ex Ms. item ex ista recens id quod sequitur: & consulens.
46. sequebatur Dominum vt Apostoli & sub Apostolis multi] Locus insignis de paupertate voluntaria, sed quia a pluribus tractatus est, ad alios huius saeculi scriptores lectorem remittimus.
47. & desideria multa & nociua] Sic Ms. pro eo quod exc. nocentia, Cambren. etiam cod. pro: multa, legit: inutilia. Ego legendum puto: multa inutilia, nam utrumque hodie & Graeci & Latine legitur. Malim autem legi cum hodiernis exemplaribus: errauerunt a fide, quam: naufragauerunt, quod habent Manut. & Morel. cum Grauius, nisi infra sepius posterius hoc legeretur. Certe Graeca vox ἀπεπλανήθησαν significat aberrare, & 1. Tim. 1. vbi illud vertit interpres, alia est vox Graeca.
48. quibus mercedibus pensat] Afflig. cod. Grauius & Costerius: repensat.
49. & non recipiat septies tantum] Supra epistola 56. sic legebant Ms. & vet. exc. hic vero etiam Camb. & excu. plarique cum Morel. sed Affligim. & vet. exc. cum Grauius & Manut. centies. Posterus hoc exprimit vox Graeca ἐξ ἑπτάκις πλυσίων, & accedit quod est apud Math. centuplum. Perum postea ubique illud legitur. Ms. & Colonienfis quoque codex sic habebat quan-

Y ij



ADNOTATIONES IN  
librum de Lapsis.

1. Pax ecce dilectissimi fratres Ecclesie reddita est] Pax illa intelligenda est, quae contigit post interfectum Imperat. Decium, initio Imperij Galli, quae tamen haud diu perduravit. Nam cum regnum eius floreret initio & cuncta ei ex animi sententia succederent, postea (inquit Dionys.) Alexan. d. apud Eusebium initio lib. 7.) in eundem offensio lapidem impiegit, & sanctos viros qui pro pace regni eius Deo summo supplicabant persecutus, & prosperitatem suam pariter fugavit & pacem.
2. tempestate prelluræ ac nube & caligine discussa] Pro: prelluræ, legit vetus excu. & Ms. Colon. prella, sed prius habent Ms. Cambron. & Affligimien. cod. E. quibus recens adiecit illud. & caligine.
3. Exoptatus votis omnium] Sic etiam Ms. cum Manutio, Grau. & Morelio, pro eo quod erat: omnibus. Atqui pro: tetramque, habet variam lectionem Cambron. cod. truceinque.
4. quæ non nisi diuinis operibus assuenerant.] Irrepererat mendam operarum negligentia in Manut. edit. alleuerant, & in alios quosdam impressos teste Morel.
5. post corpus & sanguinem domini] Quater hoc libro similia verba reperire est, adnotanda diligenter contra Sacramentarios.
6. Ab impio sceleratoque velamine] Vitam intelligit, quæ sacrificatium capiti imponebatur, unde Vitata sacerdos apud Lucanum l. b. 1. & Virg. Aeneid. 3. Redimitus tempora vittis.
7. frons cum Dei signo pura diaboli coronam ferre non potuit] De signo crucis fronti impresso supra diximus epistola ad Thibarit. Coronam autem diaboli illam intelligit, quæ (teste Tertull. de corona milit.) ipse fores, ipse hostis & ara, ipsi ministri & sacerdotes idolorum coronabantur; quæ item coronati, vota diis nuntiabant, his aut similibus verbis:  
Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus esse futurum, Quales autem fuerint illæ, quibus sic ex floribus aut fructibus structæ, quibus sic diis peculiare quæque & dicata, item de innumeris coronarum generibus; tam latè tractat dicto libro Tertull. ex libro cuiusdam Claudij Saturnini, ut Gellium & Plinium longe hac in materia superaret, quare ne proluciores simus, illuc lectorem remittimus.
8. Quam vos lato sinu excipit] Manutij hanc & excu. vulg. lectionem confirmat Cambron. cod. pro qua Morel. & Coste. Quam vos lætos in sinu suum, Afflig. vero & Cambr. in marg. lætos in sinu suo. Prima maxime arridet.
9. continentia virtutibus] Cum Grauius adiecit ex Ms. & vet. exc. vocem: continentia.
10. Nec non & cætera Stantium multitudo] Peram hanc esse lectionem Manutij & Morelij, patet ex epistola 14. & eo quod paulopost sequitur: Stantium firmitatem, & rursum: Stantium fratrum, & sic legit etiam Cambron. cod. Quare corruptè legitur & in Afflig. & in aliis exc. cod. circumstantium; neque etiã placet, ut pro: cætera substituatur cum Grauius: tota.
11. non præscripta exilia, non destinata tormenta] Sic epistola 2. supra præscriptas tabulas dixit. Pro: destinata, autem, legit Cambron. in marg. desi-

gnata. Ex eodem paulopost adieci: non, pro eo quod erat: &.

12. Nemo fratres dilectissimi] Rectè addita est à Manut. vox: dilectissimi, tum hic tum saepe postea, eo quod sit Phrasis Cypriani.

13. cauta secessione] Latius paulopost agit hac de re.

14. Has martyrum cælestes coronas, has confessorum glorias] Rursum hic distinguit inter martyres & confessores.

15. & lanitas priuata] Adfert Morel. variam lectionem: sanctitas, sed non placet: uti nec paulopost quod legit Grauius: infesta & illecebrosa, pro eo quod alij: infesta tenebrosa.

16. disciplinam pax longa corruerat] Hic de ea pace loquitur, quæ fuit totis annis 14. durante Fabiani pontificatu, vel quod magis probatur per 38. annos à Seuerus usque ad Decium iuxta Seuerum Sulpitium, vitote qui eam persecutionem quæ sub Maximiano fuit, non numeret inter reliquas, eo quod nonnullarum duntaxat ecclesiarum clerum persecutus sit: quod confirmat epistola supra 75. Firmilianus, dicens localem fuisse duntaxat. Et in Africa non fuisse, vel ex eo confirmatur, quod primus martyr inter episcopos Carthaginienses fuerit Cyprianus.

17. amplius pati mereremur] Recens adiecit vocem: pati, ex Ms. Irrepererat autem in vulg. excu. mendum illud: mereremur, ex cod. Remboldi.

18. Studebant augendo patrimonio singuli, & c.] Locum hunc lib. 2. contra Crescen. Grammat. c. 15. & libris de Baptismo contra Donatist. frequenter citat D. August. ad comprobandum, nos non communicare peccatis aliorum, etiam si cum eis in sacramentorum communionem maneamus.

19. non in ministris] Hanc lectionem ex Ms. & veter. excu. denovo restitimus: pro eo quod substituerat Remboldus: ministeris.

20. corrupta barba in viris] Barba studium in viris ita paucis describit Tertull. lib. de cult. femim. Propriae prestigias formæ & hic sexus agnoscit, barbam acriter cadere, interuelleret, circumdare capillum, disponere, etiam colorare caniciem, primam quamque subducere totius corporis lanuginem, pigmentum quoque muliebri distinguere, cætera pulueris cuiusdam asperitudine leuigare. Eodem pertinet quod infra dicit Cyprianus: Cumque scriptum sit: Non corrupetis effigiem barbæ vestrae, barbam vellit, & faciem comit. Porro de forma fucata feminarum, plus satis libro præcedenti.

21. Iungere cum infidelibus vinculum matrimonij] Alludit haud dubie ad verba illa 1. Cor. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quippe qui ea ad hoc institutum citet infra lib. 3. Testim. c. 62. Et citans hunc locum D. Aug. lib. 1. de adult. coniug. c. 25. etsi ipse nondum sententiam firmasset, dicit Cyprianum non dubitasse, quin illicita forent matrimonia contracta cum infidelibus. Id ipsum habet Tertullian. disertis verbis lib. 2. ad Vxor. & de Monog. & D. Hieron. lib. 1. contra Iovin. In eadem sententia fuit Ambros. epistola 70. ad Vigil. de Abrah. patriarch. lib. 2. c. 9. & lib. 8. in illud Luca: Omnis qui dimittit uxorem, & c. Chrysost. item & Theophil. in c. 7. epistola 1. ad Corinth. Non solum autem illicita sed & irrita iam olim fuisse in lege Moysi, patet 1. Esdr. c. 9. & 10. Quare rectè etiam ab eccle-

sia po-

sia postmodum declarata sunt irrita; qualis canon est inter cæteros de Iudeis Concil. Aurelian. 3. can. 13. vocant hoc impedimentum Scholastici, cultus disparitatem.

22. Episcopi plurimi] Episcopus nunc dicit quos paulo prius prepositos, more suo.

23. derelicta cathedra] Facit hic locus pro necessaria residentia episcoporum.

24. non subuenire] Hoc adiecit ex Cambron. cod. nunc primum, qui pro eo ipso variam habet lectionem: nihil tribuere. Pro eo autem quod præcedit: nundinas aucupari, Grau. & Coste. nundinis occupari, sed prius habent Ms. & paulopost pro: censura diuina, quidam teste Morelio: scriptura, sed non placet.

25. Si dereliquerint legem meam] Adiecit Grauius: filij eius, sed quod neque hic habent Ms. neque supra epist. 8. exc.

26. dum domini mandata contempnimus] Hoc ita castigauimus ex Afflig. & vet. exc. cod. pro eo quod ceteri non rectè: contempnimus.

27. remediis seuerioribus veniemus] Habent quidem Manut. elegantior lectionem: viceremur; sed ut priorem genuinam existimem, facit concordia exempl. Ms. nostrorum cum aliis exc.

28. Ad prima statim verba minantis inimici] De Negatoribus istis latè Dionysius Alexand. epistola ad Fabianum Antiochen. apud Eusebium eccle. hist. lib. 6.

29. Christi sacramentum temeritate præcipiti solueretur] Alludit ad sacramentum militare, Baptismi sacramentum illi comparans, ob impressum characterem.

30. nisi domino soli] Veram hanc esse Manutij lectionem, conuincunt cod. Ms. & epistola supra 53. & 64. quare corruptè legunt alij: Deo soli.

31. Vltro ad forum currere, ad mortem sponte properare] Eleganter quidem ponuntur infinitiui hi pro proteritis, sed hæcenus præterquam epistola 11. non meminimus vidisse apud Cyprianum similem phrasin, & Afflig. cod. legit: currere, ac: properare, quo modo & Costerius ac Colon. cod.

32. Quid illi qui à magistratibus, & c. quod] Significatio est hæc Ms. lectio, quam exc. quot illic à magistratibus, & c. quot. Capitolium autem accipit pro aris deorum, uti & infra hoc eodem libro & supra epistola 10.

33. Nonne sensus obstupuit] Restituimus: Nonne, ex vet. exc. pro eo quod substituerat Remboldus: non. Atqui: obstupuit, solus legit Manut. pro eo quod Cæb. cum aliis excu. obstupuit, suspicor securum illum inscriptiones veteres, vel inde quod Ms. Afflig. & Cambr. ad marg. legant: obstupuit.

34. quo moriturus accessit] Non male Afflig. & Camb. in marg. oraturus.

35. quid victimam supplicatus imponis] Quam in Ms. & quibusdam exemplaribus Grauij non reperitur: immolaturus vel, suspicor ex margine id irrepsisse in textum.

36. funestis illis ignibus] Ms. legunt: illic, neutrum displicet.

37. Ac ne quid deesset] Locum hunc Cypriani sic excusat D. Augustin. epistola 23. ad Bonifacium, ut dicat amisisse paruulos quod acceperant, quantum attinet ad parentum scelus, à quibus amittere coacti sunt; ami-

sisse (inquam) non in seipsis, sed in mente & voluntate parentum.

38. vel impositi vel attracti, amiserunt paruuli] Lectionem hanc Ms. & vet. exc. cod. confirmat. D. Aug. & certe primus Remboldus aliam distinctionem edidit.

39. aliena fraude caperemur] Etiam hoc ex eodem confirmatur, pro eo quod alij: moretemur.

40. Nec est, pro dolor, iusta & gravis causa] Quod paucis attigit epistola XV. latius hic, sedendum nempe in persecutione, ex scripturis prosequitur. Quod eo magis inculcasse videtur, ob Tertull. sententiam contrariam lib. de fuga in persecut. Vsq. adeo autem hanc sententiam probant Cyprianus, ut in confessione sua (quam habes in Actu passionis eius, & apud D. Aug. contra Gaudentij epistolam l. 1.) Disciplinam ecclesiasticam seu scripturam sanctam prohibere dicat, ne quis vltro se offerat.

41. Exitè de medio eius] Ms. quidam legunt: eorum, sed prius Græcè legitur, & magis accedit ad id quod præcedit: immundum nolite tangere.

42. Separamini qui fertis vasa Domini] Hæc econtrario Ms. cod. lectio genuina est, quum 70. legant: & πορδιστε, & certè etiam vet. exc. sic legit, quare non placet Remboldi & aliorum lectio: mundamini. Ex istodem paulopost recens adiecit: & c.

43. Plagis vero & ipse perstringitur] Etiam hoc rectè Ms. & Grauius, quum explicet quod præmisit ex Apoc. & ne perstringaris plagis eius, pro quo tamen variam lectionem habet Cambron. ad marginem: præstringaris, & præstringetur, quomodo & infra legitur libr. Testimon. 3. c. 34. Alij non rectè: constringitur.

44. Decepit multos patrimonij sui amor] Similiter loco citato Dionysius Alexand. Hi erant de quibus prædixerat dominus, quoniam pecunias habentes difficile saluabuntur.

45. qui terrestribus cupiditatibus inhærent] Adiecit cum Grauius vocem: cupiditatibus, ex Ms. item ex istodem recens id quod sequitur: & consulens.

46. sequebatur Dominum ut Apostoli & sub Apostolis multi] Locus insignis de paupertate voluntaria, sed quia à pluribus tractatus est, ad alios huius sæculi scriptores lectorem remittimus.

47. & desideria multa & nociua] Sic Ms. pro eo quod exc. nocentia, Cambron. etiam cod. pro: multa, legit: inutilia. Ego legendum puto: multa inutilia, nam utrumque hodie & Græcè & Latine legitur. Malim autem legi cum hodiernis exemplaribus: extrauerunt à fide, quam: naufragauerunt, quod habent Manut. & Morel. cum Grauius; nisi infra sapius posterius hoc legeretur. Certe Græca vox ἀπὸ πλοῦτος σημαίνει aberare, & 1. Tim. 1. ubi illud vertit interpres, alia est vox Græca.

48. quibus mercedibus pensat] Afflig. cod. Grauius & Costerius: repensat.

49. & non recipiat septies tantum] Supra epistola 56. sic legebant Ms. & vet. exc. hic vero etiam Cæb. & excu. plerique cum Morel. sed Affligim. & vet. exc. cum Grauius & Manut. centies. Posterius hoc exprimit vox Græca ἐξ ἑβδόμενων πλυσίων, & accedit quod est apud Math. centuplum. Verum postea ubique illud legitur Ms. & Colonienfis quoque codex sic habebat quan-



quam postea substitutum sit in eo: centies.

50. Beati etitis cum persecuti vos fuerint] *Mirror hanc huius loci lectionem confirmatam Ms. cod. Et quo adeo malim legi sicut supra dicta epistola 56. cum odio vos habuerint, cum Grauius & Costerius, presertim quum Græce legatur apud Lucam: μισήσομεν.*

51. iam lassum corpus] *Præ hoc adieci ex Cæb. cod. 52. nunc equuleus extenderet, nunc vngula effoderet] Varia hic tormentorum genera enumerat, flagella, fustes, equuleum, vngulam & flammam, & libro contra Demet. & lib. de patient. præterea bestias adiicit & cruces & gladium, de quibus omnibus in Apologético Tertull. & lib. ad Martyres. Prudentius alicubi etiam vncorica meminit. Quorum cetera satis nota sunt. Equuleum accipit Cicero lib. 5. Tuscul. qu. pro tormenti genere in formam equi, in quem coniciebantur rei. Verum ex eo quod Prudentius dicat, Euiscerandum corpus equuleo cernis pendere, & hic Cyprianus: equuleus extenderet; videtur aliud quoddam fuisse instrumentum; in quo rei extenderentur, & extensi deinde propenderent. Vngulam vero ferramentum fuisse mucronatum, quo sulcatim corpora lamabantur & fodiebantur, sive ferrum pectinem, manifestum sit ex illo Prudentij in Romano Martyre:*

*Scindunt utrinque milites teterimi  
Mucrone hinc pensilis latus viri,  
Sulcant per artus longa trahim vulnera,  
Obliqua reitibus, recta transfuersis secant.*

53. excusatio esse miserabilis] *Proprie accipit hanc vocem pro miseratione digno.*

54. Sic sic] *Leitio vet. exc. ista magis placet, quã vulgata: Sic hic, neque enim visitata est magnopere Cypriano vox: hic, Ms. non aliud habent quam: Sic. Casti vero & Aemilij martyrum, quorum hic disertis verbis meminit, festi celebratur apud Bedã & P. suardu in Mart. 22. Jun.*

55. cruor femiustulatis visceribus defluebat] *morel. femiusti lateris viscera defluebant, sed non placet; presertim quum vox: femiustulatus, etiam Ciceroni nota sit Orat. pro Milone.*

56. Nec hoc ideo dico] *Veram hanc esse lectionem patet ex mendo vet. exc. & Remboldi cod. ex eo; amisit enim vocem: ex, Erasmus, huic loco non conuenientem. Et certe: ideo, legit Afflig. cod. & Morel. pro quo Camb. ego, non male.*

57. & putraminibus amputatis] *Quum sic legat Cambron. cod. & ad id quum proxime accedant vet. exc. & Remboldus, legentes (huic loco alioqui non satis conuenienter): putraminibus; conicio genuinam Cypriani lectionem esse: putraminibus; presertim quum epistola LV. adnotant Morelius quosdam etiam codices legere: putramina, & sic ibi legant Affligimien. codic. & alij Ms. quatuor. Accipitur autem pro: putredinibus, quomodo legit Affligimien. cod. & excisi ceteri.*

58. emerit enim] *De hoc genere cladis habes Tom. 1. epistolas 10. 11. 12. & alias sequentes aliquot.*

59. Non quærunt sanitatis patientiam] *Ita Cæb. cod. Manutius, Remboldus, & Erasmi omnes, Afflig. vero Colon. vet. exc. Morelius & Grauius ad marginem: patientia, quam varietatẽ semel adnotasse sufficiat.*

60. de pectoribus excussa est] *Maxime placet hæc Affligimien. cod. & Manut. lectio, pro eo quod vulgo legitur: de peccatoribus; nam prius legitur etiam Cam-*

*bron. & vet. exc. præterquam quod legant: excussa est.*

61. exhalantibus etiam nunc] *Elegantior est lectio excusorum: etiamnum, sed quum illud habeant exc. Remboldus & Ms. videtur genuinum magis; presertim quum alibi etiam eadem phrasi utatur.*

62. Omnis mundus manducabit carnem] *Gravius legit: Omnis immundus manducans carnem. Locum vero hunc non reperi apud 70. nisi forte Leuitici. 22.*

63. Apostolus item testatur & dicit] *Tum hoc tum quod paulo post legunt Ms. comminatur & denunciat, magis placet, quam quod antea legebatur: testetur & dicat, ac comminetur & denunciet, alioqui enim nimis longum erit hyperbaton.*

64. Quicumque ederit panem aut biberit calicem] *Prorsus eodem modo citant scripturam hanc, Epistola supra X. & XI. Cyprianus, & LXXV. Firmilianus, Ambrosi, & Græci in comment. & Aug. tract. in Ioann. 62. quæ lectio notatu digna, contra eos qui necessitatem urgent communionis sub utraque specie. Deinde advertenda venit huius scripturæ loci expositio tum hic tum locis citatis, de præmittenda exomologesi ante Eucharistiam; quomodo interpretatur & D. August. epistola 119. ad Ianuarium & Embr. in comment. nec dissentiant Græci Chrysost. Theophil. Oecum. & presertim Theodoretus in comment. quum probationem illam cuius meminit Apostolus interpretatur de discussione conscientia an pura sit. Certe etiam Dionys. Areopag. eccles. hier. c. 3. ante Eucharistie sumptionem requirit expiationem ab extremis animi visionibus.*

65. vt lamentatio conquiescat, vt dolor silet &c.] *Frequentissime occurrunt similes loci epistolis de lapsis apud Cyprianum, & libro de penitentia ac alibi apud Tertullianum; vt satis mirari nequeam eos, qui omnem contritionem, omnem satisfactionem sublatam volunt, presertim quum illud Ioannis Baptistæ Matth. 3. facite fructus dignos penitentiae, veteres omnes de satisfactione interpretentur, & scriptura veteris testamenti, penitentia exemplis similibus tam referta sunt, vt superfluum sit pluribus agere. Omitto publicas penitentias olim visitatissimas, quæ nihil aliud quam satisfactiones erant pro peccatis. Porro: evanescat legunt Ms. nostri, non: vanescat, quod soli habent Manut. & Morel. Paulo post vocem: se, interiecit ex Cambron. ubi legitur: nemo se decipiat.*

66. Credimus quidem posse apud iudicem plurimum Martyrum merita] *Elegans locus pro meritis operum, atque adeo adversus illos, qui martyria pænas duntaxat peccatorum esse volunt, non etiam merita quæ aliis pro desse queant. Porro de libellis Martyrum supra latius epistolis de lapsis.*

67. Cæterum si quis præproperea festinatione] *Alludit ad epistolam Luciani Confessorum uniuersorum nomine, quam habes num. xvij. Habet autem variantem lectionem Afflig. cod. præpostera, sed non placet.*

68. de sua facultate] *Hoc ex Camb. cod. restitui pro eo quod erat: facilitate; ex utroque autem Ms. repsumus: dignum fieri, pro eo quod erat: bonum fieri, minus apte.*

69. si non contra ipsum dominum; à Dei sacerdote facienda sunt: obtemperantis] *Inter varias huius loci lectiones; hæc veteris excu. cod. facillima est, quam*

*quam in cæteris excusis obscuravit Remboldus, interiecta: si, particula, dum legit: si obtemperantis, neque vero eam eo loco habent aut Ms. aut Manut. aut Grauius. Ms. autem legitur: si non contra ipsum deum & dei sacerdotem facienda sunt; obtemperantis. Manut. si non contra ipsum Dominum à Dei sacerdote facienda sit. Grauius: si non contra ipsum Deum ac Dei sacerdotem, sit obtemperantis. Gratianus rursus dist. 50. cap. Si quis, (demus particulam: si) optime legit: si non contra ipsum dominum ac Dei sacerdotes sunt, facienda sunt. Obtemperantis.*

70. Sed si scripta non sint] *Ex Cambron. cod. legitur: sunt, pro eo quod erat: sunt, & paulo post ex utroque Ms. vet. exc. & Remboldo: petiit, pro eo quod erat: petiit: utrumque etiam legit recte Gratianus.*

71. & fecerunt sibi deos aureos] *Hoc ante me adiecerunt Costerius & Morel. & consentiunt Ms. cod. præterquam quod præterea adiciant: & argenteos. Verum quum neque apud 70. neque apud D. Hieron. id hodie legatur, omisimus; presertim quum nec D. Aug. legat qu. 147. super Exod. Legitur quidem infra Testim. lib. 1. ca. 1. sed ad Fortun. ca. 4. rursus non habetur.*

72. Si quis deliquit ante me] *Habent quidem Ms. deliquerit, sed prius hodie Græce legitur apud 70.*

73. ait dominus] *Adiecit recens: dominus, ex Cambron. cod. uti & paulo post vocem: illo; ex Afflig. ubi recte legitur: Quid illo.*

74. ad faciendam martyria] *neque enim placet lectio Grauij ad marg. mysteria, eo quod similis prorsus sit locus epistola ad Lucium.*

75. Cum propheta Ezechiel] *Ms. cod. vetustiores tum hic tum ubique legunt: Ezechiel, non modo in Cypriano sed in alijs auctoribus & nominatum in Comment. Ms. Arabum. Quæ certe lectio probatur magis, eo quod & Hebraice appelletur *עֶזְכִּיָּאל* & Græce apud 70. *Ἰεζεκιήλ*; nolui tamen temere immutare vulgatissimam illam lectionem qua ubique legitur: Ezechiel. Atqui semel id adnotasse sufficiat. Similis est error apud Typographos, qui ubique: *Ἐλίας*, legunt, non *Ἰσαΐας*.*

76. non liberabunt filios neque filias] *Hæc verba neque apud 70. neque apud D. Hieron. leguntur. Adiecit autem quod sequitur: sed, ex Cambron. cod.*

77. Qui confessus me fuerit] *Vide epistolas 10. & 37. de varia huius loci lectione, certe prius illud hic legunt Ms. & exc. omnes.*

78. nisi si hæc ignaro deo gesta sunt] *Particular: si, Cypriani phrasi aptissimam, ex Ms. adiecit cum Morelio. Ex Afflig. vero cod. cum Grauius & Costerius legitur: euenerunt, pro eo quod erat: venerunt.*

79. Et superdixit super eos iram animationis suæ] *Ita quidem Afflig. cum excusis plerisque, sed vet. excu. comminationis legit. Cambron. in textu: animaduerfionis, in marg. indignationis. Vtraque magis accedit ad id quod Græce est *δύμῳ ἐν τῷ*, pro quo Hie. & in sua & in 70. versione: furoris sui. Verum Cypriano peculiaris est vox: animatio, pro animi vehementia, id enim proprie vox Græca significat, & eodem modo scripturam hanc citat De oratione Dominica.*

80. auertit faciem à vobis] *Ms. addunt: suam, sed non habent id 70.*

81. animi secreta reuoluentes] *Ita ex Afflig.*

*cod. cum Grauius, pro eo quod erat: voluentes.*

82. & quod non statim domini corpus iniquitatis manibus accipiat] *Hic tene supra & rursus infra hoc eodem libro, ac de bon. patient. & supra epistola ad Thibaritanos, satis superque indicat, suo tempore fuisse id obseruatum, vt in manus traderetur corpus Domini. Id ipsum eadem atate indicat Cornelius in sæpe citata epistola ad Fabium Antiochenum de Nouatiano, qui communicantes per ea quæ tenebant in manibus iurare coegit, se ad Cornelium non redituros, Dionys. quoque Alexand. epistola ad Xistum pontific. apud Euseb. & Niceph. Eodem pertinet illud Clement. Alexand. 1. Stromatum: Permittitur unicuique, Eucharistia diuise partem sumere, & quæ mox adferemus ex veteribus de Eucharistia domum deportari solita. Eandem consuetudinem indicant, Ambrosius oratione sua ad Theodos. Imperat. quum prohiberet illum à templi ingressu, quam habes apud Theodoretum. & Hiero. epistola ad Theophilum contra Ioan. Hierosol. Immo diu postea adhuc perdurasse, constat ex Can. 2. Romag. concilij, quo cauetur, vt non nisi in os immittatur à sacerdote, quæ admodum obseruatur hodie. Similis consuetudo, qua laici & pueri nunquam dabatur deferenda Eucharistia ad infirmos, quam colligere est, ex historia Serapionis apud Euseb. ex Dionys. Alexand. reuocata est à Concil. Remensi can. 2. quæ admodum citatur ab Ivone in Decret. & à Gratiano de consecrat. dist. 2. c. peruenit.*

83. Atque ô tuam nimiam] *Afflig. cod. & Grauius in marg. legunt: ob, sed prius magis placet tum ob Emphasim maiorem, tum quod similis sit phrasi epistola lv.*

84. Quid percussa & alienata mens] *Manut. legit: percussa, Cambron. cod. & Grauius ad marg. præclusa, sed primam malo.*

85. ecce eorum qui negauerunt] *Miracula quæ hic adfert de indigne sumentibus Eucharistiam, mire confirmant veritatem corporis & sanguinis domini in Eucharistia, cuiusmodi plura reperire est apud Ioan. Garenum in suis classibus.*

86. Parentes forte fugientes, dum trepidi minus sibi consulunt] *Vocem: sibi, ex coniectura Cauchij, adiecit, pro eo quod legebat Grauius: sui, in cæteris utrumque desideratur, forte legendum: suis.*

87. cœpit fluctuabunda iactari, & velut] *Voces: cœpit, ac: &, recens quoque adiecit ex Ms.*

88. Vbi vero solemnibus adimpletis calicem diaconus] *De hoc officio Diaconi supra latius epistola ad Rogatianum Episcopum. Colligitur autem tum hinc tum ex Liturgiis Græcorum, non nisi solemnibus adimpletis calicem administrari solere, deinde in solemnibus missis presentes olim communicasse. De priuatis autem Missis, an in iis semper communicatum sit, an etiam priuata quadam fuerint, erat hic dicendi locus, sed ne hic sim prolixior, statui deo fauente Assertioni de communionem sub altera specie, tractatum de missis priuatis aliquando subiicere.*

89. & accipientibus cæteris locus eius aduenit] *Tractat locum hunc D. Aug. epistola 23. ad Bonifac. Haud obscure autem hic, quomodo & supra, indicatur vetus ecclesie consuetudo Communionis paruulorum, qualem etiam indicare videtur Dion. Areopag. sub finem eccles. hier. arch. & sua adhuc atate D. Aug. epistola 107. ad Vitalem. Quandoquidem autem apud alios*



autiores rarissima fiat illius mentio, suspirio neque uniuersalem fuisse, neque post D. Augustinum diu illam perdurasse.

90. quæ ad eloquendum] Hoc ex Cambr. cod. pro eo quod ceteri loquendum.

91. inter fauces & pectus sanguinem admittens] Ex eodem addita vox: sanguinem, ex utroque vero Ms. restitimus: inter, pro eo quod erat, intra, eo quod sequatur: concludi postmodum cœpit; pro quo quod habet Manut. concurti, minus placet; vult enim hoc auctor, suffocatum puellam, inter fauces & pectus hærente sanguine dominico.

92. Et cum quædam arcam suam in qua domini sanctum fuit] En hic aliam denovo veteris ecclesiæ consuetudinem, qua liberum erat unicuique corpus domini aut in ecclesiâ consumere aut domum asportare, Cuius meminit etiam Auctor infra Tom. 3. de Spectac. in hæc verba dimissus, & adhuc gerens secum ut assolet Eucharistiam. De ea etiam Tertull. sub finem libri de oratione disertis verbis, & lib. 2. ad uxorem in verbis illis. Nescit maritus quod secreto ante omnem cibum gustes, eodem pertinet quod supra adduxi ex Clem. Alex. item illud D. Hieron. Apolog. ad Pammachium pro lib. contra Iovin. Quare non ingrediuntur ecclesiâ &c. ac quod de satyro fratre scribit Ambrosius. Et perduravit ea ad Concilium usque Cesaraugustanum, cuius can. 3. anathematizatur, si quis Eucharistiæ gratiam acceptam in ecclesiâ non consumpsit.

93. Et quidam alius & ipse maculatus sacrificio &c.] Clarior est hæc vulgata & Ms. lectio quam Manut. Et alius qui & ipse maculatus de sacrificio &c. Afflig. cod. legit: sacrificium sacerdote celebrante. Sed quandoquidem non solet administrari laicis Eucharistia nisi sacrificio iam celebrato, prius magis placet.

94. gratia salutatis] Hæc appellatione sententia confirmatur illorum, qui Eucharistiæ bonam gratiam interpretantur, quomodo D. Hieron. alicubi gratiositatem & gratiam.

95. Nec sibi quo minus &c.] Eadem prorsus ferè ad verbum videtur esse supra epistola xxxi. Cleri Romani ad Cyprian. & Cypriani ad Antonianum, ubi quid Libellatici & libelli abunde diximus.

96. magis obaudiuit humano imperio] Obaudiere pro obedire, phrasis est Cypriana, ita & illud: viderit.

97. Denique quanto & fide maiores & timore meliores sunt] Hanc lectionem ex vet. exc. & Ms. denovo restitimus, pro eo quod reposuerat Remboldus: inaiore & meliore.

98. quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt &c.] Hinc vel maxime patet, Confessionem secretorum peccatorum apud sacerdotes, non nouitiam sed iam olim restitam esse. Eandem disertis verbis agnoscit Tertull. lib. de penitentia, ubi descripta exomologesi qua domino delictum nostrum confitemur, deinde inter actus exomologesi enumerasset, presbyteris aduolui & aris dei adgeniculari: Plerisque tamen (inquit) hoc opus, ut publicationem sui, aut suffugere aut de die in diem differre presumo, pudoris magis memores quam salutis; velut illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, conscientiam medentium vitant, & ita cum erubescencia sui pereunt. Simili videntur comparatione in hac materia D. D. Hieron. in ca. 10. ecclesiasticis

Basilii in reg. monach. c. 98. Pacianus parmensis ad penitentiam ac ad Simpronianum contra Nouatium. & Orig. hom. 2. in Psalm. 37. Immo huius confessionis necessitatem docent Hieron. loco citato. Basil. quæst. compend. explicat. 288. & susus explic. 26. Cyrillus lib. 3. in Levit. c. 5. & Orig. lib. 8. in Levit. Agnoscent eandem D. D. Aug. lib. de vtilit. penit. sue hom. 50. (eadem enim sunt, & August. esse constat tum ex indiculo Possidij, tum ex Bedæ collectaneis) & Tract. in Ioan. 11. Theodoret. de Audianis hæreticis. Leo Pontifex epistola 57. & 78. Alius longe licet eandem petere ex Dionys. Areopag. epistola 8. ad Demophilum, & ut omittam Clement. Rom. epistola 1. ex epistola Iac. ult. c. & Act. Apost. c. 19. vel D. Basil. interprete regula monach. c. 21. & Anastasio Antiocheno ante annum 700. qu. Theolog. ca. 7. & vero conuincere id videntur verba D. Lucae τῶν πενιθόντων, quæ locum cogunt intelligi de iis qui iam ante crediderant, uti recte adnotauit Reuerendiss. Ruremundensis in sua Panoplia. Hæc paulo latius ob adnotationes Rhenani in Tertull. lib. de penitentia, & Erasmi in D. Hieron. qui contendunt, confessionem priuatam, suam originem sumpsisse ex publica, atque adeo recentiore ætate D. D. Hieron. & August. quum potius publica penitentia priuatam confessionem coniunctam habuerit: Potest quum ex Origene constet loco supradicto in Psalm. 37. sacerdotis fuisse iudicare, num publicanda peccata & publica penitentia imponenda fuerit, nec ne. Nec est quod sibi adblandiantur illi de factis Nestarij, quum id potius secretorum peccatorum confessionem comprobet, & non aliud quam presbyterum penitentialem ille officio suo mouerit, uti amplissime deducit. Dn. Ioannes Hasselius, detectis imposturis Musculi in translatione historiae Socratis. Neque quicquam etiam pro illis facere Christof. patet, tum ex hom. 20. 29. 39. in Genesim. hom. 10. in Math. & lib. 2. de sacerdotio c. 2. & 7. ac 3. ca. 5. tum ex scripto eiusdem de Confessione, quod vidisse se scribit in Bibliotheca Regia Theolog. doctissimus Maruanus Victorius Rheatinus libro suo eiusdem argumenti. D. Basilij quoque sententia ex locis supra citatis colligere est ipsi planè aduersam, quantumuis pro se nescio quem locum citet Rhenanus. Ambros. quoque quæ à ceteris non dissentiat, docet lib. 1. de penit. ca. 7. & lib. 2. cap. 1. & 7.

99. exomologesi conscientia faciunt] ἐξομολόγησις proprie confessionem significat ab ἐξομολογέειν quod est ingenue loqui, hinc Plutarchus in Pericle: ἐξομολόγησις ἀδενείας id est, confessio infirmitatis. Eadem significatione dicit D. Lucas Act. 19. ἐξομολογήθησαν ἡμεῖς ὅτι ἐπαγγέλλοντες τὰς προσηλίας αὐτῶν & Basilii dicta qu. 288. ἐξομολόγησαι τὰ ἐμαρτυρήματα. Sic Græci plerique dum confessionis peccatorum meminerunt: & sicut simpliciter voce ἐξομολόγησις vitatur, pro confessione peccatorum eam accipiunt, uti Diadochus episcopus Phorinensis c. 100. de perfectione. Eam phrasim & hic & alibi plerumque imitatur Cyprianus, dum modo delictorum, modo peccatorum, modo conscientia exomologesi appellat. Atque adeo videtur mihi plerumque proprie ea voce uti, pro eo quod latini alij veteres Confessionem peccatorum dicunt. Et certè hoc loco id conuincere mihi videntur quæ ponit synonyma, apud sacerdotes dei confiteri peccata, exomologesi conscientia facere, animi sui pondus exponere. Tertull. contra, ferè ea voce vitatur, pro omni actu seu ministerio ipsius penitentia, ita enim illam definit. lib. de penitentia: Ita

que

## De Vnitate Ecclesiæ Catholicæ.

### ARGUMENTVM LIBRI sequentis.

Occasione schismatis Nouatiani, ut suos Carthaginenses deterreret, alioqui nõ multum ab illo abhorrentes, propter nouatium & alios quosdam suæ Ecclesiæ presbyteros totius tragœdiæ auctores: librum hunc conscripsit Cyprianus. Atque imprimis, postquam aduersus illorum insidias cõmunis ad cõstantiã hortatus est, hæreseon causam esse docet, quod caput Ecclesiæ non queritur, primatus Petri contemnitur, & cathedra ac Ecclesiâ vna & Episcopatus vnus deseritur. Deinde tum scripturis tum figuris veteris & Noui testamenti vnitatem Ecclesiæ cõprobat. Porro Nouatiani ambitione in inuadendo Episcopatu Romano, velut aliud agens paucis persecutus, late deducit, neque pro eorũ paucitate contra Ecclesiã quicquã facere illud Matth. 18. Vbi quique fuerit duo vel tres collecti in nomine meo, &c. neque martyriũ illis posse prodesse extra Ecclesiã. Post hæc docet non mirari eos oportere, quod vigeret hæreses, iam olim à Christo predictæ (obiter interiectis schismaticorum supplicis) neque quod Confessores quidã Romani schismati cõsentiunt, quippe cum ante obitũ nemo beatus sit, & in ipso Apostolorũ cœtũ Iudas proditor extiterit; vitanda ite schismaticorũ et hereticorũ cõsortia. Ad pacẽ denique & vnitatem per scripturas hortatur. Porro titulum huius libri paucis indicat ipse Cyprianus epistola 51. Sed & (inquit) Catholicæ Ecclesiæ vnitatem quantum potuit, expressit nostra Mediocritas, quæ libellũ magis ac magis nõc vobis placere confido. E quo loco primus ego quod scia, ante annos plus minus octo verũ hunc huius libri titulum deprehendi. Nec dissentit D. Pontius in vita Cypriani, & titulo de vnitatem citat hunc librum D. Augu. cõtra Cresc. Grammatic. lib. 2. c. 33. Eundem reperire est, nõ modo apud Manut. & Morel. ac in Ms. omnibus, sed & apud Trithemium & in veteri excuso codice, qui adiciunt præterea: ADVERSVS NOVIATIANVM. Et ceteri: DE VNITATE ECCLESIAE, legant dũtaxat; nobiscũ & cum Cypriano addit Cæbron. cod. CATHOLICAE, quomodo etiã Antoninus scripsit Cypriani enumerãs. Primus immutauit Remboldus, & nescio vnde reposuit titulum ἰσθιεντῆς ἐκφῶν DE SIMPLICITATE PRAELATORVM, fortassis ob verba illa quæ in ipso libri frõtrifipio reperire est: cumque esse nos iubeat ad innocentiam simplices, & tamen cũ simplicitate prudẽtes. Quare mirari satis ne-

Y iiii

que Exomologesi, prosternendi & humiliandi hominis disciplina est, conuersationem inuincens misericordie illi- cem. De ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco & cineri incubare &c. quæ isdem penè verbis sub finem huius libri habet Cyprianus. Alia rursum significatione uti videtur Cyprianus epistola ad Antonian. & alibi, ubi simpliciter vitur voce Exomologeseos, nempe non pro toto actu penitentia, sed pro ea confessione, quæ fiebat post completam solemnem penitentiam. Primum enim fiebat sacerdoti priuata confessio, hanc sequebatur penitentia, postquam Exomologesi, deinde manus impositio, ac sic admittebantur ad Eucharistiam. Quanquam tamen id non vbi que obseruet.

100. plus immo delinquit] Imo pro: potius, phrasis Cypriani, etiam ab Erasmo adnotata. Similiter lib. de vnit. Eccl. Cath. sed imo cumulantur.

101. Confiteantur singuli quales vos fratres dilectissimi] Adieci: dilectissimi ex Ms. & consentit phrasis Cypriana, rursum autem more suo accipit delictum pro grandi peccato.

102. lauacra cum fœminis quotidie] Ms. non habent: cum fœminis, neque videtur opus, ex verbis similibus pagina præcedenti: hoc enim crimini eius & malis deerat, ut ad balneas statim properaret, quæ lauacri vitalis gratiam acceperat. Deinde agit de tempore penitentia publica, quo durante non licebat lauacra celebrare, sed uti loquitur Tertull. lib. de penitentia, illos & fordidulos & extra latitiam deuersari oportebat.

103. eructat] Afflig. cructuat.

104. nigri pulueris ductu, &c.] Paulo elegantius expressit illud Tertull. de hab. mulieb. illum ipsum nigrum puluerem quo oculorum exordia producantur.

105. funus tuum portare] Elegans Metaphora, pro uerby spem habens.

106. qui seruas testamentum tuum] Vocem: tuum, recens adieci ex Cambron. codit. & legunt id etiam 70.

107. Illic sola superest penitentia] Vocem: sola, denovo adieci ex Ms. & vet. exc. omisam primum à Remboldo. Est tamen locus obscurus. Paulo post ex isdem vocem: dilectissimi.

108. stratos solo adherere cineri, in cilicio & sordibus volutari] Afflig. cod. legit: strato solo adherere, in cinere & cilicio, &c. verum prius magis accedit ad illud Tertull. sacco & cineri incubare, quod hic imitatur.

109. nullum hic iam velle vestitum] Etiam vocem: hic, recens adieci ex Ms.

110. metuenda possidentibus & veneno] Ita Cambron. cod. Grau. Manut. & Morel. ceteri: vèdenda, quod magis placet, ob id quod immediate sequitur: ad hoc tantum profuerit, &c. ubi paupertatem voluntariam primorum credentium denovo pro exemplo lapsis proponit imitandam.

111. Incunctanter & largiter fiat operatio] Quid operatio Cypriano, dicemus infra lib. de opere & elemosinis.

112. Cum conuersus ingenueris] Totidem verbis citatur hæc scriptura à D. Hieron. epistolis ad Sabiniannum diacon. & ad Rusticum. vnde supra epistolam 28.

113. fides instaurata] Cambron. cod. restaurata:



quæ non substituitur ab Erasmo titulum genuinum, pre-  
seruim quum & in cod. Gemblacensi reperitur il-  
le, & ipse in indice operum hunc titulum ediderit: ad-  
uersus Nouatianum schismaticum de Eccl. vnit.

Mat. 5.

Mat. 10.



**V**M moneat dominus & dicat: Vos estis sal terræ; cūque esse nos iubeat ad innocentiam simplices & tamen cum simplicitate prudentes: quid aliud fratres dilectissimi, quā prouidere nos conuenit, & sollicito corde vigilantes subdoli hostis insidias intelligere pariter & cauere, ne qui Christum sapientiam Dei patris induimur, minus sapere in tuenda salute videamur? Neque enim persecutio sola metuenda est, & ea quæ subruendis ac deiiciendis Dei seruis aperta impugnatione grassatur. Facilius cautio est, vbi manifestior formido est, & ad certamen animus ante præstruitur, quando se aduersarius profitetur. Plus metuendus est & cauendus inimicus, cum latenter obrepat; cum per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit, vnde & nomen serpentis accepit. Ea est eius semper astutia: ea est circūueniendi hominis cæca & latebrosa fallacia: sic ab initio statim mundi fefellit, & verbis mendacibus blandiens, rudes animas incauta credulitate decepit: sic dominum ipsum tentare conatus, quasi obreperet, rursus & falleret, latenter accessit; intellectus tamē est & retulus, & ideo prostratus, quia agnitus, atque detectus. vnde nobis exēplum datum est veteris hominis viā fugere, vestigiis Christi vincens insistere; ne denuo incauti in mortis laqueum reuoluamur, sed ad periculum prouidi accepta immortalitate potiamur. Immortalitate autem potiri quomodo possumus, nisi ea quibus mors expugnatur & vincitur, Christi mādāta seruemus: ipso monente & dicente: Si vis ad vitam venire, serua mādāta. Et iterum: Si feceritis quæ mando vobis, iam nō dicam vos seruos, sed amicos. Hos denique fortes dicit & stabiles; hos super petram robusta mole fundatos; hos cōtra omnes tempestates & turbines sæculi immobili & inconcussa firmitate solidatos. Qui audit, inquit, verba mea, & facit ea, similabo cum viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domū illam, & non cecidit: fundata enim fuit super petrā. Verbis igitur eius insistere, quæcunque & docuit & fecit, discere & facere

Mat. 19.

Ioh. 15.

Mat. 7.

debemus. Cæterum credere se in Christum quomodo dicit, qui nō facit quod Christus facere præcepit; aut vnde perueniet ad præmium fidei, qui fidem non vult seruare mādāta: Nuter necesse est & vagetur, & spiritu erroris arreptus, velut puluis quem ventus excutit, ventiletur; nec ambulatio proficiet ad salutem, qui salutaris viæ non tenet veritatem. Cauda sunt autem fratres dilectissimi nō solum quæ sunt aperta atque manifesta, sed & astutæ fraudis subtilitate fallentia. Quid verò astutius, quidve subtilius, quā vt Christi adiectu detectus ac prostratus inimicus (postquā lux gentibus venit, & sospitandis hominibus salutare lumen effulsit, vt surdi auditū gratiæ spiritualis admitterēt, aperirent ad Deum oculos suos cæci, infirmi æterna sanitate reualescerēt, claudi ad Ecclesiam currerent, muti claris vocibus & precibus oratēt) videns ille idola derelicta, & per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitauerit nouam fraudem, vt sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos? Hærefes inuenit & schismata, quibus subuerteret fidem, veritatem corrumpere, scinderet vnitatem. Quos detinere non potest in viæ veteris cæcitate, & circumscribit, & decipit noui itineris errore. Rapit de ipsa Ecclesia homines, & dum sibi appropinquasse iam lumini, atque euasisse sæculi noctem videntur, alias nescientibus tenebras rursus infundit, vt cum Euāgelio Christi, & cum obseruatione eius, & lege non stantes, Christianos se vocent; & ambulantes in tenebris, habere se lumen existiment; blandiente aduersario atque fallente, qui secundum Apostoli vocem, transfuratur se velut angelum lucis, & ministros subornat suos velut ministros iustitiæ; afferentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, antichristum sub vocabulo Christi, vt dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur. Hoc eo fit fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput queritur, nec magistri cœlestis doctrina seruatur. Quæ si quis consideret & examinet, tractatu longo atque argumentis opus non est. Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincunt eam;

Mat. 16.

Ioh. 21.

Ioh. 20.

Ioh. 6.

Eph. 4.

eam. Et tibi dabo clauas regni cœlorum, & quæcunque super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Et iterum eidem post Resurrectionem suam dicit: Pasce oues meas. Super illum vnum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oues suas. Et quanuis Apostolis omnibus post Resurrectionem suam parem potestatem tribuat & dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum sanctum. Si cui remiseritis peccata, remittentur illi; si cui tenueritis, tenebuntur: tamen vt vnitatem manifestaret, vnam cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant vtiq; & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitatem proficiscitur. Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia & cathedra vna monstraret. Et pastores sunt omnes, sed grex vnus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus vnanimi consensione pascatur. Quam vnam Ecclesiam etiam in Cantico Canticorum Spiritus sanctus ex persona domini designat & dicit: Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa generici suæ. Hanc Ecclesiæ vnitatem qui non tenet, tenere se fidem credit: qui Ecclesiæ renititur & resistit, qui cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit; in Ecclesia se esse confidit: quādo & beatus Apostolus Paulus hoc idem doceat, & sacramentum vnitatis ostendat, dicens: Vnum corpus & vnus spiritus, vna spes vocationis vestræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus: Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maximè Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, vt Episcopatum quoque ipsum vnum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida præuocatione corrumpat. Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia quoque vna est, quæ in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur: quo modo solis multi radij, sed lumē vnum: & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum: & cum de fonte vno riuus plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiarum largitate, vnitatis tamen seruat in ori-

gine. Auelle radium solis à corpore, diuisionem lucis vnitatis non capit: ab arbo-  
re frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte præcide riuum, præcisus arefcet. Sic & Ecclesia domini luce perfusa per orbem totum radios suos portigit, vnum tamen lumen est, quod vbiq; diffunditur, nec vnitatis corporis separatur: ramos suos in vniuersam terram copia vberatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit: vnum tamen caput est, & origo vna, & vna mater, fecunditatis succulibus copiosa. Illius feru nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica: vnam domum nouit, vnus cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Hæc nos Deo seruat, hæc filios regno quos generauit, assignat. Quisquis ab Ecclesia segregatus adulteræ iungitur, à promissis Ecclesiæ separatur. Nec perueniet ad Christi præmia, qui relinquit Ecclesiam Christi. Alienus est, profanus est, hostis est. Habere iam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Si potuit euadere quisquam qui extra arcam Noë fuit; & qui extra Ecclesiam foris fuerit, euadit. Monet Dominus & dicit: Qui non est mecum, aduersus me est: & qui non mecum colligit, spargit. Qui pacem Christi & concordiam rumpit, aduersus Christum facit. Qui alibi præter Ecclesiam colligit, Christi Ecclesiam spargit. Dicit dominus: Ego & pater vnum sumus. Et iterum de Patre & Filio & Spiritu sancto scriptum est: Et hi tres vnum sunt; & quisquam credit hanc vnitatem de diuina firmitate venientem, sacramentis cœlestibus coherentem, scindi in Ecclesia posse, & voluntatum collidentium diuortio separari? Hanc vnitatem qui non tenet, Dei legem non tenet, non tenet Patris & Filij fidem, vitam non tenet & salutem. Hoc vnitatis sacramentum, hoc vinculum concordie inseparabiliter coherentis ostenditur; quando in Euangelio tunica domini Iesu Christi non diuiditur omnino nec scinditur, sed fortientibus de veste Christi, quis ipsam potius indueret, integra vestis accipitur, & incorrupta atque indiuidua tunica possidetur. Loquitur ac dicit scriptura diuina: De tunica autem, quia de superiore parte non confutilis, sed per totum textilis fuerat, dixerunt ad inuicem: Non scinda-

Mat. 12.

Ioh. 10.

I. Ioh. 5.

Ioh. 19.



mus illam, sed fortiamur de ea cuius sit.  
 22 Vnitatem illa portabat de superiore parte venientem, id est, de caelo & à patre venientem; quæ ab accipiente ac possidente scindi omnino non poterat, sed totam semel & solidam firmitatem inseparabiliter obtinebat. Possidere non potest indumentum Christi, qui scindit & diuidit Ecclesiam Christi. Contra denique cum Salomone moriente, regnum eius & populus scinderetur, Achias propheta Ieroboam Regi obuius factus in campo, in duodecim scissuras vestimentum suum discidit, dicens: Sume tibi decem scissuras, quia hæc dicit Dominus: Ecce scindo regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem sceptræ, & duo sceptræ erunt ei propter seruum meum Dauid, & propter Hierusalem ciuitatem quam elegi, ut ponam nomen meum illic. Cum duodecim tribus Israël scinderentur, vestimentum suum propheta Achias discidit. At verò quia Christi populus non potest scindi, tunica eius per totum textilis & coherens diuisa à possidentibus non est: indiuidua, copulata, connexa, ostendit populi nostri, qui Christum induimus, concordiam coherentem; sacramento vestis & signo declarauit Ecclesie vnitatem. Quis ergo sic est sceleratus & perfidus, quis sic discordie furore vesanus, ut aut credat scindi posse, aut audeat scindere vnitatem Dei? vestem Domini? Ecclesiam Christi? Monet ipse in Euangelio suo, & docet dicens: 23 Et erit vnus grex, & vnus pastor. Et esse posse vno in loco aliquis existimat aut multos pastores, aut plures greges? Apostolus item Paulus hanc eandem nobis insinuans vnitatem, obsecrat & hortatur dicens: Obsecro, inquit, vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. 24 Sitis autem compositi in eodem sensu, 25 & in eadem sententia. Et iterum dicit: Sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruari vnitatem spiritus in coniunctione pacis. Stare tu & viuere putas posse de Ecclesia recedentem? sedes sibi alias & diuersa domicilia contendem? cum dictum sit ad Raab, in qua præformabatur Ecclesia: Patrem tuum & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, & erit, omnis qui exierit ostium domus tuæ foras, reus sibi e-

3. Reg. 11.

Ioan. 10.

1. Cor. 1.

Ephes. 4.

Iosue. 2.

rit: Item sacramentum Pasche nihil aliud in Exodi lege contineat, quam vt agnus, qui in figura Christi occiditur, in domo vna edatur. Loquitur Deus dicens: In domo vna comedetur, non eiicietis de domo carnem foras. Caro Christi & sanctum Domini eiici foras non potest, nec alia vlla credentibus præter vnam Ecclesiam domus est. Hanc domum, hoc vnanimitatis hospitium designat, & denunciat spiritus sanctus in Psalmis, dicens: Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo. In domo Dei, in Ecclesia Christi vnanimes habitant, concordēs & simplices perseuerant. Idcirco & in columba venit spiritus sanctus. 26 Simplex animal & lætum est, nõ felle amarum, non moribus sæuum, non vnguium laceratione violentum: hospitia humana diligere, vnius domus consortium nosse, 27 cū generant simul filios edere, cum commeanat volatibus inuicem coherere, communi cõuersatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem circa omnia vnanimitatis implere. 28 Hæc est in Ecclesia noscenda simplicitas, hæc charitas obtinenda; vt columbas dilectio fraternitatis imitetur, vt mansuetudo & lenitas agnis & ouibus 29 coæquetur. Quid facit in pectore Christiano luporum feritas? & canum rabies? & venenum letale serpentum? & cruenta sæuitia bestiarum? Gratulandum est, 30 cum tales de Ecclesia separantur; ne columbas, ne oues Christi sæua sua & venenata contagione prædentur. Cohærere & coniungi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum serenitate, pugna cum pace, cum fecunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tēpestas. Nemo existimet bonos de Ecclesia posse discedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit. Inanes palæ tēpestas iactantur, inualidæ arbores turbinis incurfione euertuntur. Hos execratur & percutit Ioannes Apostolus dicens: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, 31 mansissent vtique nobiscum. 32 Hinc hæreses & factæ sunt frequenter, & sunt, dum peruersa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet vnitatem. Fieri verò hæc Dominus permittit & patitur, 33 manente propriæ libertatis arbitrio; vt dum corda & mentes nostras veritatis discrimē examinat, probatorum

Exod. 12.

Psal. 67.

1. Ioan. 2.

torum fides integra, manifesta luce clarescat. Per Apostolum præmonet Spiritus sanctus & dicit: Oportet & hæreses esse, vt probati manifesti sint in vobis. Sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur: sic & ante iudicij diem hic quoque iam iustorum atque iniustorum animæ diuiduntur, & à frumento paleæ separantur. 34 Hi sunt qui se vltro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione præficiunt, qui se præpositos sine vlla ordinationis lege constituunt, qui nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumunt: quos designat in Psalmis Spiritus sanctus, sedentes in pestilentie cathedra pestes & lues fidei, serpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices, venena letalia linguis pestiferis euomentes: quorum sermo vt cancer serpit: quorum tactus pectoribus & cordibus singulorum mortale virus infundit. Contra eiusmodi clamat Dominus, ab his restrenat & reuocat errantem plebem suam dicens: Nolite audire sermones pseudoprophetarum: quoniam visiones cordis eorum frustrantur eos. Loquuntur, sed non ab ore Domini. Dicunt eis qui abiiciunt verbum Dei: Pax erit vobis; & omnibus ambulatibus in voluntatibus suis: omnis qui ambulat in errore cordis sui, non veniet super eum mala. non locutus sum ad eos, & ipsi prophetauerunt. 35 Si steterint in substantia mea, & audissent verba mea, & si docuissent populum meum, conuertissent eos, à malis cogitationibus eorum. Hos eisdem denuo Dominus designat & denotat dicens: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare. Quando aliud baptisma præter vnum esse non possit, 36 baptizare se posse opinantur. Vitæ fonte deserto, vitalis & salutatis aquæ gratiam pollicentur. Non abluuntur illis homines, sed potius sordidantur: nec purgantur delicta, 37 sed in imo cumulantur. Non Deo natiuitas illa, sed diabolo filios generat. Per mendacium nati, veritatis promissa non capiunt. De perfidia procreati, fidei gratiam perdunt. Ad pacis præmium venire non possunt, qui pacem Domini discordie furore rupertunt. Nec se quidam vana interpretatione decipiant, quod dixerit Dominus: Vbiunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. 38 Corruptores Euangelij atque interpre-

1. Cor. 11.

Psal. 1.

2. Tim. 2.

Iere. 23.

Iere. 2.

Ephes. 4.

Mat. 18.

tes falsi extrema ponunt, & superiora prætereunt, partis memores, & partem subdole comprimentes. Vt ipsi ab Ecclesia seissi sunt, ita capituli vnius sententiam scindunt. 39 Dominus enim cum discipulis suis vnanimitatem suaderet & pacem: Dico, inquit, vobis: quoniam si duobus ex vobis conuenerit in terra, de omni re, quamcunque petieritis, contingeret vobis à patre meo qui in caelis est. Vbiunque enim fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum: ostendens non multitudini, sed vnanimitati deprecantium plurimum tribui. Si duobus, inquit, ex vobis conuenerit in terra: vnanimitatem prius posuit, concordiam pacis ante præmisit, vt conueniat nobis, fideliter & firmiter docuit. Quo modo autem potest ei cum aliquo conuenire; cui cū corpore ipsius Ecclesie & cū vniuersa fraternitate nõ conuenit? Quomodo possunt duo aut tres in nomine Christi colligi, quos cõstat à Christo & ab eius euangelio separati? non enim nos ab illis, sed illi à nobis recesserunt. Et cū hæreses & schismata postmodum nata sint: 40 dū conuenticula sibi diuersa constituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt. Dominus autem de Ecclesia sua loquitur, & ad hos qui sunt in Ecclesia loquitur: vt si ipsi concordēs fuerint, si secundum quod mandauit & monuit, duo aut tres licet, collecti vnanimiter orauerint, duo aut tres licet sint, impetrare possunt de Dei maiestate quod postulant. Vbiunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego, inquit, cum eis sum; cum simplicibus scilicet, atque pacatis, cum Deum timentibus, & Dei præcepta seruantibus. Cum his, duobus vel tribus licet, esse se dixit. Quo modo & cum tribus pueris in camino ignis fuit; & quia in Deum simplices, atque inter se vnanimes permanebant; flammis ambientibus in medios spiritu roris animauit. Quo modo Apostolis duobus in custodia clausis, quia simplices, quia vnanimes erant, ipse adfuit, ipse resolutis carceris claustris, vt verbum quod fideliter prædicabant, multitudini traderet, ad forum rursus imposuit. Quando ergo in præceptis suis ponit & dicit: Vbi fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum: non, homines ab Ecclesia diuidit, qui instituit & fecit Ecclesiam; sed exprobrans discordiam perfidis, 41 & fidelibus pacem sua voce commendans, ostendit magis esse se

Dan. 3.

Act. 5.



cum duobus aut tribus vnanimiter orantibus, quam cum dissidentibus plurimis; plusque impetrari posse paucorum concordie prece, quam discordiosa oratione multorum. Ideo & cum orandi legem daret, *Mar. 11.* addidit dicens: Et cum steteritis ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in caelis est, remittat vobis peccata. Et ad sacrificium cum dissensione venientem reuocat ab altari, & iubet prius concordare cum fratre, tunc cum pace redeuntem Deo munus offerre, quia nec ad Cain munera respexit Deus: *Gen. 4.* neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quae sacrificia celebrare se credunt aemuli sacerdotum? an secum esse Christum cum collecti fuerint, opinantur; qui extra Christi Ecclesiam colliguntur? *Mat. 5.* Tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur, Inexpugnabilis & grauis culpa discordiae, nec passione purgatur. Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est: ad regnum peruenire non poterit, qui eam, quae regnatura est, derelinquit. Pacem nobis Christus dedit: concordans atque vnanimis esse praecipit: dilectionis & charitatis foedera incorrupta atque inuiolata seruari mandauit: exhibere se non potest martyrem, qui fraternam non tenuit charitatem. Docet hoc & *1. Cor. 13.* contestatur Paulus Apostolus dicens: Et si habuero fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperum distribuero omnia mea *44* & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil proficio. Caritas magnanima est, caritas benigna est, caritas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum. Omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: *45* caritas nunquam excidit. Nunquam, inquit, excidit caritas: haec enim semper in regno erit; haec in aeternum fraternitatis sibi cohaerentis vnitate durabit. ad regnum caelorum non potest peruenire discordia. *46* Ad praemia Christi qui dixit: Hoc est mandatum meum vt diligatis inuicem, quemadmodum dilexisti vos, pertinere non poterit, qui dilectionem Christi perfida dissensione violauit. Qui charitatem non habet, Deum

non habet. Ioannis beati Apostoli vox *1. Ioan. 4.* est: Deus, inquit, dilectio est, & qui manet in dilectione, in Deo manet, & Deus in illo manet. Cum Deo manere non possunt, quia esse in Ecclesia Dei vnanimis noluerunt; ardeant licet flammis & ignibus traditi, vel obiecti bestiis animas suas ponant; *47* non erit illa fidei corona sed poena perfidiae, nec religiosa virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest. Sic se Christianum esse proficitur, quomodo & Christum diabolus saepe mentitur, ipso Domino praemonente & dicente: Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos fallent. Sicut ille Christus non est, *48* quantum fallat in nomine illius: ita nec Christianus videtur potest, qui non permanet in Euangelij eius & fidei veritate. Nam & prophetate, & daemonia excludere, & virtutes magnas in terris facere, sublimis vtique & admirabilis res est; non tamen regnum caeleste consequitur, quisquis in his omnibus inuenitur, nisi recti & iusti itineris obseruatione gradiatur. Denunciat Dominus & dicit: Multi mihi dicent in illo die: *Mat. 7.* Domine Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus? & in tuo nomine daemonia exclusimus? & in nomine tuo virtutes magnas fecimus? Et tunc dicam illis: Nunquam vos cognoui, recedite a me qui operamini iniquitatem. Iustitia opus est, vt promereri quis possit Deum iudicem. Praeceptis eius & monitis obtemperandum est, vt accipiant merita nostra mercedem. Dominus in Euangelio cum spei & fidei nostrae viam compendio breuiante dirigeret: Dominus Deus tuus, inquit Deus, vnus est: & *Mat. 12.* Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua. Hoc est primum mandatum: & secundum simile huic: Diliges proximum tuum tanquam te. In his duobus preceptis tota lex pendet & propheta. Vnitatem simul & dilectionem magisterio suo docuit: prophetas omnes & legem praecipit duobus inclusit. Quam vero vnitatem seruat, quam dilectionem custodit aut cogitat; qui discordiae furore vastans Ecclesiam scindit, fidem destruit, pacem turbat, charitatem dissipat, sacramentum profanatur? *49* Malum hoc dilectissimi fratres iam pridem coeperat, sed nunc creuit eiusdem mali infesta

infesta clades, & exurgere ac pullulare plus coepit haereticae peruersitatis & schismaticum venenata perniciosa: quia & sic in *2. Tim. 3.* occasu mundi fieri oportebat, praenunciante per Apostolum nobis & praemonente Spiritu sancto: In nouissimis, inquit, diebus aderunt *50* tempora molesta, & erunt homines sibi placentes, superbi, tumidi, cupidus, blasphemus, *51* parentibus inobedientes, ingrati, impij, sine affectu, *52* sine foedere, delatores, incontinentes, immites, *53* bonum non amantes, proditores, procaces, stupore inflati, voluptates magis quam Deum diligentes, habentes *54* deformationem religionis, virtutem autem eius abnegantes. Ex iis sunt qui repunt in domos, & praedantur mulierculas oneratis peccatis, quae ducuntur variis desideriis; semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Et quomodo Iamnes & Mambres restiterunt Moysi: sic & hi resistunt veritati, homines corrupti sensu, reprobi circa fidem, *55* sed non proficiunt plurimum. Imperitia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Adimplentur quaecumque praedicta sunt; & appropinquante iam saeculi fine, hominum pariter ac temporum probatione venerunt. Magis ac magis aduersario saeuente error fallit, *56* extollit stupor, liuor incendit, cupiditas excacat, deprauat impietas, superbia inflat, discordia exasperat, ira praecipitat. Non tamen nos moueat aut turbet multorum nimia & abrupta perfidia, sed potius fidem nostram *57* praenunciante rei veritate corroboret. Vt quidam tales esse coeperunt, quia haec ante praedicta sunt: ita caeteri fratres ab eiusmodi caueant, quia & haec ante praedicta sunt; *Mar. 13.* instruente Domino & dicente: Vos autem caueate, ecce praedixi vobis omnia. Vitae, quae vos eiusmodi homines, & a latere atque auribus vestris perniciose colloquia velut contagium mortis arcete, sicut scriptum est: *Eccles. 28.* Sape aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Et iterum: Corruptunt ingenia bona *58* confabulationes pessimae. Docet Dominus & admonet a talibus recedendum. Caeci sunt, inquit, duces caecorum. Caecus autem caecum ducens, simul in foueam cadent. *59* Auersandus est talis atque fugiendus quisquis fuerit ab Ecclesia separatus. Peruersus est huiusmodi; & peccat, & est a semetipso damnatus. An esse sibi cum Christo videtur, qui ad-

uersus sacerdotes Christi facit? qui se a clero eius & plebis societate secerit? Arma ille contra Ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat: hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis; pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus, contemptus episcopis & Dei sacerdotibus derelictis constituere audeat aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere, dominicae hostiae veritatem per falsa sacrificia profanare; *60* nec dignatur scire, quoniam qui contra ordinationem Dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina animaduersione punitur. Sic Chore & *Num. 16.* Dathan & Abiron, qui sibi contra Moysen & Aaron sacerdotem sacrificandi licentiam vindicare conati sunt, *61* poenas statim pro suis conatibus pependerit. Terra compagibus ruptis in profundum sinum patuit, stantes atque viuentes recedentis soli hiatus absorbit. Nec tantum eos qui auctores fuerant, Dei indignantis ira percussit: sed & caeteros ducentos quinquaginta participes eiusdem furoris & comites, qui coagulati cum iisdem simul ad audaciam fuerant, exiens a Domino; ignis, properata ultione consumpsit; admonens scilicet & ostendens contra Deum fieri, quidquid improbi fuerint ad destruendam ordinationem Dei humana voluntate conati. Sic & Ozias Rex, cum turibulum *2. Para. 26.* ferens, & contra legem Dei sacrificium sibi *4. Reg. 5.* violenter assumens, resistente sibi Azaria sacerdote, obtemperare nollet & credere; diuina indignatione confusus, & lepra varietate in fronte maculatus est; ea parte corporis notatus offensus Domino, *62* vbi signantur qui Dominum promerentur. Et filij Aaron qui imposuerunt altari *Leuit. 10.* ignem alienum, quem non praecerat Dominus; in conspectu statim Domini vindicantis extincti sunt. Quos imitantur scilicet atque sectantur, qui Dei traditione contempta alienas doctrinas appetunt, & magisteria humanae institutionis inducunt; quos increpat Dominus & obiurgat in Euangelio suo dicens: Reiciitis *Mar. 7.* mandatum Dei, vt traditionem vestram statuat: peius hoc crimen est, quam quod admisisse lapsi videntur; qui tamen in poenitentia criminis constituti, Deum plenis satisfactionibus deprecantur. Hic ecclesia quaeritur & rogatur: illic Ecclesiae re-



pugnatur. Hic potest necessitas fuisse: illic voluntas tenetur in scelere. Hic qui lapsus est, sibi tantum nocuit: illic qui hæresim vel schisma facere conatus est, multos secum trahendo decepit. Hic animæ vnus est damnium: illic periculum plurimorum. Certe peccasse se hic & intelligit, & lamentatur & plangit: ille tumens in peccato suo, & in ipsis sibi delictis placent, à matre filios segregat, oues à pastore sollicitat, Dei sacramenta disturbat. Et cum lapsus semel peccauerit, ille quotidie peccat. Postremo lapsus, martyrium postmodum consecutus potest regni promissa percipere: ille si extra Ecclesiam fuerit occisus, ad Ecclesiæ non potest præmia peruenire.<sup>63</sup> Nec quisquam miretur, dilectissimi fratres, etiam de confessoribus quosdam ad ista procedere, inde quoque aliquos<sup>64</sup> tam nefanda quàm grauiâ peccare. Neque enim confessio immunem facit ab insidiis diaboli, aut contra tentationes, & pericula, & incursum atque impetus sæculares adhuc in sæculo positum perpetua securitate defendit: <sup>65</sup> cæterum nunquam in confessoribus fraudes, & stupra, & adulteria postmodum videremus, quæ nunc in quibusdam videntes ingemiscimus & dolemus. Quisquis ille confessor est, Salomone maior, aut melior, aut Deo charior non est. Qui tamen quandiu in viis Domini ambulauit: tandiu gratiam, quam de Domino fuerat consecutus obtinuit: postquam dereliquit Domini viam, perdidit & gratiam Domini, sicut scriptum est: Et excitauit Dominus Satanâ ipsi Salomoni.<sup>66</sup> Et ideo scriptum est: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quod vtique Dominus non minaretur, aufertur posse coronam iustitiæ; nisi quia recedente iustitia, recedat necessesse est & corona. Confessio exordium gloriæ est, non meritum iam coronæ; nec perficit laudem, sed initiat dignitatem. cumque scriptum sit: Qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit: quidquid ante finem fuerit, gradus est quo ad fastigium salutis ascenditur, non terminus quo iam culminis summa teneatur. Confessor est, sed post confessionem periculum maius est: quia plus aduersarius prouocatus est. Confessor est; hoc magis stare debet cum Domini Euangelio, per Euangelium gloriam consecutus à Domino.<sup>67</sup> Ait enim

3. Reg. 11.  
Apo. 3.

Mat. 10.

Dominus: Cui multum datur, multum quæretur ab eo, & cui plus dignitatis ascribitur, plus de illo exigitur seruitutis. Nemo per confessoris exemplum pereat: nemo iniustitiam, nemo insolentiam, nemo perfidiam de confessoris motibus discat. Confessor est, sit humilis & quietus, sit in actu suo cum disciplina modestus; vt qui Christi confessor dicitur, Christum quem confitetur imitetur. Nam cum dicat ille: Qui se extollit, humiliabitur; & qui humiliat se, exaltabitur; & ipse à patre exaltatus sit, quia se in terris sermo, & virtus, & sapientia Dei patris humiliavit: quo modo potest extollentiam diligere, qui & nobis humilitatem sua lege mandauit, & ipse à patre amplissimum nomen præmio humilitatis accepit? Confessor est Christi; sed si non postea blasphemetur per ipsum maieestas & dignitas Christi. Lingua Christum confessâ non sit maledica, non turbulenta, non conuiciis & litibus perstrepsens audiatur; non contra fratres & Dei sacerdotes, post verba laudis serpentis venena iaculetur. Cæterum si culpabilis & detestabilis postmodum fuerit<sup>68</sup> si confessionem suam mala conuersatione prodegerit, si vitam suam turpi fœditate maculauerit; si Ecclesiam denique, vbi confessor factus est, derelinquens, & vnitatis concordiam scindens fidem primam perfidia posteriore mutauerit, blandiri sibi per confessionem non potest, quasi sit electus ad gloriæ præmium; quando ex hoc ipso magis creuerint merita pœnarum. Nam & Iudas inter Apostolos Dominus elegit, & tamen Dominum Iudas postmodum prodidit. Non tamen iccirco Apostolorum fides & firmitas cecidit, quia proditor Iudas ab eorum societate defecit: sic & hic non statim confessorum sanctitas & dignitas comminuta est, quia quorundam fides fracta est. Beatus Apostolus in Epistola sua loquitur dicens: Quid enim si exciderunt à fide quidam illorum, nunquid infidelitas illorum fidem Dei euacuauit? absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Stat confessorum pars maior & melior in fidei suæ robore, & in legis ac disciplinæ Dominicæ veritate. Nec ab Ecclesiæ pace discedunt, qui se in Ecclesia gratiam cōsecutos de Dei dignatione meminerunt: atqui hoc ipso ampliore cōsequuntur fidei suæ laudem, quod ab eorum perfidia segregati, qui iuncti con-

Luc. 18.

Luc. 18.

2. Thess. 3.

Ephes. 5.

2. Gal. 33.

2. Tim. 14.

ti confessionis consortio fuerunt, à contagio criminis recesserunt; <sup>69</sup> verò illuminati Euangelij lumine, pura & candida Domini luce radiati, tam sunt in conseruanda Christi pace laudabiles, quàm fuerunt in cæca & obstinata demencia permanentes, non potuerit ad salutis viam consilium salubre reuocare: cæteri tamen vel simplicitate capti, vel errore inducti, vel aliqua fallentis astutiæ calliditate decepti, à fallaciæ vos laqueis soluite, vagantes gressus ab erroribus liberate, iter rectum viæ celestis agnoscite. Contestantis Apostoli vox est: Præcipimus vobis, inquit, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate, <sup>70</sup> & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Et iterum dicit: Nemo vos decipiat inanibus verbis. Propterea enim venit ira Dei super filios contumaciæ. Nolite ergo esse participes eorum. <sup>71</sup> Recedendum est à delinquentibus, vel immo fugiendum, ne dum quis male ambulantis iungitur, & per itinera erroris & criminis graditur, à via veri itineris exerrans, pari crimine & ipse teneatur. Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia eius, & fides vna, & plebs in solidam corporis vnitatem concordia glutino copulata. Scindi vnitas non potest, nec corpus vnum <sup>72</sup> discidio compaginis separari, diuulsis laceratione visceribus in frustra discerpi. Quidquid à matrice discesserit, seorsum viuere & spirare non poterit, substantiam salutis amittit. Monet nos Spiritus sanctus & dicit: Quis est homo, qui vult vitam, & amat videre dies optimos? Contine linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur insidiosè. Declina à malo & fac bonum, quære pacem & sequere eam. Pacem quarere debet & sequi filius pacis; à dissensionis malo cōtinere linguam suam debet, qui nouit & diligit vinculum charitatis. Inter sua diuina mandata & magisteria salutaria, passioni iam proximus Dominus addidit dicens: Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis. Hanc no-

bis hæreditatem Christus dedit: dona omnia suæ pollicitationis & præmia in pacis conseruatione promisit. Si hæredes Christi sumus, in Christi pace maneamus. Si filij Dei sumus, pacifici esse debemus: <sup>Mat. 5.</sup> Beati, inquit, pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. Pacificos esse oportet Dei filios, corde mites, sermone simplices, affectione concordēs, fideliter sibi vnanimittatis nexibus coherentes. Hæc vnanimittas sub Apostolis olim fuit; sic nouus credentium populus Domini mandata custodiens charitatem suam tenuit. <sup>73</sup> Probat scriptura diuina quæ dicit: Turba autem eorum qui crediderant, <sup>74</sup> anima & mente vna agebant. Et iterum: Et erant perseuerantes omnes vnanimittes in oratione cum mulieribus, & Maria <sup>75</sup> quæ fuit Mater Iesu, & fratribus eius. Et ideo efficacibus precibus orabant, ideo impetrare cum fiducia poterant quodcumque de Domini misericordia postulabant. In nobis verò sic vnanimittas diminuta est, <sup>76</sup> vt & largitas operationis infracta est. Domos tuas & fundos venundabant, & thesauros sibi in cælo reponentes, distribuenda in vsu indigentium pretia Apostolis offerebant. At nunc de patrimonio nec decimas damus, & cum vendere iubet Dominus, emimus potius & augemus. Sic in nobis emarcuit vigor fidei, sic credentium robur elanguit; & iccirco Dominus tempora nostra respiciens, in Euangelio suo dicit: Filius hominis cum venerit, putas inueniet fidem in terra? Videmus fieri quod ille prædixit. In Dei timore, in lege iustitiæ, in dilectione, in opere fides nulla est. Nemo futurorum metum cogitat, diem Domini, & iram Dei: & incredulis ventura supplicia, & statuta perfidis æterna tormenta nemo considerat. Quod metueret conscientia nostra, si crederet; quia non credit omnino, nec metuit: si autem crederet, & caueret: si caueret, euaderet. Excitemus nos quantum possumus, dilectissimi fratres, & somno inertia veteris abrupto ad obseruanda & gerenda Domini præcepta vigilemus. Simus tales, quales esse nos ipse præcepit dicens: Sint lumbi vestri accincti, <sup>77</sup> & lucernæ ardentes: & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando veniat à nuptiis, vt cum venerit & pulsauerit, aperiant ei. Beati serui illi, quos adueniens Dominus inuenit vigilantes.

Mat. 5.

Act. 4.

Act. 1.

Luc. 18.

Luc. 12.







excidit] *Cambron. cod. & Manut. utrobique* : excider, sed prius magis placet, eo quod ita legatur apud Apostolum Græcè & Latine.

46. Ad præmia Christi &c. pertinere non poterit, qui] *Cambr. cod. hæc lectio clara est, quam in cæteris intricatam faciebat superflua repetitio illius* : ad præmia Christi, facit autem locus hic pro meritis operum.

47. non erit illa fidei corona, sed pœna perfidia] *Hæc verba sepius mururatus est D. August. locis dicta epistola citati.*

48. quavis fallat in nomine illius] *Procem* : illius, non habent Ms.

49. Malum hoc dilectissimi fratres] *Ita ex Cambr. cod. & Grauij hunc locum restitutum, pro eo quod erat: fidelissimi, vox Cypriano incognita. Ex utroque vero Ms. restitutum: exurgere, pro eo quod erat: surgere.*

50. tempora inolesta] *Græcè: ὑψηλοὶ χαλεποί.*

51. parentibus inobedientes] *Ms. non obaudientes, phrasi Cypriani, quorum Cambro. addit cū Grauij: in dicto.*

52. sine fœdere] *Cambron. cod. sine misericordia, vetus excusus: sine fide, quomodo & Ambros. in comment. sed prius proprie significat vox Græca ἀσπουδοί; neque verò cum Grauij legendum utrumque, cum unica sit Græca vox correspondens. Eiusdem farinae est quod adicit ille: ambitiosi.*

53. bonum non amantes] *Græcè est ἀφιλάστοι, quod interpret noster vertit: sine benignitate, Græca scholia: uo amici bonis, Ambro: bonotū inimici.*

54. deformatiohem religionis] *Græcè est: μὲν φασιν, id est, formationem.*

55. sed non proficient plurimum] *Ita Cambron. cod. Manut. & Costerius, & videtur ad verbum expressisse quod Græcè est: ἡ πρόξιον ἐπιπλέον, quare nō placet quod alij interserunt: vltra, alterum enim superfluum esse oportet. Neque verò displicet Grauij lectio, qui præmittit quod Græcè & Latine legitur apud Apostolum: homines corrupti sensu, reprobi circa fidem: verum desideratur in Ms. & excu. omnibus; excepto Coloniensi, utque adeo omitti æque potuit à Cypriano, atque quod paulo prius D. Paulus interserit: Et hos deuota.*

56. extollit stupor] *Hinc confirmatur significatio vocis: stupor, de qua supra epistola 40.*

57. prænnunciate rei veritate] *Sic quidem Grauius & Manut. sed cum Morel. & cæteris excus. legunt Ms. prænnunciante, Ego verò hanc potiore iudico, nisi legatur: veritas.*

58. confabulationes pessimæ] *Sic citat hunc locū & Tertull. sub finem libr. i. ad uxorem.*

59. Auerlandus est talis] *Rursum veluti digito notat Nouatianum.*

60. nec dignatur scire] *Ad vitandum Hyperbaton interseruit Manut. recte vocem: dignatur; non reperitur tamen in Ms. nostris.*

61. pœnas pependere] *sive sic legas, sive: penderunt, quomodo supra epistola ad Magnum, perinde est. Afflig. cod. & Cambronensis ad marginem: receperunt.*

62. vbi signantur qui dominum promerentur] *De hoc signo Crucis in frontibus vide epistolam ad Thibaritanos.*

63. Nec quisquam miretur] *Agit de Confessoribus Romanis maximo & cæteris, de quorum schismate exstant epistola XLIII. & XLIII. & de reditu ad unitatem XLVI. XLVII. L. & LI. atque adeo patet librum hunc scriptum fuisse ante illorum reditum ex schismate, initio nempe Pontificatus Cornelij.*

64. tam nefanda quam grauija] *Quum sic legant Ms. & vetus excusus, magis placet, quæ quod habet Manut. tam grauija.*

65. cæterum nunquam] *Noue usurpat: cæterum, De confessorum verò fraudibus stupris & adulteriis, egit etiam epistolis VII. & VIII.*

66. Et ideo scriptum est: Tene, &c.] *Non placet quod loco huius habet Manutius: Et ideo in Apocalypsi Dominus ad Ioānem grauius comminatur: Tene, Neque enim ad Ioānem loquitur, sed ad Angelum sive Episcopum Philadelphensem. Pulchre autem ducit illud Poëta: Ante obitum felix nemo.*

67. Ait enim Dominus] *Hoc ex Ms. recens adieci- mus.*

68. si confessionē suā mala cōuersione prodegerit] *Elegantior est hæc lectio Ms. & Grauij, quæ cæterorū exc. pro diderit, Ex iisdē paulo post adieci- mus: sit.*

69. verò illuminati Euangelij lumine] *Afflig. cod. verum, sed non satis loco congruit.*

70. & non secūdum traditionem quam acceperunt] *Cambron. cod. accepisti, sed prius legitur apud Apostolum Græcè & Latine.*

71. Recedēdū est à delinquentibus] *Hinc patet, vti- tiosè legi hæcenus epistola XL. Recedite ab eis, tanquam verba D. Pauli, sed hoc pacto legendum potius.*

72. discidio compaginis] *Ex Ms. hoc substitutum pro eo quod erat: diffidio, vide alicubi Tom. i.*

73. Probat scriptura diuina] *Adieci- mus: diuina, ex Ms.*

74. anima ac mente vna agebant] *Cambron. cod. ad marginem: animam vnam ac mentem habebāt, sed prius legitur infra lib. Testim. 3. cap. 3.*

75. quæ fuit mater Iesu] *Sic Ms. & hic de Oratione dominica, pro eo quod cæteri fuerat.*

76. vt & largitas] *Ex iisdē: Et, adieci. Rursum autem operationem suo more accipit.*

77. & lucernæ ardētes] *Adieci Grauius: in manibus vestris, sed neque Ms. hic neque alibi Cyprianus id habet.*

DE ORATIONE DOMINICA.

ARGVMENTVM LIBRI SEQUENTIS.

Commédatione diuinorum preceptorum exordio sumpto, nullam Deo gratiorem orationem offerri posse docet, quam cuius formam præscripsit ipse Christus Dei filius. Deinde vbi qualiter orandum sit paucis explicuit, & docuit Orationem Dominicam tum publicam esse non priuatam, tum totius cœlestis doctrinæ compendium quoddam; in singulas eius petitiones (imitatus librum Ter- tulliani

tulliani de Oratione) elegantissimè commentatur per aliquot paginas. Post hæc ad vigilantiam in precibus monet. Ideo enim (inquit) sacerdos a nre orationem Præfatione præmissa, parat fratrum mentes, dicendo: Sursum corda: vt dum respōdet aliud se quàm Dominum cogitare debere. Postremo, ne infructuosa sit oratio, eleemosynas vt coniugāt, vtque non horis dumtaxat ab ecclesia statutis, sed semper orent, semper Deo gratias agant, hortatur. Porro librum hunc præ cæteris extollunt D. Hilarius in Mathæum, D. Aug. non vno in loco, & Casiodorus noster Institutionum diuinarum 19. cap. Meminit etiam Pontius in Vita Cypriani.

VANGELICA præcepta, fratres dilectissimi, nihil sunt aliud quàm magisteria diuina, fundamenta ædificandæ ipci, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præsidia obtinendæ salutis: quæ dum dociles credentium mentes in terris instruunt, ad cœlestia regna perducunt. Multa & per prophetas seruos suos dici Deus voluit & audiri: sed quanto maiora sunt quæ filius loquitur, quæ Dei sermo, qui in prophetis fuit propria voce testatur: non iam mandans vt paretur venienti via, sed ipse veniens, & viam nobis apertens & ostendens; vt qui in tenebris mortis errantes improvidi & cæci prius fuimus, luce gratiæ luminati, iter vitæ duce & rectore domino teneremus. Qui inter cætera salutaria sua monita & præcepta diuina, quibus populo suo consuluit ad salutem, etiam orandi ipse formam dedit; ipse quid precaremur, monuit & instruxit. Qui fecit viuere, docuit & orare, benignitate ea, scilicet, quæ & cætera dare & conferre dignatus est; vt dum prece & oratione, quam filius docuit, apud patrem loquimur, facilius audiamur, iam prædixerat horam venire: quando veri adoratores adorarent patrem in spiritu & veritate, & impleuit quod ante promisit; vt qui spiritum, & veritatem de eius sanctificatione perceperimus, de traditione quoque eius verè & spiritaliter adoremus. Quæ enim potest esse magis spiritalis oratio, quàm quæ verè à Christo nobis data est, à quo nobis & Spiritus sanctus missus est? Quæ vera magis apud patrem precatio, quam quæ à filio qui est veritas, de eius ore prolata est? vt aliter orare quam docuit, non

ignorantia sola sit, sed & culpa; quando ipse posuerit & dixerit: Reiciatis mandatum Dei, vt traditionem vestram statuat. Oremus itaque, fratres dilectissimi, sicut magister Deus docuit. Amica & familiaris oratio est deum de suo rogare; ad aures eius ascendere Christi orationem. Agnoscat pater filij sui verba, cum precem facimus, qui habitat intus in pectore, ipse sit & in voce. Et cum ipsum habeamus apud patrem aduocatum pro peccatis nostris; quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri verba promamur. Nam cum dicat, quia quodcūque petierimus à patre in nomine eius, dabit nobis: quāto efficacius impetramus quod petimus in Christi nomine, si petamus ipsius oratione? Sit autem orantibus sermo & precatio cum disciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare: placendum est diuini oculis & habitu corporis, & modo vocis: Nam vt impudentis est clamoribus strepere, ita contra congruit verecundo modestis precibus orare. Denique magisterio suo dominus secreto orare nos præcepit, in abditis & semotis locis, in cubiculis ipsis, quod magis conuenit fidei; vt sciamus deum vbiq; esse presentem, audire omnes & videre, & maiestatis suæ plenitudine in abdita quoq; & occulta penetrare, sicut scriptum est: Ego deus appropinquans, & non deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non videbo eum? Nonne cœlum & terram ego impleo? Et iterum: In omni loco oculi dei speculantur bonos & malos. Et quando in vnū cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum dei sacerdotē celebramus, verecūdiæ & disciplinæ memores esse debemus: Non passim ventilare preces nostras incōditis vocibus; nec petitionem commendandam modeste deo, tumultuosa loquacitate iactare. Quia deus non vocis, sed cordis auditor est. Nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes hominum videt, probante domino dicente: Quid cogitatis nequam in cordibus vestris? & alio loco: & scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutator renis & cordis. Quod Anna in primo Regnorum libro ecclesiæ typum portans, custodit & seruat; quæ dominum non clamosa petitione, sed tacite & modeste intra ipsas petitoris latebras præcabatur. Loquebatur



prece occulta, sed manifesta fide: loquebatur non voce, sed corde: quia sic deum sciebat audire; & impetrauit efficaciter quod petiit, quia fideliter postulauit. Declarat scriptura diuina quæ dicit: Loquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & vox eius non audiebatur, & exaudiuit eam deus. Item legimus in Psalmis: Dicite in cordibus, & in stratis vestris, & transpungimini. Per Hieremiam quoque hæc eadem Spiritus sanctus suggerit & docet dicens: In sensu autem tibi debet adorari deus. Adorans autem fratres dilectissimi, nec illud ignoret, quemadmodum in templo cum pharisæo Publicanus orauerit; non alleuatis in cælum impudenter oculis, nec manibus insolenter erectis, sed pectus suum pullans, & peccata intus inclusa contestans, diuinæ misericordiæ implorabat auxilium. Et cum sibi Pharisæus placeret, sanctificari Publicanus hic magis meruit qui sic rogauit; qui spem salutis non in fiducia innocentiae suæ posuit, cum innocens nemo sit, sed peccata confessus humiliter orauit, & exaudiuit orantem qui semper humilibus ignoscit. Quæ dominus in Euangelio suo ponit & dicit: Homines duo ascenderunt in templum adorare, vnus Pharisæus, & vnus Publicanus. Pharisæus cum stetit talia apud se precabatur: Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines, iniusti raptores, adulteri, quomodo & publicanus iste: ieiuno bis in sabbato, decimas de omnibus quæcunque possideo. Publicanus autem de longinquo stabat, & neque oculos volebat ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis, quam ille Pharisæus. Quia omnis qui se extollit, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Quæ nos, fratres dilectissimi, de diuina lectione discētes, postquam cognouimus qualiter ad orationem accedere debeamus; cognoscamus, docente domino & quid oremus. Sic, inquit, orate: *Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne nos patiaris induci in tentationem: sed libera nos à malo, Amen.* Ante omnia pacis doctor

1. Reg. 1.

Psal. 4.

Hier. epist.

Luc. 18.

Matth. 6.

atque vnitatis magister singillatim noluit & priuatim precem fieri, vt quis cum precatur, pro se tantum precetur. Non enim dicimus pater meus, qui es in cælis; nec, panem meum da mihi hodie; nec dimitti sibi tantum vnusquisque debitum postulat; aut vt in tentationem non inducatur, atque à malo liberetur, pro se solo rogat. Publica est nobis & communis oratio: & quando oramus, non pro vno, sed pro toto populo oramus; quia totus populus vnum sumus. Deus pacis & concordiae magister qui docuit vnitatem, sic orare vnum pro omnibus voluit, quo modo in vno omnēs ipse portauit. Hanc orationis legem seruauerunt tres pueri in camino ignis inclusi; consonantes in prece, & spiritus consensione concordēs. Quod declarat scripturæ diuinæ fides; & dum docet quomodo orauerint tales, dat exemplum quod imitari in precibus debeamus, vt tales esse possimus. Tunc illi tres, inquit, quasi ex vno ore hymnum canebant, & benedicebant Dominum. Loquebantur quasi ex vno ore, & nondum illos Christus in carne visus docuerat orare, & iccirco orantibus fuit impetrabilis & efficax sermo, quia promerebatur dominum pacifica, & simplex, & spiritalis oratio. Sic & apostolos cum discipulis post ascensum domini inuenimus orasse. Erant, inquit, perseverantes omnes vnanimēs in oratione cum mulieribus & Maria, quæ fuit mater Iesu, & fratribus eius. Perseuerabant in oratione vnanimēs, orationis suæ & instantiam simul & concordiam declarantes. Quia deus, qui inhabitare facit vnanimēs in domo, non admittit in diuinam & æternam domum, nisi eos apud quos est vnanimis oratio. Qualia autem sunt, fratres dilectissimi, orationis dominicæ sacramenta, quàm multa, quàm magna, breuiter in sermone collecta, sed in virtute spiritaliter copiosa? vt nihil omnino prætermisum sit, quod non in precibus atque orationibus nostris cælestis doctrinæ compendio comprehendatur. Sic, ait, orate: *Pater noster qui es in cælis.* Homo nouus, renatus, & Deo suo per eius gratiam restitutus: Pater, primo in loco dicit; quia filius esse iam cepit. In sua, inquit, propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem eum receperunt, dedit illis potestatem, vt filij Dei fierent: his qui credunt in nomine eius. Qui ergo credit

Dan. 3.

Matth. 1.

Psal. 67.

Ioan. 1.

dedit in nomine eius, & factus est Dei filius; hinc debet incipere, vt & gratias agat, & profiteatur se Dei filium, dum nominat patrem sibi esse in cælis Deum; contestetur quoque inter primam statim natiuitatis suæ verba renunciaffe se terreno & carnali patri, & patrem solum nosse se, & habere cepisse, qui sit in cælis, sicut scriptum est: Qui dicunt patri & matri, non noui te, & filios suos non agnouerunt, hi custodierunt præcepta tua, & testamentum tuum seruauerunt. Item dominus in euangelio suo præcepit, ne vocemus nobis patrem in terra, quod sit scilicet nobis vnus pater qui est in cælis. Et discipulo qui mentionem defuncti patris fecerat, respondit: Sine, mortui mortuos suos sepeliant; dixerat enim patrem suum mortuum, cum sit credentium pater viuus. Nec hoc solum, fratres dilectissimi, animaduertere & intelligere debemus, quod appellemus patrem qui sit in cælis: sed coniungimus & dicimus: Pater noster, id est, eorum qui credunt; eorum qui per eum sanctificati, & gratiæ spiritalis natiuitate reparati, filij dei esse ceperunt. Quæ vox Iudæos etiam perstringit & percutit, qui Christum sibi per prophetas annunciatum, & ad se prius missum, non tantum infideliter spreuerunt, sed & crudeliter necauerunt. Qui iam non possunt patrem Deum vocare, cum Dominus eos confundat & redarguat dicens: Vos de diabolo patre nati estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis. Ille enim homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in illo. Et per Esaiam prophetam Deus clamat indignans: Filios generavi & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus me non intellexit. Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, Semen nequam, filii scelesti. Dereliquistis Dominum, & in indignationem misistis illum sanctum Israel. In quorum exprobrationem, Christiani quando oramus, pater noster, dicimus; quia noster esse cepit, & Iudæorum qui eum reliquerunt, esse desit: nec peccator populus potest esse filius; sed quibus remissa peccatorum datur, eis filiorum nomen adscribitur, eis & æternitas, repromittitur, Domino ipso dicente: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem

Deut. 33.

Matth. 23.

Ibid. 8.

Ioan. 3.

Esai. 1.

Ioan. 8.

rem non manet in domo in æternum; filius autem manet in æternum. Quanta autem Domini indulgentia, quanta circa nos dignationis eius & bonitatis vbertas; qui sic nos voluerit orationem celebrare in conspectu Dei, vt Deum patrem vocemus, & vt est Christus Dei filius, sic & nos dei filios nuncupemus? Quod nomen nemo nostrum in oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare. Meminisse itaque fratres dilectissimi, & scire debemus, quia quando patrem deum dicimus, quasi filij dei agere debemus, vt quo modo nos nobis placemus de deo patre, sic sibi placeat & ille de nobis. Conuersemur quasi dei templa, vt deum in nobis constet habitare. Nec sit degener actus noster à spiritu, vt qui cælestes & spirituales esse cepimus, non nisi spiritalia & cælestia cogitemus & agamus, quia & ipse dominus deus dixit: Eos qui clarificant me, clarificabo: & qui me spernit, spernetur. Beatus quoque Apostolus in epistola sua posuit: Non estis vestri, empti enim estis pretio magno: clarificate & portate deum in corpore vestro. Post hoc dicimus: *sanctificetur nomen tuum*, non quod optemus deo vt sanctificetur orationibus nostris; sed quod petamus ab eo, vt nomen eius sanctificetur in nobis. Cæterum à quo deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit: Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, id petimus & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cepimus, perseveremus, & hoc quotidie deprecamur, opus est enim nobis quotidiana sanctificatione, vt qui quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus. Quæ autem sit sanctificatio quæ nobis de dei dignatione confertur, Apostolus prædicat dicens: Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum appetitores, neque fures, neque fraudatores, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores regnū dei consequentur. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Sanctificatos nos dicit in nomine domini Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Sanctificatio vt in nobis permaneat oramus: & quia dominus & iudex noster sanato à se & iustificato comminatur iam non delin-

1. Reg. 27.

1. Cor. 6.

Leuit. 20.

1. Cor. 6.



quere, ne quid ei deterius fiat, hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus ac noctibus postulamus, vt sanctificatio & viuificatio quæ de dei gratia sumitur, ipsius protectione seruetur. Sequitur in oratione: *Adueniat regnum tuum.* Regnum etiam dei repræsentari nobis petimus; sicuti & nomen eius, vt in nobis sanctificetur postulamus. Nam deus quando non regnat? aut apud eum quando incipit, quod & semper fuit, & esse non desinit? Nostri regnum petimus aduenire à deo nobis repromissum, Christi sanguine & passione quæsitum; vt qui in sæculo ante seruiuimus, postmodum Christo dominante regnemus, sicut ipse pollicetur & dicit: venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mundi. Potest vero, fratres dilectissimi, & ipse Christus esse regnum dei, quem venire quotidie cupimus, cuius aduentus<sup>34</sup> vt cito nobis repræsentetur, optamus. Nam cum resurrectio ipse nostra sit, quia in ipso resurgimus: sic & regnum dei potest ipse intelligi, quia in illo regnaturi sumus. Bene autem regnum dei petimus, id est, regnum cæleste, quia est & terrestre regnum. Sed qui renunciauit iam sæculo, maior est & honoribus eius, & regno, & ideo qui se deo & Christo dedicat, non terrena, sed cælestia regna desiderat. Continua autem oratione & prece opus est, ne excidamus à regno cælesti, sicut Iudæi, quibus hoc prius promissum fuerat, exciderunt; <sup>35</sup> domino manifestante & probante: Multi, inquit, venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum. Filij autem regni expellentur in tenebras exteriores: illic erit ploratio & stridor dentium. Ostendit quia ante filij regni Iudæi erant, quando & filij dei esse perseuerabant: Postquam cessauit circa illos nomen paternum cessauit & regnum. Et ideo Christiani, qui in oratione appellare patrem deum cœpiamus, nos & vt regnum Dei nobis veniat oramus. Addimus quoque & dicimus: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra:* non vt deus faciat quod vult, sed vt nos facere possimus, quod deus vult. Nam Deo quis obstitit, quo minus quod velit faciat? Sed quia nobis à diabolo obstititur, quo minus per omnia noster animus atque actus deo obsequatur; oramus & petimus vt

Math. 25.

Math. 8.

fiat in nobis voluntas dei; quæ vt fiat in nobis; opus est dei voluntate, id est, ope eius & protectione, quia nemo suis viribus fortis est, sed dei indulgentia & misericordia tutus est. Denique & deus infirmitatem hominis, quem portabat ostendens ait: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Et exemplum discipulis suis tribuens, vt non voluntatem suam, sed dei faciant, addidit, dicens: Veruntamen non quod ego volo,<sup>36</sup> sed quod tu. Et alio loco dicit: Non descendi de cælo vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me: Quod si filius obaudiuit vt faceret patris voluntatem: quanto magis seruus obaudire debet vt faciat domini voluntatem, sicut in epistola sua Ioannes quoque ad faciendam dei voluntatem horratur & instruit dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo. Quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi, quæ non est à patre, sed ex concupiscentia mundi, & mundus transibit & concupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem dei, manet in æternum, quo modo & Deus manet in æternum. Qui in æternum manere volumus; dei qui æternus est, voluntatem facere debemus. Voluntas autem dei est, quam Christus & fecit & docuit: Humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere non nosse, & factam posse tolerare, cum fratribus pacem tenere, deum toto corde diligere, amare in illo quod pater est, timere quod Deus est; Christo nihil omnino præponere, quia nec nobis quidquam ille præposuit; charitati eius inseparabiliter adherere, cruci eius fortiter ac fidenter assistere: quando de eius nomine & honore certamen est, exhibere in sermone constantiam qua confitemur; in quæstione fiduciam, qua congregamur, in morte patientiam, qua coronamur: hoc est coheredem Christi esse vellet, hoc est præceptum dei facere, hoc est voluntatem patris adimplere. Fieri autem petimus voluntatem dei vt in cælo & in terra, quod vtrunque<sup>37</sup> ad consummationem nostræ incolumitatis pertinet & salutis. Nam cum corpus è terra,<sup>38</sup> & spiritum possi-

ibid. 26.

Ioan. 6.

1. Ioh. 2.

possideamus è cælo, ipsi terra & cælum sumus, & in vtroque, id est, & corpore & spiritu, vt dei voluntas fiat oramus. Est enim inter carnem & spiritum colluctatio,<sup>39</sup> & discordantibus aduersus se inuicem quotidiana congressio, vt non quæ volumus ipsa faciamus: dum spiritus cælestis & diuina quærit, caro terrena & secularia concupiscit: & ideo petimus impense inter duo ista, ope & auxilio dei concordiam fieri: vt dum & in spiritu & in carne voluntas dei geritur, quæ per eum renata est, anima seruetur. Quod apertè atque manifestè apostolus Paulus sua voce declarat: Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim inuicem aduersantur sibi, vt non quæ vult ipsa faciatis.<sup>40</sup> Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt adulteria, fornicationes, immundities, spurcitiæ, idololatria, veneficia, homicidia, inimicitia, contentiones, amulationes, animositates, prouocationes, simulates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.<sup>41</sup> Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. Et iccirco quotidianis immo continuis orationibus hoc precamur, & in cælo & in terra voluntatem circa nos dei fieri: quia hæc est voluntas dei, vt terrena cælestibus cedant, spiritalia & diuina præualeant. Potest & sic intelligi, fratres dilectissimi, vt quoniam mandatur & monet dominus etiam inimicos diligere, & pro iis quoque qui nos persequuntur orare; <sup>42</sup> petamus & pro illis qui adhuc terra sunt, & necdum cælestes esse cœperunt, vt & circa illos voluntas dei fiat, quam Christus hominem conseruando & redintegrando perfecit. Nam cum discipuli ab eo non iam terra appellentur, sed sal terræ: & apostolus primum hominem vocet de terræ limo, secundum vero de cælo: merito & nos qui esse debemus patri deo similes (qui solem suum oriri facit super bonos & malos, pluit super iustos & iniustos) sic Christo monente oramus & petimus, vt precem pro omnium salute faciamus; <sup>43</sup> Vt quomodo in cælo, id est, in nobis per fidem nostram voluntas Dei facta est, vt essemus è cælo; ita & in terra,

Gal. 5.

Math. 5.

1. Cor. 15.

Math. 5.

hoc est, <sup>46</sup> in illis non credentibus fiat voluntas dei, vt qui adhuc sunt prima naturitate terreni, incipiant esse cælestes, ex aqua & spiritu nati. Procedente oratione postulamus & dicimus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*<sup>47</sup> Quod potest & spiritaliter, & simpliciter intelligi: quia & vterque intellectus vtilitate diuina proficit ad salutem. Nam panis vitæ Christus est, & panis hic omnium non est, sed noster est: & quomodo dicimus pater noster, quia intelligentium & credentium pater est; sic & panem nostrum vocamus; quia Christus, noster (qui corpus eius contingimus) panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, <sup>48</sup> & eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum <sup>49</sup> abstenti & non communicantes à cælesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur; ipso prædicante & monente: Ego sum panis vitæ qui de cælo descendi. Si quis ederit de meo pane, viuet in æternum. Panis autem, quem ego dederò, caro mea est pro seculi vita. Quando ergo dicit in æternum viuere, si quis ederit de eius pane; vt manifestum est eos viuere, qui corpus eius attingunt,<sup>50</sup> & eucharistiam iure communicationis accipiunt: ita contra timendum est & orandum,<sup>51</sup> ne dum quis absterus separatur à Christi corpore,<sup>52</sup> procul remaneat, à salute; comminante ipso & dicente: Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Et ideo panem nostrum, id est, Christum dari nobis quotidie petimus, vt qui in Christo manemus & viuimus, à sanctificatione eius & corpore non recedamus. Potest vero & sic intelligi,<sup>53</sup> vt qui sæculo renunciauimus, & diuitias eius & pompas fide gratiæ spiritualis abieciimus, cibum nobis tantum petamus & victum; quando instruat dominus & dicat: Qui non renunciat omnibus quæ sunt eius, non potest meus discipulus esse. Qui autem Christi cœpit esse discipulus, secundum magistrum sui vocem renuncians omnibus, diurnum debet cibum petere, nec in longum desideria petitionis extendere ipso iterum domino præscribente & dicente: Nolite in crastinum cogitare, crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. Sufficit diei malitia sua. Merito ergo Christi discipu-

Ioan. 6.

Luc. 14.

Math. 6.



lus victum sibi in diem postulat, qui de crastino cogitare prohibetur: quia & contrarium sibi fit & repugnans, vt quæramus in sæculo diu viuere, qui petimus regnum dei velociter aduenire. Sic beatus apostolus monet, formans & corroborans spei nostræ ac fidei firmitatem: Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum, verum nec auferre possumus.<sup>14</sup> Habentes itaque exhibitionem & tegumentum, his contenti sumus. Qui autem volunt diuites fieri incidunt in tentationem<sup>15</sup> & muscipulam & desideria multa & noscentia, quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum: Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes naufragauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis. Docet non tantum contemnendas, sed & periculosas esse diuitias, illic esse radicem malorum blandientium, cæcitate mentis humanæ<sup>16</sup> occulta deceptione fallentium. Vnde & diuitem stultum sæculares copias cogitantem, & se exuberantium fructuum largitate iactantem redarguit Deus dicens: Stulte hac nocte expostulatur anima tua: quæ ergo parasti cuius erunt? Lætabitur stultus in fructibus<sup>17</sup> ipsa nocte moriturus, & cui vita iam deerat, victus abundantiam cogitabat. Contra autem Dominus perfectum & consummatum docet fieri, qui omnibus suis venditis, atque in usum pauperum distributis, thesaurum sibi condant in cælo. Eum dicit posse se sequi, & gloriam dominicæ passionis imitari, qui expeditus & succinctus nullis laqueis rei familiaris inuoluitur, sed solutus ac liber facultates suas ad Deum ante præmissas, ipse quoque comitatur. Ad quod vt possit vnusquisque nostrum parare se, sic discat orare, & de orationis lege qualis esse debeat noscere. Neque enim deesse quotidianus cibus potest iusto, cum scriptum sit:<sup>18</sup> Non occidet dominus fame animam iustam. Et iterum: Iunior fui & senui, & non vidi iustum derelictum, neque semen eius quærens panem. Item dominus promittat & dicat: Nolite cogitare dicentes, quid edemus, aut quid bibemus, aut quid vestiemur? hæc enim nationes quærunt. Sciet autem pater vester, quia horum omnium indigetis. Quærite primo regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis. Quærentibus regnum & iustitiam dei, omnia promittit ap-

1. Tim. 6.

Luc. 11.

Mat. 19.

Prov. 10.

Psal. 35.

Mat. 6.

poni. Nam cum dei sint omnia, habenti deum nihil deerit, si deo ipse non desit.<sup>19</sup> Sic Danieli in leonum lacu iussu regis incluso, Dan. 14: prandium diuinitus procuratur, & inter feras esurientes & parcentes, homo dei pascitur. Sic alitur Helias in fuga: & in solitudine coruis ministrantibus, & volucribus cibum sibi apportantibus in persecutione nutritur. Atque o humana malitiæ detestanda crudelitas: feræ parcut, aues pascunt, & homines insidiantur & sæuiunt. Post hæc & pro peccatis nostris deprecamur dicentes: *Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.* Post subsidium cibi petitur & venia delicti, vt qui à Deo pascitur, in Deo viuat: nec tantum præsentis & temporali vitæ, sed & æternæ consulatur, ad quam veniri potest, si peccata donentur: quæ debita Dominus appellat, sicut in euangelio suo dicit:<sup>20</sup> Dimisi tibi omne debitum, quia me rogasti.<sup>21</sup> Quam necessariè autem, quam prouidentem, & salubriter admonemur, quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, vt dum indulgentia de deo petitur conscientia suæ animus recorderetur. Ne quis sibi quasi innocens placeat<sup>22</sup> cum innocens nemo sit, & se extollendo plus peccet; instruitur & docetur peccare se quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique & Ioannes in epistola sua monet 1. Ioan. 8: dicens: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est Dominus, qui nobis peccata dimittat. In epistola sua vtrunque complexus est; quod & rogare pro peccatis debeamus, impetremus indulgentiam cum rogamus. Ideo & fidelem dixit Dominum ad dimittenda peccata, fidem pollicitationis suæ reseruantem. Quia qui orare nos pro debitis & peccatis docuit, paternam misericordiam promissit & veniam secururam. Adiunxit planè & addidit legem, certa nos conditione & sponsione constringens, vt sic nobis dimitti debita postulemus, secundum quod & ipsi debitoribus nostris dimittimus: scientes impetrari non posse, quod pro peccatis petimus; nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus. Iccirco & alio in loco dicit:<sup>23</sup> In qua mensura mensi fueritis, in eâ remetietur vobis. Et qui seruus post dimissum sibi à domino omne

3. Reg. 17.

Mat. 18.

1. Ioan. 8.

Mat. 7.

Mat. 18.

mne

mne debitum, conseruo suo noluit ipse dimittere, in carcerem relegatur. Quia indulgere conseruo suo noluit, quod sibi à Domino indultum fuerat, amisit. Quæ adhuc fortius Christus in præceptis suis maiore censuræ suæ vigore proponit: Cum steteritis, inquit, ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in cælis est, <sup>24</sup> remittat peccata vestra vobis: si autem vos non remiseritis, neque pater vester qui in cælis est, remittet vobis peccata vestra.<sup>25</sup> Excusatio tibi nulla in die iudicij superest, cum secundum tuam sententiam iudicaris, & quod feceris, hoc & ipse patiaris. Pacificos enim & concordes atque vnanimos esse in domo sua Deus præcipit: & quales nos fecit secunda natiuitate, tales vult renatos perseuerare, vt qui filij dei esse capimus, in dei pace maneamus, & quibus spiritus vnus est, vnus sit & animus & sensus. Sic nec sacrificium Deus recepit dissidentis, & ab altari reuertentem prius fratri reconciliari iubet, vt pacificis precibus & Deus possit esse pacatus. Sacrificium Deo maius est pax nostra, & fraterna concordia, & <sup>26</sup> de vnitatis patris & filij & spiritus sancti plebs adunata. Neque enim in sacrificiis quæ Abel & Cain primi obtulerunt, munera coram Deo, sed corda intuebatur; vt ille placeret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus & iustus dum Deo sacrificat innocenter; docuit & cæteros quando ad altare munus offerunt, sic venire cum Dei timore, cum simplici corde, cum lege iustitiæ,<sup>27</sup> cum concordie pace. merito ille dum in sacrificio Dei talis est ipse, postmodum sacrificium deo factus est; vt martyrium primus ostendens, iniaret sanguinis sui gloria dominicam passionem, qui & iustitiam domini habuerat & pacem. Tales denique à domino coronantur, tales in die iudicij cum Domino vindicabuntur.<sup>28</sup> Cæterum discordans & dissidens, & pacè cum fratribus non habens, secundum quod beatus Apostolus & scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis fraternæ poterit euadere; quia sicut scriptum est: Qui fratrem suum odit, homicida est; nec ad regnum cælorum peruenit, aut cum Deo viuunt homicida. Non potest esse cum Christo, qui imitator Iudæ maluit esse, quam Christi. Quale delictum est, quod nec baptismo sanguinis potest abluï? quale crimen est, quod martyrio

Marc. 11.

Mat. 5.

Gen. 4.

1. Ioan. 3.

non potest expiari?<sup>29</sup> Illud quoque necessarie admonet Dominus vt in oratione dicamus: *Et ne nos patiaris induci in tentationem.* Qua in parte ostenditur nihil contra nos aduersarium posse, nisi Deus ante permiserit; vt omnis timor noster & <sup>30</sup> deuotio atque <sup>31</sup> obsecratio ad Deum conuertatur, quando in tentationibus nostris <sup>32</sup> nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuatur. Probat scriptura diuina quæ dicit: Venit Nabuchodonosor rex Babylonie in Hierusalem, & expugnabat eam, & dedit eam Deus in manum eius. Datur autem potestas aduersus nos malo secundum nostra peccata, sicut scriptum est: Quis dedit in directionem Iacob & Israel eis, <sup>33</sup> qui prædantur illum? nonne Deus cui peccauerunt, & nolebant in viis eius ambulare, neque audire legem eius, & superduxit super eos iram animationis suæ? Et iterum: Salomone peccante, & à præceptis atque à viis domini recedente, positum est: Et excitauit dominus Satanam ipsi Salomoni.<sup>34</sup> Potestas vero dupliciter aduersus nos datur vel ad pœnam cum delinquimus, vel ad gloriam cum probamur: sicut de Iob factum videmus, manifestante Deo & dicente: Ecce omnia quæcumque habet, in manus tuas do: sed ipsum caue ne tangas. Et dominus in euangelio loquitur tempore passionis <sup>35</sup> ad Pilatum: Nullam haberes, aduersum me potestatem, nisi data esset tibi desuper. Quando autem rogamus ne in tentatione veniamus, admonemur infirmitatis & imbecilitatis nostræ, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atque arroganter aliquid assumat, ne quis <sup>36</sup> aut confessionis, aut passionis gloriam suam ducat, cum Dominus ipse humilitatem docens dixerit: Vigilate & orate <sup>37</sup> ne veniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: vt dum præcedit humilis & summissa confessio, & datur totum Deo; Quicquid suppliciter cum timore & honore Dei petitur, ipsius pietate præstetur.<sup>38</sup> Post ista orationia in consummatione orationis venit clausula, vniuersas petitiones & preces nostras collecta breuitate concludens. In nouissimo enim ponimus: *Sed libera nos à malo,* comprehendentes aduersa cuncta, quæ contra nos in hoc mundo molitur inimicus; à quibus potest esse fida & firma tutela, si nos Deus liberet, si deprecantibus atque implorantibus operam suam præstet.

\*obsecratio.

4. Reg. 24.

Esa. 42.

3. Reg. 11.

Iob. 1.

Ioan. 19.

Marc. 14.



78 Quando autem dicimus: libera nos à malo, nihil remanet quod ultra adhuc debeat postulari: 79 quando semel protectionem Dei aduersus malum petamus, qua impetrata contra omnia quæ diabolus & mundus operantur, securi stamus & tuti. Quis enim ei de sæculo metus est, cui in sæculo Deus tutor est? Quid mirum, fratres dilectissimi, si oratio talis est quam deus docuit, qui magisterio suo omnem pacem nostram salutari sermone breuiavit? Hoc iam per Esaiam prophetam fuerat ante prædictum, cum plenus Spiritu sancto de Dei maiestate ac pietate loqueretur: Verbum consummans, inquit, & breuians in iustitia; quoniam sermonem breuiatum faciet Deus in toto orbe terræ. Nam cum Dei sermo Dominus noster Iesus Christus omnibus venerit, & colligens doctos pariter & indoctos, omni sexui atque ætati præcepta salutis ediderit: præceptorum suorum fecit grande compendium, vt in disciplina cælesti discuntium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium, velociter disceret. Sic cum doceret quid sit vita æterna, sacramentum vitæ magna & diuina breuitate complexus est dicens: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Item cum de lege & prophetis præcepta prima & maiora decerneret: Audi, inquit, Israel, dominus Deus tuus, Deus vnus est. Et diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua: 80 hoc est primum mandatum, & secundum simile est huic: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophætæ. Et iterum: Quæcumque voueritis vt faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophætæ. Nec verbis tantum, sed & factis dominus orare nos docuit, ipse orans frequenter & deprecans; & quid facere nos oporteret, exempli sui contestatione demonstrans, sicut scriptum est: Ipse autem fuit sedens in solitudine, & adorans. Et iterum: Exiuit in montem orare, & fuit pernoctans in oratione Dei. Quod si ille orabat qui sine peccato erat, quâto magis peccatores oportet orare? Et si ille per totam noctem iugiter vigilans continuis precibus orabat; quanto nos magis in frequentanda oratione de-

Esai. 10.

Ioh. 17.

Dent. 6.

Mat. 23.

Mat. 7.

Mat. 3.

Luc. 6.

beamus nocte vigilare? Orabat autem dominus, & rogabat non pro se: quid enim pro se innocens precaretur: sed pro delictis nostris, sicut & ipse declarat cum dicit ad Petrum: Ecce Satanæ expetiuit 81 vt vos vexaret quo modo triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua: Et postmodum pro omnibus patrem deprecatur dicens: Non pro his autem rogo solis, sed & pro illis qui credituri sunt per verbum ipsorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, 82 vt & ipsi in nobis vnum sint. Magna domini propter salutem nostram benignitas pariter & pietas; vt non contentus quod nos sanguine suo redimeret, adhuc pro nobis amplius & rogaret. Rogantis autem desiderium videre quod fuerit, vt quo modo vnum sunt pater & filius; sic & nos in ipsa vnitatem maneamus: vt hinc quoque possit intelligi quantum delinquant, qui vnitatem scindit & pacem; cum pro hoc & rogauerit dominus, volens scilicet 83 sic plebem suam saluam fieri & in pace viuere, cum sciret ad regnum Dei discordiam non venire. 84 Quando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & sæcularis abscedat; nec quidquam tunc animus, quàm id solum cogitet quod precatur. 85 Ideo & sacerdos ante orationem Præfatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo: Sursum corda; vt dum respondet plebs: Habemus ad Dominum, 86 admoneatur nihil aliud se quàm Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei, tempore orationis adire patiat: obrepit enim frequenter & penetrat, & subtiliter fallens preces nostras à deo auocat, vt aliud habeamus in corde, et aliud in voce, quando intentione sincera Dominum debeat non vocis sonus, sed animus & sensus orare. Quæ autem segnitia est alienari 87 & rapi ineptis cogitationibus & profanis, cum Dominum deprecaris; quasi sit aliud quod magis debeas cogitare quàm quod cum Deo loqueris? Quo modo te audiri à Deo postulas, cum te ipse non audias? Vis esse Deum memorem tui cum rogas; quando tu ipse memor tui non sis? Hoc est, ab hoste in totum non cauere; hoc est, quando oras Deum, maiestatem Dei negligentia orationis offendere; hoc est, vigilare

Luc. 22.

Ioh. 17.

Cantic. 5.

Coloss. 4.

Mat. 3.

Tob. 12.

Act. 10.

Tob. 12.

Esai. 58.

vigilare oculis & corde dormire, cum debeat Christianus & cum dormit oculis, corde vigilare: sicut scriptum est ex persona Ecclesiæ loquentis in Cantico Cantorum: Ego dormio, & cor meum vigilat. Quapropter sollicitè & caute Apostolus admonet dicens: Instate orationi vigilantes in ea; docens, scilicet, & ostendens, eos impetrare quod postulant de Deo posse, quos Deus videat in oratione vigilare. 88 Orantes autem non infructuosus, nec nudis precibus ad Deum veniant: inefficax petitio est, cum precatur Deum sterilis oratio. Nam cum omnis arbor non faciens fructum excidatur, & in ignem mittatur: vtique & sermo non habens fructum, promereri Deum non potest, qui nulla est operatione secundus. Et ideo scriptura diuina instruit dicens: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Nam qui in die iudicij præmium pro operibus & eleemosynis redditurus est; hodie quoque ad orationem cum operatione venienti benignus auditor est. Sic denique Cornelius Centurio cum oraret meruit audiri: Fuit faciens multas eleemosynas in plebem & semper orans Deum; huic circa horam nonam oranti assistit Angelus testimonium reddens sui operis, & dicens: Corneli orationes tuæ 89 & eleemosynæ tuæ ascenderunt ad memoriam coram Deo. Cito orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deum merita nostri operis imponunt. Sic & Raphael Angelus Tobitæ oranti semper, & semper operanti, testis fuit dicens: Opera Dei reuelare & confiteri honorificum est. 90 Nam quando orabas tu & Sarra, ego obruli memoriam orationis vestræ in conspectum claritatis Dei. 91 Et cum sepelires tu mortuos simpliciter: & quia non es cunctatus exsurgere & derelinquere prandium tuum, 92 sed abisti & condidisti mortuum, missus sum tentare te; & iterum me misit Deus curare te, & Sarram nurrum tuam. Ego enim sum Raphael, vnus ex septem Angelis iustis, qui assistimus & conuersamur ante claritatem Dei. Per Esaiam quoque Dominus admonet & docet similia contestans: Solue, inquit, omnem nodum iniustitiæ, 93 resoluë suffocationes impotentium commerciorum. Dimitte quassatos in requiem, & omnem consignationem iniustam dilipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc

in domum tuam. Si videris nudum vesti, & domesticos feminis tui non despicias. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua cito orientur, & præbit ante te iustitia, & claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamabis & Deus exaudiet te, & dū adhuc loqueris, dicit: ecce adsum. Adesse se promittit; & audite ac protegere se eos dicit, qui iniustitiæ nodos de corde soluentes, & eleemosynas circa domesticos Dei, secundum eius præcepta facientes, dum audiunt quod Deus præcipit fieri, ipsi quoque à Deo merentur audiri. Beatus apostolus Paulus in necessitate presuræ adiutus à fratribus, opera bona quæ fiunt, sacrificia Dei dixit esse: Saturatus sum, inquit, recipiens ab Epaphrodito ea quæ à vobis missa sunt, odorem suauitatis sacrificium acceptum, & placitum Deo. Nam quando quis miseretur pauperis, Deum ferat: & qui dat minimis, Deo donat, spiritaliter Deo suauitatis odorem sacrificat. 94 In orationibus verd celebrandis inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiuitate victores, horam tertiam, sextam, nonam, sacramento scilicet trinitatis; quæ in nouissimis temporibus manifestari habebat. Nam & prima hora in tertiam veniens, consummatum numerum trinitatis ostendit. Itemque ad sextam quarta procedens, declarat alteram trinitatem. Et quando à septima nona completur per ternas horas trinitas perfecta numeratur: quæ horarum spatia iam pridem spiritaliter determinantes adoratores Dei, statutis & legitimis ad precem temporibus seruiebant; et manifestata postmodum res est 95 sacramenta olim fuisse; quod ante sic iusti precabantur. Nam super discipulos hora tertia descendit Spiritus sanctus, qui gratiam dominicæ repromissionis impleuit. Item Petrus hora sexta in rectum superius ascendens, signo pariter & voce Dei momentis instructus est, vt omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de emundatis gentilibus ante dubitaret. Et Dominus hora sexta crucifixus, ad nonam peccata nostra sanguine suo abluit, & vt redimere & viuificare nos posset, tunc victoriam suam passione perfecit. Sed nobis, fratres dilectissimi, præter horas antiquitus obseruatas, orandi nunc & spatia & sacramenta creuerunt. Nam & mane orandum est, vt resurrectio domini matutina oratione celebretur. q

Philip. 4.

Act. 12.

Act. 10.

Luc. 23.



Psal. 5.

Iose. 6.

Psal. 117.

Mat. 24.

Luc. 2.

olim Spiritus sanctus designabat in psalmis dicens: Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo domine; mane exaudies vocem meam: mane assistam tibi, & contemplantor te. Et iterum per prophetam loquitur Dominus: Diluculo vigilabunt ad me dicentes: Eamus & reuertamur ad dominum Deum nostrum. Recedente item sole ac die cessante necessario rursus orandum est. Nam quia Christus sol verus, & dies est verus, sole ac die sæculi recedente, quando oramus & petimus vt super nos lux denuo veniat, Christi precamur aduentum, lucis æternæ gratiam præbiturum. Christum autem diem dictum declarat in Psalmis Spiritus sanctus: Lapis, inquit, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: à Domino factus est iste & est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies quem fecit dominus, ambulemus & iucundemur in eo. Item quod sol appellatus sit, 27 Malachias propheta testatur dicens: Vobis autem qui timetis nomen domini, orietur sol iustitiæ & in alis eius curatio est. Quod si in scripturis sanctis sol verus, & dies verus est Christus; hora nulla à Christianis excipitur, quo minus frequenter ac semper Deus debeat adorari, vt qui in Christo, hoc est, in sole & in die vero sumus; insistamus per totum diem precibus & oremus: & quando mundi lege decurrens vicibus alternis 28 nox reuoluta succedit, nullum de nocturnis tenebris esse orantibus damnatum potest, quia filiis lucis & in noctibus dies est. Quando enim sine lumine est, cui lumen in corde est? Aut quando sol ei & dies non est, cui sol & dies Christus est? Qui autem in Christo, hoc est, in lumine semper sumus, nec noctibus ab oratione cessamus. Sic Anna vidua sine intermissione rogans semper & vigilans, perseverabat in promerendo Deo, sicut in Euangelio scriptum est: Non recedebat, inquit, de templo, ieiuniis & orationibus seruans nocte ac die. Viderint vel gētiles, qui necdum illuminati sunt: vel Iudæi, qui deserti lumine in tenebris remanserunt. Nos, fratres dilectissimi, qui in domini luce semper sumus, qui meminimus & tenemus, quid esse accepta gratia ceperimus; eōpitemus nocte pro die. Ambulare nos credamus semper in lumine, non impediamur à tenebris quas euasimus; nulla sint horis nocturnis precum damna; nulla orationum pigra & ignaua dispendia. Per

Dei indulgentiam recreati spiritualiter & renati imitemur quod futuri sumus: habituri in regno sine interuentu noctis solum diem; sic nocte, quasi in lumine vigilemus: oraturi semper & acturi gratias Deo; hic quoque orare, & gratias agere non desinamus.

### ADNOTATIONES IN librum de Oratione Dominica.

1. Euangelica præcepta] *Elegantissima est præceptorum Euangelicorum definitio.*
2. vt paretur veniant via] *Cambry. cod. præparetur, sed prius magis placet, eo quod alludere videatur ad illud Iſaie: parate vias domini.*
3. Quæ enim potest esse magis spiritualis oratio] *Ms. Afflig. March. Dum. et Blandiniensis legunt: spiritualior, siue: spiritualior, sed nō memini me similem phrasin legisse apud Cyprianum. Eandem differentiam videre est, dum excusit legunt: magis vera, Ms. verior.*
4. quanto efficacius] *Ms. præter Cambry. legunt: quando, sed prius malo.*
5. Et quando in vnum &c.] *Insignis locus de conuentu plebis cum sacerdote ad sacrificia.*
6. Non passim ventilare preces nostras incōditis vocibus] *Locus hic non prohibet Cantum Ecclesiasticum, sed potius inuicem illos voces, qualibus hodie aduersarij sua sacra faciunt, plebe vniuersa nullo ordine omnia decantante. Aliqui enim Apostolo Paulo cōtra diceret, qui ad cantum fideles hortatur. Sic Eph. 5. Loquentes (inquit) vobismetipsis in Psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris deo domino, & isdem pene verbis vtitur ad Coloss. 3. Deinde non solum in lege veteri, sed et noua primitiua cantum in vſu fuisse; patet tum ex illo Act. Apostolorum. 6. c. Media nocte Paulus & Silus adorantes laudabant deum, & audiebant eos qui in custodia erant, iſe ex Dionys. Areop. Eccles. hier. c. 3. demum (inquit) ad sanctum altare iterum rediens psalmodum incipit melos, concinentibus secum sacra carmina omnibus ecclesiastici ordinis gradibus &c. D. etiam Ignatio tribuit Socrates li. 6. 8. c. institutionem Antiphonarum siue hymnorum responsorium, & post eum Niceph. li. 13. 8. c. Eodem pertinet que habet Philo li. de θεοπραξίαις. Tertul. Apologetici 2. ca. Plinius epistola ad Traianum. Ephreni autem Syro Harmonice modulationis inuentum attribuit Theodoretus li. 4. c. 29. et Niceph. li. 9. c. 19. qui etiā Apostolis tribuit li. 18. c. 51. Hymnum tertium, & cantilenam: Lux Hylaris. Si recentiora quis petat testimonia. Psalmos alternis cantari sub Constantio Imperatore instituerunt Antiochie D. D. Flavianus et Diodorus, Sigeberto teste. Massarum & aliorum horarum cantus officia, tum ab Ambrosio mediolanensium à D. Greg. Roma instituta sunt. Vnde eodem Sigeberto teste, Carolus Magnus sub annum 774. in Germaniam & Gallias authenticū cantū transtulit, missis ea de causa Romā duobus clericis. Hinc conscripti sunt D. Gregorij de sacramentis, ac Antiphonarius, libri insignes, quos nunc primum inter Liturgica Latinorum edidimus. Hymnos etiam Ecclesiasticos iam olim ediderunt D. D. Hylarius, Ambrosius, & Gregorius, quorum qui sunt Authentici & plerisque Ambrosianos, indicat Radulphus decanus Tungrensis de can. obseruantia cap. 13. & inter ca-*

teros

teros vespertinum illum, Deus creator omnium, cuius meminit etiam D. Aug. li. 9. confes. cap. 12. qui eiusdem c. 6. & 7. Cantus Psalmorum & Hymnorum à D. Ambrosio instituti meminit. sed de his plura satis, plura videat lector in dictis nostris liturgiis.

7. Deus non vocis sed cordis auditor est] *Ad verbum hoc ex Tertul. dicto li. de oratione, sed loqui cum de precibus quas apud se faciebant fideles in conuentibus, patet ex his verbis: Quid amplius (inquit) referent istic qui clarius adorant, nisi quod proximis obſtrepunt: Immo prodehendo petitiones suas, quid minus faciunt, quam si in publico orent? Atque adeo eodem sensu interpretandum locus hic Cyprianum, quem inde mutuatus est.*

8. probante domino & dicente] *Ita recte Ms. Grauius Manut. & Mor. cum vet. exc. pro eo quod substituerat Remboldus: prouocante.*

9. nec manibus insolenter erectis] *Recte addit: insolenter, neque enim omnem manuum elevationem ab illo culpari, patet ex Tertul. quem imitatur: Atqui (inquit) cum modestia & humilitate adorantes, magis commendamus Deo preces nostras, ne ipsi quidem manibus sublimius elatis, sed temperate ac probe elatis.*

10. sanctificari publicanus hic magis meruit] *Vocem: publicanus, & paulo post: semper, recens adiecimus ex Cambry. cod.*

11. Homines duo ascenderunt in templum adorare] *Quum præter vet. exc. & Manut. qui legunt: orate, ceteri omnes Ms. & exc. prius illud legant, magis placet; præsertim quum correspondeat vox Græca πρὸς εὐχὰς orati.*

12. talia apud se precabatur] *Cambry. addit: dicens, sed neque Latine neque Græce id apud Lucam legitur. Eadem ratione non probatur, quod ubi paulo post legitur: Dico vobis, quidam teste Morelio præmittunt: Amen.*

13. Quia omnis qui se exaltat] *Ita Ms. Afflig. March. Dum. Bland. & vnus Morel. pro eo quod ceteri: qui se extollit.*

14. qualiter ad orationem accedere debeamus] *Ms. præter Cambry. quemadmodum, sed prius Cypriano usitatum est magis. Atqui verba ipsa Orationis Dominicæ ad exemplum Ms. codic. manusculis literis excudi iussimus.*

15. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra] *Vocem: sicut, que omittitur à Tertul. Cambry. cod. & Manut. demum adiecimus, tum quod Græce etiam legatur, tum quod D. Aug. de bon. persecer. 3. c. in plerisque codicibus ita legi, magisque ab orantibus frequentari asseruat, tum denique quod non modo hic & infra Ms. & ceteri excusit sic legant, sed infra ipse quoque Manut. & Cambry. cod.*

16. Et remitte nobis debita nostra &c.] *Ms. cod. Afflig. March. Dum. Bland. & Morel. tum hic tum infra legunt: dimitte & dimittimus, & vet. quoque exc. infra, sed hic: remitte & remittimus: quomodo Remboldus contra, hoc infra legit, illud vero hoc loco; Cambry. vero codex. Manut. & Erasmi omnes utrobique: remitte, & remittimus. Vtra lectio sit verior nolimus contendere cum Erasmo, præsertim quum & Tertul. si emendati sint codices, modo hoc, modo illud legat, videtur tamen vulgatam lectionem veteris interpretis confirmare, quod illud explicans infra Cyprianus, voce dimissionis ubique vtitur, et quod ea non in hoc solum scripturæ loco sed & ali-*

bi scriptoribus Ecclesiasticis frequenter in vſu sit.

17. Et ne patiaris induci nos in tentationem] *Vulgata lectio: Ne nos inducas in tentationem, placet magis tum quod ea hic habent Afflig. March. Dum. & Bland. cod. tum quod Tertul. li. de Orat. & D. Hieron. cum aliis veteribus tam Græcis quam Latinis sic legant & D. Aug. epistola 121. Ne nos inferas &c. verum prorem quam hic habent Cambry. & Manut. & postea Ms. omnes, Cypriani geminam esse constat, ex D. Aug. de bono perseverantia c. 6. unde sic orant (inquit) nonnulli. & legitur in cod. pluribus. & hoc sic posuit D. Cyprianus: Ne patiaris nos induci in tentationem. In Euangelio tamen Græco nusquam inueni, nisi: Ne nos inferas in tentationem. Hactenus ille quare & utrobique lectionem illam secuti sumus.*

18. singillatim noluit & priuatim precem fieri] *Ita ad vnum omnes Ms. cod. & vet. exc. tum hic tum infra alicubi, pro eo quod Remboldus: singulatim, atque adeo veram eam lectionem esse censio; præsertim quum illud Latine dici, probet Nonius Marcellius ex Lucillij li. 19. & ea vtiatur Cic. li. 5. Tuscul. qua. & Terentius in Phormione.*

19. Christus in carne visus] *Posteriora hæc verba recens adiecimus ex Cambry. cod. & ubi legitur: nisi eos apud quos, ex eodem adiecimus: eos.*

20. vt nihil omnino prætermisum sit] *Etiā hoc ex illo Tertul. mutuatus est, ubi dicit, in hac Oratione breuiarium totius Euangelij comprehendit, & ex utraque D. Aug. quod habet epistola ad Probam c. 12.*

21. his qui credunt in nomine eius] *Particulam: his, ex Cambry. etiam codic. addidimus. Rursum autem Renuntiationis in baptismo meminit, quomodo & aliquando post.*

22. Qui dicit patri & matri &c.] *Grauius censet legendum cum 70. in numero singulari: Qui dicit, et rursum: fratres suos non agnouerunt, pro eo quod est: & filios, sed vulgatam lectionem habent Ms. et exc. omnes, ita quoque legit Rhabanus Maurus in comment. Deuero. præterquam quod interſerat verba illa iuxta vulg. interpretem: & fratribus suis non noui illos.*

23. sed & crudeliter necauerunt] *Ms. quatuor legunt negauerunt, sed magis placet prior Cambry. cod. & excusorum lectio, quemadmodum & illa excusorum: Qui iā non possunt, pro eo quod Ms. legunt: Quia.*

24. Vos de patre diabolo nati estis] *Excusit vulgati non habent: nati, & placeret ea lectio magis, eo quod hodie apud Ioan. neque Græce neque Latine legitur, nisi tam constanter id legerent Ms. codic. Grauij & Manut.*

25. Filios genui & exaltaui] *Variat hic cod. Grauij & Manut. legunt: generavi, cum Tertul. adu. Iud. et li. 3. adu. Marc. Prius illud legit idem Tertul. de Orat. & cū exc. ceteris Ms. Sed posterus placet magis, quod sic legant Ms. & exc. omnes infra li. 1. Testim. c. 3. Adiecimus vero ex Ms. Vocem: meus, est enim apud 70.*

26. væ genti peccatrici, populo pleno peccatis] *Ita Grauij & Ms. cod. hoc loco & infra loco iam citato Ms. & exc. omnes, & accedit magis ad phrasin Latinam. Tertul. vero (cum prius hic exc.) li. adu. Iud. & 70. Væ gens peccatrix, pupulus plenus. Eligat lector utrum malit, modo in hoc sequatur Ms. utrobique cod. vt legat: Semen nequam.*

Aa iij



27. remissa peccatorum] Magis accedit ad phrasin Cypriani haec Cambr. cod. & vulg. excu. lectio, quam aliorum remissio.

28. sic & nos Dei filios nuncupemus] Clavier quidem est haec Manut. & Morel. lectio, sed Ms. legunt cum exc. Dei filij nuncupemur.

29. & qui spernit me, spernetur] Cambr. cod. legit: spernunt, & spernentur, sed prius habet 70. quare & lib. de celo & liuore ita legendum.

30. id petimus & rogamus] Ita Ms. & D. Aug. c. 2. de bono persec. pro eo quod alij et ipse Aug. li. 4. contra 2. epistolam Pelag. c. 9. legunt: ideo. Probat autem hoc & sequentiibus aliquot locis Aug. contra Pelagium gratiam non secundum merita nostra dari, & perseverantiam esse donum Dei.

31. neque fornicarij] Præmittit hic Grauius: Noli te seduci: Neque homicidæ, sed Ms. id non legunt. Neque vero placet lectio cod. vetustissimi teste Morel. q. legit: Masculorum concubitores, eo quod Ms. & exc. constanter legant: appetitores, & modestior sit haec lectio. At qui fraudatores, rectius legitur quia: fraudulenti, eo quod voce Græcam πλεονεξίος, eodem modo uerterit supra citatis locum Apostoli ad Ephes. 5. in epistola ad Anton.

32. & hæc quidem fuitis] Morel. censet legendum: quidam, cum vet. quodam cod. eo quod Græcè legatur: τινες, verum constanter cet. exc. & Ms. prius illud legit, quomodo & apud Apostolum magno consensu (vel ipso Erasmo teste) Latinorum codices, & D. Aug. de pœnit. medic. c. 10. Quare nimis libere ita castigauit Apostoli locum Isidorus Clarus.

33. iam nõ delinquere] Ms. 4. & unus Morelij codex: iam noli delinquere, sed cum Cambr. cod. & D. Aug. de bono persec. prius malo.

34. vt cito nobis repræsentetur] Repræsentationis vox non Cypriano modo sed & Tertul. sepe citato loco usitata est. Quæ miror petitionem hæc: Adduciant regnum tuum, postponere sequenti petitioni: fiat voluntas tua &c.

35. Domino manifestante & probante] Grauius manifeste exprobrante, sed prius ad phrasin Cypriani pertinet.

36. sed quod tu] Cambr. cod. addit: vis, sed id neque ceteri habent Ms. aut excusis, neque Matheus Græcè & Latine. Ex Ms. vero recte adiecta est à Manu. vox: voluntatem.

37. ad cõsummationem nostræ incolumitatis] Ita Ms. & vetus exc. cod. Morel. & D. Aug. tum dicto lib. 4. ad Bonifacium, tum lib. 1. contra Iulianum c. 3. pro eo quod primus Remboldus: nostræ voluntatis.

38. & spiritum possideamus è cælo] Quomodo intelligendus sit locus iste, ne fauere videatur errori Origenu; tractat paucis D. Aug. li. 1. Retract. 1. cap.

39. & discordantibus aduersus seinuicè quotidiana congressio] Cambr. cod. legit: discordantium; quod magis placet, nisi illud legeret utrog loco D. Aug. & Ms. cum exc. ceteris.

40. Manifesta sunt autem opera carnis] Ita Ms. et Tertul. li. de pudicitia. Excus. facta carnis, tum hic tum infra Testim. li. 3. c. 6. 4.

41. idololatria] Ms. 4. Grauius & Manut. legunt: idololatriæ, & hic & infra loco citato; sed prior Cambr. cod. & excusorum, confirmatur tum voce Græca

εἰδωλαλόγεια, tum versione vulgata: idolorum seruitus.

42. Fructus autem spiritus est charitas] Manutius legit: agape, quomodo & Græcè legitur, sed & hic & infra li. 3. Testim. c. 6. 4. prius legitur ab exc. ceteris & Ms. omnibus.

43. Magnanimitas] secutus Tertul. li. de Patientia, vocem μακροθυμία, sic uertit ubique Cyprianus, pro eo quod alij longanimitatem fere uertunt, & vulgatus interpres patientiam. recte autem adiecerunt Manut. & Morel. vocem: bonitas, utpote que legatur & Græcè & Latine.

44. petamus & pro illis qui adhuc terra sunt] Manutij hanc lectionem confirmat D. Aug. dicto lib. 4. ad Bonifacium, & de prædestin. sanct. 8. c. qui tamen legit: precemur, Cambr. cum ceteris excusis: adhuc terreni sunt, reliqui uero 4. Ms. terræna sapiunt.

45. vt quomodo in cælo] Vel hinc patet, legisse auctorem: sicut in cælo.

46. id est, in illis non credentibus] Provis sic legendum esse cum Morelio & Grauius, conueniunt ex dicto li. de prædestin. sanct. utpote quum hinc probet, fidem esse donum Dei: quod hinc colligi non potest, nisi de non credentibus, id est, infidelibus sit sermo fiat.

47. Quod potest & spiritaliter & simpliciter intelligi] Vtrumque hunc sensum ex Tertulliano desumpsit, & habent etiam D. Hieron. in comment. ac li. 3. contra Pelag. (ubi totam orationem dominicam paucis explicat conformiter D. Cypriano) & D. Aug. epistola ad Probam, & lib. 2. de serm. domini in monte c. 12. 5. quibus locis mire confirmatur corporis domini in eucharistia presentia.

48. & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus] Satis hinc perspicuum est, quotidie adhuc ætate Cypriani communicasse fideles, quod iam inde ab Apostolis uisum fuisse patet ex Act. Apostolorum non uno in loco. Perdurauit ea consuetudo usque ad D. Hieron. ætatem Romæ, & in Hispanis, vel ipso teste epistola ad Lucio Beticum, & Apolog. ad Pàmach. pro libris contra Iouin. Mediolani ad D. Ambra. usque, quem admodum colligere est ex vlt. ca. li. 4. & 5. de Sacramen. & in Africa usque ad D. Aug. ætatem ut patet ex epistola 118. Atqui in Oriente iam admodum deserat ea consuetudo, uti patet tum ex dicto lib. 5. Ambrosij de Sacramen. & lib. 2. de sermone domini D. Aug. tum ex D. Chryso. hom. 61. ad pop. Antioch. 3. in epistolam ad Ephes. et 17. ad Hebræos, ubi uarias adfert obseruationes, tum eorum qui in solennitatibus communicabant in Aduentu & Quadragesima, tum eorum qui in Pascha duntaxat, aut bis aut ter in anno, tum heremitarum qui ex humilitate quadam semel quotannis aut singulis biennijs. Quare non tam urgent D. D. Chryso. & Hieronymus communionem quotidianam, quam dignam Eucharistia sumptionem.

49. absenti & non communicantes] D. Aug. tum li. 4. ad Bonifac. tum de bon. persec. c. 4. legit: absentes, quomodo & Morelij etiam quidam cod. & Grauius ad marg. sed priorem habent ceteri, & Cypriana est lectio.

50. & Eucharistiam iure communicationis accipiunt] Iure communicationis accipere illos censet, qui digni erant & ab ecclesia non absenti; quod ex aduersariis eius satis colligere est: ita contra timendum est, &c.

51. ne dum quis abstinens separatur] Afflig. & quidam Ms. Morelij: ad tempus.

52. procul remaneat à salute] Ms. quinque nostri & unus Morel. remaneat alicuius.

53. vt qui sæculo renunciauimus] Eo quod, mentione hæc inuicta renuntiationis in Baptismo, adferat illud Luc. 14. Qui non renuntiauerit, &c. confirmatur coiectura nostra quam habes epistola 9. de uoce Renuntiationis ex lo illo scripturæ desumpta. Quod uero sequitur, ad uerbum fere est ex Tertul.

54. Habentes itaque exhibitionem] Ita uertit quod habet Apostolus ad Cor. 9. pro eo quod noster interpretis: alimenta, solus Morel. uictum.

55. & mulcipulà diaboli] Eo quod Græcè sit πικυρία, recte legit Manutius cum Morel. tum hic tum supra libro de Lapsis: mulcipulam, non: mulcipulas; præsertim consentientibus Ms. cod. præter Cambr. Atqui uocem: diaboli, nõ legunt quatuor manuscripti, quare superfluum censeo; præsertim quum libro de Lapsis, neque excusis, neque Cambr. cod. adiciant, neque ea Græcè legatur, præterquam apud Chrysof. neque etiam Ambros. eam legat.

56. occulta deceptione] Grauius: de prædatione non male.

57. ipsa nõ cõte moriturus] Adieciimus: ipsa, ex Cambr. cod.

58. Non occidet Dominus animam iustã] Sicut sic legas cum Manut. Camb. March. & Dun. cod. sine iustis, cum Afflig. Bland. & ceteris excusis, perinde est.

59. Sic Danieli in leonum lacu] Eundem hunc locum Dan. 14. citauit supra epistolæ 66. & 68. & infra de opere & clemeo. Susanna quoque historiam epistolæ 40. Eadem explicauit edito comment. ante eum Origenes lib. 10. Stromat. & de Susanna historia auctoritate librum conscripsit aduersus Africanum. Tertul. lib. de coron. milit. Susanna historiam citat, & in Scorpiaco hunc Daniel. locum D. etiam Chrysof. hom. edidit de Susanna (qui in Daniele postea commentati sunt prætermittit) Eandem historiam citat D. Aug. Tract. 36. in Ioan. & ex ea D. Hieron. illud: Semen Chanaan & non Iuda in c. 1. Sophonie; quare frustra illum allegant aduersarij, ad eleuandam auctoritatem dictorum capitum, præsertim quum suam sententiam disertis uerbis indicet li. 1. Apolog. contra Rufinum.

60. Dimissi tibi omne debitum] Primus Erasmus: Remissi forte ut suam uersionem probatorè faceret. Veteres uero excusis & Ms. omnes, prius illud legunt.

61. Quam necessario autem] Recte sic Manut. Morel. & Grauius, nam consentiunt Ms. & D. Aug. de bono persec. c. 5. cap.

62. cum innocens nemo sit] Recens hoc adieciimus ex Cambr. cod.

63. In qua mensura mensi fueritis] Magis placet hac lectio uet. exc. cod. & M. Camb. March. & Dun. ad marginem; quam aut uulgata: mensi eritis, aut Ms. Afflig. Bland. & Dun. in contextu: metieritis.

64. dimittat peccata uestra uobis] Adieciimus: uestra, ex Cambr. cod. cum Grauius, nam reperitur & apud Marcum.

65. Excusatio tibi nulla] Interferuntur hic aliquot Lineæ in editione Parisiensi apud Arnulphum L'angelier an. 41. sed que Cypriani non sunt, uti ipse fatetur in margine hac adnotatiuncula: Additio cuidam, ex qua de ceteris iudicare facile est Lectori; utpote qui quantumuis repurgationem iactet in titulo, innumeris Cyprianum mendis contaminari. Et tamen ut plausibiliorem suam editionem faceret, subscriptionem epistolæ dedicatioræ Erasmi immutare non est uertitus; & quum scripturæ consuetudine Louanij anno. 1519. ipse subscripsit Parisijs anno 1541.

66. de uinitate patris & filij & spiritus sancti] Sicuti alibi frequentissime ita & hic trium personarum disertis uerbis meminit. Loci adnotandi contra Trinitarios, qui pro dolor, hodie mirum multipliciter in modum.

67. cum cõcordia & pace] Sicut sic legis cum Cæb. cod. sine cum ceteris excusis & Ms. concordia: pacæ, perinde est.

68. Cæterum discordans & dissidens] Rufinus inculcat Schismaticos non posse martyres dici. De Baptismo autem sanguinis uide epistolam ad Iubaianum.

69. Illud quoque necessario] Ms. præterquam Camb. legunt: necessario, sed quum paulo prius illud legit nobiscum D. Aug. magis placet.

70. deuotio atque obseruatio] Camb. cod. obsecratio.

71. nihil malo liceat] Malum diabolium intelligit, habes autem simile epistola Firmiliani ad Cyprianum.

72. que prædantur illum] Ms. & Grauius, prædabantur.

73. Potestas uero duplíciter] Duplicem hic habet tentationis causam, panam & gloriam; non igitur omnes afflictiones pœnæ peccati sunt.

74. ad Pilatum] Hoc adieciimus ex Camb. cod. qui legit: Pylatum.

75. aut cõfessionis aut passionis] Rufinus distinguit inter hæc duo, de quo uide epistolam 9.

76. ne ueniatis in tentationem] Quidam uetus codex Morelij: ne intretis, quod accedit magis ad lectionem Græcam, εἰσέλθῃτε, sed prius legit D. Aug. hunc locum citans li. 4. ad Bonifacium ca. sepedito.

77. post ista omnia in cõsummatione orationis uenit clausula] Ad uerbum fere ex Tertul. qui una cum Cypriano sex uidetur duntaxat agnoscere partes orationis dominicæ.

78. Quando autem dicimus] Rufinus hic Parisiensis ille corruptor dimidiam pene paginam adsuerat, cui hæc adnotatiuncula in margine: Quidam addidit, sed non est Cypriani. Oportebat igitur prætermittere.

79. quando semel] Alij, simul, frequenter in hoc variant codices.

80. Hoc est primum mandatum] Et uocem: mandatum, adieciimus ex Cambr. cod. & substitutum ex eodem: te ipsum, pro eo quod erat: te.

81. Ut uos vexaret] Eodem modo hanc scripturam A a iij



supra citavit epistola VII. Iuxta Gellium autem (inquit Morel.) qui rapiatur atque huc & illuc distrahitur, vixari proprie dicitur.

82. vt & ipsi in nobis vnum sint] Cum Morelio adiecimus: vnum, ex Ms. Camb. March. Dum. cod. et vet. ex. habet etiam Euangelista.

83. sic plebem suam saluā fieri & in pace viuere] Ita hunc locum mutilum antea, suppleuimus ex varia Ms. lectione, erat duntaxat: plebem suam viuere.

84. Quando autem stamus ad orationem] stabat olim fideles in orationibus publicis. Hinc stationes dicitur, de quibus supra late epistola XLI.

85. Ideo & sacerdos ante orationem Præfatione præmissa, &c.] Patet hinc, iam tum etate D. Cypriani etiam de nomine notam fuisse quam etiam Præfationem vocamus in missa, immo verba ipsa hodie vltimissima: Sursum corda, &c. Habemus ad Dominū. Quinimmo ea & ab etate Apostolorum in usu fuisse patet, tum ex Clemente lib. 8. Constit. Apostolic. c. 16. tum ex Missa D. Iacobi. In missis Græcorum eadem verba repetuntur, & disertis verbis illorum meminerunt D. D. Cyrillus Hierosol. Cathed. Mystag. 5. & Chrys. homil. de eucharistia in Encænus, 18. in 2. ad Cor. 26. in Gene. et 61. ad populū Antioch. D. etiam Aug. c. 3. li. de ver. relig. de bono vid. c. 16. de ciuit. Dei li. 10. c. 4. & li. 14. c. 13. ac apertissime c. 13. de bono perseverantia. Inter ipsas autem Præfationes, vetustissima sunt quas D. Ambrosius composuit singulis officiis proprias, quarum nonnullas propediem cum sacramentorum libro D. Gregorij Deo fauente edemus in lucem; item 9. ille quarum meminit Pelagianus 2. epistola ad Episcopos Germaniæ & Galliæ, nempe de Pascha, de Ascensione domini, de Pentecoste, de Natali Domini, de Apparitione seu Epiphania Domini, de Apostolis, de Trinitate, de Cruce & de Quadragesima. His superaddita est Præfatio de virgine in concilio Vrbanū 2. habito Placentiæ anno 1095. iuxta Gratianum dist. 70. cap. Sanctorum. Apud Græcos vero Præfationum institutionem, ad Dionysium Areopagitam refert Honorius in Gemma animæ: Quæ hic de hac Missa parte feci, liceret ex veteribus de singulis illius partibus commouere, sed ne prolixior sim remitto lectorem ad ca. 15. lib. 4. Antonij Demacharis de Missa sacrificio. Atqui Sursum corda (inquit Radulphus Tungr.) ex Hieremia sumptum est, Gratiā agamus, ex Apostolo Paulo.

86. ad monetur] Vt in librorum irrepit in editionem Manutij: admonemur, nam prius illud nisi legitur erit solacisimus, & ita legit Smaragdus ca. 1. diadematis Monach. hunc locum ad verbum exprimens.

87. & rapi ineptis cogitationibus] Elegantiōr est hæc Camb. cod. lectio quam ceterorum: capi.

88. Orantes autem] Pulchre deducit, orationi, vt sit efficax adiungenda opera bona, de quo latius infra lib. de opere & elemos.

89. & elemosinæ tuæ] Adiecimus: tuæ, cum Morel. & Græc. ex Ms. cod.

90. Nam quando orabas tu & Sara] Ita Manutij: iuxta 70. qui legunt: & ἡ Σαρά, Ms. vero & ex. legunt: Sara.

91. Et cum sepelires tu mortuos simpliciter] Morelius putat legendum: similitet, sed prius habet Ms. & ex. reliqui tum hic tum infra de mortalit. Neque vero ex editione Græca certi quid posse colligi, quum neque

cum hac lectione concordet, neque cum Latina.

92. sed abisti] Sic Camb. pro eo quod ceteri: & prius placet magis.

93. Resolue suffocationes impotentium cōmerciorū] Græce est: σπερνωλιας βλασίων οὐνελλόμωτων, id est, obligationes (inquit Morelius) violentarum cautionum. Significat enim interprete D. Hieron. Charitarum fasciculos, in quibus feneratorum calumnie continentur.

94. In orationibus vero celebrandis] Locus hic mire confirmat Horarum Canoniarum institutionem, qua hodie in ecclesia frequentantur. Atque imprimis a Daniele cum tribus pueris dicit obseruatas Horas Tertiam, Sextam, & Nonam, & obseruatas illas non à Iudeis modo, sed & ab Apostolis in Actibus Apostolorum. Hora enim tertia venit in discipulos Spiritus sanctus, Hora sexta in testō superiori orans Petrus, visionem vidit. Hora nona Petrus & Ioannes precandi gratia ascenderunt in templum. His vero adiunctis horas matutinam & vespertinam, ac nocturnam. Neque his contentus, semper oradam docet. Non recte itaque horarum precum proximitatem calumniatur quidam. Certe D. Hieron. Epistolis ad Letam & ad Demetriadem, earumdem horarum usum non nouum tum fuisse, disertis verbis indicat. Quare recte mihi sentire videtur Sigebertus in Chronicis et Radulphus Tungrensis, qui D. Damaso cum D. Hiero. & Ambrosio Canoniarum horarum institutionem assignant, quod confirmat psalmorum per totam hebdomadam iam inde, tum in Romana tum in Mediolanensi ecclesia, distributio. Quos imitatus & presertim D. Hieron. Benedictus in regula, ita psalterium in septem horas diuisit, vt singulis septimanis integrum psalterium diceretur. Vt autem non in Ecclesia modo canerentur septem preces horarum, sed quotidie a presbyteris recitarentur institutum refertur a Pelagio 2. Singulis etiam horis præfationis loco adiunxisse D. Gregorium initium illud psalmi Davidici: Deus in adiutorium meum intende. Porro vt totidem horæ quotidie recitarentur in laudem D. Virginis, & Sabbato solemnitè; statutum est ab Vrbanō 2. in Concilio apud Claremontem anno 1096.

95. sacramenta olim fuisse] Cæd. cod. sacramentū.

96. A domino factus est iste, & est admirabilis] Eodem modo citatur hic locus infra testim. lib. 2. ca. 16. tam iuxta Ms. quam ex. cod. Recte igitur adiecerunt: iste, Grau. Manut. & Morel. nam habet & Camb. cod. In ceteris Ms. locus hic erat mutilus, neque enim aliud legitur, quam: A domino factus est, Atqui cū vox Græca ὁ κτν apud 70. indifferēs sit, aut ad vocem κεφαλήν aut ad δὴλον ὑπόκει, refert eā ad hanc Cyprianus, ad angulum nempe; quomodo & D. D. Chrys. & Prosper in comment. nec dissentit Aug. legens: factum est ei, & est admirabilis; varia versio nata est ex voce κτν, quæ & distius est & nominatiuus, Tertul. autem cum vulgato interprete legit li. 3. contra Marcionem: A domino factum est hoc.

97. Malachias propheta] Ita locum hunc restituit ex vet. ex. & Ms. tribus cod. pro eo quod vitio Remboldi legebatur: Malachim, neque enim vsquam Malachim vocatur propheta: sed libri Malachim idem sunt cum libris Regum. Atque adeo non placet etiam illud Dm. & Marchim cod. Malachiel, præsertim quum in margine legant: Malachias.

nox

98. nox reuoluta] Etiam hic ante Grauium Manut. et Morel. legebatur: reuoluta, ex mendo dicti codicis. solum dicitur Ms. 4. nostri & quidam Morelij: solem et diem, non male.

## AD DEMETRIANVM.

### ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

Demetriano Africæ proconsuli, contententi Christianis imputari debere bella, famem, & pestem, quibus tum orbis diuexabatur, quod ab ipsis diis non coleretur, pulchre respondet (vbi deduxit mundi senio omnia deteriora fieri) ipsos potius ethnicos tantarum cladum causam esse, quod Deū non colerent, et Christianos præterea iniustus persecutionibus agerent. Deinde, vbi illi exprobrauit tormentorū iniustitiam genera quibus Christianos præ aliis reis torquebat, non ad confessionem, sed ad negationem, decorum impotentiam arguit; tum quod ipsi se defendere nequeant, atque adeo Demetrianus qui illos vindicabat, ab ipsis potius coli quam ipse eos colere deberet; tum quod à Christianis de obsessis corporibus eieci, quid sint ipsi consecratur. Neque verò ruinas regum, iacturas opum, & similia mala que persecutiones Christianorum diuinitus in vindictam comitabatur, ideo vindictis non censeri, quod illis etiam communes essent; quandoquidem gaudium iis potius sint omnia illa, quam pena. Proinde dum tempus est ad mentē redeat hortatur, vel saltem metu iudicij & semper ardentis gehennæ ignis. Imitatur autē ipse partim Tertul. Apologeticū, partim librum ad Scapulam; & libri huius disertis verbis mentionē facit Laetantius Firmianus Institur. diuinarum lib. 5. c. 1. & 4. ac D. Pontius in Vita Cypriani, & Hiero. ad Mag.

Blatrantem te, & aduersus deum, qui vnus & verus est, ore sacrilego & verbis impiis obstrepentem, frequenter Demetriane contempseram verecundius ac melius existimans errantis imperitiam silentio spernere, quam loquendo dementis insaniam prouocare. Nec hoc sine magisterij diuini & nominis auctoritate faciebam, cum scriptum sit: In aures imprudentis noli quidquam dicere; ne; quando audierit, irrideat sensatos sermones tuos. Et iterum: Noli respondere imprudenti ad imprudentiam eius, ne similis fias illi: & sanctum quoque iubeamur intra conscientiam nostram tenere, nec inculcandum porcis & canibus exponere, loquente Domino & dicente: Ne dederitis

sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos; ne concilient ea pedibus, & conuersi elidant vos. Nam cum ad me sæpe studio magis contradicendi; quam vero discendi venires, & clamoris vocibus personis malles tua impudenti ingerere, quam nostra patienter audire; ineptum videbatur congrredi tecum, quando facilius esset & leuius turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retundere, quam tuam tabiem tractatibus coercere. Certe & labor irritus & nullus effectus, offerre lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto: cum nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. Hæc considerans sæpe conticui, & impatientem patientia vici; cum nec docere indocilem possem, nec impium religione comprimere, nec furentem lenitate cohibere. Sed enim cum dicas plurimos conquiri, quod bella crebrius surgant, quod lues, quod fames sæuiant, quodque imbres, & pluias serena longa suspendant, nobis imputari; tacere vltra non oportet; ne iam non verecundiæ, sed diffidentia esse incipiat, quod tacemus; & dum criminaciones falsas contemnimus refutare, videamur crimē agnoscere. Respondeo igitur & tibi Demetriane pariter, & cæteris, quos tu forsitan concitasti, & aduersum nos odia tuis maledicis vocibus seminando, comites tibi plures, radices, atque originis tuæ pullulatione, fecisti, quos tamen sermonis nostri admittere credo rationem. nam qui ad malum motus est fallente mendacio, multo magis ad bonum mouebitur, veritate cogente. Dixisti per nos fieri, & quod nobis debeant imputari omnia ista; quibus nunc mundus quatitur & vrgetur, quod dii vestri à nobis non colantur. Qua in parte (quia ignarus diuinæ cognitionis & veritatis alienus es) illud primo in loco scire debes, sensuisse iam mundum, non illis viribus stare; quibus prius steterat nec vigore & robore eo valere quo antea præualebat. Hoc etiam nobis tacentibus & nulla de scripturis sanctis prædicationibusque diuinis documenta promtentibus, mundus ipse iam loquitur; & occasum sui rerum labentium probatione testatur. Non hyeme nutriendis feminibus tanta imbrum copia est; non frugibus æstate torrendis solis tanta flagrantia est, nec sic verna de temperie sua satā læta sunt, nec adeo arbores fe-

Prou. 23.

Prou. 26.

Matth. 7.



tibus autumnæ fecunda sunt. Minus de effossis & fatigatis montibus eruuntur marmorum crustæ, minus argenti & auri opes suggerunt exhausta iam metalla: & pauperes venæ breuiantur in dies singulos, & decrescunt: deficit in agris agricola, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, iustitia in iudicio, in amicitiiis concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. Putasne tu tantam posse substantiam rei senescentis existere, quantum prius potuit nouella adhuc<sup>10</sup> & vegeta iuuentute pollere? Minuatur necesse est quicquid sine iam proximo in occidua & extrema deuergit: Sic sol in occasu suo radios minus claro & igneo splendore iaculatur, sic declinante iam cursu,<sup>11</sup> exoletis cornibus luna tenuatur; & arbor quæ fuerat ante viridis & fertilis, arescentibus ramis fit postmodum sterili senectute deformis. Et fons qui exundantibus prius uenis largiter profluerebat, senectute deficiens vix modico sudore distillat. Hæc sententia mundo data est: hæc Dei lex est, vt omnia orta occidant, & aucta senescant; & infirmetur fortia, & magna minuantur; & cum infirmata & diminuta fuerunt, finiantur. Christianis imputas, quod minuantur singula mundo senescente: quid si & senes imputent Christianis, quod minus valeant in senectute? quod non perinde vt prius vigeant auditu aurium, cursu pedum, oculorum acie, virium robore, succo viscerum,<sup>12</sup> mole membrorum? & cum olim<sup>13</sup> ultra octingentos, & nongentos annos vita hominum longæua procederet, vix nunc possit ad centenarium numerum peruenire? Canos videmus in pueris, capilli deficiunt antequam crescant, nec ætas in senectute desinit, sed incipit à senectute: sic in ortu adhuc suo ad finem maturitas properat, sic quodcumque nunc nascitur mundi ipsius senectute degenerat; vt nemo mirari debeat singula in mundo cœpisse deficere, quando totus ipse iam mundus in defectione sit & in fine.<sup>14</sup> Quod autem crebrius bella continuant, quod sterilitas & fames sollicitudinem cumulât, quod sæuientibus morbis valcrudo frangitur, quod humanum genus luis populatione vastatur; & hoc scias esse prædictum, in nouissimis temporibus multiplicari mala & aduersa variari, & appropinquante iam iudicij die magis ac magis in plagas

generis humani censuram Dei indignantis accendi. Non enim sicut tua falsa querimonia & imperitia veritatis ignara<sup>15</sup> iactat, & clamitat, ista accidunt, quod dii vestri à nobis non colantur; sed quod à vobis non colatur Deus. Nam cum ipse sit mundi Dominus & rector, & cuncta arbitrio eius & nutu gerantur, nec quidquam fieri possit, nisi quod aut fecerit, aut fieri ipse permiserit: vtrique quando ea fiunt, quæ iram Dei indignantis ostendunt, non propter nos fiunt, à quibus Deus colitur; sed delictis & meritis vestris irrogantur, à quibus Deus omnino nec quaritur, nec timetur; nec relictis vanis superstitionibus religio vera cognoscitur; vt qui Deus vnus est omnibus, vnus colatur ab omnibus & rogetur. Ipsum denique audiloquentem, ipsum voce diuina instruentem nos pariter ac monentem: Dominum Deum tuum adorabis, inquit, & illi soli seruis. Et iterum: Non erunt tibi dii alij absque me. Et iterum. Nolite ambulare post Deos alienos, vt seruiatis eis, & ne adoraueritis eos; & ne incitetis me in operibus manuum vestrarum ad disperdendos vos. Propheta item Spiritu sancto plenius contestatur & denunciat iram Dei, dicens: Hæc dicit dominus Deus omnipotens: Eo quod domus mea deserta est, vos autem sectamini vnusquisque in domum suam, propterea abstinebit cœlû à rore, & terra subtrahet procreationes suas, & inducam gladium super terram, & super frumentum, & super vinum, & super oleum, & super homines, & super pecora, & super omnes labores manuum eorû. Item propheta alius repetit & dicit: Et pluuia<sup>16</sup> super vnam ciuitatem, & super aliam non pluam. Pars vna compluetur, & pars, super quam non pluerit, arefiet. Et congregabuntur duæ & tres ciuitates in vnam ciuitatem potandæ aquæ causa, nec fatiabitur; & non conuertimini ad me, dicit Dominus. Indignatur ecce Dominus & irascitur, & quod ad eum nõ conuertamini conminatur: et tu miraris aut quereris in hac obfinatione. & contemptu vestro, si rara desuper pluuia descendat, si terra situ pulueris squaleat, si vix ieiunas & pallidas herbas sterilibus gleba producat, si vineam debilitet grando cædens, si oleam derruncet turbo subuertens,<sup>16</sup> si fontem siccoitas statuat, ærem pestilens aura corrumpat, hominem morbida valcrudo consumat; cû omnia ista peccatis

peccatis protiocantibus veniant, & plus exacerbetur Deus quando nihil talia & tanta proficiant? Fieri enim ista vel ad disciplinam contumacium, vel ad pœnam malorum, declarat in scripturis sanctis idem Deus dicens: Sine causa percussi filios vestros,<sup>17</sup> disciplinam non exceperunt. Et propheta deuotus ac dicatus Deo, ad hæc eadem responderet & dicit: Verberasti eos, nec doluerunt: flagellasti eos,<sup>18</sup> nec voluerunt accipere disciplinam. Ecce irrogantur diuinitus plagæ & nullus Dei metus est. Ecce verbera desuper & flagella nõ defunt,<sup>19</sup> & trepidatio nulla, nulla formido est.<sup>20</sup> Quid si non intercederet rebus humanis vel ista censura; quanto adhuc maior in hominibus esset audacia facinorum impunitate secuta? Quereres quod minus nunc tibi vberes fontes, & auræ salubres & frequens pluuia, & fertilis terra obsequium præbeant, quod non ita vtilitatibus tuis, & voluptatibus elementa deseruiant.<sup>21</sup> Tu enim Deo seruis, per quem tibi cuncta deseruiunt? Tu famularis illi, cuius nutu tibi vniuersa famulantur? Ipse de seruo tuo exiis seruitutem, & homo hominem parere tibi & obedire compellis; & cum sit vobis eadem fors nascendi, condicio vna moriendi, corporum materia consimilis, animarum ratio communis, æquali iure, & pari lege vel veniatur in istum mundum, vel de mundo postmodum recedatur: tamen nisi tibi pro arbitrio tuo seruiatur, nisi ad voluntatis obsequium pareatur, imperiosus & nimis seruitutis exactor, flagellas, verberas, fame, siti, nuditate, ferro frequenter, & carcere affligis, & crucias; & non agnoscis miser dominum Deum tuum, cum sic exerceas ipse<sup>22</sup> in homine dominatum? Merito ergo incurstantibus plagis non defunt dei flagella nec verbera: quæ cum<sup>23</sup> nihil istic promoueant, nec ad Deum singulos<sup>24</sup> tanto cladium terrore conuertant, manet postmodum carcer æternus, & iugis flamma, & pœna perpetua, nec audietur illic rogantium gemitus, quia nec hic Dei indignantis terror auditus est, qui per prophetam clamat, & dicit: Audite sermonem domini filij Israel, quia iudicium est Domini aduersus incolas terræ, eo quod neque misericordia, neque veritas, neque agnitio Dei sit super terram, sed execratio, & mendacium, & cædes, & furtum, & adulterium diffusum est super terram, sanguinem san-

guini supermiscet. Itcirco terra lugebit cû vniuersis incolis suis, cum bestis agri, cum serpentibus terræ, cum volucribus cœli, & deficient pisces maris, vt nemo iudicet, nemo reuincat. Indignari se Deus dicit quod agnitio Dei non sit in terris, & Deus non agnoscitur nec timetur. Delicta mendaciorum, libidinum, fraudum, crudelitatis, impietatis, furoris, Deus increpat & incusat, & ad innocentiam nemo conuertitur. Fiunt ecce quæ verbis Dei ante prædicta sunt, nec quicquam fide præsentium; vt in futurum cõsular, admonetur, Inter ipsa aduersa, quibus vix coartata & conclusa anima respicit, vacat malos esse, & in periculis tantis non de se magis, sed de altero iudicare. Indignamini indignari Deum, quasi aliquid boni male viuendo mereamini, quasi non omnia ista quæ accidunt, minora adhuc sint & leuiora peccatis vestris. Qui alios iudicas, aliquando esto & tui iudex, conscientia tuæ latebras intuerè, iramo (quia nullus iam delinquendi vel pudor est, & sic peccatur, quasi magis per ipsa peccata placeatur) qui perspicuus & nudus à cunctis videris, & ipse te respice. Aut enim superbia inflatus es, aut auaritia rapax, aut iracundia fœuus, aut alea prodigus, aut vinolentia temulentus, aut liuore inuidus, aut libidine incestus, aut crudelitate violētus; & miraris in pœnas generis humani iram Dei crescere, cum crescat quotidie quod puniatur? Hostem quereres exsurgere, quasi, & si hostis desit, esse<sup>25</sup> pax inter ipsas togas possit. Hostem quereres exsurgere; quasi non etsi externa de barbaris arma, & pericula comprimantur, fetocius intus & grauius, de calumniis, & iniuriis potentium ciuium, domesticæ impugnationis tela grassentur. De sterilitate aut fame quereres; quasi famem maiorem siccoitas quam rapacitas faciat, quasi non de captatis annonarû incrementis & pretiorum cumulis flagrantior inopiæ ardor excreseat. Quereres cludi imbribus cœlum; cum sic horrea cludantur in terris. Quereres minus nasci; quasi quæ nata sunt, indigentibus præbeantur. Pestem & luem criminariis; cum peste ipsa & lue vel detecta sint, vel aucta crimina singulorum; dum nec infirmis exhibetur misericordia, & defunctis auaritia inhiat ac rapina:<sup>26</sup> Idem ad pietatis obsequium timidi, ad impia lucra temerarij, fugientes mortuorum funera, & appetentes spolia mortuorum; vt



appareat in ægritudine sua miseris ad hoc forsitan derelictos esse, ne possint, dum curantur, euadere. Nam petire ægrum voluit, qui censum pereuntis inuadit. Tantis cladum terror dare non potest innocentiæ disciplinam; & inter populum frequenti strage morientem, nemo considerat & se esse mortalem. Passim discurretur, rapitur, occupatur. Prædandi dissimulatio, nulla cunctatio,<sup>27</sup> nulla formido est. Quasi liceat, quasi oporteat, quasi ille, qui non rapit, damnum & dispendium proprium sentiat, sic vnusquisque rapere festinat. In latronibus est utcumque aliqua scelerum verecundia, auias fauces & deserras<sup>28</sup> solitudines deligunt, & sic illic delinquitur, vt tamen delinquentium facinus tenebris & nocte veletur. Auaritia palam sæuit, & ipsa audacia sua tuta, in fori luce abruptæ cupiditatis arma profertur. Inde falsarij, inde venefici, inde in media ciuitate sicarij, tam ad peccandum præcipites, quam impune peccantes. A nocente crimen admittitur, nec innocens qui vindicet, inuenitur. De accusatore vel iudice metus nullus. Impunitatem consequuntur mali, dum modesti tacent, timent conscij, veneunt iudicaturi. Et iccirco per Prophetam diuino spiritu & instinctu rei veritas promittitur, certa & manifesta ratio monstratur; Deum posse aduersa prohibere, sed ne ille subueniat, merita peccantium facere: Nunquid, ait, non valet manus Dei, vt saluos vos faciat, aut grauauit aurem, vt non exaudiat? Sed peccata vestra inter vos & Deum separant. Et propter delicta vestra auertit faciem suam à vobis,<sup>29</sup> ne misereatur. Peccata itaque & delicta reputentur, conscientia vulnera cogitentur, & desinet vnusquisque de Deo vel de nobis conqueri, si quod patitur, intelligat se mereri.<sup>30</sup> Ecce id ipsum quale est, vnde nobis vobiscum maxime sermo est, quod nos infestatis innoxios, quod in contumeliam Dei inpuagnatis, atque opprimitis Dei seruos. Parum est quod furentium varietate vitiorum, quod iniquitate feralium criminum, quod cruentarum compendio rapinarum vita vestra maculatur, quod superstitionibus falsis religio vera subuertitur, quod Deus omnino nec quaeritur, nec timetur: adhuc insuper Dei seruos, & maiestati ac nomini eius dicatos<sup>31</sup> iniustis persecutionibus agitat. Satis non est, quod ipse tu

Esa. 59.

Deum non colis; adhuc insuper eos qui colunt sacrilega infestatione persequeris. Deum nec colis, nec coli omnino permittis; & cum cæteri, qui non tantum ista inepta idola, & manu hominis facta simulacra, sed & portenta quædam & monstra venerantur, tibi placeant; solus displicet Dei cultor. Fumant vbique in templis vestris hostiarum busta & rogi pecorum, & Dei altaria vel nulla sunt, vel occulta.<sup>32</sup> Crocodili & cynocephali & lapides & serpentes à vobis coluntur, & Deus solus in terris aut non colitur, aut non est impune quod colitur. Innoxios, iustos, Deo charos domo priuas, patrimonio spoliatis, catenis premis carcere includis, bestiis, gladio, ignibus punis.<sup>33</sup> Nec saltem contentus es dolorum nostrorum compendio & simplici ac veloci breuitate pœnarum: admoues laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis visceribus numerosa supplicia, nec feritas atque immanitas tua vilitatis potest contenta esse tormentis; excogitat nouas pœnas ingeniosa crudelitas. Quæ hæc est insatiabilis carnificinæ rabies? quæ inexplebilis libido scruicitæ? Quin potius elige tibi alterum de duobus: Christianum esse, aut est crimen, aut non est. Si crimen est, quid non interficis consentem? si crimen non est, quid persequeris innocentem? Torquetur enim debui si negarem. Si pœnam tuam metuens id quod prius fueram, & quod Deos tuos non colueram, mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuisset, tunc ad confessionem criminis vi doloris adigendus; sicut in cæteris quaestionibus torquentur rei qui se negant crimine quo accusantur teneri, vt facinoris veritas, quæ indice voce non promittitur dolore corporis exprimitur. Nunc verò cum sponte confitear & clamem, & crebris ac repetitis identidem vocibus, Christianum me esse contester; quid tormenta admoues consententi? & Deos tuos non in abditis & secretis locis, sed palam, sed publice, sed in foro ipso magistratibus & præsidibus audientibus, destruenti: vt etsi parum fuerat, quod in me prius criminabaris, creuerit quod & odisse & punire plus debeas; quod dum me Christianum celebri loco & populo circumstante pronuncio, & vos & Deos vestros clara & publica prædicatione confundo. Quid te ad infirmitatem corporis vertis? quid cū terrenæ

terrenæ carnis imbecillitate contendis? Cū animi vigore congregere, virtutem mentis infringe, fidem destrue, disceptatione si potes vince, vince ratione. Vel si quid diis tuis numinis & potestatis est, ipsi in vltionem suam surgant, ipsi se sua maiestate defendant: aut quid præstare colentibus possunt, qui se de non colentibus vindicare non possunt. Nam si eo qui vindicatur plures est ille qui vindicat, tu diis tui maior es. Si autem iis quos colis maior es, non tu illos colere, sed ab ipsis potius coli debes<sup>34</sup> & timeri vt dominus. Sic illos læsos vltio vestra defendit, quo modo & clausos, ne pereant, tutela vestra custodit. Pudeat te eos colere, quos ipse defendis; pudeat tutelam de iis sperare, quos tu ipse tueris.<sup>35</sup> O si audire eos velles, & videre, quando à nobis adiurantur & torquentur spiritualibus flagris, & verborum tormentis de obsessis corporibus eiciuntur, quando euulantes & gementes voce humana, & potestate diuina flagella & verbera sentientes, venturum iudicium confitentur. Veni & cognosce vera esse, quæ dicimus. Et quia sic deos colere te dicis, vel ipsis quos colis, crede: aut si volueris & tibi credere, de te ipso loquetur, audiente te, qui nunc tuum pectus obsedit, qui nunc mentem tuam ignorantia nocte cæcauit, videbis nos rogari ab eis, quos tu rogas; timeri ab eis, quos tu adoras. Videbis sub manu nostra stare vinctos, & tremere captiuos, quos tu suspicis, & veneraris vt dominos. Certè vel sic confundi in istis erroribus tuis poteris; quando conspexeris & audieris deos tuos, quid sint,<sup>36</sup> interrogatione nostra statim prodere, & præsentibus licet vobis, præstigias illas, & fallacias suas non posse celare. Quæ ergo mentis ignauia est, immo quæ desipientium cæca, & stulta dementia, ad lucem de tenebris nolle venire? & mortis æternæ laqueis vinctos, spem nolle immortalitatis excipere: non metuens Deum comminantem & dicentem: Sacrificans diis eradicabitur nisi Domino soli? Et iterum: Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, & incuruatus est homo, & humiliatus est vir, & non laxabo illis. Quid te ad falsos deos humilias & inclinas?<sup>37</sup> Quid ante inepta simulachra & figmenta terrenæ captiua corpus incuruas?<sup>38</sup> Rectum te Deus fecit; & cum cætera animalia prona, & ad terram situ vergente

Exod. 22. Eja. 2.

depressa sint, tibi sublimis status, & ad cælum atque ad Deum sursum vultus erectus est. Illuc intueri, illic oculos tuos erige, in supernis Deum quære. Vt carere inferis possis, ad alta & cœlestia suspensum pectus attolle. Quid te in lapsum mortis cum serpente quem colis, sternis?<sup>39</sup> Quid in ruinam diaboli per ipsum & cum ipso cadis? Sublimitatem serua, qua natus es. Perseuera talis, qualis à Deo factus es. Cum statu oris & corporis animum tuum statue. Vt cognoscere Deum possis, te ante cognosce. Relinque idola, quæ humanus error inuenit. Ad Deum conuertere, quem si imploraueris subuenit. Christo crede, quem viuificantis ac reparandis nobis<sup>40</sup> pater filium misit. Lædere seruos Dei & Christi persecutionibus tuis define, quos læsos vltio diuina defendit. Inde est enim quod nemo nostrum quando apprehenditur, reluctatur: nec se aduersus iniustam violentiam vestram, quathuis nimius & copiosus noster sit populus, vlciscitur. Patientes facit de securura vltione securitas. Innocentes nocentibus cedunt. Infontes pœnis & cruciatibus acquiescunt; certi & fidentes quod inultum non remaneat quodcumque perpetimur, quantoque maior fuerit persecutionis iniuria, tanto & iustior fiat & grauior pro persecutione vindicta. Nec vnquam impiorum scelere in nostrum nomen exurgitur, vt non statim diuinitus vindicta comitetur. Vt memorias taceamus antiquas, & vltiones pro cultoribus Dei sæpe repetitas, nullo vocis preconio reuoluamus; documentum recentis rei satis est, quod sic celeriter, quodque in tanta celeritate sic granditer nuper secuta defensio est,<sup>41</sup> ruinis regum, iacturis oppum, dispendio militum, diminutione castrorum. Nec hoc casu accidisse aliquis existimet, aut fuisse fortuitum putet; cum iam pridem scriptura diuina posuerit & dixerit: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus. Et iterum Spiritus sanctus præmonet & dicat: Ne dixeris, vlciscar me de inimico meo, sed expecta Dominum, vt tibi auxilio sit. Vnde clarum est atque manifestum, quia non per nos, sed pro nobis accidunt cuncta ista, quæ de Dei indignatione descendunt.<sup>42</sup> Nec ideo quis putet Christianos iis quæ accidunt non vindicari, quod & ipsi videantur accidentium incurratione perstringi. Pœnam de aduersis mundi illo

Deut. 32.

Prou. 20.



fentit, cui & lætitia & gloria omnis in mūdo est. Ille mœret & deflet, si sibi male sit in sæculo, cui bene non potest esse post sæculum, cuius viuendi fructus omnis hic capitur, cuius hic solatium omne finitur; cuius caduca & breuis vita hic aliquam dulcedinem computat & voluptatē, <sup>45</sup> quādo istinc excesserit, pœna iam sola superest ad dolorem. Ceterum nullus is dolor est de incursatione malorum præsentium, quibus fiducia est futurorum bonorū. <sup>46</sup> Denique nec consternamur aduersis, nec frangimur, nec dolemus, neque in vlla aut rerum clade, aut corporum valitudine mussitamus; spiritu magis quam carne viuentes, firmitate animi infirmitatem corporis vincimus. Per ipsa, quæ vos cruciant & fatigant, probari & corroborari nos scimus & fidimus. Putatis nos aduersa vobiscum aequaliter perpeti; cum eadem aduersa videatis à nobis & vobis non aequaliter sustineri? Apud vos impatientia clamosa semper & querula est; apud nos fortis & religiosa patientia, quæra semper, & semper in deum grata est: nec quidquam istinc lætum aut prosperum sibi vindicat, sed mitis & lenis, & contra omnes fluctuantis mundi turbines stabilis, diuinę pollicitationis tempus expectat. Quæ diu enim corpus permanet, commune cum ceteris sit necesse est, & corporalis cōditio communis; nec separari generi humano ab inuicem datur, nisi istinc de sæculo recedatur. Intra vnam domum boni & mali interim continemur, quidquid intra domum euenerit, pari sorte perpetimur; donec aui temporalis sine completo, ad æternæ vel mortis vel immortalitatis hospitia diuidamur. Non ergo iccirco compares vobis & æquales sumus, quia in isto adhuc mundo & carne hac constituti mundi & carnis incommoda vobiscum pariter incurrimus: nam cum in sensu doloris sit omne quod punit, manifestum est cum non esse participem pœnæ tuæ, quem tecum videas non dolere. Viget apud nos spei robur, & firmitas fidei, & inter ipsas sæculi labentis ruinas erecta mens est, & immobilis virtus, & nunquam non læta patientia & de Deo suo semper anima secura; sicut per prophetam Spiritus sanctus loquitur & hortatur, spei ac fidei nostræ firmitatem cœlesti voce corroborans: Ficus, inquit, non afferet fructum, <sup>47</sup> & non erunt nascentia in vineis. Mentietur opus

Abacuc. 3.

olivæ, <sup>48</sup> & campi non præstabunt cibum. Deficient à pabulo oues, & non erunt in præsepibus boues. Ego autem in domino exultabo, & gaudebo in Deo salutari meo. Dei hominem, & cultorem Dei subnixum spei veritate, & fidei stabilitate fundatum, negat mundi huius & sæculi infestationibus commoueri. Vineam licet fallat, & oleam decipiat, & herbis siccitate morientibus æstuans campus arefcatur; quid hoc ad Christianos? quid ad Dei seruos, quos paradifus inuitat, quos gratia omnis & copia regni cœlestis expectat? Exultant semper in domino, & lætantur, & gaudent in Deo suo; & mala atque aduersa mundi fortiter tolerant, dum dona & prospera futura prospectant. Nam qui exposita natiuitate terrena, spiritu recreati & renati sumus, nec iam mundo, sed Deo viuimus; non nisi cum ad Deum venerimus, Dei munera & promissa capiemus: & tamen <sup>49</sup> pro arcendis hostibus, & imbribus impetrandis, & vel auferendis vel temperandis aduersis, rogamus semper & preces fundimus: & pro pace ac salute vestra propitiantes ac placantes deum, diebus ac noctibus iugiter atque instanter oramus. Nemo itaque sibi blandiatur, quod nobis & profanis Dei cultoribus, & Deo aduersantibus, sit interim per æqualitatem carnis & corporis laborum sæcularium conditio communis, vt ex hoc opinetur non omnia ista, quæ accidunt, vobis irrogari; cum Dei ipsius prædicatione & prophetica contestatione ante prædictum sit, venturam super iniustos iram Dei, persecutiones quæ nos humanitus læderent non defuturas, sed & vltiones quæ læsos diuinitus defenderent secuturas. Et quanta sunt quæ istinc pro nobis interim fiunt? In exemplum aliquid datur vt Dei vindicis ira noscatur: cæterum retro est iudicij dies, quem scriptura sancta denunciatur, dicens: Vlulate, proximus est enim dies domini, & obtritio à Deo aderit. Ecce enim dies domini venit insanabilis indignationis & iræ, ponere orbem terræ desertum, & peccatores perdere ex eo. Et iterum: <sup>50</sup> Ecce dies domini venit ardens velut clibanus, eruntque omnes alienigenę, & omnes iniqui stipula: & succendent illos adueniens dies: dicit dominus. Succendi & cremari alienigenas præcinit dominus, id est, alienos à diuino genere, & profanos, spiritualiter non renatos, nec Dei filios factos.

Esa. 13.

Malach. 4.

ctos. Euiadere enim eos solos posse, <sup>51</sup> qui renati & signo Christi signati fuerint, alio in loco Deus loquitur; quando ad vastationem mundi & interitum generis humani Angelos suos mittens, grauius in vltimo comminatur, dicens: Vadite & cædite, & nolite parcere oculis vestris. <sup>52</sup> Nolite misereri senioris aut iuuenis, & virginis, & parvulos, & mulieres interficite, <sup>53</sup> vt perdelectur. Omnem autem super quem signum scriptum est, ne tetigeritis. Quod autem sit hoc signum, & qua in parte corporis positum, manifestat alio in loco Deus, dicens: Transi per mediam Hierusalem, & notabis signum super frontes virorum, qui ingemūt & mœrent ob iniquitates, quæ sunt in medio ipsorum. Et quod ad passionem & sanguinem Christi pertineat hoc signum, & ille saluus atque incolumis referuetur, quisquis in hoc signo inuenitur; item Dei testimonio comprobatur dicens: Er erit sanguis in signo vobis super domos, <sup>54</sup> in quibus vos eritis: & videbo sanguinem & protegam vos, & non erit in vobis plaga diminutionis, cum percutiam terram Ægypti. Quod ante occiso agno præcedit in imagine, impletur in Christo, secuta postmodum veritate. Vt illic percutsa Ægypto, Iudaicus populus euadere non nisi sanguine & signo agni potuit: ita & cum vastari cœperit mundus & percuti, quisquis in sanguine & signo Christi inuentus fuerit, solus euadet. Respicite itaque dum tempus est ad veram & æternā salutem: & quia iam mundi finis in proximo est, ad Deum mentes vestras Dei timore conuertite. Nec vos delectet in sæculo inter iustos & mites impotens ista & vana dominatio; quando & in agro inter cultas & fertiles segetes <sup>55</sup> lolium & auena domineatur. Nec dicatis mala accidere, quia diu vestri à nobis non colantur, sed sciat hanc iram, Dei esse censuram: vt qui beneficiis non intelligitur, vel plagis intelligatur. <sup>56</sup> Deum vel sero quærite, quia iam pridem per prophetam Deus præmonens hortatur & dicit: Quærite Deum, & viuat anima vestra. Deum vel sero cognoscite, quia Christus adueniens hoc admonet & docet dicens: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Credite illi qui omnino non fallit. Credite illi, qui hæc omnia futura prædixit. Credite illi, qui cre-

Ezech. 9.

Ezod. 12.

Mal. 54.

Amos. 5.

Ierem. 17.

dentibus præmium vitæ æternæ dabit. Credite illi, qui incredulis æterna supplicia gehennæ ardoribus irrogabit. Quæ tunc erit fidei gloria, quæ pœna perfidiæ, cum iudicij dies venerit? quæ lætitia credentiū; quæ mœstitia perfidorum; noluisse istinc prius credere, & vt credant, iam redire non posse? Cremabit addictos ardens semper gehenna, & viuacibus flammis vorax pœna: nec erit vnde habere tormenta vel requiem possint aliquando vel finem. <sup>56</sup> Seruabuntur cum corporibus suis animæ infinitis cruciatibus ad dolorem. Spectabitur illic à nobis semper, qui hic nos spectauit ad tempus: & in persecutionibus factis oculorum crudelium breuis fructus, perpetua visione penabitur; secundum scripturæ sanctæ fidem dicentis: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt ad visionem vniuersæ carni. Et iterum: Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt; & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis; dicentes inter se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij. Nos inuisati vitam illorum æstimabamus infamiam, & finem illorum sine honore. Quo modo computati sunt inter filios Dei; & inter sanctos fors eorum est? Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non ortus est nobis. Læsari sumus in iniquitatis via & perditionis, & ambulauimus solitudines difficiles, viam autem domini ignotaui. Quid nobis profuit superbia? aut qui diuitiarum iactatio contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. Erit tunc sine fructu pœnitentiæ, dolor pœnæ, inanis ploratio, & inefficax deprecatio. <sup>57</sup> In æternam pœnam sero credent, qui in vitam æternam credere noluerunt. Securitati igitur & vitæ, dum licet, prouidete. Offerimus vobis animi & consilij nostri salutare munus. Et quia odisse non licet nobis, & sic Deo plus placemus, dum nullam pro iniuria vicem reddimus, hortamur dum facultas adest, dum adhuc aliquid de sæculo superest, Deo satisfacere, & ad veræ religionis candidam lucem <sup>58</sup> de profunda & tenebrosa nocte superstitionis emergere. Non

Marc. 9.

Sap. 5.



inuidemus commodis vestris, nec beneficia diuina celamus. Odiis vestris beniuolentiam reddimus, & pro tormentis ac suppliciis, quæ nobis inferuntur, salutis itinera monstramus. Credite & uiuite; & qui nos ad tempus persequimini, in æternum gaudete nobiscum. Quando istinc excessum fuerit, nullus iam penitentiæ locus est, nullus satisfactionis effectus, hic vita aut amittitur, aut tenetur; hic salutis æternæ cultus Dei, & fructus fidei prouidetur.<sup>19</sup> Nec quicquam aut peccatis retardetur, aut annis, quo minus veniat ad consequendam salutem. In isto adhuc mundo manenti, penitentia nulla sera est. Patet ad indulgentiam Dei aditus. & quærentibus atque intelligentibus veritatem facilis accessus est. Tu sub ipso licet exitu & vitæ temporalis occassu, pro delictis roges: & Deum qui vnus & verus est, confessione & fide agnitionis eius implores. venia contenti datur; & credenti indulgentia salutaris de diuina pietate conceditur; & ad immortalitatem sub ipsa morte transitur. hanc gratiam Christus impertit, hoc munus misericordiæ suæ tribuit subigendo mortem trophæo crucis, redimendo credentem pretio sanguinis sui, reconciliando hominem Deo patri, viuificando mortale regeneratione cælesti. Hunc (si fieri potest) sequamur omnes, huius sacramento & signo censamur: hic nobis viam vitæ aperit, hic ad paradysum reduces facit, hic ad cælorum regna perducit. cum ipso semper viuemus, facti per ipsum filij Dei: cum ipso exultabimus semper, ipsius cruore reparari. Erimus Christiani cū Christo simul gloriosi, de Deo patre beati, de perpetua voluptate lætantes semper in conspectu Dei, & agentes Deo gratias semper. Neque enim poterit nisi & lætus esse semper & gratus, qui cum morti fuisset obnoxius, factus est de immortalitate securus.

#### ADNOTATIONES IN librum ad Demetrianum.

1. Oblatrantem te, & aduersus Deum] *Ms. quidam Morelij: dominum.*
2. magistrum diuini & nominis auctoritate] *Adiectus recens: & nominis, ex Ms. Afflig. Dun. March. Blandin. & quodam Morelij. variam autem lectionem adnotat Grauius magisterio diuinæ auctoritatis. Atqui hoc non probat in hoc libro Lactantius, quod aduersum hominem ethnicum scripturis utatur.*

3. nec inculcandum porcis] *Novæ accipit: inculcare, pro: conculcare. Esse autem eam Manut. & Morel. lectionem genuinam, sit mihi verisimile ex consensu Ms. & lectione veteris excu. ac Remboldi: inculcantis. Erasmus videns hanc non satis conuenire textui, non male substituit: conculcandum. Confirmat illam infra lib. Testim. 3. c. 51. Morelius legens: ne inculcent, & similiter dixit Tertull. lib. de Patient. Tentationes inculcat.*

4. turbulenti maris concitos fluctus retundere] *Proverbum est hoc & ea quæ sequuntur: offerre lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam brutis. Quod bella crebrius furgent, & c. Eandem hanc calumniam ethnicorum confutavit ante D. Cyprianum Iustinus martyr Quæst. & respons. lib. 1. qu. 126. & Tertull. post medium Apologeticis, & Arnobius lib. septem, præsertim autem primo contra gentes. D. D. Ambrosius & Prudentius contra Symmachum, & latissime D. Augustin. lib. quinque prioribus de ciuit. Dei, ac Orsius lib. 7. Quorum quum alij plerique in refutationem huius calumnie, tum bella tum fames tum pestilentias adferant quæ ante Christum natum contigerunt, Orsius earum etiam cladum meminit quæ ab illo nato factæ sunt; & pulchrè deducit, post singulas persecutiones Christianorum, grauisima bella & clades consecutas, atque adeo ipsi potius persequutoribus quàm Christianis imputandas.*

5. Respondeo igitur & tibi] *Lectionem hanc Manutij, pro eo quod erat: Respondemus, confirmant Ms. nostri quinque & vnus Morelij, ac phrasid Cypriani sæpe dicta.*

6. Dixisti per nos fieri] *Propositio est ad quam toto opere respondet. Atqui quod de senectute mundi dicit, alludit ad veterum philosophorum & poetarum sententias, afferentium mundum senectute deteriore fieri; exemplis id ipsum probans. Scripturæ autem quas omittit se dicit, sunt: Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Et similes, quibus nouissimorum temporum prauitas manifestissime describitur in euangelicis & in Apostolicis litteris.*

7. Non frugibus æstate torrentis solis tanta flagrantia est] *Hunc locum ita restituimus ex quatuor Ms. nostris & vno Morelij, pro eo quod erat: solita flagrantia.*

8. Nec sic verna de tēperie sua fata læta sunt] *Maxime mihi placet hæc Dumen. cod. lectio, præsertim quod eam confirmant Marchin. cod. Ms. & exc. vulgati, legentes cum veter. excu. verna de temperie fata læta sunt. neque dissentit Morelij lectio: vernante temperie fata læta sunt. Alij tres tamen Ms. cum Manutio legunt duntaxat: de temperie sua læta sunt.*

9. nec adeo arboris fetibus autumnia fecunda sunt] *Autumna neutro genere noue hic usurpat. Beda quoque lib. de Orthogr. ita esse ferri testatur.*

10. & vegeta iuuentute] *Ita 4. Ms. nostri & vnus Morel. pro eo quod alij: iuuenta prius malo.*

11. exoletis cornibus luna tenuatur] *Ms. ijdem legunt, exilis, sed prius significantius est; exoleuit enim & deficiunt paulatim luna cornua, quum veterascat.*

12. mole membrorum] *Priscis illis seculis maioris fuisse molis hominum corpora deducit diuus August. lib. 15. de ciuit. Dei c. 9. etiam ex Plinij histor. nat. lib. 7.*

13. vltra octingētos & nōgētos annos vita hominum

minum longæua] *Confirmatur hic eiusdem D. Augustini sententia, quam ibidem & sex sequent. capitibus late persequitur, de longæua vita primorum mortalium, contra eorum sententiam qui Gen. c. 5. de annis lunariibus volebant intelligi, quale quid habet Plin. dictæ hist. lib. 7. cap. 48. non credens tam longæuos illos fuisse. Augustin. sententiam Iosephus antea longè comprobauit Antiq. Iudaic. lib. 1. c. 8. ex Manethone Aegyptiorum, Beroso Chaldeorum, & Mocho, Hefæo, Hieronymo Aegyptio Phœnicum historie scriptoribus: Hefæo etiã, Hecæto, Hellanico, Cœcilio, Ephoro, & Nicolao historicis. Immo & idoneam reddit rationem, studium Geometriæ & Astronomiæ, ut pote quarum certitudinem æstiqui non potuissent, si minus sexcentis annis vixissent. Et tot enim consistere Magnam annuum, qui omnium Planetarum (inquit Beda de temporibus c. 36.) ad sua loca recurru consuevit.*

14. Quod autem crebrius bella continuant, & c.] *De bellis loquitur, tum Gothorum contra quos pugnas occisus est Imperator Decius, tum aliis magis frequentibus sub Gallo & Volusiano. Ita enim Ioan. Zonara Annal. lib. 2. sub hoc motus Persarum recruduit, qui Armeniam occuparunt Tiridate Rege fuga elapso, cuius filij se ad hostes contulerant. Scytharum quoque multitudo penè innumerabilis in Italiam impressionem fecit, ijdemque Macedoniam, Thessaliam, & Greciam incursum. Eorum quoque pars Nicolide palude superata, per Bosphorum in pontum Euxinum irrupisse fertur, ac multas vastasse prouincias. Sunt & alia plures gentes contra ditones Romanorum concitate. De fame vniuersali nulla apud historicos mentio, at cuiusdam in Africa meminit sua ætate Tertull. ad Scapulam, sed quam contigisse dicit ob denegatas Christianis aras sepulcrarum. Vnde D. D. Ambrosius & Prudentius, temporibus Christianorum grandem eam fuisse negant, ad suam ætatem vsque, De lue latius infra libro de mortalitate. Hoc nunc dico duntaxat, hinc colligi, eodem tempore & hunc & illi libros conscriptos, atque adeo sub Gallo & Volusiano.*

15. iactat & clamitat] *Quidam Morel. cod. non male: latrat, & c.*

16. si fontem siccitas statuat] *Ms. 4. & vnus Morelij: obstruat, non male.*

17. & disciplinam non exceperunt] *Ms. omnes: receperunt] Prius magis conuenit voci Græcæ apud 70.*

18. Nec voluerunt recipere disciplinam] *Quod interferebatur in excusis: credere nec, omisimus cum Morelio; neque enim id habent Biblia Hebræa aut 70. neque Ms. cod.*

19. trepidatio nulla, nulla formido est] *Interferit Grauius: nulla cunctatio, sed id Ms. non habens.*

20. Quid si non intercederet] *Antiqui quidam codices Morelij: intendere, non male.*

21. Tu enim Deo seruis, & c.] *Aut cum interrogatione hæc enuncianda sunt, aut addenda negationes cum 4. Ms.*

22. in homine] *solus habet has voces Manut. malim autem legi: hominem.*

23. nihil istic promoueant] *Hoc mirum quod hoc loco alia significatione, propria nempe, accipiat voces: istic, illic, hic, forte quod cum homine docto ageret.*

24. tanto cladium terrore] *Cambron. cod. &*

*Grauius ad marg. legunt: gladij, sed prius malo, tum hic tū paulopost.*

25. esse pax inter togas possit] *Explicans hoc de bellis civilibus, videtur alludere ad illud Tertull. lib. de Pallio: Plus toga læsere Rempubl. quàm lorica.*

26. Idem ad pietatis] *Præua distinctio Remboldi ita hunc locum corruperat, ut indicaret Erasmus esse Solocismum, qui emittatur Ms. ac Manut. hac distinctio.*

27. nulla formido est] *Hæc recens adiecti ex Cambron. cod.*

28. Solitudines deligunt] *lectio hæc Grauij ad marginem. Manut. & cuiusdam Morelij, confirmatur à vet. exc. cod. legente: eligunt, pro eo quod ceteri: diligunt.*

29. ne misereatur] *Adiucunt quatuor Ms. codices: velti, sed id non habent 70. neque D. Hieronymi versio.*

30. Ecce id ipsum quale est, vnde nobis nobiscum] *Sic locum hunc supplēimus ex 4. Ms. & vno Mor. pro eo quod erat duntaxat: vnde nobiscum.*

31. iniustus perlequutionibus agitatis] *vri non placet illa lectio Manut. & cuiusdam Morel. cod. flagitatis: ita perinde est, siue prius illud legas cum Cambr. cod. siue fatigatis, cum alijs Ms. siue: flagellatis cum exc. ceteris.*

32. Crocodili & cynocephali & lapides & serpentes] *Monstra deorum Aegyptiorum quæ fuerint explicat. Crocodili autem meminit Tertull. li. 2. contra Marcionem & Cynocephali, id est canini capitis dei, in Apolog. 2. haud procul ab initio. De omnibus autem huius ita Athenag. Apol. pro Christianis: Aegyptij seles etiam & crocodilos & serpentes & aspidēs & canes præditi habent. Plura de iis D. Prudentius in Romano mart. & li. 2. contra Symmachum & Diodorus Siculus bibliot. lib. 2. Atqui Cynocephali figuræ colebatur ab Aegyptiis Anubis Osiridis regis filius, eo quod talibus insignibus vteretur, vnde & Aenei. 8. vocatur à Virgil. Latrator Anubis. Quodque turpissimū est, testatur Minutius Felix in Octauio, etiam crepitum ventris ab illis pro Deo habitum. Rectè autem Grauius adiucit: à vobis, nam etsi primum quidem portenta illa deorum Aegyptiorum Eufone & Sabino consulibus Capitolio prohibita sunt inferri, postea tamen restituta constat, ex Tertulliani Apolog. 33. Nec saltem contentus es] *Hinc patet fuisse Demetrianum Africa præsidem suæ proconsulem, qui Christianos persequendi accepisset potestatem: Imitatur autem ferè ad verbum Tertull. tum in Apolog. tum ad Scapulam.**

34. & timeri vt dominus] *Hoc ex quibusdam Ms. Morelij cod. adiectimus.*

35. O si audire] *Etiã hanc Christianorum in demones potestatem vrgent, Tertullian. locis citatis, Iustin. martyr. orat. ad gentiles contra Triphonem (ubi distinguit virtutem Exorcistarum Christianorum & Iudeorum) Arnobius contra gentes & Lactant. diu. insti. vide supra epistolam ad Magnum.*

36. quando à nobis adiurantur] *Adiurationis nomen veteribus Christianis vsitatum esse supra diximus epistola citata. Tertull. vero in Apolog. inter adiurare & deierare ita distinguit: demonis id est genas adiurare consueuimus vt illos de hominibus exigamus, non deierare vt illis honorem diuinitatis conferamus.*

37. sub manus nostras stare vincetos] *Nisi Man. & Mor. legerent: in manu nostra, crederem priorem*



esse lectionem genuinam, eo quod eam habeant Ms. & exc. ceteri omnes.

38. interrogacione nostra] *Cambron. cod.* ad interrogaciones nostras.

39. Quid ante inepta simulachra & figmenta terrena captiua] *Ita legendum, ante annos septingentos contendit Ionas noster Aurelian. de cultu imaginum lib. 1. contra Claudium Taurinensium, qui legebat cum exc. captiuum corpus, quomodo tamen etiam Ms.*

40. Rectum te fecit deus] *Aludat ad illud Ouidij Metamorph.*

*Pronaque cum spectent animantia cetera terram, Os homini sublime dedit, caelumque videre iussit.*

41. Quid in ruinam diabolij] *Ms. 4. nostri & quidam Morelij legunt: zabuli, sed Ionas Aurelian. prius legit cum Cambron. & exc. codicibus. Quod semel hic adnotasse sufficiat. Inde varietas orta (inquit Mor.) quod dorica lingua que latina quamproxima est &c. offert, pro eo quod Attica lingua: Διά, ut exempli gratia Ζεὺς Ἄλλος pro Διὸς Ἄλλος & Ἐξίωτος pro Διέξωτος.*

42. pater filium misit] *Adicimus filium, ex 5. Ms. & uno Mor. cod. quomodo & paulopost vocem: sit.*

43. ruinis Regum] *Loquitur de interfectione Gordianorum, Philipporum, Deciorum Imperatorum, quam etiam Graecus lib. 7. c. 31. persequitioni imputat Christianorum. Atque adeo non placet Ms. cod. lectio: ruinis rerum.*

44. Nec ideo quis putet] *Etiam hoc ad verbum ferè ex Tertull. & utriusque imitatus Amobius libro 1. pulchre deducit: malis & bonis enītra omnia esse cōmunia.*

45. quando istinc excelleret] *Hoc cum Morelio, & Gra. substituimus ex Ms. pro eo quod erat: recesserit, nam excedere & excessus Tertull. & Cypriano frequentia sunt pro mori & morte. Atqui pro: istinc, legunt 4. Ms. hinc, eligat lector quod volet.*

46. Denique nec consternamur aduersis] *vet. exc. & Ms. omnes legunt: consternimur, sed nusquam id legisse me memini in hac significatione. In istis ubique cum Manut. legitur: valitudo, pro eo quod alij exc. valerudo, & (quod miror) inuitare, pro eo quod auctores omnes: inuitare.*

47. & non erunt nascentia in vineis] *Quum Græce sit γεινιμασία apud 70. magis placet hac lectio Cambr. cod. Manut. & Morelij, quam ceterorum: & nō erit generatio, quamquam tamen magis adhuc placeret eiusdem Morel. cod. lectio: nascentia, Nam Hieron. in comment. legit iusta 70. & non erunt germina.*

48. & campi non præstabunt cibum] *Etiam hac illorum & Cambron. cod. lectio placet magis, quam ceterorum lectio: frumentum, eo quod Græce sit βρώσων, pro eo etiam quod exc. legebant: Deficient à stabulo, rectè Ms. cum Manut. legunt: a pabulo, quum 70. legunt ἀπὸ βρώσων.*

49. pro arcendis hostibus & imbris impetrandis & rogamus semper] *Locus insignis pro antiq̄uitate precum Ecclesiasticarum communium, qualis est etiam apud Tertull. & Iustin. in Apolog. Reperiuntur eiusmodi preces in Liturgijs etiam Iacobi, Clementis, Basilij, & Chrysostomi.*

50. Ecce dies domini venit ardens velut clibanus] *Exc. vulg. & Ms. 4. addunt: ignis, sed quum non*

reperiatur apud 70. neque infra li. Testim. 3. c. 28. rectè omittitur à Cambron. & Manut. cum Morel.

51. qui renati & signo Christi signati fuerint] *Rursus hic consignationis in baptismo meminit.*

52. Nolite misereri senioris aut iuuenis] *Mire hic variant codic. idque ob Amphibolam lectionem 70. lect. vulgata est: senioribus aut iuuenibus; illā habet Cambron. cod. & Manut. Ceteri Ms. & infra exc. lib. 2. Testim. ca. 22. legunt: Nolite misereri: Seniores iuuenes, & virgines &c. Tertull. aduersum iudeos: Ne misereamini senioris aut iuuenis, aut virginis, & paruulos & mulieres interficite Atque a deo prior illa lectio magis placet, eo quod Græcè omnia legantur num. singulari, quomodo & apud D. Hieron. in comment.*

53. vt perdeantur] *Prorsus sic legendum cum Cambron. cod. Gray. & Morel. conuincit dictum c. 22. li. Testim. & Tertull. Magis etiam exprimit illud quod Græcè est: εἰς ἐξόλει. ἴω, quod vertit D. Hieron. vsque ad interuencionem.*

54. in quibus vos ibi eritis] *Adiecit Mor. vocem: vos, quam habent & 70. more hebræorum; Ms. tamen nostri non habent.*

55. lolium & auena dominetur] *Aludat ad illud: Infelix lolium & steriles dominantur auena.*

56. seruabuntur cum corporibus suis animæ] *Hoc ex Cambr. cod. pro eo quod alij: seruauerunt, Est autem insignis locus de penis inferni.*

57. In æternam pœnam sero credent] *Ita Gray. & Mor. rectius quam ceteri: credunt.*

58. de profunda & tenebrosa nocte superstitionis] *Hoc ita ex Ms. suppleuimus cum Morelio, pro eo quod erat duntaxat: de profundo tenebrosæ superstitionis.*

59. Nec quisquam] *Nunquam seram docet esse pœnitentiam in hac vita.*

QVOD IDOLA DII NON SINT, ET QVOD DEVS vnus sit, & quod per Christum salus credentibus data sit, siue de idolorum vanitate.

ARGVMENTVM LIBRI sequentis.

Tria potissima huius libri capita titulus ipse complectitur. Primum hinc comprobatur, quod Reges fuerint & homines potius quam dij, quorum in honorem instituta sunt templa, expressa simulachra, immolatæ hostiæ, & festi dies celebrati. Atque adeo neque exteris neque Romanis quidquam potuisse prodesse illorum cultum, neque illis sed sorti potius imputandam Romani imperij potentiam, vt pote quæ & vicissitudine quadam contigerit, & suam ipsius originem erubescat. Neque vero auspicijs augurij siue quicquam tribuendum, ex vano illorum euentu constare: quin potius demonum esse has præstigijs, vel ipsi

Poetis

Poëtis, Socrate, Platone, Trismegisto & Hostiane resibus, qui & vnus Deum & demonas agnouerint. Alterum caput quod vnus sit Deus; tum per Monarchie præ ceteris dignitatem maiorem, tum per ipsius vulgi ethnici voces: O Deus, & similes, paucis manifestum facit. Postremū de Christo, ex prophetijs, Indæorū & Evangelica historia, latius profequitur. Atqui libri huius in hæc verba mentionē facit D. Hieron. epist. ad Magnum Oratorem: Cyprianus, quod idola dij non sint, qua breuitate, qua historiariū omnium sciētia, quorum verborum & sensuum splendore perstrinxit? vnde & magis placeret titulus iste: QVOD IDOLA DII NON SINT; quem habent Ms. cod. Angli. Aflig. Blandini. Dun. & Marchin. cū veteri excuso, nisi alioqui sensus nō cōstaret in ipso libri exordio. Addit præterea vetus excusus & 4. Ms. CONTRA PAGANOS, sed obstat phrasis Cypriani, cui gentiliū non Paganorum in hac significatione nomen vsitatum est. Imitatur autē in multis Apologeticum Tertulliani. Erasmus fragmentum putat esse maioris operis, sed præterquam quod breuitatis meminerit D. Hierony. ipsa oratio omnibus numeris suis absoluta est.

**D**E o s non esse, quos colit vulgus, hinc notum est, Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriæ coli apud suos, postmodum etiam in morte cæperunt. Inde illis instituta tēpla; inde ad defunctorum vultus per imaginem detinendos expressa simulachra: quibus & immolabant hostias, & dies festos dando honores celebrabant: inde posteris facta sunt sacra, quæ primis fuerat assumpta solarita. Et videamus an stet hæc apud singulos veritas. Melicertes & Leucothea præcipitantur in maria, & sunt postmodum maris numina. Castor & Pollux alternis moriuntur, vt viuant. Esculapius vt in Deum surgat, fulminatur. Hercules vt hominem exuat. Oeræis ignib⁹ cōcrematur. Apollo Admeti pecus pauit. Laomedonti muros Neptunus instituit, nec mercedē operis infelix structor accepit. Antrum Iouis in Creta visitur, & sepulchrum eius ostenditur, & ab eo Saturnū fugatū esse manifestū est: inde Latium de latebra eius nomē accepit. Hic litteras primiere, hic signare nummos in Italia primus instituit, vnde ararium Saturni vocatur: & rusticitatis hic cultor fuit, inde falcem ferens senex pingitur: Hunc fugatum hospitio Ianus excepit, de cuius nomine Ianiculum dictum est; & mēsis Ianuarius

\* excepit.

institutus est. Ipse bifrōs exprimitur, quod in medio constitutus annum incipientem pariter & recedentem spectare videatur. Mauri verò manifeste reges colunt, nec villo velamento hoc nomen obtreunt: inde per gentes & prouincias singulas varia deorum religio mutatur, dum non vnus ab omnibus Deus colitur, sed propria cuique maiorum suorum cultura seruatur. Hoc ita esse Alexander Magnus insigni volumine ad matrem suam scribit, metu suæ potestatis proditum sibi de diis hominibus à sacerdote secretum; quod maiorum & regum memoria seruata sit; inde colendi, & sacrificandi ritus inoleuerit. Si autem aliquando dij nati sunt, cur non hodiè que nascuntur nisi si fortè Iuppiter senuit, aut partus in Iunone defecit. Cur verò deos putas pro Romanis posse, quos videas nihil pro suis aduersus eorum arma valuisse? Romanorum enim vernaculos deos nouimus: est Romulus peierate Proculo deus factus, & Picus, & Tiberinus, & Pilumnus, & Consius; quæ Deū fraudis, velut consiliorū Deum, coli Romulus voluit; postquam in raptum Sabinarū perfidia prouenit. Deam quoque Cloacinam Tatius & inuenit & coluit; Pauorem Hostilius atque Pallorem. Mox à nescio quo Febris dedicata, & Acca, & Flora meretrices. In tantū verò deorū vocabula apud Romanos finguntur, vt sit apud illos & Viduus deus qui anima corpus viduet, qui quasi feralis & funebris intra muros nō habetur, sed foris collocatur, & nihilominus, quia extorris factus, damnatur potius Romana religione quàm colitur. Est & Scantus ab ascēsis dictus, & Forculus à foribus, & à liminibus Limentinus, & Cardea à cardinib⁹, & ab orbitaribus Suburbana. Hi dij Romani. Cæterum Mars Thracius, & Iuppiter Creticus, & Iuno vel Argiua, vel Samia, vel Pœna, & Diana Taurica, & deū mater Idæa, & Egyptiæ portenta, non numina: quæ utiq; si quid potestatis habuissent, sua ac suorum regna seruassent. Plane sunt apud Romanos & victi penates, quos Æneas profugus aduexit. Est & Venus Calua, multo hic turpius calua, quam apud Homerum vulnerata. Regna autem nō merito accidunt, sed forte variantur. Cæterum imperium ante tenuerunt & Assyrij, & Medi, & Persæ, & Græcos & Ægyptios regnasse cognouimus. Ita vicibus potestatum, Romanis quoque,

Bb iij



vt & ceteris imperandi tempus obuēnit.  
<sup>41</sup> Ceterum si ad originem redeas, erubescas. Populus de sceleratis & nocentibus congregatur, & Aſylo conſtituto facit numerum impunitas criminum; <sup>42</sup> vt Rex ipse principatum habeat ad crimina, sit Romulus parricida. Atque vt matrimonium facit, rem concordiae per discordias auspiciatur. Rapiunt, ferociunt, fallunt. Ad copiam ciuitatis augendam, nuptiae sunt illis rupta hospitij foedera, & cum foceris bella crudelia. <sup>43</sup> Est & gradus summus in Romanis honoribus consulatus: sic consulatum coepisse videmus vt regnum. <sup>44</sup> Filios interficit Brutus, vt crescat de suffragio sceleris commendatio dignitatis. Non ergo de religionibus sanctis, nec <sup>45</sup> de auspiciis, aut auguriis Romana regna creuerunt, sed acceptum tempus certo sine custodiunt. Ceterum & <sup>46</sup> Regulus auspicia seruauit, & captus est: <sup>47</sup> & Mancinus religionem tenuit, & sub iugum missus est. Et <sup>48</sup> pullos edaces Paulus habuit, & apud Cannas tamen caesus est. <sup>49</sup> C. Caesar ne ante brumam in Africam nauigia transmitteret, auguriis & auspiciis retinentibus; spreuit, & eo facilius nauigauit & vicit. Horum autem omnium ratio est illa, quae fallit & decipit, & praestigijis caecantibus veritatem, stultum & prodigium vulgus inducit. Spiritus infinceri & vagi, qui postea quam terrenis virtutibus immerſi sunt, <sup>50</sup> & a vigore caelesti, terreno contagio recesserunt, non desinunt perditis perdere, & deprauati errorem prauitatis infundere. <sup>51</sup> Hos & poetae daemones norunt, & Socrates instrui se & regi ad arbitrium daemones praedicabat; & Magis inde est ad pernicioſa vel ludicra potentatus; <sup>52</sup> quorum tamen praecipuus Hoftanes & formam veri Dei negat conspici posse, & angelos veros sedi eius dicit assistere. <sup>53</sup> In quo & Plato pari ratione consentit, & vnum Deum seruans, ceteros angelos, vel daemones dicit. <sup>54</sup> Hermes quoque Trifinegiſtus vnum Deum loquitur, eumque incomprehensibilem atque inaeſtimabilem confitetur. Hi ergo spiritus sub statutis atque imaginibus consecratis deliteſcunt. hi aſtatu suo vatium pectora inspirant, extorum fibras animant, auium volatus gubernant, sortes regunt, oracula efficiunt, falsa veris semper inuoluunt. nam & falluntur, & fallunt: vitam turbant, somnos inquietant, irrepentes etiam in corpori-

bus <sup>56</sup> occulte mentes terrent, membra diftorquent, valetudinem frangunt, morbos lacessunt; vt ad cultum sui cogant, vt nidore altarium, & rogis pecorum faginari, <sup>57</sup> remissis, quae contrinixerant, curasse videantur. Haec est de illis medela, cum illorum cessat iniuria: nec aliud illis studium est, quam a Deo homines auocare, & ad superstitionem sui ab intellectu verae religionis auerere; cum sint ipsi poenales, quaerere sibi ad poenam comites, quos ad crimen suum fecerint errore participes. <sup>58</sup> Hi tamen adiarati per Deum verum a nobis, statim cedunt, & fatentur, & de obsessis corporibus exire coguntur. Videas illos nostra voce & operatione maiestatis occultae flagris caedi, igne torreri, incremento poenae propagantis extendi, eiulare, gemere, deprecari: vnde veniant, & quando discedant, ipsis etiam qui se colunt audientibus confiteri; & vel exiliunt statim, vel euaneſcunt gradatim, prout fides patientis adiuuat, aut gratia curantis aspirat. Hinc vulgus in odium nostri nominis cogunt, vt nos odiſſe incipient homines antequam nosse; ne cognitos aut imitari possint, aut damnare non possint. <sup>59</sup> Vnus igitur omnium dominus est Deus: neque enim illa sublimitas potest habere consortem, cum sola omnem teneat potestatem. Ad diuinum imperium etiam de terris mutuemur exemplum. Quando vnquam regni societas aut cum fide cepit, aut sine cruore desinit? <sup>60</sup> Sic Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogis disſidentibus etiam in morte discordia: & Romanos geminos vnum non capit regnum, quos vnum vteri coepit hospitium. Pompeius & Caesar affines fuerunt, nec tamen necessitudinis foedus in aemula potestate tenuerunt. <sup>61</sup> Nec hoc tantum de homine mireris, cum in hoc omnis natura consentiat. <sup>62</sup> Rex vnus est apibus, & dux vnus in gregibus, & in armentis rector vnus: multo magis mundi vnus est rector, qui vniuersa, quaecunque sunt, verbo iubet, ratione dispensat, virtute consummat. Hic nec videri potest, visu clarior est: nec comprehendi, tactu purior est: nec aestimari, sensu maior est. & ideo sic eum digne aestimamus, dum inaeſtimabilem dicimus. <sup>63</sup> Quod verum repletum habere possit Deus, cuius templum totus est mundus? & cum homo latius maneat, intra vniam aediculam vim tantae maiestatis includam? In nostra dedicandus est mente, in nostro con-

consecrandus est pectore. Nec nomen Dei quaras: Deus nomen est illi, illic vocabulis opus est, vbi propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est. Deo qui solus est, <sup>64</sup> Deus vocabulum totum est. Ergo vnus est, & vbique totus diffusus est. Nam & vulgus in multis Deum naturaliter confitetur, cum mens & anima sui auctoris & principis admonetur. <sup>65</sup> Dici frequenter audimus, o Deus; & Deus videt; & Deo commendo; & Deus mihi reddet, & quod vult Deus; & si Deus dederit. Atque haec est summa delicti, nolite agnoscere quem ignorare non possis. Quod verum Christus sit, & quo modo per ipsum nobis salus venerit, sic est ordo, sic ratio. Iudaeis primum erat apud Deum gratia: sic olim iusti erant, sic maiores eorum religionibus obediebant. <sup>66</sup> inde illis & regni sublimitas floruit, & generis magnitudo prouenit: <sup>67</sup> sed illi negligentes indisciplinati & superbi postmodum facti, & fiducia patrum inflati; dum diuina praecipua contemnunt, datam sibi gratiam perdidierunt. Quam verum fuerit illis profana vita, quae contracta sit violatae religionis offensa, ipsi quoque testantur, qui etiam voce tacent, exitu confitentur: dispersi & palatidi vagantur, soli & caeli sui profugi, per hospitia aliena iactantur. Necnon Deus ante praedixerat fore, vt vergente saeculo, & mundi fine iam proximo, <sup>68</sup> ex omni gente, & populo, & loco cultores sibi allegeret Deus <sup>69</sup> multo fideliores, & meliores obsequij, qui indulgentiam de diuinis muneribus hautirent, quam acceptam Iudaei contemptis religionibus perdidissent. <sup>70</sup> Huius igitur indulgentiae gratiae disciplinaeque arbiter, & magister sermo, & filius Dei mittitur, qui per prophetas omnes retro illuminator, & doctor humani generis praedicabatur. Hic est virtus Dei, hic ratio, hic sapientia eius, & gloria: hic in virginem illabitur; <sup>71</sup> carne, Spiritu sancto cooperante, induitur. Deus cum homine miscetur; hic Deus noster, hic Christus est, qui mediator duorum, hominem induit, quem perducit ad Patrem. Quod homo est, esse Christus voluit, vt & homo possit esse quod Christus est. Sciebant & Iudaei Christum esse venturum: nam hic illis semper prophetis admonentibus adnunciabatur: sed significato duplici eius aduentu, vno, qui exercitio & exemplo hominis fungeretur, altero, qui

Deum fateretur, non intelligendo primum aduentum, qui in passione praecessit occultus; vnum tantum credunt, qui erit in potestate manifestus. Quod autem hoc Iudaeorum populus intelligere non potuit, delictorum meritum fuit. sic erant <sup>72</sup> sapientiae & intelligentiae caecitate multati, vt qui vita indigni essent, haberent vitam ante oculos; nec viderent. Itaque cum Christus Iesus, secundum a prophetis ante praedicta, verbo & vocis imperio daemonia de hominibus excuteret, paralyticos restringeret, leproſos purgaret, illuminaret caecos, claudis gressum daret, mortuos rursus animaret, coegeret sibi elementa famulari, seruire ventos, maria obedire, inferos cedere; Iudaei qui illum crediderant hominem tantum, de humilitate carnis & corporis; existimabant magum, de licentia potestatis. Hunc magistri eorum atque primores, hoc est, quos & doctrina ille, & sapientia reuincebat, <sup>73</sup> accensi ira & indignatione prouocati, postremo detentum, Pontio Pilato, qui tunc ex parte Romana Syriam procurabat, tradiderunt, crucem eius & mortem suffragiis violentis ac pertinacibus flagitantes. Hoc eos facturos & ipse praedixerat, & prophetarum omnium testimonium sic ante praecesserat, oportere illum pati, <sup>74</sup> non vt sentiret tantum mortem, sed vt vinceret: & cum passus esset, ad superos denuo regredi, vt vim diuinam maiestatis ostenderet. Fidem itaque rerum cursus impleuit, nam & crucifixus, praevento carnificis officio, spiritum sponte dimisit, & die tertio rursus a mortuis sponte surrexit. Apparuit discipulis suis talis vt fuerat, agnosendum se videntibus praebuit, <sup>75</sup> simul iunctus & substantiae corporalis firmitate conspicuus, ad dies quadraginta remoratus est, <sup>76</sup> vt de eo ad praecipua vitalia instrui possent, & discerent quae docerent. Tunc in caelum circumfusa nube sublatus est, vt hominem quem dilexit, quem induit, quem a morte protexit, ad patrem victor imponeret; <sup>77</sup> iam venturus e caelo ad poenam diaboli, & ad censuram generis humani, vltoris vigore, & iudicis potestate: per orbem verum discipuli magistro & Deo momento diffusi praecipua Dei in salutem darent, ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, caecos & ignaros <sup>78</sup> ad agnitionem veritatis ocularent. Ac ne esset praebatio minus solida, & de Christo delicata



confessio: per tormenta, per cruce, per multa pœnarum genera tentantur. Dolor qui veritatis testis est admouetur; vt Christus Dei filius, qui hominibus ad vitam datus creditur, non tantum præconio vocis, sed & passionis testimonio prædicaretur. Hunc igitur comitamur, hunc sequimur, hunc habemus itineris ducem, lucis principem, salutis auctorem, cœlum pariter & patrem querentibus, & credentibus pollicentē. Quod est Christus, erimus Christiani, si Christum fuerimus imitati.

### ADNOTATIONES in librū Quod idola dij nō sint.

1. Deos non esse quos colit vulgus] Ita hunc lib. auspicantur Ms. Anglicus & Cambrensis codex cum Manutio, vt que præmittuntur ab alijs, titulum libri constituent. Atque adeo sensus erit clarus huius loci, alioqui deprauatissimi. Legebatur enim sic; Quod idola dij non sint, & quod vnus Deus sit, & quod credentibus datum sit: Deos non esse, &c. Pro quo coniecit legendum Morel. & quod in credentibus ratum sit, (confirmante id Dumen. cod. qui pro: datum, variam habet lectionem in margine: ratum) Costerius: & quod credentibus clarum sit; sed neutrum satisficit. Quare placet magis, vt cum Manutio legamus in titulo: ET QVOD PER CHRISTVM SALVS CREDENTIBVS DATA SIT; & deinde modo iam dicto exordium suum liber fortietur.

2. quibus & immolabant hostias] Hæc vicissim lectio Grauij & Costerij placet magis, quam aliorum: & immolabant sive: Nam & immolabant.

3. Melicertes & Leucorhea præcipitantur in maria] De his sic Athenagoras pro Christ. ipsam ino post insaniam & quis in insaniam exhibuit perperiones, deam factam esse opmati sunt. Pelago vagantes, nominat Leucotheam id est albam deam filium eidem eius, nautæ colendum quem vocant Palæmonem. De iisdem ita D. Augusti. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 14. Vxor Regis Athamanis que vocabatur Ino & eius filius Melicertes, præcipitio spontaneo in mari perierunt, & opinione hominum in deos relati sunt. Illam certè Melicertis matrem Leucotheam Græcè, Matutam Latini vocauerunt. Portunum autem nominat Melicertem Arnobius lib. 3. Palæmonem atque Portunum Lactantius lib. 1. cap. 21.

4. Castor & Pollux] De Castoribus, Aesculapio & Hercule, ad verbum hæc desumpsit Minutius Felix in Octauio. Lactantius autem lib. 6. instit. diuin. ca. 10. Castor (inquit) & Pollux dum alienas sponsas rapiunt, esse gemini destiterunt. Nam dolore iniurie conceitatus Idaeus, alterum gladio transuerberauit. Et eosdem Poëta æternis viuere, alteris mori narrat; vt iam sint non deorum tantum, sed omnium mortalium miserimi, quibus semel mori non licet. Hos tamen Homerus ambas simpliciter (non vt poëta solent) mortuos esse testatur & Lacedæmonæ sepultos. Erant autem Iouis ex Læda filij gemini fratres Helena. Vnde & ipsos Onorum progeniem deos vocat Arnob. lib. 1.

5. Aesculapius] De hoc loco citato Lactantius: Aesculapius & ipse non sine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, nisi quod sanauit Hippolytum, mortem sane habuit clariorē, quod à Deo meruit fulminari. Hunc Tarquinius, de viris illustribus differens, ait incertis parentibus natum, expositum, & à venatoribus inuictum, canino lacte nutritum, Chironi traditum didicisse medicinam, fuisse autem Messenum sed Epidauri moratum. Tullius etiam Cinesura vrbe Arabia dicit sepultum. Tres autem fuisse Aesculapios testatur Arnobius, quomodo & ternos Castores lib. 4. Medicina verò inuentum illi tributum, testatur Tertull. in Apolog. & de corona militis. Frequens etiam mentio Aesculapij apud Iustinum martyrem & Athenagoram.

6. Hercules vt hominem exuat Ocreis ignibus concrematur] Veram esse hanc lectionem excus. cod. præ Ms. 4. qui omittunt Ocreis, aut Cambrenen. qui legit: Atheneis, pater ex historiis, que in Oeta monte Herculem & concrematurum & sepulchrum astruunt: Sic Lactantius lib. 1. cap. 9. Arnob. lib. 4. ex Plutarcho Chæroneo, D. Augusti. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 4. Loquitur autem de Hercule Iouis ex adulterio Alcmena filio, qui vna generatione Troicum bellum antecessit, & cum Argonautis nauigauit; quem Thebanum nuncupat Arnobius lib. 1. (vixit quum Tyrus in sinibus Hispanie sepultus sit) & sextum nominat Cicero, Diodoros Siculus lib. 4. è tribus secundum. Varro autem quadraginta quatuor Hercules recenset.

7. Apollo Admeti pecus paut. Laomedonti muros Neptunus instituit] De vtroque hoc sic Lactantius dict. lib. 10. c. Quid Apollo nōme ob amorem quo flagrauit turpissime gregem alienum paut & muros Laomedonti construxit, cum Neptuno mercede conductus, que illi negari potuit impune? Nec dissentiant Tertull. in Apolog. Athenagoras ora. pro Christianis, Arnob. lib. 4. & D. Augusti. lib. 3. de Ciuit. Dei ca. 2. Apollines autem quatuor ponit lib. 3. de natu. deorum Cicero, & Arnob. lib. citato, & eum de quo hic agitur, putat D. Augusti. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 13. fuisse filium Latone, illum ab eo cuius oracula solebant consuli.

8. Antrum Iouis in Creta visitur, & sepulchrum] Tres (inquit Cicero de nat. deorum lib. 3. & Arnob. lib. 4.) Ioues numerant, primum & secundum natos in Arcadia, alterum patre æthere alterum patre celo, tertium Cretensem Saturni filium; cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Idque iuxta Ennium in sacra historia (Lact. teste lib. 1. c. 11. vbi totam illius vitam prosequitur) in oppido Gnosco, cum hac inscriptione: ὁ Ζεὺς τῶν Χρῆον. D. Epiph. vero in Ancorato, dicit id sua ætate commonstrari in monte Latio. Meminit etiam Athenagor. ora. pro Christ. non sepulchri modo sed & antri Iouis; & quem imitatur auctor Tertullia. in Apologetic. Antrum Ideum, æra Coribantia, tumulum Iouis in Creta commemorat. Atqui non tres tantum, sed trecetos (inquit Tertull.) Ioues sive Iupiteres Varro Romanus Cynicus introduxit.

9. inde Latium de latebra eius nomen accepit] Alludit ad illud Virgilij Aeneid. 8.

Latiumque vocari  
Maluit, his quoniam latiusset tutus in oris.  
Similia D. Pruden. in Romano marty. Descripsit autem hæc omnia de Saturno, Minutius Felix, ad verbum fere

Hic

10. Hic litteras imprimere, hic signare numeros in Italia primus, &c.] Sic Tertull. in Apolog. Ab ipso primum tabule & imagine signatus nummus, & inde Aetario presidet. De erarij institutione Lactantius Macrobius Saturn. lib. 1. qui tamen Iano tribuit nummi ære inuentum, quod cum Tertull. & Cypriano Eutropius Saturno tribuit. Neque verò difficilis est concordia, quum primi æris nota fuerit (vt argumento sunt teste Lactantio nummi veteres) ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis, in honorem hostiis Saturni, quod primo Eastorum testatur Ouidius.

Ac bona posteritas puppim formauit in ære,

Hospitū aduentum testificata Dei.

Si quid autem in re incerta diuinare liceat, fortassis biceps forma in ære signata, & Saturni & Iani effigiem continebat. Porro litterarum in Latium introductionem Pelagius tribuit Plinij & Solinus. Euiandro Linius & Cornelius Tacitus, si adhuc alius à Saturno originem petamus, nihil consequetur absurdum.

11. & rusticitatis hic cultor fuit] Grauius adiecit: primus, sed Ms. id non habent, & recte; iam olim enim antea agricultura in vsu fuit apud Cain & Patriarchas legis nature. Atqui in Latio agricultura institutionem Macrobius & Eutropius Saturno attribuit. Qui plura de Saturno desiderat, videat Lactantij lib. 1. cap. 11. 12. 13. & 14.

12. inde ferens falcem senex pingitur] Eandem huius picturæ rationem reddit Varro, D. Augusti. teste li. 7. de Ciuit. Dei cap. 19. Adiecit autem senex, ex Ms. Cambrenen.

13. de cuius nomine ianiculum] Id ipsum habet Solinus & Arnobius lib. 1. Erat autem oppidum Romanum vicinum, quo ibatur ad Hetruscos. Atqui Tertull. dicit Ianum appellatum Ianem à Salijs. Prisca enim illi & iam obsoleta vocabula in suis carminibus retinebant, vt oracula pro oscula, mamariam veterem pro memoriam, & similia.

14. Ipse bifrons exprimitur] Hæc ratio ad mensam Ianuarium potissimum spectat; D. Augusti. lib. 7. de Ciuit. Dei. & Ouid. aliam rationem reddunt.

15. Mauri verò manifeste reges suos colunt] Hoc rursum ex Tertull. Apolog. Vnicuique (inquit) prouincia & ciuitati suæ Deus est, vt Syria Astartes, vt Arabia Diosares, vt Norica Tibelesus, vt Africa Cælestus, vt Mauritania Reguli sui, &c. Vide aliarum gentium deos apud Lactan. lib. 1. cap. 15. & 21. & apud Minutium initio Octauij sui.

16. Hoc ita esse Alexander magnus] Epistola eius ad Olimpiadem, præter Minutium Felicem meminit & D. Augusti. de Ciuit. Dei li. 8. c. 5. & 12. c. 10. Videtur autem ex priori loco Varro quoque illum meminisse. Athenag. quoque pro Christian. in hæc verba: Herodotus, & Alexander Philippi filius, in ea quam ad matrem dedit epistola (vtræque autem istorum Heliopoli & Memphis Thebis in colloquium sacerdotis venisse dicitur) ab eis ipsis se cognouisse aunt; homines illos fuisse. Quare rectius legunt Grauius, Manutius, & Morelius: de diis hominibus, quam alij: de iis, aut: de piis.

17. cur nō hodieque nascūtur? Ita elegatè Ms. Cæb. Affli. Marc. Dum. et Blad. cū Morel. pro eo quod alij: hodie quoque. Confirmat priorem Minutius Felix.

18. Cur verò deos putas pro Romanis posse]

Latius hoc prosequitur Tertull. Non placet autē quod legit Morelius: prolius, eius loco quod alij legunt: pro suis.

19. Romulus peierante Proculo deus factus] Ad verbum hoc descripsit ex Tertull. lib. 4. contra Marcionem, habet etiam Minutius tum hoc tum quæ sequuntur deorum Romanorum nomina; historiam explicat D. Aug. de Ciuitate Dei lib. 3. cap. 15. Viderint (inquit) quidam scriptores eorum, qui Romulum propter ferocitatem à senatu disceptum esse dixerunt, subornatumque nescio quem Iulium Proculum, qui tum sibi apparuisse diceret, eumque per se populo mandasse Romano, vt inter numina coleretur. Acciderat enim & solis defectio, quam certa ratione sui cursus effectam imperita nesciens multitudo, meritis Romuli tribuebat.

20. Picus] Hunc Virg. Aeneid. 7. & Arnob. lib. 2. Saturni facit filium, Iouis fratrem; & primum Laurentium regem fuisse, eo tempore quo apud Hebræos iudicabat Dehors, testatur D. Augusti. de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 15. de eodem Lact. lib. 1. cap. 22. Faunus in Latio, Picum patrem inter deos honorauit.

21. Tyberinus] In Latio (inquit Lact. lib. 1. cap. 11. Auentinus vocabulum monti dedit in quo sepultus est Tyberinus vel Tyberis amni in quo mersus est. Recte autem vtriusque nominat, nam quod Tybri Tuscorum Regi Virgil. Aeneid. 8. Tyberino Albanorum Regi Capeti filio attribuit Ouid. Fastorum 2. De hoc autem, & Cypriano, & D. Augusti. de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 23. sermo est.

22. Pilumnus] Hunc etiam Iouis filium facit Seruius, ita dictum quod primus pinsendi fragmenti vsu adinuenerit, & fratrem eius Pulhunnium (sive Picumnium iuxta Minutium) eundem esse quem ab vsu stercoreandorum agrorum Sterculium vocant, de quo & Lactantius & Tertull. locis citatis.

23. Et Consus quem Deum fraudis, &c.] Que habet de Conso & hic & Tom. 3. lib. de Spect. de Cloacina & Pauore, ex Tertull. sumpt lib. 1. aduersus Marcionem. De illo verò ita iste, lib. de Spectac. Exinde ludi Consualia dicti, qui initio Neptunum honorabant, eundem enim & Consus vocabant. De hinc Equiria Marti Romulus dicit. Quamquam & Consualia Romulo descendunt, quod ex Conso dicauerit, deo (vt volunt) consilij, eius scilicet quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus suis in matrimonium excogitauit. Et hunc Ara Cōso illi in Circo defossa est, ad primas metas sub terra, cum inscriptione huiusmodi: CONSVS CONSILIO, MARS DVELLO, IARES COMITIO POTENTES. Sacrificant apud eam Nonis Iulius sacerdotes publici xij. Kalend. Sept. flamen Quirinalis & Virgines. Meminerunt eiusdem Arnob. lib. 3. & D. Augusti. bi. 4. cap. 11. de Ciuit. Dei.

24. Deam quoque Cloacinam, &c.] De his tribus dixit ita Lactan. loco saepe citato: Cloacina simulacrum in cloaca maxima repertum Tatius consecrauit, & quid cuius esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit. Pauorem Pallorēque Tullius Hostilius figurauit & coluit. Quum enim, commisso prælio inter Vocentes & Romanos, nunciatum esse Albanos desciscere, & Romanos Rex videret pauere & pallere, Pauori & Pallori templum vouit. Meminit eorundem D. Augusti. dict. lib. de Ciuit. Dei. cap. 23. Atque adeo recte coniecit Ludou. Priues, etiam eiusdem libri cap. 8. legendum: Cloacina, non: Cluacina.

MOX



25. Mox nescio à quo febris dedicata ] Plures febris arae crexerunt Romani. Veteris cuiusdam meminit Cicer. 2. de Legib. & Plin. lib. 2. qui & alterius facit mentionem in ara Marianorum monumentorum, tertie quoque in summa parte vici longi. Eiusdem dea mentionem facit D. August. lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 14. & Lactan. loco citato.

26. & Acca & Flora meretricēs ] Acca Laurentia nutritrix fuit Romuli & Remi, profuturissima lupa (inquit Tertull. & Lactan.) & ideo figura lupae culta à Romanis. Atque adeo & apud Minutium restituenda vox Laurentia pro Laurentia, praesertim quum etiam Graeci λαογῶν (i. e. nuncupent. Flora autem (inquit Lactantius & Varro de re rustica. lib. 1. cap. 13.) cum magnas opes ex arte meretricia comparasset, populum Romanum scripsit heredem, cuius ex annuo seruire suis natalis dies celebraretur, editione ludorum quos appellant Floralia. Quod quia Senatus flagitiosum videbatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudende rei quadam dignitas adderetur: deam finxerunt esse, quae floribus praesit, & c. quae ob prolicitatem omittimus. Meminit eiusdem Arnobius lib. 3. & D. August. de Ciuita. Dei lib. 4. cap. 8.

27. In tantum verò deorum vocabula, &c. ] Lineas hic aliquot adiecit ex veteri exciso codice, Grauius, Costerius, & cod. Ms. D. Pantalconis iuxta Coloniam, praesertim cum phrysiis à Cypriano non differant, & horum deorum plerisque enumerent Tertullianus & D. Augustinus.

28. & nihilominus, quia extorris factus damnatur potius ] sic hunc locum restituit ex varia lectione. Ms. enim cod. & Grauius habebant: quam extorris, verum vet. excu. legit: quia, quamquam verba haec transponat. Costerius utranque vocem omisit.

29. & Forculus à foribus ] ita recte alij, pro eo quod Grauius: Fortulus, nam Tertullianus de corona milit. & D. Augustin. lib. 4. de Ciuita. Dei cap. 8. ostiorum deos cum Cypriano Forculum & Limentinum enumerant. Quare & apud Arnobium lib. 2. legendum censet: Limentinos, pro Libentinos, praesertim cum lib. 4. Limentini dei etiam meminerit.

30. & Cardea à Cardinibus ] Grauius: Caria, Costerius: Cardinea, verū locis citatis Tertull. & D. August. cardeam nuncupant. De eadē est illud Ovi. Fast. li. 6. Prima dies tibi carna datur, Dea cardinis haec est.

31. & ab orbitibus Suburbana ] Prorsus legendum censet: Orbona, ex verbis Arnobij lib. 4. In tutela sunt Orbona, orbitibus parentes: sed ob consensum exēplarum immutare illud nolui.

32. Ceterum Mars Thracius & Iuppiter Creticus ] ut Romanos non esse deos astruat sed externos, à regione cuiusque cognomen indit. De Martis tamen patria dubitatum nonnunquam, manifestum sit ex Arnob. lib. citat. Quis (inquit) Spartanum fuisse Martem, nōne Epicharmus auctor vester? quis in Thracia finibus procreatum, non Sophocles Aiticius cunctis consentientibus theatris?

33. & Iuno vel Argiua vel Samia vel Pœna ] Hanc variis hic appellat nominibus, à locis ubi colebatur, Argo, Samo, & Carthagine. De quorum duobus postremis Tertullianus in Apolog. Dianam similiter Tauricam, ut pote quae in Taurico apud Scythas humana victi-

ma placari soleat, quomodo etiam Mercurius apud Gallos, Busiris apud Aegyptios; & apud Aethios Saturnus, vel ipso Tertull. teste in Scorpiaco.

34. & Deum matrem Idæa ] Matrem Deum (quomodo legit Manut. & Morel. cum Minutio) sine deorum (quomodo Ms. & excus. ceteri) Idæam vocat, quod in Ida monte Phrygiae coleretur. quam & Berecynthiam vocat D. Augustin. lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 4. à Berecynthio altero Phrygiae monte. Varias autem sententias recenset Diodo. Sic. li. 4. de matre deum, sed mihi illorum placet, qui volunt eam Iouis, Neptuni, Plutonis & Iunonis, fuisse matrem, adeoque Rheam & Latine Opem dictam, Cibelem quoque nuncupatam.

35. & Aegyptia portenta non numina ] De his libro praecedenti.

36. Plane sunt apud Romanos & Victi penates ] Camb. cod. legit: victi, Grauius: vecti, sed prius illud placet magis, ob illud Virg. Aeneid. 1. Victis quoque penates, & alibi: victis quoque deos. De quo pulchre Diuus August. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 3. qui autem fuerint hi penates Troiani, Neptunus sine & Apollo, an Vestra, late disputat Macrobius. De quatuor aliis generibus Penatum vide Arnob. li. 3. Hoc unum nunc adiciam, Penates iuxta Ciceronem dictos Deos patrios.

37. Est & Venus calua, & c. ] Verbe (inquit Lactan. lib. 1. cap. 20.) à Gallis capta, obsessum Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent, eadem Veneri Calua consecraverunt; quod autem vulnerata fuerit à Diomede Venus, his verbis Homerum citat Athenagoras pro Christianis: Pulvere me lesit Diomedes ille superbus.

38. Regna autem non merito accidunt, sed forte ] Recte sic restituerunt hunc locum Manut. & Morel. pro eo quod legebat: forte, vitio cod. Remboldi.

39. Ceterum imperium ante tenuerunt Afsytij & Medij & Persae ] Imitatus videtur illud Tertullianus in Apolog. Regna uenerunt & Babylonij ante Pontifices, & Medij ante Quindecimviro, & Aegyptij ante Salios, & Afsytij ante Luperos, & Amafones ante virgines Vestales. Quare placet maxime, ut cum Minutio felice, vet. excus. & Graui. interseramus: & Medij. Praesertim quum constet ex Chronico Eusebij, & lib. 18. de Ciuita. dei D. August. aliisque Chronographis, post Afsytios mortuo Sadaulo Medos regnasse, ac deinde interfecto Afsyge à Cyro ad Persas translatum imperium. Quae imperiorum translationes, quo tempore & quorum patriarcharū aetate contigerint, late tractat post Eusebium D. August. Interferunt praeterea vetus cod. Tyrii, & Graui. Syrii, sed neutrum placet; tum quod Tyriorum regnum celebre nunquam fuerit, tum quod Syria Reges non nisi post Alexandrum Magnum computari soleant, qui Romanum imperium longe secutus est.

40. & Graecos & Aegyptios regnasse cognouimus ] Aegyptiorum regnum, si Eusebio creditur, cum Afsyriorum regno suum habuit exordium, & Graecorum item; sic tamen ut in Graecia varij populi regni sedem sibi vindicauerint. Primum enim regnarunt Sycionij annis 862. & imperante illorum Rege Thurimacho cepit Argiuorum regnum ab Inacho; & sub Rege eorum Maracho, Atheniensium regni principum à Cecrope. Post reges Sycioniorum, constituti annis aliquot sacerdotes Carni. Deinde cepit Lacedaemoniorum regnum ab Euristeo, cum Corinthiorum regno ab Aethre.

Aethre. Deinde sub Alcane Lacedaemoniorum rege 9. Macedonum à Carano. Quorum sub rege ij. Tyrimna, nati sunt Remus & Romulus, & paulo post facti Romani imperij fundamenta. Vide haec ipsa apud D. Augustin. lib. cit.

41. Ceterum si ad originem redeas, erubescas ] Abutitur hic bis terne pro more suo voce: ceterum, Quae verò hic habet de origine Romani Imperij, notiora sunt, quam ut commentario sit opus, & totidem pene verbis eadem inculcat Minutius in Octauio: & exprobrat D. August. lib. 3. de Ciuit. Dei ca. 13.

42. vt Rex ipse ] pro eo quod in exc. & Ms. praemittitur: nunc, habet Manut. Tunc, sed malo neutrum legi, cum vet. exc. neutrum habeat.

43. Est & gradus summus & c. consulatus ] Initio quidem Regiae fuit dignitatis Consulatus, atque adeo summus apud Romanos honorum gradus, sed paulatim tum Dictatoria instituta, tum per Tribunitias potestates immixta est.

44. Filios interfecit Brutus ] Etiam hoc Romanis exprobratur D. August. dict. li. ca. 16. Iunius (inquit) Brutus exonoratum eiecit urbe collegam Lucium Tarquinium Collatinum. Deinde mox ipse in bello cecidit mutuis cum hostibus vulneribus; occisi à seipso perimitus filius & uxoris suae fratribus, quod eos pro restituendo Tarquinio cōiurasse cognouerit, id ipsum repetit lib. 5. cap. 18.

45. de auspiciis aut auguriis ] Auspicia (inquit Festus) ab aue specienda, Auguria ab auium garrulo sine ab auibus & gerendo dicta. Atque adeo hinc patet differentia, quod auspicia fiebant ex inspectione seu passu auium, auguria ab auium cantu seu volatu. Confunduntur tamen frequentius. Vide factum, ut quae auspicia dicit Cyprianus seruata à Regulo, Minutius Auguria nuncupet. Ridet utrumque usum Cicero lib. 2. de diuinatione.

46. Regulus auspicia seruauit & captus est ] De captiuitate Marci Atilij Reguli Consulis Romani anno ab urbe condita 496. item de crudelissima morte, historiae notiores sunt: quam ut repetere sit opus. De auspiciis quae ante profectioem in Africam seruauit, suspicior Cyprianum habere Auctorem Liumi: sed hodie non exstat 2. decas eius historiae.

47. & Mancinus religionem tenuit ] Eo quod sequitur: sub iugum missus est, verisimile sit, loqui Auctorem de C. Hostilio Mancino consule, qui in Hispania post infelicem pugnam deditionem suam fecit. Auspicia autem (scilicet prodigia, uti ipse vocat) quae illi contigerunt, describit Valerius Maximus lib. 2. cap. 6. Cum Laminij (inquit) sacrificiū facere vellet, pulli caues emissi in proximam siluam fugerunt; summaque diligentia requisiti reperiri nequiuissent. Cūque ab Herculis portu quo pedibus peruenerat nauem conscenderet, talis vox sine ullo auctore ad eius aures peruenit: Mancine mane. Qua territus, cum itinere conuerso Ianuum petisset & ibi scaphā esset ingressus, anguis eximiæ magnitudinis visus & conspectus abiit.

48. pullos edaces Paulus habuit ] Bonum erat auspiciū pullos edaces videre, quod an L. Aemilio Paulo contigerit, non narrat Lilius, sed satis indicat Cic. libr. de diuinat. 2. in haec verba: Paulus paruit auspiciis, nec minus cecidit in Cannensij pugna. Atqui contigit haec anno urb. cond. 838. tot Romanorum clade insignis, ut tres modios annulorum aureorum Carthagine miferent Han-

nibal, restibus Lilius 3. dec. li. 2. Plin. li. 33. nat. hist. & D. August. li. 3. de Ciuit. Dei cap. 19.

49. C. Caesar ne ante brumam in Africam nauigia transmitteret ] Caesarius non male diuinavit legendum: nauigio, nisi obfarent Ms. cod. & Minutius, qui prius constanter legunt. Cic. autem li. de diu. n. 2. unde sumptum videtur, neutrum legit. Quid ipse Caesar (inquit) cum à summo Aruspice monebatur, ne ante Brumam in Africam transmitteret, nōne transmisit? quod ni fecisset, unum in locum omnes aduersariorum copia conuenissent. Eodem perinet illud Suetonij in Tul. Cas. cap. 59. Quum immolanti aufugisset hostia, profectioem aduersus Scipionem & Iubam non distulit; prolapsus etiam in egressu nauis, verso ad melius omine: Teneo te (inquit) Africa.

50. & à vigore caelesti terreno contagio defecerunt ] De hac Cypriani & Tertull. sententia, quam hic etiam sequitur Minutius, supra latius lib. de disciplin. & habit. vng.

51. Hos & Poëtae daemones norunt ] In eandem sententiā Lact. li. 2. ca. 15. Daemones Grammatici dictos aut quasi δαίμονες id est, peritos & rerum scios. Eos Poëtae & sciti esse daemones & loquuntur. Hesiodus ita tradit. Τοῖς ὕλο δαίμονες εἰσὶ δίδυς μετὰ δὲ δὲ βελῆδες ἔδδοι ἐπιγυθνοὶ φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων. Eodem pertinet versus illi 21. Apollinis, quorum meminisse Lact. li. 1. cap. 7. & illud Homeri Iliad. α. μετὰ δαίμονες ἄλλος. & Iliad. γ. ἕξ δε δαίμον, eosdem enim modo deos modo daemones nuncupat.

52. Et Socrates instrui se & regi ad arbitrium daemones praedicabat ] Id ipsum narrat praeter Minutium Tertullianus in Apolog. Lact. cap. cit. & D. August. li. 8. de Ciuit. Dei ca. 14. ipse sexcentis locis apud Platonem Socrates, Xenophon quoque, Cicero, Plutarchus, & Maximus Tyrius, qui geminam edidit de Socratis daemone Apodixin. de eodem inscriptis librum Apuleius Platonicus Madauensis, titulo: de deo Socratis magis, Cambron. cod. maleficus.

53. quorum tamen praecipuus Hostanes ] Haec lectionem, pro eo quod Manut. & Morel. legunt: Olfanes, confirmat & Minutius & lectio Ms. & exc. cod. Solfenis, Quare & ita castigandus etiam D. August. in sine lib. 6. de baptis contra Donat. ubi hunc locum citat.

54. In quo & Plato ] Num Deum agnoscat Plato in Tymeo, li. de Leg. tres ordines deorum ponit, Deos, daemones, & heros; in Symposio verò naturam daemones exponere conatus est; inquit loco citato Lactantius. Quae autem sit illa, ex verbis eius docet Minutius. Similia ex Platonicis adfert D. August. de Ciuita. Dei lib. 8. cap. 11. 12. 13. & 14.

55. Hermes quoque Trismegistus vnū Deum loquitur ] Lact. lib. 1. cap. 6. (ubi qua aetate vixerit Hermes iste, sine Mercurius, Trismegistus docet) haec illius verbi: citat ὁ δὲ θεὸς εἶς, ὄνυμα τὸ ἕν, ἔστι δὲ ὄν ἄνθρωπος. Plura eiusmodi videre est in libris eius, qui exstant Graece & Latine, Pymandro seu de potestate Dei, & Asclepio seu de voluntate Dei. Citat ex eodem multa D. August. li. de Ciuit. Dei.

56. occulte mētes terrēt ] Ex varia lectione codicū hanc collegi, quam postea confirmatam reperi Colonienfī cod. Ms. Exc. vulg. cum Cambro. legebant: occultae mētis, vet. excu. Rembol. & Ms. ceteri: occultae mentis, Cc.



Morel. verò & Manu. cum Dun. ad marg. occultæ mētes.

57. remissis quæ constrinxerant] *Alludit ad Maleficiorum soluendorum rationem.*

58. Hi tamen adiurati] *Eadem habes li. preced. fere ad verb.*

59. Vnus igitur omnium dominus est Deus] *Gra. legit: vnus est Deus, sed prius habent Ms. Pulchre autē deducit monarchia dignitatem.*

60. Sic Thebanorum germanitas rupta] *Minutius vocat Thebanorum permortuam fabulam.*

61. Nec hoc tantum de homine mireris] *Ita relictus Cambr. cod. quam ceteri: Nec hoc tu.*

62. Rex vnus est apibus] *Hinc confirmatur castigatio nostra, epistola ad Pupianum.*

63. Quod verò templum habere possit Deus] *Legit contra idololatrias, qui existimabant deos suos in templis domicilium habere, quare nihil facit hic locus contra templa Christianorum, quæ eriguntur, non ut Deus inhabitet, sed orationis & sacrificiorum gratia. De quo tamen plura li. de opere & elem.*

64. Deus vocabulum totum est] *Hoc ex Ms. cod. pro eo quod erat: Dei.*

65. Dicitur frequenter audimus] *Habes has ethnici vulgi inuocationes, etiam apud Minutium.*

66. Inde illis & regni sublimitas floruit & generis magnitudo prouenit] *Hæc Ms. præter Cambr. & Colon. cod. no. habent, reperitur tamen in exc. omnibus.*

67. Sed illi negligētes, indisciplinari, & superbi postmodum facti] *Hoc ex Ms. Cambr. & quodam Morel. pro eo quod excu. negligentes disciplinae, vel: disciplinarum, & confirmant alij Mss. legentes: Sed illi indisciplinati postmodum facti.*

68. ex omni gente & populo & loco] *Etia hoc præter Cambr. & Colon. Ms. non habent, Manu. verò & Morel. legunt: ex omni genere.*

69. multo fideliores & melioris obsequij] *Posterius membrum recens adiecit Morel. pro priori legit Grau. fidei fortioris, sed illud genuinum censo.*

70. Huius igitur indulgentiæ, gratiæ disciplinæque] *Placet hæc Camb. cod. lectio, pro ceteris, qui præmittunt aut vocē: indulgentiæ, aut: disciplinæque.*

71. carnem spiritu sancto cooperatē induitur] *Ms. 4. & Eras. in marg. legunt: carnem spiritus sanctus induitur, & accedit Camb. cod. carnem spiritu sancto induitur: Vnde nata est adnotatio marginalis March. & Dun. Ms. cod. ista, cum dicit: spiritus sanctus carnem induitur, non personam spiritus sancti accepit sed filij, qui & spiritus est, iuxta illud: Deus spiritus est: quæ in textum irrepit in Assig. & Bland. cod. hinc etiam ortam suspicor lectionem Coloniens. codic. carnem spiritus induitur, nihil tamen immutare volui, ne Trinitarij virus suum hinc hauriant. ut ut sit D. Hierony. in cap. 4. Epistole ad Galat. Multi (inquit) per imperitiam scripturarum, quod & Firmianus in octauo ad Demetrianum epistoliarum lib. facit, asserunt spiritum sanctum sepe patrem sepe filium nominari; & id ipsum reperit de Lactantio, epistola ad Pammach. & Oceanum de erroribus Origenis.*

72. sapientiæ & intelligētiæ cæcitate multati] *Sic Cambr. & vet. exc. codic. Manu. & Morel. pro eo quod vulg. cæcis: mutilati, alij Ms. 4. mutati, iudem recte ex*

Ms. codic. magum, paulo post, pro: magnum.

73. accenti ira & indignatione prouocati] *Si sic legamus cum Cambr. cod. & Graui. pro eo quod alij: accensa & prouocata, non opus erit immutare vulg. lectionem. Legit verò Manu. Hinc magistris eorum atque primoribus &c. accensa ira & indignatio prouocata est, vt postremo &c. offerrent, crucem &c. flagitarent.*

74. non vt sentiret mortem] *Cambr. cod. adicit: tantum, ceteri non habent. Nisi tamen legatur, caute legendus hic locus. Veteles enim illi primi scriptores, nondum exortis aut iam extinctis hæresibus, non tam circumspecte loquuntur atque posteriores.*

75. simul iunctus] *Maxime placet hæc Manu. i. lectio quod sic legunt Ms. nostri 5. Error natus ex similitudine litterarum vt legeretur: vincetus, Deinde cum magis textui quadraret substitutum: victus.*

76. vt de eo] *Etiam hic assinitas litterarum effecit vt legeretur: denuo, nam prius legunt Ms. nostri & Morel. cod. duo; vt. quidem excu. legit: denuo ab eo, sed illud magis accedit ad phrasin Cypriani.*

77. iam venturus è cælo ad pœnam diaboli] *sane intelligendus est & hic locus sic, nempe (inquit Erasimus) vt futura sit maior pœna post iudicium.*

78. ad agnitionem veritatis ocularent] *Phrasin Tertul. lib. de penit.*

79. Quod est Christus, erimus Christiani] *Hinc apparet scriptum hunc librum ad Christianos, atque adeo fortassis eodem tempore, quo liber ad Fortunatum, cuius exordium eiusdem est argumenti.*

## DE MORTALITATE.

### Argumentum libri sequentis.

**P**AUCIS Argumentum explicat D. Pontius in Vita Cypriani: A quo (inquit) Christiani mollioris affectus circa amissionem suorum aut quod maius est fidei paruioris, cōsolarentur spe futurorū? Imprimis enim, vbi prædictas docuit eiusmodi afflictiones à Christo, non timendam docet mortalitatem seu pestem, eo quod ad immortalitatem ducat, atque adeo fidem illi deesse, qui non ad meliora festinat. Neque mirum, quod Christiano cum gentilibus sint mala huius vitæ communia, quum plus ceteris illis in seculo sit laborandum: atque proinde exemplo sanctorum Iob & Tobie, patientia opus esse, neque murmurandum. Nisi enim præcesserit pugna, non posse victoriam contingere, & quantumuis morbi communes sint vtriusque, mortem tamen communem non esse; ad refrigerium enim iustos, ad supplicium rapi iniustos. Deinde obiectioni tacite quod per hanc mortalitatem priuarentur Martyrio, respondet, non esse in nostra potestate martyrium, & vel animum ad martyriū promptū Deo iudice coronari. Postremo non ita lugendos docet mortuos, vt gentilibus scandalo simus, tanquam spe resurrectionis careamus. Quin si & nostræ accersitionis dies venerit, lubenti

lubenti animo ad dominum hinc emigrandum, præferim cum ad patriam transfugeremus: vbi nos magnus charorum numerus expectat, frequēs & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate securi, & adhuc de nostra salute sollicita facit autem occasione qua librum hunc scripsit mentionem Eusebius in Chronico: Pestilens morbus (inquit) totius orbis multas prouincias occupauit, maximèq; Alexandriam & Aegyptum, vt scribit Dionysius, & Cypriani de mortalitate testis est liber. Ex eodem etiam locos quosdam citat D. August. li. 2. aduersus Iulian. contra 2. epistolus Pelag. lib. 4. ca. 8. & de prædest. sanct. cap. 14.

**S**I si apud plurimos vestrū, fratres dilectissimi, mens solida est, & fides firma, & anima deuota, quæ ad præsentis mortalitatis copiam nō mouetur, sed tanquam petra fortis & stabilis turbidos impetus mundi, & violentos sæculi fluctus frangit potius ipsa, nec frangitur, & tentationibus non vincitur, sed probatur: tamen quia animaduerto in plebe quosdam vel imbecillitate animi, vel fidei paruitate, vel dulcedine sæcularis vitæ, vel sexus mollicie, vel, quod maius est, veritatis errore minus stare fortiter, nec pectoris sui diuinum atque inuictum robur exerere; dissimulanda res non fuit nec tacenda, quo minus quantum nostra mediocritas potest, vigore pleno & sermone de dominica lectione concepto, delicata mentis ignauia comprimitur, & qui homo Dei & Christi esse iam cepit, Deo & Christo dignus habeatur. Agnoscere enim se debet fratres dilectissimi, qui Deo militat, qui positus in cælestibus castris diuina iam sperat, vt ad procellas & turbines mundi trepidatio nulla sit in nobis, nulla cunctatio; quando hæc ventura prædixerit Dominus, prouidæ vocis hortatu instruens & docens, & præparans atque corroborans Ecclesiæ suæ populum ad omnem tolerantiam futurorum, bella, & fames, & terræmotus, & pestilentias per loca singula exurgere prænucciavit & docuit. Et ne inopinante nos & nouis rerum infestantium metus quateret, magis ac magis in nouissimis temporibus aduersa crebescere ante præmonuit. Fiunt ecce quæ dicta sunt, & quando fiunt quæ ante prædicta sunt, sequentur & quæcunque promissa sunt, domino ipso pollicente & dicente: Cum autem videritis hæc omnia fieri, scitote quoniam in proximo

est regnum Dei. Regnum Dei fratres dilectissimi, esse cepit in proximo: præmium vitæ & gaudium salutis æternæ, & perpetua læticia, & possessio paradisi nuper amissa, mundo transeunte iam veniūt; iam terrenis cælestia, & inagna paruis, & caducis æterna succedunt. Quis hic anxietatis & sollicitudinis locus est? quis inter hæc trepidus & mæstus est, nisi cui spes & fides deest? Eius est enim mortem timere, qui ad Christum noluit ire: eius est ad Christum nolite ire, qui se non credat cum Christo incipere regnare. Scriptum est enim iustum fide viuere. Si iustus es, & fide viuus, si vere in Deum credis; cur non cum Christo futurus, & de domini pollicitatione securus, quod ad Christum voceris, amplecteris; & quod diabolo careas, gratularis? Symeon denique ille iustus, qui vere iustus fuit, qui fide plena Dei præcepta seruauit, cum ei diuinitus responsum fuisset, quod non ante moreretur quā Christum vidisset, & Christus infans in templum cum matre venisset; agnouit in spiritu natum esse iam Christum, de quo sibi fuerat ante prædictum, quo viso sciuit se cito esse moriturum. Lætus itaque de morte iam proxima, & de vicina accersitione securus, accepit in manus puerum, & benedicēs Deum exclamauit & dixit: Nūc

Luc. 2.

dimittis seruum Domine, secundum verbum tuum in pace: quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Probans, scilicet, atque contestans tunc esse seruis Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de istis mundi turbinationibus extracti, sedis & securitatis æternæ portum petimus, quando expuncta hac morte ad immortalitatem venimus. Illa est enim nostra pax, illa fida tranquillitas, illa stabilis & firma & perpetua securitas. Cæterum quid aliud in mundo, quàm pugna aduersus diabolium quotidie geritur? quam aduersus iacula eius & tela conflictationibus assiduis dimicatur? Cum auaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est: cum carnalibus vitiis, cum illecebris sæcularibus assidua, & molesta luctatio est. Obsessa mens hominis & vndique diaboli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si auaritia prostrata est, exurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, vinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam

Cc ij



zelus abscindit. Cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet: compelleris iurare, quod non licet. <sup>6</sup> Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetur, & delectat hic <sup>7</sup> inter diaboli gladios diu stare; cum magis concupiscendum sit & optandum ad Christum, subueniente velocius morte, properare, ipso instruente nos & dicente: Amen amen dico vobis, quoniam vos plorabitis & plangetis, seculum autem gaudebit: vos tristes eritis, sed tristitia vestra in lætitiā veniet. Quis non tristitia carere optet? quis non ad lætitiā venire festinet? Quando autem in lætitiā veniat nostra tristitia, Dominus denuo ipse declarat dicens: Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo auferet à vobis. Cum ergo Christum videre, gaudere sit, nec possit esse gaudium nostrum nisi cum viderimus Christum; quæ cæcitas animi, quæve dementia est, amare pressuras & poenas, & lachrymas mundi, & non festinare potius ad gaudium quod nunquam possit auferri? Hoc autem sit fratres dilectissimi, quia fides deest; <sup>8</sup> quia nemo credit vera esse quæ promittit Deus, qui verax est, cuius sermo credentibus æternus & firmus est. Si tibi vir grauis & laudabilis aliquid polliceretur, haberes vtique pollicenti fidem, nec te falli aut decipi ab eo crederes; quem stare in sermonibus atque in actibus suis scires: nunc Deus tecum loquitur, & tu mente incredula perfidus fluctuas? Deus de hoc mundo recedenti tibi immortalitatem atque æternitatem pollicetur, & tu dubitas? hoc est Deum omnino non nosse, hoc est, Christum <sup>9</sup> credentium Dominum & magistrum peccato incredulitatis offendere, hoc est, in Ecclesia constitutum fidem in domo fidei non habere. Quantum proficit exire de seculo, Christus ipse salutis atque vtilitatis nostræ magister ostendit; qui cum discipuli eius contristarentur, quod se iam diceret recessurum, locutus est ad eos dicens: Si me dilexissetis, gauderetis, quoniam vado ad patrem: docens scilicet & ostendens, cum chari quos diligimus de seculo exeunt, gaudendum potius quam dolendum. Cuius rei memor beatus Apostolus in Epistola sua ponit & dicit: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Lucrum maximum computans, iam seculi laqueis non teneri, iam nullis peccatis & vitiis car-

Ioh. 15.

Ioh. 14.

Phillip. 1.

nis obnoxium fieri; exemplum pressuris angentibus, & <sup>10</sup> venenatis diaboli faucibus liberatum, ad lætitiā salutis æternæ Christo vocante proficisci. <sup>11</sup> At enim quodam mouet, quod æqualiter cum gentilibus nostros morbi istius valitudo cotripiat; quasi ad hoc crediderit Christianus, vt immunis à contactu malorum, mundo & seculo feliciter perfruatur, & non omnia hic aduersa perpeffus ad futuram lætitiā referuetur. Mouet quosdam quod sit nobis cum cæteris mortalitas ista communis. Quid enim nobis in hoc mundo non commune cum cæteris, quam diu adhuc secundum legem primæ natiuitatis manet caro ista communis? Quoadusque istic in mundo sumus; cum genere humano carnis æqualitate coniungimur, spiritu separamur. <sup>12</sup> Itaque donec corruptiuum istud induat incorruptionem, & mortale hoc accipiat immortalitatem, & spiritus nos perducatur ad Deum patrem; quæcunque sunt carnis incommoda, sunt nobis cum humano genere communia. Sic cum fetu sterili terra icuina est, neminem famas separat: sic <sup>13</sup> cum irruptione hostili ciuitas aliqua possessa est, omnes simul captiuitas vastat. Et quando imbrem nubila serena suspendunt, omnibus siccitas vna est. Et cum nauem scopulosa saxa constringunt, nauigantibus naufragium sine exceptione commune est. Et oculorum dolor, & impetus febrium, & omnium valitudo membrorum cum cæteris communis est nobis, quædiu portatur in seculo caro ista communis. Quinimmo si qua conditione, qua lege crediderit Christianus, noscat & teneat, sciet plus sibi, quàm cæteris in seculo laborandum, cui magis sit cum diaboli impugnatione luctandum. Docet & præmonet scriptura diuina dicens: Fili accedes ad feruitatem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Et iterum: In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe; quoniam in igne probatur aurum & argentum. <sup>14</sup> Homines verò receptibiles in camino humiliationis. Sic Iob post rerum damna, post pignorum funera, vulneribus quoque & vermibus grauiter afflictus, non victus est sed probatus; qui in ipsis consiliatationibus & doloribus suis patientiam religiosæ mentis ostendens ait: Nudus exiui de vtero matris, nudus etiam ibo sub terram: Dominus dedit, Dominus abstu-

1. Cor. 15.

Eccle. 2.

Iob. 5.

abstulit: sicut Domino visum est, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. <sup>15</sup> Et cum cum vxor quoque sua compelleret, vt vi doloris impatiens aliquid aduersus Deum querula & inuidiosa voce loqueretur, respondit & dixit: <sup>16</sup> Tanquam vna ex insipientibus mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini, mala cur non tolerabimus? In his omnibus quæ contigerunt ei, nihil peccauit Iob labiis suis in conspectu Domini. Itaque illi Dominus Deus perhibet testimonium dicens: Animaduertisti puerum meum Iob? non enim est similis illi quisquam in terris, homo sine querela, verus Dei cultor. Et Tobias post opera magnifica, post misericordiæ suæ <sup>17</sup> multa & gloriosa præconia, cæcitatē luminum passus, timens & benedicens in aduersis Deum, per ipsam corporis sui cladem creuit ad laudem; quem & ipsum vxor sua deprauare tentauit dicens: Vbi sunt iustitiæ tuæ? ecce quæ pateris. At ille circa timorem Dei stabilis & firmus, & ad omnem tolerantiam passionis fide religionis armatus, tentationi vxoris inuaidæ in dolore non cessit, sed magis Deum patientia maiore promeruit; quem postmodum Raphael angelus collaudat & dicit: Opera Dei reuelare, & confiteri honorificum est. Nam quando orabas tu & Sarra nurus tua, ego obtuli memoriam orationis vestræ in conspectu claritatis Dei. Et cum sepelires tu mortuos simpliciter: & quia non es cunctatus exsurgere & derelinquere prandium tuum, & abisti & condidisti mortuum, <sup>18</sup> missus sum tentare te. Et iterum: me misit Deus curare te, & Sarram nurum tuam: ego enim sum Raphael vnus ex septem angelis sanctis, qui assistimus & conuersamur ante claritatem Dei. Hanc tolerantiam iusti semper habuerunt, hanc Apostoli disciplinam de Domini lege tenuerunt, non mussitare in aduersis, sed quæcunque in seculo accidunt fortiter & patienter accipere; cum Iudæorum populus hinc semper offenderit, quod aduersus Deum frequentius murmuraret. sicut testatur in Nume. Dominus Deus, dicens: Desinat murmuratio eorum à me, & non morientur. Murmurandum non est in aduersis, fratres dilectissimi, sed patienter & fortiter quidquid acciderit sustinendum, cum scriptum sit: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, <sup>19</sup> cor contritum & humiliatum Deus non

Iob. 2.

Tob. 2.

Tob. 12.

Num. 20.

Psal. 50.

despicit. In Deuteronomio quoque moneat per Moysen Spiritus sanctus & dicat: Dominus Deus tuus vexabit te, & famem iniiciet tibi, & cognoscetur in corde tuo si bene custodieris præcepta eius, siue non. Et iterum: Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligitis Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra. Sic Abraham Deo placuit, quia vt placeret Deo, nec amittere filium timuit, nec gerere parricidium recusauit. Qui filium non potes lege & sorte mortalitatis amittere; quid faceres? si filium iubereris occidere? Ad omnia te paratum facere timor Dei & fides debet. Sit licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis afflicta membrorum & cruenta vexatio, sit de vxore, de liberis, de excedentibus charis funebri & tristis auulsio; non sint tibi scandala ista, sed proelia: nec debilitent aut frangant Christiani fidem, sed potius ostendant <sup>20</sup> in colluctatione virtutem; cum contemnenda sit omnis iniuria malorum presentium, fiducia futurorum bonorum. Nisi præcesserit pugna, non potest esse victoria: cum fuerit in pugna cõgressione victoria, tunc datur vincentibus & corona. Gubernator in tempestate dinoscitur, in acie miles probatur. Delicta iactatio est, cum periculum non est: conflictatio in aduersis, <sup>21</sup> probatio est veritatis. Arbor quæ alta radice fundata est, ventis incumbentibus non mouetur: & nauis quæ forti compage solida est, pulsatur fluctibus, nec foratur: & quando arca fruges terit, ventos grana fortia & robusta contemnunt, inanes paleæ flatu portante rapiuntur. Sic & Apostolus Paulus post naufragia, post flagella, post carnis & corporis multa & graua tormenta, non vexari, sed emendari se dicit aduersis, vt dum grauius affigitur, verius probaretur: Datus est mihi, inquit stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizat, vt non extollar: propter quod ter Dominum rogavi, vt discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quando ergo infirmitas, & imbecillitas, & vastitas aliqua grassatur, tunc virtus nostra perficitur: tunc fides si tentata perstiterit, coronatur, sicut scriptum est: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Hoc denique inter nos & ceteros interest qui Deum nesciunt, quod illi in aduersis quærantur &

Deut. 3.

Deut. 13.

Gen. 22.

1. Cor. 12.

Eccle. 27.



murmurant : nos aduersa non auocant à virtutis & fidei veritate, <sup>23</sup> sed corroborant in dolore. <sup>24</sup> Hoc quod nunc corporis vires solutus in fluxum veter euiscerat, quod in faucium vulnera conceptus medullitus ignis exæstuat, quod assiduo vomitu intestina quatuntur; quod oculi vi sanguinis inardescunt, quod quorundam vel pedes vel aliquæ membrorum partes contagio morbidæ putredinis amputantur; quod per iacturas & damna corporum prorumpente languore vel debilitatur incessus, vel auditus obstruitur, vel cæcatur aspectus, ad documentum proficit fidei. <sup>25</sup> Contra tot impetus vastationis & mortis inconcussis animi virtutibus congregari, quanta pectoris magnitudo est? & quanta sublimitas, inter ruinas generis humani stare erectum; nec cum eis quibus spes in Deum nulla est, iacere prostratum? Gratulari magis oportet, & temporis munus amplecti, quod dum nostram fidem firmiter promimus, & labore tolerato ad Christum per angustam Christi viam pergimus, <sup>26</sup> præmium vitæ eius & fidei ipso iudicante capiamus. Mori plane timeat, sed qui ex aqua & spiritu non renatus, gehennæ ignibus mancipatur: mori timeat, qui non Christi cruce & passione censetur: mori timeat, qui ad secundam mortem de hac morte transibit: mori timeat, quem de sæculo recedentem perennibus pœnis æterna flamma torquet: mori timeat, cui hoc mora longiore confertur, vt cruciatus eius & gemitus interim differatur. Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur, hoc est, multi ex nostris de sæculo liberantur. Mortalitas ista vt Iudæis & gentilibus & Christi hostibus pestis est, ita Dei seruis salutaris excessus est. Hoc quod sine vilo discrimine generis humani cum iniustis moriuntur & iusti; non est quod puteris bonis & malis interitum esse communem. Ad refrigerium iusti vocantur, ad supplicium rapiuntur iniusti: datur velocius tutela fidentibus, perfidis pœna. Improvidi & ingrati sumus, fratres dilectissimi, ad diuina beneficia, nec quid nobis conferatur agnoscimus. Excedunt ecce in pace tutæ cum gloria sua virgines, venientis antichristi minas & corruptelas & lupanaria non timentes: pueri periculum lubricæ ætatis euadunt, ad continentiam atque innocentiam præmium feliciter perueniunt: tormenta

iam non timet delicata matrona, metum persecutionis & manus, cruciatuque carnicis, moriendi celeritate lucrata. Pauore mortalitatis & temporis accenduntur tepidi, constringuntur remissi, excitantur ignaui: desertores compelluntur, vt redeant: gentiles coguntur, vt credant: vetus fidelium populus ad quietem vocatur: ad aciem recēs & copiosus exercitus robore fortiore colligitur, pugnator sine metu mortis cū prælium venerit, qui ad militiam tempore mortalitatis accedit. Quid deinde illud fratres dilectissimi, quale est, quam pertinēs, quam necessarium, quod pestis ista & lues, quæ horribilis & feralis videtur, explorat iustitiam singulorum; & mentes humani generis examinat? <sup>27</sup> an infirmis seruiant sani, an propinqui cognatos pie diligant, an misereantur seruatorum languentium Domini, an deprecantes ægros non deserant medici, an feroces violentiam suam comprimant, an rapaces auaritiæ furentis insatiabilē semper ardorem vel metu mortis extinguant, an ceruicem flectant superbi, an audaciam leniant improbi, an petentibus charis, vel sic aliquid diuites largiantur, & donent, sine hærede morituri. Vt nihil aliud mortalitas ista contulerit, hoc Christianis & Dei seruis plurimum præstitit, quod martyrium cepimus libenter appetere, dum mortem discimus non timere. Exercitia sunt nobis ista, non funera; dant animo fortitudinis gloriam, contemptu mortis præparant ad coronam.

Sed fortasse aliquis opponat & dicat: Hoc me ergo in præsentem mortalitate contristat, quod qui paratus ad confessionem fueram, & ad tolerantiam passionis toto me corde & plena virtute deuoueram, martyrio meo prius, dum morte præuenior, Primo in loco non est in tua potestate, sed in Dei dignatione martyrium: nec potes te dicere perdidisse, quod nescis an merearis accipere: tunc deinde Deus scrutator renis & cordis, & occultorum contemplator & cognitor, videt te, & laudat, & comprobat; & qui perspicit apud te paratam fuisse virtutem, <sup>28</sup> reddet pro virtute mercedē. Num quid Cain cum Deo munus offerret iam peremerat fratrem? & tamen parricidii mente conceptum Deus prouidus ante damnauit; vt illic cogitatio mala, & perniciofa conceptio Deo prouidente prospecta est: ita & in dei seruis, apud quos <sup>29</sup> confessio cogitatur, & mar-

& martyrium mente concipitur, animus ad bonū deditus Deo iudice coronatur. aliud est enim martyrio animum deesse, aliud animo deuisse martyrium. Qualem te inuenit dominus cum vocat, talem pariter & iudicat; quando ipse testetur & dicat: Et scient omnes Ecclesiæ quia ego sum <sup>30</sup> scrutator renis & cordis. Nec enim Deus sanguinem nostrū sed fidem quatit. Nam nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob occisi sunt, & tamen fidei ac iustitiæ meritis honorati inter patriarchas primi esse meruerunt; ad quorum conuiuium congregatur quisquis fidelis & iustus & laudabilis inuenitur. Meminisse debemus voluntatem nos, non nostram, sed dei facere debere; secundum quod nos dominus quotidie iussit orare. Quam præposterum est quamque peruersum, vt cum dei voluntatem fieri postulemus, quando euocat nos & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis eius imperio pareamus. Obnitimur & reluctamur, & peruicacium more seruatorum ad conspectū Domini cum tristitia & merore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis: & volumus ab eo præmiis cœlestibus honorari, ad quem venimus inuiti? Quid ergo oramus & petimus vt adueniat regnum cœlorum, si captiuitas terrena delectat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & poscimus, vt acceleret dies regni, si maiora desideria, & vota potiora sunt seruire istic diabolo, quam regnare cum Christo? Denique vt manifestius diuinæ prouidentie indicia clarescerent, quod dominus præcius futurorum suis consulat ad veram salutem: <sup>31</sup> cum quidam de collegis & confacerdotibus nostris iam infirmitate defessus, & de appropinquante morte sollicitus <sup>32</sup> commeatum sibi precaretur, astitit deprecanti, & iam pœnæ morienti iuuenis honore & maiestate venerabilis, <sup>33</sup> statu excelsus, & clarus aspectu, & quem assistentem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri, <sup>34</sup> nisi quod talem videre iam poterat de sæculo recessurus. <sup>35</sup> Atque ille non sine quadam animi & vocis indignatione infremuit & dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? Increpantis vox & monentis est: <sup>36</sup> qui de persecutione sollicitis, de accersitione securis non consentit ad præsens desiderium, sed consulit in futurum. Audiuit frater noster &

collega moriturus, quod cæteris diceret. Nam qui moriturus audiuit, ad hoc audiuit vt diceret: audiuit non sibi ille, sed nobis. Nam quid disceret iam recessurus? didicit immo nobis remanentibus, vt dum <sup>37</sup> sacerdotem Dei qui commeatum petebat, increpitum esse comperimus, quid cunctis expediat agnoscere. <sup>38</sup> Nobis quoque ipsis minimis & extremis quoties reuelatum est, quam frequenter atque manifeste de dei dignatione preceptum est: vt contestarer assidue & publice prædicarem, <sup>39</sup> fratres nostros non esse lugendos accersitione dominica de sæculo liberatos, cum sciamus non eos amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, vt proficiscentes, vt nauigantes solent; desiderari eos debere, non plangi: nec accipiendas esse hic atras vestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumpserint: occasionem dandam non esse gentilibus, vt nos merito ac iure reprehendant, quod quos viuere apud deum dicimus, vt extinctos & perditos lugeamus, & fidem quam sermone & voce depromimus, cordis & pectoris testimonio non probemus. Spei nostræ ac fidei præuaricatores sumus; simulata, ficta, fucata videtur esse quæ dicimus. Nihil prodest <sup>40</sup> verbis præferre virtutem, factis destruere veritatem. Improbatur denique apostolus Paulus, <sup>1. Theff. 4.</sup> & obiurgatur, & culpat, si qui contristentur in excessu suorum: Nolumus, inquit, ignorare vos fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus quia Iesus mortuus est, & resurrexit: sic & deus eos qui dormierunt in Iesu, adducet cum illo. Eos contristare dicit in excessu suorum, qui spem non habent. Qui autem spe viuimus; & in Deum credimus, & Christum passum esse pro nobis, & resurrexisse confidimus, in Christo manentes, & per ipsum atque in ipso resurgentes, quid aut ipsi recedere istinc de sæculo nolumus, aut nostros recedentes quasi perditos plangimus ac dolemus? ipso Christo Domino & Deo nostro momente ac dicente: <sup>41</sup> Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, licet moriatur viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Si in Christum credimus, fidem verbis & promissis eius habeamus; & non morituri in æternum, ad Christum, cū quo & victuri & regnaturi semper sumus, læta securitate veniamus.



Quod interim morimur, ad immortalitatem morte transgredimur: nec potest vita aeterna succedere, nisi hinc contigerit exire: non est exitus iste: sed transitus, & temporali itinere de curso ad aeterna transgressus. Quis non ad meliora festinet? Quis non mutari & reformari ad Christi speciem, & ad caelestis gratiae dignitatem venire citius exoptet? Paulo apostolo praedicante: Nostra autem conuersatio, inquit, in caelis est, unde & dominum expectamus Iesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Tales nos futuros & Christus dominus pollicetur, quando ut cum illo simus, & cum illo in aeternis sedibus uiuamus, atque in regnis caelestibus gaudeamus, patrem pro nobis precatur dicens: Pater quos mihi dedisti, volo ut ubi ego fuero, & ipsi sint mecum; & videant claritatem quam mihi dedisti prius quam mundus fieret. Venturus ad Christi sedem, ad regnorum caelestem claritatem, lugere non debet & plangere; sed potius secundum pollicitationem Domini, secundum fidem veritatis in professione hac sua & translatione gaudere. Sic denique inuenimus & Enoch translatum esse, qui deo placuit: sicut in Genesi testatur & loquitur scriptura diuina: Et placuit Enoch Deo, & non est inuentus postmodum, quia deus illum transtulit. Hoc fuit placuisse in conspectu Dei, de hoc contagio saeculi meruisse transferti. Sed & per Salomonem docet Spiritus sanctus, eos qui deo placeant, maturius istinc eximi, & citius liberari; ne dum in isto mundo diutius immorantur, mundi contactibus polluantur. Raptus est, inquit, ne malitia mutaret intellectum illius: placita enim erat Deo anima eius: propter hoc properauit educere eum de medio iniquitatis. Sic & in psalmis ad dominum properat spiritali fide Deo suo anima deuota, dicens: Quam dilectissimae habitationes tuae Deus virtutum, desiderat & properat anima mea ad atria Dei. Eius est in mundo diu velle remanere, quem mundus oblectat, quem saeculum blandiens atque decipiens, illecebris terrenae voluptatis inuitat. Porro cum mundus oderit Christianum; quid amas eum qui te odit, & non magis sequeris Christum, qui te & redemit & diligit? Ioannes in epistola sua clamat & loquitur: & ne carnalia desideria se-

stantes mundum diligamus, hortatur: Nolite, inquit, diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo: quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio saeculi, quae non est à patre, sed ex concupiscentia mundi, & mundus transibit & concupiscentia eius: qui autem fecerit uoluntatem Dei, manet in aeternum. Potius fratres dilectissimi, mente integra, fide firma, virtute robusta, parati ad omnem uoluntatem Dei sumus: pauore mortis excluso, immortalitatem quae sequitur, cogitemus. Hoc nos ostendamus esse quod credimus, ut neque charorum lugeamus excessum: & cum accersitionis propriae dies venerit, incunctanter & libenter ad dominum ipso uocante veniamus. Quod cum semper faciendum fuerit Dei seruis, nunc fieri multo magis debet, corridente iam mundo, & malorum infestantium turbibus obfesso; ut qui cernimus cepisse iam grauiora, & scimus imminere grauiora, lucrum maximum computemus, si istinc uelocius recedamus. Si in habitaculo tuo parietes ueritate nutarent, tecta desuper tremarent, domus iam fatigata, iam lassata, aedificiis senectute labentibus ruinam proximam minaretur; nonne omni celeritate migrares? Si nauigante te turbida & procellosa tempestas fluctibus uolentius excitatis, praenunciaret futura naufragia; nonne portum uelociter peteres? Mundus ecce nutat & labitur, & ruinam sui non iam senectute rerum, sed sine testatur: & tu non Deo gratias agis, non tibi gratularis, quod exitu maturiore subtractus, ruinis, & naufragiis, & plagis imminentibus exuaris? Considerandum est fratres dilectissimi, & identidem cogitandum, renunciaisse nos mundo, & tanquam hospites & peregrinos isthic interim degere amplectamur diem, qui assignat singulos domicilio suo; qui nos istinc ereptos, & laqueis saecularibus exsolutos paradiso restituit, & regno caelesti. Quis non peregre constitutus properaret in patriam regredi? Quis non ad suos nauigare festinans, uentum prosperum cupidius optaret, ut uelociter charos liceret amplecti? Patriam nostram paradisum computamus parentes patriarchas habere iam cepimus; quid non properamus & currimus

mus, ut patriam nostram videre, ut patres salutare possimus: Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum freques nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum & complexum venire, quantae illis & nobis in commune laetitia est: qualis illic caelestium regnorum uoluptas sine timore moriendi, & cum aeternitate uiuendi? quam summa & perpetua felicitas? illic Apostolorum gloriosus chorus: illic prophetarum exultantium numerus: illic martyrum innumerabilis populus obcertaminis & passionis uictoriam coronatus: triumphantes illic uirgines, quae concupiscentiam carnis & corporis, continentiae robore subegerunt: remunerati misericordes qui alimentis & largitionibus pauperum iustitiae opera fecerunt, qui dominica praercepta seruantes ad caelestes thesauros terrena patrimonium transulerunt. Ad hos fratres dilectissimi, auida cupiditate properemus, ut cum his cito esse, ut cito ad Christum venire contingat, optemus. Hanc cogitationem nostram Deus uideat, hoc propositum mentis & fidei dominus Christus aspiciat; daturus eis gloriae suae ampliora praemia, quorum circa se fuerint desideria maiora.

#### ADNOTATIONES IN librum de Mortalitate.

1. quae ad praesentis mortalitatis copiam non mouetur] mortalitatis uox & hic & in titulo operis, pro pestilentia Cypriano peculiaris est; quantum colligere licet, quod praesentaneam mortem inferat. Tertull. eandem noue accipit lib. de Resurrect. carnis. ubi sic loquitur: Aliud mortale, & aliud mortalitas. Aliud enim quod patitur, aliud quod pati efficit. Contigisse autem hanc lumen imperantibus Gallo & Polysiano, testes sunt Eusebii loco citato & Orosius li. 7. Ioannes quoque Zonara Annal. lib. 2. in hac uerba: Pestis quoque tum prouincias inuasi, quae ab Aethiopia orta, totumque pene Orientem & Occidentem peruagata, multas urbes ciuibus desolauit, durauitque per annos quindecim.
2. diuina iam sperat] Vulg. excussit. spirat. sed prorem habet uet. exc. cum Ms. Cambr. Afflig. March. Dun. & Blandin.
3. de uicina accersitione] Ita recte Manut. & Morel. cum uet. exc. & 4. Ms. pro quo alij: accersitione, solus Grauius: accersitione, sed non placet. Idem est iudicium, cum postea repetitur.
4. expuncta hac morte] Ms. 4. nostri & unus Morel. expugnata, sed prius habet cum exc. Cambr. cod.

& infra eadem phrasi repetitur lib. de Bono patientia. Est autem idem ac si dicat: debito mortis persolutio, sed de hoc supra latius epistola. 38.

5. Vinolentia inuitat] Sic & D. Aug. lib. 2. contra Iulian. c. 8. Ms. ac exc. omnes, quare non placet quod probat & legit Morel. uolentia. Nam est cum 4. Ms. legeremus: irritat, non male etiam hoc uolentia conuenit; D. Augustinus tamen legit: inuitat.

6. Tot persecutiones animus quotidie patitur] Ms. quatuor & Costerius: Tot persecutionibus a. q. quatitur, neutri male, sed prius est apud diuum Augustinum.

7. inter diaboli gladios] Rursum hic illi: laqueos, non male, priorem tamen habent idem in marg. & Cambr. in textu.

8. quia nemo credit uera esse] Primus Remboldus: futura esse, quare prius illud malum.

9. credentium dominum & magistrum] Adiecit: dominum & ex 4. Ms. solus autem Manut. legit: credendi.

10. uenentis diaboli faucibus] Optimus (inquit Morel.) liber: uenantis.

11. At enim quosdam mouet, quod aequaliter cum gentilibus] Quod interserit Grauius. quoque, non habent Ms. Placet etiam magis lectio Manut. & Coster. gentilibus, quam aliorum: gentibus, illud enim Tertull. & Cypriano frequentius est. Similis est uarietas infra.

12. Itaque donec corruptiuum istud] Eodem modo citat hanc scripturam Tertull. loco citato.

13. cum irruptione hostili ciuitas aliqua possessa est] Legunt Ms. 4. nostri & quidam Morelij: in irruptione hostili c. a. obfessa est, sed prius habet cum excussis Cambr. cod. & placet, quia sequitur: omnes captiuitas uastat. Non male tamen Morelius: oppressa est.

14. Homines uero receptibiles in camino humiliationis] Addunt haec duo Ms. cod. Morel. nec dissentunt 70. legentes, καὶ ἀποδοῦναι δὲ τὸν βίβαν τὸν αὐτὸν ὅτι ἔστι.

15. Et cum cum uxor quoque sua] Adieci: sua, ex Ms.

16. Tanquam una ex insipientibus] Cambr. cod. & Ms. Morelij: ex ineptis, sed ceteri nobiscum legunt, & Graecè etiam est, ἕξ ἀφροδίων.

17. multa & gloriosa praerogonia] Sic Ms. nostri, pro eo quod Manut. & religio sa.

18. missus sum tentare te] Clarior est hac lectio Cambr. cod. quam ceterorum: & missus. Quare supra quoque lib. de Oratione dominica ita castigandus locus.

19. cor contritum & humiliatum Deus non despicit] Rursum legit: despicit.

20. si filium iuberetis occidere] Ms. 4. uiuum, sed prius est significantius.

21. in colluctatione uirtutum] Interiecit Grauius: fidei, sed quod Ms. non legunt.

22. probatio est ueritatis] Placeret hic eiusdem Grauij lectio: uirtutis, nisi illud tam constanter legerent Ms. Praesertim cum eadem uerba reperiantur supra lib. de Pnit. Ecclesia.

23. sed corroborant in dolore] Sine sic legas cum plerisque, siue cum Cambr. & Ms. Morel. cod. ac Grauij: comprobant; perinde est.



24. Hoc quod nunc, &c.] Pulchrè varia morborum genera describit.

25. Contra tot impetus vastationis] Inter Ms. felus Cambrensis: vastitatis; quare prior lectio magis placet, præsertim quum eam habeant etiam vet. exc. & Remboldus.

26. præmium vitæ eius] Toties præmia vitæ inculcat & mercedem virtutis Cyprianus, ut non credam quemquam illa negare posse qui eum legerit.

27. an infirmis seruiant sani] Pulchrè deducit, prodesse mortalitatem ad explorandam iustitiam singulorum.

28. reddet pro virtute mercedem] Suspicio vitio operum apud solum Manut. legit. reddit.

29. confessio cogitur & martyrium] Rursum distinguit inter hæc duo.

30. scrutator renis & cordis] Ms. 4. renum, sed alibi prius illud legitur.

31. cum quidam de collegis, &c.] Hanc visionem frequenter mculcatam à D. Augustin. testis est in vita eius Posidius c. 27.

32. commeatum sibi precaretur] Commeatum pro liberatione à morte accipi à Cypriano, supra diximus epistola de Celerino; eodem significatu commeatum vitæ dixit, dist. c. Posidius.

33. Statu excellius] solus Posidius legit, mea sententia rectius: Statuta.

34. nisi quod talem videre iam poterat de saculo recessurus] Patet hinc non vanas esse apparitiones seu demonum seu angelorum, quæ plerumque sunt mortuis etiã alia specie quam oculis humanis assequi possit.

35. Atque ille] Cambren. cod. Ad quem; sed prius habet Posidius, & magis congruit.

36. qui de persequutione sollicitus, de accertione sceleris non consentit] Ita quidem exc. omnes, sed Cambren. cod. legit: sollicitus de a. securus. Alij 4. non aliud, quam: Ut qui (scu quis) de persequutione sollicitus non consentiat, Locus obscurus.

37. sacerdotem dei] Adiecit: dei, ex quodam cod. M. Morely. Paulopost, siue legamus: increpatum, cum veteri excuso & Manut. siue: increpatum, perinde est.

38. Nobis quoque ipsis minimis & extremis] Rectè sic Manut. & Grau. ex Ms. pro eo quod erat: externis, pessimè.

39. fratres nostros non esse lugendos] Quid sibi velit, prius indicauit illis verbis: cum chati de seculo exeunt, gaudendum potius quam dolendum, Neque enim omnè luctum sed immodicum vetat, deinde vrger potissimum scandalum gentiliū, si quando videbant fideles atras vestes induere.

40. Verbis præferre virtutem] Hoc ita castigauit ex Ms. pro eo quod erat: profertre.

41. Ego sum resurrectio & vita] Ex iisdem cum Morel. adiecit: & vita.

42. configuratum corpori claritatis suæ] Ms. quidem legit: conformatum, sed prius alicubi supra reperitur.

43. Sed & per Salomonem docens spiritus sanctus] Librum sapientie Salomon aserbit, non Cyprianus modo tum hic tum infra lib. de exhort. mart. c. 1. ac Testim. 2. cap. 13. & 3. cap. 15. 33. 59. ac 66. sed & Egeppus & Ireneus, & omnis (inquit Eusebius hyst.

ecclesiast. lib. quarto cap. 22) antiquorum chorus Tertull. etiam lib. de prescriptio. adu. hæret. Orig. lib. 8. in epistolâ ad Rom. D. D. Hilarius in Psal. 128. Basilus lib. 5. contra Eumom. Euaristus epistola ad Afric. Felix. 1. epistola ad Gallos. Felix 2. epistola ad D. Athanasium. Epiphanius hæres. 76. & lib. de ponder. & mensu. Damasc. lib. 4. ca. 18. Ambr. in Psal. 1. & lib. de paradiso c. 12. & vel ipse D. Hieronymus epistola ad Paulinum de instir. fil. Causam reddit D. Aug. in hæc verba lib. 17. de ciuit. dei cap. 20. Alij duo libri, quorum vnus sapientia, aliter vero Ecclesiasticus dicitur, propter eloquij nonnullam similitudinem, ut Salomonis dicitur obtinuit consuetudo. Quod ipsum tamen adhuc retrahere videtur lib. 2. c. 4. Et certè multæ eius libri sententiæ 7. 8. & 9. cap. soli conueniunt Salomonititulus etiã Græcus est Σοφία ζωδουολος. Quæ re probatur mihi Dn. Ioannis Driedonis opinio de dog. eccl. lib. 1. Philonem illum Iudæum, supra 160. annos ante natum Christum, temporibus Omæ Pontificis, sparsas passim Salomonis sententiâs in vnum hoc congestisse volumen. Eo magis quod 3. Reg. ult. cap. scribatur loquutus tria milia parabolarum, carminum quinque milia, & disseruisse de iuentia, volucibus, reptilibus & piscibus &c. Confirmat, quod ipsa illius Proverbia, non ab illo sed diu postea à ministris Ezechie Regis (aut iuxta Rabbi Moysen ab Isaiâ) in vnum collecta, constat ex Proverb. c. 25. Vt sit pro doctrina spiritus sancti hoc loco & epistola 81. ac ad Demetrian. pro scriptura diuina agnoscat Cyprianus, nec minus alij veteres ubi hunc librum citant, nominatim Dionys. Areopag. ca. 4. de diu. nom. & Concil. Sardicense epistola ad omnes episcopos. Quæ hunc locum citans D. Aug. li. de præd. sanct. ca. 14. Quæ cum ita sint (inquit) non debuit repudiari sententia libri sapientie, qui meruit in Ecclesia Christi, de gradus lectorum ecclesie Christi tam longa amositate recitari, & ab omnibus Christianis, ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles, penitentes, catechumenos, cum veneratione diuinæ auctoritatis audiri. Et paulopost: oportet ut istum librum sapientie omnibus tractatoribus anteponant, quoniam sibi eum anteposuerunt etiam temporibus proximi Apostolorum egregij tractatores; qui eum testem adhibentes, nihil se adhibere nisi diuinum testimonium crediderunt, immo ipse Apostolus Paulus Rom. 11. & Heb. 11. ad 9. 6. & 4. sapientie libri cap. alludit. Hæc paulo proximus, propter eos, qui librum hunc etiam hodie in Canonem scripturarum recipere nolunt, quia D. Hieron. in Canone Iudæorum haberi negat; quum tamen in Ecclesie Canone numeretur à D. Aug. Concilio Carthag. Innocentio, Gelasio, & si dore, locus infra citatus lib. 7. est. 1. ca. 20.

44. ne malitia mutaret intellectu illius] Cæbr. sentium, sed prius habet & D. Aug. & Græcè est ὀβρεσθ.

45. de medio iniquitatis] Ita cum Morel. ex Ms. pro eo quod erat: media iniquitate, nam Græcè est ἐκ μέσων πονηρίων.

46. Si in habitaculo tuo] Elegans Metaphora, tū hic tum paulopost.

47. renunciale nos mundo] Rursum renunciationem in baptismo intelligit.

48. ut parentes salutare possimus] Locus pro notitia mutus amicorum in futura vita, qualis sui etiam supra epistola ad Thibarianos.

49. iam de sua immortalitate secuta &c.] D. Aug. loco citato: de sua incolumitate, quomodo etiam Alcuinus

Alcuinus ser. de festo omnium sanctorum qui D. Aug. perperam ascribitur, ubi calcem huius operis, sui sermonis finem facit; qui & alia multa in eodem descripsit ex Cypriano, & præsertim ex epistola ix.

50. Illic Apostolorum gloriosus chorus &c.] Videtur hunc locum imitari D. D. Ambrosius & Aug. in cantico ecclesiastico: Te Deum laudamus, & responsum est quodpiam ecclesiasticum. In quo quia legitur: transtulerunt, id malo paulopost, quam quod 4. Ms. legunt: præmiserunt, præsertim qui Alcuinus illud legat.

DE OPERE ET ELEMOSINIS.

Argumentum libri sequentis.

EXordio facto ab eo capite, quod alterum sit peccatorum remedium post baptismum eleemosyna seu operatio: variis scripturis tum veteris tum noui Testamenti peculiatia eius merita prosequitur. Neque verò deterreui quemquam debere ab eleemosynis, ne forte ad penuriam redigatur, cū securum faciat econtrario diuina non vno in loco pollicitatio: frustra itaque umbras illas vane excusationis obtendi, quin potius auaritiæ præextum esse. Vbi deinde diuites matronas increpauit, in gazophilacium ad usum pauperum nihil contribuentes, & in dominicum sine sacrificio seu oblatione venientes: liberorum beneficio excusari neminem docet, cū filius nostris Deus præferendus sit. Immo quo maior est numerositas filiorum, eo amplius eleemosynas faciendas è scripturis deducit. Postremo vbi verecundiam incussit fidelibus, ex Munerariorum sumptu laygore pro captando inani vulgi fauore, quam ipsi impendant vitæ æternæ præmij spe certa: & metu iniecto futuri iudicij, in quo iuxta ca. Math. 25. operantibus præmium Dominus pollicetur, sterilibus supplicium comminatur: Monet ut eleemosynis regna caelorum promercantur, & sine periculo persecutionis coronam vitæ in pace accipiant. Atqui titulum illum DE OPERE ET ELEMOSINIS, quem cum Grauius, Morel. & Manutio habet Cambren. codex, confirmat D. Aug. lib. 4. contra duas epistolas Pelag. ad Bonifac. cap. 8. Antea erat titulus: DE ELEMOSYN A. Meminit etiã D. Hieron. Huius libri epistola ad Pammachum super obitu Pauline uxoris, sed titulo: De misericordia, & eodem pertinet illud D. Pontij in vita: Vnde misericordiam disceremus.

MULTA & magna sunt, fratres charissimi, beneficia diuina, quibus in salutem nostram Dei patris & Christi larga & copiosa clementia & operata sit, & semper operetur, quod cõseruan-

dis ac viuificandis nobis pater filiū suum misit, ut reparare nos posset, quodque filius missus, esse & hominis filius voluit, ut nos dei filios faceret; humiliavit se, ut populum qui prius iacebat, erigeret; vulneratus est, ut vulnera nostra sanaret, seruiuit, ut ad libertatē seruientes extraheret; mori sustinuit, ut immortalitatem mortalibus exhiberet. Multa hæc sunt & magna diuinæ misericordiæ munera. Sed adhuc qualis prouidentia illa, & quanta clementia est, quod nobis salutari ratione prospicitur, ut homini, qui redemptus est, referendo, plenius cõsulatur. Nam cū dominus adueniens sanasset illa quæ Adam portauerat vulnera, & venena serpentis antiqui curasset, legem dedit sano, & præcepit ne vltra iam peccaret, ne quid peccati grauius eueniret. Coartati eramus, & in angustum innocentie præscriptione conclusi. Nèc haberet, quid fragilitatis humanæ infirmitas atque imbecillitas faceret: nisi iterū pietas diuina subueniens, iustitiæ, & misericordiæ operibus ostēsis, viam quãdam tuendæ salutis aperiret, ut fordes postmodum quascunq; cõtrahimus, eleemosynis ablueret. Loquitur in scripturis diuinis Spiritus sanctus & dicit: Eleemosynis & fide delicta purgantur. Nō vtiq; illa delicta, quæ fuerant ante contracta: nam illa Christi sanguine & sanctificatione purgantur. Item denuo dicit. Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatū. Hic quoque ostenditur & probatur, quia sicut lauacro aquæ salutaris gekēnæ ignis extinguitur, ita eleemosynis atque operibus iustis delictorum flamma sopitur. Et quia semel in baptismo remissio peccatorum datur, ad fidua & iugis operatio, baptismi instar imitata, Dei rursus indulgentiam largitur. Hoc & in euangelio Dominus docet. nam cum denotarentur discipuli eius quod ederent, nec prius manus abluissent, respondit & dixit: Qui fecit quod intus est, fecit & quod foris est: verum date eleemosynam, & ecce vobis munda omnia: docens scilicet, & ostendens, non manus lauandas esse, sed peccatū, & fordes intrinsecus potius quã extrinsecus detrahendas: verum qui purgauerit quod est intus, cum quoque id quod foris est repurgasse, & emundata mente, cute quoque & corpore mundum esse cepisse. Porro autē monens & ostendens vnde mundi & purgati esse possimus, addidit eleemosynas esse faciendas. Misericors mō-

10m. 5.

Job. 4. Prou. 15.

Eccles. 3.

Luc. 11.



net, misericordiam fieri; & quia feruare querit, quos magno precio redemit, post baptisimi gratiam sordidatos docet denuo posse purgari. Agnoscamus itaque, fratres charissimi, diuinæ indulgentiæ munus salubre, & emundandis purgandisque peccatis nostris, qui sine aliquo conscientiae vulnere esse non possumus, medelis spiritalibus vulnera nostra curemus. <sup>6</sup> Nec quisquam sic sibi de puro atque immaculato corde blandiatur, ut innocentia sua fretus medicinam non putet adhibendam esse vulneribus: cum scriptum sit: *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccatis?* Et iterum in epistola sua Ioannes ponat & dicat: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est.* <sup>7</sup> Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est Dominus, qui nobis peccata dimittat. Si autem nemo esse sine peccato potest, & quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est; quam necessaria, quam benigna est diuina clementia? quæ cum sciat non deesse sanatis quædam postmodum vulnera, dedit curandis denuo sanandisque vulneribus remedia salutaria. Nunquam denique fratres dilectissimi admonitio diuina cessauit, nunquam & tacuit, quo minus in scripturis sanctis tam veteribus, quam nouis, semper & ubique ad misericordiam opera Dei populus prouocaretur; & canente atque exhortante Spiritu sancto quisquis ad spem regni cælestis instruitur, facere eleemosynas iubetur. Mandat & præcipit Esaiæ Deus: *Exclama, inquit, in fortitudine, & non li parcere: sicut tuba exalta vocem tuam, & annuncia plebi meæ peccata ipsorum, & domui Iacob facinora eorum.* Et cum peccata eis sua exprobrari præcepisset, cumque eorum facinora pleno indignationis impetu protulisset, dixissetque eos, nec si orationibus & precibus & ieiuniis vterentur, satisfacere pro delictis posse, nec si in cilicio & cinere voluerentur, iram dei posse lenire; in nouissima tamen parte demonstrans solis eleemosynis Deum posse placari, addidit dicens: *Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam.* Si videris nudum, vesti eum, & domesticos seminis tui non despicias. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua cito orientur, & præbit ante te iustitia, & claritas Dei circumdabit te.

Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te: dum adhuc loqueris, dicit: ecce adsum. Remedia propitiando Deo ipsius Dei verbis data sunt: quid deberent facere peccantes, magisteria diuina docuerunt; operationibus iustis Deo satisfieri, misericordiam meritis peccata purgari. Et apud Salomonem legitur: *Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Et iterum: *Qui obturat aures ne audiat imbecillum, & ipse inuocabit Deum, & non erit qui exaudiat eum.* Neque enim promereri misericordiam Domini poterit, qui misericors ipse non fuerit, aut impetrabit de diuina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit humanus. Quod item in Psalmis Spiritus sanctus declarat & probat, dicens: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.* Quorum præceptorum memor Daniel, cum rex Nabuchodonosor aduerso somnio territus æstuaret, pro auertendis malis, ad diuinam opem impetrandam remedium dedit dicens: *Propterea rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniustitias tuas miserationibus pauperum, & erit Deus patiens peccatis tuis.* Cui rex non obtemperans, aduersa quæ viderat & infesta perpeffus est: quæ euadere & vitare potuisset, si peccata sua eleemosynis redemisset. Raphael quoque angelus paria testatur, & ut eleemosyna libenter ac largiter fiat, hortatur dicens: *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna: quia eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata.* Ostendit orationes nostras ac ieiunia minus posse, nisi eleemosynis adiuuentur. Deprecationes solas parum ad impetrandum valere, nisi factorum & operum accessione farciantur. Reuelat angelus & manifestat, & firmat eleemosynis petitiones nostras efficaces fieri, eleemosynis vitam de periculis redimi, eleemosynis à morte animas liberari. Nec sic, fratres charissimi, ista proferimus, ut non quod Raphael angelus dixit veritatis testimonio comprobemus. In Actibus Apostolorum facti fides posita est, & quod eleemosynis non tantum à secunda, sed à prima morte animæ liberentur, gestæ & impletæ rei probatione compertum est. Tabitha operationibus iustis & eleemosynis præstatis plurimum dedita, cum infirmata esset & mortua, ad cadauer exanime Petrus accitus est: qui cum impigre pro

pro apostolica humanitate venisset, circumsteterunt eum viduæ flentes, & rogantes, pallia & tunicas & omnia illa quæ prius sumpserant indumenta monstrantes, nec pro defuncta suis vocibus, sed ipsius operibus deprecantes. Sensit Petrus impetrari posse, quod sic petebatur; nec defuturum Christi auxilium viduis deprecantibus quædo esset in viduis ipse vestitus. Cum itaque genibus nixus orasset, viduarum ac pauperum idoneus aduocatus legatas sibi preces ad Dominum pertulisset, conuersus ad corpus, <sup>12</sup> quod in tabula iam lorum iacebat: *Tabitha, inquit, exurge in nomine Iesu Christi: nec defuit Petro, quo minus statim ferret auxilium, qui in euangelio dari dixerat quicquid fuisset eius nomine postulatum.* Mors itaque suspenditur, & spiritus redditur: & mirantibus ac stupentibus cunctis, ad hanc mundi denuo lucem rediit corpus animatur: tantum opera iusta valuerunt. Quæ laborantibus viduis largita fuerat subsidia viuendi, meruit ad vitam viduarum petitione reuocari. Itaque in Euangelio Dominus, doctor vitæ nostræ, & magister salutis æternæ, viuificans credentium populum, viuificatis consulens in æternum; inter sua mandata diuina & præcepta cælestia nihil crebrius mandat & præcipit, quam ut insistamus eleemosynis dandis: <sup>13</sup> nec terrenis possessionibus incubemus, sed cælestes thesauros potius recondamus. Vendite, inquit, res vestras, & date eleemosynam. Et iterum: *Nolite vobis condere thesauros super terram, ubi tinea & comestura exterminat, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, ubi neque tinea, neque comestura exterminat, & ubi fures non effodiunt, nec furantur.* Vbi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Et cum obseruata lege perfectum & consummatum vellet ostendere: *Si vis, inquit, perfectus esse, vade & vende omnia tua, & da egenis, & habebis thesaurum in cælo & veni, sequere me.* Item alio loco negotiatorem cælestis gratiæ, <sup>14</sup> & comparatorem salutis æternæ, distractis omnibus rebus suis, pretiosam margaritam, hoc est, vitam æternam Christi cruore pretiosam, de quantitate patrimonij sui dicit debere mercari. Simile est, inquit, regnum cælorum <sup>15</sup> homini negotia-

tori quærenti bonas margaritas. Vbi autem inuenit pretiosam margaritam, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit illam. Eos denique & Abraham filios dicit, quos in iuandis alendisque pauperibus operarios cernit. Nam cum Zachæus dixisset: *Ecce dimidium ex substantia mea do egenis: & si cui quid fraudauit, quadruplum reddo:* <sup>17</sup> respondit Iesus & dixit: *Quia salus hodie huic domui facta est, quoniam & hic filius est Abraham.* Nam si Abraham credidit Deo, & deputatum est ei ad iustitiam: utique qui secundum præceptum Dei eleemosynas facit, Deo credit; & qui habet fidei veritatem, seruat Dei timorem; qui autem Dei timorem seruat, in miserationibus pauperum Deum cogitat. Operatur enim ideo quia credit, quia scit vera esse quæ prædicta sunt verbis Dei, nec scripturam sanctam posse mentiri: arbores infructuosas, id est, steriles homines excidi, & in ignem mitti, misericordes autem ad regnum vocari. Qui & alio in loco operarios, & fructuosos fideles appellat: *infructuosos verò & sterilibus fidem derogat dicens: Si in iniusto mammona fideles non fuistis, quod est verum quis crederet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod est vestrum, quis dabit vobis? Si vereris & metuis, ne si operari plurimum coeperis, patrimonio tuo larga operatione finito ad penuriam forte redigaris: esto in hac parte intrepidus, esto securus; finiri non potest, vnde in vsu Christi impeditur, vnde opus cælesti celebratur. Nec hoc tibi de meo spondeo, sed de sanctarum scripturarum fide, & diuinæ pollicitationis auctoritate promitto.* Loquitur per Salomonem Spiritus sanctus & dicit: *Qui dat pauperibus nunquam egebit; qui autem auertit oculum suum, in magna penuria erit: ostendens misericordes atque operantes egere non posse; magis parcos & steriles ad inopiam postmodum deuenire.* Item beatus Apostolus Paulus dominicæ inspirationis gratia plenus: *Qui administrat, inquit, semen seminanti, & panem ad edendum præstabit, & multiplicabit seminatio- nem vestram, & auget incrementa frugum iustitiæ vestræ, ut in omnibus locupletemini.* Et iterum: *Administratio huius officij non tantum supplebit ea quæ sanctis defunt, sed & abundabit per multam gratiarum actionem in Deum.* Quoniam dum gratiarum actio ad Deum pro eleemosynis



atque operationibus nostris pauperum oratione dirigitur, census operantis Dei retributione cumulat. Et dominus in Evangelio iam tunc eiusmodi hominum corda considerans, & perfidis atque incredulis præcia voce denunciatis, contestatur & dicit: Nolite cogitare dicentes: quid edemus aut quid bibemus, aut quid vestiemur? hæc enim nationes quærunt. Scit autem pater vester quia omnium horum indigeris.

Quærite primum regnum Dei, & omnia ista apponentur vobis. Eis omnia apponi dicit & tradi, qui regnum & iustitiam Dei quærunt. Eos enim Dominus, cum iudicij dies venerit, ad percipiendum regnum dicit admitti, qui fuerint in Ecclesia eius operati. Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex eo largiter cœperis: & nescis miser, quia dum times ne res familiaris deficiat, vita ipsa & salus deficit: & dum ne quid de rebus tuis minuatur attendis, non respicis quod ipse minuaris amator magis mammonæ quam animæ tuæ; ut dum times ne pro te patrimonium tuum perdas, ipse pro patrimonio tuo pereas. Et ideo bene Apostolus clamat & dicit: Nihil intulimus in hunc mundum, <sup>1. Tim. 5.</sup> verum nec auferre quid possumus: habentes itaque exhibitionem & tegumentum, his contenti sumus. Qui autem volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in muscipulam, & desideria multa & nocentia, quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes naufragauerunt à fide, & inferuerunt se dolotibus multis. Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex eo largiter cœperis? quando enim factum est <sup>3.</sup> ut iusto possent deesse subsidia vitæ, cum scriptum sit: Non occidet fame Dominus animam iustam. Helias in solitudine coru is ministrantibus pascitur: & Danieli in lacu ad leonum prædam iussu regis incluso, prandium diuinis apparatur: & tu metuis, ne operanti tibi & Dominum promerenti desit alimentum? quando ipse in Evangelio ad exprobrationem eorum, quibus mens dubia est & fides parua, contestetur & dicat: Aspiciate volatilia cæli, quoniam non seminant, neque metunt, neque colligunt in horrea, & pater vester cælestis alit illa: nonne vos pluris illis estis? Volucres Deus pascit, & passeribus alimen-

Mat. 6.

Mat. 24.

1. Tim. 5.

Prou. 10.

3. Reg. 17.

Dan. 14.

Mat. 6.

ta diurna præstantur, & quibus nullus diuinæ rei sensus est, eis nec potus, nec cibus deest, tu Christiano, tu Dei seruo, tu operibus bonis dedito, tu Domino suo charo aliquid existimas defuturum? Nisi si putas quia qui Christum pascit, à Christo ipse non pascitur; aut eis terrena deest, quibus cælestia & diuina tribuuntur. Vnde hæc incredula cogitatio? vnde impia & sacrilega ista meditatio? quid facit in domo fidei perfidum pectus? quid qui Christo omnino non credit, appellatur & dicitur Christianus? Pharisei tibi magis congruit nomen. Nam cum Dominus in Evangelio de elemosynis disputaret, & ut nobis amicos de terrestribus lucris prouida operatione faceremus, qui nos postmodum in tabernacula æterna susciperent, fideliter ac salubriter præmoneret; addidit post hæc scriptura dicens: Audiebant <sup>Luc. 16.</sup> autem hæc omnia Pharisei qui erant cupidissimi, & irridebant eum. Quales nunc in Ecclesia quosdam videmus, quorum præclusæ aures & corda cæcata nullum de spiritalibus ac salutaribus monitis lumen admittunt; de quibus mirari non oportet quod contemnant <sup>25.</sup> in tractatibus seruum, quando à talibus ipsum Dominum videamus esse contemptum. Quid tibi in istis ineptis & stultis cogitationibus plaudis, quasi metu & sollicitudine futurorum <sup>26.</sup> ab operibus retarderis? quid umbras & præstigijs quasdam vanæ excusationis obtendis? Confitere immo quæ vera sunt, & quia scientes non potes fallere, secreta & abdita mentis exprome. Obsederunt animum tuum sterilitatis tenebræ, & recedente inde lumine veritatis, carnale pectus alta & profunda auaritiæ caligo cæcauit: pecuniæ tuæ captiuus & seruus es: catenis cupiditatis & vinculis alligatus es; & quem iam soluerat Christus denuo vincit es: seruas pecuniam, quæ te seruata non seruat: patrimonium cumulas, <sup>27.</sup> quod te pōdere suo grauius onerat: nec meministi quid Deus responderit diuiti exuberantium fructuum copiam stulta exultatione iactanti: Sulte, inquit, hac nocte expostulatur anima tua à te quæ ergo parasti, cuius erunt? Quid diuitiis tuis solus incubas? quid in pœnam tuam patrimonij tui pondus exaggeras; ut quo locupletior sæculo fueris, pauperior Deo fias? Reditus tuos diuide cum domino Deo tuo: fructus tuos partire cum Christo: fac tibi

tibi possessionum terrestrium Christum participem, ut & ille te sibi faciat regnorum cælestium cohæredem. Erras & falleris quisquis te in sæculo diuitem credis. Audi in Apocalypsi Domini tui vocem, eiusmodi homines iustis obiurgationibus increpantem: Dicis, inquit, diues sum; & ditatus sum; & nullius rei ego; & nescis quoniam tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum de igni, ut sis diues, & vestem albam vestiatis, & non appareat in te fœditas nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos ut videas. Qui ergo locuples & diues es, eme tibi à Christo aurum ignitum, ut fordibus tuis tanquam igne decoctis, esse aurum mundum possis, si elemosynis & iusta operatione purgeris. Eme tibi albam vestem, ut qui secundum Adam nudus fueras, & horrebas ante deformis, indumento Christi candido vestiatis. <sup>18.</sup> Et quæ matrona in Ecclesia Christi locuples & diues es, <sup>19.</sup> inunge oculos tuos non stibio diaboli, sed collyrio Christi, ut peruenire ad videndum Deum possis, dum deum, & operibus bonis & moribus promereris. Ceterum quæ talis es, nec operari in Ecclesia potes: Egentem enim & pauperem non vident oculi tui superflui nigroris tenebris, & nocte contacti. Locuples & diues es, & <sup>20.</sup> dominicum celebra te credis, <sup>21.</sup> quæ carbonam omnino non respicis; <sup>22.</sup> quæ in dominicum sine sacrificio venis; <sup>23.</sup> quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis? Intue in Evangelio viduam præceptorum cælestium memorem, inter ipsas pressuras & angustias egestatis operantem, in gazophylacium duo, quæ sola sibi fuerant minuta, mittentem. Quam cum animaduerneret Dominus & videret; non de patrimonio, sed de animo opus eius examinans, & considerans, non quantum sed ex quanto dedisset; respondit & dixit: Amen dico vobis, quoniam vidua ista plus omnibus misit in dona Dei. Omnes enim isti de eo quod abundauit illis, miserunt in dona Dei: hæc autem de inopia sua omnem quemcumque habuit victum misit. Multum beata mulier & gloriosa, quæ etiam ante diem iudicij meruit iudicis voce laudari. Pudeat diuites sterilitatis atque infidelitatis suæ: vidua, & inops vidua in opere larga inuenitur. Cumque vniuersa quæ dantur, pupillis & viduis con-

Apost. 3.

Luc. 21.

ferantur, dat illa quam oportebat accipere, ut sciamus quæ pena sterilem diuitem maneat, quando hoc documento operari etiam pauperes debeant. Atque ut intelligamus hæc opera Deo dari, & cum quisquis hæc faciat, Dominum promereri; Christus illud Dei dona appellat, & in dona Dei viduam <sup>24.</sup> duos quadrantes misisse significat; ut magis ac magis possit esse manifestum, quia qui miseretur pauperis, Deum fenerat. Sed nec illa res fratres charissimi, à bonis operibus & iustis refrenet & reuocet Christianum, quod excusari se posse aliquis existimet beneficio filiorum: quando in impensis spiritalibus Christum cogitare, qui accipere se professus est, debeamus; nec cōseruos liberis nostris, sed Dominum præferamus, ipso instruente & monente. Qui diligit, inquit, patrem aut matrem super me, non est me dignus: & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus. Item in Deuteronomio, ad corroboracionem fidei & dilectionem Dei, paria conscripta sunt: Qui dicunt, inquit, patri aut matri, non noui te, & filios suos non agnouerunt; hi custodierunt præcepta tua, & testamentum tuum seruauerunt. Nam si Deum toto corde diligimus; nec parentes; nec filios Deo præferre debemus. Quod & Ioannes in epistola sua ponit, charitatem Dei apud eos non esse, quos videamus operari in pauperem nolle: Qui habuerit, inquit, substantiam mundi, <sup>15.</sup> & viderit fratrem suum desiderantem, & clauerit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in illo? Si enim Deus elemosynis pauperem feneratur, & cum datur minimis, Christo datur: non est quod quis terrena cælestibus præferat, nec diuinis humana præponat. Sic vidua illa in tertio Regnorum libro, cum in siccitate & fame consumptis omnibus <sup>16.</sup> de modico farre & oleo quod superfuerat, fecisset subcinericium panem, quo assumpto moritura cum liberis esset: superuenit Helias, & petiit sibi prius ad edendum dari; tunc quod superfuisset, inde illam cum filiis suis vesci; nec obtemperare illa dubitauit, aut Helias filios mater in fame, & egestate præposuit. Fit immo in conspectu Dei, quod Deo placeat; prompto ac libenter quod petebatur, offertur: nec de abundantia portio, sed de modico totum datur, & esurientibus liberis alter prius pascitur, neque in penuria & fame cib<sup>9.</sup> an-

Prou. 19.

Mat. 10.

Deut. 33.

1. Ioan. 3.

3. Reg. 17.



requam misericordia, cogitatur; vt dum in opere saluari carnaliter vita contemnitur, spiritualiter anima seruetur. Helias itaque typum Christi gerens, & quod ille pro misericordia vicem singulis reddat, ostendens: respondit & dixit: Hæc dicit Dominus: <sup>37</sup> fidelia farris non deficiet, <sup>38</sup> & capfaces olei non minuetur vsque in diem, quo dabit Dominus imbrem super terram. Secundum diuinæ pollicitationis fidem multiplicata sunt viduæ & cumulata quæ præstitit, & operibus iustis, ac misericordiæ meritis; augmenta & incrementa sumentibus; farris & olei vasa completa sunt. Nec filiis abstulit mater quod Helix dedit, sed magis contulit filiis, quod benigne & pie fecit. Et illa nondum Christum sciebat, nondum præcepta eius audierat: non cruce & passione eius redempta, cibum & potum pro sanguine rependebat; vt ex hoc appareat quantum in Ecclesia peccet, qui se & filios Christo anteponens, diuitias suas seruat, nec patrimoniū copiosum cum indigentium paupertate communicat. Sed enim multi sunt in domo liberi, & retardat te numerositas filiorum, quo minus largiter bonis operibus insistas: <sup>39</sup> atquin hoc ipso operari amplius debes, quo multorum pignorum pater es. Plures sunt pro quibus Dominum deprecaris: multorum delicta redimenda sunt, multorum purgandæ conscientiæ, multorum animæ liberandæ. Vt in hac vita sæculari alendis sustinendisque pignoribus quo maior est numerus, hoc maior & sumptus est: ita & in vita spiritali atque cœlesti, quo amplior fuerit pignorum copia, esse & operum debet maior impensa. Sic & Iob sacrificia numerosa pro liberis offerebat: quantumque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo & numerus hostiarum. Et quoniam quotidie deesse non potest quod peccetur in conspectu Dei, sacrificia quotidiana non deerant, <sup>40</sup> quibus possent peccata tergi. Probat scriptura diuina, dicens: Iob homo verus & iustus, habuit filios septem, & filias tres, & emundabat illos offerens pro eis hostias Deo secundum numerum illorum, & pro peccatis eorum vitulum vnum. Si ergo vere filios tuos diligis, si eis exhibes plenam & paternam dulcedinem charitatis; operari magis debes, vt filios tuos Deo iusta operatione commendes. Nec eum liberis tuis cogites patrem, <sup>41</sup> qui & temporarius

Iob. 1.

& infirmus est: sed illum patrem pares, qui æternus & firmus filiorum spiritalium pater est. Illi assigna facultates tuas, quas heredibus seruas: ille sit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes iniurias sæculares diuina maiestate protector. Patrimonium Deo creditum nec respublica eripit, nec fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euerit. In tuto hæreditas ponitur, quæ Deo custode seruetur. Hoc est charis pignoribus in posterum prouidere: hoc est futuris heredibus paterna pietate consulere secundum fidem scripturæ sanctæ dicentis <sup>42</sup> Iunior fui, & senui, & non vidi iustum derelictum, neque semen eius egens pane. Tota die miseretur & fenerat: & semen eius in benedictione est. Et iterum: Qui conuersatur sine vituperatione in iustitia, <sup>43</sup> beatos post se filios relinquet. Præuaricator itaque & proditor pater es, nisi filius tuis fideliter consulas, nisi conseruandis eis religiosa & vera pietate prospicias. Qui studeo terreno magis quàm cœlesti patrimonio, filios tuos diabolo magis commendare quàm Christo, bis delinquis, & geminum ac duplex crimen admittis: & quod non præparas filiis tuis Dei patris auxilium, & quod doces filiis patrimonium plus amare quàm Christum. Esto potius liberis tuis pater talis, qualis Tobias extitit. Da vtilia & salutaria præcepta pignoribus, qualia ille filio dedit: manda filiis tuis, quod & ille filio mandauit, dicens: Et nunc fili mandato tibi, serui Deo in veritate, & fac coram illo, quod illi placet, & filijs tuis manda vt faciant iustitiam & eleemosynas, & sint memores Dei, & benedicant nomen eius omni tempore. Et iterum: Omnibus diebus vitæ tuæ, fili dilectissime, Deum in mente habe, & noli præterire præcepta eius. Iustitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, <sup>44</sup> & noli ambulare viam iniquitatis, quoniam agente te ex veritate, erit respectus operum tuorum. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab illo paupere: Ita fiet vt nec à te auertatur facies Dei. Prout habueris filii, sic fac: si tibi fuerit copiosa substantia, plus ex illa fac eleemosynam: si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo comunica. Et ne timueris cum facis eleemosynam: præmium enim bonum reponis tibi in diem necessitatis. Quia eleemosyna à morte liberat, & nõ patitur ire

Psal. 36.

Prov. 20.

Tob. 4.

in ge-

in gehennam. Munus bonum est eleemosyna omnibus qui faciunt eam coram summo Deo. <sup>45</sup> Quale munus est fratres charissimi, cuius editio Deo spectante celebratur? Si in gentilium munere grande & gloriosum videtur, proconsules vel imperatores habere præsentis; & apparatus ac sumptus apud munerarios maior est, vt possint placere maioribus: quanto illustrior muneris & maior est gloria, Deum & Christum spectatores habere? Quanto istuc & apparatus vberior, & sumptus largior exhibendus est; vbi ad spectaculum conueniunt cœlorum virtutes, conueniunt Angeli omnes; vbi muneratio non quadriga vel consulatus petitur, sed vita æterna præstatur: nec captatur inanis & temporarius fauor vulgi, sed perpetuum præmium regni cœlestis accipitur? Atque vt pigros & steriles, & cupiditate nummaria nihil circa fructum salutis operantes magis pudeat, vt plus conscientiam sordidam dedecoris ac turpitudinis suæ rubor, cædat; <sup>46</sup> ponat vnusquisque ante oculos suos diabolum cum seruis suis, id est, cum populo perditionis ac mortis in medium proflire, plebem Christi, præsentem & iudicante ipso, comparationis examine prouocare dicentem: Ego pro istis quos mecum vides, nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec sanguinem fudi, nec familiam meam pretio passionis & cruoris redemi; sed nec regnum illius cœlestis promitto, nec ad paradysum restituta immortalitate denuo reuoco; & munera mihi quàm pretiosa, quàm grandia, quàm nimio & longo labore quæsitâ sumptuosissimis apparatibus comparant, rebus suis vel obligatis in muneris comparatione, vel venditis; ac nisi editio honesta successerit, conuiciis ac sibilis eiiciuntur, & furore populari nonnunquam pæne lapidantur? Tuos tales munerarios Christe demonstra præceptis tuis monitos, & pro terrenis cœlestia recepturos, illos diuites, illos copiosis opibus affluentem; an in Ecclesia præidente & spectante te eiusmodi munus edant, oppignoratis vel distractis rebus suis, immo ad cœlestes thesauros mutata in melius possessione translatis? In istis muneribus meis caducis atque terrenis nemo pascitur, nemo vestitur, nemo cibi alicuius aut potus solatio sustinetur: cuncta inter furorem edentis & spectantis errorem, prodiga &

stulta voluptatum frustrantium vanitate depereunt. Illic in pauperibus tuis tu vestiris & pascis, tu æternam vitam operantibus polliceris; & vix tui <sup>47</sup> meis pereuntibus adæquantur, qui à te diuinis mercedibus & præmiis cœlestibus honorantur. Quid ad hæc respondemus fratres charissimi? Sacrilega sterilitate, & quadam tenebrarum nocte coopertas diuitum mentes qua ratione defendimus? qua excusatione purgamus? qui diaboli seruis minores sumus, vt Christo pro pretio passionis & sanguinis, vicem nec in modicis rependamus? Præcepta ille nobis dedit: quid facere seruos suos oporteret instruxit: operantibus præmium pollicetur, & supplicium sterilibus comminatus sententiam suam protulit, quid iudicaturus sit, ante prædixit. Quæ potest excusatio esse cessanti? quæ defensione sterili? nisi quod non faciente seruo quod præcipitur, Dominus faciat quod minatur; qui & dicit: Cum venerit filius hominis in gloria sua; & omnes Angeli cum eo, <sup>48</sup> tunc sedebit in throno claritatis suæ, & colligentur ante eum omnes gentes, & segregabit eos ab inuicem, quem admodum pastor segregat oves ab hæcdis: & statuet oves ad dexteram suam, hæcodos autem ad sinistram: tunc dicet rex iis, qui ad dexteram suam erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: Esuriui enim & dedistis mihi manducare; <sup>49</sup> sitiui & potastis me; hospes fui; <sup>50</sup> & adduxistis me; nudus, & vestistis me; <sup>51</sup> infirmus sum, & visitastis me: in carcere fui, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus; sitientem, & potauimus? quando te vidimus hospitem, & adduximus: nudum, & vestiuimus? quando autem te vidimus infirmum, & in carcere, & venimus ad te? Tunc respondens rex dicet eis: Amen dico vobis, quam diu fecistis vni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & illis, qui ad sinistram eius erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem parauit pater meus diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non potastis me; hospes fui, & non adduxistis me; nudus, & non vestistis me; infirmus & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt & ipsi dicentes: Domine quan-

Math. 25.

D d iij



do te vidimus esurientem, aut sicientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, <sup>12</sup> & non ministraviimus tibi? Et respondebit illis: Amen dico vobis, quam diu non fecistis vni ex minimis his, neque mihi fecistis. <sup>13</sup> Et abibunt isti in ambustionem æternam, iusti autem in vitam æternam. Quid potuit nobis maius Christus edicere? quo modo magis potuit iustitiæ ac misericordiæ nostræ opera prouocare, quam quod præstari dixit sibi, quicquid egenti præstetur & pauperi: & se dixit offendi, nisi egenti præstetur & pauperi; vt qui respectu fratris in Ecclesia non mouetur, vel Christi contemplatione moueatur: & qui non cogitat in labore atque in egestate conferuum, vel Dominum cogitet in ipso illo quem despiciat constitutum. Et iccirco fratres charissimi, quibus metus in Deum pronus est, & spreto calcatoque iam mundo ad superna & diuina animus erectus est; fide plena, mente deuota, operatione continua promerendo, Domino obsequium præbeamus: demus Christo vestimenta terrena, indumenta cælestia recepturi. Demus cibum & potum sæcularem, cum Abraham Isaac & Iacob ad conuiuium cælesti venturi: ne parum metamus, plurimum seminemus. Securitati ac salutis æternæ, dum tempus est, consulamus, Paulo Apostolo admonente & dicente: Ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus. Cogitemus fratres dilectissimi, quid sub Apostolis fecerit credentium populus, quando inter ipsa primordia maioribus virtutibus mens vigeat; quando credentium fides nouo adhuc fidei calore feruebat: domicilia tunc & prædia venundabant, <sup>14</sup> & dispensandam pauperibus quantitatem libenter ac largiter Apostolis offerebant, terreno patrimonio vendito atque distracto fundos illuc transferentes, vbi fructus caperent possessionis æternæ: illic comparantes domos, vbi inciperent semper habitare. Talis tunc fuit in operationibus cumulus, qualis in dilectione consensus, sicut legimus in Actis Apostolorum: Turba autem eorum qui crediderant, anima ac mente vna agebant: nec fuit inter illos discrimen vllum, nec quidquam suum iudicabant ex bonis quæ

eis erant, sed fuerunt illis omnia communia. Hoc est natiuitate spiritali vere Dei filios fieri, hoc est, lege cælesti æquitatem Dei patris imitari. Quodcumque enim Dei est, in nostra vsurpatione commune est, nec quisquam à beneficiis eius & muneribus arceatur, quo minus omne humanum genus bonitate ac largitate diuina æqualiter perfruatur. Sic æqualiter dies illuminat, sol radiat, imber rigat, ventus aspirat, & dormientibus somnus vnus est, & stellarum splendor ac lunæ communis est. Quo æqualitatem exemplis, qui possessor in terris reditus ac fructus suos cum fraternitate partitur; dum largitionibus gratuitis communis ac iustus est, Dei patris imitator est. Quæ illa erit fratres charissimi, operantium gloria, quam grandis & summa lætitia: cum populum suum Dominus cœperit recensere: & meritis atque operibus nostris præmia promissa contribuens, pro terrenis cælestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna præstare; offerre nos patri, cui nos sua sanctificatione restituit; æternitatem nobis immortalitatemque largiri, ad quam nos sanguinis sui viuificatione reparauit; reduces ad paradysum denuo facere, regna cælorum fide & veritate suæ pollicitationis aperire? Hæc hæreant firmiter sensibus nostris: hæc intelligantur plena fide: hæc corde toto diligantur: hæc indefinentium operum magnanimitate redimantur. Præclara & diuina res, fratres charissimi, salutaris operatio, solatium grande credentium, securitatis nostræ salubre præsidium, munimentum spei, tutela fidei, medella peccati: res posita in potestate facientis, res & grandis & facilis; sine periculo persecutionis, corona pacis: verum Dei munus & maximum, infirmis necessarium, fortibus gloriosum, quo Christianus adiutus <sup>15</sup> perfert gratiam spiritalem, promeretur Christum iudicem, Deum computat debitorem. Ad hanc operum salutarium palmam libenter ac prompte certemus: omnes in agone iustitiæ Deo & Christo spectante curramus; & qui sæculo & mundo maiores esse iam cœpimus, cursum nostrum nulla sæculi, & mundi cupiditate tardemus. Si expeditos, si celeres, si in hoc operis agone currentes, dies nos <sup>16</sup> vel redditionis, vel persecutionis inuenerit: nusquam dominus meritis nostris ad præmium decrit; in pace

vin-

vincentibus <sup>17</sup> coronam cæcidam pro operibus dabit, in persecutione purpuream pro passione geminabit.

### ADNOTATIONES IN librum de opere & eleemosynis.

1. Nam cum dominus adueniens &c.] Locum hunc ad assertionem peccati Originalis ex Adam, contra Pelagianos, citat D. Aug. loco citato.

2. & venena serpentis antiqui] Præterquam quod serpens antiquus diabolus in scripturis nominetur; confirmant hanc lectionem Grauij, Ms. Cambro. & Afflig. ac verus exc. cadices, pro eo quod Remboldus: antiqua, Quare & D. Aug. sic castigandus est.

3. Loquitur in scripturis diuinis] Vocem: diuinis, cum Grauij ex isdem adiecimus: at qui sanctificationis nomine idipsum intelligit, quod paulo post lauarium aque salutaris dicit.

4. assidua & iugis operatio] Operatione tum hic tum alibi frequenter, uti & opus in titulo huius libri, accipit Cyprianus, pro virtute auaritiæ contraria; quomodo etiã Prudentius in Pſchomachia Auaritiæ & Operationis in hæc verba:

Cum subito in modium frondens Operatio campum.

Proslit auxilio sociis, pugnamque cepit.

Nã quod pro illo reposuit Georgius Fabricius: miseratio, est contra fidem Ms. cod. tum nostri q. id bis legit, tum aliorum quibus vsi sunt in castigando Prudentio Victor Ghiselmus & Theod. Palmãnus. Et videntur mihi hinc transfuisse hanc vocem veteres, quod inter opera bona præcipua sit eleemosyna. Haud peccat ab ea significatione abesse mihi videtur in vita Cypri. D. Põnius in hæc verba: Fiebat itaq; exuberantia operum largitate, quod boni est ad omnes; & illud Tertul. li. 4. contra Marc. Nã est maior est bonitas qua operatur in extraneos. Loquitur enim de eleemosynis.

5. quos magno precio redemit] Erasmus quantum suspicor elegantie gratia omisit vocem: precio, sed eam habent Ms. nostri & Morelij, vet. excus. & Remboldus.

6. Ne quisquam sic sibi de puro &c.] Locum hunc citat D. Aug. li. 2. contra Iulian. c. 8. vt ostendat, neminem in hac vita immunem esse à peccato.

7. Si autem confessi fuerimus] Desideratur hæc periculus in Afflig. cod. & apud D. Aug.

8. & nuntia plebi mea] Verque Ms. sine coniunctione: annuncia ego vero malo legi: & annuncia, eo quod Græcè sit: καὶ ἐπαγγελίαν.

9. & vestimenta tua cito orientur] Sic & hic alibi Cyprianus & alij quidã veteres Latini teste D. Hier. (inquit Morel. ex similitudine dictionum Græcarum) vt pro eo quod 70. scripserunt ἰαματότα σκ, id est, sanitates tuæ, ipsi legerunt, ἰαματὶά σκ.

10. & hæc pro te exorabit] Prorsus sic legendum, cum Grauij, Morel. & Manut. nam Græcè est οὐτὴν.

11. nisi factorum & operum accessione satientur] Manut. adiuuentur. Verum prius habent Ms. vterque, vet. exc. et Morel. cū ceteris, & ad idẽ quã proxime accedit, quod vnus Mor. cod. legit: locientur, & quod Grauij. faciantur, fortassis legendũ: faciantur, Immo ita prorsus vt legam, facit illud cod. Ms. Colon. facientur.

12. quod in tabula iam lotum iacebat] Ita enim legitur Act. 9. Quam quum lauissent, posuerunt eam in canaculo. Patet autem hinc, non nouum esse morem illum, quo lauantur defunctorum corpora.

13. nec terrenis possessionibus incubemus] Afflig. cod. & vnus Morelij Ms. incumbamus, sed prius Cypriano frequentius est.

14. tinea & comestura] Verit. sic recte, quod Græcè est: βρομοίς.

15. & comparatorem] Noua vox à comparando, id est emendo.

16. homini negotiatori] Afflig. & duo Mor. Ms. negotianti, sed vox Græcã ἐμπόρος negotiatorem significat & eum qui ultra mare negotiatur ἀπὸ τοῦ πωρὸς quæ vox iter illud significat quod mari conficitur.

17. respondit Iesus & dixit] Denuo adiecimus ex Ms. & dixit, est enim phrasis Cypriani.

18. quod verum est quis dabit vobis] Afflig. & vet. exc. vestrum, sed Græcè est, ἀλλήλων, & prius legitur etiam emendatio Latina exemplaria.

19. qui autem auertit oculum suum] Hoc ex Ms. cum Morel. pro eo quod ceteri: oculos suos, nam 70. legunt τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ.

20. quæ sanctis defunt] Ex vitio cod. Remboldi adiciatur: fide; quod neque Apostolus habet neque Ms.

21. per multam gratiarum actionem] Sic cū Manut. Ms. cod. pro eo quod ceteri: per multas gratiarum actiones, & confirmat illud, id quod sequitur.

22. verum nec auferre quid possumus] Adiecimus rursum: quid, ex vet. excus. eo quod Græcè adiciatur particula τί.

23. vt iusto possent deesse subsidia vitæ] Præter Manut. null. cod. legit: vitæ.

24. ne operanti tibi] Ex Ms. adiecimus: tibi.

25. in Tractatibus] Tractatus vocabant veteres, cõciones ad populum, uti patet vel ex tractatibus D. Aug. in Ioan. quare non recte sermones intitulati fuerunt hic & alij libri quidam Cypriani, sed potius tractatus erant inscribendi.

26. ab operibus retarderis] Ms. legitur: à bonis operibus, sed prius Cyprianicum est.

27. quod te pondere suo grauius onerat] Recens adieci: grauius, ex Ms.

28. Et que matrona in ecclesia Christi] Hic etiam tres postremas voces, ex Camb. cod.

29. inunge oculos tuos non stibio diaboli sed collyrio Christi] Rectius hoc ex eodẽ cõ Grauij. quã ceteri: vnge, quia explicat præmissam scripturã ex Apoc. stibium autẽ lapis est spuma candida, quæ alij alabastrum nuncupant, quo vntur femine ad venustandos orbis oculorum: Hinc illud D. Hier. ad Euria: Nec orbis stibio fuliginatos. Collyrio vero quasi τὸ καλὸν τὸ ἑὸν, dicitur, quod fluxum oculorum sistat. Recte itaque hæc inter se cõponit, nam & stibium eandem vim habere tradunt medici.

30. Dominicũ celebrare te credis] Dominicũ celebrare dicit quod alibi dominicam cœnam seu sacrificiũ celebrare dicit, de quo latius epistola ad Cæcilium.

31. quæ carbonam omnino non respicis] Carbonã dicit quod paulo post γὰρ ὀφθαλμῶν, alludens ad illud Matth. 27. Non licet eos mittere in Carbonam. Nam, etsi Chaldei Carbon vocent & Hebraei Corbanam, Græci legunt ὑπερβολῶν.



32. quæ in Dominicum sine sacrificio venis ]  
 Dominicum hic, alia significatione quam prius, vocat,  
 quod Græci κυριακή nos Ecclesiam seu templum dicimus.  
 A qua postrema voce profusus abstinebant veteres, ut dis-  
 ferrent à templis deorum. A Græca voce, Kercken Ger-  
 manice illa hodie nuncupamus, & à Latina den Dom,  
 hinc & Domheeren Canonici Cathedralis Ecclesie.  
 Atqui iam ipsi Apostolorum temporibus non desuisse  
 Ecclesiam, in qua concurrebant fideles ad sacrificium, patet  
 ex illo Pauli 1. ad Cor. 11. Numquid domos non habetis ad  
 manducandum aut bibendum, aut Ecclesiam Dei contem-  
 nitis? De ecclesia etiam à D. Ioanne constructis in Asia,  
 mentionem facit Clemens Alexan. apud Euseb. li. 7. eccl.  
 hist. c. 23. Ab aliis Apostolis Nicep. li. 1. c. 35. 40. 41. 42.  
 & 43. Ab aliis quoque in vitis Apostolorum. Clemens  
 etiam Romanus Constit. Apost. non uno in loco. Plura vi-  
 de in 1. Tom. Liturgic. Latin.

33. quæ partem de sacrificio quod pauper ob-  
 tulit, (suis) oblationum in missa antiquitatem hinc col-  
 legere est. Alludit autem ad eam consuetudinem qua prius  
 mitiger offerbatur, ex quo in partes conciso singuli par-  
 te Eucharistia, præsertim in Africa & apud Græcos, fru-  
 mebant. Quæ postea, cum non omnes communicarent, pan-  
 culum immutat a est. Diaconus enim (vbi legitur in missa  
 Chrys. iuxta versionem Leonis Tusc.) accipiens panem cum  
 sacerdote in missa celebratio, seu etiam sacerdos sine diacono,  
 faciebat in eo cum lanceola cruce, & incidens lanceola  
 signaculum panis in quatuor partes in signum crucis, tol-  
 lebat ex ea particula, videlicet signaculum cum sua medul-  
 la, & inferiorem signaculi partem insignitam cruce, pone-  
 bat in disco, & illam postea consecrabat. Postea vero sub  
 finem missæ (inquit Nicolaus Cusanus) oblatum panem, ex  
 quo sacrum panem abscederat, in multa diuisum, tradebat  
 fidelibus sacerdos. Atque hic ritus etiam hodie seruatur  
 apud Græcos. Eius etiam vestigium seruatur in Gallis, in  
 oblatione & distributione panis quem benedictio vocant.  
 De quo existat iam olim decretum Pij pape apud Durchar-  
 dum li. 3. c. 27. & Matifcon. concil. canon. 30. apud eundem  
 li. cod. c. 32. Meminerunt etiam Honorius Gem. anim. li. 1.  
 c. 67. & Guil. Durandus Ration. diuin. li. 4. c. 53. Perdu-  
 rasse etiam consuetudinem offerendi panis pro sacrificio, ad  
 tempora usque Gregorij pape, patet ex Ioanne Diacon. vitæ  
 eius li. 2. c. 21. & Matifcon. concil. 2. c. 4. qui præcipit om-  
 nibus diebus dominicis offerri tam panem quam vinum.  
 Offerbatur autem à fidelibus super alt. ut non panis mo-  
 do aut farina, sed & vinum aqua mistum, vti patet ex C. a.  
 Aposto. 3. Ireneo contra hæret. li. 4. c. 34. & Martini Bra-  
 carenfis Græc. Synodo. c. 55. Fabiani pape decretorum c. 5. et  
 Eutichiani pape de interrogat. Synod. inter. vlt. apud Dur-  
 chardum eodem lib. c. 24. Offerbantur præterea non  
 ad sacrificium, sed tanquam primitiæ, ad simplicem bene-  
 dictionem; spica nouæ, vineæ oleum ad luminaria, & rhy-  
 miana ad incensum, quod manifestum sit ex fine eiusd. 3.  
 & initio 4. Can. Apost. vel præterea & lac, uno solem-  
 nissimo die, iuxta Afric. concil. can. 4. Fab. quoque teste  
 Eutich. pap. epistola 1. Postea (inquit Honorius Gemme a-  
 nime li. 3. c. 66.) statutum est, ut populus pro oblatione pa-  
 nis aut farinæ, denarios offerret, pro quibus traditum do-  
 minum recognoscere.

34. duos quadrantes ] Quod prius minuta, nunc  
 quadrantes appellat, sed improprie. Quadrans enim est quar-  
 tus pars assis, & Græca vox λεπτόν minutissimum signi-

ficans monetæ genus, quippe cum γ λεπτα conficerent  
 χαλκόν, quod obolum transferunt interpretes. Quamquam  
 tamen apud Lucam λεπτα alicubi interpretetur c. 12. s.  
 δόλοισι.

35. & viderit fratrem suum desiderantem ] Qui-  
 dam vetus cod. Morel. elurientem, neutra autem lectio  
 conuenit cum eo quod Græce est: χριστός ἐχροντα.

36. de modico farre & oleo ] Hoc Ms. cum Manu.  
 pro eo quod exc. farina; ex iisdem cum Grau. legimus: pe-  
 tit, pro eo alij: petit.

37. fidelia farris ] Camb. hiala.

38. & capfaces olei non deficient ] Retinuit vocem  
 Græcam νεύρα, sic etiam D. D. Aug. serm. 166. &  
 Prosper prædicat. & prom. part. 2. c. 29. Lagunculam iam  
 ibidem appellat D. Aug. Vas D. Ambro. lib. de Viduis.  
 Lecythum vulg. interpres, Iosphi interpres fideliam. Vnde  
 significationem vocis Græcæ colligere oportet, apud Erimi-  
 cos enim authores non reperitur.

39. atquin hoc ipso operari amplius debes ] At-  
 quin, pro: Atqui, vox Tertul. frequentissima, quare placet  
 hac Ms. & Manu. lectio.

40. quibus possent peccata tergi ] Erasmus qui-  
 dem Remboldum secutus legit: tergeti, iuxta secundam  
 inflexionem, quæle putat esse illud Terentij in Eunuchio:  
 qui abstergetem vulnera, sed prius illud Ms. legunt,  
 cum veteri excu. & Morel.

41. qui & tempora ius & infirmus est ] Ante Ma-  
 nutium legebatur vitio codicis Remboldi: infirmus est.

42. Iunior fui & scui ] Veteres aliquot Morel. cod.  
 iuuenior.

43. beatos post se filios relinquit ] Ita rectius Af-  
 fig. cod. & Morel. quam ceteri: relinquit, nam Græce est  
 κωταλείει.

44. & noli ambulare viam iniquitatis ] Camb.  
 cod. in via.

45. Quale munus est fratres ] Eleganter transit à  
 significatione muneris pro dono, ad munus quod editur à  
 miserariis. De quo supra epistola 2. ex Tertul. aliquid di-  
 ximus.

46. ponat vnusquisque ante oculos suos ] Etiam  
 hoc loco supradicto citat D. Aug. qui confirmat lectionem  
 illam: comparationis examine, pro eo quod habent in  
 margine Assig. & Camb. cod. comprobationis.

47. meis pereuntibus adæquantur ] Manut. qui-  
 dem & Morel. legunt: perdentibus, sed prius malo  
 accedit quam proxime illud Cambren. cod. meis per-  
 ditis.

48. tunc se debet in throno gloriæ suæ ] Ms. cla-  
 ritate sua, contingit autem frequentissime hæc diuersi-  
 tas; quia tamen illud legitur infra lib. Testim. 2. c. vlt. &  
 lib. 3. c. 1. id malo.

49. Sitiui & potastis me ] Genuinam hanc esse le-  
 ctionem Manut. et Ms. patet ex eo quod sequitur: & potau-  
 imus; prius erat: & dedistis mihi potum. Illam habet  
 etiam infra li. Testim. 2. c. vlt. & 3. cap. primo.

50. & adduxistis me ] Esti infra legatur: abdux-  
 istis, c. vlt. li. 2. Testim. & hic sic legat Manut. prius tamē  
 placet tum quod sic legant Camb. cod. vbi que & exc. c. 1.  
 li. 3. Testim. tum quod Græce sit, συνηγάγετε, quod vertit  
 vulg. interpres: collegistis. Vnde et Morel. hic legit: in-  
 cepistis. Eadem est ratio de eo quod sequitur: & addu-  
 ximus, & rursus non adduxistis.

Infirmatus

51. infirmatus] siue hoc legas, et paulo post infirma-  
 ri siue: infirmus, & infirmum, perinde est, variant e-  
 nim cod.

52. & non ministravi tibi ] Ms. hic & in fine  
 li. 2. Testim. legunt: & non visitavi te, sed prius le-  
 gitur constanter ab omnibus, ca. 1. li. 3. Testim. & magis  
 placet, quia Græce est: ἡγήθουν διακονήσαμεν σοι.

53. Et abibunt illi ] Etiam hoc placet præ Ms. lectio-  
 ne: Et ibunt, pro eo quod Græce sit: ἡγήθουν διακονήσαμεν σοι.

54. & dispensandam pauperibus quantitatē ]  
 τὸ ὄψον, id est, pretium quanti vendiderant (inquit Mo-  
 rel.) Et legitur sic etiam Ms. cum vet. exc. pro eo quod erat:  
 facultatem.

55. perfert gratiam spiritualem ] Mor. præfert.  
 Antea male: præ se effert.

56. Vel redditionis vel persecutionis ] Sic Ms.  
 nostri cum Costerio, pro eo quod alij: redditionis, prius ma-  
 gis vstitutum est Cypriano, pro morte.

57. coronam candidam pro operibus dedit ]  
 Similis locus fuit ad verbū fere supra epistola 9. ad mar-  
 tyras. Non possint autem reperiri apertiores loci apud ve-  
 teres pro corona operum, quam sit totus hic liber. Quæ de re  
 lectorem ad alios nostri sæculi auctores remittimus, ne pro-  
 lixiores simus.

### De bono Patientiæ.

#### ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

Scripti huius occasionem ita paucis exponit ipse  
 Cyprianus sub finem epist. ad Iudæanos: Serua-  
 tur à nobis patienter & leniter charitas animi, col-  
 legij honor, dilectionis vinculum, concordia sacer-  
 dotij. Propter hoc etiam nunc libellum de bono pa-  
 tientie, quantum valuit nostra mediocritas, permit-  
 tente domino & inspirate, conscripsimus, quem ad  
 te pro mutua dilectione transmisiimus. Postquam  
 itaque initio patientiã veram a falsa philosophorū  
 distinxit; à patientia Dei, Christi, ac iustorum om-  
 nium, patientiam Christianam commendat. Dein-  
 de non vtilem modo sed & necessariam illam esse,  
 tum scripturis tum rationibus probat, ex eplis item  
 Tob. & Tobie; & ut ex opposito sibi vitio magis  
 patientie bonum elucescat, impatientia quantum  
 malum sit prosequitur. Postremo vindictæ cupidita-  
 tē vituperat, docetque Deo iuxta scripturas per-  
 mittendam potius, quam nobis arrogandã vltio-  
 nem. Si quo alio autem in li. hoc certe Tertullianū  
 imitatur, librum nempe eius de Patientia. Memi-  
 nit vero libri huius Pontius in vita, & D. Augu.  
 li. infra citato.

**D**E patientia locuturus, fratres dile-  
 ctissimi, & vilitates eius & cōmo-  
 da prædicaturus, vnde potius inci-  
 piam, quam quod nunc quoque ad audiē-  
 tiam, vestram patientiam video esse neces-  
 sariam; vt nec hoc ipsum quod auditis & di-  
 scitis, sine patientia facere possitis. Tunc e-  
 nim demū 2 sermo & ratio salutaris effica-  
 citer discitur, si patienter quod dicitur au-  
 diatur. Nec inuenio, fratres dilectissimi, in-  
 ter cæteras cœlestis disciplinæ vias, quibus  
 ad consequenda ditinuitus præmia spei ac fi-  
 dei nostræ secta dirigitur, quid magis sit vel  
 vtilius ad vitā, vel maius ad gloriam; quam  
 vt qui præceptis dominicis obsequio timo-  
 ris ac deuotionis innititur, patientiam ma-  
 xime tota obseruatione tueamur. Hanc se-  
 sectari philosophi quoque profitentur, sed  
 tam illic patientia falsa est, quam & falsa sa-  
 pientia est. Vnde enim vel sapiens esse vel  
 patiens possit, qui nec sapientiam, nec paci-  
 tiam Dei nouit? quando ipse de iis qui sibi  
 sapere in mundo videtur, moneat & dicat:  
 Perdam sapientiam sapientium, pruden-  
 tiam prudentium reprobabo. Item bea-  
 tus Apostolus Paulus plenus Spiritu sancto,  
 & 4 vocandis formā dīscque gentibus missus,  
 contestetur & instruat, dicens: Videte ne  
 quis vos deprædetur per philosophiam &  
 inanem fallaciam, secundā traditionē ho-  
 minum, secundum elementa mundi, & non  
 secundum Christum, quia in ipso inhabitat  
 omnis plenitudo diuinitatis. Et alio loco:  
 Nemo se, inquit, decipiat: Si quis putat sa-  
 pientem se esse in vobis, mundo huic stultus  
 fiat, vt fiat sapiens. Sapientia enim mun-  
 di huius, stultitia est apud Deum. Scriptum  
 est enim: 1 Reprehendam sapientes in a-  
 stutia ipsorum. & iterum: Cognouit Do-  
 minus cogitationes sapientium, 6 quia sunt  
 stultæ. Quare si sapientia illic vera non  
 est, esse non potest & vera patientia. 7 Nam  
 si sapiens ille est, qui est humilis & mitis;  
 philosophos autem nec humiles videmus  
 esse nec mites, sed sibi multum placen-  
 tes, & hoc ipso quod sibi placeant Deo  
 displicentes; apparet illic veram non esse  
 patientiam, vbi sit insolens affectatæ liber-  
 tatis audacia, & exerti ac seminudi pectoris  
 inuercundia iactantia. Nos autem, fra-  
 tres dilectissimi, qui philosophi non ver-  
 bis sed factis sumus, nec e vestitu sapientiam,  
 sed veritate præferimus; qui virtutum con-  
 scientiam magis quam iactantiam noui-

Esa. 29.

Coloss. 2.

1. Cor. 3.

Iob. 5.

Psal. 93.



mus, <sup>8</sup> qui non loquimur magna, sed viuimus; quasi serui & cultores Dei, patientiam quam magisteris cœlestibus discimus, obsequiis spiritualibus præbeamus. <sup>9</sup> Est enim nobis cum Deo virtus ista communis. Inde patientia incipit, inde claritas eius & dignitas caput sumit. Origo & magnitudo patientiæ Deo auctore procedit. Diligenda res homini, quæ Deo chara est. Bonum quod amat, maiestas diuina commendat. Si Dominus nobis & pater Deus est, sectemur patientiam Domini pariter & patris: quia & seruos oportet esse obsequentes, & filios non decet esse degeneres. Qualis vero in Deo & quanta patientia quod in contumeliam suæ maiestatis & honoris instituta ab hominibus profana templa, & terrena figmenta, & sacra sacrilega patientissime sustinens, super bonos & malos æqualiter facit diem nasci, & lumen solis oboriri; & cum imbris terras rigat, nemo à beneficiis eius excluditur, quo iniustus iustus similiter & iniustus indifferetas pluuias largiatur.

<sup>10</sup> Videmus inseparabili æqualitate patientiæ, nocentibus & innoxiiis, religiosis & impiis, gratias agentibus & ingratis, Dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere; <sup>11</sup> grandescere copias messium, fructus miscere vinearum, exuberare pomis arbuta, nemora frondescere, prata florere. Et cum crebris immo continuis exacerbetur offensus Deus, indignationem suam temperat, & præstitutum semel retributionis diem patienter expectat. Cumque habeat in potestate vindictam, mauult, diu tenere patientiam; sustinens scilicet clementer & differens; vt si fieri potest, multum malitia protrahat aliquando mutetur; & homo in errorum & scelerum contagione volutus, velfero ad Dominum conuertatur, ipso monente & dicente:

*Ezech. 18.* <sup>12</sup> Nolo mortem morientis, quantum vt reuertatur & viuat: <sup>13</sup> & iterum <sup>14</sup> propheta: *Iob. 2.* Reuertimini ad dominum Deum vestrum, quoniam misericors & pius est, & patiens, & multa miserationis, & qui sententiam flectat aduersus malitias arrogatas. <sup>15</sup> Quod item beatus Apostolus Paulus commemorans, & peccatorem ad penitentiam reuocans, proponit & dicit: <sup>16</sup> An nunquid opulentiam bonitatis eius, & <sup>17</sup> sustinentiæ & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam <sup>18</sup> patientia & bonitas Dei ad penitentiam te adducit? Tu autem se-

*Rom. 8.*

cundum duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Iustum iudicium Dei dixit esse, quia seruum est, quia diu multumque differtur; vt homini ad vitam longa Dei patientia consulatur. Tunc representatur pœna impio & peccatori, quando iam non potest penitentia prodesse peccanti. Atque vt plenius intelligere possimus, fratres dilectissimi, quia patientia, Dei res est; & quisquis lenis, & patiens, & mitis est, Dei patris imitator est; cum in Euangelio suo Dominus præcepta in salutem daret, & diuina monita deprecans ad perfectum discipulos erudiret, posuit & dixit: Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, & orate pro eis

*Leuit. 19.* qui vos persequuntur, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim dilexeritis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne sic & publicani faciunt? Et si saluta-

ueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici id ipsum faciunt? Estote itaque vos perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Sic perfectos dixit fieri Dei filios, sic consummari ostendit & docuit cœlesti natiuitate reparatos; si patientia Dei patris maneat in nobis, si similitudo diuina, quam peccato Adam perdidit, manifestetur & luceat in actibus nostris. Quæ gloria est similem Deo fieri, qualis & quanta felicitas, habere in virtutibus, quod diuinis laudibus possit æquari? Nec hoc fratres dilectissimi, Iesus Christus Deus & Dominus noster tantum verbis docuit, sed impleuit & factis. Et quia ad hoc descendisse se dixerat, vt voluntatem patris faceret; inter cœtera admirabilia virtutum suarum, quibus indicia diuinæ maiestatis expressit, paternam quoque patientiam tolerantiam tenore seruauit: omnes denique actus eius ab ipso statim aduentu patientia commite signantur; quod primum de illa sublimitate cœlesti ad terrena descendens, non aspernatur dei filius carnem hominis induere; & cum peccator ipse non esset, aliena peccata portare. <sup>19</sup> Immortalitate interim posita, fieri se & mortalem patitur, vt innocens pro nocentium salute perimatur. Do-

minus

*Mat. 3.* minus baptizatur à seruo, & remissam peccatorum daturus, ipse non dedignatur la-uacro regenerationis corpus ablueri. Die-

*Mat. 4.* bus quadraginta ieiunat, per quem cæteri faginantur: esurit, & famem sentit, vt qui in fame sermonis & gratiæ fuerant, cœlesti pane saturarentur. Cum diabolo tentante cõgreditur, & inimicum tantum vicisse contentus, nihil ultra verba conatur. Discipulis non vt seruis dominica potestate præfuit, sed benignus & mitis fraternam eos charitate dilexit. Dignatus est etiam pedes Apostolorum lauare; vt dum circa seruos talis est Dominus, exemplo suo doceret, qualis circa compares & æquales debeat esse conseruus. Nec mirandum, quod circa obediens talis extiterit, <sup>20</sup> qui Iudam potuit vsque ad extremum longa patientia sustinere, cibum cum inimico sumere, hostem domesticum scire nec palam ostendere, traditoris osculum non recusare. In Iudeis vero tolerandis æquanimitas quæta, & quantapatientia? incredulos ad fidem suadendo flectere, obsequio ingratos fouere, contra dicentibus respondere leniter, superbos sustinere clementer, humiliter persequentibus cedere; prophetarum interfectores & aduersum Deum semper rebelles, vsque ad crucis & passionis horam, velle colligere. Sub ipsa autem passione & cruce, priusquam ad crudelitatem necis & effusionem sanguinis veniret, quæ conuiciorum probra patienter audita, quæ contumeliarum tolerata ludibria; vt insultantium sputamina patienter exciperet, qui sputo suo <sup>21</sup> cæci oculos paulo ante formasset: & in cuius nomine à seruis nunc eius diabolus cum angelis suis flagellatur, flagella ipse pateretur: coronaretur spinis, qui martyras floribus coronat æternis: palmis in faciem verberaretur, qui palmas veras vincens tribuit: spoliaretur veste terrena, qui indumento immortalitatis cæteros vestit: cibaretur felle, qui cibum cœlestem dedit: acetopotaretur, qui salutare poculum propinauit. Ille innocens, ille iustus, immo <sup>22</sup> innocentia ipsa, & ipsa iustitia, inter facinorosos deputatur; & testimoniis falsis veritas premitur, iudicatur indicaturus, & Dei sermo ad victimam tacens ducitur. Et cum ad crucem Domini confundantur sidera, elementa turbentur, contremiscat terra, nox diem claudat; sol, ne Iudeorum facinus aspicere cogatur, & radios, & oculos suos subtrahat:

*Mat. 26.* ille non loquitur, nec mouetur, nec maiestatem suam sub ipsa saltem passione profiteretur: vsque ad finem perseveranter ac iugiter tolerantur omnia, vt consummetur in Christo plena & perfecta patientia.

*Mat. 26.* <sup>23</sup> Et post ista omnia, adhuc interfectores suos, si conuersi ad eum venerint, suscipit; & patientia saluari ad conseruandum <sup>24</sup> benignus & patiens, Ecclesiam suam nemini cludit: illos aduersarios, illos blasphemos, illos nominis sui semper inimicos, si penitentiam delicti agant, si admissum facinus agnoscant, non solum ad indulgentiam criminis, sed & ad præmium regni cœlestis admittit. Quid potest patientius, quid benignius dici? viuificatur Christi sanguine, etiam qui fudit sanguinem Christi. Talis est Christi ac tanta patientia; quæ nisi talis ac tanta existeret, Paulum quoque Apostolum Ecclesia Dei non haberet. Quod si & nos, fratres dilectissimi, in Christo sumus, si ipsum induimus, si ipse est salutis nostræ via; qui Christum vestigiis salutaribus sequimur, per Christi exempla gradiamur, sicut Ioannes Apo-

stolus instruit dicens: Qui dicit se in Christo manere, debet quo modo ille ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

*1. Ioan. 2.* <sup>28</sup> ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

*1. Ioan. 9.* ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

*Mat. 27.* ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter

ambulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem Ecclesia, <sup>25</sup> domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se iudicanti se iniuste. Inuenimus denique & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes, qui figuram Christi imagine præeunte portabant; nihil magis custodisse in laude virtutum suarum; quam quod patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. <sup>26</sup> Sic Abel, originem martyrij & passionem iusti hominis initians primus & dedicans, <sup>27</sup> aduersus fratrem patricidam nõ resistit, nec reluctatur; sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abraham Deo credens, & radicem ac fundamentum fidei primus instituens; tentatus in filio, non dubitat neque cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfiguratus; quando à patre immolandum offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus à fratre, de terra sua patienter



ter excedit; & maiore patientia postmodum simplex; adhuc magis impium & persecutorem muneribus pacificis ad concordiam redigit. <sup>23</sup> Ioseph venundatus à fratribus & relegatus; non tantum patienter ignoscit, sed & gratuita frumenta venientibus largiter & clementer impertit. <sup>Gen. 45.</sup> Moyses ab ingrato & perfido populo contemnitur frequenter, & pœne lapidatur, & tamen lenis & pateriens pro eisdem Dominum deprecatur. In David verò ex quo secundum carnem Christi natiuitas oritur, quam magna & mira & Christiana patientia, habuisse in manu sæpe vt <sup>3. Reg. 10.</sup> Saul Regem persequentem se, & interficere concupiscentem posset occidere; & tamen subditum sibi, & traditum maluisse feruare, nec rependisse inimico vicem, sed occisum adhuc insuper & vindicasse? Tot denique prophetæ interfecti; tot martyres gloriosis mortibus honorati, qui omnes ad cœlestes coronas patientiæ laude venerunt. Neque enim potest accipi dolorum & passionum corona, nisi præcedat in dolore & passione patientia. Quam sit autem patientia utilis & necessaria, fratres dilectissimi, vt manifestius possit & plenius nosci; <sup>29</sup> Dei sententia cogitetur, quam in origine statim mundi & generis humani Adam præcepti immemor, & datæ legis transgressor accepit: tunc sciemus quam patientes esse in isto sæculo debeamus, qui sic nascimur, vt pressuris istis & conflictationibus laboremus. Quia <sup>Gen. 3.</sup> audisti, inquit, vocem mulieris tuæ, & manducaisti ex illa arbore, <sup>30</sup> de qua sola præceperam tibi ne \* manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In tristitia & gemitu edes ex ea, omnibus diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos eiciet tibi, & edes pabulum agri. In sudore vultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia terra es, & in terram ibis. Huius sententiæ vinculo colligati omnes & constricti sumus, donec expuncta morte de isto sæculo recedamus. In tristitia & gemitu sumus necesse est omnibus diebus vitæ nostræ. Edamus panem necesse est cum sudore, & labore. <sup>31</sup> Vnde vnusquisque nostrum cum nascitur, & hospitio mundi huius excipitur, in initium sumit à lachrymis: & quamuis adhuc omnium nescius & ignarus, nihil aliud nouit in illa ipsa prima natiuitate, quã

fieri: prouidentia naturali lamentatur vitæ moralis anxietates; & labores, & procellas mundi quas ingreditur, in exordio statim suo, ploratu & gemitu rudis anima testatur. Sudatur enim quamdiu istic viuatur & laboratur. Nec sudantibus & laborantibus possunt alia magis quàm patientiæ subuenire solatia: quæ cum apta sint & necessaria in isto mundo vniuersis; tum magis nobis qui diabolo impugnantem plus quatimur, qui in acie quotidie stantes, inueterati & <sup>32</sup> exercitati hostis colluctationibus fatigamur; quibus præter varias & assiduas tentationum pugnas, in persecutionum quoque certamine patrimonia relinquenda sunt, subeundus carcer, portanda catenæ, animæ impendendæ, gladius, bestia, ignes, cruces, omnia denique tormentorum ac pœnarum genera, fide & virtute patientiæ perferenda, Domino ipso instruente & dicente: <sup>Ioan. 16.</sup> Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis: in mundo autem pressuram habebitis, <sup>33</sup> sed fideite, quoniam ego vici mundum. Si autem qui diabolo & mundo renuntiavimus, pressuras, & infestationes diaboli & mundi crebrius ac violentius patimur; quanto magis patientiam tenere debemus, qua adiutrice & comite omnia infesta tolemus? Domini & magistri salutare præceptum est: <sup>Math. 10.</sup> Qui tolerauerit, inquit, vsque ad finem, hic saluus erit: & iterum: Si permanferitis, inquit, in verbo meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Tolerandum & perseuerandum est, fratres dilectissimi, vt ad spem veritatis & libertatis admissi, ad veritatem & libertatem ipsam peruenire possimus: quia hoc ipsum quod Christiani sumus, fidei & spei res est; vt autem spes & fides ad fructum sui possint peruenire, patientia opus est. Non enim præsentem gloriam sequimur, sed futuram; quod Paulus Apostolus <sup>Rom. 8.</sup> monet dicēs: Spe saluati sumus, spes autem quæ videtur non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus: propterea expectatio & patientia necessaria est, vt id quod esse cupimus, impleamus: & quod credimus, & speramus, <sup>34</sup> Deo præstante capiamus. Denique alio in loco idem Apostolus, iustos & operantes, & diuini fœnoris incremento cœlestes thesauros sibi recondentes, vt patientes quoque sint, instruit & docet dicens: Ergo dum tempus <sup>Gal. 5.</sup> habe-

habemus, operemur quod bonum est ad omnes, maxime verò ad domesticos fidei. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemur. Admonet ne quis impatiens in operatione deficiat, ne quis tentationibus aut auocatus, aut victus, in medio laudis & gloriæ itinere desistat; & pereant præterita, dum quæ cœperant, desinunt esse perfecta. Sicut scriptum est: Iustitia iusti non liberabit eum in quacunque die exerrauerit. Et iterum: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quæ vox adhortatur patienter & fortiter perseuerare; <sup>35</sup> vt qui ad coronam laudem iam proxima nititur, durante patientia coronetur. Patientia autem, fratres dilectissimi, non tantum bona custodit, sed & repellit aduersa. Spiritui sancto fauens, & cœlestibus ac diuinis coharens; contra facta carnis & corporis, quibus anima expugnatur & capitur, virtutum suarum propugnaculo relictatur. Inspiciamus denique pauca de multis, vt de paucis intelligantur & cœtera. <sup>36</sup> Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen est. Sit fortis & stabilis in corde patientia: & nec adulterio sanctificatum corpus & dei templum polluitur; nec iustitia dicata innocentia, <sup>37</sup> contagione fraudis inficitur; <sup>38</sup> nec post gestatam eucharistiam, manus gladio & cruore maculatur. Caritas fraternitatis vinculum est, fundamentum pacis, tenacitas ac firmitas vnitatis, quæ & spe & fide maior est; quæ & opera & martyria præcedit; quæ nobiscum semper æterna apud deum in regnis cœlestibus permanebit. Tolle illi patientiam, & desolata non durat. Tolle sustinendi tolerandique substantiam, & nullis radicibus ac viribus perseuerat. Apostolus denique cum de charitate loqueretur, tolerantiam illi & patientiam iunxit. <sup>39</sup> Caritas, inquit, magnanima est, charitas benigna est, charitas non æmulatur, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Ostendit inde illam perseuerare tenaciter posse, quod norit omnia sustinere. Et alio in loco. Sustinentes, inquit, in dilectione, satis agentes, seruire vnitatem Spiritus in coniunctione pacis: probauit nec vnitatem seruari posse nec pacem, nisi se inuicem fratres mutua tolerantia foueant, & concordie vinculum patientia intercedente custodiant. <sup>Math. 7.</sup> Quid deinde, vt non iu-

res, neque maledicas; vt tua ablata non repetas; vt accepta alapa & alteram maxillam verberanti præbeas; vt fratri in te peccanti non tantum septuagies septies, <sup>40</sup> sed <sup>Math. 18.</sup> & omnia omnino peccata dimittas; vt diligas inimicos tuos, vt pro aduersariis & persecutoribus precem facias: Poteris ne ista perficere, nisi patientiæ & tolerantia firmitate? quod factum videmus in Stephano, qui cum à Iudæis vi & lapidibus necaretur, non sibi vindictam, sed interfectoris veniam postulabat dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Sic esse oportuit primum martyrem Christi, qui martyras secuturos gloriosa morte præcurrrens, non tantum dominicæ passionis prædicator esset, sed & patientissimæ lenitatis imitator. Quid dicam de ira, <sup>41</sup> de discordia, de similitate, quæ in Christiano esse non debent? sit patientia in pectore, & hæc illic locum habere non possunt: aut si adire tentauerint, cito exclusa discedunt, vt domicilium pacificum perseueret in corde, vbi Deum pacis delectet habitare. Admonet denique Apostolus & docet dicens: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia <sup>42</sup> auferatur à vobis. Si enim Christianus à furore & contentione carnali, tanquam de maris turbinibus excessit, & tranquillus ac lenis in portu Christi esse iam cœpit; nec iram, nec discordiam debet intra pectus admittre, cui nec malum pro malo reddere liceat, nec odisse. Nec non ad varia quoque carnis incommoda, & crebros corporis durisque cruciatibus, quibus humanum genus quotidie fatigatur & quatitur, patientia necessaria est. Nam cum in illa prima transgressione præcepti, firmitas corporis cum immortalitate discesserit; & cum morte infirmitas venerit, nec possit firmitas recipi, nisi cum recepta & immortalitas fuerit: oportet in hac fragilitate atque <sup>43</sup> infirmitate corporea luctari semper & congressi, quæ luctatio & congressio non nisi patientiæ viribus potest sustineri. Examinandis autem nobis atque explorandis diuersi importantur dolores, & multiplex tentationum qualitas irrogatur, de iacturis facultatum, de ardoribus febrium, de cruciatibus vulnerum, de amissione carorum. <sup>44</sup> Nec aliud magis inter iniustos discernit & iustos, quã quod in aduer-



sis per impatiētiam queritur & blasphematur  
 iniustus, patientia iustus probatur, sicut scri-  
 ptum est: In dolore sustine, & in humilitate  
*Eccles. 2.* tua patientiam habere: quoniam in igne pro-  
 batur aurum & argentum. Sic Iob exami-  
 natus est & probatus, & ad summum fasti-  
 gium laudis patientiæ virtute prouectus.  
*Iob. 1.* Quanta aduersus eum diaboli iacula emissa  
 quanta admota tormenta? iactura rei fami-  
 liaris infligitur; numerosæ sobolis orbi-  
 tas irrogatur: diues in censu Dominus, &  
 in liberis pater ditior; nec Dominus re-  
 pente, nec pater est: <sup>1</sup> accedit vulnerum va-  
 stitas, & tabescentes ac fluentes artus <sup>2</sup> e-  
 dax quoque vermium pœna consumit. Ac  
*Iob. 2.* ne quid omnino remaneret, quod non Iob  
 in suis tentationibus experiretur, armat dia-  
 bolus & vxorem; illo antiquo nequitia suæ  
 vsus ingenio, quasi omnes per mulierem  
 decipere posset & fallere, <sup>3</sup> quod fecit in  
 mundi origine: tamen Iob grauibus ac den-  
 sis conflictationibus frangitur; quo minus  
 inter illas angustias & pressuras suas Dei  
 benedictio victrice patientia prædicetur.  
*Tob. 2.* Tobias quoque post iustitiæ & misericor-  
 diæ suæ opera magnifica, luminum amif-  
 sione tentatus; <sup>4</sup> In quantum patienter cæ-  
 citatem pertulit, in tantum granditer Deū  
 patientiæ laude promeruit. Atque ut ma-  
 gis, fratres dilectissimi, patientiæ bonum  
 luceat; quid mali econtrario impatiētia  
 importer, consideremus. Nam ut patien-  
 tia bonum Christi est, sic contra impatiē-  
 tia diaboli malum: & sicut, in quo habitat  
 & manet Christus, patiens inuenitur, ita  
 impatiens semper existit, cuius mentem  
 diaboli nequitia possidet. Exordia denique  
 ipsa videamus. Diabolus hominem ad ima-  
 ginem Dei factum impatiēter tulit; inde  
 & perit primus, & perdidit. Adam con-  
 tra cœlestē præceptum cibi lætalis impa-  
 tiens, in mortem cecidit; nec acceptam di-  
 uinitus gratiam patientia custode seruauit:  
 & ut fratrem Cain perimeret, sacrificij ei-  
 us & muneris impatiens fuit: & quod E-  
 sau de maioribus ad minora descendit, pri-  
 matu suos per impatiēciam lentis amisit.  
 Quid? Iudaicus populus circa beneficia  
 diuina perfidus & ingratus; nonne quod  
 à Deo primum recessit, impatiētiæ cri-  
 men fuit? dum Moyse cum Deo conlo-  
 quentis moras non potest ferre, profanos  
 deos ausus est postulare, ut itineris sui duces  
 nuncuparet, <sup>5</sup> caput bubulum, & terrestre

figmentum: nec vnquam ab eadem impa-  
 tiētia destitit, quo minus semper docilita-  
 tis & diuinæ admonitionis impatiens, pro-  
 phetas suos & iustos quosque perimendo,  
 ad crucem quoque & sanguinem domini  
 profiliret. Impatiētia etiam & in Ecclesia  
 hæreticos facit, & ad Iudæorum similitudi-  
 nem contra Christi pacem & charitatē re-  
 belles, ad hostilia & furiosa odia compellit.  
 Et ne longum sit singula recensere, omnia  
 omnino: quæ patientia operibus suis ædifi-  
 cat ad gloriam, impatiētia destruit ad rui-  
 nam. Quare, fratres dilectissimi, & bonis pa-  
 tiētiæ, & impatiētiæ malis diligenter ex-  
 pensis, patientiam, per quam in Christo  
 manemus, ut venire cum Christo ad deum  
 possimus, plena obseruatione teneamus;  
 quæ copiosa & multiplex non angusto sine  
 concluditur, nec breuibus terminis coer-  
 cetur. Late patet patientiæ virtus, & vbertas  
 eius & largitas de vnus quidam nominis  
 fonte proficiscitur, sed exundantibus venis  
 per multa gloriarū itinera diffunditur; nec  
 proficere aliquid in actibus nostris potest  
 ad consummandam laudem, nisi inde con-  
 summationis accipiat firmitatē. <sup>6</sup> Patientia  
 est, quæ nos Deo & commandat & ser-  
 uat: ipsa est, quæ iram temperat, quæ lin-  
 guam frenat, quæ mētem gubernat, pacem  
 custodit, disciplinam regit, libidinis im-  
 petum frangit, <sup>7</sup> tumoris violentiam com-  
 primit, incendium simultatis extinguit,  
 coercet potentiam diuitum, inopiam pau-  
 perum refouet: tuetur in virginibus beatam  
 integritatem, in viduis laboriosam casti-  
 tatem, <sup>8</sup> in coniunctis & maritatis indiui-  
 duam charitatem: facit humiles in pro-  
 speris, in aduersis fortes, contra iniurias &  
 contumelias mites: docet delinquentibus  
 cito ignoscere; si ipse delinquas, diu &  
 multum rogare: tentationes expugnat, per-  
 secutiones tolerat, passiones & martyria  
 consummat. Ipsa est quæ fidei nostræ fun-  
 damenta firmiter munir: ipsa est quæ incre-  
 menta spei sublimeriter prouehit: ipsa actum  
 dirigit, ut tenere possimus viam Christi,  
 dum per eius tolerantiam gradimur: ipsa  
 efficit ut perseueremus filij dei, dum pa-  
 tiētiā patris imitamur. <sup>9</sup> Sed quoniam  
 plurimos scio, fratres dilectissimi, vel pon-  
 dere iniuriarum angentium, vel dolo-  
 re, de iis qui aduersum se grassantur &  
 sauiunt, vindicari velociter cupere, <sup>10</sup>  
 nec in illum extremi iudicij diem malo-  
 rum

rum retributionem differre; nobiscum hor-  
 tamur interim amplectemini patientiæ bonū,  
 ut in istis fluctuantis mundi turbinibus,  
 & <sup>11</sup> Iudæorum siue gentilium, & hæreti-  
 corum quoque persecutionibus constituti,  
 patienter expectemus vltionis diem, nec ad  
 vindictam doloris nostri <sup>12</sup> querula & inui-  
 diosa festinatione properemus: cum scriptū  
 sit: Expecta me, dicit Dominus, <sup>13</sup> in die re-  
 surrectionis meæ in testimonium, quoniam iu-  
 dicio meum ad cōgregationes gentium,  
 ut excipiam reges, & effundam super eos irā  
 meam. Expectare nos iubet Dominus, &  
 futuræ vltionis diem forti patientia susti-  
 nere: qui & in Apocalypsi loquitur dicens:  
*Apoc. 22.* Ne signaueris verba prophetiæ libri huius,  
 quia iam tēpus in proximo est, <sup>14</sup> ut & ij qui  
 perseuerant nocere, noceant, & qui in sordi-  
 bus est, sordescat adhuc: <sup>15</sup> iustus autē adhuc  
 iustiora faciat, similiter & qui sanctus est,  
 sanctiora. Ecce venio cito, & merces mea  
 mecum est, reddere vnicuique secundū fa-  
 cta sua. Vnde etiam clamantes martyres, &  
 ad vindictam suam dolore erumpente pro-  
 perantes, expectare adhuc iubentur, & tē-  
 poribus consummandis, implendisque mar-  
 tyribus præbere patientiam. Et cum aperuif-  
 set, inquit, quintum sigillum, vidi sub ara  
*Apoc. 5.* Dei animas occisorum propter verbum dei  
 & martyrium suum, <sup>16</sup> & clamauerunt voce  
 magna dicentes: <sup>17</sup> Quousque domine san-  
 ctus & verus non iudicas & vindicas san-  
 guinem nostrum, de iis qui in terris inha-  
 bitant? Et data sunt eis singulæ stolæ albae,  
 & dictum est eis ut requiescerent breui ad-  
 huc tempore, donec impleatur numerus  
 confessorum & fratrum eorum, qui postea  
 occidentur exemplo ipsorum. Quando au-  
 tem veniat sanguinis iusti diuina vindicta,  
 declarat per Malachiam prophetam Spiritus  
 sanctus dicens: Ecce dies Domini venit  
*Mal. 4.* ardens velut clibanus, eruntque omnes a-  
 lienigenæ <sup>18</sup> & omnes iniqui stipula; & suc-  
 cendet illos adueniens dies, dicit Domi-  
 nus. Quod item legimus in psalmis, vbi  
 Dei iudicis prædicatur aduentus: <sup>19</sup> censuræ  
 suæ maiestate venerandus: Deus manife-  
 stus veniet, Deus noster, & non silebit.  
 Ignis ante eum ardebit, & in circuitu eius  
 procella nimia, aduocabit cœlū sursum, &  
 terram deorsum; ut separet populum suū.  
 Colligite illi iustos eius, eos qui disponunt  
 testamentum eius in sacrificiis: & annun-  
 ciabunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus

iudex est. Et Esaias eadem prænunciat di-  
 cens: Ecce enim dominus sicut ignis veniet,  
 & sicut procella currus eius, retribuere  
 in ira vindictam: in igne enim Domini iu-  
 dicabuntur, & in gladio eius vulnerabun-  
 tur. & iterum: Dominus Deus virtutum  
 prodibit & comminuet bellum, excitabit  
 certamen, & clamabit super inimicos suos  
 cum fortitudine: Tacui, nunquid semper ta-  
 cebo? Quis autem est hic qui tacuisse se  
 prius dicit, & non semper tacebit: utique il-  
 le qui sicut ovis ad victimam ductus est, &  
 sicut agnus coram tondente se, sine voce,  
 non aperuit os suum: utique ille qui non  
 clamauit; neque in plateis vox eius audita  
 est: utique ille qui non fuit contumax, ne-  
 que contradixit, cum dorsum suum pone-  
 ret ad flagella, & maxillas ad palmas; <sup>20</sup> facie  
 autem suam non auertit à feditate sputorū;  
 utique ille, qui cum accusaretur à sacerdo-  
 tibus & senioribus, nihil respondit; & admi-  
 rante Pilato patientissimum silentium te-  
 nuit. Hic est qui cum in passione tacuerit,  
 in vltione postmodum non tacebit. Hic est  
 Deus noster, id est, non omnium, sed fide-  
 lium & credentium Deus, qui cum in se-  
 cundo aduentu manifestus venerit non si-  
 lebit: nā cum in humilitate prius fuerit oc-  
 cultus veniet, in potestate manifestus. Hūc  
 expectemus, fratres dilectissimi, iudicem &  
 vindicem, nostrum? Ecclesiæ suæ populum,  
 & ab initio mundi iustorum omnium nu-  
 merum secum pariter vindicaturum. Qui  
 ad vindictam suam nimium festinat &  
 properat; consideret, quia necdum vindi-  
 catus est ipse, qui vindicat. Pater deus præ-  
 cepit filium suum adorari, & apostolus Pau-  
 lus diuini præcepti memor ponit & dicit:  
*Philip. 1.* Deus exaltauit illum, & donauit illi nomē,  
<sup>21</sup> quod est super omne nomen; ut in nomi-  
 ne Iesu omne genu flectatur, cœlestium,  
 terrestrium, & inferorum: & in Apoca-  
*Apoc. 19.* lypsi angelus Ioanni volenti adorare se re-  
 sistit & dicit: Vide ne feceris, quia conser-  
 uus tuus sum & fratrum tuorum. Iesum do-  
 minum adora. Qualis dominus Iesus <sup>22</sup> &  
 quanta patientia eius, ut qui in cœlis adora-  
 tur, necdum vindicetur in terris? Huius pa-  
 tiētiā fratres dilectissimi in persecutioni-  
 bus & passionibus nostris cogitemus. Hu-  
 ius aduetui plenum expectationis obsequiū  
 præbeamus. Nec defendi ante dominum  
 serui irreligiosa & inuerecunda festinatio-  
 ne properemus. Insistamus potius & elabo-



remus, & toto corde vigilantes, atque ad omnem tolerantiam stabiles dominica præcepta feruemus, ut cum illæ & vindictæ dies venerit, non cum impiis & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & Deum timentibus honoremur.

### ADNOTATIONES IN librum de bono Patientiæ.

1. ad audientiam] Similes phrasæ sunt, apud Cicer. de Senect. Audientiam sibi facit senis oratio, & Liuium. 5. dec. lib. 3. Audientiam facere preconem iussit.
2. sermo & ratio salutaris efficaciter discitur] Ms. Affig. March. Blandin. & Dun. ratio spiritaliter & efficaciter. Rationem verò pro proposito accipit.
3. Hanc se scitari Philosophi quoque confitentur] Ad verbum ferè hæc Tertull. qui dicit omnes Philosophos conuenire in affectatione patientiæ. Apud quem rectè de Cynici Diogenis patientiæ interpretatur Rhenanus verba illa: non affectio humana caninæ æquanimitatis stupore formata.
4. vocandis formandisque gentibus] Cambro. cod. ad marg. firmandis, sed prius malo. secundum clementia mundi] Cambro. cod. adicit: huius, verum neque Græca neque Latina Pauli exemplaria id habent.
5. Reprehendam sapientes in astutia eorum] Similiter Ambrosius in Commentar. & probat eam lectionem Erasmus. Reprehendit enim, & qui carpit & qui fugientem in cursu comprehendit. Quod postremum significat vox Græca: ὁ ἀπολαύων τῆς ἀστυίας. Interpretatur autem Latinus videtur legisse cum Iob ὁ ἀπολαύων τῆς ἀστυίας dum vertit: comprehendendam, quomodo etiam hic Cambro. & vet. exc. illud autem legunt cum vulg. Remb. Manut. Mor. & Camb. ad marg. & accedunt ceteri 4. Ms. legentes: Reprehende. Item quod infra Test. lib. 3. ca. 69. legunt exc. & Ms. Reprehendes, ac Morelius: Reprehendam.
6. quia stultæ sunt] Graue. vanæ sunt, sed prius habent ceteri omnes.
7. Nam si patiens ille est] Ms. sapiens, verum non placet. paulo post vera adiecit: veram, ex 4. Ms. & vet. exc.
8. qui non loquimur magna sed viuimus] Alludit ad phrasin Tertull. qui cæca viuunt; quem hic præsertim de verbo ferè ad verbum imitatur.
9. Est enim nobis cum Deo] Locum hunc citat D. Aug. li. 4. contra 1. Epistolam Pelag. c. 9.
10. Videmus inseparabili æqualitate] Ms. 4. æquitate, sed Cambro. prius habet cum exc. & magis accedit ad phrasin Cypriani. Idem ad marg. inseparabili.
11. grandescere copias messium, fructus mitescere vinearum] Pro: grandescere quidam Morel. cod. nō malè: candescere, iuxta illud Christi: Tam regiones albae sunt ad messem. At qui: mitescere, eleganter dixit fructus vinearum, eo quod vinea acerba maturitate mitescant; atque adeo & placet magis vulgata hæc lectio & Camb. cod. quam quod habent vet. exc. Rembol. & Graue. ad marg. maturescere; præsertim cum ceteri Ms. legant: mitescere.

12. Nolo mortem morientis] Quatuor Ms. nostri & unus Morel. peccatoris, sed prius in Hebrais, Græcis & Latinis & Ezechielis exemplaribus legitur.

13. Et iterum: Reuertimini ad me dicit dominus] Neque in Ms. reperiuntur hæc verba, & superflua videntur, quare & rectè omisse sunt à Manutio; sed itidem expungenda est marginalis citatio Malach. 3.

14. Et iterum Propheta] Adiecit: prophæta, ex 4. Ms. & uno Morel. cod.

15. Quod item beatus Apostolus] Ex iisdem vocem: item; non habent autem: beatus, Est autem neque Ms. hic neque Apostolus habeat illam congeminationem: An nunquid, (pro quo malè Grauius: An inquit) quia tamen Testim. lib. 3. cap. 35. illam legunt Ms. & excusi omnes, nolimus immutare.

16. & sustententiæ & longanimitatis] Sic primus Man. pro eo quod prius excusi & Ms. 4. sustentationis, & vet. excu. sustentationis, & probatur magis, tum quod Cambro. legat (& infra etiam cum illo Affig. lib. 3. Testim. ca. 35.) sustententiæ & patientiæ, tum quod non memini Cyprianum priori voce uti in hac significatione.

17. patientiæ & bonitas dei] Cambro. cod. patientiæ bonitatis, fortassis non malè; eo quod neque Apostolus neque Cyprianus infra loco cit. aliud legant quam: bonitas Dei.

18. & ad perfectum discipulos erudit] Bland. cod. profectū; prius malo, eo quod præcepta perfectionis sint que proponit.

19. Immortalitate interim posita] Non desunt plerique (inquit Manut. & Erasmus partim antea) huiusmodi loquendi tropi apud præcos doctores, qui ad piuum & catholicum sensum debent intelligi; quemadmodum & Apostolus dixit: Exinanivit semetipsum formam serui accipiens, nec propterea immortalis esse desit & impassibilis & verus dei filius.

20. qui iudam potuit] Sive: potuit, legas cum 4. Ms. & exc. sive: maluit cum Cambro. cod. sive: voluit, cum Grauius; perinde est. Rursus autem omnia hæc Christi patientiæ exempla ex Tertull. mutuatus est.

21. cæci oculos paulo ante formasset] Eorum sententiam confirmat hic Cyprianus, qui nouos oculos cæco nato formatos fuisse à Christo voluit. Sunt autem pulcherrime Antitheses.

22. innocentia ipsa, & ipsa iustitia] Significantiore est hæc Ms. 4. lectio, quam ceterorum: ipse & ipse.

23. Et post ista omnia] Ex iisdem adiecit: omnia; pro eo autem quod est: si conuersi ad eum venerint, legunt Cambro. & 2. Mor. cod. fuerint.

24. benignus & patiens] Etiam hic recens addimus: & patiens, ex Cambro. cod. quemadmodum paulo post vocem: dei, ubi legitur: Paulum quoque Apostolum ecclesia dei non habere.

25. domini dignatione] Blandin. & March. cod. Ms. legunt misericordie, sed prius Cyprianicum est, & habent id ipsum in marg. Vide supra Epistolam LV.

26. Sic Abel & c. passionem iusti hominis inuitans] Ms. non habent: hominis.

27. aduersus fratrem parricidam] Excusi vulg. fratricidam, Affig. & Blandin. cod. homicidam, Tertull. utrumque. Perum primam illum Manutij & Grauij lectionem confirmant Ms. Cambro. Dun. & March. & quod

quod libro de Celo & liuore sic loquatur Cyprianus: Hinc parricidia nefanda ceperunt, dum Abel iustum Cain & ceteri inuictus. Et certe lege Pompeia de Parricidiis cauetur, ut parricidij teneatur non solum qui patrem & matrem interfecerit, sed & qui fratrem, sororem patrualem, matrualem, filium, filiam, nepotem, nurum alioque propinquos occiderit.

28. Ioseph venundatus à fratribus & relegatus] Ms. 4. ex filio relegatus, sed non est opus, quum relegare sit in exsilium mittere, nec satis Latine illud dicatur.

29. Dei sententia cogitetur] Locum hunc citat libro citat. cap. 8. D. Augustin. ad Assertionem peccati Originalis. Vbi ita restituendus est: Item in epistola de patientiæ: Dei sententia cogitetur.

30. de qua sola præceptam tibi ne manducares] Ms. quatuor nostri & aliquot Morelij: ne tangeres, sed prius habet etiam diuus Augustinus. & 70. legunt: in quodam.

31. Vnde vnusquisque nostrum] Ex Cambro. cod. adiecit: nostrum, cum Grauius.

32. exercitati hostis colluctationibus] Vnus Mor. cod. conflictationibus, Rursus autem hæc ex Tertull.

33. sed fide] Sive hoc legas, sive: confidite, cum 4. Ms. perinde est. Alij quidam: credite & fide, sed prior lectio est euangelij.

34. Deo præstante capiamus] Cambro. re. præstante.

35. qui ad coronam laude iam proxima nititur] Sic Cambro. cod. & Manutius, Ms. alij 4. qui ad coronam & laudem quam proximè nititur, Morel. & laudem ad quam proximè, vulgati denique excusi; & laudem iam proximam. Prima placet maximè.

36. Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen est] Mortale pro eo quod mortem infert, apud veteres aut raro aut nō reperitur, præterquàm hoc loco apud Cyprianum & supra sub finem epistolæ ad Assurtanos, apud Tertull. lib. de pudicitia, & apud Auctorem comment. in Apocal. D. Augustin. scripti initio 3. cap. ubi etiam mortalis criminis seu delicti meminerunt. Alij veteres aut crimina duntaxat appellant, aut peccata grauiora, principalia, seu capitalia. Et D. Augustin. peccata appellat simpliciter ea que grauiora sunt, delicta que leuiora lib. 3. Qu. Leuitici q. 20. ubi interpretatur (ut hoc obiter dicam) delictum quasi derelictum. D. Greg. eodem modo distinguit inter peccatum & crimen Mor. li. 2. c. 9. Eadem tamen significatione intelligi illud Virg. 12. Aenei. Vultus mortale, nam ridicula est interpretatio Seruij, mortale, id est, ab homine mortali illatum.

37. contagione fraudis] Ms. contagio, frequentissima est autem hæc varietas.

38. nec post gestatam Eucharistiam, manibus, & c.] Quum manu non gustetur Eucharistia, sed olim gestari consuevit, pro eo quod ex Camb. cod. substituentium duxi, pro eo quod erat: gustatam. Vide lib. de Lipsis.

39. Charitas magnanima est] Tertull. magnanimis est, quare patet hanc phrasin Cypriani ab illo desumptam, de qua vide supra aliquid.

40. sed & omnia peccata dimittas] Recens adiecit vocem: &, ex Cambro.

Poterisne ista perficere] Quum sic legant vet. excusi. Remboldus, & Morelius, cum quatuor Ms. magis placet, quam quod alij habent: perficere. Rursus autem hæc ex Tertull.

41. de discordia, de similitate] Cambro. in marg. simulatione, verum non arripet.

42. auferatur à vobis] Cambro. hæc cod. & Grauij lectio placet, tum quod præcedat: omnis, tum quod Græcè etiam singulari numero legatur: & ἄλλοι, alij legunt: auferantur.

43. infirmitate corporea] D. Augustin. hunc locum citans, lib. 5. cap. supra citatis, legit: corporis, duo vet. Morel. corporali, eligat quod velut lectur.

44. Nec aliud magis inter iniustos] Recens adiecit vocem: inter, ex quatuor Ms. nostris & uno Morelij.

45. accedit vulnereum vastitas] Quidam Morel. cod. varietas.

46. edax vermium pœna consumit] Mirum est quod hic de Iob Tertull. quem rursus imitatur: Dissicabatur (inquit) malis quum Iob immundam vlcis sui redundantiam magna æquanimitate resfringeret; quum erumpentes bestias inde, in eisdem specus & passus foraminose carnis ludendo reuocaret.

47. quod fecit in mundi origine] Voce: mundi, hæc sensus desideratam adiecit ex 4. Ms.

48. in quantum patienter cæcitatem pertulit] Denus legitur: in quantum, quod sic legant Ms. & excusi omnes, excepto Manutio, & est phrasin Cypriani.

49. caput bubulum & terrefre figmentum] Lectionem hanc exc. cod. confirmat Tertull. sic legens initio libri aduersus Iudeos, & magis accedit ad Græcam vocem κεφαλήν quam virulum translulerunt veteres omnes. Quare non placet ut legatur: bubalium, quomodo tamen castigati sunt Dunen. & Marchmen. cod. quum antea legerent: bubulum; aut: bubalium, cum Affig. aut: bubalum, cum Camb. cod.

50. Patientia est quæ nos Deo commendat] Laudes hæc Patientiæ iterum ad verbum ferè ex Tertulliano.

51. tumoris violentiam comptimis] Vnus Mor. cod. furoris. Sed tumorem pro superbia Cyprianus cum Tertull. frequenter accipit.

52. in coniunctis & maritalis] Vet. duo Morel. cod. in coniugatis, non malè.

53. Sed quoniam plurimos] Ex 4. Ms. substitui-mus: Sed, pro eo quod erat: Et.

54. nec in illum extremi iudicij diem, & c.] Omnia hæc vsque ad verba illa: ut in istis, & c. recens adiecit ex quatuor Ms. pro eo quod prius non aliud legabatur, quam: nec illud in extrema parte reticendū est.

55. Iudeorum siue gentilium & hæreticorum quoque persecutionibus] Videntur hinc passi Carthaginenses, non hæreticorum modo Nouatianorum & gentilium, sed & Iudeorum persecutiones, atque adeo hinc orti libri Tertull. & Cypriani aduersus Iudeos.

56. querula & inuidiosa festinatione] Ex Cambro. cod. addimus: & inuidiosa.

57. in diem resurrectionis meæ] Camb. cod. tribulationis, sed prius habent 70. & Hebrai.

58. ut & qui perferant nocere, noceant] Malui E e iij



legere utranque particulam: vt & cum exc. quam aut cum Ms. vt aut cum Manut. & duntaxat; eo magis, quod hæc lectio neque cum Græco, neque cum Latino textu congruat. Latine est enim: Qui nocet, adhuc nocet; Græcè: ὁ ἀδικῶν ἀδικῶν ἔτι.

59. iustus autem adhuc iustiora faciat, & sanctus sanctiora] Etiam hoc discordat à Latino & Græco textu, atque hinc reposita est lectio vulg. ab Erasmo: iustior fiat & sanctus sanctior. Verum illam habent Ms. quinque, vet. exc. & Remboldus, tum hic tum infra lib. Test. 3. Et variant etiam in priori tum Græci tum Latini codices.

60. & clamauerunt voce magna] Camb. cod. exclamauerunt.

61. Quousq; domine sanctus & verus] Vnus Morel. cod. sancte & vere, sed prius Græcè est & Latine apud Apostolum.

62. & omnes iniqui stipula] Interferit Cambron. vt; & Grauius: sicut; at neutrum est apud 70. neque aut supra ad Demetrian. aut infra lib. Testimoniorum 2. c. 28.

63. censuræ suæ maiestate venerandus] Præter Erasimum, qui legit ubique: verendus, prius illud legunt exc. & Ms. omnes.

64. faciem autem suam non auertit] Ms. quidem nostri auertit, sed prius magis accedit ad Isaie. c. 50. quod citat.

65. Quod est super omne nom en] Quum sic Latine legatur apud Apostolum & Græcè sit articulus: ἃ, idipsum significans; rectè sic Ms. pro eo quod cæteri. vt sit super.

66. & quanta patientia eius] Adiciunt: eius, cum Grauius, ex Ms.

## DE ZELO ET

## LIVORE.

## Argumentum libri sequentis.

**P**AUCIS libri huius argumentum reddit in hæc verba D. Pontius in vita Cypriani: Quis (inquit) liuorem de venenata inuidia malignitate venientem, dulcedine remedij salutaris inhiberet? Principio igitur, postquam eo grauius crimen esse zelum seu liuorem, quo occultius est malum, & originem eius diabolo ascribendam docuit: propositis etiam obiter inuidia exemplis e veteri Testamento: radicem malorum omnium inuidiam esse, per singula vitiorum genera deducit. Atque adeo rectè & à Christo & ab Apostolis non vno in loco, interdicitum fratrum odium. Postremo vbi dei exemplo ad dilectionem inimicorum eos adhortatus est, præmiorum coronis propositis ab hoc malo deterret. Atqui non precedentem modo, sed & hunc librum scriptum occasione simultatis, quæ erat inter Cyprianum cum Episcopis Africa & Stephanum Romanum Pontificem, satis indicat D. Aug. cap. infra citato, de baptismo paru. lib. 4. Citat etiam hunc librum Beda presbyter in episto-

lam i. Petri, & D. Hieron. in Epistolam ad Galathas cap. 5. vbi inter zelum & liuorem seu inuidiam ita distinguit: Aemulatio Græco sermone ζήλος, significantius & notius appellatur. Inuidiam vero non putemus idem esse quod zelum. Quia zelus & in bonam partem accipi potest, cum quis nititur quæ meliora sunt emulari. Scripsit & B. Cyprianus librum de zelo & liuore Valde optimum &c.



**E**LARE quod bonum videas, & in videre melioribus, leue apud quosdam & modicum crimen videtur fratres dilectissimi; dumque existimatur leue esse & modicum non timetur, dum non timetur, contemnitur; dum contemnitur, non facile vitatur, & fit cæca & occulta pernicies: quæ dum minus perspicitur vt cauere à prouidentibus possit, improuidas mentes latenter affligit. Porro autem dominus prudentes esse nos iussit, & cauta sollicitudine vigilare præcepit; ne aduersarius vigilans semper, & semper insidians, vbi in pectus obrepserit, de scintillis cõflet incendia, de paruis maxima exaggeret; & dum remissis & incautis leniore aura & flatu molliore blanditur, procellis ac turbibus excitatis, ruinas fidei & salutis ac vitæ naufragia moliat. Excubandum est itaque, fratres dilectissimi, atque omnibus viribus elaborandum; vt inimico sæuienti, & iacula sua in omnes corporis partes, quibus percuti & vulnerari possumus, dirigenti, sollicita, & plena vigilantia repugnemus, secundum quod Petrus apostolus in epistola sua præmonet & docet, dicens: Sobrius estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, aliquem deuorare querens. Circuit ille nos singulos, & tanquam hostis clauos obsidens, muros explorat, & tentat an sit pars aliqua membrorum minus stabilis, & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illicites, & faciles voluptates, vt visu destruat castitatem. Aures per canorem musicam tentat, vt soni dulcioris auditu soluat & molliat Christianum vigorem. Linguam cõuicio prouocat, manum iniuriis laceffentibus ad perulantiæ cædis instigat: vt fraudatorem faciat, lucra opponit iniusta: vt animam pecunia capiat, ingerit perniciofa compendia: honores terrenos promittit, vt cœlestes adimat: ostentat falsa, vt vera subripiat: & cum latenter non potest fallere, exerte atque aperte

aperte minatur: terrorem turbidæ persecutionis intentans, ad debellandos Dei seruos inquietus semper & semper infestus: in pace subdolos, in persecutione violentus. Quamobrem fratres dilectissimi, contra omnes diaboli vel fallaces insidias, vel apertas minas stare debet instructus animus & armatus, tam paratus semper ad repugnandum, quam est ad impugnandum semper paratus inimicus. Et quoniam frequentiora sunt tela eius, quæ latent obrepunt; magisque occulta & clandestina iaculatio, quo minus perspicitur, hoc & grauius & crebrius in vulnera nostra grassatur: ad hæc quoque intelligenda & depellenda vigilemus. Ex quibus est zeli & liuoris malum. Quod si quis penitus inspiciat, inueniet nihil magis Christiano cauendum, nihil cautiùs prouidendum, quam ne quis inuidia & liuore capiatur; ne quis fallentis inimici cæcis laqueis implicatus, dum zelo frater in fratris odia conuertitur, gladio suo nescius ipse perimatur: quod vt colligere plenius & manifestius perspicere possumus, ad caput eius atque originem recutramus. Videamus vnde zelus, & quando, & quo modo cœperit, facilius enim à nobis malum tam perniciosum vitabitur, si eiusdem mali & origo & magnitudo noscatur. Hinc diabolus inter initia statim mundi & perit primus, & perdidit. Ille dudum angelica maiestate subnixus, ille Deo acceptus & charus, postquam hominem ad imaginem Dei factum conspexit, in zelum maliuoli liuore prorupit; non prius alterum deiiciens instinctu zeli, quam ipse zelo ante deiectus; captius antequam capiens; perditus, antequam perdens; dum stimulante liuore homini gratiam datæ immortalitatis eripit, qui ipse quoque id, quod prius fuerat, amisit. Quale malum est fratres dilectissimi, quo Angelus cecidit, quo circumueniri & subuerti alta illa & præclara sublimitas potuit, quo deceptus est ipse qui decipit? Exinde inuidia grassatur in terris, dum liuore periturus, magistro perditionis obsequitur, dum diabolus qui zelat, imitatur. sicut scriptum est: Inuidia autem diaboli mors introiit in orbem terrarum. Imitantur ergo illum qui sunt ex parte eius. Hinc denique nouæ fraternitatis prima odia, hinc parricidia nefanda cœperunt,

dum Abel iustum Cain zelat iniustus, dum bonum malus inuidia & liuore persequitur. Tantum valuit ad consummationem facinoris æmulationis furor; vt nec charitas fratris, nec sceleris immanitas, nec timor Dei, nec pœna delicti cogitaretur. Iniusse oppressus est, qui iustitiam primus ostenderat: odia perpeffus est, qui odisse non nouerat: occisus est impie, qui moriens non repugnabat. Et quod Esau fratri suo Jacob inimicus extitit, zelus fuit. Nam quia ille benedictionem patris acceperat, hic in odium persecutionis facibus liuoris exarsit. & quod Ioseph fratres sui vendiderunt, causa vendendi de æmulatione descendit; postquam id quod sibi in visionibus profperum fuerat ostensum, simpliciter vt fratribus frater exposuit, in inuidiam maliuolus animus erupit. Saul quoque Rex vt Dauid odisset, vt persecutionibus sæpe repetitis innocentem, misericordem, miti lenitate patientem necare cuperet, quid aliud quam zeli stimulus prouocauit? quia Goliath interfecto & ope ac dignatione diuina tanto hoste delecto, populus admirans in laudes David prædicationis suffragio profiliit; Saul simultatis atque insectationis furias de liuore concepit. Et ne longum faciam singulos recensendo, pereuntis semel populi attendamus interitum. Iudæi nonne inde perierunt, dum Christo malum inuidere quam credere? Obtrectantes magnalibus quæ ille faciebat, zelo excæcante decæpti sunt, nec ad diuina noscenda cordis oculos aperire potuerunt. Quæ nunc considerantes, fratres dilectissimi, contra tantam mali perniciem vigilantè & fortiter dicata Deo pectora muniamus. Aliorum mors proficiat ad nostram salutem, imprudentium pœna prouidentibus conferat sanitatem. Non est autem quod aliquis existimet malum istud vna specie contineri, aut breuibus terminis, & angusto sine concludi. Late patet zeli multiplex & fecunda pernicies. Radix est malorum omnium, fons cladum, seminatum delictorum, materia culparum. Inde odium surgit animositas inde procedit. Auaritiæ zelus inflammat; dum quis suo non potest esse contentus, videns alterum ditiosem. Ambitionem zelus excitat; dum cernit quis alium in honoribus auctiosem; zelo excæcante sensus nostros, atque in ditionem suam metis arcana redigente, Dei timor spernitur, Et iij



magisterium Christi negligitur, iudicij dies non prouidetur. <sup>16</sup> Inflat superbia, exacerbatur saeuitia, perfidia prauaricatur, impatientia concutit, furit discordia, ira feruefcit; nec se iam potest cohibere, vel regere, qui factus est potestatis aliena. Hinc dominicæ pacis vinculum rumpitur, hinc charitas fraternæ violatur, hinc adulteratur veritas, vnitas scinditur, ad hæreses atque ad schismata profilitur; dum obrectatur sacerdotibus, dum Episcopis inuidetur, <sup>17</sup> dum quis aut queritur non se potius ordinatum, aut dedignatur alterum ferre prepositum. Hinc recalcitrat, hinc rebellat de zelo superbus, de æmulatione peruersus; animositate & liuore, non hominis, sed honoris inimicus. Qualis verò est animæ tinea, quæ cogitationum tabes, pectoris quanta rubigo; zelare in altero vel virtutem eius, vel felicitatem, id est, odisse in eo vel merita propria, vel beneficia diuina; in malum proprium bona aliena conuertere, illustrium prosperitate torqueri, aliorum gloriam facere suam poenam; velut quosdam pectori suo admouere carnifices, cogitationibus & sensibus suis adhibere tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerent, qui cordis secreta maliuolentia: vngulis pulsent: non cibus talibus lætus, non potus potest esse iucundus; suspiratur semper & ingemiscitur & doletur: dumque ab inuidis nunquam liuor exponitur, diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. Mala cetera habent terminum; & quodcumque delinquitur, delicti consummatione finitur. In adultero cessat facinus perpetrato stupro; in latrone conquisceit scelus homicidio admissio; & prædoni rapacitatem statuit præda possessa; & fallario modum ponit impleta fallacia: zelus terminum non habet, permanens iugiter malum & sine fine peccatum, quantoque ille cui inuidetur successu meliore profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardescit. <sup>18</sup> Hinc vultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida, effrenata conuicia, manus ad cædis violentiam prompta, etiam si à gladio interim vacua, odio tamen furiatæ mentis armata: & iccirco Spiritus sanctus dicit in Psalmis: Noli zelare bene ambulantem in via sua, Et iterum: Obseruabit peccator iustum, <sup>19</sup> & stridebit ad eum denti-

274.36.

bus suis. Deus autem irridebit eum, quoniam prouidet quia veniet dies eius. Hos beatus Apostolus Paulus designat & denotat dicens: Venenum aspidum sub labiis eorum, & os eorum maledictione & amaritudine plenum est. Veloces ad effundendum sanguinem pedes eorum: <sup>20</sup> contritio & calamitas in viis eorum, qui viam pacis non agnouerunt, nec est timor Dei ante oculos eorum. Multo malum leuius, & periculum minus est, cum membra gladio vulnerantur. Facilis cura est, ubi plaga perspicua est; & cito ad sanitatem medela subueniente perducitur vulnus; quod videtur: zeli vulnera abstrusa sunt & occulta, nec remedium curæ medentis admittunt, quæ se intra conscientia: latebras cæco dolore clauferunt. Quicumque es inuidus & malignus; videtis, quàm sis eis quos odisti insidiosus, perniciosus, infestus: nullius magis quàm tuæ salutis inimicus es. Quisquis ille est quem zelo persequeris, subterfugere & vitare te poterit: tu te non potes fugere: vbiunque fuerit, aduersarius tuus tecum est, hostis semper in pectore tuo est, pernicies intus inclusa est, ineluctabili catenarum nexu ligatus & vincus es, zelo dominante captiuus es, nec solatia tibi vlla subueniunt. Perseuerans malum est, hominem persequi ad Dei gratiam pertinentem: calamitas sine remedio est, odisse felicem. Et iccirco, fratres dilectissimi, huic periculo consulens Dominus, ne quis zelo fratris in laqueum mortis incurreret; cum eum discipuli interrogarent quis inter illos maior esset: <sup>21</sup> Qui fuerit, inquit, minimus in omnibus vobis, hic erit magnus. Amputauit omnem æmulationem responso suo, omnem causam & materiam mordacis inuidiæ eruit & abscidit. Discipulo Christi zelare non licet, non licet inuidere. Exaltationis apud nos non potest esse contentio, de humilitate ad summa crescimus, didicimus vnde placeamus. Denique & Apostolus Paulus instruens & monens, vt qui illuminati Christi lumine tenebras nocturnæ conuersationis euasimus, in factis atque in operibus luminis ambulemus, scribit & dicit: <sup>22</sup> Nox transiit, dies autem appropinquauit; abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamus arma lucis, tanquam in die decenter ambulemus: non in comestationibus & ebrietatibus; non in concupiscentiis & impudiciis; non in certaminibus & zelo. Si recesserunt de pectore tuo tenebræ; si nox inde discussa est; si caligo deterfa est; si illuminauit sensus tuos splendor diei; si homo lucis esse coepisti: quæ sunt Christi gere; quia lux & dies Christus est. Quid in zeli tenebras ruis? quid te nubo liuoris inuoluis? quid inuidiæ cæcitate omne pacis & charitatis lumen extinguis? quid ad diabolium, cui renunciaueras, redis? quid Cain similis existis? Homicidij namque facinore constringi eum quisquis zelauerit, & odio habuerit fratrem suum, declarat Ioannes Apostolus in Epistola sua, dicens: Qui fratrem suum odit, homicida est: & scitis quia omnis homicida non habet in se vitam manentem. Et iterum: Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc, & in tenebris ambulat, & non scit quò eat: quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius. Qui odit, inquit, fratrem suum, in tenebris ambulat, & non scit quò eat: it enim nescius in gehennam, ignarus & cæcus præcipitatur in poenam; recedens scilicet à Christi lumine monentis & dicentis: Ego sum lumen mundi: qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Sequitur autem Christum, qui præceptis eius insistit, qui per magisterij eius viam graditur, qui vestigia eius atque itinera sectatur, qui id quod Christus & fecit & docuit, imitatur: secundum quod Petrus quoque hortatur & monet dicens: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius. Meminisse debemus quo vocabulo plebem suam Christus appelleret, quo titulo gregem suum nuncupet: oues nominat, vt innocentia Christiana ouibus æquetur: agnos vocat, vt agnorum naturam simplicem simplicitas mentis imitetur. Quid sub vestitu ouium lupus latitat? quid gregem Christi, qui se Christianum mentitur, infamat? Christi nomen induere, & non per Christi viam pergere; quid aliud quàm prauaricatio est diuini nominis, quàm desertio itineris salutaris? quando ipse doceat & dicat eum ad vitam venite, qui mandata seruauerit: & eum esse sapientem, qui verba eius audierit & fecerit: doctorem quoque eum maximum in regno cælorum vocari, qui fecerit & sic docuerit; tunc prædicanti profuturum, quod bene atque vtiliter prædicatum fuerit, si id quod ore promittit,

Luc. 9.

Rom. 13.

factis sequentibus impleatur. Quid verò insinuauit crebrius discipulis suis Dominus, quid inter salutaria monita & præcepta cælestia custodiendum magis seruandumque mandauit, quàm, vt eadem dilectione qua discipulos ipse dilexit, nos quoque inuicem diligamus? Quo modo autem vel pacem Domini, vel charitatem tenet, qui intercedete zelo nec pacificus potest esse, nec charus? Ideo & Apostolus Paulus cum pacis & charitatis merita depromeret, cumque assereret firmiter & doceret nec fidem sibi nec elemosynas, <sup>23</sup> nec passionem quoque ipsam confessionis & martyrij profuturam, nisi charitatis fœdera integra atque inuiolata seruasset; adiecit & dixit: Charitas magnanima est, charitas benigna est, charitas non zelat. Docens scilicet & ostendens eum posse charitatem tenere, quisquis magnanimus fuerit & benignus, & zeli ac liuoris alienus. Item alio loco cum moneret, vt homo iam sancto spiritu plenus & natiuitate cælesti Dei filius factus, non nisi spiritalia & diuina sectetur, ponit & dicit: Et ego quidē fratres, non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, quasi infantibus in Christo. <sup>24</sup> Lac vobis potum dedi, non cibum: nondum enim poteratis, sed neque nunc potestis, adhuc enim estis carnales: vbi enim in vobis zelus & contentio <sup>25</sup> & dissensiones sunt, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? <sup>26</sup> Obterenda sunt fratres dilectissimi, vitia & peccata carnalia, & terreni corporis infesta labes spiritali vigore calcanda: ne dum iterum ad veteris hominis conuersationem reuoluimur, letalibus laqueis implicemur, Apostolo hoc idē prouidenter & salubriter præmonente: Itaque, inquit, fratres, non secundum carnem uiuamus, si enim secundum carnem vixeritis, <sup>27</sup> incipietis mori, si autem spiritu opera carnis mortificaueritis, uiuetis: quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Si filij Dei sumus, si tēpla eius esse iam coepimus, si accepto spiritu sancto, sancte & spiritaliter uiuimus, si de terris oculos ad cælum sustulimus, si ad superna & diuina plenum Deo & Christo pectus ereximus: non nisi quæ sunt Deo & Christo, digna faciamus: sicut & Apostolus excitat & hortatur: <sup>28</sup> Si confurrexistis, inquit, cum Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, <sup>29</sup> non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita ve-

1. Ioan. 3.

Ibid. 2.

Ioan. 8.

1. Pet. 2.

Ioan. 10. 21.

Mat. 7.

Mat. 19.

Ibid. 5.

1. Ioan. 13. 34.

1. Cor. 13.

Ibid. 3.

Rom. 8.

Coloss. 3.



stra abscondita est cum Christo in Deo: cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Qui ergo in baptismo secundum hominis antiqui peccata carnalia & mortui & sepulti sumus, qui regeneratione cœlesti Christo confurreximus; quæ sunt Christi, & cogitemus pariter & geramus: sicut idem Apostolus docet rursus & monet, dicens: Primus homo de terræ limo, secundus homo de cœlo: qualis ille de limo, tales & qui de limo: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus & imaginem eius qui de cœlo est. Imaginem autem cœlestem portare non possumus, nisi in eo quod esse nunc cœpimus, Christi similitudinem præbeamus: hoc est enim mutasse quod fueras, & cœpisse esse quod non eras, ut in te diuina natiuitas luceat, ut ad patrem Deum deifica disciplina respondeat, ut honore & laude viuendi Deus in homine clarifcat; ipso exhortante & monente, & eis qui se clarificant, vicem mutuam pollicente. Eos, inquit, qui clarificant me, clarificabo: & qui spernit me, spernetur. Ad quam clarificationem formans nos ac præparans Dominus, & filius Dei similitudinem Dei patris insinuans, in Euangelio suo dicit: Audistis quia dictum est: Diliges proximum tibi, & odio habebis inimicum tibi: Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, & orate pro his qui vos persequuntur, ut sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si hominibus lætum est & gloriosum, filios habere consimiles; & tunc magis generasse delectat, si ad patrem lineamentis paribus soboles subsiciat respondeat: quanto maior in Deo patre lætitia est, cum quis sic spiritaliter nascitur, ut in actibus eius & laudibus diuina generositas prædicetur? Quæ iustitiæ palma est, quæ corona; esse te talem, de quo Deus non dicat: Filios genui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me; sed collaudet te potius Christus, & inuitet ad præmium dicens: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. His meditationibus corroborandus est animus, fratres dilectissimi, eiusmodi exercitationibus contra omnia diaboli iacula firmandus. Sit ante oculos diuini

lectio, in manibus bona operatio, in sensibus dominica cogitatio. Oratio iugis omnino non cesset. Salutatis operatio perseveret. Spiritualibus semper actibus occupemur, ut quotiescunque inimicus accesserit, quoties adire tentauerit, & clausum aduersum se pectus inueniat & armatum. Non enim Christiani hominis corona vna est, quæ tempore persecutionis accipitur. Habet & pax coronas suas, quibus de varia & multiplice congressione victores prostrato & subactio aduersario coronamur. Libidinem subegisse, continentię palma est. Contra iram, contra iniuriam repugnasse, corona patientiæ est. De auaritia triumphus est, pecuniam spernere. Laus est fidei, fiducia futurorum mundi aduersa tolerare. Et qui superbus in prosperis non est, gloriam de humilitate consequitur. Et qui ad pauperum fouendorum misericordiam pronus est, retributione thesauri cœlestis adipiscitur. Et qui zelare non nouit, quique vnanimis & mitis fratres suos diligit, dilectionis & pacis præmio honoratur. In hoc virtutum stadio quotidie currimus, ad has iustitiæ palmas & coronas sine intermissione temporis peruenimus. Ad quas ut peruenire tu etiam possis, qui fueras zelo & liuore possessus; omnem illam malitiam; qua prius tenebaris, abiice, ad viam vitæ æternæ vestigiis salutaribus reformare. Euellere de pectore tuo spinas & tribulos, ut te dominicum semen fertili fruge locupleter, ut diuina & spiritalis seges in copiam secundæ messis exuberet. Venena tellis euome, discordiarum virus exclude: purgetur mens, quam serpentinus liuor infecerat; amaritudo omnis quæ intus infederat, Christi dulcedine leniatur. Si de sacramento crucis & cibum sumis & potum, lignum, quod apud Mara profecit in imagine ad saporis dulcedinem, tibi in veritate proficiat ad mulcendi pectoris lenitatem; nec ad medelam prosperandæ validitudinis laborabis: vnde vulneratus fueras, inde curare. Ama eos quos ante oderas, diliges illos quibus iniustis obrectationibus inuidebas. bonos imitare, si sectari potes: si autem eos sectari non potes, collatere certe & congratulare melioribus: fac te illis adunata dilectione participare, fac te confortio charitatis & fraternitatis vinculo cohæredem. Dimittentur tibi debita, quando ipse dimiseris: accipientur sacrificia tua, cum pacificus ad Deum veneris. Sensus atque actus tui diuini-

diuinitus dirigentur, quando ea quæ diuina & iusta sunt cogitaueris, sicut scriptum est: Cor viri cogitet iusta, ut à Deo dirigantur gressus eius. Habes autem multa quæ cogites. Paradisum cogita, quo Cain non redit, qui zelo fratrem peremit. Cogita cœleste regnum, ad quod non nisi concordēs atque vnanimēs dominus admittit. Cogita quod filij dei hi soli possint vocari, qui sunt pacifici; qui natiuitate cœlesti & lege diuina ad similitudinem Dei patris & Christi respondeant adunati. Cogita sub oculis nos Dei stare, spectante ac iudicante ipso conuersationis ac vitæ nostræ curricula decurrere, peruenire nos tunc demum posse ut eum videre contingat, si ipsum nunc videntem delectemus actibus nostris, si nos dignos gratia eius & indulgentia præbeamus; si placituri semper in regno, in hoc mundo ante placeamus.

#### ADNOTATIONES in librū de zelo & liuore

1. Zelare quod bonum videas] *Camb. cod. z elati, recte utrumque legitur; prius autem habet D. Augusti. hunc locum citans lib. 4. de bapt. contra Donat. cap. 8. & infra ipse Camb. cod.*
2. ubi in pectus obrepserit] *Maxime omniū placet hæc lectio Camb. & veteris. Ms. vnius Morel. cum Grauiō ac partim Manutio; legebat exc. Erasim. quando in pectus obrepit, vet. excu. cum Rembol. quando in pectus obrepit; Afflig. verò Marchin. Dun. & Blandin. Ms. codic. quandoque in pectus obrepens.*
3. circuit, aliquem deuorare quærens] *Ad verbum, expressit quod pleraque exēplaria legunt: ἑὺ τὸν τινα κατατρώγει. Atque adeo magis placet hæc lectio Ms. Marchin. Dun. Blandin. & vnius Morel. cod. quam illa Camb. & excu. aliquid deuorare quærens circuit; præsertim cum ad priorem magis accedat lectio Afflig. cod. Veterum omnium scriptorium, & Interpretis vulgati cum quibusdam Græcis Exempl. quærens quem deuoret, Quæquam enim sic cum excu. legat Auctor Homil. 35. inter 50. D. Augusti. tract. tamen 10. in Ioan. postremā hanc habet.*
4. an sit pars aliqua membrorum] *Ita Beda hunc locum citans in comment. epistola 1. Petri & Cambron. cod. cum exc. Afflig. autē Marchi. & Blandin. murorū, Dun. utrumque.*
5. & faciles voluptates] *Tres iudem: voluntates, sed castigatus est Dun. cod. & prius substitutum, legit id etiam Cambron.*
6. per canoram musicam] *Ms. quinque & Beda canora musica, quod si legatur, intellige instrumenta.*
7. ut soni dulcioris auditu soluar & molliat Christianum vigorem] *Irrepsit vitio cod. Rembold. corrupta lectio: ut sonus dulcior; prius enim habent Ms. 5. & vet. exc. præterquam quod legant: Christiani, cum excu. vulg. Beda verò cum Manut. & uno cod. Morel. Christianum, sed legit paulo aliter: ut vi soni dul-*

ciōris auditum soluar.

8. Hinc diabolus] *Etiā hoc citat loco citato D. Augusti.*
9. ille dudum angelica maiestate subnixus] *Ms. 4. dudum, recens adiūctus ex 4. Ms.*
10. eripit, qui ipse quoque; id quod prius fuerat amissus] *Ita locum hunc restitui adiecta voce: qui, ex Ms. 4. iside. Nam si legatur cum. excu. eripuit, ipse quoque, & c. videbitur non ante lapsum hominem gratiam suam amississe diabolus.*
11. Quale malum] *Iterum hoc ibidem allegat D. Augustinus.*
12. prosperum fuerat ostensum] *Ms. 4. per spiritum fuerat ostensum; verum prius placet, eo quod præcedit: in visionibus, ne sit superflua repetitio velut eiusdem rei.*
13. Et ne longum faciam singulos recensendo] *Cambron. cod. & Graui. singula, non recte, loquitur enim de hominibus. Rursum autem hic variat cod. inter: simul & semel.*
14. Radix est malorum omnium] *4. Ms. addit. blandientium, sed non facit ad institutum.*
15. in honoribus auctiorem] *Sic Cambr. cod. & Manut. pro eo quod ceteri: altiorem.*
16. Inflat superbia, exacerbatur scuitia] *Hunc etiam locum sic restitui ex 4. Ms. pro eo quod erat: Inflat, & exacerbatur, nam præterquā quod sequitur: impatiētia concutit, isidem prorsus verbis vsitur Cyprianus supra libro de Mortalitate.*
17. dum quis aut quæritur se non potius ordinatum] *Hoc peculiariter ad Nouatianum refertur. Est autem haud dissimilis locus Epistola L V.*
18. Hinc vultus minax] *Elegans liuoris & Zeli descriptio, qualem habes & in Epigrammate Virgiliano, cuius initium: Liuar tabifici malum veneni & c.*
19. & stridebit ad eum dentibus suis] *Hæc lectio Ms. 4. cum exc. vulg. magis placet, quam Cambron. cod. & Manut. stridet ad eum dentes suos.*
20. contritio & calamitas] *Sine hoc modo legas cū exc. vulg. sine cū Ms. quinque: contritio & infelicitas, perinde est. Non placet autem vox: contribulatio, quam habet Manut. eo quod noua sit, Græce & Isai. 59. & Roma. 3. legitur σὺν ἰσχυρῶν καὶ τῶν πτόρων.*
21. Qui fuerit minimus in omnibus vobis, hic erit magnus] *Ad verbum fere expressit quod Græce est: ὁ ἥσσονος ἐν πάντων ὑμῶν, ὁ πλεονεξῶν ἕως ἔσται μέγας. Atque adeo rursus adieci verbum: erit, omissum à Manut.*
22. nec passionem quoque ipsam confessionis & martyrij] *Cambronensis codex: confessoris & martyris, non male. Iterum autem distinctio hic est inter hæc duo.*
23. Lac vobis potum dedi non cibo] *Cambr. & alij veteres: Lacte vos potavi non cibo, utrumque recte legitur, sed hoc ad verbum est ex Græco.*
24. & dissensiones sunt] *Cambr. dissensio est; sed illud placet, nam Græce legitur: ἡσθὶς ἀνυπόστατοι.*
25. Obtereda sunt fratres dilectissimi, vitia & peccata carnalia] *Ad hunc locum respicit D. Hierony. in 5. cap. ad Galat. dum dicit Cyprianum hoc libro inuidiam enumerare inter vitia carnalia. Letales etiam laqueos hic dicit, quod libro præcedenti crimina mortalia.*



26. incipietis mori] sic excusi & Ms. omnes, præter Cambrenen. qui legit: moriemini, Græce est: *μὲν ἔπειθ' ὀπίσκειν*, quod sonat ad verbum: debetis mori.

27. Si confurrexistis cum Christo] Cambrenen. cod. & Manutius: confurrexistis, sed non placet; quia paulo post sequitur: confurreximus. Et infra prius legitur Test. lib. 3. cap. 11.

28. non quæ super terram] Cambrenensis codex et Costerius infra dicto loco Cypriani: non quæ terrena sunt, ceteri quatuor Ms. non quæ in terra sunt; verum vulgaram lectionem confirmat quod Græce legitur: ἐπὶ τῆς γῆς.

29. Et qui spernit me, spernetur] Prorsus sic legendum alicubi supra diximus, quum sic legatur & Hebraice & Græce.

30. si ad patrem liniamenti paribus soboles subsciaua] sic rectius Cambro. cod. cum Manutio, quam Morelius: subsciaua, aut exc. vulg. subsciaua, aut vet. excu. & ceteri Ms. quatuor: subsciaua seu: succidiaua, aut vnus Morelij: successa. Subsciauum teste Nonio Marcello significat secundum sequens, succedens, succidam. Hinc Lucil. lib. 28. Præterea hæc subsciaua si quando voles opera, ita enim legendum ibi censeo pro eo quod est: operâ.

31. sed collaudet te potius Christus] Adiciamus recept: sed, ex Cambren. cod.

32. Sit ante oculos diuina lectio, in manibus bona operatio] Ita ex 4. Ms. locum hunc mutilum suppleuimus. Antea enim legebatur duntaxat: Sit ante oculos diuina lectio, aut: Sit in manibus diuina lectio.

33. in sensibus domini cogitatio] Vetus excu. diuina, sed prius placet, ne sit eiusdem vocis repetitio.

34. Si de sacramento] Ms. 4. non habent: Si. Deinde legunt: vinum quod habuit & myrtha proficit. sed genuina est vulgata lectio; alludit enim ad lignum, quo immisso, fons Maræ antea amarus, in dulcedinem versus est.

35. Bonos imitare si sectari potes] Lectionem hæc Cambrenen. cod. confirmat, quod vulgo legitur duntaxat: si potes, quare omitenda. prorsus interiecta negatio apud Manut. Ex eodem Camb. legimus: si autem eos sectari non potes. Alij 4. Ms. non aliud legunt quam: Bonos imitare, collatate & congratulare, quod postremum etiam legit Camb. cod. pro eo quod excu. gratulare.

36. & fraternitatis vinculo cohæredem] Duo Morel. cod. cohærentem, non male.

37. vt à Deo dirigantur gressus eius] Placet præ ceteris hæc Cambren. cod. lectio, eo quod sic legant 70. Antea exc. habebant: & à Deo dirigentur, & c. ceteri verò Ms. duntaxat: vt à Deo dirigatur.

38. dignos gratiæ eius & indulgentiæ] Nisi alibi Cypriano familiarior esset hæc phrasis, censuissem genuinam esse quam habent Ms. omnes, vet. excu. & Remboldus: dignos gratiæ eius & indulgentiæ.

## AD FORTVNATVM De Exhortatione Martyrij.

### ARGVMENTVM LIBRI Sequentis.

Argumentum huius libri paucis ita describit D. Pontius in vita auctoris: Quis martyr tatos exhortatione diuini sermonis animaret, quis denique tot confessores frontium notarum secunda inscriptione signatus, & ad exemplum martyrij superstites reseruat, in centio tubæ celestis animaret? Latius argumentum ex capitum titulis colligere est. Atqui ex verbis Pontij certum est, genuinam esse hunc Cypriani ferum, utpote quibus etiam titulum indicat; facit huc etiam quod Tertullia. librum ad Martyres imitetur. Rursum quod Diuus Hierony. sub finem Apologiæ contra Iovinianum ita scribat: De impari numero disputarunt Clemens, Hippolytus, Origenes, Dionysius, Eusebius, Didymus, nostrorumque Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hylarius. Atqui infra cap. 11. late de septenario numero qui impar est, disputat Auctor. Neque verò placet doctiss. cuiusdam viri coniectura ex verbis sequentibus D. Hieron. quod liber hic Hylarij sit, non Cypriani. Dicit quidem ille: Quorum Hylarius de septenario, id est, impari numero differens, quæ & quantæ dixerit, ad Fortunatum liber illius testimonio est. Sed quid obstat, quo minus & Hylarius librum ad quendam Fortunatum scripserit. Certe stylus totius libri prorsus alienus est à stylo Hylarij, & tam refert Cyprianum, quam cuiusquam alterius libri. Deinde scripturæ prorsus eodem modo hoc libro citantur, quo alibi; vt omitam quod iam omnis idololatria sublata fuerit ætate Hylarij, vt nihil opus fuerit tot capitibus ipsam impugnare. Ms. etiam nostri Cambro. Anglicus, Coloniensis & Affligin. iique quibus vsi sunt Manut. & Morelius, Cypriano ascribant hunc librum. Immo etiam Trithemius ac iam olim Antoninus. Quin potius censeo eo loco Hieronymi legi debere non: Hylarius, sed: Cyprianus, præsertim quum quosdam vet. cod. sic legere adnotarit pie memorie Dominus Martinus Lypsus. Ceterum siue legas: DE EXHORTATIONE MARTYRV M, siue: MARTYRII, parum refert; illud habet solus Manutius, hoc verò nobiscum Ms. & excusi ceteri, præter Afflig. qui nihil aliud legit, quam: AD FORTVNATVM. Primus edidit hunc librum Rembold.

### PRÆFATIO.

DESIDERASTI Fortunatè charissime, vt quoniam persecutionū & pressurarum pondus incumbit, & in fine atque in consummatione mundi, antichristi tempus infestum appropinquare nūc cœpit, ad præpara-

preparandas & corroborandas fratrum mentes de diuinis scripturis hortamenta componerem, quibus milites Christi ad cœlestē & spiritale certamen animarem. Obtemperandum fuit desiderio tuo tam necessario, vt quantum sufficit mediocritas nostra auxilio diuinæ inspirationis instructa, quasi arma ac munimenta quædam pugnatibus fratribus de præceptis dominicis promerentur. Parum est enim quod Dei plebem classico nostræ vocis erigimus; nisi credentium fidem, & dicatam Deo deuotamque virtutem diuina lectione firmemus. Quid autem potius aut maius curæ nostræ ac sollicitudini congruit; quàm vt commissum nobis diuinitus populum, & exercitum in castris cœlestibus constitutum, aduersus diaboli tela & iacula, exhortationibus assiduis præparemus? Neque enim idoneus potest esse miles ad bellum, qui non exercitatus prius in campo fuerit. Aut qui agonisticam coronam quærere adipisci, in stadio coronabitur, nisi vsum, & peritiam virium ante meditetur. Aduersarius verus est, & hostis antiquus, cum quo prælium gerimus. Sex millia annorum iam pæne complentur, ex quo hominem diabolus impugnat. Omnia genera tentandi, & artes atque insidias deiciendi vsu ipso vetustatis edidit. Si imparatum inuenerit militem Christi, si rudem, si non follicitum actoto corde vigilantem, circumuenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum. Si verò quis dominicæ præcepta cultodiens, & fortiter Christi vestigijs adhærens, contra eum steterit, vincatur necesse est: quia Christum quem conitemur, inuictus est. Ac ne in longum sermonem meum extendere, frater charissime, & audientem vel legentem stili latioris copia fatigarem, compendium feci; vt propositis titulis, quos quis & nosse debeat & tenere; capitula dominicæ subnecterem, & id quod proposueram diuinæ lectionis auctoritate solidarem; vt non tam tractatum meum videar tibi misisse, quàm materiam tractantibus præbuisse; quæ res in vsum singulis proficit vtilitate maiore. Nam si confectam & paratam iam vestem darem; vestis esset mea, qua alius vteretur; & forsitan non pro habitudine staturæ & corporis res alteri facta, minus congruens haberetur. Nunc verò de agno, per quem re-

dempti ac viuificati sumus, lanam ipsam & purpuram misi, quam cum acceperis, tunicam tibi pro voluntate conficies, & plus vt in domestica tua atque in propria veste laberis: & ceteris quoque vt conficere & ipsi pro arbitrio suo possint, quod misimus exhiberis; vt veterē illa nuditate contacta, perferant omnes indumenta Christi, cœlestis gratiæ sanctificatione vestiti. Nec non & illud consilium, frater charissime, vile & salubre prospexi, in exhortatione tam necessaria quæ martyr faciat, amputandas esse verborum nostrorum moras & tarditates; atque ambages sermonis humani subtrahendas; ponenda sola illa quæ Deus loquitur, quibus seruos suos ad martyrium Christus hortatur. Præcepta ipsa diuina velut arma pugnantibus suggerenda sunt. Illa sunt militaris tubæ hortamenta, illa pugnantibus classica. Inde aures erigantur, inde instruantur mentes, inde & animi & corporis vires ad omnem passionis tolerantiam roborentur. Nos tantum qui domino permittente primum baptismam credentibus dedimus, ad aliud quoque singulos præparemus, insinuantes & docentes hoc esse baptismam in gratia maius, in potestate sublimius, in honore pretiosius: baptismam in quo angeli baptizant, baptismam in quo Deus & Christus eius exultant, baptismam post quod nemo iam peccat, baptismam quod fidei nostræ incrementa consummat, baptismam quod nos de mundo recedentes statim Deo copulat. In aquæ baptismam accipitur peccatorum remissa; in sanguinis corona virtutum. Amplectenda res est & optanda, & omnibus postulationum nostrarum precibus expectanda, vt qui serui Dei sumus, simus & amici.

### CAPITVLA LIBRI SEQUENTIS.

IN exhortandis itaque ac præparandis fratribus nostris, virtutis ac fidei firmitate ad præconium dominicæ confessionis, atque ad prælium persecutionis & passionis armandis, primo in loco dicendum est, idola deos non esse: quæ homo sibi faciat. Neque enim quæ sunt, factore suo & fabricatore maiora sunt: aut protegere & feruare quoniam possunt, quæ ipsa de templis suis pereunt, nisi ab homine feruentur. Sed nec elemēta colenda esse, quæ homini secundū dispositionem & præceptum Dei feruunt.



2 Destructis idolis & elementorum ratione monstrata, ostendendum dominum solum colendum esse.

3 Tunc addendum quæ comminatio Dei sit aduersus eos, qui idolis sacrificant.

4 Præterea docendum non facile ignoscere Deum idololatriis.

5 Et quod sic idololatriæ indignetur Deus, ut præceperit etiam eos interfici, qui sacrificare & seruire idolis suaserint.

6 Subiungendum post hæc, quod redempti ac viuificati Christi sanguine, nihil Christo præponere debeamus: quia nec ille quidquam nobis præposuerit, & ille propter nos mala bonis prætulit; paupertatem diuitiis, seruitutem dominationi, mortem immortalitati. Nos contra in passionibus nostris paupertati sæculari paradisi diuitias & delicias præferamus; dominatû & regnum æternum temporariæ seruituti, immortalitatem morti, Deum & Christum diabolo & antichristo.

7 Insinuandum quoque, ne erepti de faucibus diaboli, & de laqueis sæculi liberati, si in angustiis & pressuris esse cœperint, regredi denuo ad sæculû velint, & perdant quod euaserint.

8 Insistendum potius esse & perseuerandum in fide & virtute, & cœlestis ac spiritalis gratiæ consummatione, ut ad palmam & coronam possit perueniri.

9 Ad hoc enim pressuras & persecutiones fieri ut probemur.


10 Nec timendas esse iniurias, & poenas persecutionum; quia maior est dominus ad protegendum, quàm diabolus ad impugnandum.

11 <sup>11</sup> Ac ne expauescat quis & conturbetur ad pressuras & persecutiones, quas patimur in isto mundo, probandum ante prædictum esse, quod nos mundus odio habirurus esset, & quod persecutiones aduersum nos excitaret, ut ex hoc ipso quod hæc fiant, manifesta sit fides diuinæ pollicitationis, in mercedibus & præmiis postmodum secuturis. Nec nouum quid accidat Christianis, quando ab initio mundi boni laborauerint, & oppressi atque occisi sint iusti ab iniustis.

12 In nouissima parte ponendum est, quæ spes & quæ merces maneat iustos & martyras post conflictationes huius temporis & passionis. <sup>12</sup> Et quod plus accepturi simus in passionis remuneratione, quàm

quod hic sustinemus in ipsa passione.

#### CAPVT PRIMVM.

od idola diu non sint, & quod nec elementa vice deorum colenda sint, <sup>13</sup> ostenditur in Psalmo 113. Idola gentium argentum & aurum; <sup>14</sup> opera manuum hominum. Os habet & non loquuntur, oculos habent & non vident. Aures habent & non audiunt, neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea. Item in Sapientia Salomonis: Omnia idola nationum æstimauerunt deos, quibus neque oculorum usus est ad videndum neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti in manibus ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est, finxit illos. Nemo autem sibi similem homo poterit Deum fingere; cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem ipse iis quos colit, quoniam <sup>15</sup> ipse quidem vixit, illi autem nunquam. Item in Exodo: Non facies tibi idolum, nec cuiusquam similitudinem. Item apud Salomonem de elementis: Neque opera attendentes, agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum ærem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, aut lunam <sup>16</sup> rectores orbis terrarum deos purauerunt. Quorum si propter speciem hoc æstimauerunt, sciât quanto iis dominus sit speciosior: aut si virtutes & opera eorum mirati sunt, <sup>17</sup> intelligât ab ipsis, quoniam qui hæc constituit fortia, fortior est illis.

#### CAP. II.

<sup>18</sup> Quod deus solus colendus sit, scriptum est in Deuteronomio: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Item in Exodo: <sup>19</sup> Non erunt tibi dii alij absq; me. Itē illic: <sup>20</sup> Videte, videte quia ego sum, & nō est Deus præter me. Ego interimam & viuere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est qui eripiat de manibus meis. Itē in Apocalypsi: Et vidi aliū angelum volantem in medio cœlo, habentem euangelium æternum, ut annunciarer super terram <sup>21</sup> & super omnes nationes, & tribus & linguas, & populos, dicentem voce magna: <sup>22</sup> Meruite potius Deum, & date illi claritatē, quoniam venit hora

hora iudicii eius; & adorare eum qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Sic & Dominus in Euangelio commemorationem facit primi & secundi præcepti dicens: Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus vnus est: Et diliges Dominum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua; hoc primum, & secundum simile huic: Diliges proximum tuum tanquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophætæ. Et iterum: Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum & verum Deum, quem misisti Iesum Christum.

#### CAP. III.

Quæ comminatio Dei sit aduersus eos qui idolis sacrificant, <sup>23</sup> legitur in Exodo: Sacrificans diis eradicabitur, nisi domino soli. Item in Deuteronomio: Sacrificauerunt dæmonis, & non Deo. Item apud Esaiam: Adorauerunt eos, quos fecerunt digiti eorum, & curuatus est homo, & humiliatus est vir, & nō laxabo illis. Et iterum: Illis fudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia. Super hæc ergo non indignabor, dicit Dominus: Item apud Hieremiam: Nolite ambulare post deos alienos ut seruiatis eis, & ne adoraueritis eos, & ne incitetis me in operibus manuum vestrarum ad disperdendos vos. Item in Apocalypsi: Si quis adorât bestiam & imaginem eius, & accipit notam in fronte sua, aut in manu, bibet & ipse de vino iræ Dei mixto in poculo iræ eius, & punietur igne & sulphure sub oculis sanctorum Angelorum, & sub oculis agni, & fumus de tormentis eorum in sæcula sæculorum ascendet. Nec habebunt requiem die ac nocte quicumque adorât bestiam & imaginem eius.

#### CAP. IIII.

Non facile ignoscere Deum idololatriis. Moyses in Exodo pro populo rogat nec impetrat. Precor, ait, Domine deliquit populus hic delictum grande: fecerunt sibi deos aureos: <sup>24</sup> & nūc si dimittis illis delictū, dimitte: sin autem, dele me de libro quem scripsisti. Et dixit Dominus ad Moysen: Si quis deliquit ante me, deleam eum de libro meo. Item cum Hieremias pro populo deprecaretur, Dominus ad eum loquitur dicens: & tu noli orare pro populo hoc, & noli postulare pro ipsis in prece & oratione; quia non exaudiam in tem-

pore quo inuocabunt me, in tempore afflictionis suæ. Ezechiel quoque hanc eandem denunciat indignationem Dei eis, qui in Deum delinquant: Et fuit, inquit, verbum Domini ad me dicens: Fili hominis terra quæcunque peccauerit mihi, ut delinquat delictum, extendam manum meam super eam, & obteram stabilitamentum panis, & immittam in eam famem, & auferam de ea hominem & pecora. Et si fuerint tres viri hi in medio eius, Noë, Daniel, & Iob, non liberabunt filios neque filias, ipsi soli salui erunt. <sup>25</sup> Item in Regnorum primo. Si delinquendo peccet vir aduersus virum, orabunt pro eo Dominum: Si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?

#### CAP. V.

Quod sic idololatriæ indignetur Deus, ut præceperit etiam eos interfici, qui sacrificare & seruire idolis suaserint; In Deuteronomio: Quod si rogauerit te frater tuus, aut filius tuus, aut filia tua, aut vxor tua, quæ est in sinu tuo, aut amicus tuus, qui æqualis est animæ tuæ, latenter dicens: <sup>26</sup> Eamus & seruiamus diis aliis, diis gentium, non consenties ei, & non exaudies eum, & non parceret oculus tuus super eum, & non celabis eum, annuncians annuncabis de illo. Manus tua erit super eum, in primis interficere eum, & manus omnis populi postremo; & lapidabunt eum & morietur; quoniam quæsiuit auertere te à Domino Deo tuo. Et iterum loquitur Dominus & dicit, nec ciuitati parcendum, etiam si vniuersa consenserit ad idololatriam: Aut si audieris in vna ex ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic, dicentes: Eamus & seruiamus diis aliis, quos non nosti; Interficiens necabis omnes qui sunt in ciuitate cæde gladij, & incendes ciuitatem igni, & erit sine habitaculo in æternum. Non reedificabitur etiam nunc, ut auertatur Dominus ab indignatione iræ suæ. Et dabit tibi misericordiam & miserebitur tui, & multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, & obseruaueris præcepta eius. Cuius præcepti & vigoris memor Mathathias interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat. <sup>27</sup> Quod si ante aduentum Christi circa Deum colendū & idola spernēda, hæc præcepta seruata sunt; quāto magis post aduentū Christi seruāda sunt; quando ille veniens



non verbis tantum nos horratus sit, sed & factis, post omnes iniurias & contumelias passus quoque & crucifixus; ut nos pati & morti exemplo suo doceret; ut nulla sit homini excusatio pro se non patienti, cum passus sit ille pro nobis & cum ille passus sit pro alienis peccatis, multo magis pro peccatis suis pati vnumquemque debere? Et ideo in Euangelio comminatur & dicit: **Quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & ego cōfitebor eum coram patre meo qui in cœlis est: Qui autem negauerit me coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui in cœlis est.** Item Apostolus Paulus: Si enim commorimur, inquit, & cōuiuemus: si toleramus, & conregnabimus: **si negauerimus, & ipse negabit nos.** Item Ioannes: **Qui negat filium, neque patrem habet, qui confitetur filium, & filium & patrem habet.** Vnde nos ad contemptum mortis hortatur Dominus & corroborat dicēs: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum qui potest animam & corpus occidere in gehennam. Et iterum: **Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in isto sæculo, in vitam æternam conferuabit illam.**

## CAP. VI.

Quodd redempti & viuificati Christi sanguine nihil Christo præponere debeamus: In Euangelio Dominus loquitur & dicit: **Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus. Et qui diligit filium, aut filiam super me, non est me dignus.** Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Sic & in Deuteronomio scriptum est: **Qui dicunt patri & matri, non noui te, & filios suos non agnouerunt, hi custodierunt præcepta tua, & testamentum tuum seruauerunt.** Item Apostolus Paulus: **Quis nos, inquit, separabit à charitate Christi, pressura, an angustia, an persecutio, an fames, ac nuditas, an periculum, an gladius?** Sicut scriptum est: **Quia propter te occidimur tota die, estimati sumus ut oues victime, sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.** Et iterum: **Non estis vestri, empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro.** Et iterum: **Pro omnibus mortuus est, ut & qui viuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.**

## CAP. VII.

Ereptos de faucibus diaboli, & de saqueis sæculi liberatos non debere denuo ad sæculum reuerti, ne perdant quod euaserint. In Exodo Iudaicus populus ad umbram nostri & imaginem præfiguratus, cum Deo tutore & vindice euasisset Pharaonis atque Ægypti, id est, diaboli, & sæculi durissimam seruitutem; circa Deum perfidus & ingratus, aduersus Moysen missit, respiciens solitudinis ac laboris incommoda, & non intelligens libertatis ac salutis beneficia diuina, & reuerti querit ad Ægypti, hoc est ad sæculi seruitutem vnde fuerat exutus; cum magis fidei deberet in Deum & credere: quoniam qui à diabolo & sæculo liberat populum suum, protegit liberatum: **Quid hoc nobis, inquit, fecisti in eiciendo nos de Ægypto?** Melius est nobis seruire Ægyptiis quam mori in solitudine hac. Et dixit Moyses ad populum: **Fidite, & state, & certite salutem quæ à Domino est, quam vobis faciet hodie; Dominus ipse pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.** Quod nos admonens in Euangelio suo Dominus, & docens ne ad diabolium rursus & ad sæculum, quibus renunciauimus, & vnde euasimus, reuertamur, dicit: **Nemo retro attendens & superponens manum suam super aratrum, aptus est regno Dei.** Et iterum: **Et qui in agro est, non conuertatur retro. Memores estote vxoris Loth. Ac ne quis aliqua vel cupiditate rerum, vel suorum dulcedine retardetur quo minus Christum sequatur, addit & dicit: Qui non renunciat omnibus quæ sunt eius, non potest meus esse discipulus.**

## CAP. VIII.

Insiendum esse & perseverandum in fide & virtute, & cœlestis ac spiritalis gratiæ consummatione, ut ad palmam & coronam possit perueniri: In Paralipomenō: **Dominus vobiscum est, quàm diu & vos estis cum ipso.** Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Item apud Ezechielē: **Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die errauerit.** Item in Euangelio Dominus loquitur & dicit: **Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit.** Et iterum: **Si persevereritis in verbo meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos: Præmonens quoque nos paratos semper esse debere, & expeditos in pro-**

cinctu firmiter stare; addit & dicit: **Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes; & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis, ut cum venerit & pulsauerit aperiant ei.** Beati serui illi, quos adueniens dominus inuenerit vigilantes. Item beatus Apostolus Paulus, ut fides nostra proficiat & crescat & ad summa perueniat, hortatur dicens: **Nescitis quoniam qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, vnus tamen accipit palmam? Sic currite ut occupetis; omnis enim qui agonizat, in omnibus continens est. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, vos autem incorruptam.** Et iterum: **Nemo militans Deo, obligat se molestiis secularibus, ut possit placere ei cui se probauit. Sed si certauerit quis, non coronabitur, nisi legitime pugnaverit.** Et iterum: **Oro autem vos fratres per misericordiam Dei ut constituatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, placentem Deo; nec configremini sæculo huic, sed transformamini in renouatione spiritus, ad probandum quæ sit voluntas Dei bona, & placens & perfecta.** Et iterum: **Sumus filij Dei: si autem filij, & hæredes Dei, cohæredes autem Christi. Si quidem compatiamur, ut & commagnificemur. Et in Apocalypsi eadem loquitur diuinæ prædicationis hortatio, dicens: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quod exemplum perseverandi & permanēdi designatur in Exodo, vbi Moyses ad superandum Amalech, qui figuram portabat diaboli, in signo & sacramento crucis adleuabat supinas manus. Nec vincere aduersarium potuit, nisi postquam stabilis in signo adleuatis iugiter manibus perseverauerit. Et factum est, inquit, cum leuabat Moyses manus, præualebat Israël; vbi autem submiserat manus, inualebat Amalech. Et accepto lapide supposuerunt sub eo, & se debat super eum. Et Aaron & Vr sustentabant manus eius hinc & inde; & factæ sunt manus Moysi stabiles vsque in occasum solis. Et fugauit Iesus Amalech, & omnem populum eius. Et dixit Dominus ad Moysen: **Scribe hoc, ut sit memoria in libro, & da in aures Iesu: quoniam deletionem deleam memoriam Amalech de sub cælo.****

## CAP. IX.

Ad hoc pressuras & persecutiones fieri

ut probemur, in Deuteronomio: **Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra, & ex tota virtute vestra.** Et iterum apud Salomonem: **Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.** Paulus quoque paria testatur ac loquitur dicens: **Gloriamur in spe claritatis Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in pressuris, scientes quoniam pressura tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, probatio autem spem: spes autem non confundit, quia dilectio Dei infusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.** Et Petrus in Epistola sua ponit & dicit: **Charissimi, nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram sit; nec excidatis tanquam nouum aliquid vobis contingat. Sed quotienscunque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete; ut & in reuelatione facta claritatis eius, gaudentes exultetis. Si improperatur vobis in nomine Christi, beati estis; quia marcescatis & virtutis Domini nomen in vobis requiescit: quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur.**

## CAP. X.

Timendas nō esse iniurias & pœnas persecutionum, quia maior est Dominus ad protegendum, quàm diabolus ad impugnandum. Ioannes in epistola sua probat dicens: **Maior est qui in vobis est, quàm qui in isto mundo.** Item in Psalmo 117. **Non metuum quid mihi faciat homo, Dominus mihi auxiliator est. Et iterum: Isti in curribus & isti in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus. Et adhuc fortius docens & ostendens Spiritus sanctus castra diaboli non timenda, & si bellum nobis hostis indixerit, in ipso magis bello spem nostram consistere, & congressione illa iustos ad diuinæ sedis & salutis æternæ præmium peruenire, in Psalmo 26. ponit & dicit: **Si directa fuerint in me castra, non timebit cor meum: si exsurrexerit super me bellum, in illud ego sperabo: Vnam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini per omnes dies vitæ meæ.****



*Exod. 1.* Item in Exodo declarat scriptura diuina pressuris multiplicari nos potius & augeri, dicens: **Quantóque** eos deprimebant, tanto plures fiebant, & inualescebant magis. *Apo. 2.* Et in Apocalypsi protectio diuina promittitur passionibus nostris: Nihil, inquit, eorum timeas quæ passurus es. Nec alius securitatem nobis & protectionem pollicetur, quam qui & per Esaiam Prophetam loquitur dicens: **Noli timere**, quia te redemi, & vocavi te nomine tuo, meus es tu. Et si transferis per aquam, tecum sum, & flumina te non inundabunt. Et si transferis per ignem, flamma te non comburet: quoniam ego Dominus Deus tuus sanctus Israël, qui te saluum facio. **Qui** & in Euangelio promittit auxilium diuinum Dei seruis in persecutionibus non defuturum, dicens: **Cum** autem vos tradiderint, nolite cogitare quo modo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et iterum: **Ponite** in cordibus vestris non præmeditari excusare: ego enim dabo vobis os & sapientiam, <sup>43</sup> cui non poterunt resistere aduersarij vestri. Sicut in Exodo, ad Moysen cunctantem & ad populum ire trepidantem, Deus loquitur dicens: **Quis** dedit os homini? <sup>44</sup> & quis fecit mutum? & quis surdum? & quis videntem & cæcum? **nónne** ego Dominus Deus? Et nunc perge, & ego aperiam os tuum, & instruam te quid loquaris. Nec difficile est Deo aperire os hominis deuoti sibi, & confessori suo inspirare constantiã & fiduciam loquendi, qui in Numeris aduersus Balaam Prophetã etiam asinam fecerit loqui. **Quare** in persecutionibus nemo cogitet, quod periculum diabolus importet, sed immo consideret quod auxilium Deus præstet: nec mentem labefactet humana infestatio, sed corroboret fidem diuina protectio: quando vnusquisque secundum dominica promissa, & fidei suæ merita tantum accipiat de Dei ope, quantum se credat accipere; nec sit quod omnipotens præstare non possit, nisi si accipientis fides caduca defecerit.

## C A P. XI.

Ante prædictum esse, quod nos mundus odio habiturus esset, & quod persecutiones aduersum nos excitaret, & quod nihil nouum Christianis accidat, quando

ab initio mundi boni laborauerint, & oppressi atque occisi sint iusti ab iniustis; Dominus in Euangelio præmonet & prænuñciat, dicens: **Si** mundus vos odit, scitote quoniam me primò odit. Si de mundo essetis, mundus quod suum esset amaret: sed quia de mundo non estis, & ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. **Mementote** sermonis quem dixi vobis: Non est seruus maior domino suo: Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Et iterum: **Veniet** hora vt omnis qui vos occiderit, putet se officium Deo facere: sed hoc facient, quoniam non cognouerunt patrem, neque me. **Hæc** autem locutus sum vobis, vt cum venerit hora, eorum memores sitis, quia ego dixi vobis. Et iterum: Amen amen dico vobis, quoniam vos plorabitis & plangetis, sæculum autem gaudebit: vos tristes eritis, sed <sup>45</sup> tristitia vestra in lætitiã veniet. Et iterum: **Hæc** locutus sum vobis vt in me pacem habeatis, in sæculo autẽ <sup>46</sup> pressuram habebitis: sed fidite quoniam ego vici sæculum. Et cum à discipulis suis interrogaretur de signo aduentus sui & consummationis mundi, respondit & dixit: <sup>47</sup> **Cauete** ne quis vos fallat, multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus; & multos fallent. Incipietis autẽ audire bella & auditus bellorum: videte, nolite tumultuari: oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. <sup>48</sup> **Exsurgit** enim gens super gentem, & regnum super regnum; & erunt fames & terræmotus & pestilentia: per singula loca omnia autem ista <sup>49</sup> initia parturitionum sunt. Tunc tradent vos in pressuram, & interficiet vos; & eritis odibiles omnibus gentibus proptet nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicẽ tradent & odient inuicem. Et multi pseudoprophetae exsurgent & seducent multos: & eo quod facinus abundet, refrigescet charitas multorum. **Qui** autem tolerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur Euangelium istud regni per totum orbem terræ in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Cum ergo videritis abominationem vastationis, quæ dicta est per Danielelem Prophetam, stantem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes; & qui in tecto est, nõ descēdat tollere quidquam de domo; & qui in agro est, non conuertatur retro auferre vestimentum suum. **Væ** autem prægnantibus & nutrientibus in illis

illis diebus. **Orate** autem ne fiat fuga vestra hieme, neque sabbato. **Erit** enim tunc pressura magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque nunc, sed neque fiet: & nisi breuiati essent dies illi, non esset salua omnis caro; propter electos autem breuiabuntur illi dies. **Tunc** si quis dixerit vobis: ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere. **Surgent** enim pseudochristi, & pseudoprophetae & dabunt signa magna, & prodigia, ad errorem faciendum si fieri potest etiam electis. Vos autem caute, ecce prædixi vobis omnia, si ergo dixerint vobis: **Ecce** in solitudine est, nolite exire; ecce in cubiculis, nolite credere. <sup>50</sup> **Sicut** enim corrufcatio exit ab oriente, & apparet vsque ad occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. <sup>51</sup> **Vbi** fuerit corpus, illuc colligentur aquilæ. Continuo autem post pressuram dierum illorum <sup>52</sup> sol tenebrescet, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum mouebuntur. Et tunc apparebit signum filij hominis in cælo, <sup>53</sup> & lamentabuntur omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute magna & claritate. Et mittet angelos suos cum tuba magna. Et colligent electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad summities eorum. **Nec** noua aut repentina hæc sunt quæ nunc accidunt Christianis, cum boni semper & iusti, & Deo innocentia lege ac veræ religionis timore deuoti, per pressuras & iniurias, & graues ac multiformes <sup>54</sup> infestationum poenas angustii itineris difficultate gradiantur. Sic in origine statim mundi Abel iustus à fratre primus occiditur: & Iacob fugatur, & Ioseph venundatur: & Dauid misericordem Saul rex persequitur, & Heliam maiestatem Dei constanter ac fortiter asserentem rex Achab opprimere conatur. Zacharias sacerdos interficitur in medio templi & altaris, vt illic hostia ipse fiat, vbi Deo hostias immolabat. Tot denique martyria iustorum sæpe celebrata, tor edita in posterum fidei & virtutis exempla. **Tres** pueri, Ananias, Azarias, Misahel, ætate compares, dilectione concordēs, fide stabiles, virtute constantes, flammis ac poenis virgibus fortiores, soli se Deo seruire, solum nosse, solum colere proclamant dicentes: Nabuchodonosor rex, non opus est nobis de hoc verbo respondere tibi. <sup>55</sup> **Est**

enim Deus, cui nos seruimus, potens nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis rex liberabit nos. Et si non, notum sit tibi, quia diis tuis non seruimus, & statuum auream quam statuisti, non adoramus. Et Daniel Deo deuotus, & sancto spiritu plenus exclamat & dicit: **Nihil** colo ego nisi Dominum Deum meum, qui condidit cælum & terram. Tobias quoque sub regali licet ac tyrannica seruitute, sensu tamen ac spiritu liber, confessionem suã Deo seruat, & virtutem maiestatemque diuinam sublimiter prædicat, dicens: **Ego** in terra captiuitatis meæ confiteor illi, <sup>56</sup> & ostēdo virtutem eius in natione peccatrice. **Quid** verò in Machabeis septem fratres & nataliū pariter & virtutum sorte consimiles <sup>57</sup> septenarium numerum sacramento perfectæ consummationis implentes: sic septem fratres in martyrio coherentes, vt primi in dispositione diuina <sup>58</sup> septem dies annorum septem millia continētes; vt septem spiritus & angeli septem qui assistunt & conuersantur ante faciem Dei, & lucernæ septiformes in tabernaculo martyrij, & in Apocalypsi septem candelabra aurea, & apud Salomonem columnæ septem, super quas ædificauit domum sapientia: ita & istic septem fratrum numerus, ecclesias septem numeri sui quantitate complexus, secundum quod in primo Regnorum libro legimus, sterilem septem peperisse. Et apud Esaiam: **Septem** mulieres vnum hominem apprehendunt, cuius inuocari super se nomen exposcunt. Et Apostolus Paulus qui huius legitimi numeri & certi meminit, ad septem ecclesias scribit. Et in Apocalypsi dominus mandata sua diuina, & præcepta cælestia ad septem ecclesias, & earundem angelos dirigit, qui nunc istic in fratribus numerus inuenitur, <sup>59</sup> vt consummatio legitima compleatur. **Cum** septem liberis planè copulatur & mater origo & radix, quæ ecclesias septem post modum peperit, ipsa prima & vna <sup>60</sup> super Petrum domini voce fundata. **Nec** vacat quod in passionibus sola cum liberis mater est. **Martyres** enim qui se Dei filios in passione testantur, iam non nisi Deo patre censentur; sicut in Euangelio dominus docet, dicens: **Ne** vocaueritis vobis patrem super terram, vnus est enim pater vester qui in cælis est. **Quæ** verò ediderunt confessionum præconia, quàm præclara quàm magna documenta fidei præbuerunt? **Rex**



2. Mach. 7

Antiochus infestus, immo in Antiocho antichristus expressus, ora martyrum gloriosa & spiritu confessionis inuicta contagio suillæ carnis maculare quærebat, & cū flagellis grauius verberasset, ac nihil promouere potuisset, farragines iussit igniri: quibus ignitis & accensis, eum qui primus locutus fuerat, & magis<sup>61</sup> regem virtutis & fidei constantia prouocauerat, admoueri præcepit & frigi, producta &<sup>62</sup> ex secula prius lingua, quæ confessa Deum fuerat: quod martyri gloriosius contigit; lingua enim confessa nomen Dei, prior ad Deum debuit ipsa proficisci. Post in secundo excoGITATIS acrioribus pœnis, antequam cætera membra torqueret, cutem capitis cum capillis detraxit, odio scilicet certo. Nam cum caput viri Christus sit, & caput Christi Deus; qui caput laniabat in martyre, Deum, & Christum persequebatur in capite. At ille in martyrio suo fidens, & resurrectionis sibi præmium de Dei remuneratione promittens exclamauit & dixit: Tu quidem impotens ex hac præsentia vita nos perdis; sed mundi rex defunctos nos pro suis legibus in æternam vitam resurrectionem suscitabit. Tertius linguam postulatus cito protulit: nam pœnam linguæ excelandæ iam didicerat à fratre contemnere; manus quoque amputandas constanter extendit, multum beatus genere isto supplicij, cui contigit extensis ad pœnam manibus passionis dominicæ instar imitari. Nec non & quartus pari virtute tormenta contemnens, & ad retundendum regem cœlesti voce respondens exclamauit & dixit: Potius est ab hominibus morti datos expectare spem à Deo<sup>63</sup> iterum ab eo suscitandos in vitam æternam: tibi enim resurrectio ad vitam non erit. Quintus præter quod carnificinam regis, & duos variolque cruciatus fidei vigore calcabat, ad præscientiam quoque & notitiam futurorum spiritu diuinitatis animatus prophetauit regi, indignationem Dei & ultionem velociter secuturam: Potestatem, inquit, inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis quod vis. Noli autem putare genus nostrum à Deo derelictum esse. Sustine & vide magnam potestatem eius, qualiter te & semen tuum torquebit.<sup>64</sup> Quale illud leuamentum fuit martyri, quam magnum, quam grande solatium, in cruciatibus suis non tormenta propria co-

2. Cor. 11.

gitare, sed tortoris sui supplicia prædicare? In sexto verò non virtus sola, sed & humilitas prædicanda est; nihil sibi martyrem vindicasse, nec confessionis suæ honorem superbis vocibus ventillasse, peccatis potius suis adscripsisse, quod persequutione à rege pateretur; Deo vero dedisse quod postmodum vindicaretur. Docuit esse martyras verecundos, de ultione fidere, & nihil in passione iactare: Noli, inquit, frustra errare: nos enim propter nosmetipsos, hæc patimur peccantes in Deum nostrum. Tu autem ne te existimes<sup>65</sup> impune futurum, aggressus pugnare cum Deo. Admirabilis quoque mater, quæ nec sexus infirmitate fracta, nec multiplici orbitate commota, morientes liberos spectauit libenter, nec pœnas illas pignorum, sed glorias computauit, tam grande martyrium Deo præbens virtute oculorum suorum, quam præbuerant filij eius tormentis & passione membrorum: Cum sex punitis & occisis superesset vnus ex fratribus, cui rex diuitias, & potentatus, & multa pollicebatur, vt crudelitas eius ac feritas vel vnus subacti solatio foueretur, & peteret vt ad filium deiiciendum secū deprecaretur & mater; deprecata est illa, sed vt decebat martyri matrem, vt decebat legis & Dei memorem, vt decebat filios suos non delicate, sed fortiter diligentem. Deprecata est enim, sed vt Deum confiteretur: deprecata est ne à fratribus suis frater in consortio laudis & gloriæ separaretur: tunc se septem filiorum computans matrem, si sibi contingeret filios septem Deo potius peperisse, non sæculo. Armās itaque eum & corroborans, & felicior tunc partu filium generans: Fili, inquit, miserere mei,<sup>66</sup> quæ te in vtero mensibus nouem portavi, & lac triennio dedi & alui, & in atatem istam perduxi. Oro fili, aspicias<sup>67</sup> in cœlū & terram; & omnibus quæ in eis sunt aspectis, intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus: Itaque fili ne timeas carnificem istum, sed dignus fratribus effectus excipias mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Magna laus matris in exhortatione virtutis; sed maior in Dei timore & in fidei veritate, quod nihil sibi aut filio de sex martyrum honore promisit, nec fratrum precem profuturam credidit ad negatis salutem: persuasit potius participem passionis fieri, vt in iudicij die posset cum fratribus inueniri

2. Mach. 6

inueniri. Post hæc liberis suis commoritur & mater, neque enim aliud iam decebat, quam vt quæ martyras pepererat, & fecerat, in consortio illis gloriæ iungeretur; & quos ad Deum præmiserat, ipsa quoque sequeretur.<sup>68</sup> Ac ne quis vel libelli, vel alicuius rei oblata sibi occasione qua fallat, amplectatur decipientium malum munus; nec Eleazarus tacendus est, qui cum sibi à ministris regis offerretur facultas; vt accepta carne qua liceret sibi vesci, ad circumueniendum regem simularet se illa edere, quæ de sacrificiis atque illicitis cibis ingerebantur; consentire ad hanc fallaciam noluit, dicens nec ætati suæ; nec nobilitati conuenire id fingere, quo cæteri scandalizarentur, & in errorem inducerentur, existimantes Eleazarum nonaginta annos natum ad alienigenarum morem, relicta & prodita Dei lege transisse: nec tanti esse lucrari breuia vitæ momenta, vt offenso Deo incurreret æterna supplicia. At ille excruciatu diu, & in extremo iam constitutus, cum inter verbera & tormenta moreretur, ingemiscens ait: Domine qui sanctam habes scientiā,<sup>69</sup> manifestum est, quia cum possem à morte liberari, durissimos dolores corporis tolero flagellis vapulans; animo autem propter tui ipsius metum libenter hæc patior. Sincera prorsus fides & virtus integra ac satis pura, non regem Antiochum cogitasse, sed Deum iudicem; & scisse proficere sibi ad salutem non posse, si hominem derideret ac falleret; quædo deus qui conscientia nostræ iudex est, & solus timendus est, nec derideri possit omnino nec falli. Si igitur & nos dicamur ac deuoti Deo viuimus, si supra iustorum antiqua & sancta vestigia iter facimus: per eadem documenta pœnarum, per eadem passionum computantes temporis nostri, quod cum vetera exempla numerentur, exuberante postmodum copia virtutis ac fidei, numerari non possunt martyres Christiani; testate Apocalypsi & dicente: Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu & populo & lingua, stantes in conspectu throni, & agni: & erant<sup>70</sup> amicti stolas albas, & palmæ fuerunt in manibus eorum, & magno clamore dicebant: Salus deo nostro sedenti super thronum, & agno: & respondit vnus ex senioribus dicens mihi: Hi qui amicti

Apost. 7.

sunt stolas albas, qui sunt, & vnde venerunt? Et dixi ei: Domine mi tu scis: & ait mihi: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni: propter hoc sunt in conspectu throni Dei,<sup>71</sup> & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Quod si tantus ostenditur & probatur Christianorum martyriū populis; nemo difficile vel arduum putet esse martyrem fieri, quando videat martyrum populum non posse numerari.

## CAP. XII.

Quæ spes: & merces maneat iustos & martyras post conflictationes huius temporis & passiones, per Salomonem<sup>72</sup> Spiritus sanctus ostendit & præcauit, dicens: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immortalitate plena est. Et in paucis vexati, in multis benè disponuntur: quoniam deus tentauit illos, & inuenit illos, dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, &<sup>73</sup> quasi holocausta hostiæ accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus eorum in perpetuum. Item apud eundem vindicta nostra describitur; & persequentium nos atque infestantium pœnitentia prædicatur, Tunc stabunt, inquit, iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum: videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes inter se,<sup>74</sup> pœnitentiam agentes, &<sup>75</sup> præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quo modo ergo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est? Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Lassati sumus in iniquitatis via & perdicionis, & ambulauimus solitudines difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia: aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam umbra. Item in psalmo 115. pretium & merces passionis ostenditur: Pretiosa est, inquit, in conspectu Domini mors sanctorum eius. Item in psalmo 125. tristitia conflictationis, & lætitia retributionis exprimitur. Qui seminât, inquit, in lachrymis, in gaudio me-

Sap. 3.

Ibid. 5.



tent. Ambulantes ambulabant & flebant, mittentes semina sua: <sup>77</sup>venientes autem venient in exultatione portantes gremia sua. Et iterum in psalmo 118. Beati qui immaculati sunt in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui percrutatur martyria eius, in toto corde <sup>78</sup>exquirunt eum. Item Dominus in euangelio, vltor ipse persecutionis nostrae & remunerator passionis: Beati, inquit, qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam, quia ipsorum est regnum caelorum. Et iterum: Beati eritis cum odio vos habuerint homines, & separauerint vos, & expulerint, & maledixerint nomini vestro, quasi nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in caelis. Et iterum: Qui perdidit animam suam propter me, <sup>79</sup>hic saluabit illam. <sup>80</sup>Nec solos animaduersos & interfectos diuinæ pollicitationis manent praemia, sed etiam si ipsa passio fidelibus desit, fides tamen integra atque inuicta persistit, & contemptis ac relictis suis omnibus Christum se sequi Christianus ostenderit, ipse quoque a Christo inter martyras honoratur, pollicente ipso & dicente: Nemo est qui relinquat domum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem venturo vitam aeternam. Item in Apocalypsi hoc idem loquitur: Et vidi, inquit, animas occisorum propter nomen Iesu & sermonem Dei, & cum primo in loco posuissent occisos, addidit dicens: Et quicumque imaginem bestiae non adorauerunt, nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua; quos viueros a se in eodem loco simul vivos coniungit & dicit: & vixerunt & regnauerunt cum Christo. Viuere omnes dicit & regnare cum Christo, non tantum qui occisi fuerint, sed & quique in fidei suae firmitate, & Dei timore perstantes, imaginem bestiae non adorauerint, neque ad fucina eius & sacrilega edicta consenserint. <sup>81</sup>Plus nos accipere in passionis mercede, quam quod hic sustinemus in ipsa passione, probat beatus apostolus Paulus: qui dignatione diuina usque in tertium caelum atque in paradysum raptus, audisse se <sup>82</sup>in enarrabilia verba testatur, <sup>83</sup>qui oculata fide Iesum dominum vidisse se gloriatur, qui id quod & didicit & vidit, maiori conscientiae veritate proficitur. Non sunt, in-

Math. 5.

Luc. 9.

Marc. 10.

Apoc. 20.

2. Cor. 12.

1. Cor. 9.

quit, condignae passionis huius temporis ad superuenturam claritatem, quae teulabitur in nobis. Quis ergo non omnibus viribus elaboreret ad tantam claritatem peruenire, ut amicus dei fiat, ut cum Christo statim gaudeat? ut post tormenta & supplicia terrena, praemia diuina percipiat? Si militibus saecularibus gloriosum est, ut honeste deuicto redeant in patriam triumphantes: quanto potior & maior est gloria, victo diabolo ad paradysum triumphantem redire, & vnde Adam peccator eiectus est, illuc prostrato eo <sup>84</sup>qui ante deiecerat, trophaea victoria reportare? offerre Deo acceptissimum munus, incorruptam fidem, & virtutem mentis incolumentem, laudem deuotionis illu stremitate comitari eum, cum venire coeperit, vindictam de inimicis recepturus; lateri eius assistere, cum sederit iudicaturus: cohaerere Christi fieri? angelis adaequari? cum patriarchis, cum apostolis, cum prophetis caelestis regni possessione laetari? Has cogitationes quae persecutione potest vincere, quae possunt tormenta superare? Durat fortis & stabilis religiosus meditationibus fundata mens: & aduersus omnes diaboli terrores & minas mundi, animus immobilis perstat, quem futurorum fides certa & solida corroborat. Clauduntur oculi in persecutionibus terrae, sed patet caelum: minatur antichristus, sed Christus tuetur: mors inferitur, sed immortalitas sequitur: occiso mundus eripitur, sed restituro paradysus exhibetur: vita temporalis extinguitur, sed aeterna reparatur. Quanta est dignitas & quanta securitas, exire hinc laetum, exire inter pressuras & angustias gloriosum; claudere in momento oculos, quibus homines videbantur & mundus, & aperire eosdem statim ut Deus videatur & Christus? Tam feliciter migrandi, quanta velocitas? terris repente subtraheris, ut in regnis caelestibus reponaris. Haec oportet mente & cogitatione complecti, haec die ac nocte meditari. Si talem persecutio inuenerit Dei militem, vinci non poterit virtus ad praedium prompta. <sup>85</sup>Vel si accersitio ante praueuerit, sine praemio non erit fides, quae erat ad martyrium praeparata. Sine damno temporis merces iudice Deo redditur: in persecutione militia; in pace, conscientia coronatur.

Rom. 8.

A D N O

### ADNOTATIONES IN librum ad Fortunatum, de exhortatione Martyrij.

Praefa.

1. Desiderasti Fortunatae charissime] *Fortunati duo scribunt cum Cypriano epistolam supra 84. & 53. epistola scripta est ad Fortunatum & alios quosdam. Infra quoque in Synodo Carthaginiensi sententiam dicit Fortunatus a Tuccabari. Confirmat itaque etiam hoc dictam sententiam nostram de Cypriano huius libri auctore; quod plures eo tempore fuerint eius nominis Episcopi in Africa. Atque adeo contrario nihil obstat, quod Fortunatus unus D. Hilario familiaris fuerit, vitamque filiae eius descripsit.*

2. quam ut commissum, &c. praeparamus] *Uterque Ms. quam commissum, &c. praeparate.*

3. in stadio coronabitur] *Afflig. cod. quomodo in stadio, alij quidam teste Morel. num in stadio? ut sit interrogatio.*

4. Sex milia annorum iam penè complentur] *Rectius sic cum Ms. Grau. & Manut. quam alij excussi: plene. Tantum enim abest, ut plene etate Cypriani completa fuerint sex annorum milia, ut etiam iuxta Eusebium D. Augustini, Orosii & Severi Sulpitij computum, annus passionis eius qui a Christo nato fuit 259. non nisi 5457. fuerit aut circiter. Iam si Hebraeorum Philonis, D. Hieron. & Bedae computum spectes, non plures a mundo condito anni erant elapsi quam 4207. utpote qui annum natiuitatis Iesu faciunt duntaxat 3932. Penè compleri itaque dixit sex milia annorum eo quod 5000. iam praeterissent, saltem secundum 70. interpretes, quorum translatio tunc in usu erat. Discrepancia autem inter 70. & Hebraicam veritatem illa est Gen. 5. & 12. c. quod ubi haec centum annos patriarchis illis primis attribuit, illi 200. plerumque legunt. Verbi gratia, ubi Hebraei & nostri codices hodie legunt Gen. 5. Vixit autem Adam centum & 30. annos, legebant 70. Vixit autem Adam ducentos & 30. annos. Vide D. Hieronym. qu. Hebraic. in Gen. & D. August. libro 15. de ciuit. Dei a. c. 10. usque ad 15. & 10. item lib. 18. c. 10.*

5. Christi vestigijs adhaerens] *Hoc ex Camb. cod. substitutum, pro eo quod alij duntaxat: Christo adhaerens.*

6. tractatum meum] *Hinc rursus confirmatur mea sententia, tum tractatus tum libros potius intitolari debere quam epistolas huius generis scripta.*

7. vtilitate maiore] *Sic rectè cum Ms. Manutius; pro eo quod alij: vtilitate multorum; habet certe & Ms. nostri omnem hanc periodum.*

8. pro habitudine staturae] *Afflig. pro habitudinis statura.*

9. Illa sint militaris tubae hortamenta] *Suspicio vitio operarum legi apud Manutium: turbæ, quum & Ms. Cambron. & ceteri excussi omnes prius legant. Longè aliter Afflig. cod. Illa sint militiae dominicae ornamenta, illa pugnantis clarifica, sed non rectè. Supra tamen est eandem varietatem alicubi reperire, inter hortamenta & ornamenta.*

10. baptisma in quo Deus & Christus eius exultant] *Omissa haec a Manutio, ex Ms. nostris denuo restitutum. Agit autem de Baptismo martyrij, de quo supra latius epistola ad Inbanium.*

11. Ac ne expauescat quis] *Affligiensis codex. Titulus quifquis. cap.*

12. Et quod plus accepturi sumus] *Praemittunt hic Grauius & Manutius numerum xij. atque adeo & in calce huius libri 13. capita constituunt. Verum rectè adnotauit Morelius, refutari Ms. cod. & id quod praemittitur: In nouissima parte.*

13. ostenditur in psalmo cxlij.] *Adiucimus recens: ostenditur, ex Affligiensis cod. pro quo coniecerat Costerius legendum: habes, alioqui certe locus erat mutulus. cap. 1.*

14. opera manuum hominum] *Voces: opera, & paulopost: fiant, substitutum ex utroque Ms. cod. pro eo quod legebatur: opus &: sint, nam illud legitur apud 70. Graecè & Latine; apud Chrysost. quoque & D. Aug. in comment. quare & infra Test. lib. 3. c. 59. restitutum: opera.*

15. quoniam ipse quidem vixit] *Morelius. viuit, sed prius conuenit voci Graecae: ἐζησεν.*

16. rectores orbis terrarum] *Recens haec adiucimus ex utroque Ms. praetermissa ab excussis omnibus. Graecè enim & Latine leguntur, & infra Testimon. libri tertij cap. 59.*

17. intelligant ab ipsis] *Tres Morelij cod. attendant, Graecè est: νοησέτωσαν, vox utrumque significans, loco vero iam citato prius illud legitur.*

18. Quod Deus solus colendus sit, scriptum est in Deuteronomio Dominum Deum tuum, &c. Item in Exodo: Non erunt] *Legitimum esse hanc Grauij & Morelij lectionem, patet ex locis scripturae citatis. Ex Remboldi codice contigit corrupta illa transpositio, & in vulg. exc. desiderabatur: scriptum est, quod habent tamen Ms. cap. 2.*

19. Non erunt tibi dii alij absque me] *Afflig. & alij quidam: praeter me, sed prius habes etiam supra ad Demetrianum.*

20. Videte, videte quia ego sum] *Rectè Morelius eandem vocem bis repetit. nam Graecè est: ἴδετε, ἴδετε.*

21. & super omnes nationes] *Placet hoc magis, quam quod habet Manutius: per, Graecè enim est: ἐπί.*

22. Metuite potius Deum] *Afflig. Timete, Camb. cum Grauij in margine: Seruite. Vox graeca est eadem hic & in illo Deuter. 6. supra citato: Dominum Deum tuum adorabis.*

23. Legitur in Exodo] *Vocem: Legitur, adiucimus ex quodam Morelij cod. Eclipsis est alioqui. cap. 3.*

24. & nunc si dimittis illis delictum, dimitte] *cap. 4. Omisimus cum Ms. & Morel. vocem: grande, quod neque in Bibliis reperitur, neque supra libro de lapsis.*

25. Item in Regnorum primo] *Placet magis haec Ms. & Morelij lectio quam vulg. Regum, eo quod eodem modo legat Cypri. libro de Eleem. & Orat. & alibi plerumque, imitatus in hoc Tertullian. librum aduersus Iudeos.*

26. Eamus & seruiamus diis alijs] *Ita Manut. cap. 5. rectius meo iudicio quam ceteri: alienis, tum hic tum postea, eo quod ita etiam ter legat Tertull. in Scorpiaco, quem hic ferè ad verbum imitatur. Vox Graeca est: ἑτεροίς. Superfluum est autem quod interserunt tres Mor. cod. & videamus, neque enim id habent aut Graeci aut Latini cod.*

27. Quod si ante aduentum Christi] *Quum hic aperte doceat de idololatriis sumendum supplicium, satis per-*



tet non esse alienum ipsum à punitioe hereticorum. Perum de hoc supra latius epistola ad Antonianum. Hoc loco sufficiat quod habet Tertullian. initio Scorpiaci: Ad officium hereticos compelli, non illicit, dignum est. Duritia vincenda est, non suadenda. Quippe cum eum locum imitari hic Cyprianum, satis colligatur ex iisdem utrobique scripturis.

cap. 6.

28. Si negaueritis] siue sic legamus cum vulg. & Chrysof. interprete ac Ms. siue: negabimus, cum Manutio & interprete theophilact. siue: negamus, cum ceteris excusis: & Ambrosio in comment. perinde est.

29. Qui diligit patrem aut matrem super me] Etiam hic parum refert, siue hoc legas cum Ms. Man. & Morel. siue cum aliis excusis: plus quam me. utrumque enim significat vox Græca: ὁ πατήρ. Alia est ratio de lectione Affligien. cod. & Grauij: non est meus discipulus, pro eo quod alij 2. loco. nō est me dignus. Hoc enim & Græcè & Latine utrobique apud Math. legitur.

30. an fames] Et si id non habeant Ms. legendum tamen patet ex epistolis supra 8. & 26. & hinc confirmatur illud: victimæ pro eo quod hic Morel. solus: occisionis, quum autem longè aliter hanc scripturam citet Hilarius in Psal. 118. vel hanc scriptura conuincit, illius non esse hoc opus.

cap. 7.

31. Melius est nobis seruire Aegyptiis] Ita Manut. cum vulgata editione Latina. Ms. vero & alij excusi: melius erat, neutri malè. Rursus autem in sequentibus confirmat, quod de Renunciatioe in baptismo diximus epistola 9.

cap. 8.

32. Dominus vobiscum est] Ex hac scriptura, sumpta est vilitatissima illa sacrificij missæ clausula: Dominus vobiscum, quam reperire est non modo apud Latinos, sed & in Græcorum Liturgiis. Existat ea de re liber in speculo antiquæ deuotionis.

33. verè discipuli mei estis] Ita Manut. Morel. & Cambron. cod. Afflig. verò cum excu. & supra alicubi auctor: critis.

34. quando reuertatur à nuptiis] Cyprianus supra libro de unitate Ecclesie, & hic Morel. legitur: quando veniat, sed Ms. cum aliis exc. illud legunt, & consonat voci Græcæ ἀναβύει. Ex iisdem Ms. substituitur: beati, pro eo quod erat: felices, quod alibi sic legat Cyprianus.

35. vnus tamen accipit palmam] sic alibi quoque supra Cypri. quomodo & illud: vt occupetis. Quare non placet quod teste Morelio quidam legunt: coronam, alij: brauium, aut quod ipse legit: apprehendatis, seu quod Affligien. cod. comprehendatis. Eadem ratione placet vt legatur: incorruptam: non quod habet Afflig. incorruptibilem. Legi quoque debere: Agonizat, non: Agonizatur, ibidem diximus.

36. Nemo militans Deo obligat se] Ex Ms. substituitur: obligat, pro eo quod erat: implicat, sed de hoc latius supra epistola ad Furnitanos.

37. rationale obsequium vestrum] Hoc hic adicit Cambron. cod. Afflig. quoque, praterquam quod legat: ministerium, sed nolimus in textum inserere, quod id supra non legat auctor epistola 77.

38. Scribe hoc vt sit memoria in libro] Ita Manut. Afflig. verò: Scribe hoc in libro vt sit in memoriam, Cambro. Scribe hoc in libro vt sit memoriale; vulgatus interpres & vnus Morel. Scribe

hoc in memoriam in libro; ceteri excusi: Scribe hoc vt sit in memoria. Perinde est. Græcè est: εἰς μνήμην σου ἔγραψα.

39. delectioe delectam] Affligien. cum excusis: delecto, sed prius est Cyprianicè & habet Manutius cum Cambro.

cap. 9.

40. Charissimi nolite mirari ardorem accedentem vobis] Cambron. nolite tentari ardore accedente. Perum prius partim habet Affligien. & supra Cypri. epistola 56. nec vox Græca γινώσκω permittit, vt vertatur: accedentem, quod habet Affligien. Si autem vt habet titulus huius capituli, persecutiones fiant vt probemur; non ergo semper vt puniamur.

41. Isti in curribus & isti in equis] Cum Grauij cap. 10. & Morel. ex Ms. adieciimus: in curribus & isti, legitur enim & Græcè & Latine in Psal. 19.

42. Vnam petij à domino hanc requiram] Ex Ms. nostris denuo hanc lectionem restituitur, pro eo quod legunt Grauius & Manut. Vnum, hoc exquiram. Et si enim Hebraicè postremum hoc legatur vel D. Hiero. teste in comment. illam tamen esse veram lectionem 70. patet, tum ex vocibus Græcis ἕνα & τὸν αὐτόν. tum ex D. Augustin. qui in comment. diuersis verbis dicit legi hunc locum in feminino. Nulli autem dubium, quum 70. edit. sequatur auctor. Legunt etiam Ms. cum D. Aug. ommissa particula: per, ad verbum ex Græco: omnes dies vitæ meæ, pro quo Morel. omnibus diebus.

43. cui non poterunt resistere] Manut. non possunt, sed prius etiam legitur epistola supra 77.

44. & quis fecit mutum & quis surdum] Cambro. cod. legit: mutum & loquentem, surdum & audientem; sed neque apud Hebr. neque apud 70. aliud quam prius illud legitur.

cap. 11.

45. sed tristitia vestra in lætitiā veniet] Afflig. & quidam Morel. vertetur in gaudium, seu lætitiā, Perum prius legitur supra lib. de Mortal. nec dissentit quod Græcè legitur εἰς χαρὰν γινώσκεται.

46. præsuram habebitis] Ex Afflig. cod. adieci: habebitis, quia id legitur etiam lib. de Patientia, & ita Græcè quàm Latine apud Ioan.

47. Cauere ne quis vos fallat &c.] Hæc more suo Cypri. ex tribus Euangelistis in vnā sententiā colloquit. Rursus autem plurimū discrepat translatio quam hic sequitur, à translatione quam sequitur Hilari. in comment. in Math.

48. Exsurgat enim] Hoc ex Ms. pro eo quod erat: autem, ita cum & Marth. & Marcus.

49. initia parturitionum] Expressit significationem vocis Græcæ ἀρχαῖων; pro eo autem quod legitur: prefuram, habet Afflig. tribulationem; & pro: vultationis, legit: desolationis; sic pro; nutritibus, legit Cambronensis: nutricantibus, & Grauius: lactentibus. Rursus pro: non esset salua, Affligien. non fieret salua, Grauius. non liberaretur. Item pro: prodigia, quod legit etiam Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem; vterque Ms. & Graui. in margin. portentia.

50. Sicut enim coruscatio exit ab occidente] Omnis cum Afflig. cod. vocem: quæ, interpositam, quod non reperitur apud Math. Legit idem cod. fulgur, & penetrat in occidentem.

51. Vbi fuerit corpus] Perq; Ms. cadauer, sic & Graui. significat idipsum vox Græca: τὸ σώμα, nolui tamen re-

men temere vulgatam lectionem immutare.

52. sol tenebrefcet] Cambro. tenebricabit, Graui. tenebricabitur, Afflig. contenebrabitur.

53. & lamentabuntur] Ms. quidem & excu. adiungunt: se, sed id apud Matt. neque Græcè neque Latine legitur; tamen mihi videtur alibi legere Cyprianus: plangent se, illud autè: cum tuba magna, recte substituerunt Graui. & Manut. ex Ms. pro eo quod erat: virtute magna & claritate & cum turba magna.

54. infestationum pœnas] Non male Graui. infestationum pœnas, sed prius ad phrasin Cypri. pertinet. Est enim Deus &c.] Quum frequentiss. citetur hæc scriptura à Cypriano, sic legant Ms. non est genuini quod alij legunt: Etenim Deus &c. potès est, Eadem ratione substituitur: liberabit, pro eo quod erat: Liberare, ac: Et si non, pro eo quod erat: Quod si noluerit, præsertim quum Græcè sic legatur hæc omnia.

56. & ostendit virtutem eius] Etiam hoc ex Ms. castigauimus pro eo quod erat: ostendam, nam Græcè legitur δεικνύω.

57. septenarium numerum sacramento perfectæ consummationis implentes] Simile de septenario locum sed non tam amplam, habes infra lib. Testi. 1. ca. 20. ubi easdem scripturas eodem stilo producit; qui præterea de hoc scripserunt auctores, ex D. Hiero. in argumento diximus. Atqui perfectionem huius numeri deducit D. Aug. qu. in Dent. 42. & latius lib. 11. de ciuit. Dei. ca. 30. Totus (inquit) impar primus numerus ternarius est, totus par quaternarius, ex quibus duobus septenarius constat. Ideo pro vniuerso sepe ponitur &c. Quæ eadem ratione commendat huius numeri perfectionem Macrobius lib. in somnium Scipionis. De eodem etiam Gellius li. 3. Hilarius vero de eodem agit paucis in die. laudem dixi tibi; sed stilo ab hoc libro longe diuersissimo.

58. septem dies septem annorum milia continent] Quid sibi velit non satis intelligo, nisi eius fuerit sententia, in qua se aliquando fuisse fatetur D. Aug. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 7. quod sex annorum milibus tanquàm sex diebus impletis, sequeretur veluti sabbati septimus in annis mille postremis, ad hoc scilicet resurgentibus sanctis. Quæ esset vicinque tolerabilis (inquit) si aliqua delicta spiritales in illo sabbato affuturæ sanctis, per damini præsentiam crederentur. Perum neque hæc probatur opinio, utpote quæ ad Chilias accedat quàm proxime; qui hoc solo differunt, quod carnales delictas illo sabbato somnient (inter quos fuerunt Latini Tertul. Lactantius, Victorinus, Seuerus, & Græci Papias, Iustinus, Irenæus & Apollinarius) & improbat D. Hieronimus præfat. lib. 18. in Esaiam. & in cap. 17. Ezech. & Catal. de virg. illustr. Neque etiam satis certa est opinio de duratione mundi ad sex annorum milia duntaxat, quam loc. cit. sequi videntur D. August. & D. Hieron. in illud Psal. 89. Quoniam mille anni ante oculos tuos sicut dies besterna. Quinimo refutatur ab ipso eodem D. August. lib. 18. de ciuitate Dei ca. 53. & diuersis verbis in dictum Psal. 89. ubi quantum apparet alludens ad verba D. Hieron. Ausi sunt (inquit) homines præsumere scientiam temporum, quod scire cupientibus discipulis (Act. 1.) dominus ait: Non est vestrum scire tempora quæ pater posuit in sua potestate, & desinuerunt hoc seculum sex annorum milibus tanquàm sex

diebus posse finire, nec attenderunt quod dictum est: Tanquam dies vnus qui præterit. Non enim quando dictum est, soli mille anni præterierant &c. Latius idipsum sit à Ven. Beda li. maiori de temporum ratione cap. 66. Neque vera quicquam conuincit quod citat D. Hieron. ex 2. epistola Petri 3. ca. Dies vna apud Deum quasi mille anni, & mille anni quasi vnus dies. Alioquin enim sibi contradiceret ipse Petrus, paulo post subiungens: Adueniet autem dies domini sicut fur, sed hoc significare Apostolum recte docet Beda in comment. quod in cognitione diuine virtutis & præterita & futura & præsentia equaliter consent. Si autem iam olim reprobata sit à tantis viris hæc opinio, multo magis explodendum commentitium illud Elie non propheta sed Rabbinis, de sex annorum milibus vaticiniū, quo hodie plerique utuntur in suis Chronicis.

59. vt consummatio legitima compleatur] soli Manut. & Morel. impleatur.

60. super Petrum domini voce fundata] Recte sic cum Manut. & Graui. Ms. frequentissimum est enim hoc Cypriano, vide epistolam L V.

61. regem &c. pronoucauerat] siue hoc legas siue cum Cambron. iram regis, perinde est.

62. exlecta prius lingua] Orthographiā hanc Manutij confirmant Ms. antea erat in exc. exlecta, pessime.

63. iterum ab eo suscitandos in vitam æternam] illud: in vitam æternam, neque Ms. legunt, neque aut Græca aut Latina exemplaria.

64. Quale illud leuamentum fuit martyri] Ms. hæc lectio placet præ vulgata: martirij, eo quod sequitur: cruciatibus suis. Atqui noua vox est: leuamentum.

65. impune futurum] sic rectius Afflig. & exc. ceteri, quam Camb. & Manut. impunitum futurum, est enim Græcè ἀβυσσὸς ἐσθραβει.

66. quæ te in vtero mensibus nouem portauit] Etiam hic mallem lectionem Ms. & Grauij: decem, nisi obstaret & Latinus & Græcus contextus. Est enim visitata ea lectio veteribus tam sacris quàm prophæticis auctoribus. Sic Sap. 7. Sum quidem & ego mortalis homo decem mensium tempore coagulatus: Sic iuxta Ms. cod. Hieron. libro aduersus Heluid. sacri vteris hospitium cuius decem mensibus inhabitator fuit. Ambro. quoque similiter seim. 15. in Psal. 118. item Volustanus Aug. Miror utrum mundi dominus & rector, interierat e femine corpus impleuerit, pertulerit decem mensium longa illa fastidia mater, vbi alludit ad illud Perg. Matri longa decem tulerunt fastidia mensis. Similiter Terentius. Compressu facta est grauida, mensis hic decimus est.

67. in cælum & in terram] Adieciimus ex utroque Ms. vocem; in, hæctenus desideratam, utpote quæ & Græcè & Latine legatur.

68. Ac ne quis vel libelli] De libellis ac libollatis vide epistolam ad Anton. Quum autem frequens sit horum mentio apud Cyprianum, apud Hilarium nulla; etiam hoc conuincit, opus esse Cypriani genuinum.

69. nec Eleazarus tacendus] Ms. vterque: Elcazar, sed prius malo quod Græcè legatur: Ἐλεάζαρος.

70. Manifestum est] Hoc ex Ms. substituitur, pro eo quod erat: manifeste tu scis, eo quod Græcè habeatur: φανερόν ἐστιν.

71. amicti stolas albas] Magis placet tum hic tum paulo post hæc Ms. & Morel. lectio, quàm ceterorum: stolis albis, quia prior phrasis est Cypriana.



72. & fertiunt ei die ac nocte] *Illud die ac nocte desideratur in Ms. nostris & apud Morel. quia tamen Græce legitur, nolui prætermittere.*

cap. 12. 73. Spiritus sanctus ostendit & præcinit] *Manu. præcinit sic & Tertul. alicubi. Ms. tamen prius legunt.*

74. quasi holocausta hostiæ] *Græc. legit cū vulg. interprete: holocausti hostiam, sed prius legunt Ms. tum hic, tum test. lib. 3. ca. 15. & accedit magis ad id quod Græce est ὁλοκαύτωμα θυσίας. quare & supra epistola 81. ita quoque legendum. Rursum autem Salomoni hunc librum ascribit.*

75. penitentiam agentes] *Hoc ex cod. Camb. pro eo quod erat: habentes, nam supra ad Demet. sic legitur.*

76. præ angustia] *Morel. legendum putat: per angustia, eo quod Græce sit: ἀὶδὲ σενοχέειν, sed prius habent Ms. & ex eodem hic tum loco citato, nec repugnat significatio vocis ἀὶδὲ.*

77. venientes autē venient in exultatione, portantes gremia sua] *Demus hoc adiecit ex Ms. omis- sum à Man. quod alibi apud Cyprianum legitur.*

78. exquirunt eum] *Magis placet hæc vulg. exc. lectio, quam Manu. inquirunt, aut Affli. cod. requirunt, quod prior sit Cypriano frequentior.*

79. hic saluabit illam] *Camb. cod. in sæculo isto, in vita æterna inueniet eam, prior scriptura est Luc. 9. posterior Ioan. 12.*

80. Nec solos animaduertis] *Rursum hic de martyris cordis.*

81. Plus nos accipere] *In titulis capitum supradiximus, non debere hic poni ca. 13.*

82. incarrabilia verba] *Adiecit: verba, ex Ms. & quodam Morel. cod. eo quod legitur ab Apostolo.*

83. qui oculata fide Ielum dominum vidisse se gloriatur] *Ita hunc locum restitui ex Camb. & quodam vetustiss. Morel. codice. Quum enim eiusdem epistole ca. 15. dicat Apostolus: Nouissime aut omnium tanquam abortiuo visus est & mihi; non vidit Iesum occulta fide dumtaxat, sed & oculata fide, id est, per apparitionem ocularem.*

84. qui ante deiecerat] *Etiã hunc tanquam significantiorem substituiimus ex Affli. cod. pro eo quod a- ly: deceperat.*

85. Vel si accessio ante præuenit] *Rursum cum exc. sic legit Ms. quare non placet quod habet in margin. Grauius: arcescitio.*

## TESTIMONIORVM LIBRI tres ad Quirinum.

### ARGVMENTVM IN TRES LIBROS SEQVENTES.

**N**ihil aliud integris hisce tribus libris agit Cyprianus, quam quod ad vitam Christianæ institutionem & eruditionem scripturarum testimonia in certa aliquot capita congerat. Quorum primus & secundus peculiariter aduersus Iudæos conscripti sunt, tertius magis ad vitam instructionem pertinet. Latius argumentum ex utraque præfatione & ca-

pitulorum indicibus colligere est. Mirari autem factus nequeo Erasmi de his libris censuram, qua sibi probabilis esse dicit non esse Cypriani; præsertim quum fateatur, in præfatione stilii eius esse, & in cæteris stilii exercere nequiuert, non aliud quam scripturarum pa. V. d. ay congerens. Certe D. Hiero. Dial. 1. aduersus Pelagianos (quod miror illi non aduertisse, quum scholia conscriberet) D. Aug. lib. 4. contra duas epistolas Pelagianorum, ca. 8. & 10. Gennadius in catal. de Pelagio, & Beda Retract. in c. 3. Act. disertis verbis horum librorum mentionem faciunt Quorum D. Aug. Cyprianum (inquit) Pelagius cū debito certe honore commemorat, ubi testimoniorum librum scribens, eum se asscribit imitari; hoc se dicens facere ad Romanum, quod ille fecerit ad Quirinum. Ex quo loco, et Beda, Testimoniorum ad Quirinum titulo, hoc opus inscripsimus. Neque verò Ms. Camb. Anglicus, & Afflig. neque illorum quisquam: aduersus Iudæos titulum faciunt: nos tamē in duobus prioribus libris eum seruauiimus, quod argumento satis cõgruat. & quod illorum utroque Tertul. imitetur librum de præscriptionibus aduersus Iudæos, & lib. 3. aduersus Marcionem; in postremo reiecitimus. Cæterum Quirinum eum esse putato, cuius faciunt mentionē Martyres ad Cyprianum scribentes, epistolis supra 78. 79. & 80.

## PREFATIO IN DVOS libros priores.

### CYPRIANVS QVIRINO filio salutem.

**O**btemperandum fuit fili charissime desiderio tuo spiritali, impensissima petitione diuina magisteria poscenti, quibus nos Dominus per scripturas sanctas erudire & instituere dignatus est, ut à tenebris erroris abducti, & luce ejus pura & candida luminati, viam vitæ per salutaria sacramenta teneamus. Et quidem sicut petisti, ita à nobis sermo compositus, & libellus compendio breuiante digestus est: ut quæ scribebantur, non copia latiore diffunderem; sed quantum mediocris memoria suggererebat, excerptis capitulis & annexis necessaria quæq; colligerem, quibus non tam tractasse, quam tractantibus materiam præbuisse videamur. Sed & legentibus breuitas eiusmodi plurimum prodest, dum non intellectum legentis & sensum liber longior spargit, sed

git, sed subtiliore cõpendio id quod legitur tenax memoria custodit. Complexus sum vero libellos duos pari æqualitate moderatos. Vnum, quo ostendere enisi sumus; Iudæos secundum quæ fuerant ante prædicta, à Deo recessisse, & indulgentiam Domini quæ sibi iam pridem data, & in posterum pmissa fuerat, perdidisse; successisse verò in eorum locum Christianos fide Dominum promerentes, & de omnibus gentibus ac de toto orbe venientes. Item libellus alius continet Christi sacramentum; quod idem venient, qui secundum scripturas annunciatus est; & gesserit ac perfecerit vniuersa quibus intelligi & cognosci potest, quod ipse sit qui prædictus est. quæ legenti tibi interim profint ad prima fidei linamenta formanda. Plus roboris tibi dabitur, & magis ac magis intellectus cordis operabitur, scrutanti scripturas veteres ac nouas plenius, & vniuersa librorum spiritalium volumina perlegenti. Nam nos nunc de diuinis fontibus impleuimus modicum, quod tibi interim mitteremus. Bibere vberius & saturari copiosius poteris, si tu quoque ad eisdem diuinæ plenitudinis fontes nobiscum pariter potaturus accesseris. Opto te fili charissime, semper bene valere.

### CAPITVLA LIBRI PRIMI.

- 1 Iudæos in offensam Dei grauiter deliquisse, quod dominum dereliquerint, & idola secuti sint.
- 2 Item quod prophetis non crediderint, & eos interfecerint.
- 3 Ante prædictum quod dominum neque cognituri, neque intellecturi, neque recepturi essent.
- 4 Quod scripturas sanctas intellecturi Iudæi non essent, intelligi autem haberent in nouissimis temporibus, posteaquam Christus venisset.
- 5 Nihil posse Iudæos intelligere de scripturis, nisi prius crediderint in Christum.
- 6 Quod Hierusalem perdituri essent, & terram quam acceperant, relicturi.
- 7 Item quod essent amissuri lumen Domini.
- 8 Quod circumcisio prima carnalis euacuata sit, & secunda spiritalis repromissa sit.
- 9 Quod lex prior quæ per Moysen data

est, cessatura esset.

- 10 Quod lex noua dari haberet.
- 11 Quod dispositio alia & Testamentum nouum dari haberet.
- 12 Quod baptisma vetus cessaret, & nouum inciperet.
- 13 Quod iugum vetus euacuaretur, & iugum nouum daretur.
- 14 Quod pastores veteres cessaturi essent, & noui inciperent.
- 15 Quod domus & templum Dei Christus futurus esset, & cessasset templum vetus, & nouum coepisset.
- 16 Quod sacrificium vetus euacuaretur & nouum celebraretur.
- 17 Quod sacerdotium vetus cessaret, & nouus sacerdos veniret, qui in æternum futurus esset.
- 18 Quod propheta alius sicut Moyses promissus sit, scilicet, qui testamentum nouum daret, & qui magis audiri deberet.
- 19 Quod duo populi prædicti sint maior & minor, id est, vetus Iudæorum, & nouus qui esset ex nobis futurus.
- 20 Quod Ecclesia, quæ prius sterilis fuerat, plures filios habitura esset ex gentibus, quam quot synagoga ante habuisset.
- 21 Quod gentes magis in Christum credituræ essent.
- 22 Quod panem & calicem Christi, & omnem gratiam eius amissuri essent Iudæi, nos vero accepturi: & quod Christianorum nouum nomen benediceretur in terris.
- 23 Quod ad regnum cœlorum magis gentes quam Iudæi perueniant.
- 24 Quod solo hoc Iudæi accipere veniam possint delictorum suorum, si sanguinem Christi occisi baptismo eius abluerint, & in Ecclesiam transeuntes præceptis eius obtemperauerint.

## TESTIMONIORVM liber primus aduersus Iudæos ad Quirinum.

### CAPVT PRIMVM.

**I**udæos in offensam Dei grauiter deliquisse, quod dominum dereliquerint, & idola secuti sint, in Exodo popul<sup>o</sup> ad Aarō: Exsurge, & fac nobis deos Exod. 32. qui nos præcedant, quia Moyses vir hic qui Gg ij



*Esai. 31.* nos eiecit de Aegypto, quid ei acciderit, nō scimus. Item illic Moyses ad dominū: Precor ait domine, deliquit populus hic delictū grande: fecerunt sibi deos aureos & argenteos, & nunc si dimittis eis delictum, dimitte: sin autem, dele me de libro quem scripsisti. Et dixit dominus ad Moysen: Si quis deliquit ante me, deleam illum de libro meo. Item in Deuteronomio: Sacrificauerūt dæmonis & non Deo. Item libro Iudicū: <sup>1</sup> Et fecerunt filij Israel malignum coram domino Deo patrum suorum, qui eiecit eos de terra Aegypti, & secuti sunt Deos gentium, quæ circa illos sunt; <sup>2</sup> & offenderunt dominum, & reliquerunt Deum & seruierunt Baal. Item illic: Et adiecerūt filij Israel iterum facere malignum coram Domino <sup>4</sup> & seruierunt Baal & Diis alienigenarum, & reliquerunt dominum, & non seruierunt illi. Derelictus est Iuda, & abominatio facta est in Israel & in Hierusalem, quoniam profanauit Iudas sancta domini, in quibus dilexit & affectauit Deos alienos. Exterminabit dominus hominem qui facit hæc, & humilis efficietur in tabernaculis Iacob <sup>5</sup> apud Malachiam.

<sup>2</sup> Itē quod prophetis non crediderint & eos interfecerint, apud Hieremiā dominus dicit: Misi ad vos seruos meos prophetas, ante lucem mittebam (& non audiebatis me, neque intendebatis auribus vestris) dicens: Cōuertatur vnusquisque à via sua mala, & à nequissimis affectationibus vestris, & habitabit in terra ista, quam dedi vobis & patribus vestris, à sæculo & vsque in sæcula.

*Hiier. 25.* <sup>6</sup> Item illic: Nolite ambulare post deos alienos vt seruiatis eis, & ne adoraueritis eos, & ne incitetis me in operib<sup>9</sup> manuum vestrarum ad disperdendos vos; & non audistis me. <sup>7</sup> Item in Βασιλειων libro tertio, Helias ad dominum: <sup>8</sup> Acmulando acmulatus sum domino Deo omnipotenti; quia dereliquerunt te filij Israel, altaria tua demolierunt, & prophetas tuos interfecerunt gladio, <sup>9</sup> & remansi ego solitarius, & quarunt animam meam auferre eam. Item in Hefdra: <sup>10</sup> Desciuerunt à te & abiecerunt legem tuam post dorsum suum & prophetas tuos interfecerunt, qui obtestabantur eos vt reuerterentur ad te.

<sup>3</sup> Ante prædictum quod dominum neque cognituri, neque intellecturi neque recepturi essent; apud Esaiam: Audi cælum, <sup>11</sup> & percipe auribus terra, quoniam Domi-

nus locutus est: Filios generavi & exaltaui, <sup>12</sup> ipsi autem me reprobauerunt. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui; Israel autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, <sup>13</sup> Semen nequam filij scelesti, reliquistis dominum <sup>14</sup> & in indignationem misistis illum sanctum Israel. Item apud eundem dominus dicit: Vade & dic populo isti: Aure audietis, & non intelligetis & videntes videbitis, & non videbitis. <sup>15</sup> Incrassauit enī cor populi hui<sup>9</sup>; & auribus grauitur audierūt, & oculos suos concluderunt, ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & reuertantur, & curem illos. Item apud Hieremiā dominus dicit: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & effoderunt tibi lacus detritos, <sup>16</sup> qui nō poterunt aquam portare. Item apud eundem: Ecce sermo Domini factus est eis in maledictum, & non volunt illum. Item apud eundem dominus dicit: Cognouit tempus suum turtur & hirundo, ruris passeret custodierunt tempora introitus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Quo modo dicetis, sapientes sumus, & lex Domini nobiscum est? <sup>17</sup> Incassum facta est metatura falsa, <sup>18</sup> scribæ confusi sunt, sapientes trepidauerunt, & capti sunt, quia verbum Domini reprobauerunt. Item apud Salomonem: Querunt me mali, & non inuenient: odio enim habuerunt sapientiam; sermonem autem Domini non receperunt. <sup>19</sup> Item in Psalmo 27. Redde eis retributionem eorum, quoniam non intellexerunt in operibus Domini. Item in Psalmo 81. Non cognouerunt neque intellexerunt, in vmbra deambulabunt. <sup>20</sup> Item in Euangelio κατὰ Ioannem: In sua propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot eum receperunt, dedit illis potestatem vt filij Dei fierent, qui credunt in nomine eius.

<sup>4</sup> Quod scripturas sanctas intellecturi Iudæi non essent, intelligi autem haberent in nouissimis temporibus, posteaquam Christus venisset; apud Esaiam: Et erunt vobis hi omnes sermones sicut sermones libri qui signatus est: quem si dederis homini scienti litteras ad legendum, dicer: Non possum legere, signatus est enim. <sup>21</sup> Sed in illa die audient surdi sermones libri, & qui in tenebris & qui in nebula sunt: oculi cæcorum

*Hiier. 23.* rum videbunt. Item apud Hieremiā: In nouissimo dierum cognoscetis ea. Item apud Danielem: Muni sermones, & signa librum, vsque ad tempus consummationis, quoad discant multi, & impleatur agnitio; quoniam cum fiet dispersio, cognoscent omnia hæc. In epistola Pauli ad Corinthios prima: Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt. Item in epistola ad Corinthios secunda: Obtusi sunt sensus eorum vsque in hunc diem; hoc eodem velamento in lectione veteris testamenti manente, quod non reuelatur, quia in Christo euacuatur: & vsque in hodiernum, si quando legitur Moyses, velamentum est super cor eorum. <sup>22</sup> Mox autem vt conuersi fuerint ad dominum, auferetur velamentum. In euangelio <sup>23</sup> Dominus post resurrectionem dicit: Isti sunt sermones, quos locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quia oportet adimpleri omnia scripta in lege Moyse, & prophetis, & psalmis de me. Tunc adaperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit illis: <sup>24</sup> Quia sic scriptum est; & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum vsque in omnes gentes.

<sup>5</sup> Nihil posse Iudæos intelligere de scripturis, nisi prius crediderint in Christum apud Esaiam: Et, si non credideritis, neque intelligetis. Vnde dominus in euangelio Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Fide autem stare iustitiam, & illic esse vitam, prædictum est apud Abacuc: <sup>25</sup> Iustus autem ex fide mea viuet. Inde Abraham pater gentium credit. In Genesi: Creditit Abraham Deo, & deputatum est ei ad iustitiam. Item Paulus ad Galatas: Abraham credidit Deo, & deputatum est ei ad iustitiam. Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraham. Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuntiauit Abraham, quia benedicetur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicti sunt cum fidei Abraham.

<sup>6</sup> Quod Ierusalem perdituri essent, & terram quam acceperant relicturi; apud Esaiam: Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igni exustæ; regionem vestram in conspectu vestro, <sup>26</sup> alieni comedent eam; & deserta & subuersa à populis alienis dere-

linquetur filia Sion, sicut castrum in vinea, & sicut custodiarium in cucumerario, quasi ciuitas quæ expugnatur. Et nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semē, quasi Sodoma fuisset, <sup>27</sup> & quasi Gomorra similemur. Item in euangelio dominus dicit: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas missos ad te: quoties volui colligere filios tuos sicut gallina pullos sub alas suas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

<sup>7</sup> Item quod essent amissuri lumē domini apud Esaiā: <sup>28</sup> Venite ambulemus in lumine domini: dimisit enim populū suum domū Israel. Item in euangelio κατὰ Ioannē: Fuit lumen verū, quod illuminat omnē hominem venientem in hunc mūdum. In hoc mundo fuit, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Item illic: Qui non crediderit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine vnici filij Dei. Hoc autem est iudicium, quoniam lux venit in sæculum, & magis dilexerunt tenebras quàm lucem.

<sup>8</sup> Quod circumcisio prima carnalis euacuata sit, & secunda spiritalis repromissa sit; apud Hieremiā: Hæc dicit Dominus vris Iuda, & qui inhabitant Hierusalem: <sup>29</sup> Renouate inter vos nouitatem, & ne feminaueritis in spinis: circumcidite vos Deo vestro, & circumcidite præputium cordis vestri; ne exeat sicut ignis ira mea, & exurat, & non sit qui extinguat. Item Moyses dicit: In nouissimis diebus circumcidet Deus cor tuum & cor seminis tui, ad dominum Deum amandum. Item apud Iesum Naue: Et dixit Dominus ad Iesum: Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos, & assidens circumcide secundo filios Israel. Item Paulus ad Collossenses: Circumcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione carnis, sed in circumcisione Christi. Item quod Adam primus à Deo factus incircumcisus, & Abel iustus, & Enoch qui Deo placuit & translatus est. Et Noe <sup>30</sup> qui terris hominibusque ob delicta pereuntibus solus in quo humanum genus seruaretur electus est: & Melchisedech sacerdos, secundum cuius ordinem Christus repromissus est, tum quod illud signaculum feminis non proficit. <sup>31</sup> Signo autem Domini omnes signantur.

<sup>9</sup> Quod lex prior quæ per Moysen data est, cessatura esset, apud Esaiam: Tunc ma-



nifesti erunt qui signant legem, <sup>33</sup> ne dicant. Et dicit: Expecto Deum qui auerit faciem suam à domo Iacob & fidens ero in illum. Item in euangelio: Omnes prophetae & lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt.

<sup>Mat. 11.</sup> <sup>Michae. 4.</sup> <sup>Esa. 2.</sup> <sup>Mal. 3.</sup> <sup>10</sup> Quod lex noua dari haberet, apud Micheam: Quoniam lex de Syon proficiet, & sermo domini <sup>34</sup> de Hierusalem. Et iudicabit inter plurimos populos, & reuincet & deteget validas nationes. Item apud Esaiam: De Syon enim procedet lex, & verbum domini de Hierusalem, & iudicabit inter gentes. Item in euangelio *κατὰ* Matthaeum: Et ecce vox de nube dicēs: Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi, ipsum audite.

<sup>Eier. 31.</sup> <sup>11</sup> Quod dispositio alia & testamentum nouum dari haberet, apud Hieremiam: Ecce dies veniunt dicit dominus, & consummabo domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum. Non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua apprehendi manus eorum; vt educerem eos de terra Aegypti, <sup>31</sup> quia non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit Dominus. Quia hoc testamentum quod disponam domui Israel post diēs illos, dicit Dominus: Dans leges meas, in sensum illorum scribam illas, & ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in plebem; & non docebunt vnusquisque fratrem suum dicentes: Dinofce Dominum, quia omnes scient me à minimo vsque ad maximum eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non ero memor amplius.

<sup>Esa. 43.</sup> <sup>12</sup> Quod baptisma vetus cessaret, & nouum inciperet; apud Esaiam: Nolite ergo priora meminisse, & antiqua nolite reputare. Ecce facio noua quae nunc orientur & cognoscetis, & faciam in deserto viam, & flumina in loco in aquoso adquare genus meum electum; plebem meam quam acquisiui, vt virtutes meas exponeret. Item apud eundem: Si sitierint, <sup>36</sup> per deserta adducet illos, aquam de petra producet illis: findetur petra, & fluat aqua, & bibet plebs mea. Item in euangelio *κατὰ*

<sup>Mat. 3.</sup> Matthaeum Ioannes dicit: Ego quidem vos baptizo in aqua in poenitentiam; qui venit autem post me, fortior me est, <sup>37</sup> cuius non sum idoneus calciamenta portare. Ipse vos baptizat in Spiritu sancto & igni. Item

*κατὰ* Ioannem: <sup>38</sup> Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei. Quod enim natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est.

<sup>13</sup> Quod iugum vetus euacuaretur, & iugum nouum daretur; in psalmo secundo: <sup>39</sup> Ad quid tumultuatae sunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae & principes collecti sunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Distrumpamus vincula eorum, & abiciamus à nobis iugum eorum. Item in euangelio *κατὰ* Mattheum dominus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos requiescere faciam. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: Iugum enim meum bonum est, & sarcina leuis. <sup>40</sup> Apud Hieremiam: In illa die contribulabo iugum à ceruici illorum, & vincula illorum distrumpam, & non operabuntur aliis, sed operabuntur domino Deo, & Dauid regem suscitabo ipsis.

<sup>14</sup> Quod pastores veteres cessaturi essent & noui inciperent; apud Ezechielem: Propterea haec dicit Dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auertam eos vt non pascant oues meas, & iam non pascant eas, & extraham oues meas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio. Apud Hieremiam Dominus dicit: Et dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascant vos pascentes cum disciplina <sup>41</sup> Item apud Hieremiam: Audite verbum domini gentes & nunciate in insulis quae longe sunt, dicit: qui dispergit Israel congregabit illum & custodiet sicut pastor gregem suum, quia eruit dominus Iacob & eruit de manu fortioris illius.

<sup>15</sup> Quod domus & templum Dei Christus futurus esset, & cessasset templum vetus & nouum coepisset: *Βασιλειῶν* secundo: Er fuit verbum Domini ad Nathan dicens: Vade & dic seruo meo Dauid: Haec dicit dominus: Non tu aedificabis mihi domum ad inhabitandum: sed erit, cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis suscitabo semen tuum post te, qui erit de vtero tuo, & parabo regnum eius; hic aedificabit mihi domum in nomine meo, <sup>42</sup> & erigam thronum eius in saecula, & ego ero ei in

<sup>Mat. 13.</sup> <sup>14.</sup> ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & fidem consequetur domus eius, & regnum eius vsque in saecula in conspectu meo. Item in euangelio Dominus dicit: Non relinquetur in templo lapis super lapidem qui non dissoluatur, Et: Post triduum excitabitur sine manibus.

<sup>Esa. 1.</sup> <sup>16</sup> Quod sacrificium vetus euacuaretur, & nouum celebraretur; apud Esaiam: <sup>43</sup> Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum dicit Dominus? Plenus sum, holocaustomata arietum & pinguamina agnorum, & sanguinem taurorum, & hircorum nolo. Quis enim exquisiuit ista de manibus vestris? Item in psalmo quadra-

<sup>Psal. 49.</sup> gesimo nono: Non edam carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam. Sacrifica Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota mea: Inuoca me in die praesurae & eruam te, & clarificabis me. Item in Psalmo eodem: Sacrificium laudis clarificabit me, illic via est in qua ostendam illi salutem Dei. Item in psalmo quarto: Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Dominum. Item apud Malachiam:

<sup>Malach. 1.</sup> <sup>44</sup> Non est mihi voluntas circa vos, dicit Dominus, & sacrificium acceptum non habeo ex manibus vestris. Quonia à solis ortu & vsque in occasum clarificatum est nomen meum apud gentes, & in omni loco odores incensi offeruntur nomini meo, & sacrificium mundum; quoniam magnum est nomen meum apud gentes, dicit Dominus.

<sup>Psal. 109.</sup> <sup>17</sup> Quod sacerdotiam vetus cessaret, & nouus sacerdos veniret, qui in aeternum futurus esset; in psalmo 109. Ante luciferum genui te. Iurauit dominus <sup>45</sup> & non poenitebit cum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Item in *Βασιλειῶν* primo Deus ad Heli sacerdotem: Et suscitabo mihi sacerdotem fidum, qui omnia quae sunt in corde meo faciet, & aedificabo ei domum fidelem, & transibit in conspectu Christorum meorum omnibus diebus; & erit, qui remanserit in domo tua, veniet adorare in obolo pecuniae & in pane vno.

<sup>Deut. 18.</sup> <sup>18</sup> Quod propheta alius, sicut Moyses, promissus sit, scilicet qui testamentum nouum daret, & qui magis audiri deberet; in Deuterono. Deus ad Moysen: <sup>46</sup> Et dixit dominus ad me: Prophetam excitabo eis de fratribus eorum sicut te; Et dabo verbum

meum in ore eius, & loquetur ad eos ea quae praecepero ei. Et quisquis non audierit quaecunque loquutus fuerit propheta ille in nomine meo, ego vindicabo. De quo & Christus in euangelio *κατὰ* Ioannem: Scrutimini scripturas, in quibus putatis vos vitam aeternam habere, haec sunt quae testimonium perhibent de me; & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Nolite putare quia ego vos accuso apud patrem, est qui vos accuset Moyses, in quem vos speratis. Si enim credidissetis Moysi, crederetis & mihi; de me enim ille scripsit: Si autem illius scripturis non creditis, quo modo verbis meis creditis?

<sup>19</sup> Quod duo populi praedicti sint maior & minor, id est, vetus Iudaeorum, & nouus qui esset ex nobis futurus, in Genesi: Et dixit Dominus Rebecca: Duae gentes in utero tuo sunt, <sup>47</sup> & duo populi de ventre tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Itē apud Osee: Vocabo non populum meum, populum metis; <sup>48</sup> & non dilectam, dilectam. Erit enim quo loco dicetur non populus meus, illo loco vocabuntur filij Dei viui.

<sup>20</sup> Quod Ecclesia quae prius sterilis fuerat, plures filios habitura esset ex gentibus, quam quot synagoga ante habuisset; apud Esaiam: Iucundare sterilis quae non parit erumpe, & exclama quae non parturit, quia multi filij desertae magis quam eius quae habet virum. Dixit enim dominus:

<sup>49</sup> Dilata locum tabernaculi tui, & auleorum tuorum, & fige. Noli parcere, longas fac mensuras tuas, & palos tuos confirma. Adhuc in dexteram tuam & in sinistram extende, & semen tuum gentes possidebit, & ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere quia reuincas. Neque reueraris, quia maledicta es; quoniam confusionem aeternam obliuisceris. Sic & Abrahæ cum de ancilla natus esset prior filius, Sarra sterili diu mansit, & sero in senecta de pollicitatione peperit filium Isaac, qui fuit typus Christi. Sic & Iacob accepit uxores duas, maiorem Liam oculis infirmioribus, in typum synagogae; minorem speciosam Rachel in typum Ecclesiae, quae & sterili diu mansit, <sup>50</sup> & postea peperit filium Ioseph, qui & ipse fuit typus Christi. Er

in *Βασιλειῶν* primo legitur, Helcana habuisse uxores duas, Fenennam cum filiis, & Annam sterilem, ex qua nascitur Samuel; Gg iij



non secundum ordinem generandi, sed secundum Dei miserationem & promissionem, cum illa orasset in templo, & natus Samuel typus fuit Christi. Itē in Βασιλειῶν primo: Sterilis septem peperit, & quę plurimos habebat filios infirmata est. Filij autem septem sunt ecclesię septem. Vnde & Paulus septem ecclesiis scripsit; & Apocalypsis ecclesias septem ponit, vt seruetur septenarius numerus: vt dies septem, quibus Deus mundum fecit: vt angeli septem qui assistunt & conuersantur ante faciem Dei, sicut Raphael angelus in Tobia dicit: & lucernę septiformes in tabernaculo martyrij: & oculi domini septem, qui mundum speculantur: & lapis cum oculis septem, vt Zacharias dicit: & spiritus septem: & candelabra in Apocalypsi septem: & columnę septem, super quas ædificauit domum sapientia apud Salomonem.

21 Quod gentes magis in Christum crediturę essent; in Genesi: Et dixit dominus Deus ad Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in illam terram quam tibi ostendero; & faciam te in gentē magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum & eris benedictus; & benedicam qui te benedixerit, & maledicam qui te maledixerit, & benedicentur in te omnes tribus terrę: de hoc ipso in Genesi; Et benedixit Isaac Iacob. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni; quem benedixit dominus. Et det tibi Deus de rore cęli, & de fertilitate terrę multitudinem frumenti, & vini & olei; & seruiet tibi gentes, & adorabunt te principes, & eris dominus fratris tui, & adorabunt te filij patris tui; & qui te maledixerit erit maledictus, & qui te benedixerit benedictus. De hoc ipso in Genesi: Vt vidit autem Ioseph, quoniam superposuit pater suus manum dexteram super caput Effraim, graue illi visum est; & apprehendit Ioseph manum patris sui, auferre eam à capite Effraim ad caput Manasse. Dixit autem Ioseph ad patrem suum: Non sic pater, hic est primitiuus meus, superpone dexteram tuam super caput eius: Ille autem noluit, & dixit: Scio fili, scio; & hic erit in populum, & hic exaltabitur, sed frater eius iunior maior illo erit; & semen eius erit in multitudinem gentium. Item in Genesi: Iuda te laudabunt fratres tui, manus super dorsum inimicorum tuorum. Adorabunt te

filij patris tui, catulus leonis Iuda, de frutice filij mi ascendisti, recubans obdormisti velut leo, & velut catulus leonis. Quis excitabit illum? Non deficiet princeps de Iuda, & dux de femoribus eius, quoad vsque veniant deposita illi, & ipse est spes gentiũ. Deligans ad vitam pullum suum, & ad helicem pullum asinę suę. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine viti amictum suum. Formosi oculi eius à vino, & candidi dentes eius magis quàm lac. Inde in Numeris: Eris de populo nostro scriptum est: Ecce populus quasi populus leoninus exsurgit, in Deuteronomio: Eritis gentes in caput, incredulus autem populus in caudam. Item apud Hieremiam: Audite vocem tube, & dixerunt: Non audiemus, propter hoc audient gentes, & qui pascent pecora in eis. In psalmo 17: Constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. De hoc ipso apud Hieremiam Dominus dicit: Priusquam te formarem in utero, noui te; & priusquam exires de vulua, sanctificauit te, & prophetam in gentibus posui te. Item apud Esaiam: Ecce testem illum nationibus manifestauit, principem & imperatorem gentibus. Item apud eundem: Gentes quę non nouerunt te, inuocabunt te: & populi qui ignorabant te, ad te confugient. Item apud eundem: Et erit in illa die radix Iesse, qui surget imperare omnibus gentibus: in illum gentes sperabunt, & erit requies eius honor. Item apud eundem: Terra Zabulon & terra Neptalim via maris, & ceteri qui maritima inhabitatis, & trās Iordanem gentium populus, ambulans in tenebris, videte lumen magnum: qui habitatis in regione vmbre mortis, lumen lucebit super vos. Item apud eundem: Sic dicit dominus Deus Christo meo domino, cuius teneo dexteram, vt exaudiant eum gentes. Et fortitudinem regum dirumpam; aperiam ante ipsum portas, & ciuitates non claudentur. Item apud eundem: Venio colligere omnes gentes & linguas, & venient & videbunt claritatem meam, & dimittam super eos signum, & mittam ex eis conseruatos in gentes quę longę sunt, quę non audierunt nomen meum, neque viderunt gloriam meam, & nunciabunt claritatem meam in gentes. Item apud eundem: Et in omnibus his non sunt conuersi: igitur extollet signum in gentes quę

quę sunt longę, & attrahet illos à summo terrę. Item apud eundem: Quibus non est nunciatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent. Item apud eundem: Manifestus factus sum eis, qui me non querunt; inuentus sum ab eis, qui me non interrogabant. Dixi ecce sum genti, quę non inuocauit nomen meum. De hoc ipso in Actibus Apostolorum Paulus: Vobis primum oportuerat indicari verbum Dei: sed quia expulistis illud, nec vos dignos vite æternę iudicatis, ecce conuertimus nos ad gentes: sic enim dixit per scripturas dominus: Ecce lucem posui te inter gentes, ita vt sis in saluationem vsque ad fines terrę.

22 Quod panem & calicem Christi, & omnem gratiam eius amissuri essent Iudæi, nos vero accepturi, & quod Christianorum nouum nomē benediceretur in terris apud Esaiã sic dicit dominus: Ecce qui seruiunt mihi, manducabunt, vos autē esurietis: ecce qui mihi seruiunt, bibēt, vos autē sitietis: ecce qui mihi seruiūt, iucundabuntur, vos autē confundemini; vos interficiet dominus. Eis autem qui seruiunt mihi, nomē nominabitur nouum, quod benedicetur in terra. Item illic: Igitur extollet signū in gentes quę sunt longę, & attrahet illos à summo terrę. Et ecce cito leuiter venient, non esurient, neque sitiet. Item illic: Ecce itaque dominator dominus Sabaoth auferet à Iuda, & ab Hierusalem valentem & validum, valentiã panis, & valentiã aquę. Item in psalmo tricesimo tertio: Gustate & videte quoniam dulcis est dominus: felix est vir qui sperat in eum. Time te dominum Deum: omnes sancti eius; quoniam nō est inopia eis qui eum metuunt. Diuites egerunt & esurierunt: qui autē inquirunt Dominum, non indigebunt omnino bono. Item in euangelio natã Ioannem dominus dicit: Ego sum panis vite: qui venit ad me, nō esuriet; & qui in me crediderit, non sitiet vnquam. Item illic ipse: Si quis sitit, veniat & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Item illic ipse: Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis.

23 Quod ad regnum cęlorũ magis gentes quàm Iudæi perueniant, in euangelio dominus dicit: Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cęlorum. Filij autem regni exibunt in tenebras exteriores:

<sup>63</sup> illic erit ploratio & stridor dentium.

24 Quod solo hoc Iudæi accipere veniã possint delictorum suorum, si sanguinem Christi occisi baptismo eius abluerint, & in Ecclesiã eius transeuntes, preceptis eius obtemperauerint, apud Esaiã Dñs dicit: <sup>64</sup> Iam nō laxabo peccata vestra. Cum extenderitis manus, auertã faciem à vobis: & si multiplicaueritis preces nō exaudiam vos: <sup>65</sup> manus enim vestrę sanguine plenę sunt. Lauamini, mundi estote, auferite nequitas ab animis vestris, à conspectu oculorum meorũ, cessate à nequitias vestris. Discite bonum facere, exquirite iudicium, conseruate eum qui iniuriam patitur, iudicate pupillo, & iustificare viduam, & venite disputemus, dicit dominus; & <sup>66</sup> si fuerint peccata vestra vt phœnicum, vt niuem exalbabo; & si fuerint quasi coccinum, vt lanam inalbabo. Et si volueritis, & audieritis me, bona terrę edetis. Si autem nolueritis, & non audieritis me, gladius vos consumet. Os enim domini locutum est ista.

#### ADNOTATIONES IN librum primum Testim. ad Quirinum.

1. Et fecerunt filij Israel malignum coram domino Deo] *Et hic tum paulo post, substituitur hanc lectionem ex Afflig. & Cambren. cod. pro eo quod erat: contra dominum Deum, eo quod Grace sit evayrtov uugis, & : εν ωτιον uugis.* cap. 1.
2. & secuti sunt Deos gentium quę circa illos sunt] *Aut hoc pacto legendum est cum vulg. excu. aut cum textu Græco: Deos alios à gentibus quę circa illos. Ms. legunt duntaxat: & sequuti sunt Deos, Manu. Deos à gentibus quę circa illos.*
3. & offenderunt dominum & reliquerunt Deum] *sic recte Manu. & Morel. pro eo quod erat duntaxat: & offenderunt Deum, quia utrumque Grace legitur apud 70. quanquam tamē multo plus legant paulo prius illi, quemadmodum hodie existant.*
4. & seruiunt Baal & diis alienigenarum & reliquerunt dominum] *Hac verba omissa rursus adieciimus ex utroque Ms. Nā si hæc prætermittenda sint, eo quod hodie 70. non legant, neque legendū quod sequitur: & non seruiunt ei. Atqui utrumque habent ceteri excusi omnes, & postremum ipse Manu. ms.*
5. Apud Malachiã] *Ex codice Camb. & vet. exc. cũ Morel hoc legimus, pro eo quod corrupte erat: Malachiel; nam Tertul. hunc prophetam citans, & ipse Cyprianus infra c. 16. & li. 2. c. 5. & li. 5. c. 3. prius illud legunt.*
6. Item illic] *Ex utroque Ms. & vet. exc. addimus: Item illic, & congruit, eo quod ex alio c. Hier. citetur quod sequitur.* cap. 2.
7. Item in Βασιλειῶν libro tertio] *Quum hoc le-*



gant tum hic tum ubique postea tribus his libris uterque Ms. & vet. exc. nos cum Morel. ubique id substituitur, pro eo quod erat: Regum. Prefertim quum Tertul. li. 3. aduersus Marcionem, (quem librum imitatur hoc opere) legat: & in primo Basilianum, & libro 4. Habes tertiam Basilianum; & si quartam, (pro quo legendum: tertium & quartum) & eodem libr. 4. Sic & retro in Βασιλειῶν. Et certe genitiuus iste pluralis, non minus voci Βασιλεία communis est quam voci Βασιλεὺς, ut non, videret quod: Regnorum, alibi legant Tertul. & Cyprianus. Quod semel dixisse sufficiat.

7. Emulando amulatus sum Domino Deo] Hanc lectionem Manut. confirmat uterque Ms. est autem ad verbum e Græco; prior lectio: Dominum Deum, magis Latina erat.

6. & remansi ego solitarius] Ms. uterque: solus, sed Græce est: μονῶτατος.

10. Deficiuerunt à te] Sine hoc leges, siue quod habet Ms. Defecerunt, perinde est. A scribit autem Esdræ et eum librum qui ab alio Neemie inscribitur.

cap. 3. 11. & præbe aures terra] Etiam hic indifferens est hac lectio, et Ms. auribus percipe; præterquam quod ista magis accedat ad lectionem Tertul. li. 3. adu. Marc. in aures percipe, & quod significantius exprimit vocem Græcam ἐλάτῃς.

12. ipsi autem me reprobauerunt] Sic Ms. et Manut. Cyprianus supra lib. de Orat. domin. & excusij vulgata, me spreuerunt, perinde est. Nam & Græc. vox utriusque significat, & Tertul. quoque variat. Libro enim aduersus Iudeos legit: spreuerunt me, li. 3. aduersus Marcion. me reiecerunt; & lib. de Orat. me non agnouerunt.

13. Semen nequam] Concordant in hoc Ms. tum hic tum supra lib. de Orat. domin. vetus quoque excu. & Remboldus ut legant: Semen, non: Iemini. Pro: nequam, autem hic legunt: pessimum.

14. & in indignationem misistis] Hanc Cyprianus utroque loco lectionem, confirmat Tertul. libro aduersus Iudeos; quare non placet lectio Ms. prouocastis.

15. Incrassauit enim cor populi huius] Ita nos primi ex vet. exc. & utroque Ms. cod. Elegantior quidem est lectio Remboldi & ceterorum exc. omnium: incrassauit, sed repugnat vox Græca ἐπαχύνθη, que reperitur iuxta 70. non modo Isa. 6. c. unde hic locus citatur, sed & Matt. 13. & Act. 28. Cypriano etiam non est infrequens, Actius verbis pro passim uti. Tertul. vero adu. Marcion. li. 3. & ceteri legunt passim: incrassatum est.

16. qui non poterunt aquam portare] Ad verbum expressit quod Græce est δύνησιν. Epistola tamē supra 70. & lib. de Unit. Ecclē. legit: possunt, & Tertul. aduersus Iudeos: poterant.

17. Incallum facta est metatura falsa] Metatura, legunt Camb. cod. Graui. Morel. & Manut. pro eo quod Afflig. & alij exc. mæchatura. Græce est σχοίνος, que vox proprie iuncum significat, quare quum iuncis marinis olim scribere soliti sint veteres, recte D. Hieron. vertit stylum. Significat & funem, unde σχοίνον funiculus, quia ex vltis & iunco palustris (teste Plinio li. 12. c. 1.) neuntur & torquentur fines. Significat etiā idem quod σχοινός, id est, mensuram per funem. Vnde apud Herodotum σχοίνος pro mensura terra Persica accipitur 60. Stadiorum, seu iuxta Plinium 40. hanc significationem re-

spexit qui vertit: metatura, atque adeo magis placet hac lectio, quam aliorum: mæchatura, præsertim quum infra c. 20. quod alij verterunt: funiculos, Cyprianus: mæchatura, vertat. E contrario verò non placet quod reposuerit vestra, pro eo quod erat: falsa, nam Græce est ψευδής. Quamquam tamen dissentiat & in ceteris textus Græcis, qui hodie existat.

18. scribæ confusi sunt] Hanc restitutionem Manutius acceptā debemus, pro eo quod corrupte legebatur: confusi. Consentium Ms. cod. & quod Græce est ἡσχυθῶσαν.

19. Item in Psalmo 81.] Sic recte cum veter. excu. Morelio, & Manutio, reperiuntur enim ibi verba citata.

20. Item in Euangelio κατὰ Ioannem] Tum hic tum ubique toto hoc opere sic legunt Ms. uterque, vetus exc. Morel. & Costerius; quare & mihi placet magis quam vulgata: secundum, quod semel dixisse sufficiat.

21. Sed in illa die audient surdi sermones libri] Ms. addunt: huius, sed non est apud 70.

22. Mox autem vt conuersi fuerint ad dominum auferetur] Ita ex Ms. & vet. cod. pro eo quod erat vt cōuersus fuerit, & auferetur, quod primus substituit Remboldus.

23. Dominus post resurrectionem dicit] Ex Ms. recens adiciunt: dicit.

24. Quia sic scriptum & sic oportebat] Locum antea mutilum sic suppleuimus ex Ms. nam & Græce ita legitur.

25. Iustus autem ex fide mea viuet] Consentium in hac lectione Ms. cum exc. Causam varietatis inter 70. & Hebræos, vide apud D. Hieron. in comment.

26. alieni comedent eam] Ms. cum Morel. alienigenæ, sed primus habet Tertul. aduersus Iudeos, aduersus verò Marcion. li. 3. legit: extranei. Sic etiam quod illic legit Tertul. custodiarium, hic legit: casula.

27. & quasi Gomorra huiusmodi] Rectius sic Afflig. & vetus excu. cum Costerio, quam ceteri: huiusmodi.

28. Venite ambulemus] Præmittit Cambron. cod. Domus Iacob, sed non est opus.

29. κατὰ Ioannem] Recens hoc adicio ex utroque Ms. & vet. exc.

30. Reuocate inter vos nouitatem] Hoc ad verbum ex Tertul. aduersus Iudeos. Idem tamen aduersus Marcion. li. 1. aliter legit.

31. qui terris hominibusque ob delicta pereuntibus] Sic Ms. Antea exc. qui terris omnibus, Manu. & Morel. qui in terris, omnibus.

32. Signo autem domini] De hoc supra latius epistola ad Tybaritanos & infra lib. 1. c. 20. & 21.

33. Ne discant. Et dicit] Vtuo Remboldi irrepserat: discant. Nos vero cum Costerio substituiimus: dicit. nam apud 70. est, ἐρεῖο. Ex Ms. quoque denuo reposuimus: ero fidens, pro eo quod legitur Manut. & Morel. oro, nam Græce est ἐπιπίστευσις ἑσθαι.

34. de Hierusalem] Sic Ms. tum hic tum postea, & est Cyprianicum magis quam: ab.

35. quia non permanserunt in testamēto meo, & c.] Hac ad finem capituli usque desideranter in utroque Ms. habent tamen vet. excu. & Propheta Hieremias.

per

36. per defertam adducet illos, aquam de petra produceret illis] Quod genuina sit hæc lectio, vide Tom. 1. epistolam 63.

37. cuius non sum idoneus calceamēta portare] Ms. dignus, sed primus significat vox Græca: ἰκανός. 38. Nihil quis natus fuerit ex aqua & spiritu] Etiam hic Ms. omittunt: sancto.

39. Ad quid tumultuatae sunt gentes] Ms. Quare, sed idem paulo post: proiciamus, sed Tertul. lib. 1. 3. & 5. aduersus Marcion. prius legit; qui etiam modo: principes, modo: magistratus, legit, & li. de resur. carn. Archontes.

40. Apud Hieremiam] Sequentia desiderantur in Ms.

41. Item apud Hieremiam] Hæc ad finem capituli omisit Manutius, & Ms. nostri; sed quia reperiuntur in veteri exc. & ad institutum faciunt, demum adieciimus.

42. & erigam thronum eius] Ms. & statuam,

43. Quo mihi multitudinem] Reposuimus hanc Ms. lectionem, pro eo quod erat: Quid, eo quod sic etiam legit Tert. aduersus Iud. ubi ita legit quod sequitur: Holocaustomata & sacrificia vestra & adipē hircorum & sanguinem taurorum nolo.

44. Non est mihi voluntas circa vos] Ms. voluptas, sed male, est enim Græce δέλημα. Notatu autem dignum, quod Tertul. lib. 3. aduersus Marcion. hunc interpretetur locum de sacrificio ecclēsiæ.

45. & non pœnitebit eum] Adiciunt Ms. eum, sed non est apud 70.

46. Et dixit dominus ad me] Ms. ad Moysem, sed prius habent 70. Ex iis e contrario restituiimus: quæcunque locutus fuerit, pro eo quod erat: quæ loquetur, quia Græce est, ὅσα ἐν λαλήσει.

47. & duo populi de ventre tuo] Hoc ex Ms. pro eo quod erat: de vitro tuo, præsertim quum et apud 70. due sint diuersæ voces: γαστήρ καὶ χοιλία, & sic etiam legit Tertul. initio lib. aduersus Iudeos.

48. & non dilectam, dilectam] Quum sic legant Ms. & vet. exc. placet magis quam Remboldi & vulg. lectio: & nō dilectam, dilectam, eo præsertim quod Græce sit apud Apostolum: καλέσω τὸν οὐ λαὸν μου, λαὸν μου, καὶ τὴν οὐκ ἠγαπήμενν ἠγαπήμενν, ex quo loco verba hæc haud dubie citata sunt, non enim reperiuntur apud Osee. Neque tam noua est hæc lectio, ut eam reperire sit apud D. Chrysostomum & Theophylact. interpre.

49. Dilata locum tabernaculi tui & aulaorum tuorum, & fige] Ita ex Ms. & vet. exc. hunc locū restituiimus, pro eo quod erat: & pelles tabernaculorum tuorum extende. Nosram autem lectionem confirmat, tum D. Hieron. in comment. & D. Amb. Exam. lib. 3. c. 1. sic legentes iuxta 70. tum quod Græce legatur: καὶ τὰς ἀυλῶν σου πύλων. Quod autem hodie illic interseritur: τὰς δὲρας, ex dictis locis colligo, postea superadditum, neque erate dictorum veterum lectum fuisse, sed additum ex Hebræo, atque adeo prætermittendum in Græcis exemplaribus. Est proinde etiam superfluum quod addit Morelius: & fige funiculos tuos.

50. & postea peperit filium Ioseph] Adieci: filium, ex Ms. antea desiderabatur.

51. sicut Raphael angelus, in Tobia dicit] Tobia librum citatum habes à D. Cypriano, non hic modo, sed & supra epistola 52. ac libris de Orat. domin. de Mortalita-

te, de Oper. & Eleem. de Bono patient. & ad Fortun. cap. 10. ac 11. Infra quoque lib. Testim. 3. cap. 1. 6. & 62. ubi ex Tobia probat rem magis momenti, nempe non esse iungenda matrimonia cum gentilibus: immo libro de Orat. domin. & de Oper. & Eleem. scripturam diuinam vocat Sic D. Irenæus inter Prophetas qui contumelia afficiebantur à Gnosticis, enumerat Tobiam lib. 1. aduersus heret. cap. 34. D. Alexander papa 1. Trinitatem epistola 1. hinc comprobat D. Hilarius ex 12. ca. Tobie, probat intercessionem angelorum pro nobis in Psal. 129. D. Ambros. librum scripsit de Tobia et citatur ab eodem Florem. lib. 6. c. 4. ac de Helia & ieiun. c. 10. Chrys. eiusdem c. 4. citat hom. 13. ad populū Antioch. Quare temerariē à quibusdam reijcitur liber Tobie, præsertim quum in Canone scripturarū enumeretur à D. August. lib. 2. de doctrin. Christi c. 5. D. Innocentio epistola ad Exup. ca. ult. Concil. Carthag. 3. Gelasio papa in Concilio 70. Episcoporum & postremum à Conciliis Florentino & Tridentino. Immo ipse Hieron. præfat. comment. in Ionam: Liber (inquit) Tobie, licet non habeatur in Canone (de Canone Hebræorum loquens) tamen usurpatur ab Ecclēsiasticis viris; & præfatio. in Tobiam, satis indicat, se contemneret Pharisæorum supercilium, qui illum in Canonem non recipiunt. Vnde recte Isidorus 6. Ethim. cap. 1. de hoc & similibus libris loquens: Licet eos (inquit) Hebræi in suam Canonem non recipiant, ecclesia Christiana inter diuinos honorat & prædicat libros.

52. & lucernæ septiformes in tabernaculo martyrij] Magis placet hæc Ms. lectio quam aliorum: septimonij, eo quod sic legatur supra lib. ad Fortun. ca. 11. ubi latius de numero septenario. Placet item lectio Ms. magis tum ibi tum hic: lucernæ septiformes, eo quod, præterquam in Exodo, sit etiam lucernarum 7. mentio apud Zachariam, antea erat: lucerna septiformis.

53. quoadvique veniant deposita illi] Ms. quæ deposita sunt illi, sed prius ad verbum est apud 70. Longe aliter vertit ex Hebr. D. Hieronym. donec veniat qui mittendus est; Chrysosto. in comment. sic interpretatur lectionem 70. donec veniat, cui repositum est regnum.

54. Deligans ad vitem pullum suum & ad helicem] Sive: Deligans, legas cum excu. siue: Religans, cum Ms. perinde est. Recte autem primus Gravius restituit hunc locum, pro eo quod erat corruptissime: & ad illicem. Est autem ἐλίξ Græce palme siue panpinus vitis.

55. formosi oculi eius à vino] Recte sic legendum primus coniecit Erasimus, pro eo quod erat corrupte: Formidolosi, Græce enim est χαροποῖαι. Afflig. legit: pulchriores.

56. Item apud Hieremiam] Ita potius legendum, quam quod habent Manut. & Morel. apud Ezechielem, hinc constat quod verba citata reperiatur Hieremia sexto.

57. Item in Psalmo xvij.] Nescio cur Manut. & Morel. reposuerint: xvj. cum prius legant cum exc. ceteris nostri Ms. & reperiuntur hæc verba Psal. 17.

58. & in illum gentes sperabunt] Etiam hoc demum ex Ms. pro eo quod legunt: in illo, eo quod Græce sit: ἐπ' αὐτόν.

59. Sic dicit dominus Deus Christo meo domino] De hac lectione ita D. Hieron. in comment. Scio (inquit) in hoc capitulo non solum Latinorum sed &

cap. 21.



Græcorum plurimos vehementer errare, existimantium scriptum esse: Sic dicit dominus Christo domino meo, ut intelligatur, iuxta illud quod alibi legitur: *Pluit dominus à domina, & dixi dominus domino meo. Neque enim uulgis quod dominum sonat, sed uulgus dicitur.* (ita enim lego pro eo quod est apud illum Cyro.) *Fuit autem is Rex Persarum, qui Babylonem Chaldaeosque superauit, de quo Xenophon octo librorum historiam scripsit.*

60. Via maris, & ceteri qui maritima maris inhabitatis] *videtur utrumque posuisse Cypri. ut prius per posterius explicetur, hoc enim est apud Isaiam iuxta 70. & illud Matth. 4.*

cap. 22. 61. Eis autem qui seruiunt mihi, nomen nominabitur nouum] *recte sic Manut. et Morel. ad uerbum ex Græco, pro eo quod erat duntaxat: & seruos meos uocabo nomine alio.*

62. sicut dicit scriptura] *recens hoc adiecimus ex Ms. nam reperitur apud Euangelistam loco hic citato.*

cap. 23. 63. illic erit ploratio] *Ms. fletus, sed prius habes etiam supra lib. de Oratione dominica.*

cap. 24. 64. iam non laxabo] *Ms. relaxabo.*

65. manus enim uestræ sanguine plenæ sunt] *Ex in recens adiecimus uocem: sunt, nam habet eam & Tertul. lib. aduersus iudeos.*

66. Si fuerint peccata uestra, ut phœnicæum] *Expressit Latine uocem Græcam Φοινικῶν, pro eo quod alij: puniceum dicunt. Tertul. uero li. adue. Marc. 4. legit: tanquam roseum. Atqui siue: in albabo, legas cū ex: siue: dealbabo, cum Ms. perinde est. Tertul. utrobique habet: exalbabo.*

Finis libri primi.

## LIBRI SECUNDI CAPITVLA.

- 1 Christum primogenitū esse, & ipsum esse sapientiam Dei, per quem omnia facta sunt.
- 2 Quod sapientia Dei Christus, & de sacramento incarnationis eius, & passionis, & calicis & altaris, & Apostolorum qui missi prædicauerunt.
- 3 Quod Christus idem sit & sermo Dei.
- 4 Quod Christus idem sit manus, & brachium Dei.
- 5 Quod idem angelus, & Deus.
- 6 Quod Deus Christus.
- 7 Quod Christus Deus venturus esset illuminator & saluator generis humani.
- 8 Quod cum à principio filius Dei fuisset, generari denuo haberet secundum carnem.
- 9 Quod hoc futurum esset signum natiuitatis eius, ut de uirgine nasceretur homo & Deus, hominis & Dei filius.
- 10 Quod homo, & Deus Christus ex utro-

que genere concretus, ut mediator esse inter nos & patrem posset.

- 11 Quod de semine Dauid secundum carnem nasci haberet.
- 12 Quod in Bethleem nasceretur.
- 13 Quod humilis in primo aduentu suo ueniret.
- 14 Quod ipse sit iustus, quem Iudæi occiduri essent.
- 15 Quod ipse dictus sit ouis & agnus, qui occidi haberet: & de sacramento passionis.
- 16 Quod idem & lapis dictus sit.
- 17 Quod deinde idem lapis mons fieret, & impleret totam terram.
- 18 Quod in nouissimis temporibus idem mons manifestaretur, super quem gentes uenirent, & in quem iusti quique ascenderent.
- 19 Quod ipse sit sponsus, ecclesiam habens spōsam, de qua filij spiritaliter nascerentur.
- 20 Quod cruci illum fixuri essent Iudæi.
- 21 Quod in passione crucis & signo, uirtus omnis sit & potestas.
- 22 Quod in hoc signo crucis salus sit omnibus qui in frontibus notentur.
23. Quod medio die in passione eius tenebræ futuræ essent.
- 24 Quod à morte nō uinceretur, nec apud inferos remansurus esset.
- 25 Quod ab inferis tertio die resurgeret.
- 26 Quod cum resurrexisset, acciperet à patre omnem potestatem, & potestas eius æterna sit.
- 27 Quod perueniri non possit ad Deū patrem, nisi per filium eius Iesum Christum.
- 28 Quod ipse iudex venturus sit.
- 29 Quod ipse sit rex in æternum regnaturus.
- 30 Quod ipse sit & iudex & rex.

## TESTIMONIORVM liber secundus aduersus Iudæos ad Quirinum.

### CAPVT PRIMVM.

**C**HRIſTVM primogenitum esse & ipsum esse sapientiam Dei, per quem omnia facta sunt, apud Salomonem <sup>1</sup> in paræmiis: Dominus condidit <sup>2</sup> me

me initium uiarum suarum, in opera sua ante sæculum fundauit me; in principio antequam terram faceret, & antequam abyſſos conſtitueret, priusquam procederent fontes aquarum, antequam montes collocarentur, ante omnes colles genuit me dominus. Fecit regiones & inhabitabilia, & fines inhabitabiles sub cælo. cum pararet cælum, aderam illi, & cum fecerent suam sedem. Cum super uentos ualidas faceret desuper nubes, & cum confirmatos ponebat fontes sub cælo; quando fortia faciebat fundamenta terræ; eram pene illum disponens; ego eram, cui adgaudebat: quotidie autem iucundabar ante faciem eius in omni tempore, cum lataretur orbe perfecto: <sup>3</sup> Item apud eundem in ecclesiastico: Ego ex ore altissimi prodiui ante omnem creaturam. Ego in cælis feci, ut oriretur lumen indeficiens, & nebula texi omnem terram. <sup>4</sup> Ego in altis habitauit, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circueui, & in profundum abyſſi penetraui, & in fluctibus maris ambulauit, & in omni terra steti: Et in omni populo & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium & humilium corda propria uirtute calcaui. In me omnis spes uitæ & uirtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Item in psalmo 88. Et ego primogenitum ponam eum, altissimum apud reges terræ. In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele illi. Et ponam in sæculum sæculi semen eius. Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: si iustificationes meas profanauerint, & præcepta mea non obseruauerint, uisitato in uirga facinora eorum & in flagellis delicta eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Item in euangelio <sup>5</sup> Ioannem dominus dicit: Hæc autem est uita æterna, ut cognoscant te solum & uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui in terra: opus perfecti quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc tu clarifica me apud te ipsum claritate, quam habui apud te prius quam mundus fieret. Item <sup>6</sup> Paulus ad Colossenses: Qui est imago Dei inuisibilis, & primogenitus totius creaturæ. Item illic: Primogenitus à mortuis, ut fieret in omnibus ipse primatum tenens. Item in Apocalypsi: Ego sum <sup>7</sup> a & <sup>8</sup> ω ini-

tium & finis Ego sitienti dabo de fonte aquæ uitæ gratis. Quod idem sit & sapientia & uirtus Dei, Paulus ad Corinthios prima: Quoniam Iudæi signa desiderant, & <sup>9</sup> 1. Cor. 1. græci prudentiam quarunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis, Christum Dei uirtutem & Dei sapientiam.

<sup>2</sup> Quod sapientia Dei Christus, & de sacramento incarnationis eius, & passionis, & calicis, & altaris, & apostolorum qui missi prædicauerunt; apud Salomonem in paræmiis: Sapientia ædificauit sibi domum, & <sup>3</sup> subdidit columnas septem. <sup>4</sup> Mactauit suas hostias, miscuit in cratera uinum suum, & parauit suam mensam, & misit seruos suos conuocans cum excelsa prædicatione ad craterem dicens: Quis est insipiens declinet ad me. Et e gentibus sensu dixit: Venite, edite de meis panibus, & bibite uinum quod miscui uobis. Derelinquite stultitiam, & <sup>5</sup> quærite prudentiam, & <sup>6</sup> corrigite scientiã in intellectu.

<sup>3</sup> Quod Christus idem sit sermo Dei; in psalmo 44. <sup>4</sup> Eructauit cor meum sermonem bonum, dico ego opera mea regi. Itē in psalmo 32. Sermone Dei cæli solidati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Item apud Esaiam; Verbum consummans & breuians in iustitia: quoniam sermonem <sup>5</sup> breuiatum faciet. Deus in toto orbe terræ. <sup>6</sup> Item in psalmo 106. Misit sermonem suum & curauit illos. Item in euangelio <sup>7</sup> Ioannem. <sup>8</sup> In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo. Hic erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. <sup>9</sup> Quod factum est in illo uita erat, & uita erat lux hominum; & lux <sup>10</sup> hæc in tenebris, & tenebræ illam non comprehendunt. Item in Apocalypsi: Et uidi cælum <sup>11</sup> apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat <sup>12</sup> super eum, vocabatur fidelis & uerus, æquum iustumque iudicans, & prælibatur; eratque <sup>13</sup> coopertus ueste conspersa sanguine, & dicitur nomen eius sermo Dei.

<sup>4</sup> Quod Christus idem manus & brachium Dei sit, apud Esaiam: Nunquid non <sup>5</sup> ualeat manus Dei ut saluos faciat? aut grauantur autem ut non exaudiat? Sed peccata uestra inter uos & Deum separant, & prop-

H h



ter peccata vestra auertit faciem suam à vobis ne misereatur; <sup>10</sup> manus enim vestrae inquinatae sunt sanguine, & digiti vestri in peccatis. Labia autem vestra locuta sunt facinus, & lingua vestra iniustitiam meditatur. Nemo loquitur vera, neque est iudicium verum. Fidunt in vanis, & loquuntur inania, qui parturiunt dolorem, & pariunt facinus. Item illuc: *Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Dei cui reuelatum est?* Item apud eundem sic dicit Dominus: Caelum mihi thronus, & <sup>11</sup> terra suppedaneum pedum meorum. Quam mihi sedem aedificabitis? aut quis locus ad requiem mihi? omnia enim ista fecit manus mea. <sup>12</sup> Item apud eundem: domine Deus altum est brachium tuum, & non sciebant: cum cognouerint autem, confundentur. Item apud eundem. <sup>13</sup> Reuelauit Dominus brachium suum, illum sanctum, in conspectu omnium gentium; videbunt omnes gentes ipsa suprema terrae salutem à Deo. <sup>14</sup> Item illuc: Ecce feci te sicut rotas vehiculi triturantis nouas <sup>15</sup> in se reformatas; & triturabis montes & extenuabis colles, & sicut lanuginem pones & ventilabis, & ventus occupabit illos & procella disperget: tu autem iocundaberis in sanctis Israel, & exultabunt inopes <sup>16</sup> & aegeni; quarent enim aquam & non erit, lingua enim eorum à siti siccabit. ego Dominus Deus, ego exaudiam Deus Israel, & non derelinquam eos, sed aperiam inter montes flumina & in medijs campis fontes, <sup>17</sup> faciam desertam in nemora aquosa, & sientem terram in aquae ductus; ponam in inaquosam terram, cedrum & buxum & myrrhum & cypresum & populum, <sup>18</sup> vt videant & cognoscant & sciant <sup>19</sup> & credant simul, quia manus domini fecit ista, & sanctus Israel ostendit.

<sup>5.</sup> Quod idem angelus & Deus Christus, in Genesi ad Abraham: Et vocauit eum angelus Domini de caelo, & dixit illi: Abraham, Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Noli imponere manum tuam super puerum, neque feceris illi quidquam. Nunc enim cognoui quoniam times Deum tuum <sup>20</sup> & non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me. Item illuc ad Iacob: Et dixit mihi angelus Domini in somnis: Ego sum Deus <sup>21</sup> quem vidisti in loco Dei, ubi vixisti mihi titulum lapideum, & vo-

uisti mihi votum. Item in Exodo: Deus autem praebat eos, die quidem per columnam nubis, ostendere illis iter, noctu autem in columna ignis. Et postea illuc: Promouit autem angelus Dei, qui praecedebat exercitum filiorum Israel. Item illuc. Ecce ego praemitto angelum meum ante faciem tuam ad custodiendum te in itinere, <sup>22</sup> vt te inducat in terram quam tibi praeparauit. Obserua eum & obaudi eum, <sup>23</sup> & ne fueris inobaudiens ei, & non deerit tibi; nomen enim meum in illo est. Vnde ipse in euangelio dicit: Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me: cum alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Et item in psalmo 117. Benedictus est qui venit in nomine Domini. <sup>24</sup> Item in Malachia: Testamentum meum fuit <sup>25</sup> cum Leui virae & patris, & dedi illi timorem <sup>26</sup> vt timeret me, <sup>27</sup> à facie nominis mei proficisci illum <sup>28</sup> Lex veritatis fuit in ore eius, <sup>19</sup> iniustitia non est inuenta in labijs eius. In pace lingua corrigens, ambulauit nobiscum; & multos auertit ab iniustitia. Quoniam labia sacerdotis seruabunt scientiam, & legem exquirent ab ore eius, quoniam Angelus omnipotentis est.

<sup>6</sup> <sup>10</sup> Quod deus Christus, in Genesi: Dixit autem Deus ad Iacob: Exurge & ascende in locum Bethel, & habita illic, <sup>11</sup> & fac illic altare illi Deo, qui tibi apparuit cum fugeres à facie Esau fratris tui. Item apud Esaiam: Sic dicit Dominus Deus Sabaoth: Fatigata est Aegyptus, & negotiatio Aethiopia, & Sabaim viri alti ad te transgredientur, & tui erunt serui, & post te ambulabunt vincti compedibus, & adorabunt te <sup>12</sup> & in te precabuntur; quoniam in te Deus est, & non est Deus alius praeter te. Tu enim es Deus, & non sciebamus, Deus Israel saluator. Confundentur & reuerbuntur omnes qui aduersantur tibi, & cadent in confusionem. Item apud eundem: Vox clamantis in deserto: <sup>13</sup> parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis riuus implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur; & erunt omnia tuosa in directum, & aspera in campum, & videbitur claritas Domini, & videbit omnis caro salutare Dei, quoniam dominus locutus est. <sup>14</sup> Item apud Hieremiam: Hic Deus noster & non deputabitur alius absque illo: qui inuenit omnem viam prudentiae, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel

Israel dilecto sibi: post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Item apud Zachariam deus dicit: Et transibunt per mare angustum, & percutient in mari fluctus, & arefacient omnes altitudines fluminum: & confundetur omnis iniuria Assyriorum, & sceptrum Aegypti auferetur, <sup>15</sup> & confortabo eos in domino Deo ipsorum, & in nomine eius gloriantur, dicit Dominus. Item apud Osee dicit Dominus: Non faciam iuxta iram indignationis meae, non sinam deleri Effraim: quoniam Deus ego sum, & non homo in te sanctus, & non introibo in ciuitatem, post Deum ibo. Item in psalmo 44. Thronus tuus Deus in saecula saeculorum, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vixit te Deus Deus tuus, oleo exultationis super participes tuos. Item in psalmo 45. <sup>16</sup> Vacate & cognoscite, quoniam ego sum Deus. Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Item in psalmo 81. Non cognouerunt neque intellexerunt, in umbra deambulabunt. Item in psalmo 67. Carate Deo, psallite nomini eius, viam facite ei qui ascendit in occasum, Deus nomen illi. Item in euangelio <sup>17</sup> Ioannem: In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo. Item in eodem Dominus ad Thomam: Iniice huc digitum tuum, & vide manus meas, & noli esse incredulus, sed fidelis: Respondit Thomas & dixit illi: Dominus meus & Deus meus. Dicit illi Iesus, quia vidisti me, credidisti: Felices qui non viderunt & crediderunt. Item Paulus ad Romanos: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus cognatisque meis secundum carnem, qui sunt Israelitae, quorum adoptio & claritas, & testamentum, & legis constitutio, & famulatus, & promissiones, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia <sup>17</sup> Deus benedictus in saecula. Itē in Apocalypsi: Ego sum  $\alpha$ , &  $\omega$ , initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquae vitae gratis: <sup>18</sup> qui vicerit possidebit ea, & eorum hereditatem: & ero eius Deus, & ille erit mihi filius. Item in psalmo 81. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernens. Et iterum illic. Ego dixi dij estis, <sup>19</sup> & filij altissimi omnes: vos autem sicut homines moriemini. Quod si iusti qui fuerint & praecipis diuinis obtempe-

rauerint, dij dici possunt: quanto magis Christus Deus dei filius? Sic ipse in euangelio dicit <sup>20</sup> Ioannem: Nonne scriptum est in lege, quoniam ego dixi dij estis? Si illos dixit deos <sup>19</sup> ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura; quem pater sanctificauit & misit in saeculum, vos dicitis: <sup>21</sup> quoniam blasphemias, quia dixi filius Dei sum? Quod si non facio facta patris, nolite mihi credere; quod si facio, & mihi non vultis credere, factis credite; & cognoscite, quoniam in me est pater, & ego in illo. Item in euangelio <sup>22</sup> Matthæum: Et vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum-Deus.

7. Quod Christus deus venturus esset illuminator & saluator generis humani; apud Esaiam: Confortamini manus resolutae & genua debilia, <sup>22</sup> exhortamini: Qui istis pusillanimitate nolite metuere. Deus noster iudicium retribuet, ipse veniet & saluos faciet nos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet claudus sicut ceruus, & plana erit lingua mutorum: quia rupta est in deserto aqua, & riuus in terra sitienti. Item illuc: Non senior neque angelus, sed ipse Dominus liberabit illos, quia diliget eos & parcet eis: & ipse redimet eos. Item illuc: Ego Dominus Deus vocauit te in iustitia, vt teneam manum tuam, & confortabor te; & dedi te in testamentum generis mei, in lumen gentium, aperite oculos caecorum, producere à vinculis victos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus Deus, hoc mihi nomen est: claritatem meam alij non dabo, neque virtutes meas sculptilibus. Item in psalmo 24. Vias tuas domine ostende mihi, & semitas tuas edoce me, & deduc me ad veritatem tuam <sup>24</sup> & doce me: quoniam tu es Deus saluator meus. Vnde in euangelio <sup>25</sup> Ioannem dominus dicit: Ego sum lumen mundi: qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitae. Item <sup>26</sup> Matthæum: Gabriel angelus ad Ioseph: Ioseph fili Dauid, ne metueris assumere Mariam vxotem tuam. Quod enim ex illa natum fuerit, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Item <sup>27</sup> Lucam: Et Zacharias impletus est Spiritu sancto, & prophetauit dicens: Benedictus dominus Deus Israel, qui

Hh ij



prospexit redemptionem populo suo, & excitauit nobis cornu salutis in domo Dauid pueri sui. Item illic: Angelus ad pastores: ne timueritis: ecce enim adnuncio vobis, quoniam natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Iesus in ciuitate Dauid.

8. Quod cum à principio filius Dei fuisset, generari denuo haberet secundum carnem: in psalmo 2, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Politula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Item in euangelio & Lucam: Et factum est, ut audiuit salutationem Mariæ Helisabet, exultauit infans in utero eius; & impleta est Spiritu sancto, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi cōtingit ut veniat mater Domini mei ad me: Item Paulus ad Galatas: At ubi aduenit impletio temporis, misit Deus filium suum natum de muliere. Item in epistola Ioannis: Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, de Deo est: qui autem negat in carne venisse, de Deo non est, sed est de antichristi spiritu.

9. Quod hoc futurum esset signum natiuitatis eius, ut de virgine nasceretur homo & deus, hominis & Dei filius, apud Esaiam: Et adiecit dominus loqui ad Achaz: dicens: Pete tibi signum à domino deo tuo in altitudinem sursum, & in altitudinem deorsum. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dominum Deum meum. Et dixit: Audite itaque domus Dauid; Non pusillum vobis certamen cum hominibus quoniam deus perstat agonem. Propter hoc dabit deus ipse vobis signum: Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuel, Butirum & mel manducabit; priusquam sciat reprobare malum, & eligere bonum. Hoc semen prædixerat deus de muliere procedere, quod calcaret caput diaboli; in Genesi. Tunc dixit deus ad serpentem: Quia tu hoc fecisti, maledictus tu ab omni pecore, & ab omni genere bestiarum terræ. Pectore tuo & ventre repes, & erit tibi terra cibus in omnibus diebus vitæ tuæ. Et ponam inimicitiam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen eius: ipse tuum obseruabit caput, & tu obseruabis calcaneum

cuius.

10. Quod & homo & deus Christus, ex utroque genere concretus, ut mediator esse inter nos & patrem posset; apud Hieremiam: Et homo est, & quis cognoscer eum? Item in Numeris: Orietur stella ex Iacob, & exsurgat homo ex Israël. Item illic: Procedet homo de semine eius, & dominabitur multarum gentium, & exaltabitur Gog regnum ipsius, & augetur regnum eius, & Deus eduxit eum ex Ægypto; quasi claritas vnicornis ei, & edet gentes inimicorum suorum, & crassitudines illorum emedullabit, & ballistis suis configet inimicum: Recubens requieuit quasi leo, & quasi catulus leonis: quis suscitabit eum? qui benedicunt te, benedicti sunt; & qui maledicunt te, maledicti sunt. Item apud Esaiam: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, bene nunciare pauperibus misit me; curare contritulos corde, prædicare captiuis remissionem, & caecis visum, vocare annum domini acceptabilem & diem retributionis. vnde in euangelio Gabriel ad Mariam: Et respondens angelus dixit ad illam: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obrabit te: quapropter qui nascetur ex te sanctus, vocabitur filius Dei. Item in epistola Pauli ad Corinthios prior: Primus homo de terræ limo, secundus homo de celo: qualis ille de limo, tales & qui de limo: & qualis cælestis, tales & cælestes: quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus & imaginem eius qui de celo est.

11. Quod de semine Dauid secundum carnem nasci haberet; in *Basileus* 2. Et fuit verbum domini ad Nathã dicens; Vade & dic seruo meo Dauid; Hæc dicit dominus; Non tu ædificabis mihi domum ad inhabitandum: sed erit, cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semem tuum post te, qui erit de utero tuo, & parabo regnum eius. Hic ædificabit mihi domum in nomine meo, & erigam thronum eius usque in sæculum. Et ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium; & fidem consequetur domus eius, & regnum eius usque in sæculum in conspectu meo. Item apud Esaiam: Et exibit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus sci-

tus scientiæ & pietatis, & implebit eum spiritus timoris domini. Item in psalmo 131. Iurauit deus ipsi Dauid veritatem, & non reprobat eam, de fructu ventris tui ponam super thronum meum. Item in euangelio & Lucam: Et dixit angelus ad illam: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam ante deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi dominus deus thronum Dauid patris sui, & regnabit super domum Iacob in sæcula, & regni eius non erit finis. Item in Apocalypsi: Et vidi librum in dextera dei sedentis super thronum, scriptum intus & retro, signatum signis septem; & vidi angelum fortem prædicantem voce magna: Quis dignus est accipere librum, & aperire signa eius? Nec quisquam poterat neque in celo, neque super terram, neque sub terra aperire librum, sed neque perspicere eum. Et ego stebam multum, quod nemo dignus repperitus esset qui aperiret librum, aut videret illum. Et vnus ex senioribus dixit mihi: Ne fleueris, ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signa eius.

12. Quod in Bethleem nasceretur; apud Michæam: Et tu Bethleem domus Effrata non exigua es, ut constituaris in millibus Iuda: ex te mihi procedet, ut sit princeps apud Israël, & processiones eius à principio à diebus sæculi. Item in euangelio: Et cum Iesus natus esset in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare illum.

13. Quod humilis in primo aduentu suo veniret; apud Esaiam: Domine quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Annunciauimus coram ipso sicut pueri, sicut radix in terra fitienti. Non est figura eius neque claritas: & vidimus illum, & non habuit figuram neque speciem; sed figura eius sine honore, & deficiens præter ceteros homines. Homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem: quia auersa est facies eius, inhonoratus est, & non est computatus. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet, & nos putauimus illum esse in dolore, & in plaga, & in vexatione: ipse

autem vulneratus est propter facinora nostra, & infirmatus est propter peccata nostra. Doctrina pacis nostræ super illum, & liuore eius sanati sumus. Omnes sicut oves errauimus, homo à via sua errauit. Et deus tradidit illum pro peccatis nostris; & ipse propterea quod vexatus est, non aperuit os suum. Item apud eundem: Non sum contumax, neque contradico; dorsum meum posui ad flagella; & maxillas meas ad palmas; faciem autem meam non auerti à fœditate sputorum, & fuit deus auxiliator meus. Item apud eundem: Non clamabit, neque audiet quis in plateis vocem eius: arundinem quassatam non confringet, & linum funigans non extinguet, sed in veritate proferet iudicium. Fulgebit & non quassabitur quoad usque; ponat in terra iudicium: & in nomine eius gentes credent. Item in psalmo 21. Ego autem sum vermis & non homo, maledictum hominis & abiectio populi. Omnes qui me videbant despiciebant me: & locuti sunt in labijs & mouerunt caput. Sperauit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. Item illic: Aruit velut testa virtus mea, & lingua mea adglutinata est faucibus meis. Item apud Zachariam: Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem illum magnum, stantem ante faciem angeli domini, & diabolus stabat ad dexteram eius aduersari ei. Et Iesus erat indutus vestimenta fordida, & stabat ante faciem ipsius angeli, & respondit, & ait ad eos qui stabant ante faciem eius, dicens: Auferite vestimenta fordida ab eo, & dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitates tuas. Et induite eum poderem, & imponite cidatim mundam super caput eius. Item Paulus ad Philippenes: Qui in figura Dei constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed se metipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu intensus ut homo. Humilianit se, factus obediens, usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

14. Quod ipse sit iustus, quem Iudæi occi-



3. p. 2.

furi essent, in sapientia Salomonis: Circumueniamus iustum, quoniam in suauis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & exprobrat nobis peccata legis. Promittit scientiam Dei se habere, & filium Dei se nominat. Factus est nobis in translatione cogitationum nostrarum, grauis est nobis etiam ad videndum: quoniam dissimilis est aliis vita illius, & mutatae sunt viae illius. Tanquam nugaces aestimati sumus ab illo, & continet se à viis nostris quasi ab immunditiis, & praefert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere deum. Videamus ergo si sermones illius veri sunt, & tentemus quae ventura sunt illi. Contumelia & tormento interrogemus eum, ut sciamus reuerentiam illius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnatum eum. Haec cogitauerunt, & errauerunt: excacauit enim illos malitia ipsorum, & nescierunt sacramenta dei. Item apud Esaiam: Videte quo modo iustus perit, & nemo intelligit, & viri iusti tolluntur, & nemo recognoscit. A facie enim iniustitiae sublati sunt iusti, & erit in pace sepultura eius, de hoc ipso in Exodo ante praedictum: Innocentem & iustum non occides. Item in euangelio: Iudas poenitentia ductus, sacerdotibus & senioribus dixit: Peccaui tradens sanguinem iustum.

Esa. 57.

Exod. 23.

Matth. 27.

Esa. 53.

15. Quod ipse dictus sit ouis & agnus qui occidi haberet, & de sacramento passionis, apud Esaiam: Sicut ouis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum: in humilitate iudicium eius sublatum est, & natiuitatem eius quis enarrabit? Quoniam auferetur à terra vita eius, à facinoribus populi mei adductus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius, & ipsos diuites pro morte eius: quia facinus non fecit, neque inuidias ore suo. Propterea ipse consequetur multos, & fortium diuidet spolia: propterea quod tradita est ad mortem anima eius, & inter facinorosos deputatus est. Et ipse peccata multorum pertulit, & propter facinora illorum traditus est. Item apud Hieremiam: Domine significa mihi & cognoscam, tunc vidi meditationes eorum. Ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad victimam, in me cogitauerunt cogitatum dicentes: Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus à terra vitam eius, & no-

Hier. 11.

men eius non erit in memoria amplius. Item in Exodo Deus ad Moysen: Accipiant sibi singuli ouem per domos tribuum, & ouem sine vitio; perfectum, masculum, anniculum erit vobis. Ab agnis & ab haedis accipietis, & occident illum omne vulgus synagogae filiorum Israel ad vespeream; & accipient de sanguine eius, & ponent super duos postes, & super limen in domibus, in quibus eum edent in ipsis: & edent carnes ipsa nocte assatas igni, & azyma cum picridibus edent. Non edetis de eis crudam, neque coctam in aqua, nisi assatam igni; caput cum pedibus & interaneis; nihil derelinquetis ex eis in mane, & os non confringetis ex eo. Quae autem relicta fuerint de eo usque in mane, igni cremantur. Sic autem comedetis eum: Lumbi vestri praecincti, & caligae vestrae in pedibus vestris, & bacula vestra in manibus vestris, & edetis eum festinater, pascha est enim domini. Item in Apocalypsi: Et vidi in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem quasi occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus dei missi per orbem terrae. Et venit, & accepit librum de dextera dei sedentis in throno. Et cum accepisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores prostrauerunt se ante agnum, & habentes singuli citharas, & pateras aureas plenas odoramentis supplicationum quae sunt orationes sanctorum, & cantauerunt canticum nouum dicentes: Dominus es domine accipere librum & aperire signa eius, quonia occisus es, & redemisti nos sanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos regnum deo nostro, sacerdotibusque fecisti, & regnabunt super terram. Item in euangelio: Altera die videt Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus dei: & ecce qui aufert peccata mundi.

Exod. 12.

Apo. 5.

Ioan. 1.

Esa. 28.

16. Quod idem & lapis dictus sit; apud Esaiam sic dicit dominus: Ecce ego immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum, angularem, honoratum: & qui crediderit in eum, non confundetur. Item in psalmo 117. Lapis quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factus est iste, & est admirabilis in oculis nostris. Iste dies quem fecit dominus, exultemus & iucundemur in eo. O domine

2. heb. 3.

Deut. 27.

Ios. 24.

Act. 4.

Gen. 28.

Exod. 17.

1. Reg. 4.

1. Reg. 17.

1. Reg. 7.

O domine salua igitur, o domine dirige igitur: benedictus est qui venit in nomine Domini. Item apud Zachariam: Ecce ego adduco puerum meum, oriens nomen est ei: quoniam lapis quem dedi ante faciem Iesu, super lapidem ipsum vnum septem oculi sunt. Item in Deuteronomio: Et scribes super lapidem omnem legem hanc, manifeste nimis. Item apud Iesum Naue: Et accepit lapidem magnum, & statuit eum illic contra dominum, & ait Iesus ad populum: Ecce lapis iste erit vobis in testimonium, quia iste audiuit omnia quae dicta sunt à domino, quanta locutus est ad vos hodie; & erit ipse vobis in testimonium in nouissimo dierum, quando recesseritis à Deo vestro. Item in Actibus Apostolorum Petrus: Principes populi & seniores Israel audite; Ecce nos hodie interrogamur à vobis super benefacto hominis infirmi in quo iste saluatus est. Sit vobis omnibus notum, & omni populo Israel, quia in nomine Iesu Christi Nazareni quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in illo iste in conspectu vestro sanus adstat, in alio autem nullo. Hic est lapis, qui contemptus est à vobis aedificantibus, qui factus est in caput anguli. Non est enim nomen aliud sub caelo datum hominibus, in quo oportet saluari nos. Hic est lapis in Genesi, quem ponit Iacob ad caput suum, quia caput viri Christi; & dormiens videt scalam ad caelum pertingentem, in qua constitutus erat Dominus, & angeli ascendebant, & descendebant; quem lapidem consecrauit & vnxit, sacramento vnctionis Christum significans. Hic est lapis in Exodo, super quem sedit Moyses in cacumine collis, quando Iesus Naue contra Amalech dimicauit, & sacramento lapidis, & stabilitate sessionis Amalech superatus est ab Iesu, id est, diabolus à Christo victus est. Hic est lapis magnus in βασιλείαν primo, super quem posita est arca testamenti, quando eam ab Allophylis remissam & redditam in plaustris boues reportauerunt. Item hic est lapis, in βασιλείαν, quo Dauid frontem Goliath percussit & occidit, significans diabolum & seruos eius inde prosterni, victa scilicet ea capitis parte, quam signatam non habent. Quo signo nos & tuti semper sumus, & viuimus. Hic est lapis, quem cum alienigenas Israel vicisset, sta-

tuit Samuel, & appellauit nomen eius Abennezer, id est lapis auxiliator.

17. Quod deinde idem lapis mons fieret & impleter totam terram; apud Danielem: Et ecce imago nimis magna, & contemplatio eius imaginis metuenda & elata stabat contra te; cuius caput fuit ex auro bono, pectus & brachia eius argentea, venter & femora aerea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles; quoad usque abscisus est lapis de monte sine manibus concidentium, & percussit imaginem super pedes ferreos & fictiles, & comminuit eos minutatim, & factum est simul ferrum & testa, & amentum & argentum & aurum: & facta sunt minuta quasi palea, aut puluis in area aestate, & ventilaui illa ventus, ita ut nihil remanserit ex illis: & lapis qui percussit imaginem, factus est mons magnus, & impleuit totam terram.

Dan. 2.

Esa. 2.

18. Quod in nouissimis temporibus idem mons manifestaretur, super quem gentes venient, & in quem iusti quique ascenderent; apud Esaiam: Et erit in nouissimis temporibus manifestus mons Domini & domus Dei super vertices montium, & exaltabitur super colles, & venient super illum omnes gentes, & ambulabunt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini: & in domum Dei Iacob, & nunciabit nobis viam eius, & ambulabimus in illa. De Sion enim procedet lex, & verbum Domini ab Hierusalem; & iudicabit inter gentes, & redarguet populum multum, & concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & iam non discent pugnare. Item in Psalmo 23. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, & non iurauit subdole proximo sibi: iste accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutaris suo. Ista natiuitas eorum qui eum quaerunt, qui quaerunt faciem Dei Iacob.

19. Quod ipse sit sponsus Ecclesiam habens sponsam, de qua filij spiritualiter nacerentur; apud Iohel: Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, & indicite curacionem, aggregate populum, sanctificate Ecclesiam, excipite maiores natu, colligite paruulos lactantes; procedat sponsus de curia.

Iohel. 2.



bili suo, & sponsa de thalamo suo. Item apud Hieremiam: Et auferam de ciuitatibus Iuda, <sup>88</sup> & de quadriuis Hierusalem, vocem lacerantium & vocem gaudentium, vocem sponsi, & vocem sponsæ. Item in Psalmo 18. Et ipse velut sponsus egrediens de thalamo suo. <sup>89</sup> Exultauit ut gigas viam currere; à summo cœli egressio eius, & decursio eius, vsque ad summum eius, & non est qui lateat à calore eius. Item in Apocalypsi: Veni ostendam tibi nouam nuptam vxorem agni; & duxit me in spiritu in montem magnum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo, à Deo habentem claritatem Dei. Item in Euangelio <sup>90</sup> Ioannem: Vos mihi testes estis, quoniam dixi eis, qui missi sunt ab Hierosolymis ad me, quia non sum Christus, sed quoniam missus sum ante illum. Qui enim habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi est, qui stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Huius rei mysterium ostensum est apud Iesum Naue, quando iussus est excalciare se, quod scilicet sponsus non ipse esset. Erat enim in lege, ut quisquis nuptias recusat, calciamentum deponeret; calciaretur verò ille qui sponsus futurus esset. Et factum est <sup>91</sup> cum esset Iesus in Iericho, circumspexit oculis, & vidit hominem stantem ante faciem suam, & frameam tenentem in manu eius, & dixit: Noliteres, aduersariotum? Ille autem dixit: Ego sum dux virtutis Domini, <sup>92</sup> nunc adueni. Et Iesus cecidit in faciem ad terram; & ait illi: Domine quid imperas famulo tuo? & ait dux virtutis Domini: Solue calciamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est. Item in Exodo Moyses iubetur <sup>93</sup> calciamentum deponere, quod nec ipse sponsus esset. Et apparuit ei Angelus Domini in flamma ignis de rubo, & vidit quoniam rubus arderet igni, rubus autem non cremabatur. Et dixit Moyses: Transiens videbo hoc grande visum, cur utique non crematur rubus. Ut vidit autem quoniam accedit videre, vocauit eum Dominus Deus de rubo dicens: Moyses Moyses. Qui dixit: Quid est? & dixit: Ne accesseris huc, nisi solueris calciamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas terra sancta est. Et dixit ei, Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, Deus Iacob;

Hoc autem manifestatum est in Euangelio <sup>94</sup> Ioannem. Et respondit illis Ioannes: <sup>95</sup> Ego quidem baptizo in aqua, in medio autem vestrum stat, quem vos nescitis, ipse est enim de quo dixi: Post me veniens homo ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Item <sup>96</sup> Lucam: Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando veniat à nuptiis, ut cum venerit & pulsauerit, aperiant ei. Beati serui illi, quos adueniens Dominus inuenit vigilantes. Item in Apocalypsi: <sup>97</sup> Regnavit Dominus Deus omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus ei gloriæ claritatem, quoniam venerunt nuptiæ agni, & vxor eius se præparauit.

<sup>20</sup> Quod cruci illum fixuri essent Iudæi, apud Esaiam: Expandi manus meas tota die ad plebem contumacem, & contradicentem mihi; qui ambulant vias non bonas, sed post peccata sua. Item apud Hieremiam: Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus à terra vitam eius. Item in Deuteronomio: Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die & nocte, & non credes vitæ tuæ. Item in psalmo 21. <sup>98</sup> Effoderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem contemplati sunt, & viderunt me, & diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam sortem miserunt. Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum <sup>99</sup> à me: in auxilium meum atteride. Libera à gladio animam meam, & de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Enarrabo nomen tuum fratribus meis, <sup>100</sup> in medio Ecclesie laudabo te. Item in Psalmo 118. <sup>101</sup> Confige clavis de metu tuo carnes meas. Item in Psalmo 140. Allevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. De quo sacrificio Sophonias dixit: Meruite à facie Domini Dei, quoniam prope est dies eius: quia apparuit dominus sacrificium suum, sanctificauit electos suos, Item apud Zachariam: Et intuebuntur in me, in quem transfixerunt. Item in Psalmo 87. Exclamaui ad te Domine tota die, extendi ad te manus meas. Item in Numeris: Non quasi homo Deus suspenditur, neque quasi filius hominis minas patitur. vnde in Euangelio Dominus dicit: Sicut Moyses exalta-

uit

uit serpentem in eremo: ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui crediderit in filium habeat vitam æternam.

<sup>21</sup> Quod in passione crucis & signo virtus omnis sit & potestas; apud Abacuc: <sup>99</sup> Texit cœlos virtus eius, & laudis eius plena est terra: & splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius erunt. <sup>100</sup> Et illic constabilita est virtus gloriæ eius, & constituit dilectionem validam: ante faciem suam ibit verbum, <sup>101</sup> & procedet in campos secundum gressus suos. Item apud Esaiam: Ecce natus est nobis puer, & datus est nobis filius, cuius imperium super humeros eius; & vocatum est nomen eius, <sup>102</sup> magnæ cogitationis nuncius. Hoc signo crucis & Amalech victus est ab Iesu per Moysen. In Exodo dixit Moyses ad Iesum: Elige tibi viros & exi, & constitue cum Amalech in crastinum. Ecce ego stabo in cacumine collis, & virga Dei in manu mea. Et factum est cum leuabat manus Moyses, præualebat Israël. Vbi autem submiserat manus Moyses, inualescebat Amalech: sed manus Moysi erant graues, & accepto lapide supposuerunt sub eo, & sedebat super eum; & Aaron & Vr <sup>103</sup> sustentabant manus eius hinc & inde, & factæ sunt manus Moysi stables vsque in occasum solis, & fugauit Iesus Amalech, & omnem populum eius. Et dixit Dominus ad Moysen: Scribe hoc, ut sit memoria in libro, & da in aures Iesu; quoniam deletionem deleam memoriam Amalech de sub cœlo.

<sup>22</sup> <sup>104</sup> Quod in hoc signo Crucis salus sit omnibus qui in frontibus notentur; apud Ezechielem dicit Deus: Transi mediam Hierusalem, <sup>105</sup> & notabis signum super frontes virorum qui ingemunt & mærent ob iniquitates quæ sunt in medio ipsorum. Item illic: Vadite & credite, & nolite parcere oculis vestris. Nolite misereri senioris, & iuuenis, & virginis, & paruos, & mulieres interficite, ut perdeantur. Omnem autem super quem signum scriptum est, ne tetigeritis, & ab ipsis sanctis meis incipite. Itē in Exodo Deus ad Moysen: Et erit sanguis in signo vobis super domos, in quibus ibi eritis; & videbo sanguinem, & protegam vos, & non erit in vobis plaga diminutionis cum percutiam terram Ægypti. Item in Apocalypsi: <sup>106</sup> Et vidi, & ecce agnum stantem in monte Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor

millia, & habebant nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Item illic: <sup>107</sup> Ego sum  $\alpha$  &  $\omega$ , primus & nouissimus, initium & finis. Felices eos qui faciunt præcepta eius, <sup>108</sup> ut sit potestas eorum super lignum vitæ.

<sup>23</sup> Quod medio die in passione eius tenebræ futuræ essent; Apud Amos: Et erit in illo die, dicit Dominus, occidet sol meridie, & obtenebrabitur dies lucis; & conuertam dies festos vestros in luctum, & omnia cantica vestra in lamentationem. Item apud Hieremiam: <sup>109</sup> Exterrita est quæ parit, & tædedit anima eius. Subiit sol ei, cum adhuc medius dies esset, confusa est & maledicta; reliquos eorum in gladio dabo, in conspectu <sup>110</sup> inimicorum eorum. Item in Euangelio: A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super totam terram, vsque ad horam nonam.

<sup>24</sup> Quod à morte non vinceretur, <sup>111</sup> nec apud inferos remansurus esset; In Psalmo 29. Domine reduxisti ab inferno animam meam. Item in Psalmo 15. Non derelinque animam meam apud inferos; neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Item in Psalmo 3. Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi, <sup>112</sup> quoniam Dominus auxiliatus est mihi. Item <sup>92</sup> Ioannem: Nemo auferit animam meam à me, sed ego à me pono eam; potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: hoc enim mandatum accepi à patre meo.

<sup>25</sup> Quod ab inferis tertio die resurgeret, apud Osee: Viuificabit nos post bidduum, <sup>113</sup> die tertio resurgemus. Item in Exodo: Et dixit dominus ad Moysen; descende <sup>114</sup> & testificare populo, & sanctifica illos hodie & cras, & lauent vestem suam, & sint parati in præandinum diem: die enim tertio descendet Dominus in montem Sina. Item in Euangelio: Progenies nequam & adultera signum quærit, & signum non dabitur illi nisi signum Ionæ prophætæ. Quomodo enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

<sup>26</sup> Quod cum resurrexisset, acciperet à patre omnem potestatem, & potestas eius æterna sit, apud Danielelem: Videbam in visu nocte, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniens, venit vsque ad veterem dierum, & stetit in conspectu eius, & qui assiscebant ei obtulerunt eum: & data est ei



potestas regia, & omnes reges terræ<sup>115</sup> per genus: & omnis claritas seruiens ei: & potestas eius æterna, quæ non auferetur, & regnum eius non corrumpetur. Item apud *Esaïam*: Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc clarificabor, nunc exaltabor, nunc videbitis, nunc intelligetis, nunc confundemini: vana erit fortitudo spiritus vestri, ignis vos consumet. Item in *Psalmo* 109. Dixit Dominus domino meo, sede ad dexteram meam, quoad vsque ponam inimicos tuos<sup>116</sup> suppedaneum pedum tuorum: Virgam virtutis tuæ mittet Deus à Sion; & dominaberis in medio inimicorum tuorum. Item in *Apocalypsi*: Et conuersus respexi, vt viderem vocem quæ mecum loquebatur; & vidi septem candelabra aurea, & in medio candelaborum similem filio hominis vestitum podere, & erat præcinctus supra mammillas<sup>117</sup> zonam auream. Caput autem eius & capilli erant albi velut lana aut nix; & oculi eius vt flamma ignis; & pedes eius similes aurichalco, sicut de fornace ignis; & vox eius vt sonus aquarum multarum: & habebat in dextera sua septem stellas, & ex ore eius gladius vtraque parte acutus exibat, & facies eius splendebat vt sol in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus, & imposuit super me dexteram suam dicens: Noli timere, ego sum primus & nouissimus, & viuus qui fueram mortuus: & ecce sum viuens in sæcula sæculorum, & habeo clauas mortis & inferorum. Item in *Euangelio* Dominus post resurrectionem discipulis dicit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: ite ergo, & docete omnes gentes,<sup>118</sup> tingentes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos obseruare omnia quæcunque præcepi vobis.

27 Quod perueniri non possit ad Deum patrem, nisi per filium eius Iesum Christum, in *Euangelio*: Ego sum via & veritas & vita: nemo venit ad patrem nisi per me. Item illic:<sup>119</sup> Ego sum ostium; per me si quis introierit, saluabitur. Item illic: Multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis & non audierunt. Item illic: Qui credit in filium, habet vitam æternam:<sup>120</sup> Qui dicto non audiens est in filium, non habet vitam: sed ira Dei manebit super eum: Item Paulus ad *Ephesios*: Et cum venisset, annunciauit vobis<sup>121</sup> pa-

cem his qui longe, & pacem iis qui prope: quia per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Item ad *Romanos*: Omnes enim peccauerunt, & egent claritate Dei; iustificantur autem dono ipsius & gratia, per redemptionem quæ est in Christo Iesu. Item in *Epistola* Petri Apostoli: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo. Item illic: In hoc enim & mortuis prædicatum est, vt suscitentur. Item in *Epistola* Ioannis: Qui negat filium, neque patrem habet: qui confitetur filium, & filium & patrem habet.

28 Quod ipse iudex venturus sit; apud *Malachiam*: Ecce dies Domini venit ardens velut clibanus, eruntque omnes alienigenæ, & omnes iniqui stipula, & succendet illos adueniens dies, dicit Dominus. Itē in *Psalmo* 49. Deus deorum dominus locutus est, & vocauit terram. A solis ortu vsque ad occasum, ex Sion species decoris eius. Deus manifeste veniet, Deus noster, & non filebit. Ignis ante eum ardebit: & in circuitu eius procella nimia. Vocauit cælum sursum, & terrā<sup>122</sup> vt separet populum suum. Colligite illi iustos eius, eos qui disponunt testamentum eius in sacrificiis; & annunciantur cæli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. Item apud *Esaïam*. Dominus Deus virtutum prodibit, & cōtinuet bellum. Excitabit certamen, & clamabit super inimicos suos cum fortitudine. Tacui, nunquid semper tacebo? Item in *Psalmo* 67. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant à facie eius qui oderunt eum. Sicut deficit fumus, deficient: Sicut tabescit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei, & iusti iucundentur, & exultent in conspectu Dei:<sup>123</sup> & latentur in iucunditate. Cantate Deo, psallite nomini eius, iter facite ei, qui ascendit in occasum, Deus nomen illi. Turbabitur à facie eius<sup>124</sup> patris orphanorum, & iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit vnanimis in domo, producents victos in virtute, similiter eos<sup>125</sup> qui in iram prouocant, qui inhabitant in monumento. Deus dum prodires in conspectu populi tui, in transeundo in eremū. Item in *Psalmo* 81. Exurge Deus iudica terrā, quoniam tu<sup>126</sup> exterminabis in omnibus gentibus. Item in *Euangelio* *Matthæum*: Quid nobis & tibi fili Dauid? Quid huc venisti

venisti ante tempus<sup>127</sup> punire nos; Item *Ioannem*: Nihil pater iudicat, sed iudicium omne filio dedit, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui eum misit. Item in *Epistola* Pauli ad *Corinthios* secunda: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt reportet vnusquisque sui corporis propria, secundum quæ egit, siue bona, siue mala.

29 Quod ipse sit rex in æternum regnaturus, apud *Zachariam*: Dicite filie Sion: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluans, mitis sedens super asinum indomitum. Item apud *Esaïam*:<sup>128</sup> Quis nunciabit vobis, quia ignis ardet? quis nunciabit vobis locum illum æternum? Ambulans in iustitia, & manus abstinens à muneribus, grauans aures vt non audiat iudicium sanguinis, & comprimens oculos suos ne videat iniustitiam;<sup>129</sup> hic inhabitabit in alta spelunca petre fortis. Panis illi dabitur, & aqua eius fidelis: regem cū claritate videbitis. Item apud *Malachiam*: Rex magnus sum ego, dicit Dominus, & nomen meum illustre est apud gentes. Item in *psalmo* 2. Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, adnūcians imperium ipsius. Item in *Psalmo* 20. Commemorabuntur & conuertentur ad Dominum omnes termini terræ: & adorabunt in conspectu tuo<sup>130</sup> omnes patriæ gentium; quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur omnium gentium. Item in *Psalmo* 23. Auferte portas principes vestras, & extollimini portæ æternales, & introibit<sup>131</sup> rex claritatis. Quis est iste rex claritatis? Dominus fortis & potens: Dominus fortis in prælio. Auferte portas principes vestras, & extollimini portæ æternales, & introibit rex claritatis. Quis est iste rex claritatis? Dominus virtutum ipse est rex claritatis. Item in *Psalmo* 44. Eructauit cor meum sermonem bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus<sup>132</sup> scriptoris acute scribetis; decorus specie super filios hominum. Effusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in sæcula.<sup>133</sup> Accingere ense tuo ad femur potentissime. Decorum & speciei tuæ & intende, & dirige, & regna propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Item in *Psalmo* 5. Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine, ma-

ne exaudies vocem meam; mane assistam tibi, & contemplantor te. Item in *Psalmo* 96.<sup>134</sup> Dominus regnauit, exultet terra, iucundentur insulæ multæ. Item in *Psalmo* 44. Astitit regina ad dexteram tuam in veste inaurata, amicta est varietate. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui. Quoniam desiderauit rex speciem tuam; quia ipse est Dominus Deus tuus:<sup>135</sup> Item in *Psalmo* 73. Deus autem rex noster ante sæculum, operatus est salutem in medio terræ. Item in *Euangelio* *Matthæum*: Et cum Iesus natus esset in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis: ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Item *Ioannem* dixit Iesus: Regnū meū non est de isto sæculo: si de isto seculo esset regnum meum, ministri mei turbarentur ne traderer Iudæis: nunc autem regnum meū non est hinc. Dixit Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quoniam Rex sum: Ego in hoc natus sum, & in hoc veni in sæculum, vt testimonium perhibeā veritati. Omnis qui est de veritate audit vocem meam.

30 Quod ipse sit & iudex & rex; in *Psalmo* 74. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iustitia. Item in *Apocalypsi*: Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verus, æquum iustumque iudicat, & præliatur.<sup>137</sup> Oculi autem eius erant tanquam flamma ignis: & super caput eius diademata multa: & portabat nomen scriptum, nemini ali j nisi sibi notum. Et erat coopertus vestem aspersam sanguine, & dicitur nomen eius verbū Dei; & exercitus qui sunt in cælo sequebantur eum in equis albis, induti byssinum album mundum; & de ore eius exibat gladius vtrinque acutus, vt ex eo percuteret nationes, quas ipse<sup>138</sup> pasciturus est in virga ferrea, & ipse calcabit torcular vini iræ Dei omnipotentis. habet etiam in veste & in femore suo nomen scriptum: Rex regū & Dominus dominantium. Item in *Euangelio*: Cum venerit filius hominis in claritate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit in throno claritatis suæ, & colligentur ante eum omnes gētes,<sup>139</sup> & segregabit illos abinuicem, quemadmodū pastor segregat



oues ab hædis, & statuet oues ad dexteram suam, hædos autē ad sinistram. Tunc dicit Rex eis qui ad dexteram eius erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mundi: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare; sitiui, & potastis me; hospes fui, & adduxistis me; nudus, & texistis me; infirmus, & visitastis me; in carcere fui, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine quando te vidimus esurientem, & pauperem? sitiuentem, & potauimus? quando autem te vidimus hospitem, & adduximus? nudum, & vestiuimus? quando autem te vidimus infirmum, & in carcere; & venimus ad te? Et respondens Rex dicit eis: Amen dico vobis, quandū fecistis vni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit illis, qui ad sinistram eius erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem parauit pater meus diabolo & angelis eius: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non potastis me; hospes fui, & non adduxistis me; nudus, & non vestistis me; infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt & ipsi dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitiuentem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministraviimus tibi? Et respondēbit illis: Amen dico vobis, quandū non fecistis vni ex minimis his, neque mihi fecistis: & abibunt isti in ambustionem æternam, iusti autem in vitam æternam.

ADNOTATIONES  
in librum secundum Testim.  
ad Quirinum.

cap. i. 1. in parocemiis] Ita Ms. Cambren. & Afflig. cum vet. excu. tum hic, tum saepe postea, pro eo quod hic vulgati typis: in Proverbiis, utrumque omiserant Manut. & Morelius. Expresit autem ad verbum titulum Græcorū codicum. De quo semel adnotasse sufficiat.  
2. Item apud eundem in Ecclesiastico] Salomoni attribuit Ecclesiastici librum Cyprianus, tum supra epistola 65. & lib. de oper. & elem. ac ad Fortunat. cap. 9. tum infra Festin. lib. 3. cap. 1. 6. 12. 35. 51. 60. 95. 96. & 113. (alibi etiam frequenter tanquam sacram scripturam citat.) Idipsum faciunt Clemens Alexandrinus lib. 7. Strom. Pontif. Sixtus prima epistola ad omnes fratres, Marcellinus ad Salom. episcop. Fabianus ad omnes Orient. episcop. Sixtus 2. ad Gratianum, Damasus ad Italos Innocent. 1. cap. ult. ad Exuperium, & 10. in ad Valerium. Item Gregorius Nazianzen. orat. 8. Basil. lib. 4. contra Eunom. Ambros. in 7. cap. prior. ad Cor. Hieronym. in cap. 10. Ec-

clesiastes, Concil. Carthag. 3. Casiod. in Psal. 55. 66. & 93. ac Greg. lib. 10. Moral. Causam autē cur Salomoni ascribatur, reddit Dn. 104. Driedonis eccl. dog. lib. 1. ex Eusebio lib. 11. preparat. Evangelice. quemadmodum supra latius diximus lib. de mortalitate. Iam ut omitam auctores citatos præceden. lib. c. 20. qui hunc librum inter Canonicas scripturas enumerant, certe ut diuinam citant, præter iam dictos, Euaristus Papa epistola 1. Ambros. lib. 4. de fide, Chrysost. in Gene. homil. 6. & 39. & alibi frequētissime, & disertis verbis Epiphanius heresi 76. D. Augustin. quoque lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 8. ad Oros. contra Priscil. ca. 11. & lib. de cura pro mort. ca. 17. Valeant igitur, qui libri huius auctoritatem eleuare nituntur.  
3. Ego in altis habitauim] Ms. cum Morel. in altissimis, sed Græce est: ὑψιστοῖς.  
4. Mactauit suas hostias] Hoc ex Ms. pro eo quod erat: suam hostiam, nam Græce est: τὸν εὐχέλαιον θυμῶτα, & supra etiam sic legit Cyprianus epistola 63. Legunt etiam Ms. quis est insipiens, pro eo quod alij: qui, sed perinde est.  
5. & corrigite scientiam in intellectu] In hoc sequimur Morelium, eo quod Græci legūt: σωθεῖσθαι ἐν νοῶσι, pro eo quod Ms. scientiā & intellectu, Manut. scientiā & intelligentiā, ceteri: scientiā intelligeniam.  
6. Eructauit cor meum sermonem bonum] Ms. verbum bonum sed titulus capituli: Quod idem sit sermo Dei, conuincit priorem lectionem esse veram, non hic modo, sed & in omnibus scripturis huius capituli, ubi varia reperitur lectio; præsertim quum & hoc sic legit etiam Tertull. aduersus Marc. lib. 2. & quod infra citatur ex 1. cap. 10. an. contra Praxeam.  
7. Item in Psalmo 106.] Ita hunc numerum restitui ex Ms. & edit. Gryphij pro eo quod vet. excu. 104. & ceteri 105. nam priori loco reperitur quod citat.  
8. In principio erat sermo, & c.] Tum hic tū paulo post ex Ms. reposuimus: erat, pro eo quod legebatur: fuit, & est, quia & Tertull. sic legit loco citato, & aduersus Hermog. & ubique eadem est vox Græca, ἦν.  
9. Quod factū est in illo vita erat] Quum sic legant & Ms. & veteres excu. cū Morelio, rursum eā in locū restituumus, pro ea quod alij: quod factum est. In illo vita est, seu, erat, Græci quidem & D. Hieron. in Amos ca. 6. Alexandrini quoque & Aegyptij teste Ambrosio, hanc habent cum vulg. Græcis exemplaribus & Latinis. Verum ad illam accedit Tertull. lib. aduer. Hermog. explicant verō disertis verbis D. D. Hilarius lib. 2. de Trinita. Ambro. in Psal. 36. & Augustin. cum Beda in comment. quedam etiam hodie græca exemplaria sic legunt. Cur autem Græci ab ea lectione abhoruerint, in causa fuisse tum Arrianorum tum Macedonianorum errorem, qui ex ea verum suum cōprobabant, satis constat ex dictis locis Ambrosij, & Chrysost. ac Eutimij commentariis.  
10. manus enim vestræ inquinatæ sunt] Ms. cap. 4. plena sunt, sed obstat vox græca, μεμολυσμέναι. Neque verō etiā placet quod paulo post legitur: dolores, pro eo quod alij: dolorem, quia gr. ce est: πόνον.  
11. & terra suppeditaneum pedum meorum] Ms. scabellum, sed prius placet.  
12. Item apud eundem: Domine Deus] Adiecerunt recens. Manut. & Morel. apud eundem, ego tamen usque iam apud Esaiam reperi. Ms. vero profusus omittunt hanc scripturam.

Recue-

13. Reuelauit Dominus] Reversum substitui: dominus, ex vulg. exc. pro: Deus, quod habent Manut. & Morel. eo quod 70. legant ὑψιστος. Ex isdem etiam & Ms. reposui: suprema terra, pro eo quod illi: terra, nam 70. habent: τὸ ἄνω γῆς ὑψιστος.  
14. Item illic: Ecce feci te sicut rotas vehiculi trituran] Cum Morel. ex Ms. & vet. exc. hanc scripturam adiecimus; præsertim quum ad institutum faciat, quod Christus manus Dei dicitur sit. Placet autem quod habent Ms. & vet. exc. trituran]is, quia & Hierony. sic legit; ut legerint veteres: ἀλωβίλας pro eo quod nunc est ἀλώντας.  
15. in se retornatas] Ms. uterque & vet. excu. in seres formatas, Ex quo censeo legendum: in ferram formatas, nam quod græce est voce cōposita πρίσιφοειδεις, vertit in comment. D. Hierony. in ferratum modum, & in Amos cap. 2. cum ferratum dentibus, consonat etiam quod ipse ex Hebr. eo vertit: habens iostra ferrata.  
16. & egeni, quærent enim aquam] Ms. & vet. exc. & egeni quærent aquam; sed prius & Græce & Latine apud D. Hieron. legitur 70.  
17. faciam desertam] Magis e contrario placet hæc lectio Ms. quam vet. exc. & Morel. deserta, quia 70. in singulari legunt: τὴν ἐρημωσ.  
18. & vltimum] Habent quidem istud Ms. & Morel. cum vet. excu. verum apud 70. non legi, sed in Hebræo testatur D. Hieron. in comment.  
19. & credant] Ms. & vet. exc. redeant, sed repugnat vox Græca, ἐπιστρέψου.  
20. & non pepercisti filio tuo dilectissimo] Ms. dilecto, verū prius est Cypriani cū, alibi enim eandē vocem græcam: ἀγαπῶν, sic interpretatur Tertull. autem (scilicet Nouatianus iuxta D. Hierony.) lib. de Trinit. haud procul à sine latissime hoc argumentum tractat.  
21. quem vidisti in loco Dei vbi vnixisti] Ms. & vet. exc. nō habet: Dei; sed id legitur 70. & certe Gen. 28. ipse Iacob Dominus Dei nomen iam antea illi loco dederat.  
22. vt te inducat] Ms. inducam, sed repugnat vox græca: ἐσὶ ἀπέχου.  
23. & ne fueris inobaudiens] Placet hæc Ms. vulg. excu. & Græcij lectio, eo quod Cypriani sit. Manut. & Morel. inobediens.  
24. Item in Malachia] Rursum cum Morel. hoc testimonium adiecimus ex Ms. & vet. excu. præsertim quū ad institutum faciat.  
25. cū Leui vitæ & pacis] Morel. & Cæb. ad marginem, cum vita & pace, sed prius habent 70.  
26. vt timeret me] Hoc adiecimus ex vet. excu. eo quod legant 70. φοβήσθη με.  
27. à facie nominis mei proficiet illum] 70. legunt: ἔσθη ἀπὸ προσώπου, quod proprie quidem significat proficiet, nauigio præsertim: ab Apostolo tamen 2. ad Cor. 8. pro declinare accipitur. Vnde & apud Hierony. in comment. translatio 70. est ista: à facie nominis mei declinaret. Metaphora sumpta à nauis, qui flexo cursu declinat scopulum.  
28. Lex veritatis] Morel. Lex & veritas, sed prius est apud 70.  
29. Iniustitia non est inuēta in labijs eius] Hoc recens adicio ex Ms. & vet. excu. nam habent 70. apud quos tamen non reperitur: linguæ, quod legunt Ms. &

vet. excu. cum Morelio, & legunt etiam illi, mecum, pro eo quod Morelius cum Ms. vobiscum, & rectius vetus excusus nobiscum, placet etiam magis: auertit, quam quod habet Morelius, & Ms. auertet.  
30. Quod Deus Christus] Recte cum Ms. Manut. cap. 6. tum, & Morelius, tum in titulo capituli tum hic distinctionem capituli faciunt; atque adeo 30. capitula constituunt, pro eo quod vulg. exc. 29. duntaxat.  
31. & fac altare illi Deo] Pro more ita explicant articulum græcum Manut. & Morel. apud Cyprianum.  
32. & in te precabuntur] Sic recte cum veteri excu. Rembold. & Ms. Manut. & Morel. pro eo quod corrupte Erasmi omnes: interpretabantur; nam Græce est: προσεύχονται.  
33. Parate viam domini] Ita nunc castigo hunc locum ex Ms. & vet. exc. eo quod tum 70. apud Esaiā, tum Euangelista legant: ὑψιστος, Prius erat: domino.  
34. Item apud Hieremiam] Lectionem hanc ex Ms. & vet. exc. restitui, pro eo quod erat: apud Baruch. Quia est testimonium hoc reperitur Baruch 3. tamen visitatum hoc fuit veteribus, ut nomine Hieremia librum cum & præsertim verba hæc citarent. Nominatim autem D. August. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 33. Chrysost. homil. de Trinit. & homil. cuius initium: Profundā sectionem, qua citatur Syno. 6. seps. 8. Casiodorus in Psal. 81. et Auctor qu. vet. & nou. test. qu. 102. Alia vero eiusdem libri testimonia nomine Hieremie citant Clemens Alexandr. lib. 1. Pedag. cap. 10. Basilij lib. 4. contra Eunom. Ambros. li. 1. de penit. cap. 8. Exam. lib. 1. cap. 14. & lib. 1. de fide ca. 2. ac Fulgentius lib. 2. ad Thrasimundū, Pontificiam Sixtus epistola 1. Felix ad Petram Antioch. & Pelagius ad Vigilium. Non mirum igitur si & Cypriano sic citetur. Prophetiam verō Baruch diuinam esse affirmare audent Clemens Alexandrin. lib. 2. Pedag. ca. 3. & Eusebius demonstrat. Euang. cap. 19. & Prophetia nomine ab Ecclesia legitur in vigilia Pentecostes. Quare recte à Synodo Florentina & Tridentina in Canone scripturarū recensetur hic liber, nec obstat quod veteres in Canone illum non enumerauerint, quippe qui sub Hieremia illum comprehenderint.  
35. & confundetur omnis iniuria Assyriorū] Ms. & confundetur. Omnis iniuria; vulg. excu. & confundentur omnes iniuriæ; sed prior est 70. quare recte substituta à Manutio et Morelio. Quomodo & paulo post: apud Osce, pro eo quod corrupte legebatur: apud Moylen.  
36. Vacate & cognoscite] Ms. & videte, sed prius exprimit vocem græcam ὑπόθετε.  
37. Deus benedictus] Sic Ms. uterque noster & quibus vsi sunt Manut. & Morel. Tertullia, etiam lib. de Trinit. Quare desinat mirari lector cum Erasmo, quod in vetustissimis exemplaribus non addatur: Deus, præsertim cum ipse contextus conuincat legendum; alioqui enim totum hoc testimonium nihil ad rem faciet.  
38. qui vicerit, possidebit ea & corū hereditatem] Ms. vt qui vicerit possideat, sed prius legitur Græci & Latini codices. Atqui pro eo quod græce duntaxat est: πόνον, vertit Cyp. ea & corū hereditatem.  
39. & filij altissimi] Ms. excelli, sed prius significat vox græca ὑψιστος.  
40. ad quos sermo Dei factus est] Recte hoc adieci ex Ms. Cæbron ensi. & ex utroque Ms. vocē: scriptu-



ra, nam graece & latine legitur utrumque apud Ioannem. 41. quoniam blasphemias] Ms. blasphemar, Morelius: blasphemauit, sed repugnant Graeca & Latina exemplaria.

cap. 7.

42. exhortamini. Qui estis pusillanimi, nolite metueret] Distinctionem hanc Ms. cod. debemus, & veriam eam esse satis patet ex D. Hieronym. comment. atque adeo & graeca exemplaria sic distinguenda censo: παρρησιασθησάμενοι, οὐ δὲ λιγὸν ψυχοὶ ἢ διακονοῦμεν φουσιδε. alioquin enim sensus non constat. Non dubito autē repeti debere: confortamini, eo quod & Graece sic sit, & Tertull. aduersus Marcionem lib. 4. sic legat: conualescite, nolite timere, sed nolui temere adicere sine auctoritate ver. cod.

cap. 8.

43. & doce me] Ex iisdem Ms. & veteri excu. etiā hoc adiecimus cum Morelio, quia & Graece & Latine legitur.

44. vt audiuit salutationē Mariæ Elizabeth] Ms. uterque: quomodo.

45. Et vnde hoc mihi contingit] Ms. contigit, cum Morelio, Graece neutrum est, neque apud Tertull. lib. de carne Christi: quem hoc & duobus sequentibus capitibus imitatur, in coprobanda vera humanitate Christi, aduersum tum sui tum nostri temporis hereticos quosdam.

46. qui autem negat] Mendo operarum erat: quia, apud Manut.

47. sed est de Antichristi [spiritu] παρρησιασθησάμενος, vertit quod habet Apostolus iuxta Latinos et Afflig. cod. Antichristus est, & iuxta Græcos & Cambro. cod. Antichristi est.

cap. 9.

48. Audite itaque domus Dauid] Hoc sic ex Ms. castigari, nam & 70. sic legunt & Tertull. aduersus Iudeos, quo loco etiam illam imitatur, atque adeo genuinum est etiam illud Cypriani, tum infra: epist. 9. tum hic: Non pusillum, & c. quia sic etiam Tertull. 1. quare non placet quod legunt Ms. & vetus exc. Num.

49. Ecce virgo accipiet & pariet filium] Sic Manut. & Morel. ad verbum ex Graeco, λαβείν ἐν γαστρὶ. Ambrosius quoque de Cain & Abel lib. 1. cap. 3. Tertull. vero cum Ms. præter locos duos iam dictos, lib. 3. aduersus Marc. & libro de Trinitate legit: in vtero concipiet. Verum nostram illam lectionem disertis verbis D. Hieronym. dicit reperiri apud 70. de opt. gen. interpret. & confirmat quod dicit in comment. Esaiæ 26. legere 70. In vtero accepimus & parturimus & c. Vbi graece eadem sunt voces, quomodo & Esaiæ 8. ubi de Prophetissa loquitur. Quare & apud eundem D. Hieronym. in comment. 7. ca. Esaiæ, profusus ita legendum censo. Accedit quod Luc. 1. ubi omnes veteres legunt: concipies in vtero, alia vox Graeca sit συλλαβῆν. Quandoquidem autem & Chrysost. cum Cyrillo in comment. & Hieronym. locis citatis cum Tertull. Cypriano, & Ambros. constanter legant illud: & pariet, censo textum graecum Esaiæ qui hodie existat mutilis esse, & adici oportere: καὶ τήξει. At qui malim (vti supra: etiam dixi) legi: vocabis, quod sic legant 70. ac (Hieron. teste) tres reliqui interpretes & alij veteres (præter Chrysost. in comment. & in Esai. 44. ubi legit: καλέσασι) quam: vocabitis, nisi sic legerent Tertull. lib. saepe dicto aduersus Iudeos, & Hieronym. ad Pammach. de opt. gen. interpret.

50. vt sciat reprobare malum & eligere bonum] Ms. uterque: priusquam cognoscat & proferat,

(seu potius) præferat mala, commutat bonum; Morelius similiter, præterquam quod legat: & eligat bonum. Graece vero apud 70. sic legitur: πρὶν ἢ γνωσθῆναι ἂν ἴδῃ ἢ προελθεῖν πόνον. ἐκλεξάμενος αὐτὸ ἀγαθόν. Chrysost. & Cyrillus: Antequam sciat ipse vel præeligere mala, eliger bonum, legunt enim: ἐκλεξάμενος, Hieron. verò in comment. antequam sciat allumere mala, & c. Quicquid autem horum legatur, certe legi debere: priusquam, non: vt, conuincit consensus omnium, qui editionem 70. cum Cypriano sequuntur.

51. Ipse tuum obseruabit caput] Ms. uterque & vet. exc. legunt: Ipsa, sed prius genuinum est; tum quod premitatur: Hoc semen prædixerat Deus de muliere procedere, quod calcaret caput diaboli, tum quod Graece sit apud 70. ὁ ὄντις, & ὁ ὄντις, non autem: ὁ ὄντις, & ὁ ὄντις, Hieron. quest. Hebr. in Gen. tradit sic legere 70. sic etiam legit Ireneus lib. 3. contra haeres. ca. 77. Chrysost. quidem iuxta priorem interpretem legit: ipsa, sed graecum illius contextum aliud legere adnotauit Dn. Philippus Montanus, & præsertim in comment. ubi quodam in loco graece: ἐκείνη, legitur. D. Augusti, tamen lib. 12. de Gen. ad lit. cap. 36 legit: ipsa, & hoc interpretatur lib. 2. de Genes. contra Manich. cap. 18. sic & Rabanus in comment. D. Ambros. vero lib. de Esaii & fuga seculi cap. 7. & Beda, tum in comment. tum in quest. supra Gen. legunt: ipsa, sed vtrumque interpretantur. Variant autem & Latini cod. vulg. biblicorum interpretes.

cap. 10.

52. & exaltabitur Gog regnum ipsius] Vocem: Gog, ex Ms. utroque cum Morelio ex margine in textum inferimus, nam & graece hodie reperitur apud 70. & confirmatur à D. Hieron. in Ezech. cap. 38. Moyses ait (inquit) in Numerorum lib. dixit iuxta 70. Egredietur homo de semine eius, & dominabitur gentium plurimarum, & eleuabitur Gog regnum eius & crescet regnum illius. Ceterum iuxta Hebraicum ita (inquit) scriptum reperit: Tolle tur propter Aeg. rex eius & auferetur regnum illius, eo quod regnum Israel in Saïle propter Aeg. regem Amalech destructum sit. Quem locum prolixius citauimus, quod paucis etiam (vti & Beda in commentariis) lectionem ex Hebraeo explicet. Similiter legit Rabanus Maurus in comment. ubi recte explicat hunc locum iuxta 70. non de regno gentis cuiuspiam, sed ac si dicat: exaltabitur super teclum (Gog enim Hebraice teclum sonat) id est, in altum. Quod confirmat D. Ambros. epistola 37. sic legens: Et attolleretur regnum eius in altum. Quid alibi Gog & Magog significent, late tractant D. Hieron. loco citato, & D. August. lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 11. Quandoquidem autem legunt dicti Hieron. Ambros. Rabanus: ipsius, & graece apud 70. sit ὁ ὄντις, malui & ego hoc substituere, quam quod erat antea: ipsum, in excus. & Ms. Manut. & Morel. neutrum habent.

53. & Deus eduxit eum ex Aegypto] Sic quidem hodie graece legitur & ex Hebraeo quoque translulit Hieronym. sic & Rabanus in comment. Verum vt credam aliter olim legisse graecos codices, facit tum lectio vulg. ante Manutium & Morel. & Deus duxit, seu potius: ducet, cum in Aegyptum; tum quod legat dicta epistola Ambros. in terris quoque extendet principatum suum in Aegyptum, recte tamen illi: vnicornis, pro eo quod erat pessime: vniformis.

54. & edet gentes inimicorum suorum] Hoc ex Ms. cum

cum Morelio ad verbum ex graeco pro eo quod erat: & edet carnes.

55. Qui benedicunt te, benedicti sunt, & qui maledicunt te, maledicti sunt] Hoc quoque ad verbum ex graeco. Ms. verò legunt: benedicent & maledicent, & adhuc aliter Ambros. qui benedicet illū benedicti erunt, & qui maledixerit ei, maledicti erunt.

cap. 11.

56. annum domini acceptabilem] Ita recte Manut. & Morel. cum 70. pro eo quod ceteri: domino. & virtus altissimi obumbrabit te. Ms. inumbrabit, sed prius habet etiam Nouatianus libro de Trinitate.

57. qui erit de vtero tuo] Hinc comprobatur li. 3. aduersus Marcionem Tertull. locum hunc de Christo debere intelligi. Est autem hoc caput diligenter adnotandum, contra Anabaptistas quosdam, negantes humanitatem Christi.

cap. 12.

58. neque super terram neque sub terra] Ms. neque in terra neque sub terram.

59. domus illius Ephrata] Non habent Ms. aut vet. excu. vocem: illius, neque est apud Graecos articulus, quare loco semouimus.

60. & processiones] Hoc ex Ms. & vet. cod. cum Morelio, pro eo quod ceteri ex mendo Remboldi: possessiones. Est enim Graece ἐξόδου.

61. cum muneribus] Deest hoc in Ms. cod. & graecis & Latinis Matthai exemplaribus, infra etiam capite 29. in exc. & Ms. omnibus, quare & hic superfluum est.

cap. 13.

62. Annunciauimus coram ipso sicut pueri] Sic quidem Ms. & excus omnes, sed Tertull. aduersus Iudeos, & li. 3. aduersus Marcionem legit: Annunciauimus de illo sicut paruulus, & graece legunt 70. Hieron. teste in comment. ὡς παῖδου.

63. maledictum hominis] Ex Ms. & vet. exc. hoc substitui, pro eo quod erat: hominum, qui, utroque loco iam dicto Tertull. sic legit. Adiecerunt autem paulo post Manut. & Morel. particulam: in, quam tamen non habet vet. exc. aut Ms. nostri.

64. & dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitates tuas. Et induite] Veram hanc esse lectionem huius loci, vt illud: & dixit, & c. preponatur huic: Et induite, patet, tum ex contextu graeco, tum ex D. Hieronym. comment. atque adeo corrupta fuit horum atque illorum verborum transpositio & in excusis & in Ms. cod. quorum maxime varietatem omitto compendij gratia. Atqui ποτιδής tunica (inquit D. Hieronym. Italis est, videtur, iuxta Suidam & Hesychium ac Plutarchum in Anton. insigne erat capitis regum apud Persas. Mithra vero (quam adiecit cum textu graeco Tertullia. libro aduersus Iudeos, & lib. 3. aduersus Marc.) iurem capitis ornamentum. Prebantur autem eodem genere ornamentorum sacerdotes summi apud Iudeos.

65. sed semetipsum exinanituit] Ms. se inanituit, verum prius legit & Tertull. sive Nouatianus lib. de Trinit. qui etiam cum excusis legit & textu graeco: omne genua flectatur, pro eo quod habet. Affligimur. cod. omnia genua flectantur, seu: curucentur, & Cambro. omnes genu curuent.

cap. 14.

66. & probemus patientiam illius] Non habent haec Ms. cod. recte tamen adiecta sunt à Manutio & Morelio, quia graece leguntur.

67. & viri iusti tolluntur] Ms. cod. & vir iniuste tollitur, sed illud habent 70. nec dissentit Tertull. contra

marc. lib. 3. & 4. aduersus Gnosticos. Ex quibus etiā pater, recte substituisse Manut. & Morel. sublatus est, pro eo quod erat: saluatus, corruptissime. Pro eo autem quod legit cum 70. Cyprianus: & erit in pace sepultura eius, legit aduersus Gnosticos Tertull. & erit honor sepulturae eius.

68. natiuitatem eius quis enarrabit] Ms. & Morel. cap. 15. rel. interserunt: autem, verum non habent 70. neque eadem ratione placet, quod habent Ms. abductus, pro eo quod alij: adductus, & Tertull. aduersus Iudeos: perductus.

69. neque insidias in ore suo] Expressit ad verbum quod graece est: pro quo Tertullia. nec dolus in ore eius inuentus est, & Ms. nec dolus fuit in ore eius.

70. Propterea ipse consequetur multos] Recte sic Manut. & Morel. pro eo quod erat: confiteatur, corruptissime est enim graece ὑπονομιση, quod sonat: possidebit, quomodo legit Costerus.

71. & eradamus] Non male & hoc illi, pro eo quod erat: fraudemus, Ms. legunt: tollamus, & infra ca. 20. euellamus, Tertull. loco iam citato & Hieron. in comment. conteramus,

72. ouem sine vitio, perfectum masculum anniculum erit vobis] Quandoquidem sic legunt Ms. videtur retinuisse Cyprianus barbaram versionem sui interpretis, qui verba graeca apud 70. (vt pote quum προσκοῦν neutri sit generis) non habito respectu, ad verbum translulit, vt nemo mirari debeat, si nos vulga. nostri interpretis barbariem aequo animo seruamus. Cui tamen vt obuiarent, Erasmus interiecit: & legens: & erit vobis, morelius vero: anniculus erit vobis, sed nos Manut. hic sequimur & Ms.

73. carnes ipsa nocte] Graece est similiter: τῆ νυκτὶ τῶν ἡμερῶν, quare recte sic cum Morelio Ms. pro eo quod erat: carnes istas nocte.

74. cum picridibus] Tertull. hoc D. Hieron. lactucis agrestibus, vocatur ab alijs τινγίς, cichorium atque in mybium siluestre seu amarago. Hinc illud Virg. & amarum in myba fibris.

75. & os non confringetis] Afflig. ossa, sed prius est apud 70. & Evangelistam, Cambro. osillum, voce Aphricanus usitata, qua virtus etiam Augusti. in Psal. 138. & lib. 3. de doct. Christi. cap. 3. ac lib. 4. cap. 10.

76. & caliga vestra] Ms. & calceamenta vestra, Quod quidem significat vox graeca: ὑποδήματα, verum quod in olim adnotauit Beda Retra. sua in art. c. 12. interpretē ibi vertere: caligas, quod graece est: sandalia; etiam hic locū habere puto. Sive autē cū exc. legas: bacula vestra, siue cū Ms. baculi vestri, perinde est, ac vtrūq; Latine dicitur: nō secus atq; apud Graecos βακχίτικα καὶ βεκχίτικα. Hinc Ouid. metamor. 15. Baculūque tenens agreste.

77. habentes singuli citharas] Vocem aureas, interpositam neque habent Ms. & vet. exc. cod. neque Apocalyp. & superflua est, cum mox sequatur; ita vt & ad citharas & ad pateras referri possit. mendum ortum ex eo, quod vulg. exc. non legebant: pateras.

78. & redemisti nos] Hoc habet ex Ms. pro eo quod erat. emisti.

79. qui aufert peccata mundi] Ms. tollit.

80. & erit ipse vobis in testimonium] Adieci- cap. 16. mus deus vocem: ipse, ex Ms. nam & 70. habent.

81. Principes populi & seniores, audite] Ex Ms. cum vet. excu. adiecimus: audite, & genuinum esse tum



hoc tum quod paulo post sequitur: in alio autem nullo; confirmat quod dicit Beda Re tract. in Actib. Apostol. v. trique Græce lectum suo tempore, vti & alia multa que hodie non leguntur. Quod notatu dignum, ut confirmemus alia fuisse olim Græca exemplaria quam nunc existunt: Siue autem: suscitauit, leges cum exc. siue: excitauit, cum Ms. eodem est.

82. & dormiens videt scalam ] Ita legendum cū Ms. eo quod precedat: ponit.

83. in cacumine collis] Ms. montis, sed obstat vox Græca: βόβυς.

84. in βασιλείᾳ primo] Recens ex Ms. & vet. excu. adieci: primo, Rursus autem meminit signi crucis in fronte.

cap. 17. 85. & contemplatio eius imaginis] Ms. huius, Omittentes etiam paulo post particulam: ex, ubi legitur: ex parte, & remanserit ex illis.

cap. 18. 86. & concident gladios suos in aratra & lanceas suas in falces] Corrupte legebat quidam exc. concident, siue: condicent, nam preter 70. sic legit Tertull. li. 3. aduersus Marcionem: & concident machæras suas in aratra, sybinas in falces. Vbi expressit vocē Græcā.

87. qui non accepit] Ms. quia, Verū repugnat 70.

88. de quadriuiis Hierusalē] Idem: quadriuiis.

cap. 19. 89. Exultauit vt gigas viam currere] Ms. cum Morel. ad currendam viam, ut frequens est Cyprii. seruare infinitiuis Græcos. Ob phrasin etiam auctoris magis placet illud: decursio, quam quod Ms. habent: decursus, aut Morel. occursio, Tertull. verò li. 4. ad Marc. legitur: decursio.

90. cum esset Iesus in Hiericho] Ex Ms. utroque sic lego, pretermissa voce: agro, Nā hodie sic legitur 70. & sic olim legisse testatur D. Aug. q. 7. in Iesum Naue, addens tamē recte legi ex Hebræo: in agro Iericho, quia nondum erat Iesus in ciuitate; pro eo autem quod legitur: tenentem, Ms. legunt: habentem, cum vet. exc.

91. nunc adueni. Et Iesus] Hic contrario genuina est exc. lectio, non illi Ms. Tunc adueniens Iesus. Est autem: adueni, preteritum, non imperatiuus.

92. calcemētū deponere] Ms. soluere, perinde est.

93. Ego quidem baptizo in aqua] Ms. baptizo vos in aqua. Prior est lectio Græcorum, quanquam & quedam legant etiam: ἵμεις.

94. Regnauit Dominus Deus] Ms. quidem cum veteri exc. Regnabit, sed prius Græce & Latine est in Apocalypsi.

cap. 20. 95. Eifoderunt manus meas & pedes] Ms. placet hæc lectio, eo quod neque Græce neque Latine legitur: Et foderunt, quemadmodum excu. Tertull. lib. aduersus Iudeos modo legit: foderunt, modo: Exterminauerūt, ubi pulchre hæc explicat.

96. à me] Ex istdem hoc recens adieciimus, quia & Græce & Latine legitur.

97. in medio Ecclesiæ laudabo te] Cambron. in media Ecclesia, vet. excu. cum Morel. in medio Ecclesiæ, sed prius & Græce est, & legitur à Tertull. lib. 1. aduersus Marcionem.

98. Confige clauis de metu tuo carnes meas] Eadem ratione non probatur, quod legunt Ms. clauos carnis meæ.

cap. 21. 99. Texit cælos gloria eius] Ms. Operuit, perinde est idem: sunt, pro: crūt, paulo post, verum hoc ma-

lo, neutrum est Græce.

100. Et illic stabilita est virtus gloriæ eius, & constituit dilectionem validam] Prorsus legendū: constituit, quia Græce est: ἐπέβη. Noua est verò hæc lectio, & quantum apparet ex variis versionibus concinnata. L. X. X. cum Græcis quæ hodie exstant exemplaribus & Theophylasto, non aliud habent, quam: & posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ. Aquila translulit: Et posuit absconsonem fortitudinis suæ. Symmachus: Et posuit absconditam fortitudinem suam. Theodoro: Et ibi absconso fortitudinis est, & similiter Hieronym. Ibi abscondita est fortitudo eius. Causam varietatis apud eundem vide in comment.

101. & procedet in campos] Sic iam olim legisse 70. testatur ibidem Hieronym. atque adeo Græce legebatur ἐς πεδῆνας, ubi nunc & iam ab arate Theophylasti habetur ἐς πεδῆνας, id est, in institutionem, qui tamen utriusque lectionis meminit. Ms. verò pro: procedet, legunt: exiet.

102. magnæ cogitationis nuncijs] Ms. magni consilij, & hoc proprie significat vox Græca βῆθη, & sic legunt iuxta 70. Hieronym. in comment. & Ambros. mitis lib. 3. in Lucam.

103. sustentabant manus eius] Ms. sustinebant, verum prius legitur supra lib. ad Fort. cap. 8.

104. Quod in hoc signo crucis salus sit, &c.] cap. 22. Idipsum argumentum trahat Tertull. & libro aduersus Iudeos & lib. 3. aduersus Marcionem, & ex istdem pene scripturis.

105. & notabis signum super frontes] Ms. & Tertull. in frontibus, sed prius & Græce est, & supra legitur ad Demetr. ubi plura de sequentiū varia lectione. Et qui pro signo, inquit D. Hieron. in comment. quod 70. Aquila & Symmachus translulerunt, Theodoro ipsū verbum Hebræicum Tau posuit, quæ extrema est apud Hebræos 22. litterarum. Et ut ad nostra veniamus, antiquis Hebræorum litteris, quibus vsque hodie vtuntur Samaritani, extrema Thau littera crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur, Tertullia. autem legit utrobique: & da ligna Tau, &c. Ipsa est enim, inquit lib. 3. aduersus Marcionem, littera Græcorū Tau, nostra autē T. species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris, apud veram & catholicam Hierusalem. Loci diligenter adnotandi, contra nostre tempestatis sugillatores, immo inimicos crucis Christi.

106. Et vidi, & ecce agnum stantem] Adieciimus: & ecce, ex Ms. nam & Græce legitur.

107. Ego sum & & c.] Ms. non habent: sum, sed Græce legitur.

108. vt sit potestas eorum super lignum] Costerius addit: vitæ, & recte, nam cum Græco & Latino contextu Apocal. 22. id legit etiam Tertull. libro de Pudicitia. Ante Manutium & Morelium legebat: vt sint potes eorum super lignum.

109. Exterrita est quæ parit] Recte sic Ms. cū Morelio pro eo quod erat: Et territa, neque enim aut in Latinis aut in Græcis exemplaribus reperitur præmissa coniunctio. Atqui vocem Græcam, ἀπέθρηξεν, vertit Hieronymus in comment. abiecit, seu: vacua facta est, Non additur autem à Cypriano: septem, quod habere ipse testatur 70. Aquilam & Theodotionem, & hodie habent

cap. 23.

habent Græci codic. Neque verò habet illud etiam Irenæus aduersus hæres. lib. 4. cap. 66. legens: Exinanita est quæ parit, & eduit, &c.

110. inimicorum eorum] Pro hac lectione Ms. vet. excu. & Remboldi, legit Erasmus: suorum; priorem tamen genuinam esse constat, eo quod & Hieron. eam habeat, & Græce sit ἐχθρῶν.

cap. 24. 111. nec apud inferos remansurus esset] Hic subiungendum iuxta Ms. cod. & vet. excu. quod in fine precedentis capituli præpostere positum erat testimonium, ex menda codicis Remboldi, hoc nempe: In Psalmo xxix. Domine reduxisti ab inferno animam meam. Item, & c. quam lectionem malui, quod Græce legitur: ἀνήγαγεν ἐξ ἄβυσσῶν. Antea excussis cap. præcedent. legebant: abstraxisti ab inferno, Manut. & Morel. paulo post: imposuisti ab inferis, Ms. reduxisti ab inferis. Prius autem hanc transpositionem peruersam adnotauit Costerius.

112. quoniam dominus auxiliatus est mihi] Hoc quidem Manutium & Morelium, sed Ms. nostri & vet. excu. legunt: auxiliator est mihi, addentes: est, quod desiderabatur in aliis excussis.

cap. 25. 113. die tertio resurgemus] Recte primus adiecit Erasmus vocem: resurgemus, nam apud 70. legitur. Quam autem apud Osæ reperitur hic locus, castigandus est hunc locum citans Tertullianus aduersus Iudeos, & legendum: Osæ, pro eo quod est: Esaiam.

114. & testificare populo] Ms. populum.

cap. 26. 115. per genus] Ita Manut. & Morel. pro eo quod erat corrupte: & genus, nam etiam Tertullia, libro aduersus Iudæos legit: secundum genus.

116. suppedaneum pedum meorum] Etiam hic Ms. scabellum, prius tamen placet.

117. zonam aureā] Hoc repusit ex Ms. cū Morel. pro eo quod erat: zona aurea, quia phrasin est Cypriani.

118. tingentes eos] Ms. baptizantes.

cap. 27. 119. Ego sum ostium] Ms. ianua.

120. Qui dicto non audiens est in filium] Ms. qui in dicto inobediens est filio, Græce verò et Latine apud Ioanem non aliud quæ: Qui incredulus est filio.

121. pacem his qui longe] Omissam à Remboldo vocē: his, denno adieciimus, nam habent Ms. & vet. excusf.

cap. 28. 122. vt separaret populum suum] Hoc restitui ex Ms. pro eo quod erat: separaret.

123. & letentur in iucunditate. Cantate Deo] Hoc recens adiectum à Morel. & Manut. reperitur apud 70. Ms. interieciunt: Deo, & pro: iter, legunt: viam.

124. patris orphanorum & iudicis viduarum] Hoc quidem iuxta 70. editionē quæ hodie exstat Manut. & Morel. sed cum cæteris legunt Ms. & vet. excusf. patres & iudices.

125. qui in iram prouocant] Sic Manutium, Morelius verò: qui in amaritudine prouocāt. Qui sic vertit, videtur voluisse exprimere compositionem vocis Græcæ: πικροπικρονοίας. Ms. & vet. exc. neutrum habent.

126. exterminabis in omnibus gentibus] Ms. omnes gentes, sed prius habet Psalmorum editio Græca & Latina. Mirum est autem quod legat: exterminabis, pro eo quod est: ὑληνοποιήσεις, quæ vox hereditare significat & ita vertitur vbiq.

127. punit nos] Ms. perdere, sed repugnat vox Græca, βεβαίωται

128. Quis nunciabit vobis] Etiam repugnat lectio cap. 29. 70. illi quod legunt: nunciavit.

129. hic inhabitabit] Hoc ex Ms. nam frequens est hoc Cypriano.

130. omnes patriæ gentium] Retinuit vocem Græcam: πατρίδας, quod & alibi adnotauit Erasmus.

131. Auferite portas principes vestras & extolimini] Ms. vbiq: Tollite, & c. & eleuamini.

132. rex claritatis] Idem bix: rex gloriæ, prius visitatum est Cypriano pro gloria. Item: sermo, pro: verbo, quare placet vulgata lectio: sermonem bonum, presertim quum sic legat & Tertull.

133. scriptoris acute scribetis] Ms. cum vulgatis Latinis exemplarib: scribe velociter scribetis, More. etiā legit: velociter, vtrūque tamē significat vox Græca: ὀξύ.

134. Accingere ense tuo super femur tuū potētissime, &c.] Ms. ensē tuū, vtrūque etiam Tertull. li. 3. aduersus Marcionem, vbi tamen sic legit: potens tēpe stuitate tua & pulchritudine tua, et rursus: Et extēde & prosperare, & regna. Vbi ad verbum expressit quod Græce est: ἐπιβίβω. Atqui pro: decori, legunt Ms. de coris, & pro: manufactudinē, habent: lenitacē.

135. Dominus regnauit] Hoc ex Ms. & vet. excusf. pro eo quod erat: regnabit, nam illud & 70. legunt. & Tertull. lib. de Resur. carn. Ex istdem substitui cum 70. astitit, pro eo quod erat: Astitit, & suppleuimus quod de erat: amicta est varietate.

136. Item in Psalmo 73. ] Etiam hūc locum ex Ms. castigauimus pro eo quod corrupte erat: 72.

137. Oculi autem eius erant] Negligentia operarum apud Manutium & Morelium irrepserat: erūt. Legimus autem cum Ms. phrasin Cypriana vstitatissima: vestem asperam, & bysinum album & mundum, iuxta quod Græce est: βλαστὶνον λευκὸν καὶ καθαῖον, Prius excu. non habebant: album.

138. pasturus est in virga ferrea] Manuscripti: pasturitus.

139. & segregabit eos] Ms. eas, elegantius quidē, sed repugnant Græci & Latini codices, supra quoque Cypriani de Opere & Eleemosynis, & lib. seq. cap. 1.

Finis libri secundi.

TESTIMONIORVM AD QVIRINVM LIBER III.

Præfatio.

CYPRIANVS QVIRINO filio Salutem.

Pro fide ac deuotione tua quam Domino Deo exhibes, fili charissime, petisti vt ad instruendum te excerpem de scripturis sanctis quedam capitula ad religiosam sectæ nostræ disciplinam pertinentia: lectionis diuinæ succinctam diligentiam quæres, vt animus Deo deditus, nō longis aut mult



tis librorum voluminibus fatigetur, sed eruditus breuiario præceptorum cœlestium, habeat ad fouendam memoriam suam salubre & grande compendium. Et quia tibi plenum dilectionis obsequium debeo, feci quod petisti, vt laborarem semel, ne tu semper laborares. Quantum potuit itaque mediocritas nostra complecti, collecta sunt à me quædam præcepta dominica & magisteria diuina, quæ esse facilia & vtilia legentibus possint, dum in breuiarium pauca digesta, & velociter perleguntur, & frequenter iterantur. Opto te fili charissime semper bene valere.

CAPITVLA LIBRI  
TERTII.

- 1 De bono operis & misericordiar.
- 2 In opete & elleemolynis, etiam si per mediocritatem minus fiat, ipsam voluntatem satis esse.
- 3 Agapem & dilectionem fraternam religiose & firmiter exercendam.
- 4 In nullo gloriandum quando nostrum nihil sit.
- 5 Humilitatem & quietem in omnibus tenendam.
- 6 Bonos quosque & iustos plus laborare, sed tolerare debere quia probantur.
- 7 Non contristandum Spiritum sanctum, quem accepimus.
- 8 Iracundiam vincendam esse, ne cogat delinquere.
- 9 Inuicem se fratres sustinere debere.
- 10 In Deum solum fidendum, & in ipso gloriandum.
- 11 Eum qui fidem consecutus est, exposito priore homine, cœlestia tantum & spiritalia cogitare debere, nec attendere ad sæculum cui iam renunciauit.
- 12 Non iurandum.
- 13 Non maledicendum.
- 14 Nunquam munitadum, sed circa omnia quæ accidunt benedicendum Deum.
- 15 Ad hoc tentari homines à Deo vt probentur.
- 16 De bono Martyrii.
- 17 Minora esse quæ in sæculo patimur, quæ sit præmium quod promissum est.
- 18 Dilectioni Dei ac Christi nihil præponendum.
- 19 Voluntati non nostræ, sed Dei obtemperandum.
- 20 Fundamentum, & firmamentum spei, & fidei esse timorem.
- 21 Non temere de altero iudicandum.
- 22 Accepta iniuria remittendum & ignoscendum.
- 23 Vicem malis non reddendam.
- 24 Non posse ad patrem perueniri, nisi per Christum.
- 25 Ad regnum Dei nisi baptizatus & renatus quis fuerit, peruenire non posse.
- 26 Parum esse baptizari & Eucharistiam accipere, nisi quis factis & opere proficiat.
- 27 Baptizatum quoque gratiam perdere, quam consecutus sit, nisi innocentiam seruet.
- 28 Non posse in Ecclesia remitti ei, qui in Deum deliquerit.
- 29 De odio nominis ante prædictum.
- 30 Quod quis Deo vouerit, cito reddendum.
- 31 Eum qui non crediderit, iam iudicatum esse.
- 32 De bono virginitatis & continentiar.
- 33 Nihil patrem iudicare, sed filium: & patrem ab eo non honorificari, à quo non honorificetur filius.
- 34 Fidelem gentiliter viuere non oportere.
- 35 Deum ad hoc patientem esse, vt nos poeniteat peccati nostri & reformemur.
- 36 Mulierem ornari sæculariter nõ debere.
- 37 Fidelem nõ oportere ob alia delicta, nisi ob nomen solum puniri.
- 38 Seruum Dei innocentem esse debere, ne incidat in poenam sæculatam.
- 39 Datum nobis esse exemplum viuendi in Christo.
- 40 Nõ iactatè nec tumultuose operandum.
- 41 Inepte & scurriliter non loquendum.
- 42 Fidem in totum prodesse, & tantum nos posse, quantum credimus.
- 43 Possè eum statim consequi qui vere crediderit.
- 44 Fideles inter se disceptantes, non debere gentilem iudicem experiri.
- 45 Spem futurorum esse, & ideo fidem circa ea quæ promissa sunt, patientem esse debere.
- 46 Mulierem in Ecclesia tacere debere.
- 47 Delicto & merito nostro fieri vt laboremus, nec Dei opè in omnibus sentiamus.
- 48 Non fenerandum.
- 49 Inimicos quoque diligendos.

50 Sacra-

- 50 Sacramentum fidei non esse profanandum.
- 51 Quod nemo in opere suo extolli debeat.
- 52 Credendi vel non credendi libertatem in arbitrio positam.
- 53 Dei arcana perspicere non posse, & iccirco fidem nostram simplicem esse debere.
- 54 Neminè sine sorde & sine peccato esse.
- 55 Non hominibus, sed Deo placendum.
- 56 Deum nihil latere ex his quæ geruntur.
- 57 Fidelem emendari & reseruari.
- 58 Neminem contristari morte debere, cum sit in viuendo labor & periculum, in moriendo pax & resurgendi securitas.
- 59 De idolis quæ gentiles deos putant.
- 60 Ciborum nimiam concupiscentiam nõ appetendam.
- 61 Possidendi concupiscentiam & pecuniã non appetendam.
- 62 Matrimonium cum gentilibus non iungendum.
- 63 Graue delictum esse fornicationis.
- 64 Quæ sint carnalia, quæ mortem patiãt, & quæ spiritalia, quæ ad vitam ducant.
- 65 Omnia delicta in baptismo deponi.
- 66 Disciplinam dei in ecclesiasticis præceptis obseruandam.
- 67 Prædictum, quod disciplinam sanam aspernaturi essent.
- 68 Recedendum ab eo qui inordinate, & contra disciplinam viuat.
- 69 Non in sapientia mundi, nec in eloquentia esse regnum Dei, sed in fide crucis, & virtute conuersationis.
- 70 Parentibus obsequendum.
- 71 Patres quoque asperos circa filios esse non oportere.
- 72 Seruos cum crediderint, plus dominis carnalibus seruire debere.
- 73 Item dominos mitiores esse debere.
- 74 Viduas probatas quasque honorandas.
- 75 Suorum & maximè fidelium curã plus vnumquemque habere debere.
- 76 Maiorem natu nõ temerè accusandum.
- 77 Peccantem publicè obiurgandum.
- 78 Cum hæreticis non loquendum.
- 79 Innocentiam fidenter petere, & impetrare.
- 80 Nihil licere diabolo in hominem, nisi deus permiserit.
- 81 Mercedem mercenario cito reddendam.
- 82 Non augurandum.
- 83 Cirrum in capite non habendum.
- 84 Barbam non vellendam.
- 85 Surgendum, cum episcopus aut presbyter veniat.
- 86 Schisma non faciendum, etiam si in vna fide, & in eadem traditione permaneat qui recedit.
- 87 Fideles simplices cum prudentia esse debere.
- 88 Fratrem non circumueniendum.
- 89 Subito venire finem mundi.
- 90 Vxorem à viro non recedere, aut si recesserit inuuptam manere.
- 91 Tantum vnumquemque tentari, quantum potest sustinere.
- 92 Non quidquid licet esse faciendum.
- 93 Prædictum quod hæreses futuræ essent.
- 94 Cum timore & honore Eucharistiam accipiendam.
- 95 Bonis \* conueniendum, malos autem vitandos. \* conueniendum.
- 96 Factis non verbis operandum.
- 97 Et ad fidem & ad consecutionem properandum.
- 98 Cathecumenum peccare iam non debere.
- 99 Iudiciũ secundum tempora futurũ, æquiritatis ante legem, vel legis post Moysen.
- 100 Gratiam Dei gratuitam esse debere.
- 101 Spiritum sanctum in igne frequenter apparuisse.
- 102 Correptionem bonos quosque libèter audire debere.
- 103 A multiloquentia temperandum.
- 104 Non metiendum.
- 105 Frequenter emendandos qui delinquit in domestico ministerio.
- 106 Iniuria accepta patientiam tenendam, & vltionem Deo relinquendam.
- 107 Non detrahendum.
- 108 Non esse proximo insidiandum.
- 109 Infirmos visitandos.
- 110 Sufurrones maledictos esse.
- 111 Sacrificia malorum acceptabilia non esse.
- 112 Grauius iudicari de his qui in sæculo plus habuerint potestatis.
- 113 Viduam & pupillos protegi oportere.
- 114 Dum in carne est quis exomologesin facere debere.
- 115 Adulationem perniciosam esse.
- 116 Plus ab eo diligi Deum, cui in baptismo plura peccata dimittuntur.
- 117 Fortem congressionem esse aduersus diabolum, & ideo fortiter rios stare debere, vt possimus vincere.

Ii iij



118 De antichristo quod in homine veniat.  
119 Graue fuisse iugum legis, quod à nobis  
abiectum est: & leue esse iugum domi-  
ni, quod à nobis susceptum est.  
120 Orationibus insistendum.

TESTIMONIORVM  
AD QUIRINVM  
liber tertius.

GAPVT PRIMVM.

**D**E bono operis & misericordiae; apud  
Esaïam: Exclama, inquit, in for-  
titudine, & noli parcere: sicut tuba  
exalta vocem tuam, adnuncia plebi meae  
peccata ipsorum, & domui Iacob facinora-  
eorum. Me de die in diem quaerunt, &  
cognoscere vias meas concupiscunt, quasi  
plebs quae iustitiam fecerit, & iudicium dei  
non deseruerit. Postulant me nunc iudiciū  
iustum, & appropinquare Deo concupis-  
cunt dicentes: Quid quia ieiunauimus &  
non vidisti, humiliuimus animas nostras,  
& non cognouisti? In diebus enim ieiunij  
inueniuntur voluntates vestrae: aut enim  
subiectos vobis subpungitis, aut ad iudicia  
& lites ieiunatis, aut proximōs ceditis pug-  
nis; vt quid mihi ieiunatis, vt hodie audia-  
tur vox vestra in clamore? Non hoc ieiunium  
ego elegi, nisi humiliet homo animam  
suam. Et si contorseris quasi circum-  
collum tuum; & faccum & cinerem  
substraueris, nec sic vocabitur ieiunium ac-  
ceptum. Non tale ieiunium elegi, dicit do-  
minus: sed solue omnem nodum iniustitiae,  
resolue suffocationes impotentium com-  
merciorum. Dimitte quassatos in requiem,  
& omnem consignationem iniustam dissi-  
pa. Frange esurienti panem tuum, & ege-  
nos sine tecto induc in domum tuam. Si  
videris nudum, vesti: & domesticos semi-  
nis tui non despicias. Tunc erumpet tem-  
poraneum lumen tuum, & vestimenta tua  
cito orientur. Et praebit ante te iustitia, &  
claritas dei circumdabit te. Tunc exclama-  
bis, & Deus exaudiet te. Dum adhuc lo-  
queris dicet: ecce adsum. De hoc ipso apud  
Iob: Conseruau i egenum de manu poten-  
tis, & pupillo cui non erat adiutor, auxilia-  
tus sum. Os viduae benedixit me, cum es-  
sem oculus caecorum, pes quoque claudu-  
rum ego essem, & inualidorum pater. De

hoc ipso apud Tobiam: Et dixi Tobiae filio  
meo: Vade & adduc quemcunque paupe-  
rem inueneris ex fratribus nostris, qui ta-  
men in mente habeat Deum ex toto corde  
suo: hunc adduc, & manducabit pariter  
meum prandium hoc: Ecce sustineo te fili  
donec venias. Item illic: Omnibus diebus  
vitae tuae, fili, Deum in mente habe, & noli  
praeferre praecipua eius. Iustitiam fac om-  
nibus diebus vitae tuae, & noli ambulare  
viam iniquitatis: quoniam agente te ex ve-  
ritate, erit respectus operum tuorum. Ex  
substantia tua fac eleemosynam, & noli auer-  
tere faciem ab illo paupere: ita fiet vt nec  
à te auertatur facies dei. Quomodo habue-  
ris fili, sic fac. Si tibi fuerit copiosa substantia,  
plus ex illa fac eleemosynā: si exiguum ha-  
bueris, ex hoc ipso exiguo communica. Et  
ne timueris, cum facis eleemosynam, praemium  
bonum reponis tibi in diem necessi-  
tatis: quoniam eleemosyna à morte liberat,  
& non patitur ire in tenebras. Munus bonum  
est eleemosyna, omnibus qui faciunt  
eam coram summo deo. De hoc ipso apud  
Salomonem in parcmiis: Qui pauperi mi-  
feretur, Deo fenerat. Item illic: Qui dat pau-  
peribus, nunquam indigebit. Qui autem  
auertit oculum suum, in multa penuria erit.  
Itē illic: Eleemosynis & fide peccata purgā-  
tur. Itē illic: Si esurierit inimicus tuus ciba-  
eum, & si sitierit potabis eum: hoc enim fa-  
ciens, carbones viuos superfundes in caput  
eius. Item illic: Sicut aqua extinguit ignem,  
sic eleemosyna extinguit peccatum. Apud  
eundem in Parcmiis: Ne dixeris, abi & re-  
uertere, cras ego dabo, cum pollis conti-  
nuo bene facere: non enim scis quid con-  
tingat sequenti die. Item illic: Qui obturat  
aures suas ne audiat imbecillum; & ipse  
inuocabit deum, & non erit qui exaudiat  
eum. Item illic: Qui conuersatur sine vitu-  
peratione in iustitia, beatos filios relinquit.  
Apud eundem in Ecclesiastico: Filii si ha-  
bes, bene fac tecum, & deo dignas oblatio-  
nes offer, memorare quoniam mors non  
tardat. Item illic: Conclude eleemosynam  
in corde pauperis, & haec pro te orabit ab  
omni malo. De hoc ipso in psalmo 36. misere-  
cordiam & posteris prodesse: iunior fui,  
etenim senui, & non vidi iustum dereli-  
ctum, nec semen eius quaerens panem. To-  
ta die miseretur & fenerat, & semen eius  
in benedictione est. De hoc ipso in psalmo  
40. Beatus qui intelligit super egenum & paupe-

pauperem, in die malo liberabit illum deus.  
Item in psalmo 111. Distribuit, dedit pau-  
peribus, iustitia eius manebit in saeculum  
saeculi. De hoc ipso apud Osee: Misere-  
cordiam volo magis quam sacrificium, &  
agnitionem dei plusquam holocaustoma-  
ta. De hoc ipso in euangelio xpi Matthaei:  
Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quia  
ipsi saturabuntur. Item illic: Beati miseri-  
cordes, quoniam ipsi misericordiam con-  
sequentur. Item illic: Thesaurizate vobis  
thesauros in caelo, vbi neque tinea, neque  
comestura exterminat, & vbi fures non ef-  
fodiunt, & furantur. Vbi enim fuerit the-  
saurus tuus, illic erit & cor tuum. Item il-  
lic: Simile est regnum caelorum homini  
negotianti, quaerenti bonas margaritas:  
vbi autem inuenit pretiosam margaritam,  
abiit & vendidit omnia quae habuit, & e-  
mit illam. Etiam modicum opus prodesse.  
Item illic: Et qui potauerit vnum ex mini-  
mis istis calicem aquae frigidae in nomine  
discipuli, amen dico vobis, non peribit  
merces eius. Nemini negandam eleemo-  
synam. Item illic: Omni poscenti te da: &  
ab eo qui voluerit mutuari, ne auersatus  
fueris. Item illic: Si vis ad vitam venire, ser-  
ua mandata. Dicit ille, quae dicit illi Ie-  
sus. Non occides, non moechaberis, non  
falsum testimonium dices. Honora pa-  
trem & matrem, & diliges proximum ti-  
bi tanquam te. Dicit illi iuuenis: Omnia  
ista obseruaui; quid adhuc mihi deest? dicit  
illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade & vende  
omnia tua, & da pauperibus, & habebis the-  
saurum in caelo, & veni sequere me. Item il-  
lic: Cum venerit filius hominis in maiesta-  
te sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedit  
ante eum omnes gentes. Et segregabit il-  
los ab inuicem, quemadmodum pastor  
segregat oves ab haedis. Et statuet oves ad  
dexteram suam, haedos autem ad sinistram.  
Tunc dicet rex eis qui ad dexteram suam  
sunt: Venite benedicti patris mei, percipi-  
te regnum quod vobis paratum est ab o-  
rigine mundi. Esuriui enim, & dedistis mi-  
hi manducare; sitiui, & potastis me; ho-  
spes fui & adduxistis me; nudus, & texistis  
me; infirmatus sum, & visitastis: in carce-  
re fui, & venistis ad me. Tunc responde-  
bunt ei iusti dicentes: Domine quando te  
vidimus esurientem, & pauiimus; siti-  
entem, & potauimus? Quando te vidimus

hospitem, & adduximus; nudum, & ve-  
stiuimus? Quando autem te vidimus in-  
firmum, & in carcere; & venimus ad te?  
Et respondens rex dicet eis: Amen dico  
vobis, quam diu fecistis vni horum ex fra-  
tribus meis minimis, & mihi fecistis. Tunc  
dicet illis, qui à sinistris eius sunt: Discedi-  
te à me maledicti in ignem aeternum, quem  
parauit pater meus diabolo & angelis  
eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi  
manducare; sitiui, & non potastis me; ho-  
spes fui, & non adduxistis me; nudus fui  
& non vestistis me; infirmus, & in carce-  
re, & non visitastis me. Tunc responde-  
bunt & ipsi dicentes: Domine quando te  
vidimus esurientem, aut sitientem, aut  
hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in  
carcere, & non ministravimus tibi? Et re-  
spondebit illis: Amen dico vobis, quam  
diu non fecistis vni ex minimis his, ne-  
que mihi fecistis. Erabunt isti in ambu-  
sionem aeternam, iusti autem in vitam  
aeternam. De hoc ipso in euangelio xpi  
Lucam: Res vestras vendite, & date elee-  
mosynam. Item illic: Qui fecit quod est  
intus, fecit & quod foris est. Verumtamen  
date eleemosynam, & ecce vobis omnia  
sunt munda. Item illic: Ecce dimidium ex  
substantia mea do egenis; & si cui quid frau-  
daui, quadruplum reddo. Dixit autē Iesus,  
quia salus hodie domui huic facta est, quo-  
niam & ipse filius est Abraham. De hoc ipso  
ad Corinthios secunda: Vestra abundantia  
illorum inopiam suppleat; vt & illorum  
abundantia vestrae inopiae sit supplemen-  
tum, vt sit aequalitas sicut scriptum est:  
Qui multum habuit, non abundauit: & qui  
modicum, non indiguit. Item illic: Qui  
parce seminat, parce & metet. Et qui semi-  
nat in benedictione, de benedictione & me-  
tet. Vnusquisque autem sicut corde propo-  
suerit, non quasi ex tristitia, vel ex necessitate:  
hilarem enim datorem diligit deus. Item  
illic: Sicut scriptum est: Distribuit, dedit  
pauperibus: iustitia eius manet in aeternū.  
Item illic: Qui autem administrat semen  
feminanti, & panem ad edendum praesta-  
bit: Et multiplicabit semen vestrum, & au-  
gebit incrementa frugum iustitiae vestrae,  
vt in omnibus locupletemini. Item illic:  
Administratio huius officij non tantum  
suppleuit ea quae sanctis desunt; sed abun-  
dauit per multam gratiarum actionem in  
deum. De hoc ipso in epistola Ioannis:



*Luce. 14.* Qui habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum desiderantem, & claufertit viscera sua ab eo; quo modo charitas Dei manet in illo? De hoc ipso in euangelio *Matth. 23.* Lucam: Cum facis prandium aut coenam, non li vocare amicos tuos, neque fratres, neque vicinos, neque diuites, ne forte & illi reuertent te & fiat tibi retributio: Sed cum facis epulum, voca pauperes, debiles, cecos & claudos, & beatus eris: quoniam non habent retribuere tibi, retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum.

*2. Cor. 8.* 2 In opere & elemosynis, etiam si per mediocritatem minus fiat, ipsam voluntate fati esse; in epistola Pauli ad Corinthios secunda: Si voluntas prompta est, secundum quodcumque habuerit, acceptabile est, non secundum quod non habuerit: neque sit aliis refrigerium, vobis autem presura.

*Malach. 2.* 3<sup>11</sup> Agapen & dilectionem fraternam religiosè & firmiter exercendam; apud Malachiam: Nonne Deus vnus condidit nos? Nonne pater vnus est omnium nostrum? Quid vti que dereliquistis vnusquisque fratrem suum? De hoc ipso *Matth. 23.* Ioannem: Pacem vobis remitto, pacem meam do vobis. Item illic: Hoc est mandatum meum vt diligatis inuicem, quemadmodum dilexi vos. Maiorem hac charitatem nemo habet, quam vt animam suam quis ponat pro amicis suis. Item illic: Beati pacifici, quoniam ipsi filij dei vocabuntur. Item illic: Amen dico vobis, quoniam si duobus vt vobis conuerit in terra, de omni re quacumque petieritis, continget vobis a patre meo qui in caelis est. vbiunque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. De hoc ipso ad Corinthios prima: Et ego quidem fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus; quasi infantibus in Christo lac vobis potum dedi, non escam dū enim adhuc pusilli eratis, non poteratis, sed neque nunc potestis: adhuc enim estis carnales. Vbi enim in vobis aemulatio & contentio & dissensiones, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

*1. Cor. 13.* Item illic: Et si habuerim omnem fidem, ita vt montes transferā, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si in cibos distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meū vt ardeam, charitatem autem non habeam nihil proficio. Charitas magnanima est: charitas benigna est: charitas non aemulatur, charitas non agit perperam, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum; non gaudet super iniustitiam, conlatur autem in veritate. Omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: Charitas nunquam excidet. De hoc ipso ad Galatas: Diliges proximum tibi tanquam te. Si autem mordetis, & inculatis inuicem, videte ne consumamini ab inuicem. De hoc ipso in epistola Ioannis: In hoc apparent filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non est iustus, non est de deo: & qui non diligit fratrem suum. Qui enim fratrem suum odit, homicida est: & scitis quia omnis homicida non habet in se vitam aeternam in se manentem. Item illic: Si quis dixerit quoniam diligit deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? De hoc ipso in Actibus apostolorum: Turba autem eorum qui crediderant, anima ac mente vna agebant: nec fuit inter illos discrimen vllum, nec quidquam suum iudicabant ex bonis quae ciserant, sed fuerunt illis omnia communia. De hoc ipso in euangelio *Matth. 23.* Si obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque illic munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veni & offer munus tuum ad altare. Item in epistola Ioannis: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Item illic: Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, mendax est, & in tenebris ambulat vsque adhuc.

*1. Ioan. 3.* 4<sup>17</sup> In nullo gloriandum quando nostrū nihil sit; in euangelio *Matth. 23.* Ioannem: Nemo potest quidquam accipere, nisi datum fuerit illi de caelo. Item in epistola Pauli ad Corinthios prima: Quid enim habes quod non acceperis? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Item in *Basil. 1.* primo: Nolite gloriari, neque loquamini elata, & non procedat magniloquentia ex ore vestro: quia Deus scientiarum Dominus. Item illic: Inualidus factus est arcus potentium, & infirmi accincti sunt virtute. De hoc ipso in Machabaeis: Iustum est subditum Deo esse, & mortalem non paria deo sentire. Item illic: Et verba viri peccatoris ne tinue-

ne timueritis: quia gloria eius in stercore erit & in vermes. Hodie extolletur, & cras non inuenietur: quoniam conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perit.

*Esa. 66.* 5 Humilitate & quietem in omnibus tenendam; apud Esaiam sic dicit dominus Deus: Caelum mihi thronus, & terra scabellum pedum meorum. Quam mihi sedem aedificabitis, aut quis locus ad requiem mihi? Omnia enim ista fecit manus mea, & sunt mea omnia ista. Et super quem aspiciam alium nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos? De hoc ipso in euangelio *Matth. 23.* Beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram. De hoc ipso *Lucam*: Qui minimus erit in omnibus vobis, hic erit magnus. Item illic: Qui se extollit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur. De hoc ipso ad Romanos: Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. De hoc ipso in psalmo 33. Et humiles spiritu saluabit. Item ad Romanos: Reddite omnibus quae debentur: cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quidquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Item in euangelio *Matth. 23.* Diligunt primum recumbendi locum in coenis, & primam sessionem in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Vos autem ne vocaueritis rabbi: vnus est enim vobis magister. Item in euangelio *Matth. 23.* Ioannem: Non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui se misit. Hæc scientes beati eritis, si ea feceritis. Item in psalmo 81. Humilem & pauperem iustificare.

*1. Cor. 13.* 6 Bonos quosque & iustos plus laborare, sed tolerare debere quia probantur; apud *Eccles. 27.* Salomonem: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Item in psalmo 50. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum deus non despiciet. Item in psalmo 33. Proximus est dominus contritis corde, & humiles spiritu saluabit. Item illic: Multa pressura iustorum, sed ex omnibus illis liberabit eos dominus. De hoc ipso apud Iob: Nudus exiui de vtero matris meae, nudus etiam ibo sub terram: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. In his omnibus quae contigerunt ei, nihil peccauit Iob labiis suis in conspectu domini. De hoc ipso in euangelio *Matth. 5.* Beati plangentes, quoniam ipsi consolabuntur. Item *Matth. 5.* Ioannem: Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis, in saeculo autem pressuram habebitis, sed fide, quoniam ego vici mundum. De hoc ipso ad Corinthios secunda: Datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet, vt non extollar. Propter quod ter dominum rogavi, vt discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. De hoc ipso ad Romanos: Gloriamur in spe claritatis Dei: non solum autem, sed & gloriamur in pressuris, scientes quoniam pressura tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, probatio autem spem. Spes autem non confundit, quia dilectio dei infusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. De hoc ipso *Matth. 7.* Quam lata & spatiosa via est quae ducit ad interitum, & multi sunt qui intrant per eam. Quam arcta & angusta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui eam inueniunt. De hoc ipso in Tobia: Vbi sunt iustitiae tuae: ecce quae pateris. Item in sapientia Salomonis: In locis impiorum genuunt iusti: in illorum autem perditionem abundabunt iusti.

*Ephes. 4.* 7 Non contristandum Spiritum sanctum, quem accepimus; apud Ephesios: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia auferantur a vobis. 8 Iracundiam vincendam esse, ne cogat delinquere; apud Salomonem in Parremis: Melior est vir patiens forti. Qui enim iracundiam continet, melior est, quam qui urbem capit. Item illic: Imprudens eadem die enunciat iram suam; abscondit autem inhonorationem suam astutus. De hoc ipso ad Ephesios: Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Item in euangelio *Matth. 5.* Audistis quia dictum est antiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. 9 Inuicem se fratres sustinere debere, ad

nibus quae contigerunt ei, nihil peccauit Iob labiis suis in conspectu domini. De hoc ipso in euangelio *Matth. 5.* Beati plangentes, quoniam ipsi consolabuntur. Item *Matth. 5.* Ioannem: Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis, in saeculo autem pressuram habebitis, sed fide, quoniam ego vici mundum. De hoc ipso ad Corinthios secunda: Datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet, vt non extollar. Propter quod ter dominum rogavi, vt discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. De hoc ipso ad Romanos: Gloriamur in spe claritatis Dei: non solum autem, sed & gloriamur in pressuris, scientes quoniam pressura tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, probatio autem spem. Spes autem non confundit, quia dilectio dei infusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. De hoc ipso *Matth. 7.* Quam lata & spatiosa via est quae ducit ad interitum, & multi sunt qui intrant per eam. Quam arcta & angusta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui eam inueniunt. De hoc ipso in Tobia: Vbi sunt iustitiae tuae: ecce quae pateris. Item in sapientia Salomonis: In locis impiorum genuunt iusti: in illorum autem perditionem abundabunt iusti.

*Ephes. 4.* 7 Non contristandum Spiritum sanctum, quem accepimus; apud Ephesios: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia auferantur a vobis. 8 Iracundiam vincendam esse, ne cogat delinquere; apud Salomonem in Parremis: Melior est vir patiens forti. Qui enim iracundiam continet, melior est, quam qui urbem capit. Item illic: Imprudens eadem die enunciat iram suam; abscondit autem inhonorationem suam astutus. De hoc ipso ad Ephesios: Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Item in euangelio *Matth. 5.* Audistis quia dictum est antiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. 9 Inuicem se fratres sustinere debere, ad







& non morientur. De hoc ipso in Actibus Apostolorum: Circa mediam autem noctem Paulus & Silas orantes gratias agebant Deo; audiebant autem eos vincit. Item in epistola Pauli ad Philippenses: <sup>41</sup> Omnia autem pro dilectione facientes, <sup>42</sup> sine mururationibus & reputationibus, ut sitis sine querela & immaculati filij Dei.

<sup>15</sup> Ad hoc tentari homines à Deo ut probentur, in Genesi: Et tentauit Deus Abraham, & dixit ad illum: Accipe filium tuum vnicum quem diligis Isaac, <sup>43</sup> & vade in terram altam, imponens illum ibi in holocaustum hostiam, in vnum ex montibus de quo tibi dixerò. De hoc ipso in Deuteronomio: Tentat dominus Deus vester vos, ut sciat, si diligitis dominum Deum vestrum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra. <sup>44</sup> De hoc ipso in sapientia Salomonis: Et si coram hominibus tormenta passi sunt spes eorum immortalitate plena est; & in paucis vexati, in multis bene disponuntur, quoniam Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausta hostiæ accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus eorum in perpetuum. De hoc ipso in Machabæis: Abraham nonne in tentatione inuentus est fidelis, & deputatum est ei ad iustitiam?

<sup>16</sup> De bono martyrij, <sup>45</sup> in sapientia Salomonis: Liberat de malis animam martyr fidelis. Item illic: Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum: Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione in speratæ salutis, dicentes inter se poenitentiam habentes, & per angustiam spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improprij. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, <sup>46</sup> & finem illorum sine honore. Quo modo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est? Ergo errauimus à veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Lassati sumus in iniquitatis via & perditionis, & ambulauimus solitudines difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam vm-

bra. De hoc ipso in psal. 115. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Item in psalmo 125. Qui seminant in lachrymis in exultatione metent. Ambulantes ambulabant, & plorabant mittentes semina sua: venientes autem venient in exultatione <sup>47</sup> tollentes gremia sua. De hoc ipso in euangelio κατὰ Ioannem: Qui amat animam suam, perdet illam: & qui odit animam suam in isto sæculo, in vitam æternam inueniet illam. Item illic: Cum autem tradiderint vos nolite cogitare quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Item illic: Veniet hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se Deo facere. Sed & hoc facient, quoniam non cognouerunt patrem neque me. De hoc ipso apud Matthæum: Beati qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Item illic: Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum, qui potest animam & corpus occidere in gehennam. Item illic: Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor illum coram patre meo, qui in cælis est. Qui autem me negauerit coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo, qui in cælis est. Qui autem sustinuerit vsque in finem, hic saluus erit. De hoc ipso κατὰ Lucam: Beati eritis cum vos oderint homines, & separauerint vos & expulerint, & maledixerint nomini vestro quasi nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cælis. Item illic: Amen dico vobis, nemo est qui relinquat domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat septies tantum in isto tempore, in sæculo autem futuro vitam æternam. <sup>48</sup> De hoc ipso in Apocalypsi: <sup>49</sup> Et cum aperuisset quintum signum, vidi sub ara Dei animas occisorum propter verbum Dei & martyrium suum, & clamauerunt magna voce dicentes: Quousque Domine sanctus & verus nō iudicas & vindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant? Et datæ sunt eis singulis stolas albas, & dictum est eis ut requiescerent breui adhuc tempore, donec impleatur numerus cōseruorum, & fratrum eorum, qui que postea occidentur exemplo ipsorum. Item illic: Post

<sup>50</sup> Post hæc vidi turbam multam, quam dinumerare ex his nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu, & ex omni populo & lingua, stantes in conspectu throni, & in conspectu agni, & erant amicti stolas albas, & palmæ fuerunt in manibus eorum, & magno clamore dicebant: Salus Deo nostro sedenti super thronum, & agno. Et respondit vnus ex senioribus, dicens mihi: Qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Et dixi ei: Domine mi tu scis. Et ait mihi: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni: Ideo sunt in conspectu throni Dei, & seruiunt ei diebus & noctibus in templo eius. Et is qui sedet in throno, inhabitabit super eos neque esurient neque sitient vnquam, sed neque sol super eos cadet, neque vllum æstum patientur. Quoniam agnus qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad fontes vitæ aquarum, & absterget Deus omnem lachrymam ex oculis eorum. Item illic: Qui vincet, dabo illi edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Item illic: Esto fidelis vsque mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Beati erunt qui vigi labunt, & seruabunt vestimenta sua ne nudi ambulent, & videant turpitudinem suam. De hoc ipso ad Timotheum in secunda: Ego iam delibor, & tempus instat meæ assumptionis. <sup>50</sup> Bonum agonem certavi, cursum perfeci, fidem seruauit: iam superest mihi corona iustitiæ, quam mihi reddet dominus in illo die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & omnibus qui dilexerint aduentum eius. De hoc ipso ad Romanos: Sumus filij Dei, si autem filij, & hæredes Dei, cohæredes autem Christi: si quidem compartiamur, ut & commagnificemur. De hoc ipso in psalmo 118. Beati qui immaculati sunt in via, & qui ambulant in lege Domini. Beati qui perferuntur martyria eius.

<sup>17</sup> <sup>51</sup> Minora esse quæ in sæculo patimur quam sit præmium quod promissum est; in epistola Pauli ad Romanos: Non sunt condignæ passionibus huius temporis, ad superuenturam claritatem quæ reuelabitur in nobis.

<sup>18</sup> Dilectioni Dei & Christi nihil præponendum; in Deuteronomio: Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua; & de tota vir-

tute tua. In euangelio κατὰ Matthæum: <sup>52</sup> Qui amat patrem aut matrem super me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus; & qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est meus discipulus. Item in epistola Pauli ad Romanos: Quis nos separabit <sup>53</sup> à charitate Christi, pressura, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est: Quoniam causa tui occidimur tota die, deputati sumus ut oves victime: sed in his omnibus superuincimus; pro eo qui dilexit nos.

<sup>19</sup> Voluntati non nostræ, sed Dei obtèperandum, in euangelio κατὰ Ioannem: <sup>54</sup> Non descendi de cælo ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. De hoc ipso κατὰ Matthæum: <sup>55</sup> Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: veruntamen non quod ego volo, sed quod tu. Item in prece quotidiana: Fiat voluntas tua <sup>56</sup> sicut in cælo & in terra. Item κατὰ Matthæum: Non omnis qui mihi dicit, Domine Domine, introibit in regnum cælorum; sed is qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse introibit in regnum cælorum. Item κατὰ Lucam: Ille autem seruus qui cognoscit voluntatem Domini sui, & non paruerit voluntati eius, vapulabit multis. In epistola Ioannis: Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, quo modo & ipse manet in æternum.

<sup>20</sup> Fundamentum, & firmamentum spei, & fidei esse timorem, in Psalmo 110. Initiu sapientiæ timor domini. De hoc ipso in sapientia Salomonis: Initiu sapientiæ, metuere Deum. Item in Paræmisi eiusdem: Beatus homo est qui veretur omnia per metum. De hoc ipso apud Esaiam: Et super quem alium respiciam, nisi super humilem, & quietum, & tremementem sermones meos? De hoc ipso in Genesi: Et vocauit cum Angelus Domini de cælo, & dixit illi: Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Noli imponere manum tuam super puerum, neque feceris illi quidquam. Nunc enim cognoui, quoniam times Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me. Item in psalmo 2. Seruite Domino in timore, <sup>57</sup> & exultate ei in timore. Item in psalmo 33. Timete dominum omnes sancti eius; quoniam non est ino-



pia eis qui eum metunt. Item in Psalmo 18. Timor Domini castus perseverans in sæcula sæculorum.

21 Non temere de altero iudicandum, in Evangelio κατὰ Lucam: Nolite iudicare, ne iudicemini: nolite condemnare, ne condemnemini. De hoc ipso ad Romanos: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit, stabit autem, potens est enim Deus statuere eum. Et iterum: 15 quare sine excusatione non omnis qui iudicas, in quo enim iudicas alium, te ipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas. Speras autem tu qui iudicas eos qui mala agunt, & eadem facis, quia ipse effugies iudicium Dei? Item in epistola Pauli ad Corinthios prima: Et qui se putat stare, videat ne cadat. Et iterum: Si quis se putat scire aliquid nōdum scit quemadmodum oporteat eum scire.

22 Accepta iniuria remittendū & ignoscendum, in Evangelio in prece quotidiana: Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Item κατὰ Marcum: Et cum steteritis ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater vester qui in cœlis est, 16 remittat vestra peccata vobis. Si autem vos non dimiseritis, neque pater vester qui in cœlis est dimittet vobis peccata vestra. Item illic: In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis.

23 Vicem malis non reddendā, in epistola Pauli ad Romanos: Nemini malum pro malo reddentes. Item illic: Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. De hoc ipso in Apocalypsi: Et dixit mihi, ne signaueris verba prophetiæ libri huius, quia iam tempus in proximo est; & hi qui perseverant nocere, noceant; & qui in sordibus est, sordescat adhuc: 17 iustus autē adhuc iustiora faciat, similiter & sanctus sanctiora. Ecce venio cito, & merces mea mecum est reddere unicuique secundum facta sua.

24 Non posse ad patrē perueniri, nisi per filium eius Iesum Christum, in euangelio κατὰ Ioannem: ego sum via, veritas & vita: nemo venit ad patrem nisi per me. Item illic: 18 Ego sum ostium: per me si quis introierit saluabitur.

25 19 Ad regnū Dei nisi baptizatus & renatus quis fuerit, peruenire non posse; in euangelio κατὰ Ioannem: Nisi quis rena-

tus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei. Quod enim natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est. Item illic: Nisi ederitis carnem filij hominis & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis.

26 Parum esse baptizari & Eucharistiam accipere, 60 nisi quis factis & opere proficiat; in epistola Pauli ad Corinthios prima: Nescitis quia qui in stadio currunt omnes quidem currunt, vnus tamen accipit palmam? Sic currite ut occupetis; & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant nos verò incorruptam. In Evangelio κατὰ Matthæum: Omnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Item illic: Multi mihi dicent in illa die: Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia exclusimus, & in tuo nomine virtutes magnas fecimus? Et tunc dicam illis: 61 Nunquam vos noui, recedite a me qui operamini iniquitatem. Item illic: Luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant bona opera vestra, & clarificent patrem vestrum qui in cœlis est. Item Paulus ad Philipenses: Lucete sicut luminaria in mundo.

27 62 Baptizatum quoque gratiam perdere, quam consecutus sit, nisi innocentiam seruet; in euangelio κατὰ Ioannem: Ecce factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Item in Epistola Pauli ad Corinthios prima: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? si quis templum Dei violauerit, 63 disperdet illum Deus. De hoc ipso in Paralipomenon: Deus vobiscum est, dum estis vos cum ipso si dereliqueritis eum, derelinquet vos.

28 Non posse in ecclesia remitti ei, qui in Deum deliquerit, in Evangelio κατὰ Matthæum: Qui dixerit verbum aduersus filiū hominis, remittetur illi: qui autem dixerit aduersus Spiritum sanctum, non remittetur illi neque in isto sæculo, neque in futuro. Item κατὰ Marcum: Omnia peccata remittentur filiis hominum & blasphemix: qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non remittetur illi, sed reus erit æterni peccati. De hoc ipso in Βασίλειον primo: 64 Si delinquendo peccet vir aduersus

aduersus virum, orabunt pro eo dominum, si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?

29 De odio nominis ante prædictum; in euangelio κατὰ Lucam: Et eritis odibiles omnibus hominibus propter nomen meū. Item κατὰ Ioannem: Si sæculum vos odit, scitote quoniam me primo odit: si de sæculo essetis, sæculum quod suum esset amaret: sed quia de sæculo non estis, & ego elegeri vos de sæculo, propterea odit vos sæculum. 65 Mementote sermonis quem dixi vobis: Non est maior seruus Domino suo, si me persecuti sunt, & vos persequentur.

30 66 Quod quis Deo vouerit, cito reddendum; apud Salomonem: Prout voueris votum Deo, ne moram feceris reddere illud. Item in Deuteronomio: Si autem voueris uotum domino Deo tuo, nō tardabis reddere illud, quia inquirens quæret illud Dominus Deus tuus a te, & erit in peccatum: ea quæ egredientur per labia tua, obseruabis: & facies donum 67 quod locutus es ore tuo. De hoc ipso in psalmo 49. Sacrifica Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Inuoca me in die pressuræ, & eximam te, & clarificabis me. De hoc ipso in actibus apostolorum: Cur impleuit satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, cū esset fundus in tua potestate; non hominibus mentitus es, sed Deo. Item apud Hieremiam: Maledictus qui facit opera Dei negligenter.

31 Eum qui non crediderit, iam iudicatum esse in euangelio κατὰ Ioannem: Qui non crediderit, iam iudicatus est; quia nō credidit in nomine vnici filij Dei. Hoc autem est iudicium, quoniam lux venit in sæculum, & magis dilexerunt homines tenebras, quā lucem. De hoc ipso in psalmo 1. 68 Propterea non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.

32 De bono virginitatis & cōtinentiæ; in Genesi: Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitus tuos: & in tristitia paries filios, & erit conuersio tua ad virum tuum, & ipse tui dominabitur. De hoc ipso in euangelio κατὰ Matthæum: Non omnes capiunt verbum, sed illi quibus datum est: sunt enim spadones, qui ex utero matris nati sunt: & sunt spadones, qui coacti sunt ab hominibus: & sunt spadones, qui seipso castrauerunt propter regnum

cœlorum. Qui potest capere, capiat. Item κατὰ Lucam: Filij sæculi huius generant & generantur: qui autem habuerunt dignationem sæculi illius, & resurrectionis a mortuis, 69 non nubunt, neque nubuntur. Neque enim incipient mori: æquales enim sunt angelis Dei, cum sint filij resurrectionis. Resurgere autem mortuos Moyses significat, cum dicit in rubo: Dominus Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, non est Deus mortuorum, sed viuorum: omnes enim illi viuunt. Item in epistola Pauli ad Corinthios prima: Bonum est homini mulierem non contingere: propter fornicationem autem vnusquisque uxorem suam habeat, & vnaquæque virum suum habeat. Vxori vir debitum reddat: similiter & vxor viro. Vxor corporis sui potestatem non habet, sed vir, similiter & vir corporis sui potestatem non habet, sed vxor. Nolite fraudare inuicem, nisi ex conuentione, 70 ad tempus ut vacetis orationi, & iterum reuertimini ad id ipsum, ne teneat vos satanas propter incontinentiam vestram. Hoc dico secundum veniam, non secundum imperium: volo autem omnes homines esse, sicut & me: sed vnusquisque proprium habet donum a deo alius sic, alius autem sic. Item illic: Cælebs cogitat ea quæ sunt Domini, quo modo placet Deo. Qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea quæ sunt mundi huius quo modo placeat vxori: sic & mulier, & virgo innupta cogitat ea quæ sunt domini, ut sit sancta & corpore & spiritu: 71 quæ autem nupsit, cogitat de iis quæ sunt mundi huius, quo modo placeat viro. Item in Exodo: Cum præcepisset Dominus Moysi, ut sanctificaret populum in diem tertium, sanctificauit ille, & adiecit: Estote parati: tribus diebus non accedatis ad mulieres. Item in Βασίλειον primo: Et respondit sacerdos ad Dauid & dixit: Non sunt panes profani in manu mea, nisi panis sanctus vnus: 72 si obseruati sunt pueri a muliere, manducabunt. Item in Apocalypsi: Hi sunt qui cum mulieribus se non coinquauerunt, virgines enim permanserunt: hi sunt qui sequuntur agnum quocumque ierit.

33 Nihil patrem iudicare, sed filiū: & patrem ab eo non honorificari, a quo non honorificatur filius; in euangelio κατὰ Ioannem: Nihil pater iudicat, sed iudicium om-



ne filio dedit, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui eum misit. Item in psalmo 71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, iudicare populum tuum in iustitia. Item in Genesi: <sup>73</sup> Et pluit Dominus super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem de caelo à Domino.

Gen. 19.

Hier. 10.

Apoc. 18.

<sup>34</sup> Fidelē gentiliter viuere non oportere, apud Hieremiam: Hęc dicit Dominus: <sup>74</sup> Secundum viam gentiliū ne ambulaueritis. De hoc ipso quod segregate se quis debeat à gentilibus, ne sit focius culpæ, & fiat particeps plagæ eorum. in Apocalypsi: Et audiui aliam vocem de caelo dicentem: Exi de ea populus meus, ne particeps sis delictorum eius, & ne perstringaris plagis eius: quoniam delicta eius vsque ad cœlum peruenerunt, & meminit Dominus Deus iniquitatum eius. Ideo reddidit ei dupla, & in quo poculo miscuit, duplum remixtum est ei: & in quantum se clarificauit; & deliciarum habuit, <sup>75</sup> intantum datus est ei & cruciatus & luctus: quoniam in corde suo dicit: Regina sum, & vidua esse non possum, nec luctum visura sum, propterea vna hora plagæ eius aduenient mors, luctus & fames, & igni cremabitur: quoniam fortis est Dominus Deus qui eam iudicabit. Et flebunt & plangent se in ea reges terræ, qui cum ea fornicati sunt, & in delictis conuersati sunt. Item apud Esaiam: Exite de medio eorum, qui fertis vasa Domini.

Esa. 52.

Eccles. 5.

Rom. 2.

<sup>35</sup> Deum ad hoc patientē esse, vt nos poeniteat peccati nostri & reformemur; apud Salomonem in Ecclesiastico: Ne dixeris, peccaui, & quid accidit mihi triste? est enim altissimus patiens redditor. Item Paulus ad Romanos: An nunquid opulentiam bonitatis eius, & sustinentiam & patientiam contemnis, ignorans quia bonitas Dei in poenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiā tuam & <sup>76</sup> cor impoentens thesaurizas tibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei; qui reddet vniciquē secundum opera sua.

Apoc. 17.

<sup>36</sup> Mulierem ornari sæculariter non debere, in Apocalypsi: Et venit vnus ex septem angelis habentibus phialas, & aggressus est me dicens: Veni ostendam tibi damnationem <sup>77</sup> meretricis magnæ, sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt

reges terræ. Et vidi mulierem sedentem super bestiam: & mulier illa amicta erat pallium purpureum, & coccineum, & adornata erat auro, & lapidibus pretiosis, & margaritis, tenens poculum aureum in manu sua plenum execrationum, & immunditiæ, & fornicationis totius terræ. Item ad Timotheum: Sint mulieres vestræ cum verecundia & pudicitia componentes se: non in tortis crinibus, neque auto, neque margaritis, aut veste pretiosa, sed vt decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. De hoc ipso <sup>78</sup> in epistola Petri ad Ponticos: Sit in muliere non exterior ornamenti, aut auri, aut vestis cultus, sed cultus cordis. Item in Genesi: Thamar cooperuit se pallio, & adornauit: & cum aspexisset eam Iudas, visum est ei meretricem esse.

1. Tim. 2.

1. Petr. 3.

Gen. 38.

1. Petr. 4.

<sup>37</sup> Fidelē nō oportere ob alia delicta, nisi ob nomen solum puniri; in epistola Petri ad Ponticos: Nec quisquam vestrum tanquam fur aut homicida patiatur; aut tanquam maleficus, <sup>79</sup> aut curas alienas agens sed tanquam Christianus.

<sup>38</sup> Seruum Dei innocentem esse debere, ne incidat in poenam sæcularem; in epistola Pauli ad Romanos: Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa.

Rom. 13.

<sup>39</sup> Datum nobis esse exemplum viuendi in Christo; in epistola Petri ad Ponticos: Christus enim passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Qui cum malediceretur, nō minabatur: tradebat autem se iudicanti iniuste. Item Paulus ad Philipenses: Qui in figura Dei constitutus, non rapinam arbitratus est esse se equalē Deo, sed se exinanuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominis factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit se, factus obediens vsque ad mortem, mortē autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū, & donauit illi nomen, vt sit super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu curuetur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. De hoc ipso in euangelio *uata* Ioannem: Si ego laui pedes vestros magister, & Dominus, & vos debetis aliorum pedes lauare. Exemplum enim

Ioan. 13.

enim dedi vobis, vt, sicut ego feci, & vos aliis faciatis.

Matth. 6.

<sup>40</sup> Non iactanter nec tumultuose operandum; in euangelio *uata* Matthæum: <sup>81</sup> Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit elemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito <sup>82</sup> reddet tibi. Item illic: Cum facis elemosynam, <sup>83</sup> noli buccinare ante te quo modo hypocritæ faciunt, in vicis & synagogis, vt clarificentur ab hominibus. Amen dico vobis, <sup>84</sup> compleuerunt mercedem suam.

Ephes. 5.

Gen. 15.

Esa. 7.

Matth. 14.

Marc. 11.

Abac. 2.

Dan. 3.

Matth. 8.

1. Cor. 6.

Rom. 8.

<sup>41</sup> Inepte & scurriliter non loquendum; in epistola Pauli ad Ephesios: Stultiloquiū & scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, <sup>85</sup> nec nominentur quidem in vobis.

<sup>42</sup> <sup>86</sup> Fidē in totum prodesse, & tantū nos posse, quantum credimus; in Genesi: Et credidit Abraham Deo, & deputatum est ei ad iustitiam. Item apud Esaiam: Et si non credideritis, neque intelligetis. Item in euangelio *uata* Matthæum: Modicę fidei quare dubitasti? Item illic: Si habueritis fidem quasi granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illud, & transibit: & nihil impossibile erit vobis. Item *uata* Marcum: Omnia quæcunque oratis & petitis, credite, quia accipietis, & erunt vobis. <sup>87</sup> Itē illic: Omnia possibilia credenti. Apud Abacuc: Iustus autem ex fide mea viuit. Item in Daniele: Ananias, Azarias, Misahel credentes Deo liberati sunt de flamma ignis.

<sup>43</sup> <sup>88</sup> Posse cum statim consequi qui vere crediderit; in Actibus apostolorum: Ecce aqua, quid est quod me impedit baptizari? Tunc dixit Philippus: si credis ex toto corde tuo, licet.

<sup>44</sup> Fideles inter se disceptantes, nō debere gentilem iudicē experiri; in epistola Pauli ad Corinthios. 1. Audet quisquā vestrum aduersus alterum negotium habens disceptare apud iniustos, & non apud sanctos? <sup>89</sup> An nescitis quia sancti hunc mundum iudicabunt? Et iterum: Iam quidem in totum delictum in vobis est, quia iudicia habetis cum inuicem. Quare non magis iniuriam patimini, aut quare non magis fraudamini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus: an nescitis, quoniam iniusti regnum Dei non consequentur?

<sup>45</sup> Spem futurorum esse, & ideo fidem nostram circa ea quę promissa sunt, patientē esse debere; in epistola Pauli ad Roma-

nos: Spe saluati sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, <sup>90</sup> per spectationem speramus.

<sup>46</sup> Mulierē in ecclesia tacere debere; in epistola Pauli ad Corinthios prima: Mulieres in ecclesia taceant. Si quæ autem quid discere volunt, domi viros suos interrogent. Item ad Timotheum: Mulier cum silentio discat in omni subiectione. <sup>91</sup> Docere autem mulierem non permitto, neque præpositā esse viro, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eua: & Adam seductus non est, mulier autem seducta est.

<sup>47</sup> Delicto & merito nostro fieri vt laboremus, nec Dei opē in omnibus sentiamus; apud Osee: Audire sermonē domini filij Israel: quia <sup>92</sup> iudiciū est domino aduersus incolas terrę, quod neq; misericordia, neq; veritas, neq; agnitio Dei sit super terram. Sed execratio, & mendaciū, & cędes, & furtū, & adulterium diffusum est super terram. Sanguinē sanguini supermiscerent. iccirco terra lugebit cum vniuersis incolis suis, cum bestijs agri, cum serpentibus terræ, cum volucris cœli: & deficient pisces maris, vt nemo iudicet, nemo reuincat. De hoc ipso apud Esaiam: Nunquid non valet manus Domini vt saluos faciat: aut grauauit aurē vt non exaudiat? Sed peccata vestra inter vos & Deum separant: & propter delicta vestra auertit faciem à vobis ne misereatur. Manus enim vestræ inquinatæ sunt sanguine, & digiti vestri in peccatis: labia autem vestra locuta sunt facinus, & lingua vestra iniustitiam meditat: nemo loquitur vera, neque est iudicium verum: sidunt in vanis, & loquuntur inania: qui parturiunt dolorem, & pariunt facinus. Item apud Sophoniam: Defectione deficiat à facie terræ, dicit dominus. Deficiat homo, & pecudes deficiant, volucres cœli & pisces maris: & auferam iniquos à facie terræ.

<sup>48</sup> Non fenerandum; in psalmo 13. Qui pecuniā suam non dedit in fenore, & mœra super innocentes non accepit: qui ista fecerit, non commouebitur in æternum. Item apud Ezechielem. Homo autem qui erit iustus, hominem non opprimer, & pignus debitoris reddet, & rapinam nō faciet & panem suum esurienti dabit, & nudum operiet, & pecuniā suā in vsuram non dabit. Item in <sup>93</sup> Deutero. Non fenerabis

1. Cor. 14.  
1. Tim. 2.  
Osee. 4.  
Esa. 59.  
Soph. 1.  
Ezech. 18.  
Deut. 23.



fratri tuo vsura pecuniæ, & vsura ciborum.

Luc. 6. 49 Inimicos quoque diligendos; in Evangelio κατὰ Lucam: Si diligitis qui vos diligunt, quæ est vobis gratia? 94 & peccatores enim diligunt eos qui se diligunt. Item κατὰ Matthæum: Diligite inimicos vestros, & orate pro his qui vos persequuntur: vt sitis filij patris vestri qui in cælis est; qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

Prou. 33. 50 Sacramentum fidei non esse profanandum; apud Salomonem in Parcemius: In aures imprudentis noli quidquam dicere: ne quædo audierit, irrideat sensatos sermones tuos. Item in evangelio κατὰ Matthæum: Ne dederitis sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos, 91 ne forte inculcent ea pedibus suis, & conuersi elidant vos.

Eccle. 10. 51 Quod nemo in opere suo extolli debeat; apud Salomonem in Ecclesiastico: Nolite extollere in faciendo opere tuo. Item in evangelio κατὰ Lucam: Quis vestrum habens seruum arantem, aut paltorem, & venienti de agro dicit continuo, tranti, recumbe? Sed dicit illi, para aliquid quod cœnem, & accingere, & ministra mihi, donec manducem & bibam: & postea tu manducabis & bibes. Numquid habet gratiam seruo illi, quia fecit quæ ei imperata sunt? sic itaque & vos cum perfeceritis quæ vobis imperata sunt, dicite: Serui superuacui sumus: 96 quod habuimus facere, fecimus.

Deut. 30. 52 97 Credendi vel nõ credendi libertatē in arbitrio positam; in Deuteronomio: Ecce dedi ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malū: elige vitam, tibi vt viuas. Item apud Esaiam: Et si volueritis & audieritis me, bona terræ edetis. Si autem nolueritis, & non audieritis me, gladius vos consumet: os enim domini locutum est ista. Item in evangelio κατὰ Lucam: Regnum Dei intra vos est.

1. Cor. 13. 53 Dei arcana perspicere non posse, & ideo fidem nostram simplicem esse debere, 98 in epistola Pauli ad Corinthios prima: Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & ego cognitus sum. Item 99 apud Salomonem in Sapientia: Et in simplicitate cordis quærite illum. Item apud eundem: Qui ambulat simpliciter, ambulat fidenter. Item apud

Sap. 1. Prou. 10. Eccle. 3.

eundem: Altiora te ne quæseris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Item in Salomone Eccle. 7. ne: Noli esse multum iustus, & noli argumentari plus quàm oportet. 100 Item apud Esaiam: Vt qui arguti sunt in semetipfis. Item in Machabæis: Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. Item in epistola Pauli ad Romanos: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & quam inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? vel quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi claritas in sæcula sæculorum. Item ad Timotheum: Stultas autem & ineruditas quæstiones deuota, sciens quia lites generant. Seruum autem Dei non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes.

Job. 14. 54 101 Neminem sine sorte & sine peccato esse apud Iob: 102 Quis enim mundus à foribus? nec vnus, etiam si vnus diei sit vita eius in terra. Item in psalmo 50. 103 Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Item in epistola Ioannis: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est.

Cal. 1. 55 Non hominibus, sed Deo placendū; in psalmo 52. Qui hominibus placent, confusi sunt: quia Deus nihil fecit illos. Item in epistola Pauli ad Galatas: 104 Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem.

Prou. 15. 56 Deum nihil latere ex his quæ geruntur; in Sapientia Salomonis: In omni loco scrutantur oculi Dei bonos & malos. Item apud Hieremiam: Ego Deus approximans, & non Deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ergo ego non videbo eum? Nonne cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? Item in Βασιλειων 1. 2. 16. primo: Homo videt in facie, Deus autem in corde. Item in Apocalypsi: Et scient omnes Ecclesiæ quia ego sum scrutator renis & cordis: & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. Item in psalmo 18. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine. Item in epistola Pauli ad Corinthios secunda: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi 105 vt reportet vnusquisque sui corporis propria secundum quæ egit, siue bona, siue mala.

401. 57 Fidelē emendari & reseruari, in psalmo 116

mo 116. Emendans emēdauit me dominus, & morti non tradidit me. Itē in psalmo 88. Visito in virga facinora eorū, & in flagellis delicta eorū. 106 Misericordiā autē meā non dispergā ab eis. Item apud Malachiam: Et sedebit cōflans & expurgās sicut aurum & argentum; & emūdabit filios Leui. Item in euāgelio: Nō exhibis inde, donec exfoluas nouissimum quadrantem.

Mat. 3. 58 Neminem contristari morte debere, cum sit in viuendo labor & periculum, in moriendo pax & resurgendi securitas in Genesi: Tunc dixit Dominus ad Adam: 107 Quia exaudisti vocem vxoris tuæ, & manducaisti ex illa arbore de qua sola præceperam tibi ne māducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In tristitia & gemitu edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos eiiciet tibi, & edes pabulum agri in sudore vultus tui. Edes panem tuum donec reuertaris in terrā, de qua & sumptus es, quia terra es, et in terram ibis. Item illic: 108 & complacuit Enoch Deo, & non est inuentus postmodum: quia Deus illum transtulit. Et apud Esaiam: Omnis caro fenem, & omnis claritas eius vt flos feni. Aruit fenem & flos decidit: 109 Sermo autē Domini manet in æternū. Apud Ezechielem: Ipsi dicunt, arida facta sunt ossa nostra: perit spes nostra: 110 expirauimus: propterea prophetiza, & dic: Hæc dicit dominus: Ecce ego aperio monumēta vestra, & educam vos de monumentis vestris, & inducā vos in terram Israel. Et dabo spiritum meū in vos, & viuētis. Et ponam vos in terram vestram, & cognoscetis quoniam ego Dominus locutus sum, & faciam, dicit Dominus. Item in Sapientia Salomonis: Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius: placita enim erat Deo anima illius. Item in psalmo 83. 111 Quam dilectissimæ habitationes tuæ Deus virtutum: desiderat & prope rat anima mea ad atria Dei. Et in epistola Pauli ad Thessalonicēses: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ne contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quia Iesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus eos qui dormierunt in Iesu adducet cum eo. Item ad Corinthios prima: Stulte, tu quod seminas, non viuificatur nisi prius mortuum fuerit. Et iterum: 112 Stella à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Seminatur corpus in corruptione, resurgit sine cor-

ruptela. Seminatur in ignominia, resurgit in gloria. Seminatur in infirmitate, resurgit in virtute. Seminatur corpus animale, resurgit spiritale. Et iterum: Oportet enim corruptiuum istud induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptiuum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem; tunc fiet verbum quod scriptum est: 113 Absorpta est mors in contentionem. Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors contentio tua? Item in euāgelio κατὰ Ioannem: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego fuero, & ipsi sint mecum, & videant claritatem meam quam mihi dedisti ante constitutionem mundi. Item κατὰ Lucam: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Item κατὰ Ioannem: Si me dilexissetis, grauderetis; quoniam vado ad patrem, quia pater maior me est.

Sap. 15. 59 De idolis quæ gentiles Deos putant, in Sapientia Salomonis: Omnia idola nationum æstimauerunt Deos, quibus neque oculorum vsus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti in manibus ad contractendum: sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo autem sibi similem homo poterit Deum fingere: cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem ipse iis quos colit: quoniam ipse quidem vixit, illi nunquam. 114 De hoc ipso: Neque opera attendentes cognouerunt quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, & lunam, rectores orbis terræ Deos putauerunt: quorum si propter speciem hoc æstimauerunt, sciant quanto his dominus sit speciosior: aut si virtutes & opera eorum mirati sunt, intelligant ab ipsis, quoniam qui hæc constituit fortia, fortior est illis. Item in psalmo 134. Idola gentium argentum & aurum, opus manuum hominum. Os habent 115 & non loquuntur; oculos habent & non vident; aures habent & non audiunt; neque enim est spiritus in ore eorū. Similes fiant illis qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in illis. Item in psalmo 95. Omnes dij gentium dæmonia, Dominus autē

Malac. 3.

Mat. 5.

Gen. 3.

Ibid. 5.

Esai. 40.

Ezech. 37.

Sap. 4.

1. Thess. 4.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Ibidem.

Ioan. 17.

Luc. 2.

Ioan. 14.

Sap. 15.

Sap. 13.



*Exod.* 20. ccelos fecit. Item in Exodo: <sup>116</sup> Non facietis vobis Deos argenteos neque aureos. Et iterum: Non facies tibi idolum, nec cuiusquam similitudinem.

*Deut.* 5. 60 Ciborum nimiam concupiscentiam non appetendam; apud Esaiam: Edamus & bibamus, cras enim motiemur. Non remittetur vobis peccatum istud, quoad usque moriamini. Item in Exodo: Et confedit populus manducare & bibere, <sup>117</sup> & surrexerunt ludere.

*1. Cor.* 8. Paulus ad Corinthios 1. Cibum nos non commendat Deo: neque si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, egebimus. Et iterum: Cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi maducet, vt non ad iudicium conueniatis. Item ad Romanos: Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. In euangelio κατὰ Ioannem: Ego cibum habeo, quem vos non nostis. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui me misit, & perficiam opus eius.

*Eccle.* 14. 61 Possidendi concupiscentiam, & pecuniam non appetendam; in Ecclesiastico apud Salomonem: Qui diligit argentum, non satiabitur argento. Item in Paræmiis: Captans annonam maledictus in plebe est; benedictio autem in eius capite est, qui communicat. Item apud Esaiam: Væ qui coniungunt domum ad domum, & agrum ad agrum <sup>118</sup> continuant, <sup>119</sup> vt auferant proximo suo aliquid. Numquid habitabitis soli super terram? Item apud Sophoniam: Aedificabunt domos & non inhabitabunt; & instituent vineas, & non bibent vinum earum, quia prope est dies domini. Item in euangelio κατὰ Lucam: Quid enim prodest homini lucrifacere totum mundum, se ipsum autem perdere? Et iterum: Dixit autem illi Dominus: Stulte, hac nocte expostulatur anima tua: quæ ergo parasti, cuius erunt? Et iterum: Commemorare quoniam percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. <sup>120</sup> Nunc vero hic rogatur, tu autem doles: Et in Actibus Apostolorum: Dixit autem Petrus ad eum: Argentum quidem & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, excitauit eum. Item ad Timotheum prima: Nihil intulimus in hunc mundum, verum nec auferre quid possumus. Habentes itaq;

exhibitionem & regumentum, his contenti simus. Qui autem volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & muscipulam, & desideria multa & nocentia, quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidem appetentes <sup>121</sup> naufragauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.

62 <sup>122</sup> Matrimonium cum gentilibus non iungendum; apud Tobiam: Vxorem accipe ex semine parentum tuorum & noli sumere alienam mulierem, quæ non est ex tribu parentum tuorum. Item in Genesi: Mittit puerum suum Abraham, vt de semine suo accipiat Rebeccam <sup>123</sup> filio eius Isaac. Item in Esdra: Satis non fit Deo cum vastarentur Iudei, nisi alienigenas vxores cum filiis quoque quos ex illis procreauerat, reliquissent. Item in epistola Pauli ad Corinthios 1. Mulier vincita est quam dieu viuit vir eius: si autem dormierit, liberata est, vt cui vult nubat, tantum in Domino: felicior autem erit si sic permanserit. Et iterum: Nescitis quoniam corpora vestra membra Christi sunt? Auferens membra Christi: <sup>124</sup> faciam membra fornicariæ? absit. Aut nescitis quia qui conglutinatur fornicariæ, vnum corpus sunt? Erunt enim duo in vna carne. Qui autem se coniunxerit Domino, vnus spiritus est. Item ad Corinthios secunda: Nolite coniungi cum infidelibus. Quæ autem participatio est iustitiæ & iniquitati? <sup>125</sup> Aut quæ est communicatio luci ad tenebras? Item de Salomone in βασιλειῶν 3. Et auertunt vxores alienigenæ cor eius post Deos suos.

63 <sup>126</sup> Graue delictum esse fornicationis, Paulus ad Corinthios: Omne delictum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Non estis vestri: empti enim estis pretio magno. Clarificati & portate Dominum in corpore vestro.

64 Quæ sunt carnalia, quæ mortem parant, & quæ spiritalia, quæ ad vitam ducant; Paulus ad Galatas: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur sibi, vt non quæ vultis, ipsa faciatis. Manifesta sunt autem facta carnis, quæ sunt, adulteria, fornicationes, immunditiæ, spurcitiæ, idololatriæ, veneficia, homicidia, inimicitia, contumeliones, æmulationes, animositates, prouocationes, similtates

similtates, dissensionem, hæreses, inuidia, ebrietates, comestiones, & his similia.

<sup>127</sup> Quæ prædico: quia qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiiis & concupiscentiis.

65 <sup>128</sup> Omnia delicta in baptismo depone; in epistola Pauli ad Corinthios 1. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum appetitores, neque fures, neque fraudatores, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores regnum Dei consequentur. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu nostri Christi, & in spiritu Dei nostri.

66 Disciplina Dei in ecclesiasticis preceptis obseruanda; apud Hieremiam: Et dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent oves pascentes cum disciplina. Item apud Salomonem in Paræmiis: Fili ne neglexeris disciplinam Dei, neque defeceris ab eo correptus. Quem enim Deus diligit, corripit. Item in Psalmo 2. Continete disciplinam ne forte irascatur Dominus, & pereatis à via recta. Cum exarserit cito ira eius super vos: beati omnes qui confidunt in eo: Item in Psalmo 49. Peccatori autem dicit Deus: Ad quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum; tu autem odisti disciplinam, & abiecasti sermones meos retro? Item in sapientia Solomonis: <sup>129</sup> Disciplinam qui abiicit, infelix est.

67 Prædictum, quod disciplinam sanam aspernaturi essent: Paulus ad Timotheum 2. Fuit tempus quando sanam doctrinam non sustinebant, sed secundum sua desideria coaceruabant sibi magistros <sup>130</sup> prurientes in audiendo; scalpentes aures: Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

68 Recedendum ab eo qui inordinate, & contra disciplinam viuit; Paulus ad Thessalonicenses: Præcipimus autem vobis in nomine Iesu Christi, vt discedatis ab omnibus fratribus ambulanti inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Item in psalmo 49. Si videbas furem simul <sup>131</sup> currebas cum eo, & cum adulteris

portionem tuam ponebas.

69 Non in sapientia mundi, nec in eloquentia esse regnum Dei, sed in fide crucis, & in virtute conuersationis; In epistola Pauli ad Corinthios 1. Misit me Christus annunciare non in sermonis sapientia, ne inanis fiat crux Christi: Verbum enim crucis stultitia est iis qui pereunt, iis autem qui saluantur, virtus Dei est. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? nonne infatuauit Deus sapientiam huius mundi: Quoniam quidem <sup>132</sup> in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, complacuit Deo per stultitiam prædicationis saluare credentes. Quoniam Iudei signi considerant, & Græci prudentiam quarunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis, & Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. & iterum: Nemo se decipiat. Si quis putat sapientem se esse in vobis, mundo huic stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: <sup>133</sup> Reprehendes sapientes in astutia ipsorum. & iterum: Dominus cognouit cogitationes sapientium, quia sunt stultæ.

70 Parentibus obsequendum; in epistola Pauli ad Ephesios: <sup>134</sup> Filij obsequentes estote parentibus vestris, hoc enim est iustum. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, vt bene sit tibi, & iis longæuus super terram.

71 Patres quoque asperos esse circa filios non oportere. Et vos parentes nolite <sup>135</sup> in iracundiam mittere filios vestros, sed nutrite eos in disciplina, & correptione Domini.

72 Seruos cum crediderint, plus dominis carnalibus seruire debere; in epistola Pauli ad Ephesios: <sup>136</sup> Serui obedite Dominis carnalibus cum metu & tremore, & in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed quasi serui Dei.

73 Itæ dominos mitiores esse debere. <sup>137</sup> Et vos Domini eadem facite ad eos, laxantes iracundiam, scientes quia & vester & ipsorum Dominus est in cælis, & exceptio personarum non est in illo.



74 Viduas probatas quasque honoradas: In epistola Pauli ad Timotheum prima; Viduas honora, quæ vere sunt viduæ. <sup>138</sup> Quæ autem delicata est vidua, viuens mortua est. & iterum: Iuniores autem viduas præteri. <sup>139</sup> cum enim indelicata fuerint in Christo, nubere volunt, habentes iudicium: quoniam primam fidem reprobauerunt.

75 Suorū & maxime fidelū curam plus vnumquemque habere debere; ad Timotheum prima: Si quis autem suorum, & maxime domesticorum, non agit curam, fidem denegar, & est deterior infideli. De hoc ipso apud Esaiam: Si videris nudum, vesti <sup>140</sup> & domesticos feminis tui non despicias. De quibus domesticis in euangelio dictum est: Si patrē familias beelzebub dixerunt, quanto magis domesticos eius?

76 Maiorē natu non temere accusandū; ad Timotheum prima: <sup>141</sup> Aduersus maiorem natu accusationem ne receptoris.

77 Peccantem publice obiurgandum; In epistola Pauli ad Timotheum prima: Peccantes coram omnibus corripere, vt & cæteri metum habeant.

78 Cum hæreticis non loquendum: ad Titum: <sup>142</sup> Hæreticum hominem post vnā correptionem deuota, sciens quoniā peruersus est huiusmodi & peccat, & est à semetipso damnatus. De hoc ipso in epistola Ioannis: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Item ad Timotheum secunda: Sermo eorum vt cancer serpit.

79 Innocentiam fidēter petere, & imperare in epistola Ioannis: Si cor nostrū nos non reprehendat, fiduciam habemus ad Deum, & quodcunque petierimus accipimus ab eo. Item in euangelio *κατὰ* Matthæum: <sup>143</sup> Beati mundo corde, quoniā ipsi Deum videbūt. Item in psal. 23. Quis ascēdet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius: Innocens manibus & mūdo corde.

80 <sup>144</sup> Nihil licere diabolo in hominē, nisi Deus permiserit; In euangelio *κατὰ* Ioannem dixit Iesus: Nullam haberes potestatem aduersus me, nisi data tibi esset desuper. Item in *Βασιλειῶν* tertio: Et excitauit Dominus satanā ipsi Salomoni. Item in Iob prius Deus permisit, & tunc diabolo licuit. Et in Euangelio Dominus

ante permisit dicendo Iudæ: Quod facis, fac celerius. Item apud Salomonem in Paræmiis: Cor regis in manu Dei.

81 <sup>145</sup> Mercedem mercenario cito reddēdā; in Leuitico: Non dormiet merces mercenarij tui apud te vsque in mane.

82 <sup>146</sup> Non augurandū; in Deuteronomio: Non ominemini neque auguremini.

83 Cirrū in capite non habendū: <sup>147</sup> Non facietis cirrum ex coma capitis vestri.

84 <sup>148</sup> Barbam non vellendā: Non corrumpetis effigiem barbæ vestræ.

85 Surgendū, cum Episcopus aut presbyter veniat: <sup>149</sup> A facie senioris exsurges, & honorabis personam presbyteri.

86 <sup>150</sup> Schisma non faciendum, etiam si in vna fide, & in eadem traditione permaneat qui recedit; <sup>151</sup> in Ecclesiastico apud Salomonem: Scindens ligna periclitabitur in eis si exciderit ferrum. Item in Exodo: In domo vna comedetur, non eiicietis de domo carnem foras. Item in Psalmo 132. Ecce quā bonum & quā iucundum <sup>152</sup> habitare fratres in vnum. Item in euangelio *κατὰ* Matthæum: Qui non est mecum aduersus me est. Et qui mecum non colligit, spargit. Item in epistola Pauli ad Corinthios prima: Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata. Sitis autem compositi in eodem sensu, & in eadem sententia. Item in Psalmo 67. Deus qui inhabitare facit vnanimis in domo.

87 Fideles simplices cū prudētia esse debere; in euangelio *κατὰ* Matthæum: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, & iterum: Vos estis sal terræ. <sup>153</sup> Si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur: ad nihil valet, nisi vt proiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.

88 Fratrem non circumueniendum: In epistola Pauli <sup>154</sup> ad Thesalonicenses prima: Non circumuenire in negotio fratrem suum; quia vltor est Deus de his omnibus.

89 Subito venire finem mundi, inquit apostolus: Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum dixerint pax & firmitas, tunc illis repentinus adueniet interitus. Itē in Actibus Apostolorum: <sup>155</sup> Nemo potest cognoscere tempus, aut tempora, quæ pater posuit in sua potestate.

90 <sup>156</sup> Vxorē à viro nō recedere, aut si recesserit

cesserit in nuptam manere: Paulus ad Corinthios: Iis autem quæ nupserunt precipio, non ego sed dominus, vxorem à viro non separari: si autem recesserit, in nuptam, aut reconciliari viro & virum vxorem non dimittere.

91 Tantum vnumquemque tentari, quantum potest sustinere; Paulus ad Corinthios in epistola prima: Tentatio vos non occupauit, nisi humana. Fidelis autem Deus, <sup>157</sup> qui non patietur vos tentari super quod potestis, sed facit cum tentatione etiam euadendi facultatem, vt possitis tolerare.

92 Non quidquid licet esse faciendū; Paulus in epistola ad Corinthios prima: <sup>158</sup> Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed non omnia ædificant.

93 Prædictum quod hæreses futuræ essent, in epistola Pauli ad Corinthios prima: Oportet & hæreses esse, <sup>159</sup> vt probati manifesti sint in vobis.

94 Cum timore & honore Eucharistiam accipiendam; in Leuitico: Animā autem quæcunque manducauerit ex carne sacrificij salutaris, quod est domini, & immunditia ipsius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo. Item ad Corinthios prima: Quicumque ederit panē, <sup>160</sup> aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.

95 <sup>161</sup> Bonis conuiuendum, malos autē vitandos: apud Salomonem in Paræmiis: Ne adduxerit impium in habitaculum iustorum. Item apud eundem in Ecclesiastico: Viri iusti sint tibi conuiuæ. & iterum: Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. Item illic: Lōge abesto ab homine potestātē habente occidendi, & non suspicaberis timorem. Item illic: Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti. Item illic: Sæpi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Item in psal. 17. Cum iusto, iustificaberis; & cum viro innocente innocens eris; & cum peruerso peruersus eris. Item in epistola Pauli ad Corinthios prima: Corruptunt ingenia bona confabulationes pessimæ.

96 Factis non verbis operandum; apud Salomonem in Ecclesiastico: Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & remissus in operibus tuis. Et Paulus ad Corinthios prima: Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute. Item ad Romanos: Non audito-

rēs legis iusti sunt apud Deum; sed factores legis iustificabuntur. Item in euangelio *κατὰ* Matthæum: <sup>162</sup> Qui fecerit, & sic docuerit, maximus vocabitur in regno cælorum. Item illic: Omnis qui audit verba mea & facit ea, similabo eum viro sapiēti qui ædificauit domum suam super petram. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim fuit super petram. Et omnis qui audit verba mea, & non facit ea, similabo eum viro stulto, qui ædificauit domum suam <sup>163</sup> super arenam. Descendit pluuia, venerunt flumina; flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina eius magna.

97 Et ad fidem & ad consecutionem operandū; apud Salomonem in Ecclesiastico: Ne tardes cōuerti ad Deū, & ne differas de die in diē. <sup>164</sup> Subito enim venit ira illius.

98 Catechumenum peccare iam non debere; In epistola Pauli ad Romanos. Faciamus mala <sup>165</sup> dum veniunt bona; quorum condemnatio iusta est.

99 Iudicium secundum tempora futurū, vel æquitatis ante legē, vel legis post Moysen: Paulus ad Romanos: Quotquot sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quotquot in lege peccauerunt, <sup>166</sup> per legem & iudicabuntur.

100 Gratiam Dei gratuitam esse debere; in Actibus apostolorum: Pecunia tua tecum sit in perditione; quia existimasti gratiam Dei per pecuniam possideri. Item in euangelio: Gratis accepistis, gratis date. Item illic: Domum patris mei, <sup>167</sup> domū fecistis negotiationis. Item apud Esaiam: Qui sititis, vadite ad aquam, & quotquot non habetis pecuniam, eūntes emite, & bibite sine pecunia. Item in Apocalypsi: Ego *α, & ω*, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aqua vitæ gratis. Qui vicerit, <sup>168</sup> possidebit ea & eorum hæreditatem, & ero eius Deus, & ille erit mihi filius.

101 Spiritum sanctū in igne frequēter apparuisse; In Exodo: Et mons Syna fumabat totus; quoniam descenderat Deus in eum in igne. Item in Actibus apostolorum: Et factus est subito de cælo sonus <sup>169</sup> quasi ferretur flatus vehemens, & impleuit totum illum locum, in quo erant sedentes. Et visæ sunt illis linguæ diuisæ quasi ignis, qui & infudit in vnumquemque illorum; & im-



- pleti sunt omnes Spiritu sancto. <sup>170</sup> Item in sacrificiis quæcūq; accepta habebat deus, descendebat ignis de caelo, qui sacrificata consumeret. In Exodo: In flamma ignis apparuit angelus Domini de rubo.
- Exod. 3.* 102 Correptionem bonos quosque libenter audire debere; apud Salomonē in Paræmiis: <sup>171</sup> Qui corripit impium, odietur ab eo. Corripe sapientem, & diliget te.
- Prov. 9.* 103 A multiloquentia temperandum; apud Salomonem. Ex multiloquentia non effugies peccatū, parcens autem labiis sensatus eris.
- Prov. 10.* 104 Non mentendum. Abominatio est Domino labia mendacia.
- Prov. 12.* 105 Frequenter emendandos qui delinquant in domestico ministerio: <sup>172</sup> In Salomone. Qui parcat baculo, odit filium. Et iterum: Ne desisteris paruulum emendando.
- Prov. 13.* 106 Iniuria accepta patientiam tenendā, & ultionem Deo relinquendam: Ne dixeris, vlciscar me de inimico meo, sed sustine Dominum vt tibi auxilio sit. <sup>173</sup> Item alibi: Mihi vindictā, ego retribuam: dicit Dominus. Item apud Sophoniam: Expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in testimonium: quoniam iudicium meum <sup>174</sup> ad congregationes gentium, vt excipiam reges, & effundam super eos iram meam.
- Deut. 31.*  
*Rom. 12.*  
*Soph. 3.* 107 Non detrahendum; apud Salomonem in Paræmiis: Noli diligere detrahere, ne extollaris. Itē in psalmo 49. Sedēs aduersus fratrem tuū detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalū. <sup>175</sup> Item in epistola Pauli ad Coloss. De nullo male loqui, nec litigiosos esse.
- Prov. 13.* 108 Non esse proximo insidiandum; apud Salomonē in Paræmiis: <sup>176</sup> Qui fodit foueā proximo suo, ipse incidet in eam.
- Ad Tim. 3.* 109 Infirmos visitandos, apud Salomonē in Ecclesiastico: Ne pigriteris visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. Item in euangelio: <sup>177</sup> Infirmus fui, & visitastis me; in carcere fui, & venistis ad me.
- Math. 25.* 100 Sufurriones maledictos esse; In Ecclesiastico apud Salomonē: <sup>178</sup> Sufurro, & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes.
- Ecclef. 18.* 111 <sup>179</sup> Sacrificia malorū\* acceptabilia nō esse; apud eundem: Dona iniquorum <sup>180</sup> nō probat altissimus.
- cap. 6.* 112 Grauius iudicari de his qui in sæculo
- plus habuerunt potestatis; apud Salomonem. Iudicium durissimum in his qui præfunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Item in psalmo 2. Et nunc reges intelligite, <sup>181</sup> emendamini qui iudicatis terram.
- Ecclef. 4.* 113 Viduam & pupillos protegi oportere; apud Salomonē <sup>182</sup> in Ecclesiastico: Esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorū: & eris velut filius altissimi si obedieris. Item in Exodo: Omnem viduam & orphanum non vexabis. <sup>183</sup> Si autem vexaueritis eos, & vociferantes exclamauerint ad me, exaudiam exclamationes eorum, & irascar animo in vobis, & perimā vos gladio; & erunt coniuges vestræ viduæ, & filij vestri orfani. Item apud Esaiam: Iudicate pupillo, & iustificate viduam, & venite disputemus, dicit Dominus. Item apud Iob: Conseruauit egenum de manu potentis; & pupillo cui non erat adiutor, auxiliatus sum: os viduæ benedixit me. Itē in psalmo 67. <sup>184</sup> Patris orfanorum, & iudicis viduarum.
- Esai. 1.*  
*Iob. 29.* 114 Dum in carne est quis exomologesin facere debere; In psalmo 5. Apud inferos autem quis confitebitur tibi? Item in psalmo 29. Numquid exomologesin faciet tibi puluis? <sup>185</sup> Item alibi, exomologesin faciendam: Malo pœnitentiam peccatoris quam mortem. Item apud Hieremiam: Hæc dicit Dominus: Numquid qui cadit, non surget? aut qui auertitur, non conuertetur?
- Hier. 3.* 115 Adulationem perniciosam esse; apud Esaiam: Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittit, <sup>186</sup> & semitas pedum vestrorum turbant.
- Esai. 3.* 116 Plus ab eo diligere Deum, cui in baptismo plura peccata dimittuntur: In euangelio <sup>187</sup> Lucam: Cui plus dimittitur, plus diligit: <sup>187</sup> & cui minus dimittitur modicum diligit.
- Luc. 7.* 117 Fortem congregationem esse aduersus diabolum, & ideo fortiter nos stare debere, vt possimus vincere; In epistola Pauli ad Ephesios: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates & principes huius mundi & harum tenebrarum, aduersus spiritalia nequitiae in caelestibus. Propter hoc induite arma dei vt possitis resistere in die nequissimo, vt cū omnia perfeceritis stetis accincti lumbos vestros in veritate euangelij induentes lorricam iustitiae, & calciati pedes in præparatione

- tione euangelij pacis; in omnibus assumentes scutum fidei, in quo positis omnia ignea iacula nequissimi extingueret, <sup>188</sup> & galeam salutis assumere, & gladium spiritus, qui est verbum Dei.
- Esai. 14.* 118 <sup>189</sup> Item de antichristo quod in hominē veniat; apud Esaiam: Hic homo qui cōcitat terram, commouet reges, qui ponit orbem terræ totum desertum.
- 119 Graue fuisse iugum legis, quod à nobis abiectum est: & leue esse iugum domini, quod à nobis susceptū est; In psalm. 2. <sup>190</sup> Ad quid tumultuata sunt gētes, & populi meditati sunt inania? A stiterunt reges terræ, & principes congregati sunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum eorum. Item in euangelio <sup>191</sup> Matthæum: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciam. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inueniens requiem animabus vestris. Iugum enim meum bonum est, & onus meum leue est. Item in Actibus apostolorum: Visum est Sancto spiritui & nobis nullam vobis imponere sarcinam, quam ista, quæ ex necessitate sunt, <sup>192</sup> abstinere vos ab idololatriis, <sup>192</sup> & sanguinis effusione & fornicatione. Et quæcunque vobis fieri non vultis, aliis ne feceritis.
- Math. 11.* 120 Orationibus insistendum; <sup>193</sup> in epistola Pauli ad Colossenses: Instate orationi, vigilantes in ea. Item in psalmo 1. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.
- Coloss. 4.*

### ADNOTATIONES IN Testimoniorum ad Quirinum librum tertium.

- cap. 1. 1. De bono operis & misericordiae] *Petus excu. cum Gratiano: De opere & misericordia, verum prior phrasia Cypriano usitata est in titulo libri de Bono Patientia, & infra c. 16. Accipitur autem opus hic in eadem significatione, qua libro de Opere & Eleemosynis.*
2. Non hoc ieiunium ego elegi] *Vocem: quod, interiectam semouimus, neque enim eam habent aut ms. & veter. exc. aut 70.*
3. & manducabit pariter mecum prandium] *Sic lego ex ms. & veter. excu. pro eo quod alij: mecum, in isdem desideratur vox: Ecce.*
4. Si esuriet inimicus tuus ciba illum] *Ex isdem hoc lego, pro eo quod Man. & Morel. pasces. Item: in caput eius, pro eo quod hi: capiti eius, & Ne, pro eo quod ipsi: Nec.*
5. Distribuit, dedit pauperibus] *Eriam hoc de nouo restitui, pro eo quod illi: Dispersit, nam infra hoc eodem cap. prius legitur.*
6. Misericordiam volo magis] *Sic Morel. cum veter. exc. pro quo Manutius, malo, Ms. & ceteri excusi: volo, duntaxat.*
7. bonas margaritas] *Rectè hoc Manutius & Morelius iuxta exemplaria tam græca quàm latina pro eo quod exc. & Ms. nostri: bonam margaritam.*
8. ne auertatus fueris] *Ms. ne auertaris te, vet. exc. ne auertas te. Corruptè verò vulg. ne auertaris te.*
9. cæcos & claudos] *Camb. cod. sicut & alibi: clodos.*
10. acceptabile est] *Costerius: accepta est, rectè quidem mea sententia, sed prius habent ms. & exc. omnes. Adiecerunt verò Manut. & Morelius vocem: autem, antea desideratam.*
11. Agapen & dilectionem fraternam religio-] *cap. 3. sè & firmiter exercendam] sicut Tertull. lib. ad uicere. & Hieron. ad Eustoch. Agapen fratrum accipiunt pro cleemosyna, sic hic Cyprian. pro ipsa charitate accipit. Vocatur enim Agape (inquit Tertull. in Apologet.) id quod dilectio penes Græcos est. Vbi agit de carne genere quod Agapen dicebant veteres, quo excipiebantur pauperes, de quo & epistola Iude. ἐν τῷ εἶδος ἀγάπης ὑμῶν. & Paulinus libro de Galatophilatio, & alij. In cuius locum successit, quam hodie mensam pauperum dicimus.*
12. dum enim adhuc pupilli eratis] *Errore operarum legebatur apud Manutium: pupilli. Paraphrastice autem reddit, quod habet Apostolus duntaxat: nondum enim poteratis.*
12. Vbi enim in vobis amulatio & contentio & dissensiones] *Ms. cum excusis ante Manutium & Morelium: vbi enim inuocatis amulationes & dissensiones. Verum prius legitur supra libro de Zelo & liuore, & apud Apostolum tam græcè quàm latine; præter vocem: dissensiones. Quam quidem reperire est in græcis hodiernis exemplaribus, apud Iren. lib. 4. c. 75. & apud Theophilactum; sed neque apud veteres alios Latinos, neque apud Chrysostomum.*
14. charitas benigna est] *Adiucimus de nouo ex Ms. charitas, tum his tum ibi: charitas non agit peccatam; quia prius illud legitur supra lib. de unitate Ecclesie, & de bono patientia, & hoc in exemplaribus græcis.*
15. & qui non diligit fratrem suum] *Ms. quidem cum exc. qui non diligit patrem suum & matrem suam, sed illam Manut. & Morel. lectionem confirmant exemplaria tam græca quàm latina epistole Iohannis.*
16. nec fuit inter illos discrimen vltim] *De verbis his sic Beda Retract. in Act. Apost. Hic in græcis exemplaribus quod nostri codices non habent adiunctum est: Et non erat separatio in eis vlla. Quam sententiam etiam beatus Cyprianus in libro testimoniorum tertio sic posuit dicens: Turba autem eorum qui crediderunt, anima vna ac mente agebant, nec erat inter illos vllum discrimen, nec quicquam suum indicabant ex bonis quæ eis erant, &c. Locus alter, immo totus liber Retractationis, diligenter expendendus; ad comprobendam varietatem exemplarum græcorum illius ætatis & nostræ.*
17. in nullo gloriandum, quando nostrū nihil sit] *Locum hunc citat D. Aug. aduersus Pelagianos non*



modo contra duas epistolas Pelag. c. 9. sed et lib. de predest. sancto. c. 3.

18. De hoc ipso in Machabæis] Machabeorum libr. citat Cypri. tum supra epistolis 56. & 68. ac ad Fortun. c. 11. latissime, tum infra hoc eodem libro c. 15. & 53. Immo epistola 55. scripturam diuinam vocat, citans sequentia verba; ac ad Fortun. c. 5. inde probat, idololatrias interfici debere. Tertull. quoque libr. aduersus Iudeos, expugna Machabeorum in die sabbathi, Iudeorum sabbatum impugnat. D. Ambros. c. 6. ac 7. lib. 2. Mach. late tractat. lib. 2. de iacob & vita beata. c. 10. 11. ac 12. ac Offic. lib. 2. cap. 40. & 41. etiam Offic. 3. citat 2. Mach. c. 1. & 2. de igne sacrificij abscondito & arca, que tamen quidam habent pro Apocryphis. Chrysost. Omeliam de Machab. conscripsit, ex qua multa citat Ionas Aurelius. libr. 1. de cult. imag. citat etiam ipsorum historiam. homil. 4. de verb. isa. c. 6. & in Psalm. 44. Aug. lib. de cura pro mort. ex istam probat offerendum sacrificium pro mortuis, & lib. 18. de ciuit. Dei. c. 36. Machabeorum libros (inquit) non quidem Iudei, sed ecclesia pro canonicis habet. Unde & in Canone scripturarum ab eodem recensentur, & rursus a concilio Carthag. ab Innocentio, Gelasio qui mensis Octobri legi illos in ecclesia voluit] Isidoro, & concilio supra citatis, libro Testim. 1. c. 20. ita ut post tantos viros, post hac de horum canonica auctoritate dubitare non liceat. Unde & in illos tanquam scripturas sacras libros commentati sunt iam olim bellator presbyter, & Rabanus Maurus, cuius commentarij penes me Mss. existant. Vbi pulchre 137. annos illos quos calumniantur quidam, per singulos Reges computat, non ab Alexandro sed a Seleuco Nicanore. Quod ad illud 2. Machab. 1. ubi adhuc vivus refertur Iudas iam antea mortuus, dicit in numeris amorum discrepasse Hebræorum & Grecorum codices. Ad cetera aduersariorum argumenta respondet exacte Dn. Melchior Canus locorum Theologic. libr. 2.

cap. 5. 19. Beati mites] Hoc rursus ex Ms. & vet. excus. pro eo quo erat: felices.

cap. 6. 20. vocari ab hominibus rabbi] Ms. ab omnibus, sed prius est Græcè & Latine.

21. Vasa figuli] Ms. cum vulg. exc. vas, sed prius habet vet. exc. & supra legitur libro de mort.

22. Multa preillura] Sic rectè Manut. & Morelius, pro eo quod ceteri: Multa flagella, quia ubique pro voce Græca ἄλλο, i. vertit illud Cyprian. & rursus: liberaabit, pro eo quod alij: liberauit.

23. nudus etiam ibo in terram] Ms. ego, Morelius verumque, sed prius legitur Græcè δυνταξάτ.

24. Itē in sapientia Salomonis] Excusi habebunt in marg. Ecclesiasticis 3. sed neque ibi Græcè reperitur, neque in libro sapientie reperire potui.

cap. 7. 25. Omnis amaritudo] Adiecerunt rectè Manutius & Morelius: omnis, nam legitur supra lib. de bono patientie, & apud Apostolum.

cap. 8. 26. Qui enim iracundiam continet] Hoc idem pro eo quod alij: contemnit, Græcè est ἡσυχία.

27. Omnis qui irascitur fratri suo sine causa] Adnotatu dignum quod addit: sine causa.

cap. 9. 28. In contemplatione habentes] Idem hoc rectè, pro eo quod erat: in contemplationem. Nam prius legitur supra epistola 52.

cap. 10. 29. subiecta est anima mea] Alij: subdita. 30. & crit in Deo spes eius] Alij: in Deum.

31. Item illic: Nemo retro attendens] Aut memoria lapsus hic fuit Cyprianus, aut olim etiam apud Matth. hoc legebatur. Id ipsum censendum de eo quod paulo post subiungitur: Qui non renunciat, &c. Nisi forte errore librariorum transposita sint testimonia. Reperitur hodie illud Luc. 9. hoc 14. c. & non alibi.

32. & qui plangunt tanquam non plangentes] Placet hoc vulg. excus. & Ms. lectio, præ illa quam habet Manutius & Morelius: flent, & flentes.

33. Sed et si certauerit quis] Hoc quoque Ms. hic & supra libro ad Fortun. c. 8. pro eo quod alij: certabit.

34. Quasi hospites, & peregrini] Interferuerunt vulgati: aduenæ, sed superflue.

35. vt dum detrectant de vobis] Ms. & vetus exc. vniuersa retractant, pro quo Erasmus. vniuersi detrectant, non male. Videtur enim amplius aliquid legisse Cyprianus, quā hodie legitur aut Græcè aut Latine. Quā quā tamen illam lectionem habeat etiā supra epistola 73.

36. replebitur iniquitate] Solus Manutius: implebitur.

37. non iurare in torum] sic rectè Manutius & Morel. pro eo quod erat: in toto.

38. neque principi populi tui detraxeris] Ms. & vet. exc. principem, & epistolis 55. 65. & 69. legitur: principē non maledices; verum non male illud Erasmus substituit, ad vitandā amphibologā barbariæ.

39. Omne verbum ociosum] Camb. cod. vacuū.

40. Animaduerti illi ad puerū meū Ioh] Ms. in.

41. omnia autē pro dilectione] Ante Manutius & Morelium: delectatione. Apud Apostolum neutrum legitur.

42. sine murmurationibus & reputationibus] Per. exc. hæsitationibus. Verum prius habet Affligin. cod. cum excusis alijs, accedit etiam Camb. cod. legens: reputationibus, & vox Græca ἀπολογία, significat vtrumque. Unde & quidam Lucæ 9. ubi est eadem vox transferunt. Subiit autem reputatio inter eos.

43. & vade in terram altam] manu hanc lectionē confirmat textus Græcus 70. Morelius legit: illam, Ms. & excusi vulgati neutrum. Contra cum 70. legit Morel. & impones, pro eo quod Manutius: imponens. & antea excusi: impones. Atqui cum Ms. & 70. legendū: in vnum, non: in vno.

44. De hoc ipso in Sapientia Salomonis] De libri huius auctoritate vide supra librum de mort. aitate.

45. in Proverbijs Salomonis] Hoc Manut. & Morel. fortassis quia testimonium quod citat inuenitur Proverb. 14. Verū aut legendum sicut supra monuimus: Patremijs, aut certe sicut legunt Ms. & antea excusi omnes: Sapientia. Nam ex c. 6. huius lib. 20. 53. & 56. satis patet, Cypri. etiam libros etiam alios Salomonis, titulo sapientie inscripsisse; quomodo & hodie pro more habent Ecclesiasticæ.

46. & finem eorū sine honore] Afflig. fidem, Cāb. fidei; sed illa est Germanica lectio, quæ Græcè sit: Τελευτήν, & legitur etiam sup. lib. ad Deme. & ad Fort. c. 12.

47. tollentes gremia sua] sic rectè Manutius & Morelius, pro eo quod erat: colligentes gramina.

48. De hoc ipso in Apocalypsi] Nullum noui testamenti librum toties atque hunc citat Cyprianus, præmittens sæpius: in dominum aut spiritum sanctum lo-

qui,

qui frequenter id ipsum facit Tertull. qui & Ioanni Apostolo disertis verbis attribuit lib. 3. aduersus Marcion. & apertus lib. 4. Habemus (inquit) & Ioannis alumnus ecclesiasticus. Nam etsi Apocalypsin eius Marcion respicit, ordo tamen Episcoporum ad originem recensus in Ioannem stabit auctorem. Similiter Dion. Areopag. ecclesiasticus. c. 3. Ireneus aduersus hæres. libr. 4. c. 50. & non vno in loco sub finem lib. 5. Iustinus martyr dialogo cum Tryphone Iudeo citatus ab Eusebio lib. 4. ecclesiasticus. histor. c. 18. Origenes apud eundem dicens se hoc à maioribus accepisse eiusdem histo. lib. 6. cap. 18. & ipse Eusebius in Chron. Theophilus apud eundem Hilarius lib. 6. de trinit. Ambros. lib. 3. de virg. Hieron. libr. 1. contra Iovin. & de vir. illustr. & August. tract. 36. in Ioann. Postremo ecclesia nomine Ioannis Apostoli Apocalypsin decantat. Iam alij etsi expresse Ioanni Apostolo non attribuant, inter scripturas tamen sacras recensent. Inter hos sunt Clemens Alexandr. lib. 2. Pedag. c. 12. Dion. Alexandr. apud Eusebium lib. 7. dist. hist. ca. 18. Chrysost. locis à Suida citatis, Damasc. lib. 4. cap. 18. & Concil. Tolet. 14. excommunicans eos, qui contrarium sentiunt. Omittit quod iam olim teste Hieron. in illam commentati sunt (vt Latinos præteream) Ireneus, Iustinus, Melito, & Hippolytus, Andreas quoque Cesariensis. Certè ab Epiphanius inter hæreticos recensentur Alogiani hæres. 51. & ab Augustino hæres. 30. quod Evangelium & Apocalypsin Ioannis Apostoli non recipere. Valeat igitur Erasmus, cum suis rationibus noxam, quibus probare nititur. Adnotat. in Apocalypsi, non esse ipsam Apostoli Ioannis; præsertim, quum etsi Græci quidam in ea fuerint sententia, plures contrariam secuti sint; nec cuiusquam sit momenti, quod in exemplaribus Græcis inscribatur: Ιωάννης τῷ Θεολόγῳ, quippe quum ad Euodio loco citato à Nicephoro libr. 2. hist. ecclesiasticæ. 3. & à Chrysostomo in Psalm. 37. Ioannes Theologus nuncupetur Evangelista. Idque quantum conuincere licet ex Dion. Areop. loco citato, quod Theologiam, id est, de Deo Christo sermonem in Evangelio suo primus scripserit.

49. Et cum aperuisset] Rectè sic Man. & Morel. pro eo quod erat: aperuissent, nam prius habet Apocal.

50. Bonum agonem certauit] Legi hoc cum Morelio, Gratia ad marginem Ms. & vet. exc. pro eo quod erat: bonum certamen, ita enim legitur supra epistola 9. Sic etiam: dilexerint, pro: dilexerunt.

51. Minora esse, &c.] Locus pro præmijs meritorum.

52. à charitate Christi] Ms. & vet. exc. Dei, sed prius legitur alibi. Idem placet: pro eo qui dilexit nos, magis quam: pro eo quod, sicut habent Ms. vel propter quod, vti legunt excusi vulg.

53. sicut in cælo & in terra] Confirmatur hinc nostra lectio supra libro de Oratione dominica.

54. & exultate ei in tremore] Hoc recens ex Ms. nam Græcè est: ἐν, pro eo quod erat: cum.

55. Quare sine excusatione es] Veram hanc esse lectionem patet ex vet. exc. desiderata in cæteris ante Manutium vox: sine, fecit, vt conuinceret Erasmus legendum: Quare inexcusabilis es.

56. remittat peccata vestra vobis] Rursus ex Ms. adiuuimus: vestra, & paulo post legimus: mensi fueritis, pro eo quod alij: metieritis. Atqui ex hoc capite confirmatur quod dixi lib. de Oratione dominica, modo remittere, modo dimittere, & statum esse Cypriano,

57. iustus autem adhuc iustiora faciat] Confirmatur hinc lectio nostra supra libro de Patientia.

58. Ego sum ostiū] Rursus Ms. & vet. ex. ianua.

59. Ad regnum Dei nisi baptizatus, &c.] Insignis locus contra Anabaptistas atq; adeo & Caluini ipsum, qui contendunt in veteri matrem proles sanctificari.

60. nisi quis factis & opere perficiat] Locus alter insignis de meritis operum.

61. Nunquam vos noui] Ms. cum excusis vulgatis Nequaquā vos vidi, sed priorem alicubi comprobauit.

62. Baptizatum quoque gratiam perdere, &c.] Locus contra Iouinianistas.

63. Disperdet illum Deus. Cambrenen. & hic alibi: violabit.

64. Si delinquendo peccet vir] Sic rectè Manutius, pro eo quod erat: peccetur, quia 70. illud legitur.

65. Memintote sermonis] Ms. cum vulg. exc. sermonē, sed prius legitur supra epistola 56. & ad Fortun. c. 11.

66. Quod quis Deo voverit cito reddendum] Insignis locus aduersus votorum violatores in quocunque genere. De voto virginitatis tractauimus late epistola 62. & libro de Disciplin. & habitu Virginit. & infra Cypri. c. 32. De votis monasticis aliquid etiam ibi attigimus. Vticularius vero hic erat locus tractandi de voto paupertatis ob exemplum Anania quod hic adfert, verum tam late ab alijs id factū est vt superuacaneum videretur. Quare ad Dn. Claudij Especei, & Card. Hostij lectore remittimus.

67. quod locutus es ore tuo] Ms. cum exc. vulg. interferunt: ex, sed non habent 70.

68. Propterea non resurgunt impij] Manutius: non resurgunt, verum prius cum Ms. & vulg. excus. habent 70. nec desierunt Morelius legens: exurgunt.

69. non nubunt neque nubuntur] Et excus. Ms. omnes hoc pacto legunt; vt non mirum esse debeat, si & nos hodie vulgatum interpretem cum sua barbarie retineamus. Imitatur autem in hoc Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem, qui etiam legit, quod tum hic, tum supra de disciplina & habitu virginum, habet Cypri. contra Græca & Latina exemplaria: nihil huius sæculi generat & generantur. Neque vero hic barbarissimus solum est apud Bedam, Hrabanum, & alios recentiores, sed & apud Hilarium & ipsum D. Hieron. comment. in Matth. ubi disertis verbis ipsum interpretatur: præterquam quod Latini omnes apud tum Lucā tum Matth. 22. & Marc. 12. in futuro legāt, quod Cypri. Græcis in presenti offert.

70. & ad tempus] Neque Ms. neque excusi ante Manutium & Morelium, neque Apost. habet particulā: &. Quod sequitur apud Manutium: ad ipsum, consonat quidem voci Græcæ: ἐπὶ, at habent Ms. cum cæteris excusis: in idipsum.

71. quæ autem nupsit] Rectè hoc uterque cū Ms. pro eo quod erat: nubit.

72. si obseruati sint pueri à muliere] Ex Ms. hoc demum restitui, pro eo quod legit Manutius: à mulieribus, quia illud legunt 70.

73. Et pluit Dominus, &c. à domino] Ita Man. iuxta Græcos hodiernos & Chrysost. codic. quomodo & Tertullianus libro aduersus Praxeam. Comprobant autem hinc Tertull. & Hieron. comment. in c. 45. Esaiæ. & Hilarius lib. de Synodis secundam in Trinitate personam.



- cap. 34. 74. Secundum viam gentilium] Man. gentiu, at prius Cypri. est.
- 75. infantum datur ei] solus Manutius: datus est ei, Dissenuit autem hic Cyprianus, & a graeco & Latino textu Apocalypsis.
- cap. 35. 76. cor impoenitens] Ms. cum excusis ante Manut. & Morel. impatiens, verum obstat vox graeca: ἀμετάνοητος, & supra libro de Bono patientiae prius legitur.
- cap. 36. 77. meretricis magnae] solus Manutius praemittit: mulieris, quod tamen neque graecè neque latinè reperitur, neque supra legitur libro de Disciplina & habitu Virg. ubi latius hoc argumentum Auctor prosequitur.
- 78. in epistola Petri ad Ponticos] Resum ex Ms. adiecti: ad Ponticos, tum hic tum sequi. & 39. capitulis, nam sic illam nuncupat Castiodorus diui. instituit. li. 1. c. 8. & Tertull. in Scorpiaco; hinc opinor, quod scripta sit ad fideles dispersionis Ponti, &c.
- cap. 37. 79. aut curas alienas agens] Compositam vocem graecam ἀλλοτριωτισμόντος sic expressit Cyprianus, melius verò Tertull. alieni speculator.
- cap. 39. 80. non remaledixit] Rectè sic Manut. & Morel. nam & libro de Bono Patient. ac de Celò & Luore legitur: remaledicebat. Antea erat: maledixit, dumtaxat.
- cap. 40. 81. Nesciat (in iura tua] Vocem: tua, omissam à Manutio denuo adiecit, quia est apud Matth.
- 82. reddet tibi palam] Adiecerunt Manutius & Morelius: palam, verum neque nostri Ms. neque ceteri excusis illud legunt, neque Hieron. Habent quidem hodie exemplaria graeca; sed olim non habuisse, patet ex verbis D. Augustini de serm. domini in monte lib. 2. cap. 5. Multa (inquit) Latina exemplaria sic habent: Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi palam. sed quia in graecis quae priora sunt inuenimus, non putauimus hinc aliquid differendum esse.
- 83. noli buccinare ante] Vulg. uti exc: noli tumultuari, quantum suspicor quod titulus capitis sit: nec tumultuosè operandum, verum illud significat vox graeca σελῶσις.
- 84. compleuerunt mercedem suam] Manut. & Mor. compenauerunt, verum prius habent Ms. nostri nec aliena est vox graeca, ἀπὸ ἕσσοι. Explicatus translulit vulgatae interpres: receperunt, & D. Aug. perceperunt.
- cap. 41. 85. nec nominetur quidem in vobis] Hoc ex Ms. pro eo quod erat: nominetur, quia illud habet Apostolus.
- cap. 42. 86. Fidem in totum prodelle] sic Manutius hoc loco, & ipse eum Morelio in titulis capitum: pro eo quod corruptissime & suspensissime Erasmi omnes: Fidem tantum prodelle. Nam accedunt quam proximè Ms. & vet. excusis, legentes: Fidem totum prodelle. Accipit autem ubique: totum, pro: omnino. Nihil igitur facit hic locus contra operum meritum, quippe quae toties inculcet, ut loca citare superfluum sit, sufficiant nunc c. infra 56. & supra 1. 2. 3.
- 87. Item illic] Ms. quidem cum excusis. Et iterum, sed frequentius est illud Cypriano.
- cap. 43. 88. Possit eum statim consequi] Consequi absolute, pro baptismo consequi, posuit; quomodo & infra c. 97. Consecutio rem pro baptismo.
- cap. 44. 89. An nescitis quoniam sancti hunc mundum iudicabunt] Ex Ms. & vet. exc. denuo adiecit: hunc & p. ut post iudicia habetis cum inuicem, similiter & illud: fraudamini, pro eo quod Manutius: fraudem

- patimini, Morelius: iniuriam accipitis.
- 90. per spectationem speramus] Probatur mihi cap. 45. quidem magis lectio Morelij: per patientiam expectamus, utpote quae graecè & Latine sit apud Apostolum & supra libro de bono patientiae, verum quod & Ms. cum vet. exc. illam habeant, & retinuerit Manu. nolui immutare.
- 91. docere autem mulierem non permitto] So- cap. 46. lus Morelius: mulieri.
- 92. iudicium est domino] Lego: domino, pro eo cap. 47. quod Manutius & Morelius: domini, quia graecè & latine illud legitur. Contra rectè legit Manutius: Sed executione, & uterque pariunt.
- 93. Non feneberis] Morelius: fenebereris; at illud cap. 48. Cyprianicum est.
- 94. & peccatores enim] Casu omissa erat particula: enim, apud Manut.
- 95. ne forte conculcet ea] Morelius: inculcet, cap. 50. de quo vide supra initium libri ad Demetr.
- 96. quod habuimus facere] Lectionem hanc vulg. confirmant Ms. & stylus Tertulliani & Cypriani, quare non placet quod habent illi debuimus.
- 97. Credendi vel non credendi libertatem &c.] cap. 52. Locus de libero arbitrio.
- 98. Item in epistola Pauli] Quum totis his libris haecenus hac phrasi sit vsus Cypri. & consentiant Ms. cum excusis, non placet quod hic & aliquoties in seq. reposuit Manutius: Paulus, dumtaxat; neque etiam quod omittit particulam tunc, ipsi vstratissimi.
- 99. Apud Salomonem in Sapientia] Similiter titulo Sapientiae Salomonis citat hos eisdem locos D. Hier. 1. Dialogo aduersus Pelag. praeterquam quod pro: Noli esse multum iustus, legit: Noli esse multum sapiens.
- 100. Item apud Esaiam] Hic quidem Manut. & Mor. adnotant ad marg. Esa. 3. verum ibi non reperitur, Ms. cum alijs excusis legitur: apud eundem, neque tamè etiam in Salomonis libris reperire potui.
- 101. Neminem sine forde & sine peccato esse] cap. 54. Citant hunc locum D. August. lib. 4. contra duas epistolas Pelag. c. 10. & D. Hieron. dialog. 1. aduersus Pelagianos in hac verba: Cumque se imitatore immo expletorem operis beati martyris Cypriani scriberis ad Quirinum esse fateatur, non intelligit se in eodem opere dixisse contraria. Ille in 54. titulo tertij libri ponit: Neminem sine forde & sine peccato posse esse. Statimque iungit testimonia, &c.
- 102. Quis enim mundus à fordidibus] Ita cum Manutio & Morelio D. Hieron. & Ms. pro eo quod antea excusis: sine forde, ad quod tamen alludis D. August. & graecum exemplar. At qui illud: nec vnus, neuter illorum legit, sed ille: ne si vnus etiam diei sit vita eius in terra, quomodo etiam citat eandem scripturam in Isa. cap. 58. hic verò: nec cuius sit vita diei vnus super terram, & in Psal. 50. nec infans cuius est vnus, &c. Et similiter D. Prosper epistola ad Demetriadem, ubi veluti digito indicat haec legi cap. 14. Job, apud 70. ubi vertit D. Hieron. ex Hebraeo: Quis potest facere mundum de mundo conceptum semine, nonne tu qui solus es? Graecè enim ibi sic legitur: τίς γὰρ ἔσται ὁ θεὸς ἔσται ἀπὸ ἑωσθε, ἀλλ' οὐδεὶς, ἔσται καὶ μίση ἡμερῶν, ὁ θεὸς ἀλλ' ἐστὶ τῆς γῆς. Cum quo consentit: magis Cypriani lectio, quam illorum. Aiqui ex omnium istorum lectione, censeo castigandum textum graecum, & legendum

- cap. 55. 104. Si hominibus placere vellem] Confirmatur hinc haec nostra lectio, quam supra probauimus.
- cap. 56. 105. vt reportet vnusquisque] Manut. solus: recipiat.
- cap. 57. 106. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis] Vox quidem graeca ἀποκατάστασις significat: dispergam, quod legitur Manut. & Morel. & supra Cypriani epistola 52. sed Ms. cum antea excusis legitur: auferam. Possunt autem haec referri etiam ad emendationem post hanc vitam, de qua late supra epistola ad Anton.
- cap. 58. 107. Quia exaudisti vocem vxoris tuae] Ms. mulieris.
- 108. Et placuit Enoch Deo] Manut. quide solus hoc sic legit, pro eo quod alij: complacuit, at prius legunt supra omnes, libro de mortal.
- 109. Sermo autem domini] Reposuit quidem Manutius tum hic, tum supra libro de disciplina & habitu virgin. vocem: verbum, sed prius Cyprianicum est. Matlim autem cum vulg. exc. & Ms. hic legit: Dei, quam: domini; quod graecè sit τῷ θεῷ, nisi ibi consentirent omnes cod. Rectè verò legit Manutius; manet, pro eo quod alij: manebit, quia graecè est μένει & ibi id legitur.
- 110. exprobrauimus] sic Manut. & Morel. alij: interiuimus.
- 111. Quam dilectissimam] Rectè hoc iudem cum Ms. pro eo quod alij: Quam amabiles, quia Cyprianicum est.
- 112. Stella à stella claritate differt] Ms. Stella stel la, ut sit graecissimus; sed prius legit Tertull. de resurrectione, ubi totum cap. 15. Apostoli ad Corinthios pulcherrime explicat.
- 113. Absorpta est mors in contentionem] Eodè modo legit Tertull. & graecè est: εἰς νίκην.
- cap. 59. 114. De hoc ipso] Manutius solus: Et iterum.
- 115. & non loquuntur] Manut. hanc lectionem, & eorum quae sequuntur: & non vident, & non audiunt, confirmat Tertull. lib. de corona milit. & supra ca. 11. ad Fortun. Alioqui certe magis placeret vulgata & Ms. lectio in futuro, praesertim quum graecè sic legatur Psalm. 113. & 134.
- 116. Non facies tibi] Manutius: Non facietis, verum prius habent & ipso loco iam citato, & utrobique Ms. & excusis ceteri omnes. Graecè quoque legitur tam Exodi 20. quam Deuter. 50. ἴσ' ποιήσεις σεαυτῷ, id est, tibi ipsi. Confirmat & illud Damascenus lib. 4. de ortho. fide cap. 17. Non enim (inquit) dicitur: Non facies idolum vel sculptile aut similitudine, in quo imberet artem pingendi, dolandi, sculptendi, & fundendi imagines: sed dicitur, Non facies tibi, id est, vt tuum Deum, vt tuum idolum.
- cap. 60. 117. & surrexerunt ludere] Rectè sic Manutius & Morelius cū 70. pro eo quod erat: Et surrexit, ita et paulo post: Cum conuenitis, pro: conueneritis. Est enim praesentis temporis participium apud Apostolum.
- cap. 61. 118. & villā ad villam] Adiecit quide hoc Manu. sed neque 70. neque D. Hiero. hoc habet, quare praetermissim.
- 119. vt auferant proximo suo aliqui] Manu. solus: proximi sui, Cambro verò cod. proximis ei, verum

- cap. 62. 120. Nunc verò hic rogatur] Morel. consolatur, prius verò ceteri omnes; utrinque significat vox graeca παρακαλεῖται.
- 121. naufragauerunt à fide] solus Manut. errauerunt, vide supra librum de lapsis.
- 122. Matrimonium cum gentilibus non iungendum] Latius de hac re supra ibidem.
- 123. filio eius Isaac] Manut. suo, at prius Cypriano frequentius est.
- 124. faciā mēbra fornicariae] Rectè sic Morel. cum Ms. nā graecè est, πορνεία. E contrario magis placet vulgata lectio: fornicaria, & Conglutinatur fornicariae, quā quod habet ipse: meretricis, & adhæret meretrici.
- 125. Aut quae communicatio] Hoc iuxta stylum Cypri. Manutius: pro eo quod alij: communicio.
- 126. Graue delictum esse fornicationem] Hoc quoque Manut. peculiare est, alij: grauius.
- cap. 63. 127. Quae praedico] Rectè hoc idem adiecit: desideratur praeterca, quod legitur & supra libro de Orat. dominica: sicut praedixi vobis.
- 128. Omnia delicta in baptismo deponi] Elegas locus contra Lutheranos, de quo latius epist. 2.
- 129. Disciplinā qui abiecit] Manu. cū Morel. abiecit, sed prius legitur epist. 62. & lib. de discip. & habi. virg.
- 130. prurientes in audiēdo] Scalpētes aures] Vide- tur plus aliquid pro more suo legisse hic Cypria, quā hodie habet exemplaria graeca & latina; nā graecè tantū est, κνησθῆναι τῶν ἀκροῶν, & Latine: prurientes auribus.
- 131. simul curtebas cum eo] De varia huius loci lectione vide supra epistolam 63.
- 132. in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum] Manutius solus: per sapientiam mundi non cognouit mundus Deum, verum prior lectio est Apostoli genuina, & eandem habet Tertull. lib. 5. aduer. Marcion. Quare rectè adiecit primus Morelius ex Ms. Dei.
- 133. Reprehendes sapientes] Morelius: Reprehendam. Similis est varietas codicum supra lib. de Bono patientiae. Graecè est participium, & apud Job, & apud Apostolum.
- 134. Filij obsequētes estote parētibz vestris] Resum variat à graecis & latinis exemplarib. qui adi- cium: in domino.
- 135. in iracundiam mittere] Ita circūloquuntur vocem graecam: παραγογῆσαι.
- 136. Serui obedite dominis carnalibus] Ms. cum excusis praeter Manutium addunt: vestris; sed quod non habet Apostolus.
- 137. Et vos domini eadem facite] Nescio quo casu vox eadem, desideretur apud Manut.
- 138. Quae autem delicata est, viuēs mortua est] Manutius: viuā; qui adiecit etiam vocem: vidua, verum non est ea apud Apostolum hoc loco.
- 139. Cum enim indelicatae fuerint] solus Morelius: in iis delicatae. Pro quo Ambrosius, in deliciis egerint.
- 140. & domesticos seminis tui non despicias] Rectè sic Manutius, pro eo quod alij: despicias, quia supra sic legitur libro de Oratione dominica, & de Opere & Eleemo.



- cap. 76. 141. A duerfus maiorem natu] sic vertit quod graece est: ἡγεσθίτηγον.
- cap. 78. 142. Hæreticum hominem post vnam correctionem denita] Rursus legit tam Ms. quam excuss: post vnam, duntaxat. De quo vide latius epist. 55. Certe etiam D. August. sic legit epistola 162.
- cap. 79. 143. Beati mundo corde] Confirmatur hinc quoque nostra hæc lectio.
- cap. 80. 144. Nihil licere diabolo] De hoc latius supra epistola 75.
- cap. 81. 145. Mercedem mercenario reddendam] Ms. cum vet. exc. legitur: mercenario, & rursus: mercenarij.
- cap. 82. 146. Non augurandum] Idem rursus legitur: augurandum, Atqui illud: In Deuteronomio, superfluum esse puto; quum ad verbum habeatur iuxta 70. prius citato ca. 19. Leuit. sicut & sequentium trium capitulorum testimonia. Unde fit ut ibi etiam locus non adiciatur pro more ipsius Cypriani, hoc libro presertim; salte iuxta Ms. cod.
- cap. 83. 147. Non facietis cirrum ex coma capitis vestri] Cirrum circinnum vocat, hoc est, cōtortos crines, quomodo & quidam ex Hebræo vertunt. Græce est apud 70. σισθών, quam vocem alibi apud Græcos non reperit. Vertit pro eo interpret vulgaris ex Hebræo: Neque in rotundum attondebitis comam. Eodem autem intellectu dixit D. Hierony. Apolog. ad Dominionem & Apolog. aduersus Ruffinum, Cirratos pueros seu iuuenes.
- cap. 84. 148. barbam non vellendam] Recte sic Manut. & Morel. pro eo quod erat duntaxat: Item non vellendum. Nam similiter supra Cyprian. libr. de lapsis. Non placet contra, quod adnotauit ad marginem Morel. Esaiæ 55. & quod in textum inseruit manuus: apud Esaiam, quum contrarium prorsus habeat eo capite Esaiæ, etiam iuxta 70. Reperitur verò his verbis apud 70. & δὲ φερεται τὴν ὄψιν τῶν πρὸς ἑαυτοῦ. Leuit. 19. cap.
- cap. 85. 149. A facie senioris exurgens] senioris vertit pro eo quod est græce, πάλαι, quia qui canus est, senior est. Est autem insignis locus de veteri Ecclesia consuetudine etiam obseruata.
- cap. 86. 150. Schisma non faciendum, &c.] Pulebra est definitio schismatis, de quo plura alicubi supra Tomo 1. & libro de vnit. Eccl. Cathol.  
151. in Ecclesiaste] Miror mutasse hanc lectionem Manutium & Morel. quum prius legant Ms. & ceteri excuss, & testimonium reperitur Ecclesiastus 10.  
152. habitare] Etiam in hoc placet vulgata lectio, alicubi Cypriano frequens; præ illa: ut habitent.
- cap. 87. 153. Si autem sal infatuatum fuerit] Hoc sonat ad verbum vox græca: μωρὸς ἄνθρωπος, & vertitur eadem significatione, Rom. 1. & 1. Cor. 1. cap.
- cap. 88. 154. Ad Thellalonicenses prima] Ex Morelio adiecti: prima.
- cap. 89. 155. Nemo potest cognoscere tēpus & tēpora] Variat etiā hic Cypri. ab eo quod græce est: οὐδεὶς γινώσκει τὸ καιρὸν ἢ τὸν καιρὸν, nec male vertit vulgatus interpret: Non est vestrum nosse tempora vel momenta.
- cap. 90. 156. Vxorim à viro non recedere] Locus de indissolubilitate matrimonij.
- cap. 91. 157. qui non patietur] Non recte quidam patitur.
- cap. 92. 158. Omnia licent] Vtrobique omittit & hic & li. de hab. virg. vocem: mihi, quæ tamen etiam græce est.
- 159. vt probati manifesti sint] Ita ex Ms. nunc primū, pro eo quod erat: manifestati, nō recte nam & li. de vnit. Eccl. prius legitur, & græce ac Latine.
- 160. aut biberit calicem domini] Rursus legit: aut, de quo plura libro de lapsis.
- 161. Bonis conuiuendum] Morelius & Manut. conueniendū, & hic & in titulis capitū, sed nō placet.
- 162. Qui fecerit & sic docuerit] Manu. premitit: omnis, at neque Apostolus id habet, neque Cypri. supra epist. 77.
- 163. super arenam] Ms. & hic & vbiq;: harenā.
- 164. Subito enim venit ira illius] Hic quoque dissepai à textu græco, qui legit: ἐξαίρεται.
- 165. dum veniūt bona] Etiam hic à Græcis differt, qui legunt cum Latinis alijs: vt veniant.
- 166. per legem & iudicabuntur] Rursus legit particulam: & quam non habent illi.
- 167. domum fecistis negociationis] Sic Manu. alij: facitis, Neque verò consentit cum illis.
- 168. possidebit hæreditatē eorū] Præter Manut. interponunt ceteri: ea & supra alicubi etiam legitur.
- 169. quasi ferretur flatus vehemens] Hoc quoque non prorsus concordat.
- 170. Itē in sacrificijs] Exempla in scripturis reperire est Genes. 4. de sacrificio Abel iuxta interpretationem veterum, & de sacrificio Elie propheta. 3. Reg. 18.
- 171. Qui arguit impiū, odietur ab eo] Iterū hic non sequitur 70. qui hodie existunt.
- 172. In Salomone] Præter Manu. alij: In prouerbijs Salomonis, sed non placet.
- 173. Item alibi] Recte sic Manu. & Morel. neque enim apud Salomonem reperitur hoc testimonium.
- 174. ad cōgregationes gentium] Ms. cōgregationem, vet. exc. cōgressionē, at prius habes supra li. de bono patientia, & græce est: σωφροσύνη.
- 175. Itē in epistola Pauli ad Colossenses] Videtur accidisse Cypriano etiā hic ἡντιμονὸν ἀμαρτημάτων, aut certe pro: ad Colossenses, legendum: ad Titū, Reperitur enim hoc testimonium ad Titum 3. cap. Quare mirer in hætenus excuss. adnotationem marginalem: Coloss. 4.
- 176. Qui fodit foueam proximo suo] Lib. non habent: proximo suo.
- 177. Infirmitas fui] Confirmatur et hinc nostra hæc lectio.
- 178. Sufurro & bilinguis maledictus, &c.] Adnotatu dignum, quod Latinos nostros cod. hic sequatur, nō græcos, præterquam quod legat: turbabit, pro eo quod illi turbauit.
- 179. Sacrificia malorum acceptabilia esse] Nō male sic Manutius, pro eo quod alij: accepta.
- 180. non probat] Manutius solus: reprobat.
- 181. emendamin qui iudicatis terrā] Peculiaris est hæc lectio Cypriano, sicut pleraque in Psalmis.
- 182. In Ecclesiastico] Ex Ms. denuo hoc aduicimus, omissum à Manut.
- 183. Si autē vexaueritis eos] Placet et hoc, præ illo quod legit ipse: vexabitis, Est etiam nō legant Biblia. in vobis, quia tamen habent Ms. denuo aduicimus.
- 184. Pattis orphanorum & iudicis viduarum] Rursus Ms. & exc. vet. Patres & iudices.
- 185. Item alibi, exomologesin faciendā: Malo pœnitentiam peccatoris] Manut. Item alibi: Exomologesin malo peccatoris & pœnitentiam.

Verum

- cap. 115. Verum prior Ms. nostrorum est, & genuina. 186. & semita pedū vestrorū] Manut. quidē & supra Cypri. libr. de lapsis: semitas, at 70. illud legitur.
- cap. 116. 187. & cui minus dimittitur, &c.] Hoc quoque hodie non reperitur apud Lucam.
- cap. 117. 188. & galeā salutis assumere] Sic Manut. & exc. vulg. vetus vero exc. assumite, quomodo & hodie legitur: neutrum habet supra epistola ad Thybarit. neque Tertull. lib. 3. aduers. Marc.
- cap. 118. 189. Item de Antichristo quod in hominē veniat] Manut. in hæc lectione consentiunt & Ms. pro eo quod alij: in homine.
- cap. 119. 190. Ad quid tumultuatæ sunt gentes] Confirmatur hinc nostra lectio.  
191. abstinere vos] Vtito operarum erat: nos, apud Manutium.  
192. & sanguinis effusione] Manu. ac Tert. li. de Pudicit. & sanguine, At illud explicat lect. vulg. sanguine & suffocato; vt pote quū id interpretetur Chryso. & Beda in comit. vt sit idem quod: à sanguinis effusione.
- cap. 120. 193. In epistola Pauli] Rursus hoc substituiimus, pro eo quod habebat Manut. Paulus.

CONCILIVM CARTHAGINIENSE, de Baptizadis hæreticis.  
IN CONCILIVM CARTHAGINIENSE PRÆFATIO.

Argumentum Concilij huius non Oecumenici sed Prouincialis, titulus satis indicat. Qui vti alicubi supra Tomo primo adnotauimus, editus iam olim: DE BAPTIZANDIS HÆRETICIS, non DE REBAPTIZANDIS, vt pote quum scirent illi & sentirent cum Cypriano, non iterandum baptisma, sed censere nihil actum baptismo hæreticorum. Quæ tamen sententia refutatur sigillatim à D. August. partim libr. 3. & totis 6. & 7. lib. de baptismo contra Donat. vti suis quibusque locis infra adnotabimus. Nec solum à Stephano Pōtifice viuente adhuc Cypriano, sed postea ab vniuersali seu plenario Ecclesie Concilio (quod Nicenum fuisse supra alicubi comprobauit) condemnata est D. August. teste contra Donatistas, qui hoc Cypriani & cōepiscoporum errore se tuebantur, quum tamen (quod eis frequentissime exprobrat) vnitatem Ecclesie scinderent, quod illi minime fecerūt. Neque verò ab alijs duntaxat Episcopis reprobatæ est, sed & ab ipsis illis qui eam promulgauerunt, non modo orientabilibus illis (quorum memini Tomo primo in argumento epistolæ Firmilianij) Episcopis 509. nos vel ipsis Donatistis confitentibus rescidisse seu potius correxisse iudicium suum scribit D. August. libr. 3. contra Cresc. Græm. c. 1. 2. & 3. sed & Africanis Episcopis, qui in hoc Cōcilio sententias suas protulerūt. Cuius rei locuples testis est D. Hiero. Dialogo contra Luciferi. in hæc verba: Conatus est (inquit) B. Cyprianus lacus contritos fugere, nec bibere de aqua aliena, & iccirco hæreticorū baptisma reprobas, ad Stephanū tūc Romanæ Urbis Episcopum, qui à B. Petro vigesimus sextus fuit, super hac re Africanā Synodū direxit, sed conatus eius frustra fuit. Denique illi ipsi Episcopi, qui rebaptizados hæreticos cū eo statuerāt, ad antiquā cōsuetudinē reuoluti, nouū emiserunt decretū. Quid facimus ita & nobis maiores nostri, & illis sui tradidere maiores. Cōsentiant etiā Dion. Alexand. epist. ad Stephanū supra citata, & Vincent. Lirinens. li. aduers. hære. ca. 10. Quod an etiā de Cypriano verū sit, latius in Vita ipsius. Porro quū ex ipso Cōcilio huius exordio cōstet recitatus illic Iubaiani ad Cyprianum, & Cypriani ad Iubaianū ac rursus huius ad illū litterarū cōstitutat celebratū hoc Conciliū post illa cōcilia, quibus scriptæ sunt Epistolæ ad Episcopos Numidas, & ad Stephanū, vt pote quorū Cyprianus meminerit epist. ad Iubaianū. Atque adeo quādammodū & ibi collegimus ex huius Synodi frōtispicij verbis, tertium hoc fuit aut quartū de baptizadis hæreticis cōciliū. Cōtigit proinde nō sub Cornelio Pōtifice quod existimāt Eusebius & Nicephorus, quippe qui iam dudum antea passus fuerit, sed (vel ipso D. Hierony. teste) sub Stephano. De numero autē Episcoporū, nō cōsentit cū nobis exemplaribus Photius in Nomoncanone apud Balsamonē, vt pote qui 84. duntaxat numeret, vbi Morel. 88. Ms. verò codices Afflig. Cābron. Anglic. Dun. Marchin. Blandin. 87. De quo vt quod sentiam loquar, minus placet Morelij lectio, quod ita binæ erūt Cypriani sententiæ; Photij vera est, si sententiā Cypriani nō cōputetur, Ms. denique meo iudicio genuina est, sic tamē vt (quæadmodum ad marginē adnotauit) sententiā antepenultima pro tribus cōputetur, vt pote in qua Natalis Episcopus pro se & duobus alijs suū proferat decretum. Manutius & Erasmus, qui primus hoc Cōciliū edidit, numerū Episcoporū prætermiserūt. Qui tamē recte adnotauit, nō eandē esse dictionē in his sententijs, sed esse acta Synodi. Notarijs excipietibus quæ dicebātur; Cypriano tamen ascribi, quod ipse magna eius causa fuerit & Cōcilio Præses. Ceterū de prima origine & anno cōditæ Carthagini, variant Historici, Iustinus lib. 18. & Apuleius in Floridis, itē Euseb. in Chronicis. Cōstat autem fuisse Coloniā Tyriorū edificatā in loco, cui nomē Byrsa, primū Carthadam (teste Solino) dictā, quod verbo Punico nouā ciuitatē significat. Beda in Chronico conditā asserit regnare Dauide apud Hebræos & apud Latinos. 5. Rege Sylluo, vt quidam voluit à Carchedone Tyrio, vt verò alij à Didone eius filia anno 143. post excidium Troianum. De Didone conditricē cōsentiant Virgilius, Iustinus, & Tertull. de Monog. ac Apologet. Eius ciuitatis poten-



tiam celebrat his verbis *Ezechiel ca. 27. Carthaginienses negotiatores tui (ad Tyrum verba faciens) à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumboque repleuerunt nundinas tuas. Eandem confirmat, quod teste Strabone tota Africa cultiore potiretur, in Hispania etià ab Herculis columnis usque ad Pyreneos montes imperauerit, & in Hispania Betica à Duco Carthaginiensium Hasdrubale Carthago noua sit cõdita. Hinc Romani Imperij emula illa Carthago (Plinio teste lib. 15. hist. nat. cap. 18.) per annos 120. grauissima illa bella cum Romanis gessit; donec ultimo bello Punico (inquit D. August. lib. 3. de Ciuitate Dei, cap. 2.) vno impetu alterius Scipionis (qui ob hoc etiam cognomen Africani meruit) ab stirpe deleta est: tantis opibus abundans, vt inde Romam transfulerit ille, cum de Poenis triumpharet (inquit Plinius lib. 31. cap. 11.) quater milies CCCC LXX. milia pondo argenti. Idque post annos (inquit Solinus) 730. quam fuerat exstructa. Deinde (eodem teste) à G. Graccho Colonis Italici data, & Innonia ab eo dicta, aliquantisper ignobilis humili & languido statu; demum in claritate secundæ Carthaginis, interiectis 102. annis, M. Antonio, P. Dolabella consulibus enituit. Clavior tamen adhuc (teste Mela Pomponio) priorũ excidio rerum, quam ope presentium. Vnde non alio nomine vocatur à Plinio lib. 8. cap. 4. quam Colonia Carthago, magna in vestigijs Carthaginis. Fuit tamẽ postea denno inter Prouincias Africa prima & Prouincularis Prouincia Carthaginis; atque adeo & Africa caput vocatur à D. Augusti. lib. 2. de Baptism. contra Donatist. cap. 11. & omnium primatum Africa primus erat Carthaginiensis Episcopus, vt supra docuimus epistola 45. CARTHAGINENSE autem Concilium nuncupo & vbiq; cum Manutio lego, non: CARTHAGINENSE, quomodo loquitur D. Augustin. quia sex syllabarum dictionem esse astruit Priscianus libr. 4. & sic legunt vbiq; Salustius & Cicero.*

### SENTENTIAE EPISCOPORVM LXXXVII. DE Hæreticis baptizandis.



**M** in vnum Carthagini conuenissent Kalend. Septembris Episcopi plurimi ex prouincia Africa, Numidia, Mauritania, cum presbyteris & Diaconibus, presente etiam plebis maxima parte, & lectæ essent litteræ Iubaiani ad Cyprianum factæ, item

Cypriani ad Iubaianum rescriptæ, de hæreticis baptizandis, quidque postmodum Cypriano Iubaianus idem rescripserit; Cyprianus dixit: <sup>1</sup> Audistis collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostram de illicito & profano hæreticorum baptismo; <sup>2</sup> & quid ego ei rescripserim; censens scilicet, quod semel atque iterum & sæpe censuimus, hæreticos ad Ecclesiam venientes. Ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis & aliæ Iubaiani litteræ, quibus pro sua sincera, & religiosa deuotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consentit, <sup>3</sup> sed etiam instructum se esse gratias egit. Superest vt de hac ipsa re singuli quid sentiamus, proferamus; neminem iudicantes, <sup>4</sup> aut à iure communionis aliquem, si diuersum senserit, amouentes. Neque enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit; <sup>5</sup> quando habeat omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ, arbitrium proprium, <sup>6</sup> tamque iudicari ab alio non possit, quam nec ipse potest alterum iudicare. Sed expectemus vniuersi iudiciũ Domini nostri Iesu Christi, <sup>7</sup> qui vnus & solus habet potestatem & præponendi nos in Ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi.

**I** *Cecilius* <sup>10</sup> à Bilita dixit.

<sup>11</sup> Ego vnũ Baptisma in Ecclesia sola scio, & extra Ecclesiam nullũ. Hic erit vnus vbi spes vera est, & fides certa; sic enim scriptum est: Vna fides, vna spes, vnus baptisma; non apud hæreticos, vbi spes nulla est, & fides falsa, vbi omnia per <sup>12</sup> mendaciũ aguntur, vbi exorcizat demoniacus; sacramentum interrogat, cuius os & verba cancer emittunt; si dem dat infidelis; veniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi ringit antichristus; benedicit à Deo maledictus; vitã pollicetur mortuus; pacem dat impacificus; Deum iquocat blasphemus; sacerdotium administrat profanus; ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, <sup>13</sup> vt antistites diaboli audeant Eucharistiam facere, aut qui illis assistunt, dicant hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia cogitur Ecclesia, & sine baptismo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem fratres fugere ac vitare debemus

debemus & à tanto scelere nos separare, & vnum baptisma tenere quod soli Ecclesiæ à Deo concessum est.

**2** <sup>14</sup> *Primus à Misgirpa dixit:*

Censco omnem hominem ab hæresi venientem, baptizandum. Frustra enim illic putat se esse baptizatum; <sup>15</sup> cum non sit baptisma, nisi in Ecclesia vnus, & verum: quia & Deus vnus, & fides vna, & Ecclesia vna est, in qua stat vnus baptisma, & sanctitas, & cætera. Nam quæ foris exercentur, nullũ habent salutis effectum.

**3** <sup>16</sup> *Polycarpus ab Adrumeto dixit:*

Qui hæreticorum baptisma probant, <sup>17</sup> nostrum euacuant.

**4** <sup>18</sup> *Novatus à Thamugade dixit:*

Licet sciamus omnes scripturas sibi testimonium reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostram exprimere. Hæreticos & schismaticos ad Ecclesiam venientes qui pseudobaptizati videntur, debere eos in fonte perenni baptizari. Et ideo secundum testimonium scripturarum, & <sup>19</sup> secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimæ memoriæ vitorum, omnes schismaticos & hæreticos qui ad Ecclesiam conuersi sunt, baptizari, sed & eos qui ordinati videbantur, inter laicos recipi.

**5** <sup>20</sup> *Nemesianus à Thubunis dixit:*

Baptisma, quod dant hæretici & schismatici, non esse verum; vbiq; in scripturis sanctis declaratum est. Quoniam ipsi præpositi eorum <sup>21</sup> falsi Christi sunt, & falsi prophætæ, dicente Domine per Salomonem: Qui fidens est in falsis, luc pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volantes. <sup>22</sup> Deserit enim vias vineæ suæ, à semitis verò agelli sui errauit. Ingre ditur autem per auia loca atque arida, <sup>23</sup> & terram destinatam in sitim: contrahit autem manibus infructuosa. Et iterum: Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, vt longum viuas tempus, adiciantur etiam tibi anni vitæ. Et in Euangelio diuina sua voce Dominus noster Iesus Christus locutus est, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Hic est spiritus qui ab initio ferebatur super aquam. Neque enim spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur, vt dicant quod per manus impositionem Spiritum sanctum accipiant, & sic recipiantur; cum manife-

stum sit <sup>24</sup>, vtroque sacramento debere eos renasci in Ecclesia Catholica. Tunc quippe poterunt filij Dei esse, dicente Apostolo <sup>Ephef. 4.</sup>: Curantes seruare vnitatem spiritus in coniunctione pacis: vnus corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ: <sup>25</sup> vnus Dominus, vna fides, vnus baptisma, vnus Deus. <sup>26</sup> Hæc omnia Ecclesia Catholica loquitur. Et iterum in Euangelio dicit: Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est; quia Deus spiritus est, & de Deo natus est. Ergo omnes hæretici & schismatici omnia quæcũque faciunt, carnalia sunt, dicente Apostolo: Manifesta enim <sup>Calat. 5.</sup> sunt opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, <sup>27</sup> incestum, idololatria, veneficia, inimicitie, certamina, zelus, ira, diuisiones, hæreses & his similia; de quibus prædixi vobis, sicut prædico, quoniam quicumque hæc faciunt, regnum Dei non hæreditabit. Cõdemnat aq; Apostolus cum omnibus malis & eos qui diuisionem faciunt, hoc est schismaticos & hæreticos. Nisi ergo acceperint baptisma salutare in Ecclesia Catholica quæ vna est, salui esse non possunt, sed cum carnalibus in iudicio Domini Christi damnabuntur.

**6** <sup>28</sup> *Ianuarius à Lambæse dixit:*

Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno hæreticos omnes baptizandos, & sic in Ecclesiam sanctam admitte-  
tendos.

**7** <sup>29</sup> *Lucius à Castro albæ dixit:*

Cum Dominus in Euangelio suo dixerit: Vos estis sal terræ; Si autem sal infatuum fuerit, in quo salietur? ex eo ad nihilum valebit, nisi vt proiciatur foras, & conculetur ab hominibus. & iterum post resurrectionem suam mittens Apostolos suos mandauerit dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra; Ite ergo & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Cum ergo manifestum sit hæreticos, id est hostes Christi, non integram sacramenti confessionem habere: Itẽ schismaticos non posse condire sapientia spiritali, cum ipsi, ab Ecclesia quæ vna est recedendo infatuati, contrarij facti sint, fiat sicut scriptum est: Domus contrariorum legis debet emundationem, & consequens est eos qui à contrariis baptizati in quinati sunt, primo putgari, & tum demum baptizari. <sup>Mat. 5.</sup> <sup>Mat. 28.</sup>

<sup>Prout. 10.</sup>

<sup>Joan. 3.</sup>

<sup>Cens. 1.</sup>

<sup>Ephef. 4.</sup>

<sup>Ephef. 4.</sup>

<sup>Joan. 3.</sup>

<sup>Calat. 5.</sup>

<sup>Mat. 5.</sup>

<sup>Mat. 28.</sup>



8

<sup>39</sup> Crescens à Circa dixit:

In tanto cœtu sanctissimorum consecratorum lectis litteris Cypriani dilectissimi nostri ad Iubaianum, <sup>39</sup> itemque ad Stephanum, quæ tantum in se sanctorum testimoniorum descendunt ex scripturis deificis continent, vt merito omnes per Dei gratiam adunati cõsentire debeamus: Censeo, omnes hæreticos & schismaticos, qui ad Catholicam Ecclesiam voluerint venire, nõ ante ingredi, nisi exorcizati & baptizati prius fuerint, exceptis his sane qui in Ecclesia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen vt per manus impositionem in penitentiam Ecclesiæ reconciliantur.

9

<sup>32</sup> Nicomedes à Segermis dixit:

Mea sententia hæc est, vt hæretici ad Ecclesiam venientes baptizentur, eo quod nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

10

<sup>31</sup> Munulus à Girba dixit:

Ecclesiæ Catholicæ matris nostræ veritas semper apud nos, fratres, & mansit & manet, & vel maxime in baptismatis trinitate, Domino nostro dicente: Ite & baptizate gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Cum ergo manifeste sciamus hæreticos non habere nec Patrẽ, nec filium, nec Spiritum sanctum; debent venientes ad Ecclesiam matrem nostram vere renasci, & baptizari, vt cancer quod habebant, <sup>34</sup> & damnationis ira, & erroris effectura, per sanctum & cœleste lauacrum sanctificetur.

11

<sup>35</sup> Secundinus à Cedias dixit:

Cum Dominus noster Christus dicat: Qui non est mecum, aduersus me est: & Iohannes Apostolus eos qui ab Ecclesia exeunt antichristos dicat: indubitãter hostes Christi, quique antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. Et ideo censeo eos qui de insidiis hæreticorum confugiunt ad Ecclesiam, baptizandos esse à nobis, qui <sup>36</sup> amici appellati sumus Dei, eius dignatione.

12

<sup>37</sup> Felix à Bagai dixit:

Sicut cæcus cæcum ducens simul in foueam cadunt, ita hæreticus hæreticum baptizans simul in mortem cadunt. Et ideo hæreticus baptizandus est, & iustificandus, ne nos viui mortuis communicemus.

13

<sup>38</sup> Polianus à Mileo dixit:

Iustum est hæreticum baptizari in Ecclesia sancta.

14

<sup>39</sup> Theogenes ab Hyppone regio dixit:

Secundum sacramentum Dei gratiæ cœlestis, quod accepimus, vnũ baptismum quod est in Ecclesia sancta credimus.

15

<sup>40</sup> Darius à Badis dixit:

Nos quantum in nobis est, hæreticis non communicamus; nisi baptizati in Ecclesia fuerint, & remissionem peccatorum acceperint.

16

<sup>41</sup> Successus ab Abbirgermaniciana:

Hæreticis aut nihil licet, aut totum licet. Si possunt baptizare, possunt dare & Spiritum sanctum. Si autem Spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent Spiritum sanctum; nec baptizare spiritaliter possunt: propterea censemus hæreticos baptizandos esse.

17

<sup>42</sup> Fortunatus à Thuchabovi dixit:

Iesus Christus Dominus & Deus noster, Dei patris & creatoris filius <sup>43</sup> super petram ædificauit Ecclesiam suam, non super hæresim; & potestatem baptizandi Episcopis dedit, non hæreticis. Quare qui extra Ecclesiam sunt, & contra Christum stantes oues eius & gregem spargunt, baptizare foris non possunt.

18

<sup>44</sup> Sedatus à Tymburbo dixit:

In quantum aqua sacerdotis prece in Ecclesia sanctificata abluit delicta; in tantum hæretico sermone, <sup>45</sup> velut cancro, infecta, cumulat peccata. <sup>46</sup> Quare omnibus pacificis quidem viribus nitendum est, ne quis hæretico errore infectus & tinctus, singulare & verum Ecclesiæ baptismum detrectet accipere, quo quisquis non fuerit baptizatus, <sup>47</sup> regno cœlorum fiet alienus.

19

<sup>48</sup> Prinatius à Sufetula dixit:

Qui hæreticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius, quis hæresim condiderit. Si enim hæresis à Deo est, habere & indulgentiam diuinam potest. Si verò à Deo non est, quomodo gratiam Dei aut habere aut conferre alicui potest?

20

<sup>49</sup> Prinatius à Sufibus dixit:

Qui hæreticorum baptismum probat, quid aliud quàm hæreticis communicat?

21

<sup>50</sup> Hortensianus à Laribus dixit:

Quot sint baptismi, viderint aut presumptores, aut fautores hæreticorum: nos vnũ baptismum, quod non nisi in Ecclesia nouimus, Ecclesiæ vindicamus. Aut quo modo possunt

possunt in nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit aduersarios suos esse.

22

<sup>51</sup> Cassius à Macomadibus dixit:

Cum baptismata duo esse non possint; qui hæreticis baptismum concedit, sibi tollit. Censeo itaque flebiles & rabidos hæreticos baptizandos esse, cum ad Ecclesiam venire ceperint, & sacra & diuina lauatione lotos, & lumine vitæ illuminatos, non hostes, sed pacificos, non alienos, <sup>52</sup> sed fidei Domini domesticos, non adulteros, sed Dei filios, non erroris, sed salutis effectos in Ecclesiam recipi; absque his, qui de Ecclesia fideles supplantati, ad hæresis tenebras transferant, sed eos per manus impositionem restitueandos.

23

<sup>53</sup> Alius Ianuarius à Vico Cæsaris dixit:

Si non obtemperat error veritati, multo magis veritas non consentit errori. Et ideo nos Ecclesiæ assistimus in qua prælidemus, vt baptismum eius ipsi soli vindicantes, eos, quos Ecclesiæ non baptizauit, baptizemus.

24

<sup>54</sup> Alius Secundinus à Carpis dixit:

Hæretici Christiani sunt, an non? Si Christiani sunt: cur in Ecclesia Dei non sunt? Si Christiani non sunt, <sup>55</sup> quo modo Christianos faciunt? Aut quo pertinebit sermo Domini dicentis: Qui non est mecum, aduersus me est, & qui non mecum colligit, spargit? Vnde constat, super filios alienos & soboles antichristi Spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit hæreticos baptismum non habere.

25

<sup>56</sup> Victorius à Thabraca dixit:

Si licet hæreticis baptizare & remissionem peccatorum dare; quid illos infamamus, <sup>57</sup> vt hæreticos appellemus?

26

<sup>58</sup> Alius Felix ab Vthina dixit:

Nemini dubium est, sanctissimi consecratos, non in tantum posse humanam præsumptionem, quantum Domini nostri Iesu Christi adorandam & venerabilem maiestatem. Memores ergo periculi, hoc quoque non tantum obseruare debemus, verum etiam ab omnibus nobis confirmare, vt omnes hæretici qui ad sinum matris Ecclesiæ accurrunt, baptizentur; vt mens hæretica, quæ diuturna tæbe polluta est, sanctificatione lauacri purgata in melius reformetur.

27

<sup>59</sup> Quietus à Buruch dixit:

Qui fide viuimus, obsequi iis quæ instruentis nobis ante prædicta sunt, <sup>60</sup> credula obseruatione debemus. Nam scriptum est apud Salomonem: <sup>61</sup> Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lauatio eius? <sup>62</sup> Quod vtique de his qui ab hæreticis tinguntur, & <sup>63</sup> de tingentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur, per remissionem peccatorum vitam æternam consequuntur, cur ad Ecclesiam veniunt? Si verò à mortuo salutis nihil accipitur, ac propterea agnito errore pristino ad veritatem cum penitentia reuertuntur, vno vitali baptismate, quod in Ecclesia Catholica est, sanctificari debebunt.

28

<sup>64</sup> Cassus à Sicca dixit:

Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi; aut circa fratres inuidus est & malignus, quibus veritas reuelatur; aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione <sup>64</sup> Ecclesia eius instruitur.

29

<sup>65</sup> Euchmatius à Thenis dixit:

Fidem nostram, & baptismatis gratiam; & legis Ecclesiasticæ regulam Deus & Dominus noster Iesus Christus suo ore Apostolos docens, <sup>66</sup> perimpleuit dicens: Ite & <sup>67</sup> docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Falsum ergo hæreticorum baptismum & iniquum, à nobis pellendum est, & <sup>68</sup> omni detestatione refutandum, <sup>69</sup> de quorũ ore virus non vita, nec gratia cœlestis, sed blasphemiam trinitatis exprimitur. Et ideo venientes ad Ecclesiam hæreticos, integro & Catholico baptismate baptizari debere manifestum est, vt à blasphemiam suæ præsumptione purificati, possint Spiritus sancti gratia reformari.

30

<sup>69</sup> Liborius à Vaga dixit:

In Euangelio Dominus: Ego sum, inquit veritas: non dixit, ego sum consuetudo: <sup>70</sup> Itaque veritate manifestata cedat consuetudo veritati, vt & si in præteritum quis in Ecclesia hæreticos non baptizabat, <sup>71</sup> nũc baptizare incipiat.

31

<sup>72</sup> Lucius à Thebeste dixit:

Hæreticos blasphemos atque iniquos verbis variis decerpentes sancta & adorabilia scripturarum verba, execrandos censeo; & ideo exorcizandos & baptizandos esse.

32

<sup>73</sup> Eugenius ab Ammedera dixit:

Et ego hoc idem censeo, hæreticos baptizandos esse.



33

<sup>74</sup> Item alius Felix ab Amaccu-  
ra dixit:

Et ipse secutus diuinarum scripturarum auctoritatem, baptizandos hæreticos esse cenfeo, sed & eos qui apud schismaticos baptizatos se esse contendunt. Si enim secundum cautum Christi priuatus fons noster est, intelligant cuncti Ecclesiæ nostræ aduersarij, <sup>75</sup> quia alienis esse non potest. Nec duobus populis salutarem aquam tribuere potest ille, qui vnius gregis pastor est. Et ideo manifestum est, nec hæreticos nec schismaticos aliquid cœleste posse suscipere, qui à peccatoribus hominibus, & ab Ecclesia extraneis audeant accipere. Quando danti locus non est, vtique nec accipienti prodest.

34

<sup>76</sup> Item alius Ianuarius Muz-  
lensis dixit:

Miror quod cum omnes confiteantur vnum esse baptisma, non omnes intelligant eiusdem baptismatis vnitatem: Ecclesia enim & hæresis, duæ & diuersæ res sunt. Si hæretici habent baptisma, nos non habemus. Si autem nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est, Ecclesiam solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat & gratiam Christi & veritatem.

35

<sup>77</sup> Adolphius à Thasualte dixit:

Sine causa quidam falso & inuidioso verbo impugnant veritatem, vt rebaptizare nos dicant, <sup>78</sup> quando Ecclesia hæreticos nō rebaptizet, sed baptizet,

36

<sup>79</sup> Demetrius Aleptiminus dixit:

Vnum baptisma nos custodimus, quia <sup>80</sup> Ecclesiæ Catholicæ soli rem suam vindicamus. Qui autem dicunt quia hæretici vere & legitime baptizare possunt; ipsi sunt qui non vnum, sed multa baptismata faciunt. Nam cum hæreses multæ sint, pro carum numero & baptismata computabuntur.

37

<sup>81</sup> Vincentius à Thibari dixit:

Hæreticos scimus esse peiores quàm ethnicos: si ergo conuersi ad Dominum venire voluerint, <sup>82</sup> habemus vtique regulam veritatis, quam Dominus præcepto diuino mandauit Apostolis dicens: Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite. Et alio loco: Ite & docete gentes, <sup>83</sup> baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Ergo primo <sup>84</sup> per manus impo-

Mat. 16.

Mat. 28.

sitionem in exorcismo, secundo per baptis-  
mi regenerationem, tunc possunt ad Chri-  
sti pollicitationem venire: alias autem fieri  
cenfeo non debere.

38

<sup>85</sup> Marcus à Maftari dixit:

Mirandum non est, si hæretici hostes at-  
que impugnatores veritatis, rem sibi vindicent potestatis & dignationis alienæ: sed il-  
lud mirandum est, quod quidam nostri,  
præuaricatores veritatis, hæreticis suffragā-  
tur, & Christianis aduersantur. <sup>86</sup> Propterea  
decernimus hæreticos baptizandos esse.

30

<sup>87</sup> Satius à Sicilibba dixit:

Si hæreticis in baptismo sua peccata do-  
nantur, sine causa ad Ecclesiam veniunt.  
Nam cum in die iudicij peccata sint quæ  
puniuntur; nihil est quod timere possint  
hæretici de iudicio Christi, si sunt remissio-  
nem peccatorum consecuti.

40

<sup>88</sup> Victor à Gor dixit:

Cum peccata non nisi in Ecclesiæ ba-  
ptismo remittantur, qui hæreticum ad com-  
municationem sine baptismo admittit, v-  
trumque contra rationem facit, nec hæreti-  
cos purgat, & Christianos inquinat.

41

<sup>89</sup> Aurelius ab Vtica dixit:

Cum dicat Apostolus, non communi-  
candum peccatis alienis, quid aliud quàm  
peccatis alienis communicat, qui hæreticis  
sine Ecclesiæ baptismo communicat? Et  
ideo cenfeo baptizandos esse hæreticos, vt  
accipiant remissam peccatorum, & sic illis  
communicetur.

42

<sup>90</sup> Confessor Iambus à Germa-  
niciana dixit:

Qui hæreticorum baptisma probant,  
nostrum improbant, vt extra Ecclesiam nō  
dicam lotos, sed sordidatos, negent in Ec-  
clesia baptizari oportere.

43

<sup>91</sup> Lucianus à Rucuma dixit:

Scriptum est: Et vidit Deus lucem quia  
bona est, & diuisit inter lucem & tenebras.  
Si potest luci & tenebris conuenire, potest  
nobis & hæreticis aliquid esse commune.  
Propterea cenfeo hæreticos <sup>92</sup> baptizandos  
esse.

44

<sup>93</sup> Pelagianus à Luperciano dixit:

Scriptum est: Aut enim Dominus tuus  
Deus est, aut Baal Deus est: ita & nunc, aut  
Ecclesia Ecclesia est, aut hæresis Ecclesia  
est. <sup>94</sup> Porro si hæresis Ecclesia non est, quo  
modo esse apud hæreticos baptisma Ec-  
clesiæ potest?

Confes-

45

<sup>95</sup> Confessor & martyr Iader à  
Mildila dixit:

Scimus non esse nisi vnum baptisma in  
Ecclesia Catholica; & ideo non debemus  
admittere hæreticum, nisi baptizatus apud  
nos fuerit, ne se putet extra Ecclesiam Ca-  
tholicam baptizatum esse.

46

<sup>96</sup> Item alius Felix à Mavraxa-  
na dixit:

Vna fides, vnum baptisma; sed Ecclesia  
Catholica, cui soli licet baptizare.

47

<sup>97</sup> Confessor Paulus à Bobba  
dixit:

Rom. 3.

Me non mouet si aliquis Ecclesiæ fide-  
dem, & veritatem non vindicat, quando  
Apostolus dicat: Quid enita si exciderunt  
à fide quidam illorum? Nunquid infideli-  
tas eorum fidem Dei <sup>98</sup> euacuauit? Absit. Est  
enim Deus verax, omnis autem homo mē-  
dax. Si autem Deus verax est, quomodo esse  
apud hæreticos baptismi veritas potest, a-  
pud quos Deus non est?

48

<sup>99</sup> Confessor Pomponius à Dio-  
nysiana dixit:

Manifestum est, hæreticos non posse ba-  
ptizare, & remissionem peccatorum dare;  
qui potestatem non habent, vt aut soluere  
aut ligare aliquid in terris possint.

Thuni-  
fa.

<sup>100</sup> Confessor Venantius à \*Ti-  
misa dixit:

Si maritus peregre proficiscens amico  
suo commendasset vxorem suam custodiē-  
dam, commendatam sibi ille quanta posset  
diligentia conseruaret, ne ab aliquo casti-  
tas eius & sanctitas adulteraretur: Christus  
Dominus & Deus noster ad Patrem proficiscens,  
sponsam suam nobis commēdauit;  
vrūmne eam incorruptam & inuiolatam  
custodiemus, an integritatem eius & casti-  
tatem mæchis & corruptoribus prodemus?  
Qui enim baptisma Ecclesiæ commune  
cum hæreticis facit, sponsam Christi adul-  
teris prodit.

50

<sup>101</sup> Aymnius ab Ansuaga dixit:

Nos vnum baptisma <sup>102</sup> accepimus, &  
ipsū tenemus & exercemus. Qui autem  
dicit quia & hæreticis licet baptizare, ipse  
duo baptismata facit.

51

<sup>103</sup> Saturninus à Victoriana dixit:

Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt  
& defensi illicita facientes. Nec video qua-  
re eos aut Christus aduersarios suos, aut A-  
postolus antichristos appella uerit.

52

<sup>104</sup> Alius confessor Saturninus à  
Thucca dixit:

Gentiles quauis idola colant, tamen  
summum Deum pattem creatorem cogno-  
scunt & confitentur. <sup>105</sup> In hunc Marcion  
blasphemata, & quidam non erubescūt Mar-  
cionis baptismum probare: quo modo tales  
sacerdotes, sacerdotium Dei aut seruant aut  
vindican, qui hostes Dei non baptizant, &  
sic illis communicant?

53

<sup>106</sup> Marcellus à Zama dixit:

Cum peccata non nisi in Ecclesiæ ba-  
ptismo remittantur, qui hæreticum non ba-  
ptizat, peccatori communicat.

54

<sup>107</sup> Confessor Hirenus ab Vlulis dixit:

<sup>108</sup> Si ideo Ecclesia hæreticum non ba-  
ptizat, quod dicatur iam baptizatus esse:  
hæresis maior est.

55

<sup>109</sup> Donatus à Cybaliana dixit:

Ego vnam Ecclesiam & vnum baptisma  
eius noui. Si est qui dicat esse apud hæreti-  
cos baptismi gratiam: ante est vt ostendat &  
probet esse illic Ecclesiam.

56

<sup>110</sup> Zozimus à Tharassa dixit:

Reuelatione facta veritatis, cedit error  
veritati; quia & Petrus qui prius circuncide-  
bat, cessit Paulo veritatem prædicanti.

57

<sup>111</sup> Iulianus à Telepte dixit:

Scriptum est: Nemo potest aliquid acci-  
pere, nisi datum fuerit illi de cœlo. Si hære-  
sis de cœlo est, potest & baptisma dare.

58

<sup>112</sup> Confessor Faustus à Timida  
regia dixit:

Non sibi blandiatur, qui hæreticis patro-  
cinantur. Qui pro hæreticis ecclesiastico ba-  
ptismati intercedit; illos Christianos, & nos  
hæreticos facit.

59

<sup>113</sup> Geminus à Furnis dixit:

Quidam de collegis hæreticos præpo-  
nere sibi possunt, nobis non possunt; & ideo  
quod semel de creuimus tenemus, vt ab hæ-  
reticis venientes baptizemus.

60

<sup>114</sup> Rogatianus à Nona dixit:

Ecclesiam Christus instituit, hæresim  
diabolus, quo modo potest habere bap-  
tismum Christi synagoga satanæ?

61

<sup>115</sup> Confessor Therapius à Bulla dixit:

Qui hæreticis Ecclesiæ baptisma cōce-  
dit & prodit, quid aliud sponsæ Christi quā  
Iudas exiit?

62

Confessor <sup>116</sup> item alius Lucius à  
Membresa dixit:

Scriptum est: Deus peccatorem non  
Mm ij



dit: hæreticus qui peccator est, quo modo audiri in baptismo potest?

63 <sup>117</sup> *Item alius Felix à Buflaceni dixit:*

In hæreticis sine Ecclesie baptismo admittendis, nemo consuetudinem rationi & veritati præponat: quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

64 <sup>118</sup> *Alius Saturninus ab Auitinus dixit:*

Si potest antichristus dare alicui gratiam Christi; possunt & hæretici baptizare, qui appellati sunt antichristi.

65 <sup>119</sup> *Quintus ab Aggya dixit:*

Ille potest dare aliquid, qui aliquid habuerit: hæretici autem quid possunt dare, quos constat nihil habere?

66 <sup>120</sup> *Alius Iulianus à Marcelliana dixit:*

*Mat. 6.* Si potest homo duobus dominis seruire, Deo & mammonæ; potest & baptisma duobus seruire, Christiano & hæretico.

67 <sup>121</sup> *Tenax ab Homyselic dixit:*

Baptisma vnum est, sed Ecclesie. Vbi Ecclesia non est, baptisma illic esse non potest.

68 <sup>122</sup> *Confessor alius Victor ab Afuris dixit:*

*Ephes. 4.* Scriptum est, quia Deus vnus est, & Christus vnus est, & Ecclesia vna, & baptisma vnum. Quo modo ergo illic baptizari aliquis potest, vbi Deus & Christus, & Ecclesia vna non est?

69 <sup>123</sup> *Donatulus à Capse dixit:*

Et ego semper hoc senti, vt hæretici qui nihil foris consequi possunt, quando ad Ecclesiam conuertuntur, baptizentur.

70 <sup>124</sup> *Martyr de scismaticis Verulus à Russeade dixit:*

Homo hæreticus dare non potest quod non habet; multo magis schismaticus, <sup>125</sup> qui quod habuit, amisit.

71 <sup>126</sup> *Pudentianus à Cuiuli dixit:*

Nouitas episcopatus effecit fratres dilectissimi, vt sustinerem quid maiores iudicarent. Nam hæreses nihil habere, nec posse manifestum est; atque ita si qui ex eis venerint, baptizari æquissime statutum est.

*\* Hyp-  
pone  
diarchi-  
to.* 72 <sup>127</sup> *Martyr Petrus ab Hippone Diarito dixit:*

Cum baptisma vnum sit in Catholica Ecclesia; manifestum est, non posse extra Ecclesiam baptizari. Et ideo in hæresi tinctos siue in schismate, venientes ad Eccle-

siam cenfeo baptizari oportere.

73 <sup>128</sup> *Item alius Lucius ab Ausafa dixit:*

Secundum motum animi mei, & Spiritus sancti, cum sit vnus Deus pater Domini nostri Iesu Christi, & vnus Christus, & vna spes, & vnus spiritus, & vna Ecclesia; vnum debet esse & baptisma. Et ideo dico, si quid \* ab hæreticis motu aut factum fuerit, rescindi debere, & eos qui inde veniunt in Ecclesia baptizandos esse. *\* apud hæreticos.*

74 <sup>129</sup> *Item alius Felix à Gurgitibus dixit:*

Ego cenfeo vt secundum sanctarum scripturarum præcepta, baptizatus ab hæreticis illicite extra Ecclesiam, cum ad Ecclesiam confugere voluerit, gratiam baptismi vbi licite datur, consequatur.

75 <sup>130</sup> *Pusillus à Lamasaba dixit:*

Ego credo baptisma salutare non esse, nisi in Ecclesia Catholica. Quidquid absq; Catholica fuerit, simulatio est.

76 <sup>131</sup> *Martyr Salmianus à Gazasala dixit:*

Hæreticos nihil habere constat, & ideo ad nos veniunt, vt possint accipere quod non habent.

77 <sup>132</sup> *Honoratus à Tucca dixit:*

Cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus; vt hæreticos qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, Ecclesie baptismi sanctificemus.

78 <sup>133</sup> *Victor à Octano dixit:*

Quod & ipsi scitis, non olim sum Episcopus constitutus, & ideo expectabam præcessorum consilium. Hoc itaque existimo, vt quicumque ex hæresi venerint, sine dubio baptizentur.

79 <sup>134</sup> *Confessor Clarus à Mascula dixit:*

Manifesta est sententia Domini nostri Iesu Christi, Apostolos suos mittentis, & ipsi solis potestatem à patre sibi datam mittentis, quibus nos successimus, eadem potestate Ecclesiam Domini gubernantes, & credentium fidem baptizantes. Et ideo hæretici qui nec potestatem foris, nec Ecclesiam Christi habent, neminem baptizare baptismi eius possunt.

80 *Martyr* <sup>135</sup> *Secundianus à Thameis dixit:*

Non debemus hæreticos nostra presumptione decipere; vt in Ecclesia Domini nostri

nostri Iesu Christi non baptizati, ac per hoc remissionem peccatorum non consecuti, cum iudicij dies venerit nobis imputent, quod per nos non sint baptizati, & indulgentiam diuinæ gratiæ consecuti. Propter quod, cum sit vna Ecclesia, & vnum baptismum, quando ad nos conuertuntur, simul cum Ecclesia & Ecclesie baptismum consequantur.

81 <sup>136</sup> *Item alius Aurelius à Chulabi dixit:*

*2. Ican. 1.* Ioannes Apostolus in Epistola sua posuit dicens: Si quis ad vos venit, & doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum vestram, & aue, illi ne dixeritis. Qui enim dixerit illi, aue, & communicat factis eius malis. Quo modo admitti tales temere in domum Dei possunt, qui in domum nostram priuatam admitti prohibentur? aut quo modo cum eis <sup>137</sup> sine Ecclesie baptismi communicare possumus, quibus si, aue, tantum dixerimus, factis eorum malis communicamus?

82 *Confessor* <sup>138</sup> *Litticus à Gemelis dixit:*

*Mat. 15.* Cæcus si cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. Cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quenquam, utpote cæcos, baptismum eorum non valet.

83, 84, 85. <sup>139</sup> *Natalis ab Oca dixit:*

Tam ego præfens, quam Pompeius Sabratenis, quam etiam Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandauerunt corpore quidem absentes, spiritu præfentes, censemus quod & collegæ nostri, quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi Ecclesiastico baptismi baptizati fuerint.

86 <sup>140</sup> *Iunius à Neapoli dixit:*

Ab eo quod semel censuimus non recedo, vt hæreticos venientes ad Ecclesiam baptizemus.

87 <sup>141</sup> *Confessor & martyr Cyprianus à Carthagine dixit:*

*1. Ican. 2.* Meam sententiam plenissime exprimit epistola quæ ad Iubaianum collegam nostrum scripta est; hæreticos secundum cūagelicam & Apostolicam contestationem aduersarios Christi & antichristos appellatos, quando ad Ecclesiam venerint, vnico Ecclesie baptismi baptizandos esse, vt possint fieri de aduersariis amici, & de antichristis Christiani.

ADNOTATIONES  
in Conciliū Carthaginense.

1. Cum in vnum Carthagini conuenissent Kalendis Septembris] *Sic cum excusis Cambro. codex, Prolog.*

*Affliginensis vero cum Marchin. Dun. & Blandin. legunt: Carthagine, D. August. Carthaginiem. Eligat lector quod volet. Atqui: Kalendis, cum Ms. legit idem Augustinus, pro eo quod alij: Calendis.*

2. litteræ Iubaiani] *Magis probari hanc lectionem quæ quod legit Græci: Iubiani, aut Angli. codex: Iubaiani, supra diximus epistola ad Iubaianum. Certe D. Augustin. nobiscum etiam Ms. constanter legit.*

3. Audistis Collegæ dilectissimi] *Crat hæc verba D. Augustin. de baptismo contra Donatistas. lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap. 3. & lib. 6. cap. 6. & late excutit singula toto libro secundo, vt eos doceat exemplo Cypriani, & si sententiis differant, in pace tamen unitatis manere oportere. Quum autem vel ipso illo & D. Hierony. contra Lucife. testibus, de collegis suis loquatur, frustra detorsit quæsiham contra primatum Romani Pontificis illud: Neque enim quisquam nostrum Episcopum Episcoporum se esse constituit. Verum de hoc latius supra epistola ad Quintum.*

4. & quid ego] *Tribus locis diuus Augusti. quid-que ego.*

5. sed etiam instructum se esse gratias egit] *Præter Cambrensem non habent Ms. nostri: instructū se esse, Verum legit ubique Aug. etiam in Ms. Afflig. codice.*

6. aut à iure communicationis] *Sine hoc legas cum Manutio & Cambrensi codice, siue: communionis, quod Constanter D. Augustinus & ceteri Ms. perinde est.*

7. quando habeat omnis, &c.] *Adnotat hic Erasimus, Cum sacramenti res tractetur ac fidei, vnumque suo relinqui iudicio. Quod nimis crude ab illo dictum est, neque enim id verum est, præterquam (iuxta quod interpretatur D. Augu. dict. lib. 3. ca. 3.) in his questionibus, que nondum eliquatissima perspectione discussæ sunt.*

8. tamque iudicari ab alio non possit, quam nec ipse potest] *Recte sic meo iudicio Manutius & Morelius, nam non multum dissentiunt Ms. Afflig. Dunen. Marchin. Blandin. & Cauchij legentes: tam quod, &c. quam. Antea erat in excusis: tanquam, &c. quum. D. Augustin. etiam libri 2. cap. 2. contra Donat. tanquam, &c. quomodo, & lib. 6. cap. 6. sicut excusis: quum. Quare & illum utrobique sic castigandum censeseo, præsertim quum posteriori loco legat ipse utrobique: potest, & nobiscum legat supra citatus Ms. Affligin. Augustini cod.*

9. qui vnus & solus habet potestatem] *Hæc quoque lectio apud illum substituenda est, dicti lib. 2. cap. 2. in locum eius quod legit: qui vnus est solus habens, nam illud habet Ms. & in aliis duobus locis apud ipsum legitur.*

10. Cæcilius à Bilita] *Ms. præter Cambrenem, ab Sententia pri-  
ma. Hilita, sic & August. Ms. Verum prius habet D. August. excusis dicti libri 6. 8. cap. Neutrū tamē reperitur apud Plinium aut Ptolomeum, nisi forte eadem sit ciuitas quam Bentrā vocat Ptolomeus in Mauritania Tingitana, aut Butram prope Syrtis in Africa.*



11. Ego vnum baptisma in Ecclesia sola] Ms. 4. & Cauchij: solum, at prius cum excusis legit Cambron. cod. & D. August. & confirmatur ex eo quod postea sequitur: soli Ecclesia. Sic autem respondet Augustinus, ut ostendat omnia hac competere etiam in peccatores, qui tamen baptisma vere administrant.
12. per mendacium aguntur] Ms. quatuor: geruntur.
13. ut antistes diaboli Eucharistiam audeant facere] Ex Ms. nostrorum omnium lectione plurale pro singulari substitui. Legit tamen singulare August. Ms.
14. Primus à Misgirpa] sic Ms. quatuor, nec multo differt quod habet Cambron. Misgirpa, pro eo quod habebant excusis cum D. Augustino: Migirpa, De eadem ciuitate intelligo, quod in concilio 3. Carthag. sententiam dicit Titus Argirintensis, seu Argirintensis, ut potius legendum sit: Migirpensis. Omissi verò cum Ms. & Manutio quod inter se habent: Felix, tum in excusis, tum apud D. Augustinum dicti libri 9. cap. eo quod Primus Episcopus supra Tomo primo cum aliis epistola 68. scripserit.
15. cum non sit baptisma] Variant codices hic & paulo post. Cambron. hic: baptismum, postea: baptisma. Contra alij Ms. quatuor, & Cauchij hic: baptisma, deinde: baptismum. D. verò August. cum Manutio utrobique: baptisma. Distinguit autem, inter non esse baptismum & sine salute dari.
16. Polycarpus ab Adrumeto] Huius supra sit mentio epistola 45. ubi Adrumetinae Coloniam vocat, & plerique Ms. cum aspiratione legunt. Hic contra Ms. & excusis omnes praeter D. Augustin. dicti libri cap. 11. sine aspiratione, quomodo & Victor Vitensis hyst. Vandal. lib. 3. ac primum Carthaginense concilium. Plinius quoque dicti libri. Caesar comment. l. 5. & Salustius iuxta excusos cod. Rursum pro eo quod alij: Adrumetum, Affligin, Dun, Marchin, & Blandin. codices legunt: Adrumetum, & Salustius Ms. in Iugurtha cum Solino: Hadrimetus, Item Plinius & Mela cum Augustino, & semel Ptolomeus, ac Victor Vitensis: Adrumetum. Prima lectio maxime placet, eo quod Ptolomei sit Geogr. lib. 4. cap. 3. & lib. 8. Afric. tab. 2. qui eam collocat inter Aphrodisium & Leptim paruum iuxta mare in regione Africa, quam Byzacium vocat Plinius. (Ita enim ibi castigandus est) & similiter D. Augustinus de vnit. eccles. cap. 15. pro eo quod legitur: Byzantium nam D. Hierony. seu potius Beda de locis Aët. Apost. ca. 27. Hadrumetum collocat in Byzacio regione Africa, & ipse D. Augustin. epist. 48. Byzacium legit. Porro Coloniam dictam puto Adrumetum, aut quod à Tyro auctor sit illi populus teste Solino, aut quod Romani illuc Coloniam deduxerint.
17. nostrum euacuant] solus Erasmus: haereticis communicant, & prius legit etiam D. Augustinus, dicens baptismum neque haereticorum neque nostrum esse, sed Christi.
18. Nouatus à Thamugade] Placet hanc excusis vulgatorum & Diui Augustini lectio, praeter illa Cambronensis & Manutij cum Morelio: Thamogade, aut caeterorum Ms. Thonogade; eo quod in Concilio Hippo-nensi sententiam dicit Lupianus Thamugadensis, & Optati ac Gaudenij Thamugadensium Episcoporum meminerit D. Augustin. contra Parmen. lib. 2. cap. 4. ac contra Gaudenium lib. 1. cap. 1. & Thamugade apud eundem legatur epistola 62. Atque adeo apud Ptolomeum dictis locis ita legendum censio, pro eo quod ibi reperitur in Legione tertia Augusta: Thanutada; praeterquam quum etiam in Concil. Carthag. 3. mendose lectum fuerit: Thamudatensis. Collocat autem eam iuxta Thevestam, quae infra Thebeste vocatur.
19. secundum decretum collegarum nostrorum] Eiusdem decreti meminit epistola ad Stephanum Cyprianum, atque adeo & hinc confirmatur nostra sententia de communione Laica, id est, inter Laicos.
20. Nemesianus à Thubunis] Manutius & Morelius, Thubunas, ad quod accedunt Ms. 4. legentes: Thabanas, verum placet prius excusorum lectio, quod sic legat D. Augustinus dicti libri cap. 12. & Cauchij cod. accedit etiam eo, quod legit Cambron. cod. Thucunis. Ptolomeus verò lib. 4. cap. 2. & in tab. 2. Africa collocat ciuitatem: Thubunam, in Mauritania Caesariensi, haud procul à Germana. Thubunis etiam Cresconius subscripsit concil. Carthagin. 3. & D. Augusti. epistola 70. aliquid gestum narrat apud Thubunas.
21. falsi Christi sunt] Ms. quatuor: Christiani.
22. Deserit enim vias] Manutius & Morelius: Deseruit. Nobiscum verò legunt idem Ms. & Cauchij cod. accedit & illud Cambronensis: derelinquit, D. etiam Augustinus modo hoc, modo illud legit, diligentissime omnes scripturas hic citatas discutens: apud quem prorsus legendum: agelli sui, pro eo quod corrupte est haecenus: angeli sui, nam consentit August. Ms. Qui etiam: errat, legit, non: errauit.
23. & terram destinata sit, contrahit autem manibus infructuosa] Hoc illorum uterque, Ms. 4. Cypriani, & vnus Augustini, ac Cauchius, pro eo quod Cambronensis cum excusis: & terram destinata à messe, colligit autem manibus sterilitatem. D. August. excusis modo istud, modo illud, praeterquam quod legat: consequitur, pro: contrahit. Vera lectio sit verior, iudicare nequius, quum locum hunc scriptura nusquam reperire licuerit.
24. utroque sacramento] Manus impositionis nepe ut baptismi, de quibus latius epistola ad Stephanum.
25. vnus Deus] Non habent quidem istud Ms. praeter Cambronens. neque Manut. verum quod & Apostolus & D. August. id legat, denuo adiecimus.
26. Haec omnia Ecclesia Catholica loquitur] Contra hic praetermissi interiectam particulam: in, quod neque D. August. neque Ms. habent. Adiecimus rursum: eos, ex iisdem.
27. incestum, idololatriam, &c.] Hinc patet variis fuisse olim noui Testamenti versiones, aliter enim hic aliter supra Cyprianus.
28. Ianuarius à Lambæse] Sine cum diphthongo 6. legas cum Dun. March. et Cauchio, sine aliter, prinde est. Collocatur autem Lambæsa in Numidia à Ptolomeo 2. Africa tab. supra epist. 55. appellata: Lambestiana Colonia. Vide D. August. cap. 13.
29. Lucius à Castrogalbæ] Lectionem hanc collegi, partim ex Manutio, partim ex Cambronensi codice, quorum ille: Castrogalba, iste: Castrogalba; antea non satis Latine excusis cum diuo Augu. & aliis Ms. legebat: Castrogalba. Suspicio autem fuisse castrum à Galba Caesare extructum, praeterquam quum apud Ptolomeum in Africa reperire sit etiam castra Cornelia & Castra Ger-

- Germanorum. Respondet autem ad rationes huius August. dicti libri cap. 14.
30. Crescens à Cirta] Cirta seu Ciriba ciuitatis meminerat Optatus libro primo contra Parmen. & Diuus Augustinus lib. 3. contra Crescen. cap. 26. qui ad eundem lib. 1. cap. 5. Ciribensem vocat Petilianum contra quem scripsit (quare legendum quoque Cirtenis, apud eundem contra Fulgent. Donat. & Possidium in vita eiusdem, pro eo quod est: Circesis, & contra Petil. lib. 3. cap. 57. ubi est: Cutenis, ac de unico Bapt. ca. 17. ubi legitur Coriensis; nam Sylluanum, de quo utrobique: Ciribensem vocat contra Cresc. lib. 3. cap. 27. idem censio de epistola 150. quae hodie perperam Circesibus inscribitur) in Numidia autem & Plinius dicti libri cap. 3. Coloniā Cirtam Sittianorum cognomine, & Ptolomeus Cirtam Iuliam & Cirtenes populos collocat, haud procul à Vaga & Laribus: meminit etiam Cirta Salustius in Iugurtha, & Caesar loco citato, fuisse eam dicit regni Bogudis oppidum opulentissimum, de qua etiam late Strabo lib. ult. Hodie Constantina nuncupatur.
31. item quae ad Stephanum] D. Augustinus dicti libri cap. 15. ubi huius sententiae verba tractat, negat à se vnā epistolam hanc Cypriani ad Stephanum, sed aliam, in qua nulla mentio haereticorum baptismi, quam non dubito esse illam quae est num. 67. Cuius autem hic meminit, habetur supra numero 72.
32. Nicomedes à Segerimis] Huius oppidi nulla vltima mentio. De sententia ipsa vide D. Augustin. dicti libri cap. 16.
33. Munnulus à Girba] Legendum: Munnulus, supra diximus epistola 54. Placet etiam magis: Girba, quod habent Manut. & Morel. cum Ms. Cambronen. Dunen. Marchin. & Cauchij, quam: Girpa, quod cum D. Augustino dicti libri cap. 17. codic. excusis & Affliginensis cum Blandin. codice, eo quod Victoris Garbensis meminerit Optatus contra Parm. lib. 2. & eundem à Garbe nuncupet D. Augustinus contra Cresc. lib. 3. cap. 27. praeterquam quum ipse etiam August. Ms. Afflig. prius illud legat.
34. damnationis ira & erroris offectura] Prae alius placet hanc lectio. In excusis & Cambronensi cod. erat: ira & erroris offensam; in aliis Ms. itam & erroris offecturam; apud D. Augustinum excus. ita & erroris offocatum, seu: offectura; apud eundem Ms. ita & erroris offectura.
35. Secundinus à Cedia] De hac quoque ciuitate nihil compertum habeo. Ms. verò omnes legunt: Cedia, cum Manutio, pro eo quod Morelius: Chedias, & excusis cum D. Augu. dicti libri ca. 18. Chezas, vel: Chezias.
36. amici appellati sumus Dei, eius dignatione] Ms. quidem praeter Cambronensem cum D. Augustino legunt: de eius dignatione, sed corrupte, ut patet ex ipso D. August. verbis sequentibus: ut ab amicis Dei baptizentur.
37. Felix à Bagai] Lectionem hanc Manutij & Morelij confirmat Cambronensis codex, & D. Augustinum dicti libri cap. 19. tum contra Parmen. lib. 3. cap. 4. & contra Cresc. lib. 3. cap. 17. ac post collat. ca. 19. ubi Bagaitani Donatistarum concilij meminit: item Optatus contra Parmen. lib. 3. cum de Bagaiensi Donato loquitur. Nec dissentiant ceteri Ms. legentes vitio scribarum: ab Agai. Antea excusis corrupte: à Bigai, Augustin. Ms. à Bagoci. Existimo autem hanc eandem esse ciuitatem quae
- Vagæ, nomine collocatur à Ptolomeo in Mauritania Caesariensi, ut Graece scriptum fuerit ab ipso: Βάγαι, & Latine interpretatum: Vagae, postea concretis vitio operarum duabus litteris in diphthongum. Praeterquam quum dictum concilium Donatistarum nuncupet D. Augustin. lib. de Vnit. cap. 16. Vagaitanum, & eiusdem sententia Vagaitanum epistola 151.
38. Polianus à Mileo] Etiam hic cum illis consentiunt Ms. pro eo quod erat: Pollianus, & veram hanc esse lectionem patet ex Epigraphe epistolarum supra 78. & 80. Quare & apud D. August. dicti libri cap. 20. ita legendum, & pro: Mileo, quod ibi legitur: Mileo, aut: Mileuo. Nam mileuum oppidum recensetur ab eodem epistola 168. & mileuitarum Episcopum Optatum citat contra epistolam Parmen. libri 1. cap. 3. Quare & apud Ptolomeum legendum censio: Mileum, ubi est: Mircum, iuxta Laris in Numidia. Quibus rite perpensis, Mileuitanum illud celebre concilium aduersus Pelag. in hac potius ciuitate conuenisse sentio, quam in insula Melita, ut plerique opinantur, praeterquam quum ipsi Patres eius concilij sic alloquantur Innocentium Pontificem Romanum: De concilio Numidae ad te scripta direximus, & inter Numidiam & Melitam non mare duntaxat, sed & Africa & Byzacium sint intermedia.
39. Theogenes ab Hippone Regio] Cambronensis: Theogenis, sed non placet, quum illud legat D. Augustinus dicti libri cap. 21. Hippo Regius vero (quod Ms. omnes cum Ἰλλων legunt) fuit Episcopatus ipsius Diui Augustini, cuius Numidae ad mare sita, & regione Thabraca iuxta Ptolomeum, cuius meminerunt etiam Plinius, Solinus, Mela & Salustius in Iugurtha; capta à Vandalis & deuastata, teste Vict. lib. 1. (ubi lego: Hippone Regio, pro eo quod est: Regiorum) iam olim mortuo, uti & in vita ipsius D. Possidii profectur, qui in ea, presbytero adhuc diuo Augusti, celebratum dicit Hippo-nense Concilium. Existimat plerique hodie vocari Bonam.
40. Datius à Badis] Etiam hic in 4. Ms. perperam ex peruersa litterarum diuisione legebatur: ab Adis, nam Bada Colonia recensetur à Ptolomeo in Mauritania Caesariensi, iuxta Zuchabarim; vide responsum D. Augusti. dicti libri cap. 22.
41. Successus ab Abbit Germanicana] Lectionem hanc Manutij & Morelij cum Ms. praeterquam quod legant: Abbyt, confirmat concilium Carthag. 7. in quo sententiam profert Candidus Abbitanus Germaniciorum; castigandus est itaque & D. Augustin. dicti libri cap. 23. ubi cum excusis legitur: à bit Germanicana, nam habet etiam Ms. illud prius. Ego verò idem esse oppidum Abonense existimarem, quod enumerat Plinius in Africa; nisi adderetur in dicto concilio, Numidae Proconsularis.
42. Fortunatus à Tuchabori] Sic lego cum Ms. 17. praeter Cambronensem, eo quod magis accedat ad ciuitatem quam, uti modo diximus, Ptolomeus in Mauritania Caesar. collocat nomine: Zuchabori, apud quem etiam reperitur in Africa montes: Chuzabari.
43. super petram aedificauit Ecclesiam] Manutius: super Petrum, sed praeterquam quod Ms. prius legant, etiam id interpretatur D. Augustinus dicti libri cap. 24. quum distinguit inter aedificare super petram & super arenam. Quem secuti, cum Ms. recte legunt Morelius & Manutius: Episcopis, pro eo quod erat:



Apostolis.

18.

44. Sedarus à Thuburbo ] Recte & hoc illi cum Ms. 4. pro eo quod D. Augustin. dicti libri 1. cap. 25. cum excusis: Tuborbo, Grauius in margine: Tuborba, aut Cambronen. Turbarda, nam & ipse Augustinus libro post collat. cum Donat. cap. 22. Tuburbitani Faustini meminit, Plinius quoque inter Colonias Africe sex; Tuburbin recenset, & à Ptolomeo ciuitas Thuburbo, reperitur haud procul ab Utina.

45. velut cancre infecta ] Reposui hoc ex Ms. August. pro eo quod erat: cancer.

46. Quare omnibus pacificis quidem viribus enitendum] Hoc sic interpretatur D. Augustinus: omnibus quidem viribus enitendum, sed tamen pacificis; sic nempe, ut neminem qui dissentiat à communionis iure (iuxta quod Cyprianus monuerat) amoueamus. Unde patet genuinam esse hanc, tum ipsius, tum Ms. præter Cambronen. lectionem, præ illa excus. pacificis quidem viris, Late tractatur ibidem, quod supra citauimus epistola ad Tubaianum de baptismi forma necessaria.

47. regno colorum fiet alienus] Verba precedentia conuincunt, hoc potius legendum cum Manutio & Ms. quam quod habebant excusis: sit, aut D. Augustin. fiat; neque enim tale quid imprecabatur, qui pacem Ecclesie retinebat. Quare sic castigandus quoque D. August. consentiente etiam Ms. cod.

19.

48. Priuatius à Sufetula ] Etiam hic castigandus ille hoc pacto dicti lib. cap. 26. ex Ms. cod. cum Manutio & Morelio, pro eo quod legitur cum antea excusis: Suficula. Nam Sufetula Episcopus in Bithynia provincia locundus, subscripsit concil. 6. Carthagin. & martyrium Sufetulensis Præsidijs describit Victor Vricensis lib. 2. quare non placet quod habet Cambronen. cod. Sufecula.

20.

49. Priuatus à Sufibus] Cambron. Sufibus, ceteri Manuscripti: Sufibus, primum nobiscum legit D. August. dicti lib. cap. 27. alibi huius nulla mentio.

21.

50. Hortensianus à Laribus] Ms. quidem: Portentianus, sed male; quum Hortensianus sequens fiat mentio inter epistolas Cypriani, & prius etiam legit D. Augustinus dicti libri cap. 28. Laris, autem (quod etiam lego apud Salustium in lugurtha pro eo quod est: Laris) collocat Ptolomeus in Numidia iuxta Mireum uti supra diximus. Larenis etiam ciuitatis meminit Victor Vricensis lib. 2. quare corrupte legit Camb. cod. à Salaribus.

22.

51. Cassius à Macomadibus] Ms. 4. Cassius à Machomadibus. Verum prius placet, tum quod sic cum Cambronensi codice & excus. legit D. Augustin. dicti libri cap. 29. & in margine: Cassianus, tum quod Macomadensis Donati mentio est apud eundem lib. 2. contra Crescen. cap. 10. Collocat autem Plinius Macomades in Byzacio; quare & Ptolomeus castigandus, & legendum: Macomada, pro eo quod est: Macodama.

52. sed fidei Domini domesticos] Recens aduicis: Domini, ex manuscriptis; quod bis id legit D. Augustinus.

23.

53. Alius Iannarius à vico Cæsaris] Tractat hoc D. Augustinus dicti libri cap. 30. Scripsit autem Vicum Cæsaris eundem esse, quem Ptolomeus Iolcaeam vocat, à qua Cæsariensis Mauritania dicta est. De qua Latinus

ita Plinius: Oppidumque ibi celeberrimum Cæsarea antea vocata: tum Iol, tuba regia, à diuo Claudio Colonia iure donata, eiusdem iussi deductis veteranis. Reperitur hodie è regione Argiera, & quidam Bugiam miscuunt.

24.

54. Alius Secundinus à Carpis] Et si Ms. Marchinensis & Dunensis legunt: à Carpos, cum Manutio & Morelio, nec multum dissentiat quod habent Affliginensis Blandiniensis: à corpus, prior lectio Diui Augustini, dicti libri cap. 3. & excusorum magis placet, eo quod in Africa Carpi oppidum, recensatur à Plinio, & Carpis à Ptolomeo iuxta Maxulam maritimam ciuitas; certe & Optatus lib. 2. gesta apud Carpos narrat, & Carpenis Pentadius 7. concilio Carthagin. subscripsit.

55. quomodo Christianos faciunt] Augustin. Ms. bis non aliud, quam: quomodo fiant.

25.

56. Victorius à Thabraca] Thabraca Colonia sita est iuxta tabul. Ptolom. inter Hipponem Regium & Hipponem Diarrhytum, quam Numidia continebat Plinius dicto lib. 2. Ptolomeus vero usque ad eam Numidiam extendit. Quare Mela non recte & Hipponem Regium & Thabracam in Africa collocat. In ea olim Thabraccum monasterium, cuius meminit Victor Vricensis lib. 1. Vide autem D. Augustin. dicti libri cap. 32.

57. ut hereticos appellemus] D. Augustin. & Manutio hanc lectionem, confirmant Ms. omnes. Antea erat: & hereticos appellamus.

26.

58. Alius Felix ab Vthina] Vthina, in tabul. Ptolom. adiacet: Magade statio in Carthaginiensi provincia, & inter sex colonias enumerat Vthomam: Almus; D. Augustin. dicti libri cap. 33. sine aspiratione legit cum Ms. subscripsit & Concil. Arelat. 2. Lampadius Vrinus Episcopus.

27.

59. Quictus à Buruch] Ex lectione Manutio & Morelij: Burug; ob affinitatem litterarum g. & ch. colligo illud genuinum esse, pro eo quod excusis & D. Augustin. dicti libri cap. 34. Buruc. Nusquam certe alibi huius vestigium, nisi si ab hac dicatur Faustus Buronitanus apud Vricem Vric. l. 1.

60. credula obsecratione] Placet hæc Diui Augustini & quatuor Ms. lectio, quia præmittitur: Qui fide viuimus; Cambronensis cum excusis habebat: ledula.

61. Qui baptizatur à mortuo] Quandoquidem neque excusis neque Ms. hic aut alibi, neque ipse alius locis. Diuus Augustinus aduertit: & iterum tangit mortuum, cuius etiam apud illum hoc omittendum dict. cap. præsertim quum ad ea verba non responderet, nec reperitur in Ms. Augustini cod.

28.

62. de tingentibus loquitur] Cambron. tingentibus.

63. Castus à Sicca] Sicca (cuius meminit etiam Salustius in lugurtha) à Plinio Numidia quoque attribuitur, à Ptolomeo vero Legioni tertie Auguste, dicta ab eo Sicca Veneria. Meminit & Sicensis ciuitatis Victor Vricensis lib. 2. Sicensis Fortunatiani D. Augustin. epistola 111. Quare & in primo concilio Carthagin. ita legendum puto, pro eo quod est: Sincensis Patritius. Atqui hic Manuscripti quatuor legunt: Faustus, sed prius legit cum Cambronensi codice D. Augustinus dicti lib. cap. 35.

64. Ecclesia eius instruitur] Hæc lectio Manu. confirmatur

matur à D. Augustino & Ms. præter Cambronensem; antea erat: Ecclesie eius instruitur. Adnotat autem tum dict. c. tum lib. 3. c. 1. fateri istum, contrariam fuisse ecclesie consuetudinem.

29.

65. Euchratius à Thenis] Genuinum esse: Euchratius, pro eo quod hic & Tomo primo: Eucratius, legitur, dum illi inscribitur epistola 61. colligo tum ex Dunensi & Marchio. cod. sic legentibus, tum eo quod legit Affliginensis: Euchratius, & Blandin. Euchratius, tum denique quod dicta epistola Ms. legant: Eucratius. Atqui Thena seu quod legit Ptolomeus Theanensis, ciuitas est in Byzacio maritima, iuxta Macomades. De qua sic Strabo libro ultimo: Cepit etiam Casar primo adortu insulam, & Thenam urbem maximam.

66. perimpleuit] Ita Ms. cum Manutio, phrisis Africana; quare & D. August. sic castigandus dicti libri 6. c. 36. præsertim consentiente Ms.

67. omni detestatione] August. Ms. communi contestatione.

68. de quorum ore virus non vita] Hæc e contrario D. August. lectio confirmatur à Ms. 4. & Cæbr. ad marg. erat detestatio: de quorum baptizate non vita.

69. Libofus à Vaga] Excusis codices, atque D. August. dicti libri c. 37. legunt: ab Agra, sine: ab Aga, Ms. vero omnes & ex illis Manutio & Morelius prius legunt, sed & ipse Augustinus dicti libri 3. c. 6. ubi denno hinc vetustum contrariam consuetudinem probat, habet: Libofus Vagenis. Vaga autem à Ptolomeo in Numidia, è regione Cirthe collocatur. Vagenis etiam oppidi meminit Plinius & Silius Italicus lib. 3. Agra contra nulla mentio, nisi forte eadem sit quam Casar comm. lib. 5. oppidum Agra vocat, distans sedecim milibus passuum à Thapsi ciuitate, cui vicina videtur facere Zertam & Vaccam oppida, quorum etiam Ptolomeus meminit.

70. Itaque veritate manifestata, cedit consuetudo veritati] Nulli quidem hoc habent, Ms. sed duntaxat: ego sum consuetudo veritatis, at genuinum esse patet ex stroque D. August. loco.

71. nunc baptizare incipiat] Optime hoc primi Manutio & Morelius, nam & Augustinus legit & Ms. antea contrario sensu legebatur: nec nunc, corruptissime.

72. Lucius à Thebeste] Lucius, reposui ex Ms. eo quod in epistolis Cypriani plures legantur eius nominis, nemo vero: Leutius; & confirmat quod infra ubi Lucius 62. loco sententiam dicit, præmittitur: Alius. Atqui legit quidem Optatus contra Parmen. lib. 2. Theuestia, & Ptolomeus collocat Theuestiam in dicta Legionem tertiam, verum D. Hierony. proemio in epistolam ad Galathas: Prætereo (inquit) Thebes Liberi quas in Africa condidit, quæ ciuitas nunc Thebeste dicitur. Magis igitur placet: Thebeste, quod habent manuscripti quatuor, tum ob iam dictam eius originem, tum quod diuus Augusti. exc. dicti libri sexti c. 38. cum vulgatis excusis legit: Thebeste, & Ms. Thebeste, Cambron. quoque: Thebeme.

73. Eugenius ab Ammædera] Ex cognatione litterarum d. & el. irrepperat mendam apud Diuum Augustinum dicti libri capite trigesimo nono & in vulg. exc. Amadera enim est apud Ptolomeum, haud procul Theuestia iam dicta. Atque adeo non placet etiam,

quod legunt Afflig. & Blandin. cod. Immedra, præsertim cum nobiscum legat August. Ms. qui tamen habet: Eugeideus.

74. Item alius Felix ab Amaccura] Accedit magis hæc Manu. lectio ad id quod habent quatuor Ms. ab Amachora, pro quo D. Augustin. exc. dicti libri c. 40. ab Accurra, Ms. vero & hic prius exc. ab Accura, Cambron. cod. ab Hamuccura, Morel. denique: à Maccura. Hinc autem patet, verissimum esse quod dixit Plin. dicti libri initio, Africe populorum & oppidorum nomina ineffabilia esse, præterquam ipsorum linguis.

75. quia alienis esse non potest] Ita diuus Augustin. & veram esse lectionem ex verbis eius sequentibus colligitur. Alioqui certe magis placeret Ms. 4. & Cæsterij illa: quia alienis esse non potest. Antea excusis cum Camb. cod. qui alieni sunt nobiscum esse non possunt.

76. Item alius Ianuarius Muzulensis] Sic D. Augustinus dicti libri cap. 41. Manuscripti & excusis omnes præter Cambronen. qui legit: à Mubucha. Neutrius reperi apud Geographos, nisi forte pro Misulanis populis, quos enumerat Plinius, & collocat ab Audo monte Numidia Australiores Ptolomeus: Misulani, legendum sit: aut Misula, apud Salustium in lugurtha, ubi est Muthul, seu Muthula.

77. Adelphius à Thasualre] Reuisum hic variant exemplaria in litteris b & u. Nam Ms. 4. cum Manutio illud legunt, nec dissentit Affligin. illud: Thesualtre D. vero Augustin. dicti libri c. 42. cum prius excusis: Thasbalte.

78. quando Ecclesia hereticos non rebaptizet sed baptizet] Ex D. Augustini responsio confirmatur hæc ipsius & Ms. quinque lectio, antea erat: ab Ecclesia hereticus non rebaptizetur, sed baptizetur.

79. Demetrius Aleptiminus] Hoc rectè Manutio cum Ms. Cyp. & Augustin. exemplaribus, pro eo quod D. Augustin. dicti libri c. 43. cum antea excusis: Aleptunius, nam vox est more Africano composita, sicut infra vox Leptimagoentis; quorum illud rectè interpretatur Cauchius: à Lept: minore, hoc à Lepti magna. Collocatur autem Leptus parua & à Plinio & à Ptolomeo in Byzacio maritima, expugnata olim à Tullio Casare, nostra vero tempestate à Carolo quinto Casare Augusto. Nam tabul. Ptolomei prorsus mihi persuadent, ut assentiar clariß. V. Dn. Cornelio Scheppe-ro, qui Africam oppidum putat esse Leptim parua, non Aphrodisium; quippe quum oram maritimam à Tunceto circumlegentibus, iuxta Ptolomeum primum occurrat Aphrodisium, ac deinde Adrumetum; & tamen in descriptione Tuncensis Regionis prius occurrat Adrumetum, quam Africa. Deinde non ita in mare prominebat Aphrodisium, uti Leptis & hodie Africa.

80. Ecclesie catholice solij] Ms. non habent: catholica; sed id legit D. Augustinus.

81. Vincentius à Thibati] Quum supra etiam ad Thibaritanos scribatur epistola 56. miror Geographos huius non meminisse, nisi sit ciuitas Thubusica aut Thuburnica apud Ptolomeum in Numidia, aut Thubur Succubare apud diuum Augustinum lib. contra Petil. 3. cap. 34.

82. habemus utique regulam veritatis] D. August. M m v



- iciti libri 8. cap. ultimo: habent.
- 83. baptizantes eos] sine hoc legas cum excusis. sine cum Ms. & D. Augustini. tingentes, perinde est; alibi enim est eadem varietas.
- 84. per manus impositionem in exorcismo] sic Ms. cum D. Aug. pro eo quod erat: exorcismi; ubi pulchre ad hoc respondet.
- 38. 85. Marcus à Maclari] Ms. Dunensis, marchinen. & Cauchij: Machtri, Afflig. & Blandiniens: Machri. Primum autem habet Cambrensis cum excusis, & D. August. libro septimo contra Donatist. c. 2. Alibi de hac mirum silentium.
- 86. Propterea decernimus] Ms. decreuimus, at ter illud legit D. August.
- 39. 87. Sattius à Sicilibba] Legendum: Sattius, non: Stacius, supra diximus epistola LIII. hic autem etiam sic legitur Ms. & accedit quàm proximè quod habet diuus Augustinus dicti libri septimi c. 3. Sattius. Placet autem lectio manu: Sicilibba, & Augustini. Ms. per illa Aug. exc. & prius excusi: Sicilippa, quia in 7. Carthag. concilio subscripsit Prætextatus Sicilibrensis, ubi lego: Sicilibbensis.
- 88. Victor à Gor] Ms. Chor, prius tamen D. August. dicti libri c. 4. Neque vero de hac aliquid habeo, nisi forte sit insula Gerra, quam collocat Ptolomeus iuxta Syrtim parvam.
- 41. 89. Aurelius ab Vtica] Vtica frequens mentio apud salustium in Iugurtha, & Casarem comm. lib. 5. Hac teste Meli, fatis Catonis insignis, & magnitudine (inquit Strabo libro ultimo) & auctoritate secunda post Carthaginem, & ea excisa Metropolis & receptaculum Romanorum ad res in Libia gerendas, eodem in situ quo Carthago, ad alterum ex promontorijs que sinum faciunt; flumine Bagrada intermedio. Etiam à thænicibus seu Tyrijs (Plinio teste) condita. Et vetustiore Carthagine fuisse, indicat illud Silij Italici liber 3. Præca situ, veteresque ante arces condita Byrsa. Ptolomeus Thibicam nuncupat, neque enim litteram V. habent Greci, sed eam per T. effecerunt, uti rectè adnotauit Adolphus Mekeerus de vera lingua Græca pronuntiatione. Hodie Byrtha nuncupatur. Vide porro responsum diui Augustini, dicti libri capite quinto.
- 42. 90. Confessor Iambus à Germanicana] Diuus August. dict. lib. cap. 6. non habet: Confessor, neque 4. Ms. nostri, habet tamen cum excus. Cambren. cod. At qui Germanicana noue sit mentio in concil. Africano, & de Germanitanensibus loquitur Diuus August. epistola ad Pancarium, que 10. est in appendice Parisiensis. Suspicio eandem esse qua Germaniana nomine, apud Ptolomeum sita est in Mauritania Casariensi, ad flumen Ampsagam, qui ab illa Numidiâ disternitur.
- 91. Lucianus à Rucuma] Castigandus est etiam sic D. August. cum consentiant Ms. pro: Rucumma, dicti lib. cap. 7. Alibi nihil de hoc reperi.
- 92. baptizandos esse] Tum hic tum supra & infra aliquoties concludit sententias episcoporum Cambro. cod. clausula hac: in pace; non male, ut pateat si hac adreuerint, ut significarent se in pace ecclesie persistere velle. Verum notui in contextum inferre, eo quod neque D. August. neque Ms. alij vsquam id legant.
- 44. 93. Pelagianus à Luperciana] Camb. prius exc.

- D. August. dict. lib. cap. 8. Luperciana, prius vero cum Manut. Ms. ceteri.
- 94. Porro si hæresis] Ms. nostri præter Cambren. Proinde.
- 95. Confessor & martyr Iader à Midila] Differentiam inter confessorum & martyrem latius tractatam habes Tom. I. epistola 9. Rursus tamen præter Camb. neque Ms. neque D. August. dicti libri cap. 9. aliud legitur quàm: Iader à Midila. At qui Midila quoque nulla mentio alibi, nisi forte sit ea quam Melridam vocat Ptolomeus iuxta Bullariam in Africa.
- 96. Item alius Felix à Mazrazana] D. August. dict. lib. cap. 10. Mazrazana cum prius excus. Camb. Marigana. Illud vero cum Morel. Ms. ceteri. Neque vero hinc aliquid certi habeo.
- 97. Confessor Paulus à Bobba] Hoc substitui ex quatuor Ms. pro eo quod erat: ab Obba; neque enim huius vestigium vsquam reperire est, at Babba apud Plinium, & Baba apud Ptolomeum reperitur in Mauritania Tingitana, haud procul à Tamusida. Omissa est autem denuo à D. August. dict. lib. 11. cap. & à Ms. præter Cambren. vox: Confessor, & hic & ubique postea.
- 98. euacuauit] Quam Ms. cum August. hoc legat & hic & supra ubique non placet quod habent alij: euacuabit.
- 99. Confessor Pomponius à Dionisiana] Ita cum Manut. Ms. omnes & August. præter Cambro. qui habet: Dinisiana; lectionem tamen D. August. excus. dict. lib. cap. 12. & prius excusorum: Iosiniana, probabilem facit quod 7. conc. Carthag. subscripsit Laurentius Ioolitanus, nisi forte legendum ibi sit: Ioolitanus, nam Iosium recenset Ptolomeus in maurit. Casariensi.
- 100. Confessor Venantius à Thimisa] Ita Ms. quat. & Cambren. Thimisti, pro quo Diuus August. dicti libri cap. 13. & Manut. ac Morel. item excus. ceteri legebant: Timisa. Reperitur quidem apud Ptolomeum & Thimisa vicina Vtica, sed apud eundem reperitur: Thimisa iuxta Caradam fluium, qua vocatur à Plinio oppidum Thunisenje, & à Strabone Tunis ciuitas. Atque adeo conicio, veram & Ptolomei & huius loci lectionem esse: Tunisa, seu Thunisa; scilicet enim librariorum error in tanta litterarum similitudine. Est ea ciuitas olim Arabum, nunc Africa Regia, etiam hodie eodem loco sita, insignis memorabili expeditione Caroli quinti Romanorum Cæsaris semper Augusti ad annum 1535. qui in ipso eius portu Golettam egregie munivit; cuius Regia potentiam amplitudinem & populum mores late persequitur Ioannes Leo Africanus descript. Afr. lib. 5.
- 101. Aymnius ab Aufuaga] Sic Manut. D. August. ex dict. lib. cap. 14. cum antea excus. Aufuagiga Idem Ms. ab Aufangiga: Cambro. Aufaga, ceteri Ms. Aluaga. Aliunde nihil reperire certi potui, malo tamen legi per simplex g.
- 102. accepimus] Prorsus sic legendum cum August. e. Ms. non autem: accipimus.
- 103. Saturninus à Victoriana] Vide D. Augustini responsum dict. lib. cap. 15. qui etiam lib. 22. de ciuitate dei cap. 8. in Victoriana villa minus 30. milibus ab Hippono distante, memoriam dicit fuisse Geruasii & Protasii martyrum, & miraculum ibi factum narrat. Videtur itaque illa antea ciuitas fuisse. Nam

- & restituti Victorianensis mentionem facit epistola 166.
- 104. Alius confessor Saturninus à Thucca] Cambro. Tugga, ceteri Ms. Thuca, verum aut: Thucca, legendum cum Manutio, aut: Tucca, cum Diuo Augustino dicti lib. c. 16. nam due eius nominis ciuitates reperiuntur apud Ptolomeum, altera in Mauritania Casariensi, altera in Numidia ad flumen Rubricatum, unde & infra, qui 77. sententiam dixit, cognominatur Honoratus à Thucca.
- 105. In hunc Marcion blasphemam] Hoc ex diuo Augustino & quinque manuscriptis substitui, pro eo quod erat in Cambrensi codice, & excusis: Marcionite blasphemam. Vide autem hac de re epistolam ad Iubaianum.
- 106. Marcellus à Zama] Zamense oppidum collocatur à Plinio in Africa, & Zama maior à Ptolomeo; quantum suspicio ad distinctionem Azama seu potius alterius Zama in Numidia. Illam autem rectè dicit Strabo fuisse Iube Regiam, est enim eius rei locuples testis Casar comm. lib. 5. Vbi sibi deditam à Zamenibus narrat: Quare & dum de superatis à Casare oppidis loquitur Strabo, putò legendum: Zama, pro eo quod est: Zagma, vide responsum D. Augustini, dicti lib. c. 17.
- 107. Confessor Hircenus ab Vlulis] Aspiracionem adieci ex Ms. qui quamquam conformiter cum excusis legant: Vlulis, nec multum dissentiat illud Cambren. Vludis; censeo tamen legendum: Vzulis, seu: Vvlulis. Nam & Vzulenensis episcopus Castianus subscripsit Carthag. concil. 1. ac Theodori Vzulenensis meminit D. August. contra Cresc. lib. 3. c. 19. Ptolomeus quoque Vzulam haud procul à minori syrii collocat. Ita enim legendum pro eo quod est: Vllila, patet, ex voce Græca: Ὀυυλλᾶ quam legi illic testatur Vives in Aug.
- 108. Si ideo Ecclesia, &c.] Ita D. August. dicti lib. 7. contra Donat. c. 18. & Ms. cum excus. præter Cambren. qui longè aliter legit: Si in fide Ecclesie hæreticus non baptizet quomodo dicitur baptizatus in heresi manens.
- 109. Donatus à Cybaliana] Cum y hanc vocem legunt manuscripti, & eo accedit Cambren. illud Gubaliana. Alibi nihil de hac reperi, præterquam apud D. Augustinum, qui dicti libri c. 19. cum alijs excusis legit: Cibaliana.
- 110. Zoimus à Tharassa] Hoc ex Ms. Affligim. Dunen. & Cauchij cum diuo Augustino lib. 3. contra Donat. c. 7. pro eo quod alij: Zoimus. Pro: Tharassa, solus Cambrenensis: Tharafa, neutrum reperi apud Geographos. D. August. responsum etiam habes dicti lib. 7. c. 20.
- 111. Iulianus à Telepte] Ms. Thelepte, Cambro. Telepte; sed prius habet Diuus Augustinus, dict. lib. cap. 21. & accedit quod Synodo Mileuitana subscripsit Donatianus Telepiensis (pro quo lego: Teleptensis) prima sedis Bizacene prouincie. Quare miror nullam huius apud Plinium aut Ptolomeum mentionem fieri, nisi forte sit eadem quam Zalaptam vocat iste, è regione Macomada.
- 112. Confessor Faustus à Timida Regia] Constanter sic Diuus Augustinus, dict. lib. cap. 22. & ceteri omnes: Nescio an eadem sit; que apud Ptolomeum Timida nomine; sita est iuxta Zamam maiorem. Propius

- autem accedit Thirmida apud Salustium in Iugurtha.
- 113. Geminus à Futnis] Vide supra epistolam ad Furnitanos num. 66. Atqui de Furnis nulla mentio, præterquam apud Vict. Vric. Vbi legitur Mansuetus Vricitanus incensus in porta Furnitana. Nam sic lego, pro eo quod ibi est: Formitana. Diuus Augustinus hoc tractat. dict. lib. cap. 23.
- 114. Rogatianus à Noua] Tractat hoc ibidem Diuus August. cap. 24. Conicio autem nouam eandem esse quam Oppidum nouum Plinius & Oppidoneum Ptolomeus nuncupat, in Mauritania Casariensi.
- 115. Confessor Therapius à Bulla] Denuo addidimus aspiracionem ex Ms. cum Diuo Augustino dict. lib. cap. 25. Bulla autem duplex recensetur à Ptolomeo, nempe in Numidia Bulla regia (nam sic legendum conicio ex Plinio, pro eo quod est: Bullaria) & in Africa Bulla mensa. Certè Bullensis Regiensis Epigonius subscripsit Concil. 3. Carthag. Suspicio eandem esse à qua Villaregiensis Candidus nuncupatur, apud Diuum Augustinum, contra Cresc. lib. 2. cap. 10. & fortassis apud Opt. contra Parm. lib. 2. pro Ballitanus, Bonifacius, legendum est Bullitanus.
- 116. Item alius Lucius à Membresa] Vnicef. hanc dictionem lego, tum quod 4. Ms. legant: Membresa, tum quod Diuus Augustinus, lib. 3. contra epist. Parm. cap. 6. Saluij Membresitani meminit. Tractat vero ipse huius loci verba, saepe dict. lib. cap. 26.
- 117. Item alius Felix à Buflaceni] Cambren. Buflacemi, Morel. Buflacenis, cum Augustino, lib. 3. contra Donat. c. 8. Idem tamen legit lib. 7. c. 27. ab Vlaccenis, siue iuxta Ms. à Buflacenis, Ms. Blandin. & Marchimien. ab Vtblacceni, Dunen. ab Vtblacceni, Affligimien. ab Vtblacceni, vsque adeo ut mera coniectura hic sit opus. Fortassis legendum: ab Vfalli colonia, quam Vrice vicinam dicit D. Augustinus de ciuitate dei lib. 22. c. 18. miraculis diui Stephani illustrem, & Vsaletum vocatur à Plinio; aut quod malim à Bylacena, qua collocatur à Ptolomeo in Eysacio, cuius episcopi martyrium describit Victor Vricensis libro 2.
- 118. Alius Saturninus ab Auitinis] Prorsus aut hoc modo legendum cum Manutio & quinque manuscriptis, aut cum Cambrensi: ab Auitinis. Nam de crudelitate Auitinensium Donatistarum, conqueritur D. Augustinus, lib. 3. contra epist. Parmien. c. ult. & Auita ciuitas collocatur à Ptolomeo in prouincia Carthaginensi. De iisdem autem loqui eos, conuincit vicinitas litterarum V. & B. Quare & D. August. sic castigandus dicti lib. contra Donat. c. 28. ubi legit sicut olim exc. ab itinis, neque placet etiam quod habet Morelius: à Vitinis.
- 119. Quintus ab Aggya] Sic Manutius & Morel. Antea exc. cum Cambrensi & D. Augustini, dicti lib. c. 29. ab Aggya, ceteri Ms. ab Achia. Suspicio esse alteram duarum urbium in Mauritania Casar. quarum vna AuZIA, altera vocatur Augula.
- 120. Alius Iulianus à Marcelliana] Ita etiã illi ex Ms. antea erat: Marcellina: forte eadem est quam Mallianam vocat diuus Augustinus epistola 74. & Manlianum Ptolomeus in Africa. Tractat ille hac verba dict. lib. contra Donat. c. 30. ubi Ms. legit: à Macellina.
- 121. Tenax ab Horreis cæliæ.] Ms. 4. hic Victor




- legunt, & Tenaci ascribunt quod sequitur, verum nobiscum Cambrensis codex & diuus Augustinus, dicti libri cap. 31. Qui: Horreicellæ, vna voce legit quod, disabus, Ms. cum excusis vulgatis; Manus. vero & Morel. Horreic cellianis; omnes autem cum aspiratione. De hac intelligo, quod in 7. concilio Carthag. subscripsisse legitur Hilarinus Orrocelensis, seu Orrocelorum; & in concilio Arelat. 2. ac Ephes. 2. Orrellenses episcopi ex Byzacio; ubi tamen nullum nomen est apud Ptolomeum, quod aliquis huc spectare videtur, præter Orbitam.
68. 122. Confessor alius Victor ab Assuris] siue legitur: Assuris, cum D. Augustinus dicti libri c. 32. Cambro. cod. & excusis, siue: Assuras, uti hic & supra epistola 64. ceteri Ms. non moror. Meminit Assuriani. Præter tati idem D. Augustinus lib. 1. con. Epistolam Parmen. c. 4. & Assiritana civitatis contra Petil. libri 2. cap. 1. atque adeo apud Victorium Vicensem lib. 2. conicio legendum: Assiritana, pro eo quod est: Zuritana. Collocatur autem Assirus à Ptolomeo, haud procul ab Emadera de qua supra.
69. 123. Donatulus à Capse] Ms. 4. Donatus à Capse, sed prius habet D. Augustinus dicti libri cap. 32. & geminum est, quia aliqui adderetur: Alius. Atqui teste Strabone & Salustio (nam ipse Cesar non meminit) inter ceteras delictæ est Capsa bello ultimo Africano, ubi lugentha thesum erant. Capitanos quoque recenset Plinius.
70. 124. Martyr de schismaticis, Verulus à Rusiccade] Quod etiam alibi adnotauimus, præter nomen & civitatem aliud non habent Ms. 4. neque D. Augustinus dicti libri c. 33. & illud: de schismaticis, non habet etiam Cauchij codex. Si legamus autem sensus est, quod alij de hereticis, istum solum de schismaticis dixisse, & sic vox: Martyr, subiicienda; aut quod Verulus prius schismaticus, postea martyr fuerit. Neque vero placet, quod habent quatuor manuscripti: à Rusicca, nam Rusiccade maritima est Numidæ civitas Ptolomeo & Plinio; Mela vero Africa non rectè contribuit. Apud quem in Mauritania Casariensi pro eo quod: Rusiccada, legendum: Ruliccura, quod Russecorum Ptolomeo & Rusticium Plinio dicitur: quod vel ex 7. Syn. manifestum est, ubi subscribitur ex Mauritania Casariensi Nuellius Rusiccadenensis Episcopus. De illa porro fuit Victor ille à Rusiccade seu Rusiccadiensis, cuius meminerunt Opratus contra Parmen. libro 1. & diuus Augustinus contra Cresc. libri 3. c. 27. ac de vnic. Baptif. c. 17. nam ibi sic legendum, pro eo quod est Rusiccarenensis, & quod est libro contra Fulgent. Donatist. Rusiccadiensis. Quidam esse volunt eam, que hodie Astora nuncupatur.
125. quicquid habuit amisit] Nisi D. Augustinus etiam Ms. legeret: qui quod habuit, cum Cambrensi codice, & Cauchio; magis placeret vulgata lectio: quicquid habuit, aut quatuor Ms. quod habuit, duntaxat.
71. 126. Pudencianus à Cuiculi] Manuscripti quinque à Calculis, Cambren. à Viculi. Nescio an huius civitatis fuerit episcopus, qui concilio 2. Carthag. subscribitur Nicasius Culusitanus, & 6. ac 7. Vincentius, Apud Plinium & Ptolomeum nulla cum hac similitudo, præterquam illa in Mauritania Casariensi, cui nomen Igelipi seu Igelipi. Vide tractata hæc apud D. Augustinum dicti libri c. 35.
127. Martyr Petrus de Hyppone Diarrhyto] Veram hæc esse lectionem præ vulgata, & D. August. dicti libri cap. 36. & rursus Ms. Diarrito, aut aliorum: Diarito, patet ex verbis his Plinij: Hipponem dilutum vocant Διάρρητον, à Grecis dictum propter aquarum irrigua, & similiter Ptolomeo ad mare eam collocans; ac Mela; utpote quæ à voce græca Διάρρητον, derivetur.
128. Item alius Lucius ab Ausafa] sic constanter Ms. etiam Augustinus. cum Manutio, pro eo quod D. Augustinus, excus. dicti libri cap. 37. cum aliis excusis: Auafafa; & rectius. Ipse enim Augustinus libri tertij contra Cresc. cap. 19. & 53. meminit saluij Ausaphensis, ac libri 4. cap. 4. ubi perperam legitur Auaphensis.
129. Item alius Felix à Gurgitibus] Nihil de hac reperi. Vide D. Augustinus dicti libri c. 38.
130. Pufillus à Lamasba] Neque huius fit alicubi mentio, nisi forte sit ea, que Lamida Ptolomeo dicitur. Vide ibidem Augustinus. c. 34.
131. Martyr Saluianus à Gazaufala] Cambrensis: Gauzafalla, Affligin. & blandin. Gaiaifalia, Dunen. Gaianifalia, marchin. & Cauchij: Gaiaufalia. sed primam omnium habet cum excusis diui Augustini etiam Ms. dicti libri cap. 30. & magis ad illud accedit civitas Gausaphna, sita apud Ptolomeum in Numidia.
132. Honoratus à Tucca] Rursus Cambren. Tugga, & alij Ms. Thucca; verum prius habet diuus Augustinus dicti libri cap. 31. & de duplici Tucca supra diximus. Quare & sic etiam ille castigandus 3. lib. contra Donatist. c. 9. ubi perperam legitur: à Tucca, præsertim cum Ms. Aug. habeat: à Tuccha.
133. Victor ab Octaui] Sic D. Aug. excus. dicti lib. c. 42. cum excusis. Ms. vero & Cambro. Octaui; ceteri Ms. Octaui. Octauiensis autem loci meminit Opratus contra Parm. lib. 3.
134. Confessor Clarus à Mascula] Tractat hoc ibidem diuus Augustinus cap. 43. & meminit Donati masculitani lib. 3. contra Cresc. ca. 17. Vocatur à Ptolomeo maxula, & duplicem ponit in Africa; veterem prope Carthaginem, & alteram è regione Carthaginis iuxta Carpos. Quare & apud Plinium lego: Maxula, pro eo quod est: Maxulla. Conicio etiam hinc apud Victorium Vicensem lib. 1. legendum: masculitanum, pro eo quod est: masculitanum litus, est enim hæc maritima, & similiter in conc. Hyppon. & 3. Carth. masculitanos Episcopos fuisse puo, qui nuncupatur Massilitani.
135. Secundianus à Thambeis] Placet magis hæc Ms. etiam Augustini lectio, quam aliorum: Tambis, ob. vulg. & excus. D. Augustinus dicti lib. c. 44. lectionem: à Thabeis; collocatur Thambes mons (fortassis aliquid in extrema Numidæ parte; etiam Thabene civitatis meminit Cesar comment. lib. 5. & Tabba quoque civitas legitur apud Ptolomeum in Byzacio.
136. Item alius Aurelius à Chullabi] Rectè hoc substituerunt Manutius & Morelius, pro eo quod cum excusis habet diuus Augustinus dicti libri cap. 45. à Cillani, siue iuxta Ms. Cillani: qui accedunt quam proximè Ms. quorum Cambren. Cullabi, Dunen. Chubbabi, alij tres: Chubali. Civitas est Numidæ, que Plinio Chulla, Ptolomeo Culena dicitur; de qua etiam in hac

- in hæc verba Solinus: Erbes in Numidia plurime, sed Circa eminet, deinde Chulli, purpuratio suo Tyrus velletibus comparata. Sic enim illum castigo pro eo quod corruptissime legitur: Circa eminet. Denichulli, & cat.
137. sine ecclesiæ baptismo] siue hoc legus cum excusis & Anglic. siue cum manuscriptis, in Ecclesiæ baptismo, sensus constat; Cambrensis utrumque o-mittit.
82. 138. Litteus à Gemellis] Sic Ms. hic & apud diuum Augustinum cum Manutio & Morelio, & epistola 77. Ms. & excusis omnes; pro eo quod exc. Cyp. & D. Aug. dicti libri c. 46. Litteus. De Gemellis nihil competentum habeo.
83. 139. Natalis ab Oea] Rectè iste tam pro se quam pro Sabratensi, & Leptimagnensi episcopis sententiam dixit, quia tres eius civitates Tripolim constituisse prouinciam, testis est in hæc verba Solinus: Aethi Tripolim lingua sua signant, de trium urbium numero, Oea, Sabrata, Leptis magna. Ita enim eundem castigo, pro eo quod erat mendosissime: Aethi & c. Numento 1. labratem Leptis. Magnæ. Nam & à Ptolomeo haud procul à se invicem collocantur tres illæ, præterquam quod legat: Sabathra, sed perperam mea sententia, quod & Plinius nobiscum legat, & de his isdem sic Silius Italicus lib. 3. Sabrata tum Tyrium vulgus, Saranaque Leptis, Oeaque, Trinacrios, Afriis permixta colonos. Item Victor Vicensis inter Tripolitanos Episcopos numerat libro 1. Pices Sabrathenum & Cresconum Oensem. Ita enim lego pro eo quod erat: Picebrathenum & Cresc. Eesem. Oea enim etiam reperitur apud Melam, & apud Plinium Oensis civitas. Leptis tum apud illum tum apud Plinium, Strabonem, & Salustium inter duas Syrtis collocatur. Quare & hic & apud D. August. dicti libri c. 47. Vera lectio est: Natalis ab Oea, non: à Boea. Item rectè interpretatus est Leptimagnensem Cauchius à Lepti magna.
140. Iunius à Neapoli] Cambrensis: Ianuarius, 86. sed prior est genuina, eo quod non præmittatur: Alius, Atqui Neapolim quidem vocatam Leptim maiorem, testantur Plinius, Strabo, & Ptolomeus, sed iidem cum Mela alteram reconsent Neapolim, & collocatur à Ptolomeo iuxta Curubim ad mare, cuius & apud Cæsarem mentio comm. lib. 5. & etiam hodie existat 12. à Tuneto miliario. Eiusdem civitatis episcopum fuisse censeo, qui 7. concilio Carthag. subscripsit. Vide responsum D. August. dicti libri capite vigesimo octavo.
141. Confessor & martyr Cyprianus] Rursus 87. præter Cambrensem non habent Manuscripti illud: Confessor & Martyr, neque diuus Augustinus dicti libri capite vigesimo nono.

FINIS TOMI SECUNDI OPERVM  
DIVI CYPRIANI.

Vistaii has adnotationes de Mandato Reuerendissimi Domini  
Episcopi Brugenfis, & reperi eas catholicas ac  
dignas quod typis tradantur.

Franciscus vanden Heede,  
offic. Brugen.





# INDEX TOMI SECUNDI

## Alphabeticus,

<b>D</b> e Bono Patientiæ.	314.
<b>C</b> oncilium Carthaginienſe de baptizandis hæreticis.	398.
Ad Demetrianum.	278.
De Diſciplina & Habitu Virginum.	226.
Ad Fortunatum de exhortatione Martyrij.	329.
De Idolorum vanitate.	287.
De Læpſis.	237.
De Mortalitate.	295.
De Opere & Eleemoſynis.	304.
De Oratione Dominica.	263.
Ad Quirinum Teſtimoniorum liber primus.	344.
Ad eundem Teſtimoniorum liber ſecundus.	253.
Ad eundem Teſtimoniorum liber tertius.	370.
De Vnitate Eccleſiæ Catholicæ.	252.
De Zelo & Liuore.	323.



D. CÆCILII  
C Y P R I A N I  
CARTHAGINIENSIS  
Episcopi totius Africae Pri-  
matis & gloriosissimi  
Martyris,

OPERV  
TERTIVS TOMVS.



IACOBI PAMELII DE  
TITVLO ET ORDINE TERTII  
Tomi ad Lectorem Prefatio.




VR qui hoc Tomo continentur, à reliquis Cypriani libris discreuerim, non mirabitur, qui editionem Manutij viderit; quippe qui seorsum ab aliis ipse quoque hos excuderit; ex quo etiam titulum illum: D. CYPRIANO ADSCRIPTA OPERA, mutauimus. Non quòd omnia huius classis in dubium reuocemus, aut notha censeamus, quemadmodum illi qui iam pridem in duos Tomos opera D. Cypriani distinxerunt, & hac nuncupant Opera falso ipsi inscripta; sed quòd nosse expediat, quæ citra controuersiam illius semper habita fuerint, & quanam aliquando pro dubiis aut adulterini reputata. Inter hæc verò, commodissimo quantum quidem mihi videtur, ordine, primo loco collocaui, quæ stilus ipse & scripturæ citatæ cerò conuincunt esse D. Cypriani genuina. Cuiusmodi sunt: libri De Spectaculis, De Disciplina & Bono Pudicitia, De Laude Martyrij, ac ad Nouatianum. Secundo loco, in quibus, etsi stilus nonnihil hesitationis adferat, multa tamen sunt, quæ aut D. Cypriani esse persuadeant, aut ut minimum scriptoris æquè vetusti. Qualia sunt: opus illud insigne Ad Cornelium Papam de cardinalibus Christi operibus, in 12. Tractatus distinctum, De Aleatoribus, De Montibus Sina & Syon. Carmina de Genesi, De Sodoma, Ad Senatorem Apostatam, ac De Pascha Domini. Orationes quoque pro Martyribus, & sub die Passionis Cypriani. Tertio loco, quæ certis argumentis deprehendi aliorum esse Auctorum, & quorundam de nomine etiam notorum. Cuius generis sunt: De Singularitate Clericorum Origenis, Expositio in Symbolum Apostolorum Rufini. Ad Vigilium Celsi in Altercationem Iasonis & Papici Prefatio. Aduersus Iudæos qui Christum infecuti sunt. De Reuelatione capitis B. Ioannis Baptistæ. De duplici Martyrio ad Fortunatum. Liber denique de duodecim Abusionibus Sæculi, ac Cæna D. Cypriano falso inscripta; quippe quæ nihil ipso dignum contineat, quare & à me prætermissa foret, nisi Morelius prius edidisset, & reperiretur in quibusdam Ms. codicibus. Verum de his plus satis, quum de singulis censura nostræ rationes, suis argumentis subiicerim. Cæterum etiam temporis quo scripta sunt, quantum fieri potuit à me habita est ratio. Primo enim loco posuimus quæ in Secessu scripsisse videtur, De Spectaculis, ac De Bono Pudicitia, ad Plebem suam; De Laude Martyrij, ad Moysen & Maximum. Deinde quæ post redditum à Secessu, ad Nouatianum ac ad Cornelium. Post hæc, de quibus nihil certi haberi potest, & Carmina. Postremo, orationes duas, quarum una titulum habet: Sub die Passionis Cypriani. In illis quoque quæ certo constat ipsius non esse; iuxta ætatem qua claruisse eos constat, Originem Rufino, & Auctores opusculorum ad Vigilium, ac Aduersus Iudæos, Auctores De Reuelatione capitis B. Ioannis, ac De duplici Martyrio præposui; ad calcem ta-



## ad Lectorem Præfatio.

men reiectis cæteris dyobus opusculis, etsi vetustioribus, quod omnibus lectu minus digna videantur. Habes optime Lector etiam huius Tomi ordinis rationem & censuras, quas tamen eruditorum Theologorum iudicio, & præsertim Apostolicæ sedis sententiæ (viti & cætera omnia nostra) lubenter submittimus. Vale & viue feliciter, apud  
Opt. Max. nostri laboris  
& vigiliarum memor.



## 415 D. CAECILIO CYPRIANO AD- SCRIPTA OPERA, DELECTV QVOQVE SINGVLORVM HABITO, IN ORDINEM REDACTA cum suis argumentis adnotationibûsque.

### DE SPECTACVLIS.

#### ARGVMENTVM LIBRI SEQUENTIS.

**A**git primum auctor aduersus illos, qui spectacula gentiliū publica scripturarum auctoritate vindicare nitentur; & quamquam nusquam disertis scripturæ verbis prohibita sint, damnata tamē idololatriæ interdico hinc probat, quod nulum non spectaculi genus idolis consecratum sit. Deinde, per singula Ludorum genera, quæ sint in spectando pericula, paulo latius quam epistola secunda ad Donatum prosequitur; & præsertim eorum, quibus obscenitatis (inquit) magisterium traditur simulachris libidinis. Postremo spectacula Christiano homine digna, quibus merito oblectare se debeat, paucis recenset. Imitatus haud dubie librum Tertulliani de Spectaculis, quem alicubi & Græcè & Latine se scripsisse ille indicat; tam refertur iis omnibus quæ ad hoc institutum faciunt ut commentarij loco esse possit dum de spectaculorum diuersitate agendum est. Atque adeo etiā mihi profusus persuadeo, hunc librum Cypriani genuinum esse; Nam & stilus, & phrasæ quædam, plane id ipsum conuincunt. Scriptum vero ab illo in scisso, ex frontispicio colligere mihi videor. Quare recte eius nomine in lucem est editus à Manutio et Morelio, quibus solis hæc tenus illum acceptum debemus.

### CYPRIANVS PLEBI IN Euangeliq̄ stanti Salutem.

**M**e satis contristat & animum meum grauitè affligit, cum nulla mihi scribendi ad vos porrigitur occasio (detrimentum est enim meum vobiscum non colloqui) ita nihil mihi tantam lætitiā, hilaritatēque restituit, quā cum adest rursus occasio. vobiscum me esse arbitror, cum vobis per litteras loquor. quāquam igitur ita se hæc habere quæ dico, certos vos esse sciam, nec quidquam de ver-

borum meorum veritate dubitare: tamen etiam argumentum sinceritatem rei asserit; nam cum nulla prorsus præteritur occasio, probatur affectio. Quamuis ergo certus sim, vos non minus esse in vitæ actu graues, quam in sacramēto fideles, tamē, quoniam non desunt vitiorum assertores blandi, & indulgentes pattoni, qui præstant vitiis auctoritatem, & quod est deterius, censuram scripturarum cœlestium in aduocationem criminum conuertunt; quasi sicut innocens spectaculorum ad remissionem animi appetatur voluptas (nam & eousque enervatus est ecclesiasticæ disciplinæ vigor, & ita omni læguore vitiorū præcipitatur in peius, ut iam non vitiis excusatio, sed auctoritas detur) placuit paucis vos non nunc instruere, sed instructos admonere, ne quia male sunt vincita vulnera, sanitatis obductæ perumpant cicatricem. Nullum enim malum difficilius extinguitur, quam quod faciles reditus habet, dum & multitudinis cōsensu asseritur, & excusatione blanditur. Non pudet, non pudet inquam fideles homines, & Christiani sibi nominis auctoritatem vindicantes, superstitiones vanas gentilium cum spectaculis mixtas de scripturis cœlestibus vindicare? & auctoritatē idololatriæ conferre? nam quando id, quod in honore alicuius idoli ab ethnicis agitur, à fidelibus Christianis spectaculo frequentatur; & idololatria gentilis asseritur, & in contumeliam Dei religio vera, & diuina calcatur. Pudor me tenet præscriptiones eorum in hac causa, & patrocinia referre. Vbi inquit scripta sunt ista? vbi prohibita? Alioquin, & auriga est Israel Helias, & ante arcam David ipse saltauit; Nabla, gratympana, tibias, citharas, choros legimus. Apostolus quoque dimicans, cestus, & colluctationis nostræ aduersus spiritalia nequitia proponit certamen. Rursus de stadiis sumit exempla, coronæ quoque collocat præmia. Cur ergo homini Christiano fidei non liceat spectare, quod licuit diuinis litteris scribere? Hoc in loco dixerim longe



melius fuisse istis, nullas litteras nosse, quā sic litteras legere. Verba enim, & exempla, quæ ad exhortationem euangelicæ virtutis posita sunt, ad vitiorum patrocina transferuntur: quoniam non ut spectarentur ista scripta sunt, sed ut animis nostris instantia maior excitaretur in rebus profuturis, dum tanta est apud ethnicos in rebus non profuturis. Argumentum est ergo excitandæ virtutis, non permissio, siue libertas spectandi gentilis erroris; ut per hanc animus plus accendatur ad Euangelicam virtutem propter diuina præmia, cum per omnium laborum, & dolorum calamitatem concedatur peruenire ad terrena compèdia. Nam quod Helias auriga est Israelis, non patrocinaur spectandis Circensibus, in nullo enim is circo cucurrit. Et quod Dauid in conspectu Dei choros egit, nihil adiuuat in theatro sedentes Christianos fideles. Nulla enim obsecris motibus membra distorquens, defaltauit græcæ libidinis fabulam. Nablæ \* æra, tibiæ, & citharæ Deum cecinerunt, non idolum. Non igitur præscribetur, ut spectetur illicita: diabolo artifice ex sanctis in illicita mutata sunt. Præscribat igitur istis pudor, etiam si non possunt sanctæ litteræ. Quædam enim scriptura magis prouidet in præcipiendo: verecundiam passâ plus interdixit, quia tacuit: veritas si ad hæc vsque descenderet, pessime de fidelibus suis sensisset. nam & plerunque in præceptis quædam vtilius tacetur: \* admonent sæpe dum interdiciuntur: ita etiam tacentur, dum in litteris scripta sunt; & præceptorum loco seueritas loquitur, & ratio loquitur, quæ scriptura conticuit, secum tatum vnusquisque deliberet, & cum persona professionis suæ loquatur, nihil vnquam indecorum geret; plus enim ponderis habebit sententia, quæ nulli se alteri debebit nisi sibi. Quid scriptura interdixit? Prohibuit enim spectari, quod prohibet geri. Omnia inquam ista spectaculorum genera damnauit, quando idololatriam sustulit, ludorum omnium matrem; vnde hæc vanitatis & leuitatis mōstra venerunt. Quod enim spectaculum sine idolo? quis ludus sine sacrificio? quod certamen non consecratum mortuo? Quid inter hæc Christianus fidelis facit; si idololatriam fugit, quid loquitur? qui iam sanctus sit, de rebus criminosis voluptatem capit? Quid contra Deum superstitiones probat, quas amat dum spectat? Cæterum sciat

hæc omnia inuenta demoniorum esse, non Dei. Impudenter in Ecclesia dæmonia exorcizat, quorum voluptates in spectaculis laudat: \* & cum semel illi renunciatis, recisa sit res omnis in baptisate; dum post Christum \* ad diaboli spectaculum vadit, Christo tanquam diabolo renunciat. Idololatria, ut iam dixi, ludorum omnium mater est; quæ ut ad se Christiani fideles veniant, blanditur illis per oculorum, & aurium voluptatem. Romulus Conso quasi consilij Deo ob rapiendas Sabinas Circenses primus consecrauit. Cæterum reliqui, dum urbem famas occupasset, ad aduocationem populi acquisiti sunt ludi scænici, & Cereri & Libero dicati postmodum, reliquisque idolis, & mortuis. Græca illa certamina, vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus præfides suos habent varia dæmonia; & quicquid est aliud, quod spectantium aut oculos mouet, aut delinit aures; si cum origine sua, & institutione queratur, causam præfert aut idolum, aut dæmonium, aut mortuum. Ita diabolus artifex quia idololatriam per se nudam sciebat horreri, spectaculis miscuit, ut per voluptatem posset amari. Plura prosequi quid est necesse? vel sacrificiorum in ludis genera monstruosa describere? inter quæ nonnunquam & homo fit hostia, latrocinio sacerdotis; dum cruor etiam de iugulo calidus exceptus patera, dum adhuc feruet, & quasi sitienti idolo in faciem iactatus crudeliter propinatur; & inter voluptates spectantium quorundam mors erogatur, ut per cruentum spectaculum sequere discatur: quasi parum sit homini priuata sua rabies, nisi illam & publice discat. Ad pœnam hominis fera rabida nutritur in deliciis, ut sub spectantium oculis crudelius insaniat: crudis artifex belluam, quæ clementior forsasse fuisset si non illam magister crudelius scire docuisset. ergo ut taceam quicquid latius idololatria probat; quam vana sunt ipsa certamina, lites in coloribus, contentiones in curribus, gaudere quod equus velocior fuerit, mærerè quod pigrior, annos pecoris computare, consules nosse, ætates discere, profapiam designare, auos ipsos, at auosque commemorare: quam hoc totum otiosum negotium? immo quàm turpiter non otiosum? hunc, inquam, memoriter totam equini generis sobolem computantem, & sine offensa hunc locum

locum magna velocitate referentem? Partes Christiani si perroges, nescit; aut infelicio, si scit: quem si rursum perrogem, quo ad illud spectaculum itinere peruenerit; confitebitur per lupanarium, per prostitutarum nudæ corpora, per publicam libidinem, per dedecus publicum, per vulgarem lasciuiam, per communem omnium contumeliam. Cui ut non obiiciam quod forsasse commisit, vidit tamen quod committendum non fuit, & oculos ad idololatriæ spectaculum per libidinem duxit: ausus secum Spiritum sanctum in Lupanariū ducere si potuisset; qui festinans ad spectaculum, \* dimissus, & adhuc gerens secum, ut assolet, Eucharistiam inter corpora obscena meretricum tulit; plus damnationis meritis de spectaculo voluptate. Sed ut ad cœnæ iam sales inuerecundos transitum faciam pudet referre, quæ dicuntur, pudet etiam accusare quæ sunt: Agentium strophas, adulterorum fallacias, mulierum impudicitias, scurriles iocos, parasitos fordidos; ipsos quoque patres familias togatos, modo stupidos, modo obscenos, in omnibus stolidos, certis nominibus inuerecundos. Et cum nulli hominum aut generi, aut professioni, ab improbis isto sermone parcat; ab omnibus tamen ad spectaculum conuenitur. commune dedecus deletat, videlicet, vel recognoscere otia vel discere: concurritur in illud pudoris publici lupanarium, ad obscenitatis magisterium, ne quid secreto minus agatur, quam quod in publico discitur; & inter ipsas leges docetur, quicquid legibus interdicitur. Quid inter hæc Christianus fidelis facit? cui vitia non licet nec cogitare, quid oblectatur simulacris libidinis, ut in ipsis deposita verecundia audacior fiat ad crimina? Discit facere dum consuecit videre. Illas tamè, quas infelicitas sua in seruitutē prostituit; libidinis publicæ occulrat locus; & dedecus suū de latebris consolantur, erubescunt videri etiam quæ pudorem vendiderunt. At istud publicum monstrum omnibus videntibus geritur, & prostitutarum transitur obscenitas: quæ situm est quo modo adulterium ex oculis admitteretur. Hinc dedecori condignum dedecus superducitur: homo fractus omnibus membris, & vir ultra muliebrem molitiem dissolutus, cui ars sit verba manibus expedire; & propter vnum nefcio quem, nec virum, nec feminam, com-

mouetur ciuitas tota, ut defaltentur fabulosa antiquitatum libidines. Ita amatur quicquid non licet, ut quæ etiam ætas absconderat, sub oculorum memoriam reducatur; non est libidini satis, malis suis uti presentibus, nisi suum de spectaculo faciat, in quo etiam superior ætas errauerat. \* Non licet inquam adesse Christianis fidelibus, non licet omnino; nec illis, quos ad oblectamenta aurium ad omnes vbique Græcia instructos suis vanis artibus mittit: clangores tuba bellicos alter imitatur raucos; alter lugubres sonos spiritu tibiam inflante moderatur: alter cum choris, & cum hominis canora voce, contendens spiritu suo, quem de visceribus suis superioribus nitens hauserat, tibiatarum foramina modulans; nunc effuso, & nunc intus recluso, ac represso, nunc certis foraminibus emissio, atque in aerem profuso, item in articulos sonum frangens, loqui digitis elaborat; ingratus artifice qui linguam dedit. Quid loquar comicas & inutiles curas? quid illas magnas Tragicæ vocis insanias? quid neruos cum clamore missos? Hæc etiam si non essent simulachris dicata, obeunda tamen & spectanda non essent Christianis fidelibus; quæ & si non haberent crimen, habent in se & maximam & parum congruentem fidelibus vanitatem: nam illa altera dementia est manifesta otiosis hominibus negotiatio sua, ut vapulet; & prima victoria est ultra modum humani ventris esurire potuisse super titulo coronæ edacis flagitiosæ nundinæ; ictibus infelix facies locatur, ut infelicio venter faginetur. Quam fœda præterea ista luctamina? vir infra virum iacens, & amplexus inhonestis nexibus implicatur. In tali certamine stare (videris quis vincat) pudor victus est. Ecce tibi alter nudus salit, alter orbem æneum \* contentis in aerem viribus iactat, hæc gloria est dementiæ: denique remoue spectatorem, reddideris vanitatem. Fugienda sunt ista Christianis fidelibus, ut iam frequenter diximus, tam vana, tam perniciofa, tam sacrilega spectacula: & oculi nostri sunt, & aures custodiendæ. cito in hoc astutemur, quod audimus, scelere. Nam cum mens hominis ad vitia ipsa \* ducatur; sibi quid faciet, si habuerit exempla naturæ corporis lubricæ? quæ sponte corruit, quid faciet, si fuerit impulsâ? Auocandus est animus ab istis. Habet Christianus



spectacula meliora, si velit; habet veras, & profuturas voluptates, si se recollecterit: & vt omittam illa, quæ nondum contemplari potest, habet istam mundi pulchritudinem, quam videat, atque miretur; solis ortum aspiciat, rursus occasum mutuis vicibus dies, noctesque reuocantem; globum lunæ, temporum cursus incrementis suis, decrementisque signantem;<sup>11</sup> astrorum micantium choros, & à summo de summa mobilitate fulgentes; anni totius per vices membra diuisa, & dies ipsos cum noctibus per horarum spatia digestos; & terræ molem libratam cum montibus, & proflua flumina cum suis fontibus; extensa maria cum suis fluctibus, atque littoribus:<sup>12</sup> Interim constantem pariter summa conspiratione nexibusque concordæ; extensum aerem medium, tenuitate sua cuncta vegetantem, nunc imbres contractis nubibus profundentem, nunc serenitatem reflecta raritate reuocantem; & in omnibus istis incolas proprios, in aere auem, in aquis piscem, & in terra hominem. hæc inquam, & alia opera diuina, sint Christianis fidelibus spectacula. Quod theatrum humanis manibus extructum istis operibus poterit comparari? magnis licet lapidum molibus extruatur, cruxta sunt montium; & auro licet recta lacunaria reluceant; astrorum fulgore vincuntur: nunquam humana opera mirabitur, quisquis se cognouerit filium Dei. Deiciat se de culmine generositatis suæ, qui admirari aliquid post Deum potest. Scripturis inquam sacris incumbat Christianus fidelis; ibi inueniet condigna fidei spectacula. Videbit instituentem Deum mundum suum, & cum cæteris animalibus hominis illam admirabilem fabricam melioremque facientem: spectabit mundum in delictis suis: iusta naufragia, piorum præmia, impiorumque supplicia; maria populo siccata; & de petra rursus populo maria porrecta: spectabit de cælo descendentes messes, non ex areis: inspiciet flumina transitus siccos refranatis aquarum agminibus exhibentia: videbit in quibusdam fidem cum igne luctantem; religione superatas feras, & in mansuetudinem conuersas: intuebitur & animas ab ipsa morte reuocatas: considerabit etiam de sepulchris admirabiles ipsorum consummatorum iam vitas corporum redactas: & in his omnibus iam maius videbit spectaculum, diabolum illum qui totum detriumphauerat

mundum, sub pedibus Christi iacentem. Quam hoc decorum spectaculum fratres? quam iucundum? quam necessarium? intueri semper spem suam, & oculos aperire ad salutem suam. Hoc est spectaculum quod videtur etiam luminibus amittis, hoc est spectaculum, quod non exhibet prætor, aut cõsul, sed qui est solus, & ante omnia, & super omnia, immo ex quo omnia, pater Domini nostri Iesu Christi, cui laus & honor in sæcula seculorum Amen.

### ADNOTATIONES IN librum de Spectaculis.

1. Alioquin] *Morelius*: Alioqui, sed primus Tertullianicum est.
2. Nabra, æta, tympana, &c.] *Quum hic enumeret varia instrumentorum muscorum genera, male habebat codex Manutij hoc loco: aras, & paulo post: aras; quod etiam addito asterisco satis ipse indicauit.*
3. in nullo is circo cucurrit] *Rursus pro hoc male Manutius: idcirco. At qui de Circensibus ludis tam late tradit Tertullianus, quam quispian alius, & infra Auctor paulo post latius.*
4. admovent sæpe dum interduntur] *Idcirco nos ex coniectura substituumus: pro eo quod erat: interduntur, vt alludat ad illud: Nitimur in vetitum semper, cupimusque negare.*
5. cū semel illi renunciatis, recita sit res omnis in baptisinate] *Censet legendum: renunciando, aut locum esse mutilum.*
6. ad diaboli spectaculum] *Etiam hoc non sum veritas substituit, pro eo quod erat: diabolium, nisi velis legere: diabolicum; verum hoc Cyprianicum non est.*
7. dimissus, & adhuc gerens tecum, vt assolet, eucharistiā] *Manutius asteriscum addidit voci: dimissus, quantum suspicor quod putaret locum mutilum; sed constare facile sensum deprehendit, qui aduenterit veteri Ecclesiæ mori, quo fideles dimissi in sacro peracto, à diacono exelamente: Ite missa est, secum Eucharistiam domus deportabant; de qua latius supra libro de Lapsis Ms. habet dimissus è dominico.*
8. Non licet, &c. nec illis;] *Iterum hic coniecturam nostram substituumus, pro eo quod erat: nec illos, eadem ratione, qua supra epistola ad Subianum: non licet hæretico, pro eo quod erat: hæreticum.*
9. Contentis in aërem viribus] *Fortè: extensis.*
10. ducatur] *Nos hoc quoque ex coniectura, pro eo quod alij: ducitur.*
11. astrorum micantium choros] *In quodā Ms. sic legitur: plaustrum micantem, choros stellarum de summo cælo summa mobilitate fulgentes.*
12. Interim constantem pariter summa cõspici ratione] *Obscurus locus & mutilus mea sententia, nō minus atque alter ille infra notatus asterisco per Manutium: considerabit etiam de sepulchris admirabiles ipsorum consummatorum iam vitas corporum redactas, in quodam scripto sic habetur: admirabiliter ipsorum consummatorum in vitas corpora redacta.*

DE

## DE DISCIPLINA ET Bono Pudicitia.

### ARGUMENTVM LIBRI SEQUENTIS.

**V**bi paulo post initium libri, Pudicitiam generatim definiuit & e contrario impudicitiam, tres facit Pudicitia gradus; in Virginitate nempe, continentibus, & matrimonio iunctis. Inter quos Virginitatis potissimum elogia profectus, exemplis Ioseph & Susannæ ad Pudicitiam hortatur. Postremo, ubi quæ sit voluptatis vicisse voluptatē, & in vestitu quoque Pudicitiam relucere debere, paucis cõmonstrauit, quibus remediis in officio cõmmerci caro possit, tribus quod aiunt verbis explicat. Porro vt Cypriani esse credam, præterquæ quod Graui<sup>9</sup> insignitæ vetustū codicem Carthusiæ Coloniesis, ex quo multa restituit, pro nobis alleget, & quod Ms. cod. Ludouici Carronis, & S. Pataleonis iuxta Coloniam, illi etiā inscribant, facit tum operis titulus prorsus Cyprianicus, tum imitatio Tertulliani libro de Pudicitia, et ex illo ac aliis ipsius locis, ad verbum fere sumpta pleræque. Nec est cur stultū repugnare dicat Erasmus, quæ si quis alius Cyprianum referat. Et si enim suat pleræque ac lectore alicubi ducat, certe haud aliter argute & breuiter sententiis & Euthymematibus pigrit, lib. de Disciplina & habitu Virginitatis, & vbi quæque Tertullianum imitatur. Bene tamen habet, quod saltē Cornelijs Papæ esse censet, & indignum qui intercidat.

**A**LIVAS officiorum meorum partes non estimo præterisse, dum semper enitor, vel maxime quotidiani euangeliorum tractatibus, aliquando vobis<sup>2</sup> fidei & scientiæ per Dominum incrementa præstare. Quid enim aliud in Ecclesia Domini vitium geri, quid accommodatius officio episcopi potest inueniri, quàm vt doctrina<sup>3</sup> diuinorum per ipsum insinuata collatæque verborum, possint credentes ad reprõmissum regnum peruenire cælorum? <sup>4</sup> Hoc certe mei & operis & muneris, quotidianum votiuum negotium, absens licet obtinere conitor, & per litteras præsentiam meam vobis reddere conor. Dum vos solito more allocutionibus missis in fide interpello, ideo conuenio, vt Euangelicæ radice firmitate solidati, aduersus omnia diaboli prælia steteris semper armati. <sup>5</sup> Absentem me non credam, si fuero securus. <sup>6</sup> Veruntamen

omnia quæ vtiliter proferuntur, & æternæ vitæ statum tractantibus vel definiunt, vel promittunt; ita demum fructuosa sunt, si ad emolumentum operis diuinæ indulgentiæ viribus adiuuentur. Non solum proferimus verba quæ de feripturarum sacris fontibus veniunt, sed cum ipsis verbis preces ad Dominum & vota sociamus; vt tam nobis quàm vobis, & sacramentorum suorum thesauros aperiat, & vires<sup>7</sup> ad implenda quæ cognoscimus, tribuat. Periculum enim maius est voluntatem Domini cognouisse, & in Dei voluntatis opere cessasse. Quamuis ergo ad multa vos negotia, ad diuinæ monitionis præcepta, semper vt scitis exhorter (<sup>8</sup> quidem mihi aliud votiuum aut maius potest esse, quàm vt per omnia perfecti steteris in Domino) tamen vt præcipue pudicitia claustra teneatis (quod & facitis) <sup>1. Cor. 6.</sup> admoneo; scientes templum esse vos Domini, membra Christi, habitationem Spiritus sancti, electos ad spem, consecratos ad fidem, destinatos ad salutem, filios Dei, fratres Christi, consortes Spiritus sancti, nihil iam carni debentes<sup>9</sup> quasi renatos ex aqua & pudicitia, <sup>10</sup> præter voluntatem, quam velle debemus vt nostra sit: præstetur etiam propter redemptionem, vt corrumpi non possit, <sup>11</sup> quæ à Christo consecrata sit. Nam si Apostolus Ecclesiam sponsam Christi pronunciat; oro vos quanta pudicitia exigitur, <sup>Ephef. 5.</sup> ubi Ecclesia inter matrimonia sponsa virgo præstetur? Et ego quidem, nisi quod breuiter vos admonere proposui, latissimas satis puto, & locupletes pudicitia laudes proferre potui; sed superuacuum duxi laudare eam diutius apud colentes. Vos enim illam ornatis dum geritis, & plures eius laudes exercendo profertis; facti eius ornamentum, dum & illa vestrum est, <sup>12</sup> mutuo decore inuicem fenerando: Illa vobis disciplinam bonorum suggerit morum, vos illi ministerium præstatis operum sanctorum. Nam & illa quantum & quid possit, per vos apparuit; & quid vos velitis, ipsa demonstrat, & docuit; copulatis in vnum duobus bonis mandatorum & rerum, <sup>13</sup> ne quid mutilum videretur, si <sup>14</sup> aut præcepta ministerijs, aut præceptis ministeria defuissent. <sup>15</sup> Pudicitia est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, vinculum pudor-



ris, fons castitatis, pax domus, concordia caput. Pudicitia sollicita non est cui placeat nisi sibi: Pudicitia semper verecunda, dum innocentia mater est: Pudicitia semper ornatur solo pudore, <sup>16</sup> bene sibi tunc conscia de pulchritudine, si improbis displicet: Pudicitia nihil ornamentorum querit, decus suam ipsa est. Hæc nos commendat Domino, connectit Christo: hæc expugnat omnia de membris illicita desideriorum prælia, pacem nostris corporibus inducit: beata ipsa, & beatos efficiens apud quoscumque habitare dignatur, quam nunquam accusare possunt, nec qui eam non habent: venerabilis etiã hostibus suis, dum illam multo magis mirantur, qui eam expugnare non possunt. Sed ut matura & in viris probata semper, & à feminis appetenda: sic inimica eius impudicitia semper est detestanda; obscenum ludibrium reddens ministris suis, nec corporibus parcens nec animis. Debellatis enim propriis moribus, totum hominem suum sub triumphum libidinis mittit: blanda prius, ut plus noceat dum placeat; exhauriens rem cum pudore; hostis continentis, frequenter perueniens ad sanguinem: cupiditatum infesta rabies, incendium conscientia bonæ, mater impudentis, ruina melioris ætatis, contumelia genens, expugnans sanguinis & familia fidem; alienis affectibus suos inferens filios, in aliena testamenta sobolem ignoti & corrupti generis inducens. Quæ plerunque extra sexum ardēs, dum se non continent intra concessa, parum sibi putat satisfactum, nisi in virorum quoque corporibus non voluptatum novam quærat, sed extraordinaria & portentosa contra ipsam naturam ex viris per viros monstra conquirit. Sed enim pudicitia locum primum in virginibus tenet, secundum in continentibus, tertium in matrimoniis. Verum in omnibus gloriosa est cum gradibus suis. Nam & matrimoniorum fidem tenere laus est, inter tot corporis bella; & matrimonio de continentia modum statuisse, maioris virtutis est, dum etiam licita reiciuntur. Certe ex vtero sanctitatem custodisse, & infantem se usque in senectutem in sua ætate tota tenuisse admirandæ utique potentia est: nisi quod <sup>17</sup> blandas corporis leges non nosse, magis felicitatis est, notas iam vicisse, virtutis est; sic tamen ut & virtus ista de dono Dei veniat, licet se in mem-

bris hominibus ostendat. Pudicitia, fratres, antiqua præcepta sunt. Quare antiqua dico? quia cum ipsis hominibus instituta sunt. Nam & ideo vir suus feminae est, ut præter eundem alterum nesciat, & ideo viro reddita est mulier, ut subiecto quod fuerat ei proprium, nihil requirat alienum. Sic & duo, inquit, erunt in carne <sup>Gen. 2.</sup> vna, ut in vnum redeat, quod vnum fuerat, ne separatio sine redditu occasionem præstet alterius. Inde & Apostolus: Caput <sup>Ephes. 5.</sup> mulieris pronunciauit virum, ut coniunctione duorum pudicitiam probaret. Nam ut alterius caput membrum aptum non potest esse, ita & alieno capiti membra non sua: caput enim suis conuenit membris, & membra capiti suo; vtraque naturali fibula in concordia mutua coherent, <sup>18</sup> ne qua Oriente discordia de diuisione membrorum pactum diuini foederis rumpetur. Addit tamen & dicit: Quoniam qui uxorem suam diligit, se ipsum diligit. Nemo enim carnem suam odio habet, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Charitatis cum pudicitia ex hoc magna præscriptio, si uxores diligendæ sunt à viris suis sicut & Christus dilexit Ecclesiam; & ita uxores maritos debent diligere, ut Ecclesia diligit Christum. Hanc sententiam Christus quando uxorem dimitti <sup>Mat. 19.</sup> non nisi ob adulterium dixit: interrogatus, tantum honorem pudicitia dedit. Hinc nata est illa sententia: <sup>19</sup> Adulteras non sineitis viuere. Hinc Apostolus dicit: Hæc est voluntas Dei, ut abstinatis vos à fornicatione. Hinc & illud dicit: Membra Christi, membris meretricis non esse iungenda. Hinc traditur satanæ in interitum carnis, qui proculcato iure pudicitie, vitia carnis exercet. Hinc merito regnum cælorum non tenent adulteri; hinc est omne peccatum extra corpus esse, solum adulterum peccare in suum corpus: hinc cetera præceptorum auctoritates, quas nunc recolere omnes non est necesse, apud vos præsertim qui illas nostris frequenter & faciis; <sup>20</sup> quæ licet descripta non sint, queruli tamen de his non potestis esse. <sup>21</sup> Adulter enim non habet excusationem, aut habere potuit, quia ducere licebat uxorem. Sed sicut matronis iura præscripta sunt, <sup>22</sup> quæ ita sunt nexæ, ut diuelli inde non possint. Virginitas vero & continentia extra ius omne sunt; nihil ad virginitatem de matrimoniorum legibus

legibus pertinet, altitudine sua transcendit omnes. Si vlla praua hominum leges ausa supergredi conatur, virginitas æquat se Angelis: si vero exquiramus, etiam excedit; dum in carne luctata victoriam etiam <sup>23</sup> contra naturam refert, quam non habent Angeli. Virginitas quid aliud est quam futura vitæ gloriosa meditatio? <sup>24</sup> Virginitas neutri sexus est: virginitas est perseverans infantia: virginitas est voluptatum triumphus: virginitas filios non habet, sed quod plus est, filiorum contemptum habet: non habet fecunditatem, sed non habet orbitatem: felix quod est extra partus dolorem, felicior autem quod est extra funerum filiorum calamitatem. Virginitas quid aliud est quam <sup>25</sup> soluta libertas? matitum non habet dominum; virginitas affectionibus omnibus soluta est. Non matrimoniis est dicata, non sæculo, non liberis. Persecutionem non potest timere, dum illam de securitate potest prouocare. Sed quia pudicitia nobis breuiter sunt exposita præcepta, iam pudicitia ponamus exemplum. Plus enim proficitur, cum in rem præsentem venit: nec de virtute dubitatur, quando quod præcipitur, <sup>25</sup> exemplis etiam signatur. Exemplum pudicitia à Ioseph caput. Adolescens Hebræus generosus de parte, generosior de innocentia, ob inuidiam reuelationum distractus à fratribus Ismaelitis, in domum deuenerat hominis Aegyptij; obsequio & innocentia & tota feruitus fide facilem & beneuolum in se animum sui prouocauerat Domini, cuius faciem tam sermo liberalis, quam ætas omnibus commendauerat. Sed ista generositas ab vxore Domini aliter quàm decebat accepta est: in domus parte secreta, <sup>26</sup> & sine arbitris, alta & facinoribus accommoda; putauit se pudicitiam adolescentis incontinens mulieris impudicitia, nunc promissis, nunc minis posse superare. Et cum retentus est vestibus, eo quod moleretur fugam, propter tanti facinoris audaciam ipsas vestes relinquens, & corporis nudi sinceritatem habiturus innocentia testem; <sup>27</sup> ad crimen impudicitia suæ imprudens mulier adire non dubitauit calumniam: & cæteris & marito, <sup>28</sup> squalida & feruens, spreto desiderio suo, conquesta est dolore simulato, quod Hebræus adolescens vim sibi molitus fuisset inferre, quam ipsa conata fuerat irrogare. Maritalis ardor terribilior, & vxoris accusatione grauiter

inflammatus incēditur. Pudicus vero iuuenis, quia delicto conscientiam non miscuit, <sup>29</sup> in inum carceris truditur. Sed sola non est in carcere pudicitia: nam est cum Ioseph Deus, & nocentes dantur in manu eius, quia innocens fuerat. Somniorum præterea obscura dissoluit, quia spiritus in tentatione vigilabat; & per dominum liberatur à vinculis. <sup>30</sup> Qui in domo minor cum periculo fuerat; regia domus sine periculo Dominus effectus est: generositati suæ redditus, fructum pudicitia & innocentia, Deo iudice, à quo meruerat, accepit. Sed non minus ex parte diuersa, aliud nobis pudicitia simile de continentia feminarum exoritur exemplum. Fuit, ut legimus, Sufanna filia Helciae, vxor Iochim pulcherrima, pulchrior moribus. Hanc nullum ad dedecorem commendabat species, simplex enim erat. Excoluerat pudicitia, & cum pudicitia sola natura. <sup>31</sup> Hanc ex senioribus duo ceperant deperire, nihil memores nec diuini timoris, sed nec suæ annis iam marcescentis ætatis; ita illos in flagrantia transactæ iuuenturis incendia, rediuique libidinis flamma reuocabat: Pudicitia latrones amorem profitentur, sed oderant. Resistenti minantur calumnias, adulterij se dicunt accusatores, voto adulteri. Inter duos libidinis scopulos auxilium de Domino petebat, quia viribus corporis repugnare non valebat. Et exaudiuit de cælo clametem ad se pudicitiam Dominus; & cum iniquitate oppressa duceretur ad pœnā, vidit inimicorum liberata vindictam. Bis victrix, & <sup>32</sup> in periculo suo tam funeste totiens concepta, & libi dinem euasit, & mortem. Infinitum erit si exempla prosequar plurā: his duobus contentus sum, præsertim cum omnibus sit viribus <sup>33</sup> per istos pudicitia defensata. Non illos emollire potuit in vita generosi sanguinis memoria, quæ in quosdam licentia lasciuia est ministra: non decor corporis, & apte positorum figura membrorum, quæ suggerit plerunque <sup>34</sup> ut quasi flos quidam, properans velociter transituræ ætatis, porrecta voluptatis occasione pascatur: non anni primi virentis, sed maioris ætatis; cum rudis adhuc sanguis æstuans, naturæ flammæ accendat, & in medullis versata <sup>35</sup> cæca incēdia ad remedium verum etiam per periculum pudoris itura: non vlla latebrarum & sine vilo conscio, quæ tuta quibusdam putatur, occasio; quæ maxima vis est admit-

\*absoluta

Gen. 33. &  
39. 40. &  
41.

Mat. 19.

Leuit. 20.

1. Th. 1. 4.

1. Ioan. 6.

1. Cor. 5.

Ephes. 5.

1. Cor. 6.

Dan. 13.



tendi sceleris, cum deliberationibus occurrere impunitas. Non posita necessitas de auctoritate iubentium, & in temeritate participum atque sociorum; quo genere franguntur etiam saepe recta consilia. Non praeemia ipsa & bonitas, non accusationes, non minae, non poenae, non mortes; nihil tam saeuum, tam durum, tam triste, quam cecidisse de alto pudicitiae gradu. Digni tanto iudicis diuini praemio, quorum alter regio pae throne illustraretur, altera concordia mariti dotata<sup>37</sup> inimicorum mortibus redimeretur. Haec sunt & his similia semper nobis ante oculos exempla ponenda, his paria diebus noctibusque meditanda.

Nihil animum fidelem sic delectat, quam integra<sup>38</sup> immaculati pudoris conscientia. Voluptatem vicisse, voluptas est maxima: nec vlla maior est victoria, quam ea quae<sup>39</sup> de cupiditatibus refertur. Qui hostem vicit, fortior fuit, sed altero; qui libidinem repressit, seipso fortior fuit: qui inimicum prosternit, externum hostem percussit; qui cupiditatem depressit, hostem domesticum superauit. Malum omne facilius vincitur quam voluptas: quia illud quicquid est, horridum est; hoc blandum est. Nihil tam difficile opprimitur, quam quod per illud armatur. Qui cupiditates tollit, & metus sustulit, nam ex cupiditatibus metus veniunt. Qui cupiditates vincit, de peccato triumphat: qui cupiditates vincit, malum generis humani sub pedibus suis iacere ostendit: qui cupiditates vicit, pacem sibi perpetuam dedit: qui cupiditates vicit, libertatem sibi, quod est etiam ingenuis difficilimum, reddit. Meditanda ergo nobis, fratres, ut res docent, semper pudicitia: quo facilius sit, nullis artibus constat. <sup>40</sup> Quae enim illa consummata voluntas, quae nisi impediretur, longe est, sed nostra est: ita non est acquiranda, <sup>41</sup> sed fouenda quae nostra est. Quid est enim aliud pudicitia, quam inens honesta ad custodiam corporis data; ut sexibus redditus pudor, seueritate signatus, <sup>42</sup> fidem honoris de incorrupta sobole feruaret? Pudicitiae autem, fratres, competunt & cogniti sunt in primis diuinus pudor, & praceptorum sancta meditatio; & animus propensus ad fidem, & mens attonita ad sacram religionem: <sup>43</sup> deinde videre, ne quid in se ultra modum sculptum, ultra honestatem productum, ne quid proditum, ne quid arte fucatum, ne quid ad irritandos, aut

redintegrandos dolos lenocinatum. Non est pudica quae affectat animum alterius mouere, etiam salua corporis castitate. Longe absint quibus pulchritudo non ornatur, sed prostituitur. Nam sollicitudo de pulchritudine, & mala mentis indicium & deformitatis est. Sit natura corporis libera, nec diuinis operibus inferatur vis. Semper est misera, quae sibi non placet qualis est. Quid capillorum mutatur color? <sup>44</sup> quid oculorum extremitates suffuscantur? quid facies artibus in diuersam formam conuertitur? quid postremo speculum consulitur, nisi quia ne ipsa sit timetur? Cultus etiam mulieris pudicae pudicus sit: <sup>45</sup> adulterium fidelis nec in coloribus nouerit. Vestibus aurum intexete, quasi pretio est vestes corrumpere. Quid inter fila staminum delicata, rigida faciunt metella? <sup>46</sup> nisi ut fluentes humeros premant, & luxuriam infeliciter animi iactantis ostendant? Quid cum ceruicis peregrinis lapidibus vrgentur, & absconduntur? Quorum pretia etiam sine artibus <sup>47</sup> Kalendarium cuiusuis excedunt? Non ornatur mulier, <sup>48</sup> sed vitia mulieris ostenduntur. Quid cum digiti tali auro onerati, nec intrare possunt, nec egredi? verum vsus exposcitur, an patrimoniorum inanis pompa monstratur? Mirum negotium, mulieres ad omnia delicatas, ad vitiorum sarcinas fortiores sunt viris. Sed ut reperam quae coeperam, colenda semper pudicitia viris & feminis, omni custodia seruanda est intra limites suos. Cito natura corporis periclitatur in corpore, dum rapit illam secum caro, quae semper in lapsum est. Sub praetextu quippe naturae quae homines semper vrgit ad affectus, quibus ruinae collapsi generis refarciuntur; <sup>49</sup> blandimento voluptatis fallens, non ducit ad continentiam legitimae coniunctionis sobolem, sed iactat in crimen. Ergo contra has carnis insidias, <sup>50</sup> quibus se diabolus & focium ingerit & duces facit, oblectandum est omni genere virtutis. Assumantur secundum Apostolum Christi opera, & a confortio carnis quantum potest animus colligatur: separetur consensus a corpore, vitia semper castigetur ut odiantur: <sup>51</sup> Ante oculos obuerteretur, deformis esse atque deiectus peccati pudor: Poenitentia ipsa cum luctibus suis commissorum criminum inhonesta contestatio est. Nihil consideretur curiose in alienis vultibus; sermo & breuis sit, & fo-

Philip. 2.

& sobrius risus, signum est enim animi facilis & remissi: nam contactus recedat etiam honestus: nihil corpori liceat, ubi vitandum est corporis vitium. Cogitetur quam honestum sit vicisse dedecus, quam inhonestum victum esse dedecore. Dicendum etiam, quod adulterium voluptas non est, sed mutua contumelia: <sup>52</sup> nec delectare potest, quod & animam interficiat & pudorem. Coerceat animus stimulos carnis, refranet impetum corporis. Accepit enim hanc potestatem, ut illi ad imperium eius membra seruirent: & quasi legitimus ac perfectus auriga, vltra concessas corporis metas extollentes se carnis impetus, coelestium praceptorum habenis reflectat; ne vltra terminos suos currus iste corporis raptus in periculum suum secum & ipsum rapiat aurigam. Sed inter haec, <sup>53</sup> immo & ante haec, contra turbas & vitia omnia de diuinis castris auxilium petendum est: solus enim potens est Deus qui homines dignatus est facere, & plena hominibus auxilia praestare. Ego pauca dictaui, quonia non est propositum volumen scribere, sed allocutione transmittere. Vos scripturas aspiciate, ex pla vobis de ipsis praecipis huius rei maiora coquirite. Fratres charissimi, benevalete.

#### AD NOTATIONES IN librum de Disciplina & bono pudicitiae.

1. Non aestimo praeteriisse] *confero legendum: Non existimo.*
2. fidei & scientiae] *Hoc ex cod. Ms. Carr. pro: sententiae.*
3. Diuinorum, &c. verborum] *Gravius in margine dominicorum: sic etiam Ms. cod.*
4. Hoc certe] *Ex Ms. aduicio: certe.*
5. absentem me non credam] *Ita Gravius ad marginem & Ms. pro: non credo.*
6. Verum tamen omnia quae vtiliter proferuntur] *Hoc ex isdem, pro eo quod alij: proferunt; non placet autem quod habet solus Manutius: vtiliter.*
7. Ad implenda quae cognoscimus] *Hanc coniecturam Erasmi sequuntur Gravius, Manutius & Morel. poterat tamen: quaeque, accipi pro: quaecunque; Praesertim quum sic legant etiam Ms.*
8. (quid enim mihi aliud] *Aduicio recens: enim, ex utroque; Ms. quod optime loco quadrat adiecta Paribesi.*
9. quasi renatos ex aqua & Pudicitia] *Ex Erasmi coniectura lego: quasi, pro: quae; ex Gravius vero & Ms. cod. aduicio: aqua &c.*
10. praeter voluntatem quam velle debemus ut nostra sit] *Ex Costerio habeo: vt, pro: &c, adhuc tamen totus locus obscurus est; Ms. cod. & in nostra sit, sed non placet.*

11. quae a Christo consecrata sit] *Hic iterum Costerius: quia Christo. Sed vel Erasmo teste ille sensus constat, & sic legunt etiam Ms. cod.*
12. in mutuo decore] *Prorsus cum Erasmo hoc lego, pro: modulo decore.*
13. ne quid mutilum videretur] *Istud ex Gravius ad marginem, & cod. Ms. pro eo quod alij: inutile.*
14. aut praecpta ministeriis, aut] *Recens omnia haec aduicio ex cod. Ms.*
15. Pudicitia est honor corporum] *Hoc ad verbum ferè pro more Cypriani, ex Terrull. exordio, libri de Pudicitia.*
16. bene sibi tunc conscia] *Aduicio: tunc, ex cod. Ms. Sic & paulopost: eam.*
17. blandas corporis leges non nosse, felicitatis est, &c. Hic illud eiusdem imitatur sub finem libri 1. ad uxorem: Poterit virgo felicior haberi, at vidua laboriosior, &c.
18. ne qua oriente discordia] *Aduicimus: quae, ex cod. S. Pantaleonis. Ex eodem paulopost: diligit; in altero Ms. cod. desiderantur haec omnia.*
19. Adulteras non sinectis viuere] *Fortè: Adulteros.*
20. quae licet descripta non sint, quaruli] *Idem Ms. cod. quae licet descripta sint quarula: sed nec hoc satisfacit.*
21. Adulter enim non habet excusationem] *Hoc rursus ex Tertull. de Pudicitia, non procul ab ipso; referens ad excusationem peccati, quod ille male iuxta suum errorem ad excusationem venia.*
22. quae ita sunt nexae, ut diuelli inde non possint] *Locus pro matrimonij indissolubilitate. Est autè locus ille mutilus, quod etiam asterisco adnotauit Manutius. Prosequuntur quidem cod. Ms. alia distinctione, quae sequuntur, in hunc modum: altitudine sua transcendit omnes. Si vlla praua hominum leges ausa supergredi conantur; virginitas aequat se angelis Dei; sed nec sic satisfaciunt.*
23. etiam contra naturam] *Ex Ms. cod. ita lego, pro: &c.*
24. Virginitas neutri sexus est] *Gravius ad marginem & cod. S. Pantal. neuter, sed prius placet.*
25. Exemplis etiam signatur] *Ita ego ex coniectura lego, pro: sanatur.*
26. & sine arbitris allata & facinorosis accommodata] *Hic similiter ex coniectura: & sine arbitris alta, & facinoribus accommodata.*
27. ad crimen impudicitiae suae] *Optime sic Ms. cod. pro: pudicitiae.*
28. squalida & feruens] *Ms. cod. Carr. suadens & feruens, sed prius arridet magis.*
29. in inuim carceris truditur] *Gravius ad marginem: traditur, illud verò habet Ms. cod. Carr.*
30. Qui in domo minor] *Rectè etiam hoc Ms. cod. pro: minori; neque enim in minori, sed maiori periculo ibi erat Ioseph.*
31. Hanc ex senioribus duo coeperant deperire] *Rectè sic Gravius, pro: in hanc.*
32. in periculo suo tam funestè toties cocepta] *Optime rursus sic Ms. cod. pro eo quod erat corrupte: cocepta.*
33. per istos] *Etiam hoc ex illis restitui; pro eo quod erat pessimè: par ista.*
34. ut quasi flos quidam prope rās velociter transi-



ture ætatis] Pulchre sic restituit hunc locum Grauius, pro eo quod alij legunt: quasi flos quidem propetans velociter transire ætatis; nam & consentiunt Ms. cod. qui etiam legunt: porrectæ, pro eo quod alij porrecta.

35. cæca incendia] Ad diderunt: cæca, Manutius & Morelius, & consentiunt Ms. cod.

36. non mortis] Hoc ex Grauius & Ms. cod. pro: non mors.

37. inimicorum mortibus redderetur] Forte: redimeretur.

38. immaculati pudoris conscientia] Rursus hoc ex Grauius, pro: immaculata.

39. de voluptatibus] Hoc ex Ms. cod. pro: e.

40. Quæ enim illa consummata voluntas] Grauius in margine: voluptas; sed neque hoc perspicuum locum reddit.

41. sed fouenda quæ nostra est] Ms. uterque: fauenda, at minus placet.

42. fidem honoris] Ms. cod. oneris; neutrum satisfaciit.

43. deinde videre ne quid in se ultra modum sculptum] Hæc ex initio mutuatus est libri Tertull. de cultu feminarum, ubi docet etiam in cultu consistere pudicitiam; quod ipsum supra tractauit libro de disciplina & habitu virginum Cyprianus, ubi latius de similibus Tertulliani locis. Atqui rectè Erasimus coniecit legendum: lenocinatum, pro: lenocinatum.

44. quid oculorum extremitates suffocetur] Ita censet legendum Erasimus, pro eo quod habebat vetus excusus codex: suffocantur; eo quod (inquit) sibi nigror oculis addi solet; verum si legatur: suffocantur, aut fucantur, accedet magis ad illud Cypriani libr. citato: oculos circumducto nigrore fucare. illius etiam coniecturam secuti legimus: artibus, pro: actibus.

45. adulteriū fidelis nec in coloribus nouerit] Hoc rectè etiam ille pro: ad vltimum; nam & adulteriū colorum vocat Tertull. de habitu muliebri.

46. nili vt fluentes humeros] Hoc cum Grauius vet. excus. & Ms. cod. quare miror Erasim. legisse: non vt. Eadem ratio est de eo quod sequitur: infeliciter, pro eo quod Erasimus: feliciter: iuxta cod. autem Ms. prætermisimus vocem: le. superfluam.

47. Kalendarium cuiusuis excedunt] Similiter Tertull. loco iam citato: Pro lino decies sestertium infumitur, saltus & insulas tenera ceruix fert, graciles aurium cures Kalendarium expendunt, & in sinistra per singulos digitos de singulis saccis ludit; & seipsum explicat: hæc sunt vires (inquit) ambitionis, tantarum usurarum substantiam vno & muliebri corpusculo bauulare. Kalendarium enim seu Kalendarij liber (vti nuncupatur à Seneca epistola 88.) & tabulas domesticas significat, quibus adnotantur quæ in singulos menses accipiuntur, & eas in quibus proscripserant vsuræ ad Kalendaras exigenda, sicut rectè adnotauit Rhenanus. Plinius enim & Africanus luro. consulti, posteriori hæc significatione vtuntur. Quare non est necesse confingere ad coniecturam Erasimi, vt legatur: cilindorum onus excedunt.

48. sed vitia mulieris ostenduntur] Rectè adiecit Grauius: mulieris. Quod sequitur rursus obscurum est.

49. blandimento corporis fallens non ducit

ad continentiam] Hoc iterum ex Grauius, pro eo quod alij: fallentes, &: conscientiam. Prius etiam legunt codices Ms.

50. quibus se diabolus & socium ingerit & duce[m] facit] Grauius & Ms. cod. inserit; ceteri longè aliter: socium miseræ & duce[m], verum illud vet. exc. placet.

51. Ante oculos obseruetur, deformis esse atque deiectus peccati pudor] Ita rectè Grauius & Ms. cod. quàm alij: Ante oculos obseruetur. Deformis est, & c. malum autem legi: obuertur.

52. nec delectare potest] Ita lego pro eo quod alij: delectari.

53. immo & ante hæc] Adiecit: &, ex manuscriptis codicibus.

## DE LAUDE MARTYRII AD MOYSEN ET MAXIMUM & CÆTEROS CONFESORES. ARGUMENTVM LIBRI sequentis.

**L**audem martyrij sublimi dicendi genere prosequitur, tria potissimum toto libro late pertractans. Quid nempe sit, quantum sit, & cui rei proficit. Pulchre interim similitudinibus & argumento à quotidianis funeribus sumpto, ad mortem pro Christo libenter obeundam hortatur. Iam inter virtutes martyrij enumerat, quod vniuersi doloris expertes martyres Domini propitiatio coronent, ita vt in eos non competat illud Christi, vsque quadrantem nos vltimum reddere. Præmiij verò loco proponit, tū à gehennæ metu securitatem, tum vitæ æternæ consecutionem, pauca poetico quodam more vtraque describens, deinde quod quibusdam sit coronæ loco martyrium, aliis qui sanguine suo lauantur peccatorum redemptionem. Postremo, vbi scripturis aliquot, ad confessionem nominis Christi eos animauit: vt sui memores sint rogat, cum in eis Dominus Martyrium cœperit honorare, vt pote quibus petentibus non negare credatur dominus. Porro Cypriano ascribunt hunc librum præter Comblacensem ex quo illum Erasimus edidit, Cambryonensis, Assyligimensis & Anglicus codex Ms. vt omittant Manutij & Morelij cod. ex quibus pulchre hunc librum plerisque in locis restituerunt. Suffragantur, Vincentius Bellonacensis, Antholinus & Trithemius. Suffragatur etiam titulus ad Moysen & Maximum, ad quos extant duæ Cypriani epistolæ cum ipsorum responso. Immo & ad Cyprianum illorum hæc verba: Maxime quod & gloriosas martyrum non dicam mortes, sed immortalitates gloriosas & cōdignis laudibus profecutus es, & c. Neque verò stilus abhorret quantumuis id sentiat Erasimus: nā & stilo magis elaborato ad eosdē scripta est epist. xvi. quæ aliæ pleræque

tæque, & similem inæqualitatem dictionis videre est libro ad Demetrianum.

**S** I incongruens est, fratres charissimi, in hoc fauore dicendi aliquid trepidationis adferre, minimeque deceat gloriam tantæ deuotionis infringere, ex eo quod fatear me cœpisse dubitare: tamen identidem dico, ipsa animi deliberatione confingi; qui exequendæ laudis cupiditate succenditur, & à loquendo magnitudine virtutis inhietur: cum aut non deceat tacere, aut periculosum sit parum dicere; nisi quod hæc astutanti res sola subuenit, quod videatur ei facile ignosci posse, qui non timuit audere. Quam ob rem charissimi fratres, tot tantisque rebus celsi potentia rei oneratur facultas ingenij, vt quantum se in exprimenda martyrij dignitate protulerit, tantum ipso pondere laudis oppressa, atque æstimatione rerum omnium, de quibus cum maxime loquitur, debilitata ac fracta, intra se ipsa illaqueata oratione deficiat, nec habentis liberis ac solutis in apertum sermonis eloquium vim tantæ laudis exprimat; tamen erit aliqua, nisi fallor, in loquendo facultas, quæ ipsius operis oratione munita large fundat, quod à dicendo impar ingenij conscientia submouebat. Cum igitur fratres charissimi, tot tantisque rebus impliciti, ad comprobandos salutis eximios pulcherrimosque proventus, omni studio ac labore nitamur; non vereor, ne quo ignauiæ metu terretius vel reuocet, vel extinguat: cum si quis ad id voluerit, de quo agimus, intueri, spe deuotionis expensa, atque ipsa eius magnitudine ponderata, magis miretur audere potuisse, in quo me positum & amplitudo rei premeret, & confusam gaudio mentem in angustias animi voti sui feruor vgeret. Nam & quis est, quem non ista res terreat? quis, quem non admirationis suæ pauore subuertat? Est enim profecto, nisi fallor, etiam in ipso conscientia robore admiranda formido, quæ nos exagitet pariter & inflamet. Cuius quanto penitius inspexeris potestatem, tanto ex ipso venerandæ claritatis aspectu religionis suæ præmittat horrorem. Considerate enim vtique debetis, quæ sit gloria, vitæ quamlibet maculam, & fordes polluti corporis, & longa vitiorum tæbe concreta contagia, tantoque temporis

tractu mundi crimen exceptum, vnius instantis exiis expiare: quo & augeri merces, & crimen possit excludi. Vnde dñnis consummatio & status vitæ in martyrio est collocatus. Hoc fundamentum vitæ & fidei, hoc præsidium salutis, hoc vinculum libertatis & honoris: & quamuis sint & alia per quæ adipisci lux possit, tamen ad proximitatem muneris reptomissi, pœnis melius patrocinantibus peruenitur. Quantæ enim sit gloriæ ponderate, huius vitæ cupiditatibus, atque ab omni animi natura, mundique commercio segregatur, contra aduersantis discrimen opponere, nec sauitiam torquentis horrere: animari hominem dolore, quo credatur extinguere, & id sibi in augmentum virtutis assumere, quod cruciatui putat prodesse, qui punit. Nam prædurantibus licet costis resultans vngula recurat in vulnus, & euntibus flagris cum auulsa corporis parte rediens habena ducatur; stat immobilis tamen pœnis suis fortior; hoc solum secum ipse conuolvens; quod in illa crudelitate carnificum, plus, pro quo patitur, Christus, quàm ipse patiatur. Nam quando, si negauerit dominum, pro eo crimen subeat, pro quo vicisse debeat; necesse est eum videri cuncta tolerare, cui victoria debetur & pœna. Igitur quoniam res summa martyrium est, tria sunt quæ ex eo nobis proposuimus esse dicenda: Quid sit, quantum sit, cui rei proficit. Quid est ergo martyrium? delictorum finis, periculi terminus, dux salutis, iter patientiæ, magister domus vitæ quo profecto etiam ea occidunt, quæ in futuro discrimine potuissent tormenta reputari. Per hoc & testimonium nomini redditur, & maiestas nominis redampliat; non quod per se ipsa minui possit, vel de scelere tractatis magnitudo eius infringi, sed quod redūdet ad gloriæ cumulum, dum circumstrepentis populi terror impavidos animos dat dolori, & minis frendentis inuidiæ addit ad titulum: quod tantum sibi mens crescat in pugna, quantum se ille putauerit vincere, per quem Christus hominem voluerit coronare. Tunc ergo omne fidei robur expenditur, tunc crudelitas comprobatur, cum in sermones vulgi atque in opprobrium veneris: cumque te contra illas populares insanias religiosa mente firmaueris, conuincens scilicet ac repugnans, quidquid super personatua in iniuriam Christi



profanus sermo iactauerit: vt cum aduerso mari moles opposita reluctatur, feriant licet fluctus, & reuolutum æquor identidem pulset; tamen hæret immobilis virtus, nec vndis circumspumantibus adoperta succumbit, donec per scopulos vis digesta se supprimat, & superiacens fax in aperta litoris spatia victum æquor euadat. Quid enim est in illis aliud quàm sermo vacuus, & inane colloquium, & inanium voluptas praua verborum: sicut scriptum est: Oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt. Grauatum est cor inspiens eorum, ne quando conuertantur<sup>12</sup> & salutem illos. Non enim dubium est, quin hoc de omnibus dixerit, quorum dura mens semper, & obstinata pectoris feritas, à deuotione vitali fugata dissentit, ducente dementia, furore rapiente, omni denique illos immanitate vexante, qua instigantur pariter ac feruntur: vt cum illis ad pœnam sua facta sufficerent, pœnam ipsam persecutionis agitatae crimen oneraret. Totum hoc in laudem martyrij spectat, totum gloriam passionis illuminat; in qua spes futuri temporis cernitur, in qua Christus ipse operatur, cuius aguntur exempla quæ perimus: cuius & virtus est, qua repugnamus. Et quia in hoc loco aliquid proferre suppetit, summa nimirum est ista, atque admiranda dignatio, & quam nec mente concipere, nec verbis valeamus implere. Quid enim nobis amplius potuisset larga pietate largiri, quàm vt in se primus ostenderet, quid in aliis coronaret? Mortalis factus est, vt immortales esse possemus: & humanæ fortis exitum pertulit, per quem reguntur humana; vt nobis videretur præstitisse quod passus est; confessionem tribuit, martyria subiecit: omnia denique quibus lux supprimi posset, in remedium salutare natiuitatis suæ meritis relegauit, humilitate præcipua, virtute diuina.<sup>13</sup> Cuius rei quique digni esse meruerunt,<sup>14</sup> caruerunt omni hac mundi terribili labe, subactæ mortis conditionem vicerunt. Non enim dubium est quantum à Domino consequantur, qui salutis suæ nomē Dei prætulērunt; vt in illa iudicij die meliores cruor faceret,<sup>15</sup> quos sanguis suus martyres esse monstraret. Mors quippe integriorem facit vitam, mors magis deducit ad gloriam.<sup>16</sup> Sic quotiescunque iacentibus stipulis distenta im-

*Psal. 113.  
Esa. 6.*

bribus frumenta turgescunt, secundæ meses coguntur æstate: sic quotiens ferro vitis abscinditur erumpentibus pampinis, melius vna vestitur; nam & in augmentum prouenturi temporis cedit, quidquid iniuria sua proficit.<sup>17</sup> Flammas quippe plerunquē agris iuuat immittere, quo calore vagantis incendij<sup>18</sup> cœca terræ spiramenta laxentur: iuuat leues stipulas crepitanti igne torrete, vt se alcius grauida seges tollere, parturientibus culmis densior arista valeat florere. Igitur talis & martyrij primo casus, postmodum fructus est, qui morte vitam condemnat, vt vitam morte custodiat. Quid enim tam eximium atque sublime est, quàm inter tot instrumenta carnificum deuotione robusta cunctam fidei reseruare virtutem? quid tam magnum atque pulcherrimum, quàm inter tot circumstantium gladios, libertatis suæ Dominum ac salutis auctorem, repetita sæpius voce profiteri? & maxime si ante oculos tuos ponas, nihil detestabilius esse dedecore, nihil foedius seruitute, nihil aliud te debere iam perere, aliud optare, quàm eripiendum esse cladibus sæculi, exuendum malis mundi, & inter ruinas orbis iam iamque perituri, alienum à terrena contagione versari? Quid enim tibi cum hac luce, cui lux æterna promissa est?<sup>19</sup> quid cum hoc vitæ naturæque commercio, quem cœli amplitudo deposcit? Sane teneat cupiditas ista viuendi, sed quos inexpiabili malo sæuiens ignis æterna scelerum ultione torquet: teneat cupiditas ista viuendi, sed quibus & mori pœna est, & durare tormentum. Tibi iam & mundus ipse succumbit, & terra cedit, qui morientibus cunctis ad hoc reseruatus es, vt martyr esse potuisses. An non quotidiana cernimus funera?<sup>20</sup> cernimus novos exitus diuturnos factos ex sæuientibus morbis; inexpertæ cuiusdam cladis exitia, ac strages popularum urbium intuemur? vt possimus agnoscere quanta martyrij habenda sit dignitas, ad cuius gloriam nos cogere etiam lues cœpit. Etenim charissimi fratres, respicite ad hoc quæso vos plenius, in quo & salus vertitur & sublimitas computatur; licet non sim nescius, etiam vos plenissime nosse,<sup>21</sup> stantium omnium nos iudicij contineri, neque ignorare hanc esse nobis traditam disciplinam, vt sine villo terrore militiæ vim tanti nominis tueamur:

mur: quippe quos pridem à desiderio lucis istius cupiditas æternæ memoriæ deduxerit, quos futurorum vota diuellerint; quosque ab omnibus vitiis optanda Christi societas segregarit: nisi si exitio succumbere, morti animam dubitamus offerre: nec iam retinenda sunt nobis, & amplectenda beneficia diuina; quorum vltra rerum ardorem tanta sit merces, quantum in dicendo humana mediocritas vix possit implere. Sanguini nostro patet cœlum<sup>22</sup>: sanguini gehennæ cedit habitaculum. Et inferiorum omnium gloria pulchrior sanguinis titulus, & integrior corona signatur. Sic quotiens de hoste triumphalibus spoliis onustus miles ingreditur, vulneribus suis gaudet, sic quotiens tempestatibus diu nauata fatigatus littora tuta contigerit, felicitatem suam de perpesso periculo ducit. Est enim profecto, nisi fallor, labor lætus, per quem securitas inuenitur. Igitur toleranda sunt omnia, patientia cuncta, nec appetendum quo modico gaudeas tempore, & perpetuo puniatis ardore. Meminisse enim debes, velut quadam te fœderis pactione constrictum, ex qua aut capeffendæ salutis sit iusta conditio, aut pœnæ merita formido. Stas inter aduersa pariter ac prospera, arma inter & tela, hincque te sæcularis ambitio, inde cœlestis admonet magnitudo. Si salutem times perdere, scito te mori posse. Porro autem contemnenda tibi mors est, cui Christus occisus est.<sup>23</sup> Ante oculos tibi quæso concurrant dominicæ passionis exempla: concurrant oblata & præmia, & parata discrimina: & quantam inter se habeant difficultatem, res vtræque conspice: nec enim poteris confiteri, nisi scias quantum noceas, si negaris. Cœlo martyres gaudent, veritatis inimicos ignis absumit. Paradisus Dei testibus florere<sup>24</sup> negatores gehenna complexa æternus ignis inardescit. Et vt de cæteris taceam, hoc nos vti que magis debet hortari, quod confessio vocis vnus Christi perpetua confessione seruetur: sicut scriptum est:<sup>25</sup> Qui me confessus fuerit in terris coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo, & coram angelis eius. Adhuc accedunt ad gloriæ cumulum ornamenta virtutum: ait enim: Fulgebunt iusti, tanquam scintillæ in arundinetis discurrentes: iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.<sup>26</sup> Magna

*Math. 10.*

*Luc. 12.*

*84p. 3.*

est enim, fratres charissimi, claritas, vitam salutis æternæ honestate passionis ornare; magna sublimitas ante ora Domini aspectumque Christi potestatis humanæ tormenta contemnere, nec horrere. Sic Daniel minas regis & leonum frementium rabiem per constantiam fidei suæ vicit, dum adorandum nullum alium esse quàm Deum credidit. Sic in camino pueris constitutis in se arsit incendium, dum ignes iusti tolerant, quod de gehenna, Domino credendo, metuebant. Vnde & retulere condigna, non in posterum tracti,<sup>27</sup> non salutis æternæ præmio reseruati. Fidem illorum Deus vidit, vt quod sibi post exitum promiserant, videre mererentur in corpore: nec enim poterit æstimari quanta in præsentem tributa sit merces. Si fruentia fuit, cessit:<sup>28</sup> si flamma, constitit. Erat enim vna mens omnibus, quam nec violentia frangeret, nec ira subuerteret, nec à deuotionis obsequio timor mortis inhiberet. Vnde per gratiam Domini factum est, vt sic in illis rex potius videretur punitus esse, dum euadunt quos se crediderat occidere. Nunc iam ad eam rem, fratres charissimi, veniam; ex qua ostendere satis possum, quanta martyrij virtus habeatur; quæ tametsi est omnibus nota,<sup>29</sup> proque ingenitæ claritatis insignibus expetenda, tamen plus addidit necessitas temporis desiderio voluptatis. Etenim est in muneribus magnis, si eo tempore quis coronetur, quo coronatum se putat, si fortè moriatur. Igitur cum sit sublime excelsumque martyrium; nunc magis est necessarium, quando mundus ipse subuertitur, partimque orbe concusso natura deficiens vltimi exitus monumenta testatur. Nam & cum cœlo imber incumbit, pluuias aer tristis ostendit; & quotiens atra tempestas horrenti imminet pelago,<sup>30</sup> per interapertam nubium noctem corusca ignium fulmina relucescunt: sed & cum magnis mare fluctibus voluitur, paulatim vnda se tollit, paulatimque æquor albescit; donec cernas ita postmodum ruere, vt in illis quibus retunditur faxis spumam altius iaciat, quam vndam tumidum pelagus expuebat.<sup>31</sup> Legis scriptum esse, vsque quadrantem nos vltimum reddere: sed hæc pars ablata martyribus. Etenim qui salutis æternæ cupiditatibus freti vitæ huiusce desideria vicerunt, hos expertes doloris v-

*Dan. 14.*

*Dan. 3.*

*Math. 4.*



niuersi, <sup>12</sup> Domini propitiatio coronat. Igitur hic primum, charissimi fratres, poterimus exponere, quanta martyrij virtus possit impleri. <sup>13</sup> Atque ut transeam cuncta, meminisse debemus, quanta sit gloria ad Christum immaculatum venire, confortem passionis existere, perpetuamque cum Domino aternitate regnare, carere exitiis imminentibus saeculi, nec inter <sup>14</sup> cruentam morborum populantium stragem in communi cum ceteris forte miseri. Atque ut sileam de corona, si tibi in his natura lubricis malis posito, vitæ promitteretur excessus; nonne omni gente gauderes? <sup>15</sup> Si inquam, te in huius mundi turbinibus fluctuante vicina arceseret requies, nonne mortem pro remedio computares? Positus inter arma carnificum, ac tela probantium quaestio, <sup>16</sup> ista sublimis ac fortis considerans quanta sit poena negare eo tempore, quo frui saeculo nequeas, <sup>17</sup> cuius causa negaras: quoniam quidem graua tormenta, ac puniendi noxias artes in perniciem nostram Dominus sciebat armari, quo fortes ad omnem tolerantiam faceret. Fili, inquit, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & praepara animam tuam ad tentationem. Sed & beatissimus Paulus Apostolus exclamauit & dixit: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Quam ob rem, charissimi fratres, fide firma, deuotione robusta, <sup>18</sup> contra minas saeculi atroces & asperos insequentium fremitus aduersa virtute resistendum; nec timendum quorum spes aternitatis & vita caelestis est, quorumque ardor in cupidine lucis <sup>19</sup> succenditur, & salus de promissa immortalitate latatur. Hoc vero quod catenis artantibus manus strictae & circumacti graues ceruicibus nexus solido deprimunt pondere: vel quod eculeo corpus extensum candenter stridet ad laminas; <sup>20</sup> non expetendi sanguinis, sed tentationis est causa. Nam & ipsam martyrij dignitatem quemadmodum agnoscere possemus, nisi illam etiam cum damno corporis nostri cogere-mur optare? Sensi equidem, nec me veritas fallit, cum saeue incumbentium manus membra diuellerent, artusque laniatos tortor saeuens exararet, nec tamen vincceret, circumstantium verbis: magnum istud est, dici profecto, non doloribus subigi, non poenis argentibus frangi. Sed erant alia

\* quæ sit ista sublimis ac fortis conscientia, confidera.

Eccl. 2.

Philipp. 1.

dicentium voces; & puto liberos habet. Nam est illi focia in penatibus coniux, & tamen nec vinculo pignorum cedit, nec obsequio pietatis abductus à proposito suo deficit. Noscenda res est, & virtus penitus scrutanda visceribus: nec enim leuis est ista quaecunque confessio, propter quam homo patitur, <sup>41</sup> & mori posse. Etenim charissimi fratres, virtus est tanta martyrij, <sup>42</sup> ut per illam credere etiam ille cogatur qui te voluit occidere. Scriptum est & legitimus: In dolore sustine, & in humilitate tua habe patientiam, quoniam per ignem probatur aurum & argentum. Quoniam ergo nos terrenis tentationibus probat Dominus, & his saeculi malis scrutator Christus expendit; gratulandum nobis est, atque latandum, quod non illis nos perennibus reseruet exitiis, sed gaudeat ab omni contagione purgatos. Cæterum ab his quos hereditatis participes adsciscit, & in regna caelorum libenter adsumit, quid utique aliud quam integritatis ambitum quaerit? Sua ipse dixit vniuersa, & quæ iacentibus se explicant campis, & quæ in obliquos se erigunt colles: sed & quod caeli magnitudo circumuenit, & quod pelago circumfluente lubricum æquor includit. Quod si illi adiacent omnia, nec à nobis exposcit nisi facta sincera; auro, ut ipse dixit, similes esse debemus. Aurum quippe cum relucens visceribus terris tremulo videris splendere sub lumine, <sup>43</sup> & in liquidum flammis torrentibus resolui (nam & artificis gratia, ferè sic est) caminis quotiens anhelantibus æstuans ignis euomitur; aditu terrestri canali angusto diues flamma eligitur; & resluentibus glebis arena retinetur. Vnde necesse est vniuersa sufferre, quo possimus omni scelere carere, sicut per prophetam suum dixit: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, tamen spes illorum immortalitate plena est: & vexati in paucis, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos sui, <sup>44</sup> & quasi holocausti hostiam accepit illos. Quod si te dignitas ambitiosa deterret, & congesta in thesauris pecuniae admonet magnitudo, quæ semper propositum bonæ mentis auertit, & deuotam pro Domino suo <sup>45</sup> animam furiali elidit horrore; quæso repetas verba caelestia, nam & ipsa vox dicentis est Christi:

Qui

Mat. 10.  
v. 16.

Mat. 16.

Gen. 22.

Qui perdidit animam suam pro nomine meo, <sup>46</sup> recipiet in hoc saeculo centuplum, & in futuro vitam aeternam possidebit. Quæ utique nihil maius, nihil aptius, nihil vtilius computare debemus. Nam licet pretiosarum vestium more purpura in imagines currat, & lentescens filis aurum erret ad speciem, nec de effossis thesauris; <sup>47</sup> vacua tamen nisi fallor ista atque inania computabuntur, si adiacentibus tibi cunctis, sola salus tibi deesse videatur; sicut Spiritus sanctus loquitur, nihil nos in vicem animæ nostræ posse dare. ait enim: Si totum orbem lucrifeceris, & animam tuam perdidideris, quid proderit tibi? aut quam homo commutationem dabit pro anima sua? Vacua sunt enim vniuersa quæ cernimus, & quæ infestim radicibus posita, soliditatis suæ vim nequeant sustinere. Nam quod & de saeculo capitur, vetustate temporis frustratur; vnde & ne quid esset dulce, vel carum, vel quod salutis aeternæ præferri cupiditatibus possit; dominicis amputata præceptis, iure proprio, ac lege priuata sunt: Ne in tormentis scilicet patrem filius frangeret, neue obstrictum durati roboris pectus in aliam voluntatem affectus forte mutaret. Solam veritatem, salutemque solam inter magnos complectendam esse cruciatus, suo Christus iure constituit: in quo coniux & liberi & nepotes, in quo <sup>48</sup> omni viscerum sobole relicta: vsurpanda victoria est. Nam & Abraham sic Deo placuit, qui tentatus à Deo, & filio non pepercit: pro quo ignosci forsitan posset, si illum dubitasset occidere. Armavit manus religiosa deuotio, & omnes pietatis affectus Domini iubentis imperio pietas paterna neglexit. Nec horruit quod nati funderet sanguinem, nec intremuit ad vocem; & adhuc pro eo Christus non fuerat occisus. Quid enim carius eo, quam qui ne quid inuitus hodie sustineres, prius passus est, quod doceret? Quid eo dulcius, qui cum ipse sit Deus noster & Dominus, tamen patientem pro se hominem regni caelestis efficit cohæredem? O grande nescio quid, siue quia illud conscientiae ratio vix sustinet capere, quin magna semper miretur ad munera; siue quia tam larga maiestas est Dei, ut in sperantibus cunctis etiam ea offerat, quæ

nobis contemplatione factorum nefas fuerat optare. Etenim si tantum salus daretur aeterna, pro ipsa perpetuitate viuendi haberemur in gratia. At nunc cum caelum & iudicandi de cæteris facultatem perenni saeculo largiatur: <sup>49</sup> quid est in quo se parem his omnibus possit humana mediocritas experiri? Si iniuriis ageris, prior actus est ille: si contumeliis premeris, Dei munus imitaris. Vnde & parum est quidquid pertuleris pro eo, qui nihil amplius potes facere, nisi quod in hoc salus vniuersa consistit; quia martyrio totum ille promisit. Denique Apostolus cui cordi fuerunt semper vniuersa, cum instar munerum promissorum penitus miraretur: <sup>50</sup> Aestimo, inquit, non esse condignas passiones huius temporis ad superuenturam claritatem, quæ reuelatur in nobis. Etenim secum ipse voluebat quanta merces existeret, ut ei cui sufficeret morte carere, non tantum salutis daretur præmium, <sup>51</sup> sed & conscendere caelum; caelum quod nec fugata lux cogit in noctem, nec alternis vicibus dies aperit in lucem, sed aëris liquidi serena temperies, per sudum igneo fulgore rutilantem puram explicat claritatem. Iam superest, charissimi fratres, ut debeamus ostendere, cui rei martyrium proferat. Atque illud profecto doceamus, quod nos ad hunc gloriae titulum metus excitet futurorum. Etenim quibus magna promissa sunt, magis magna sunt quæ metuenda esse illis videantur. Nam <sup>52</sup> nec se in arma miles accendit, <sup>53</sup> priusquam se inimica hostis tela commouerint. Nec nauem aliquis statione subducit, nisi animum pelagi pauor strinxerit. Sed & intentans suis opibus scrutator agricola; non ante felici terram suscitatur vomere, quam in puluerem imbre concepto putris gleba soluat. Ita est omnis naturalis hic vsus, nescire quid proferat, nisi agnoueris quod occidit. vnde & datur sanctis omnibus præmium, dum infliguntur iniustus tormenta factorum. Igitur quæ suis promiserit Dominus, ne mini qui nesciat, dubium <sup>54</sup> sed nec quantis mine-tur ignarum. Et quoniam ita se attulit sermo, ut de vtrisque habeatur ratio, paucis ut de vtrisque dixi, breuiter exponam. Sauiens locus, cui gehenna nomen est, magno plangentium murmure & gemitu, & cruciantibus flammis per horrendam spissæ

Rom. 8.

\* Non in arma miles accendit.

Oo iij



caliginis noctem, sæua semper incendia camini fumantis expirat: globus ignium artatus obstruitur & in varios pœnæ exitus relaxatur. Tunc sæuendi plurima genera; tum in se ipse conuoluit quidquid ardoris emissi edax flamma cruciarit. Hos, quibus recusata vox Domini & imperia fuerunt contempta, disparibus coërcet exitiis; proque merito salutis exactæ vires suas suggerit, dum pars sceleris discrimen imponit. Et alios quidem moles intolerabilis curuat, alios per abruptum cliuosi tramitis collem vis sæua præcipitat, & catenarum stridentium nexum graue pondus inclinat. Sunt & quos agens strictim rota & indefessa vertigo, & quos tenaci inter se densitate constrictos adherens corpori corpus includat: vt & absumat incendium, & grauet ferrum,<sup>53</sup> & excruciet turba multorum. Quibus autem inquisitus fuit semper Deus, aut notus, nunquam excidit Christi locus; <sup>54</sup> vbi iacet gratia, vbi virentibus campis terra luxurians alumno se induit gramine, & redolente pascitur flore; vbi altum nemora tolluntur in verticem; & <sup>55</sup> vbi arbor densiore coma vestit, quidquid curuantibus ramis scena deiacés inumbrarit. Omnia illic non frigoris, nec ardoris: nec vt in autumnu arua requiescant, aut vt iterum vere nouo tellus fecunda parturiat: vnus cuncta sunt temporis: vnus poma feruntur ætatis. Quippe cum nec mensibus suis tunc luna deseruiat, nec per horarum sol momenta decurrat, aut in noctem lux fugata concedat. Habet populos quies lata, sedes tenet placida, vbi fons scaturiens medius sinu alvei prorumpentis emergit, & rauco per interualla circuitu sinuosis flexibus labitur, vt in ora nascentium sibi fluminum diuidatur. Hinc ergo magna laus martyrum, hinc nobilis corona victorum, quibus maiora his repromissa sunt, quibus auctiora sunt præmia. Quod verò vel ferris corpus obicitur, vel imminens gladius non timeretur; dignationis ostenditur ratio, manifestatur electio. Etenim incongruens fuerat, vt quem æquum tanti muneris iudicasset, inter terrena vitia fordésque retineret. Meritò enim nihil vobis, o boni martyres, denegatum: quos spes æternitatis alit, & lacis; quotùmque deuotio vniuersa, & mens cœlesti dedita cernitur feruituti. Meritò, inquam, meritò vobis

nihil velle non licitum, quorum animo despectus hic mundus, & alienata sæculi facies, velut cœlesti tenebrarum inhorruit cœcitate; cui semper hic mundus loco carceris, tecta pro claustris, <sup>56</sup> in vita semper habita commeatus. Sic quippe triumphatibus victoria de his malis rapitur, quem non pompatico gressu vana subiecit ambitio, aut popularis extulit magnitudo; sed quem cœlesti cupiditate flagrantem suo Christus addidit regno. Nihil itaque tam magnum atque venerandum, quam quod liberat morte, & facit viuere, & dat perpetuo regnare cum sanctis. Hoc diuitibus aptum, miseris necessarium, omnibus gratum; quo lætantur boni, reueuantur abiecti, coronantur electi. Etenim Deus omnium cultor velut quoddam martyrio remedium vitæ dedit, quando aliis illud pro merito eorum tribuit; aliis pro misericordia sua tradidit. <sup>57</sup> Vidimus quippe ad hunc nominis titulum fide nobiles venisse plerosque, vt deuotionis obsequiũ mors honestaret. Sed & alios frequenter aspeximus interritos stetitisse; vt admissa peccata redimentes, cruore suo loti haberentur in sanguine, & reuiuiscerent interempti, qui viuentes computabantur occisi. Mors quippe integriorem facit vitam: mors amissam inuenit gloriam. Nam hoc spes iam amissa percipitur, hoc salus cuncta reparatur. <sup>58</sup> Sic cum arenis campis sementa defecerint, & herbis terra morientibus æstuarit, supinis è collibus fluuium iuuat elicere, & scaturientibus riuis arua sitientia temperare; quo se in vberes culmos victa agri icuinitas funderet, & pluuias imbre mentito seges densior inhorreret. Quid igitur, fratres charissimi, potissimum referam, quidue dicam? sic in vnum conuenientibus titulis dignitatis, turbatur animus, deducitur sensus, & in ipso conatu nitentis eloquiij <sup>59</sup> impar sermo vanescit. Quid enim dici satis possit, cum si vim æternæ salutis expresseris, occurrat ambitio; si ambitum dixeris, præueniat magnitudo? Res simulque congruunt, simulque concurrunt, <sup>60</sup> nec est quod dignum proferendum esse videatur. Ita imperus orationis audentis velut implicatos irretitòsque obuiam ex aduerso martyrij exempla tenuerunt. Quæ vox, quæ latera, quæ vires instar muneris tanti capiant sustinere? Confessione vocis vnus aduersa succumbunt

bunt, læta proueniunt, patent regna, parantur imperia, deuincitur pœna, mors subigitur, vita profertur, & infestantis inimici repugnantia arma soluantur. Si delictum est, occidit: si crimen, abicit. Vnde, quæso vos, hoc vestris mentibus ponderate, tantùmque de nostra oratione percipite, quantum sciatis vos posse sentire. Veniat ante oculos vestros, qui dies ille sit, cum spectante populo, atque intuentibus cunctis, contra terrenas cruces, & minas sæculi, inconcussa deuotio relictetur; quam suspensi animi, mentèscue sollicitæ de ancipiti trepidatione, <sup>61</sup> gratulante formidine, pauido quatiantur horrore; quæ illic anxietas, quæ exoptatio precum, quæ vota memorentur, cum adhuc nutante victoria, atque in incertis exitus casu victrix capiti corona dependeat. Cùmque illa pestilens ac furibunda confessio accendatur ira, inflammetur insania, omni denique pectoris rabie ac minis freudentibus torreatur. Etenim quantum hoc sit quis ignorat, vt non doloribus vulnerum, non ictibus quæstionum, velut despecta nostra fragilitas, & humanæ virtutis inopinata cedat audacia; stare hominem, nec moueri; torqueri, nec tamen vinci; sed pœna ipsa potius, qua cruciatur, armari. Considerate quid sit, charissimi fratres; omnem martyrij firmitatem sensibus vestris animisque proponite. <sup>62</sup> Ecce enim in cuiuslibet passione vocati gaudent iam pridem acciti è sæculo martyres; gaudent bonorum omnium nunciij; gaudent pariter electi; ibi lætatur milite suo Dominus, lætatur teste nominis sui Christus. Parum est quod dico, fratres charissimi, parum est, Ita magna mihi ratio in hoc genere dicendi, ac moles admiranda suscepta: sed arbitrij, quæso vos, grauitas ab intentione propria non desit, sciens tantum de martyrio posse dici, quantum potuerit æstignari. Vnde & hæc sola exequenda laudis fuit causa, non quo parem me gloriæ eius, atque idoneum iudicarem; sed quod tantam in illo cernerem esse virtutem, vt & si parum de eo dicerem, plurimum me dixisse profiterer. Nam præferatur licet bono fidei custodita iustitia, melioremque se inter omnium laudes virginitas immaculata cognoscat: cedat tamen sanguini, summitatur cruori. illi elegerunt bonum, hi imitati sunt Christum.

Nunc verò, charissimi fratres, ne quis me arbitretur omnem salutem non alio statum quam in martyrio collocasse: hoc primo profecto respiciat, neque me tantum esse qui loqui videor; neque ita se habere ordinem rerum, vt immortalitatis spes repromissa vnus partis latere nitatur. Sed quoniam ita Dominus suo ore testatus <sup>Ioan. 14.</sup> est, esse habitacula penes patrem multa; nihil maius credidi ea gloria, qua probantur hic homines, qui sæculari indigni sunt vita. Igitur charissimi fratres, æmula religione certantes, velut in certamine quodam mercedis agitati, omnem virium copiam tolerantiamque subeamus. Non enim mouere nos debent caduca, quæ semper in euerfionem suam non modo lege propofita, sed etiam ipso sine temporis vrgentur. Exclamat Ioannes & dicit: <sup>Mat. 3.</sup> Iam quidem securis ad radicem arboris posita est: monstrans scilicet & ostendens, vltimam esse rerum omnium senectutem. Sed & ipse dominus: Ambulate, inquit, <sup>Ioan. 12.</sup> dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant. Quod si illo tempore ambulandum nobis esse prædixit: vti que vt nos magis ambularemus ostendit. Atque vt ad laudem martyrij redeam, vox est beatissimi Pauli dicentis: Nescitis quoniam qui <sup>1. Cor. 9.</sup> in agone currunt, multi certant, vnus autem accipit palmam? vos autem sic currite, vt omnes coronemini. Sed & alibi, quod ad martyrium possit hortari, cohæredes nos Christi vocauit. quin etiam ne <sup>Colos. 2.</sup> quid omitteret; Si cum Christo, inquit, commortui estis, quid tanquam viuentes in hoc mundo decernitis? Etenim charissimi fratres, qui resurrectionis præmia sustinemus, qui iudicij diem quærimus, qui denique cum Christo regnatos nos esse confidimus; sæculo mortui esse debemus. Nec poteris optare martyrium, nisi ante oderis sæculum; nec peruenire ad Dei præmium, nisi amaueris Christum: Qui autem amat Christum, non amat sæculum; Christus enim abiectus est sæculo, sicut <sup>Galat. 6.</sup> & sæculum Christo; Ita vt scriptum est: Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Nemini amabilis fuit mundus, quem non ante damnauerit Dominus; <sup>63</sup> nec salute potuit frui æterna, qui mundi gloriatus est vita. Vox est ista Christi dicentis: <sup>Mat. 10.</sup> Qui in hoc sæculo amauerit animam suam, in futuro perdet illam; qui autem in hoc sæ-



culo oderit illam, in futuro inueniet eam. Sed & Apostolus Paulus: Imitatores, inquit, mei estote, sicut & ego Christi. Et alibi: Volo vos omnes, ait, si fieri potest, imitatores meos esse. Dixit hoc ille qui passus est: & qui ad hoc passus est, ut imitaretur Dominum; utique & nos ad hoc voluit pati, ut per ipsum imitemur Christum. Si iustus es & Deo credis, quid pro eo sanguinem fundere metuis, quem pro te toties passum esse cognoscis? <sup>64</sup> In Esaia factus, in Abel occisus, in Isaac immolatus, in Ioseph venundatus, in homine crucifixus est: & de cæteris quidem taceo, quæ nec oratio potest dicere, nec animus sustinere. Vincitur conscientia humilitatis exemplo; <sup>65</sup> & quando considerat quæ dum patetetur acciderint, miratur passum propter quem cuncta trepidarint. Dies fugit in noctem, in tenebras lux cuncta concessit, atque inclinato per alternas vices pondere, omnis terra commota dissiluit; turbati manes, monumenta nudata sunt; & sepulchris hiata dehiscensibus terræ, reddita luci corpora restituerunt; fluxu sanguinis mundus intremuit, scissa quæ foribus dependebant <sup>66</sup> vela, templum omne mugit: qui moriendo arguit sæculum. Igitur cum ad exemplum dominicæ passionis, atque ad omne testimonium Christi animam tuam ponas, nec fundere sanguinem metuas, martyrio totum necesse est cedere. Martyrij inæstimabilis gloria, infinita mensura, immaculata victoria, nobilis virtus, inæstimabilis titulus, triumphus imensus; quippe quo & propria conscientia laude præfertur, velut facio Christi cruore decoratus. Itaque, charissimi fratres, licet sit hoc totum dominicæ promissionis & muneris, licetque tribuatur ex alto, nec capiatur nisi eius imperio, <sup>67</sup> sed nec aut mente concipi, aut exprimi verbis, aut oratione percurri, aut quibuslibet eloquentiæ viribus possit impleri: tamen erit hoc benevolentia vestra. erit charitatis & amoris, si volueritis nostri memores esse, <sup>68</sup> cum in vobis Dominus martyrium cœperit honorare. Vos intra se sanctum illud altare, vos intra se magna illa venerandi nominis sedes, veluti sinu quodam gremij amplectentis includit; vos imperia perennis temporis sustinent, & illic conregnaturi semper & victuri. O beati & quibus vere dimissa sunt

peccata; si tamen qui Christi compares estis, aliquando peccastis. O beati quos à primordio mundi Domini sanguis infecit, & quos merito splendor iste niuei amictus induerit, & candor stolæ ambientis ornauerit. Videor denique ipse mihi iam cernere, proque arbitrio mentis humanæ ante oculos & aspectum diuinum illud mihi & insigni concurrir: videor, inquam, mihi iam cernere, ut ille virorum nobilis numerus Christi sui gloriam iterque comitetur. Ibit ante ora eius felix caterua victorum, & se densantibus turmis, velut solis exortu totum illuminatum agmen inferet potestatem. Et vtinam perabiectioni mihi istud videre contingat: sed hoc Dominus poterit efficere, quod vobis petentibus creditur non negare.

### ADNOTATIONES in librum de laude Martyrij.

1. cum aut deceat tacere] Sic recte Manut. cum cod. Ms. pro: cum autem.
2. tot tantisque rebus] Hoc recens adiucio ex Cambrensi codice.
3. in eloquendo facultas] Ita Morel. & Manut. alij: fides.
4. large fundat] Istud habeo ex Affliginensi codice, pro: vage fundat, adhuc tamen locus obscurus est.
5. quod à dicendo impar ingenij conscientia submouebat] Cambren. cod. quod ad dicendum par ingenij conscientia commoueat; quam postremam vocem habent etiam excusis vulgati cod.
6. in ipso conscientia robore] Antea erat: rubore.
7. quantæ sit gloria, vitæ quamlibet maculam, &c.] Cambren. cod. non male: quanta sit gloria virtus, qua licet maculati cordis & polluti corporis licet modice iniusta contagia, Accedens propius ad corruptam Affliginens. & excusis. cod. lectionem, sed prior placet magis. Confirmat vero Cambrensis codex quod habent Manutius & Morelius: cibus, pro: icibus.
8. Nam prædurantibus licet costis] Ms. cod. cum prius excusis legunt: guttis.
9. plus, pro quo patitur, Christus, quam ipse patiat] Hoc ex Cambren. cod. pro eo quod illi: plus pro quo patitur, Christus ipse patiat, eo quod in vulgatis excusis (quamquam peperam) transposita reperitur particula: quam.
10. iter patientiæ, magister domus vitæ] Hac utriusque Ms. placet lectio, eo quod antea, peruersa tamen distinctione, legebatur in excusis vulgatis: iter patientiæ magister, domus vitæ; alij omittunt vocem: iter.
11. & maiestas nominis redæpiatur] Hinc etiã lectioni vulgat. consentiunt Ms. pro qua illi: ampliatur. Similes

similes voces repeririuntur: Recorporatio, redanimatio, apud Tertull. libr. de Resurrectione carnis. sequentia certe illi recte restituerunt.

12. & salutem illos] Ms. cum excusis præter Manut. fidei; perinde est.

13. cuius rei quique digni esse meruerunt] Manut. cum vulg. qui qui, sed illud pro: quicunque, magis visitatum est Cypriano & Tertulliano, & habet Morelius cum Ms.

14. caruerunt omni hac mundi terretima labe, subactæ mortis conditionem vicerunt] Cambren. cod. caruerunt homine, ac mundi terretimam labem subacta mortis conditione vicerunt. Affligin. vero illud legit, præterquam quod habeat: deterrima.

15. quos sanguis suus martyres esse monstraret] Hoc sic restitui ex Cambren. cod. pro eo quod duntaxat: sanguis suus, (vel: viuos) esse monstraret.

16. Sic quotiescunque iacentibus stipulis] Ita etiam ex eodem hunc locum restitui; nam veram esse cam lectionem, tum probat experientia, tum quod aliqui non esset apta comparatio. Antea erat: latentes, pro quo Manutius & Morelius: latantibus.

17. Flammas plerunque agris iuuit immittere] Cambren. & hic & postea: libet; si legamus: libet, accedit propius ad lectionem prius excusis. & Afflig. cod. iubet; latius de his in Georgicis Virgilus.

18. cæca terræ spiramenta laxentur] Istud quoque habeo ex Cambren. codice, pro eo quod alij: laxaret, Rursus ex eodem: tollere, & valeat florere, pro: tolleretur, & floreret, duntaxat.

19. quid cum vitæ hoc naturæq; commercio] Adieciimus vocem: hoc, ex utroque Ms.

20. cernimus nouos exitus diuturnos factos ex fauentibus morbis] Rursus istud ex Camb. cod. pro eo quod alij: diuturnos factis & fauentibus. Aequi recte illi ex Ms. substituerunt: lues, pro: salus.

21. Stantium omnium nos iudiciis contineri] Iterum hoc ex Cambrensi codice, præterquam quod legat: ignoraret, pro eo quod Manutius & Morelius: Stantium omnium nostrum iudiciis contineri. Est enim frequens stantium mentio apud Cyprianum.

22. Sanguini gehennæ cedit habitaculum, Et inferiorum omnium gloria] Pro ceteris placet hæc Cambrensis codicis lectio, præsertim quum propius accedat id quod habet Affliginens. cod. & sanguini; gehennæ cedit habitaculum & inferus. Omniū gloria. Antea erat pessime: & sanguini gehennæ, cæli tabernaculum. Et inferus omniū gloria, pro eo quod male Manutius & Morelius: & sanguini, gehennæ cedit tabernaculum. Et inter omnium gloriam, Qui optime etiam legunt: Et integrior corona signatur. Sic, &c. pro eo quod Affliginens. cum excusis: & integrior corona, signatum sit, ac Cambren. & integrior, corona signatus sit.

23. Ante oculos tibi] Hanc distinctionem acceptam debet Affligin. cod. Ignis absumit, Ms. uterque: absumet, sed prius malo, quia sequitur: inardescit.

24. negatores gehennæ complexa æternus ignis inardescit] Sic cum Manutio & Morelio Affligin. cod. pro eo quod erat: negatores gehennæ, æternus ignis, Camb. autem: negatores gehennæ complexos, &c. Quomodo si legas, actus accipitur: inardescit, pro com-

burit; haud aliter ac dixit Virg. Georg. 4. Ardebat Syrius Indos.

25. Qui me cõfessus fuerit coram hominibus in terris] Illud: in terris, neque alibi habet Cyprianus, neque in Evangelistis; pro more tamen Cypriani ex duobus Evangelistis concinnatum est hoc testimonium.

26. Magna est enim, fratres charissimi, claritas] Accedit quam proxime quod habet Cambrensis codex: claritas; sed prius placet, Locus antea erat corruptissimus.

27. non salutis æternæ præmio referuati] Cambren. cod. sed salutis, at prius placet, quia hoc probare nititur, tres pueros etiam in hac vita accepisse condignam.

28. si flamma constitit] Manutius quidem & Morelius: cõfedit, at illud habet cum vulgatis excusis Affligin. cod. & accedit quam proxime Cambren. dum legit: si flamma, constititerat enim.

29. proque ingentis] Affliginens. proque ingentis. Quod quidem magis accedit ad lectionem vulgatam: pro quingentis; legit tamen illud cum illis Cambren. neutrum displicet.

30. per interapertam nubium noctem] Ms. cum antea excusis: fluminum, neutri male.

31. Legis scriptum esse, vsque quadrantem nos vltimum reddere, &c.] Eodem prorsus modo hanc scripturam explicat, nempe de doloribus post mortem, epistola ad Antonianum; quare etiam hic locus facit pro purgatorio.

32. Domini propitiatio coronat] Hoc denique restitui ex Ms. pro eo quod illi: Domini promissa fecerunt, quia sequitur: Atque ut flicam de corona.

33. Ad quæ ut transeam cuncta] Placet hæc Cambren. cod. præ illa Manut. & Morel. Atque ut transeam cuncta; neque vero male antea excusis cum Affligin. cod. Atque ut transeam, nunciam.

34. cruentam morborum populantium stragem] Cambren. cruentas strages.

35. Si, inquam, te in huius mundi turbinibus fluctuantem] Idem ille hoc restitui quam alij: Si qua te &c. fluctuantem, vel: fluctuante.

36. quæ sit ista sublimis ac fortis constantia considera, quanta, &c.] Eiusdem etiam hæc placet lectio, quod cum Affligin. & excusis conueniat, præterquam quod ommissa erat vox: constantia, & habeat: considerans, Manutius & Morelius legunt: Sta sublimis ac fortis, considerans quanta. Pro quibus facit scriptura quam citat.

37. cuius causa negaras] Horum hæc lectio placet, pro: cuius caueis carcas; eo quod Cambren. legat: cuius caueas, necaras, nullo alioqui sensu.

38. contra minas sæculi atroces] Hoc nos nunc prius ex Camb. cod. pro: contra omnes, &c.

32. accenditur] Præter Manutium alij omnes: succenditur.

40. non expetendi sanguinis] Antea erat: non exempti. magnum istud est, dici profecto] Pulchre, hic locus restitutus est à Manutio & Morelio; antea erat: magnū vitus est, &c.

41. & mori possit] Camb. ut mori possit.

42. ut per illam] Idem: per illud.

43. & in liquidum flammis torrētibus resoluū] Etiam hunc locum eleganter illi restituerunt, antea erat:



eos & in liquidum flammis torrētibz resoluam, seu: resoluisset, &c. & pro: canali, quod habet etiam Cambrensis, legebatur: carnali: pessimē.

44. & holocausti hostiam] sic Afflig. & excus. cod. prater Manutium, qui habet: holocaustam hostiam. Quia autem Cambrensis legit: holocausta, hostiam, suspicor esse legendum, sicut alibi Cyprianus: holocausta hostiæ, Atqui prorsus legendum: accepit, pro eo quod perperam omnes: accipit, quia & Græcè & Latine illud legitur.

45. animam furiali elidit horrore] Manut. & Morel. agit horrore, at illud legitur etiam Ms.

46. recipiet in hoc sæculo centuplum] Ex variis Matih. locis cap. 10. & 19. hanc scripturam consarcinavit.

47. vacua tamen] Aditio: tamen, ex Cambr.

48. omni viscerum sobole relicta] Etiam hoc ex eodem, pro eo quod erat: omnis viscerum soboles relicta, vel: soboles eius.

49. quid est in quo se parem his omnibus] Recte à Manutio & Morelio sic castigatus hic locus, ante corruptiss. Legebatur enim: in quo spem remissis omnibus, & Cambr. cod. in quo speremus, si omnibus: pro quo Casterius cōiecerat legendum: in quo spem remissionis magis.

50. sed & conscendere cælum] Solus Manut. conscenderet.

51. priusquam se inimica hostis tela commouerint] Ex Ms. hanc lectionem substituumus, pro eo quod Manutius: priusquam inimica hostis tela commouerit, & Morelius: priusquam inimica hostes tela commouerint.

52. Sed nec quantis minetur ignarum] ignarū, pro: ignotum.

53. & excruciet turba multorum] Rursus hoc ex Cambr. pro: & se cruciet, iuxta quem etiam nunc primū recte sic locus sequens distinguitur: Quibus autem iniquitatis fuit semper Deus, aut notus, nunquam excidit Christi locus, Neque enim in gehenna rite collocarentur, quibus semper fuit Deus inquisitus aut notus.

54. vbi iacet gratia] Cambr. gratiam, Forte legendum: iacet gratiam, alioqui locus obscurus est.

55. vbi arbor densiore coma vellet] Hæc Cambr. cod. lectio magis quadrat sequentibus. Excus. vulg. habebant: arbor densior comam vellet; pro quo illi: arborē densior coma.

56. in vita semper habita commeatu] sic illi, pro eo quod alij: inuito semper habita cōmeatu, seu: commeatu; censēo legendum: & vita semper habita commeatu.

57. Vidimus quippe] Cambr. videmus, at illud placet quia sequitur: apeximus.

58. Sic cum arentibus campis sementa defecerint] Cambr. arantibus sementa defecerant, in ceteris cum illis consensiens, quum apud alios locus esset mutius: praterquam quod legat cum excus. vulg. iubet elicere.

59. impat sermo vanescit] Hoc etiam Cambren. antea erat: euanesceit.

60. nec est quod dignum proferendum esse videatur] Hoc ex eodem codice nunc primum, pro: præferendum, qui legit: impeditōsque, pro: sircitōsque.

Recte etiam legunt illi & Cambr. cod. latera, pro: litera.

61. gratulante formidine, pauido quatiantur horrore] Cambrensis: gratulentur formidine pauide.

62. Ecce enim] Antea corruptiss. Ecce animi.

63. Nec salute potuit frui æteina] Cambr. non male: salutem æternam.

64. In Isaiā sectus, &c.] Cambr. in Isaiam & in hominem.

65. & quando considerat] Ms. non male: quanto.

66. vela, templum omne mugit: qui moriendo arguit sæculum.] sic Manut. & Morel. pro eo quod erat: templum omne fugit, qui & c. Cambren. verbō: vela templi, omnem fugit eum, qui & c. Quidquid legas, non satisficit. Non minus obscurum est illud paulo post: quippe quo & propria contentis laude præfertur.

67. sed nec aut mente concipi] Pessimē erat antea: sed nec alimento.

68. cum in vobis Dominus cœperit martyrium honorare] Prorsus similis locus illi Epiphonemati libri de disciplina & habitu virginum: Tantum tunc mementote nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari. Atque adeo mihi facit, pro inuocatione sanctorum. Quomodo etiam illud huius libri Epiphonemati: sed hoc Dominus poterit efficere, quod vobis petentibus creditur non negare; pro quo corrupte & suspecte solus Erasmus: nobis petentibus; præsertim quum simile sit prorsus illud Cypriani ad eundem Moysen & Maximum supra epistola 16. Quid enim petitis de indulgentia domini, quod non impetrare valeatis.

AD NOVATIANVM hæreticum, quod Lapsis spes veniæ non est deneganda.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

Vehemēti oratione in Nouatianum inuehitur, & eius schismaticam factionem; iuxta scripturam canes eos nuncupans, & paleas esse potius quàm aurea vasa, quod se esse iactabant, commonstrans, eo quod fidei desertores essent. Deinde, quum scripturas non intelligant, parum est si non interpolent; frustra eos vnius capituli præscriptione catholicos vrgere, quum infinite sint scripturæ, quibus spes veniæ Lapsis promittitur: quas & in medium adfert. Postremo metu futuri iudicij & promissis diuinis ad pœnitentiam ipsos hortatur. Porro et si pronūciavit prima Cypriani editione Erasmus, Cornelij potius esse hunc librum quàm Cypriani; postea hæc ad marginem adscribi iussit: Iuxta facundiss ac doctus, planèque Cypriano dignus. Quare recte & Grauius ex codic. Ms. Carthusiæ Colonienfis (con-

(consentiente cod. S. Pantaleonis) ipsi eum vindicauit. Præsertim cum plures libros de Lapsis scripserit se indicet Cyprianus, epist. 51. ad Cōfessores & schismaticos conuersos; & ad hunc alludere librum videatur D. Pontius in vita eius, his verbis: Quis doceret veritatem hæreticos. Iam Cornelij non esse, conuincunt verba illa huius libri: & Sacramentum baptismatis, quod in salutem generis humani prouisum, & soli Ecclesiæ cælesti ratione celebrare per os suum præostendit; quod ad errorem Cypriani, contra quam sentit Cornelius, pertinet. Neque verò Hieronymus epistolam recenset Cornelij, ad Nouatianum, sed ad Fabianum de Nouatiano; cuius meminit etiam Eusebius hist. Eccle. lib. 6. cap. 33.



OGITANTI mihi, & intolerabiliter animo aestuanti, quid nam agere deberem de miserandis fratribus, qui vulneratis pro certo possidere se credat, quisquis Christi Ecclesia derelicta ratione cæca, apud temerarios illos schismaticum ducet & dissensionis auctores conuerti non trepidat; quos Ioannes antichristos appellat; quos Euangelista paleis similit; quos Dominus Christus fures & latrones designat, sicut ipse in Euangelio declarat dicens: Quia qui non introit per ostium in ouile ouium, sed descendit per alteram partem, ille fur & latro est. Item in eodem quoque ait: Omnes qui venerunt, fures sunt & latrones. Qui isti sunt, nisi desertores fidei, & transgressores Ecclesiæ Dei, qui contra ordinationem Dei nituntur? quos merito Spiritus sanctus per prophetam increpat dicens: Fecistis consilium non per me, & conuentionem non per spiritum meum, adiciere peccata super peccata. Quid ad ista respondeant peruersissimi isti nouatiani, vel nunc infelicissimi pauci; qui ad tantam furoris dementiam proruperunt, ut nec Deo, nec homini reuerentiam habuerint? Illic impudenter & sine vlla ordinationis lege episcopatus appetitur; hic autem propriis sedibus & cathedræ sibi traditæ à Deo renunciat. Illic veritas: Aspernantur me, ut sacrificent mihi, nec offerunt oblationes sanctas filiorum Israel, nec accedunt offerre sancta sanctorum, sed accipient ignominiam suam in errore, quo errauerunt. Satis sit paucis probasse quid nam sint. Audite igitur Nouatiani, apud quos scripturæ

Ex od. 15.

1. Cor. 4.

Apoc. 3.

1. Ioan. 2. Math. 3.

1. Ioan. 10.

Esai. 30.

Luc. 10.

Mat. 5.

Apoc. 22.

2. Tim. 3.



cælestes leguntur potius quàm intelliguntur, parum si non interpolentur. Sunt enim vestra præclusæ aures & corda cæcata, qui nullum de spiritalibus ac salutaribus monitis lumen admittitis. Sicut Esaias ait: Excæcati sunt serui Dei; & merito excæcati, quia voluntas schismaticorum non est in lege, quæ lex vnâ nobis & singularem designat Ecclesiam; in illa scilicet quæ sub Noë ante diluuium Dei prouidentia fabricata est arca, in qua non tantum munda animalia, sed & immunda, vt tibi cito respondeatur Nouatiane, inuenimus esse reclusa. Quæ arca sola cum his quæ secum fuerant liberata est: in qua & cætera quæ in ea inuenta non sunt diluuium perierunt. Ex illa igitur arca remittuntur duæ aues, corax & columba. Qui corax vere hominum immundorum, & in tenebris perpetuis futurorum per sæculi latam viam, & immunda vscantium apostatarum futurorum, & ad Ecclesiam se vltra non vertentium, figuram portabat, quem legentes inuenimus emissum, & non amplius reuersum. Huic ergo aui, id est, immundo spiritui, quique fuerint similes inuenti, ad Ecclesiam amplius reuerti non poterunt; qui & si voluerint, Dominus prohibebit, qui Moyse præcepit, dicens: Omne varium & immundum eiice foras extra castra. Columba autem emissa in continentem significatur reuersa, eo quod requiem non haberet pedibus suis; quam Noë recepit in arcam, & post septimum diem iterato emissam, recepit eam portantem suo ore oliuæ folium. Et ego quidem, fratres dilectissimi, non temere ista cogitans, nec humana sapientia conspirans, sed vt cælestis Domini dignatione necessariè & pertinenter mentibus nostris concipere permittitur; dico illam, id est, columbam, duplicem nobis per semetipsam significare figuram. Primam quidem, & principalem, suam, hoc est spiritalem, olim, id est, ab initio diuinæ administrationis insistit, & sacramentum baptismatis, quod in salutem generis humani prouisum, & soli Ecclesiæ cælesti ratione celebrare, per os suum præostendit. Ter enim emissa ex arca, volitans per aërem super aquam, significabat iam tunc Ecclesiæ nostræ sacramenta. Vnde & Dominus Christus Petro, sed & cæteris discipu-

Esai. 6.

Genes. 6.

Leuit. 7.  
Genes. 8.

lis suis mandat & dicens: Euntes euangelizate gentibus, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, hoc est, vt Trinitas illa quæ sub Noë per columbam figuratè operata est, hæc nunc in Ecclesia per hos spiritaliter operetur. Sumamus iam nunc & secundam personam columbæ ex arca emissæ; diluuii scilicet tempore, quando omnes abyssi proruperunt, quando cataractæ cæli patefactæ sunt super terram, propter facinora hominum quæ quotidie exercebant coram Domino, sicut Moyses dixit: Et vidit Dominus Deus redundare nequitas hominum super terram, & quod omnes in malum recordarentur à principio dierum suorum, & dixit: Perdam hominem quem feci à facie terræ, ab homine vsque ad pecus, & à reptili vsque ad volatilia cæli. Emittitur ergo tempore cataractæ columba ex arca, aquis violenter toto orbe terram infestantibus. Illa arca figuram Ecclesiæ, sicut superius diximus, portabat, quæ verberabatur hinc atque inde aquis insurgentibus tantum. Cataclysmus ergo ille qui sub Noë factus est, figuram persecutionis quæ per totum orbem nunc nuper supereffusa est, ostendit. Aquis autem, diruptis cataractis, vndique conuenientibus & excrescentibus significabantur gentes, quæ ad vastandam Ecclesiam excreuerunt. Sicut Apocalypsis docet dicens: Aquæ quas vidisti, populi sunt, & gentes, & regna. Columba autem quæ pedibus suis requiem habere non poterat, lapsorum imaginem portabat, qui immemores diuinarum prædictionum, vel simpliciter ignorantibus, vel audacter dissimulantes ceciderunt: quorum Dominus ruinam in Euangelio futuram his verbis significauerat dicens: Qui audit verba mea & non facit ea, similabo eum viro stulto qui ædificauit domum suam super arenam: venerunt tempestates, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina eius magna. Et ne temere cõparasse videamur, columbam illam lapsorum imaginem portare, propheta ciuitatem vt columbam, hoc est, lapsorum personam increpat dicens: Columba non exaudit vocem, id est, præclara & redempta ciuitas non recipit doctrinam, & in Dominum fidens non fuit. Quod autem requiem pedibus columba illa, sicut superius diximus, inuenire non poterat; hoc significabat vestigia negantium,

Mat. 28.

Genes. 6.

Apoc. 17.

Mat. 7.

Soph. 3.

tium, hoc est, sacrificatorum, lubrici veneno serpentis sauciata, in lapsum conuersa, quæ vterius non possent super aspidem & basiliscum conscendere, & draconem & leonem calcare. Quam potestatem tradidit Dominus discipulis suis, sicut in Euangelio ait: Ecce do vobis potestatem calcandi super omnem potestatem inimici, & super serpentes & scorpiones, & non nocebunt vobis. Iltis ergo tot & tantis malignis spiritibus infestantibus, & in lapsorum necem insurgentibus, prouisa est vulneratis salutis via: vt quibuscunque viribus possent toto se corpore protrahere, castris suis recipere; quibus recepti possent medelis spiritalibus vulnera sua curare. Recepta igitur columba, paucis etiam diebus interiectis, iterato emittitur ex arca; quæ reuersa, non tantum firma vestigia, sed & insignia suæ pacis atque victoriæ, per illa oleæ folia quæ suo ore portabat, ostendit. Duplex ergo illa emissio, duplicem nobis persecutionis tentationem ostendit: prima in qua qui lapsi sunt, victi ceciderunt; secunda in qua hi qui ceciderunt, victores extiterunt. Nulli enim nostrum dubium vel incertum est, fratres dilectissimi, illos qui prima acie, id est, Deciana persecutione vulnerati fuerunt; hos postea, id est, secundo prælio ita fortiter perseuerasse, vt contemptentes edicta sæcularium principum, hoc inuictum haberent; quod & non metuerunt exemplo boni pastoris, animam suam tradere, & sanguinem fundere, nec vllam insipientis tyranni sæuitiam recusare. Ecce quam gloriosos, quam Domino caros, schismatici isti ligna, fenem, stipulam appellare non dubitant: quorum pares, hoc est, in eodem crimine lapsus sui adhuc vsque constitutos, nec ad pœnitentiam admittendos esse præsumunt; ex illa Domini pronuntiatione qua ait: Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo qui in cælis est. Pro dolor, quid contra Dominica præcepta contendunt, vt ea quæ Christus iudicij sui tempore sit acturus, hæc nunc stirps Nouatiani, patris sui exemplum diaboli secuta, exercere conetur? dicente scriptura: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Respondebimus eis ad istam pronuntiationem Domini, quam male intelligant & male sibi interpretetur: Quod

Psal. 90.

Luc. 10.

Mat. 10.

Dmt. 32.

enim ait: Qui me negauerit coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui in cælis est, vtiq; futuri temporis significatio est; quo tempore incipiet Dominus secreta hominum iudicare; quo tempore tribunali Christi omnes nos oportet stare; quo tempore multi incipient dicere: Domine Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia exclusimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? & tamen audient vocem Domini dicentis: Discedite à me omnes qui operati estis iniquitatem; non noui vos. Ibi adimplebitur quod ait: Negabo & ego illos. Quos autem maxime negabit Dominus Christus, nisi vos omnes hæreticos, & schismaticos, & nominis sui alienos? Qui enim aliquando Christiani, nunc Nouatiani, iam non Christiani, primam fidem vestram perfidia posteriore per nominis appellationem mutastis, velim nunc propositioni vestræ respondeatis; Legite & docete, quem Dominus de his qui se dereliquerant vel hegauerant, cum adhuc ipse hic esset, negauit; at qui & cæteris qui secum remanserant de discipulis ait: Nunquid & vos vultis abire? Petrum etiam quem negaturum ante prædixerat, cum negasset, ipse non negauit, sed sustinuit; & amare illam suam negationem flentem ipse postmodum lenit. Quænam est tua, Nouatiane, dementia, vt illa quæ ad exitium salutis pertineant, tantum legas: & quæ ad misericordiam, prætereas? clamante scriptura & dicente: Pœnitentiam agite qui erratis, conuertimini corde. Et eodem quoque propheta similiter exhortante & dicente: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & ploratione, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quoniam misericors est, & miserator multæ miserationis. Adeo quia multæ miserationis est Dominus, audiuimus: audiamus quid per Dauid contestatur Spiritus sanctus: Si dereliquerint filij eius legem meam, & in mandatis meis non ambulauerint, & si iustificationes meas profanauerint, & præcepta mea non custodierint; visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis. His similia & per Ezechielé legimus dixisse Dominum: Fili hominis domus Israël habi-

2. Cor. 5.

Mat. 7.

Ioh. 6.  
Luc. 22.

Ioh. 6.

Psal. 88.

Ezech. 36.



tauit super terram suam, <sup>31</sup> & coinquinauerunt eam facinoribus suis. Sicut mulieris menstruatæ facta est immunditia eorum ante faciem meam, effudi iram meam super eos, & disseminavi eos inter gentes, & secundum peccata eorum iudicavi eos: quia coinquinauerunt sanctum nomen meum. Et quia dictum est de his: Hic est populus Domini; peperi eis propter nomen sanctum meum, quod spreuit domus Israël inter gentes. Et coniungens ait: Propterea dic populo Israël: Hæc dicit Dominus: Non vobis parco domus Israël, sed propter nomen sanctum meum partem, quod coinquinastis inter gentes, & scietis quia ego Dominus, cum sanctificatus fuero in vobis. Item Dominus ad eundem Fili hominis dic populo Israël: Quare locuti estis dicentes: <sup>32</sup> erroribus nostris contabescimus, & quo modo salui esse poterimus? dic eis: Viuo ego, dicit Dominus: quia non desidero mortem peccatoris, sed desidero ut auertatur peccator à via sua pessima & viuat. Redite ergo à via vestra pessima. Quid morti vos traditis domus Israël? Sic per Esaiam Prophetam: Non in æternum indignabor vobis, <sup>33</sup> neque semper non defendam vos. Et quoniam Hieremias Propheta in persona populi peccatoris deprecatur Dominum dicens: Emenda nos Domine, sed in iudicio & non in ira, ne paucos facias nos; adiecit & dicit Esaias: Propter peccatum mōdice contristavi cum, & percussi eum, & averti faciem meam ab eo, & contristatus est, & abiit tristis in viis suis; & quia operatur, adiecit & dixit: Vias eius vidi & curavi eum, & dedi ei exhortationem veram, pacem super <sup>34</sup> pacem; pœnitentibus, deprecantibus, & operantibus restitui posse, <sup>35</sup> quod male perierint, quodque à Christo declinauerint. Denique hoc in Evangelio comprobatur, vbi illa mulier peccatrix describitur, quæ venit ad domum cuiusdam Pharisei, vbi erat Dominus vocatus cum discipulis, portans vas vnguenti, quæ stetit ad pedes Domini, & lachrymis suis <sup>36</sup> lauit pedes eius, & capillis extersit & oscula infixit, ut excitaretur ille Phariseus & diceret: Hic si esset Propheta, sciret quæ & qualis esset ista mulier quæ eum tangit, quia peccatrix est. Vnde incontinenti Dominus peccatorum remissor, & pœnitentium receptor ait: Simon, habeo tibi ali-

Exod. 33.

Esai. 57.

Hierem. 29.

Esai. 42.

Esai. 57.

Luc. 7.

quid dicere. At ille respondit dicens: Magister, dic. Et Dominus: Duo debitores erant cuidam feneratori, vnus qui habebat denarios quingentos, & alius quinquaginta: cum non haberent vnde soluerent, ambobus donauit. Et interrogauit: Quis illorum plus diligit? Et respondit Simon: Vtique ille cui plus donauit. Et adiecit dicens: Vides istam mulierem? <sup>37</sup> Intraui in domum tuam, osculum mihi non dedisti, hæc autem non cessauit osculando pedes meos: pedes meos non lauasti, hæc autem lachrymis suis lauit, & capillis extersit: oleo pedes meos non unxisti, hæc autem unxit: propter quod dico tibi, Simon, quia remittuntur illi peccata eius. Ecce Dominus vtrisque debitoribus larga sua pietate debitum concedit. Ecce delicta donantem. Ecce mulierem peccatricem pœnitentem, flentem, deprecantem; & remissam peccatorum accipientem. Erubescite iam nunc si fieri potest, Nouatiane: desine argumentis tuis impiis incautos decipere: <sup>38</sup> desine vnus capituli prescriptione terrere. Legimus & adoramus, nec præmittimus cœlestem Domini sententiam, qua ait negaturum se negantem; nunquid & pœnitentem? Et quid ego tam diu de miserationibus probare singula gestiam? quandoquidem Niniuitis Allophylis, & longe à lege Domini constitutis, propter ciuitatis suæ annunciatam euerisionem deprecantibus, misericordia Dei non denegatur? Ipsi illi Pharaoni sacrilega remeritate repugnanti, cum quondam cœlestibus plagis verberaretur, & conuersus Moyse <sup>39</sup> & fratri eius dixisset: Orate pro me ad Dominum, quia peccaui; incontinenti ab eo suspendebatur ira Dei. Et tu iam, Nouatiane, iudicas, & nullam spem pacis ac misericordiae habere lapsos prædicas; nec increpanti Apostolo aurem accommodas dicenti: Tu qui es, qui iudicas seruum alienum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem, potens est Deus stabilire eum. Vnde pertinenter & necessariè ex persona eorundem lapsorum increpat vos Spiritus sanctus dum dicit: <sup>40</sup> Noli gratulari inimica mea mihi, quoniam si cecidi, & exurgam: & si in tenebris ambulauero, Dominus lumen est mihi. Iram Domini tolerabo, quoniam peccaui illi, vsque dum iustificet causam meam, & faciat iudicium & iustitiam, & producat me ad lucem.

Videbo

1. Reg. 2.

1. Cor. 10.  
Iac. 4.  
1. Pet. 5.Luc. 18.  
Psal. 9.

Matt. 7.

1. Ioan. 2.

Galat. 6.

Exod. 18. 33

Apo. 2.

Iona. 3.

Exod. 9.

Rom. 14.

Michæ 7.

Videbo iustitiam illius, & videbit me inimica mea, & cooperiet se confusione. Oro, non legisti: Nolite gloriari, & nolite loqui excelsa, <sup>41</sup> & ne exeat magniloquentia ex ore vestro; Quoniam erigit à terra pauperem, <sup>42</sup> à sterquilinio erigit inopem, & sedere eum facit cum potentibus populi? Non legisti: Tu qui stas, vide ne cadas? Non legisti: <sup>43</sup> Quia Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Non legisti: Qui se exaltat, humiliabitur? Non legisti: Quia Deus perdit memoriam superbiorum, & non relinquit memoriam humilium? Non legisti: Quia quo iudicio quis iudicauerit, eum iudicari necesse est? Non legisti: Quia qui odit fratrem suum, in tenebris est; & in tenebris ambulat, & non scit quod eat, quia tenebræ excæcauerunt oculos eius? Vnde igitur & tam sceleratus, & tam perditus, tam discordiæ furore vesanus extiterit iste Nouatianus, inuenire non possum; qui semper in domo vna, id est, Christi Ecclesia, proximorum delicta ut propria fleuerit, onera fratrum, sicut Apostolus hortatur, sustinuerit, lubricos in fide cœlesti allocutione corroborauerit. At nunc ex quo <sup>44</sup> Cainam illam hæresim, quæ non nisi tantum occidere gestit, exercere cœpit; nec sibi nouissime parcat. Cæterum si legisset, quia iustitia iusti non liberabit eum in die errauerit, & iniquitas impij <sup>45</sup> non nocebit ei ex qua die conuersus fuerit, iam olim in cinere pœniteret: ille qui semper pœnitentibus aduersatur; <sup>46</sup> qui in ruina facilius ædificatorum stantium operatur, quam in instructione iacentium ruinarum; qui multos ex fratribus nostris miserimos falsis suis aduersationibus perterritos, iterum fecit ethnicos, dicendo quod pœnitentia lapsorum sit vana, nec possit eis proficere ad salutem; clamante scriptura & dicente: Memento vnde excideris, & age pœnitentiam; si quo minus, veniam tibi, nisi pœnitentiam egeris. Et quidem ad septem Ecclesias scribens singulis sua quoque facinora, & delicta ingerens, pœnitentini dicebat: quibus? nisi illis, scilicet, quos pretio magno sui sanguinis redemerat? O te impium sceleratumque hæretice Nouatiane, qui post tot & tanta in Ecclesia, à quibusdam retro voluntarie commissis crimina, quæ & tu ipse in domo Dei priusquam apostata esse cognoueris, & hæc posse aboleri de memo-

ria succedente bono vti que docueras, secundum fidem scripturæ dicentis: Quia si <sup>47</sup> conuersus fuerit facinorosus ab omnibus facinoribus suis quæ commisit, & iustitiam fecerit, vita æterna viuet, & non morietur in facinore suo (Delicta enim quæ commisit, abolebuntur de memoria succedentibus bonis factis) Tu hodie retractas, an debeant lapsorum curari vulnera, qui nudati à diabolo ceciderunt, <sup>47</sup> violentia a qua, quam suo ore serpens emisit post mulierem. Sed quid dicam? ait Apostolus: <sup>48</sup> Laudo vos? in hoc non laudo: quia non in melius, sed in peius venistis. vbi enim sunt æmulationes & dissentiones in vobis; nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Nec nos quidem mirari oportet, cur iste Nouatianus tam nefanda, tam graua in personam lapsorum exercere nunc audeat: quandoquidem habemus exempla præuicationis huius præcedentia. Saul ille bonus, præter cætera, postea <sup>49</sup> liuore evertitur, & contra Dauid omnia aduersa & inimica agere molitur: Iudas ille inter Apostolos electus, qui semper in domo Dei vnanimis & fidelis, ipse postmodum Deum tradidit. Prædixerat quidem & Dominus multos esse venturos sub pellibus ouium, rapaces lupos. Qui sunt isti rapaces lupi, nisi sensu subdolo conspirantes ad infestandum gregem Christi? sicut legimus <sup>50</sup> apud Zachariam positum: Ecce ego suscito pastorem in terra, qui quod auertum est, non visitabit, & carnes electorum manducabit, & talos illorum torquebit. Similiter & per Ezechielem increpat huiusmodi pastores, scilicet prædones & laniones (dicam ut æstimauerat) dicens: O pastores, quare lac ebibitis, & coagulatum comeditis; & forte ad nihilum perduxistis, & infirmum non visitastis, claudicantem non curastis, & errantem non reuocastis, & permisistis populum meum errare inter spinas & tribulos? Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego veniam aduersus pastores, & exquiram oues meas <sup>51</sup> de manibus illorum, & repellam eos ut non pascant oues meas, & non erunt eis amplius oues meæ in deuorationem, & exquiram eas sicut pastor gregem suum in die qua fuerit caligo & nebula: sic exquiram oues meas, & exquiram eas in omni loco quocumque dispersi sunt: & quod perierat, requiram: & quod errauerat, reuocabo: & quod clau-

Pp iij



dicaerat, curabo: & quod infirmum est, custodiam, & pascam oues meas cum iudicio. Quis ista loquitur? utique ille qui relictis nonaginta nouem ouibus, quæsiuit illam quæ de suo errauerat grege, sicut Dauid dicit: Erraui velut ouis quæ perit; quam inuentam Christus redit humero suo portans peccatricem delicatam; qui gaudens & exultans vocatis amicis & domesticis, ait: Congratulamini mihi, quoniam inuenta est ouis mea quæ perierat. Dico, inquit, vobis, quia tale gaudium erit in cælo super vno peccatore penitentiam agente. Et subiungens ait: Aut quæ mulier habens denarios decem, & cum perdidit ex denariis vnum, nonne accendit lucernam, & tota die domum suam emundat, quærens donec inueniat? Et cum inuenerit, <sup>19</sup> conuocat amicas & vicinas dicens: Congratulamini mihi, quoniam inueni denarium quem perdideram. Dico vobis, <sup>21</sup> quia tale gaudium erit in conspectu angelorum Dei super vno peccatore penitentiam agente. Econtrario autem non agentes facinorum suorum penitentiam; quæ eos maneat, ex ipsius Domini responso cognoscant. Legimus enim in Euangelio: quod quidam venerunt de Galilæis ad Dominum, annunciantes ei de eis quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis ipsorum: quibus respondit Dominus dicens: Putatis quia illi Galilæi super cæteros Galilæos peccatores fuerant, quia passi sunt talia? non. Dico enim vobis, nisi penitentiam egeritis, <sup>22</sup> omnes similiter perietis. Aut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloa, putatis quia debitores fuerunt morti super omnes homines qui habitabant in Hierusalem? Non dico vobis, inquit, quia nisi penitentiam egeritis, omnes similiter perietis. Excitemus itaque nos quantum possumus, fratres dilectissimi, & abrupto inertiae & securitatis somno ad obseruanda Domini præcepta vigilemus. Queramus tota mente quod perdidimus, vt inuenire possimus: Quia quærenti, ait scriptura, dabitur, <sup>23</sup> & pulsanti aperietur. Mundemus domum nostram mundicia spiritali, vt <sup>24</sup> secreta quæque & abdita pectoris nostri, vero Euangelij lumine radiata, dicant: Tibi soli deliqui, & nequissimum in conspectu tuo feci; Quia motus peccatorum mala; & apud inferos penitentia nulla: habentes in contempla-

tionem maxime diem iudicij & retributionis: & quod ab omnibus nobis credendum, & firmiter est tenendum, quia acceptio personarum non est apud Deum; cum præceperit in Deuteronomio, non accipiendam personam in iudicio: Non accipies, ait, personam, nec secundum minimum, nec secundum maximum iudicabis. His similia & per Ezechielem dixit; Omnes, inquit, animæ meæ sunt, sicut anima patris & anima filij. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Hic erit igitur à nobis venerandus, hic tenendus, hic per plenam & dignam nostram confessionem propitiandus, qui habet potestatem animam & corpus mittendi in gehennam ignis; sicut scriptum est: Ecce venit cum multis millibus nunciorum suorum facere iudicium de omnibus, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem <sup>25</sup> de omnibus factis impiorum quæ fecerunt impie, & de omnibus verbis impiis, quæ de Deo locuti sunt peccatores. His similia & Daniel: Vidi, inquit, thronum positum, & vetustus dierum sedebat super eum, & vestitus eius erat tanquam nix, & capilli capitis eius tanquam lana alba: thronus illius flamma ignis, rotæ illius ignis ardens. <sup>26</sup> Flumen ignis prodibat ante eum, millia millium seruiebant ei, & millia millium assistebant ei: ad iudicium sedit, & libri aperti sunt. Ioannes autem manifestus & de die iudicij & consummatione sæculi declarat dicens: Et cum aperuisset, inquit, sigillum sextum, ecce terræ motus factus est magnus, & factus est sol niger, vt faccus cilicinus, & luna tota sanguinea facta est, & stellæ ceciderunt in terram, <sup>27</sup> quo modo ficus à vento magno agitata mittit grossos suos, & cælum recessit vt liber cum inuoluitur, & omnis mons & insula de locis suis mota sunt: & reges terræ, & maximi quique, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber absconderunt se in speluncis & in cauernis montium, dicentes montibus & petris; Cadite super nos & abscondite nos à conspectu patris sedentis <sup>28</sup> super thronum, & ab ira agni: quoniam venit dies interitionis, & quis poterit stare? Item in eadem Apocalypsi hoc quoque Ioannes dicit sibi reuelatum: Vidi, inquit, thronum magnum; & candidum sedentem super eum, à cuius facie fugit cælum & terra, & locus eorum inuentus non est: &

est: & vidi mortuos <sup>29</sup> magnos, & pusillos stantes ante conspectum throni Domini, & libri aperti sunt. <sup>30</sup> & alius liber apertus est qui est vitæ: & iudicati sunt singuli secundum ea quæ scripta erant in libro secundum opera ipsorum. Sed & Apostolus bonum consulens, sic hortatur nos dicens: Nemo vos decipiat inanibus verbis: propterea enim venit ira Dei super filios contumaciæ, nolite esse participes eorum. Demus igitur totis viribus fidei nostræ Deo laudem, deimus plenam confessionem: quandoquidem super penitentiam nostram gaudeant virtutes cælorum; gaudeant angeli omnes, gaudeat & Christus; qui nos denuo peccatis oneratos, delictis obrutos, plena & clementi moderatione cessare à facinore hortatur, dicens: Cōuertite vos, & redite ab impietatibus vestris, & non erunt vobis iniquitates vestræ ad penam. Proicite à vobis omnes impietates vestras quas fecistis aduersum me: & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et vt quid vos morti traditis domus Israel? Non enim desidero mortem peccatoris. Ego sum, ego sum, qui deleo facinora tua, <sup>31</sup> & nō commemorabor te: tu autem in mente habe, & iudicemus. Dic tu facinora tua prius, vt iustificeris. Dum patet, fratres, indulgentiæ aditus, Deum plenis satisfactionibus deprecemur. Humiliemus nos, vt exaltari possimus. Acquiescamus diuinæ exhortationi, qua euadere liceat diem Domini & iram, dicit enim sic: Respice fili nationes hominum, & scito. Quis sperauit in Domino, & confusus est: permanit in mandatis illius, & derelictus est: aut inuocauit eum, & despexit illum: quoniam pius & misericors Dominus, & remittens in tempore tribulationis peccata, omnibus inquirentibus se in veritate. Ait ergo: Dic tu facinora tua prius, vt iustificeris. <sup>32</sup> Præ manu sit vobis oratio illa exomologeseos plena.

#### ADNOTATIONES IN librum ad Nouatianum hæreticum.

1. agentes ] Hoc pro: viuentes, accipitur, aut sup- plenda vox: penitentiam.
2. ex aduerso ] Hoc ex Grauius ad marginem, pro: ab, consentit Ms. cod.
3. in qua domo si perseuerasses ] Ab eodem ad-

dita vox: domo sic & Ms. cod. ex quo etiam paulopost: te, adiecit.

4. conuerti non trepidat ] Fortè: conuersari.

5. Qui isti sunt nisi deleriores ] Sicut & alibi mendum hic irrepserat apud Erasmus, vt loqueretur: nō, eo quod vetus excusilegat: n. quum potius iuxta Ms. cod. significet: nisi.

6. ordinationem Dei ] Hoc quoque rectè Grauius & Ms. cod. pro: ordinem. Alludit enim ad ordinationem Cornelij, de qua paulopost.

7. & fecistis conuentionem ] Hunc locum sic restitui, tum ex epistola 55. tum ob vocem Græcam: οὐνοὶ- ης, hætenus legebatur: cogitationem.

8. isti Nouatiani ] Ex eodem adiecit: isti, & paulopost: furoris.

9. vel nunc infelicissimi pauci ] Costerius & Ms. cod. infelicissimè, non malè; sed illud placet magis, vt per AVTIOG. SW. alludat ad Felicissimum, cuius sapè in primo Tomo fit mentio, & præsertim epistola iam dicta.

10. Illic veritas: Aspiciantur me. &c. ] Rectè sic Morelius distinxit, vt sint verba scriptura cuiuspiam, quam tamen nondum reperire potui; qui etiam optime legit: accipient, cum Ms. cod. pro eo quod alij: accipiens. Adhuc tamen locus videtur mutilus.

11. Quæ arca sola ] Adiecit: sola, ex Grauius.

12. quem legentes inuenimus ] Prætermisi vocè: sicut, quæ sensum obscurabat.

13. quique similes fuerint inuenti ] quique, pro: quicumque.

primam quidam, &c. Locus obscurus & corruptus, etiam in Ms. cod. præterquam quod hic satis significet solum Ecclesiam baptismi sacramentum habere, quod ad errorem Cypriani pertinet.

14. significabat iam tunc. ] Ita rectè Ms. cod. pro: iam nunc.

15. vt ternitas illa ] Rectius meo iudicio Grauius: trinitas, sic enim Ms. cod.

16. sicut Moyses dixit ] Moysi Genesis librum ascribit.

17. aquis orbe toto terram infestantibus ] Hoc rursum ex Ms. cod. pro: terrarum.

18. immemores diuinarum predictionum ] Sic lego, pro: prædicationum, eo quod sequitur; quorum Dominus ruinam in euangelio futuram, &c.

19. quæ vltimus ] Hoc rursum ex Grauius & Ms. cod. pro: qui.

20. & non nocebunt vobis ] Sic Manut. & Mor. pro: vos, quod tamen habet etiam Ms. cod.

21. quibus recepti possent ] Adiecit istud ex Grauius & Ms. cod.

22. edicta secularium principum ] Galli nempe & Volusiani.

23. infanientis ] Ms. cod. insanæ mentis.

24. in eodem crimine lapsus sui adhuc v[er]que ] Ita rectè Grauius, pro eo quod alij: lapsos seu adhuc v[er]que.

25. exercere conetur ] Superfluum hic particulam: nunc, rectè omisit Morelius.

26. quam malè intelligant & interpretentur ] Ms. cod. intelligunt & interpretantur.

27. per nominis appellationem mutastis, velim ] Istud denuo ex Grauius, pro eo quod alij: per nominis



mutastis velum. *Præsertim cum etiam Ms. cod. legat: velim.*

28. postmodum lenit] *Costerius: lauit. sed prius habet etiam Ms. cod.*

29. pœnitentiam agite qui erratis, conuertimini corde. Et eadem quoque propheta similiter exhortante & dicente] *Hæc quoque Graui. accepta debemus & Ms. cod. alibi desiderata.*

30. A Deo quia, &c.] *stud ex Ms. cod. pro eo quod erat Ideo.*

31. & coinquinauerunt eam] *Pro: eam, ex ipsis etiam est addita.*

32. erroribus nostris contabescimus] *Etiam hoc ille pro: tabescimus.*

33. neque semper non defendam vos] *Mira translatio, quum ad verbum græcè sit: οὐδὲ ἀναπαύομαι ἐν τῷ ἁμαρτανίῳ ὑμῶν, quod laumè sonat: neque semper irascar vobis: Costerius opnitens secundam negationem accepit: defendam, pro: vlciscar; qua significatione alibi quoque vitur Cyprianus. Certe negandi particula postea fuit adiecta in cod. Ms.*

34. pœnitentibus, deprecantibus, operantibus, &c.] *Sunt hæc verba Auctoris non [satis, vti malè censet Morelius; est tamen ita adhuc locus obscurus.*

35. quod malè perierint, quodque &c. declinauerint] *Rursus hoc ex Ms. cod. pro: petierunt, & declinauerunt.*

36. & lauit pedes eius] *Rectius cum Ms. sic Grauius, quam alij: domini. item: & oscula infixit, quam cateri: osculis infixit. Rursus rectè Grauius: Quis illorum plus diligit? per interrogationem, pro eo quod erat: Quis eorum plus diligeret; nam & græcus & latinus contextus illi consentiunt.*

37. Intraui] *Ms. cod. Introiui, ex quo etiam recens adiecit: Ecce delicta donantem.*

38. desine vnius capituli præscriptione terre] *Hoc ad verbum ex Tertull. de Pudicitia.*

39. & fratri eius] *Iterum hoc Grauius acceptum de beo, apud alios desideratum.*

40. Noli gratulari inimica mea] *Non minus & istud, pro eo quod corruptè erat: amica; nam græcè est apud 70. ἡ ἐχθρὸς μου.*

41. & ne exeat magniloquentia de ore vestro] *Rectè sic Costerius & Ms. cod. pro eo quod alij: maliloquentia; nam 70. habent: μετὰ λαοφύμιον. quod vertit etiam D. Augustin. lib. 17. de ciuitate Dei c. 4. magniloquium.*

42. & à sterquilinio erigit pauperem] *Addimus cum Grauius & Ms. cod. rursus: erigit, quia græcè est & latine.*

43. Quia dominus superbis resistit] *Cod. Ms. cōtra resistit.*

44. Cainam illam hæresim] *Rectè hic Erasmus, pro: caninam, legit cainam; sic enim & Hieron. appellat eam, qua adimit spem remittendi peccati. Locus Hieronym. est epistola ad Oceanum, & meminit eiusdem quasi tollentis martyrium libro contra Vigilantium; ut sit eadem qua Gnosticorum, de quibus Tertull. in Scorpiaco. Atque adeo etiam: caina, legendum cenfeo apud eundem Tertullianum initio libri de Baptismo, aut sal-*

tem: caiana, pro eo quod est: Gaiana; quippe qua remedium etiam baptismi tolleret. De aliis huius scilicet erroribus, vide eundem de præscriptione aduersus hæreses. Irenæi cap. vltim. lib. 1. Epiphani. hæres. 38. & Augu. hæres. 18.

45. non nocebit ei] *Rursus Grauius: eum; sic & Ms. cod.*

46. qui in ruina facilius ædificatorum Stantiū operatur] *Grauius ad marginem: ædificatur, sed nec hoc satisfacit.*

47. violentia aquæ, quam suo ore serpens emisit post mulierem] *Intelligit persecutionem, quam diabolus immisit in Ecclesiam.*

48. apud Zachariam] *Hoc ex coniectura Costerij; pro: ad, consentit etiam Ms. cod.*

49. de manibus illorum] *Adiecit istud rectè Grauius, nam habent 70. & Cyprianus supra epistola 54. sic etiam Ms. cod.*

50. conuocat amicas & vicinas] *Addit Grauius: suas, sed non habet Euangelista.*

51. quia gaudium tale erit] *Hic iterū rectè adiecit: tale; sic etiam Ms. cod.*

52. omnes similiter perietis] *Ita Ms. cod. utrobique more Cyprianico, pro: peribitis.*

53. & pulsanti aperietur] *Hoc quoque ex Ms. cod. pro: aperitur.*

54. secreta quæque & abdita] *Adiecit: &, ex Grauius & Ms. cod.*

55. de omnibus factis impiorum quæ fecerunt impiè, &] *Ista ex margine Grauij in textum inseruimus eo quod reperiantur apud Iudam Apostolum, præsertim consentiente Ms. cod.*

56. flumen ignis prodibat ante eum] *Grauius & Manutius: fulmen; sed repugnat vox græca: πῶτος ἰός.*

57. quomodo ficus] *Omittimus: vt, superfluum, cum Grauius & Ms. cod.*

58. & abscondite nos] *Ex Grauius istud adieci-mus, nam est in Apocal.*

59. magnos & pusillos] *Rectè etiam hoc ille cum Morelio & Ms. cod. pro eo quod alij: pupillos.*

60. & alius liber] *Hoc etiam Grauius & Ms. cod. acceptum de beo, pro eo quod cateri: & alius similiter, consentit etiam Ms. cod.*

61. & non commemorabor te] *Rectè adiecit negandi particulam Grauius, nam est apud 70. & in cod. Ms.*

62. Præ manu sit vobis oratio illa exomologeseos plena] *Ex Ms. cod. reposuimus: vobis, pro: nobis. Hinc autem apparet, nisi forte alludat ad illud: Dic facinora &c. mutilum esse hunc librum & imperfectum. Neque tamen oratio illa Cypriani pro martyribus, ea esse potest cuius meminit; quod nulla pœnitentia aut relaxationis peccatorum (viti ante me quoque Erasmus adnotauit) fiat mentio. Accedit quod in cod. vet. ex quo hunc librum descripsit ille, medius interponatur sermo D. Augustin. de Cypriano; & in manuscrip-tis Assiginiensi, Marchinensi, Dunensi, & Anglico codicibus, reperitur illa oratio cum sequenti, absque tamen hoc libro; ac vicissim hic liber in Ms. cod. sine ulla oratione.*

AD CORNELIUM PAM, DE CARDINALIBVS operibus Christi vsque ad ascensum eius ad Patrem.

ARGVMENTVM OPERIS sequentis.

**A**RGUMENTVM totius operis sunt cardinalia, & primaria Christi nostri redemptoris opera, nempe: Natiuitas, Circūcisio, Epiphania, Baptismus, Ieiuniū, Cœna & prima institutio consummantis omnia sacramēti, Ablutio pedū, Chriftimatis & aliorum Sacramentorum institutio, Passio, Resurrectio, Ascensio, & Spiritus sancti missio. De quibus omnibus singulos Tractatus seu Sermones conscripsit, in quibus quid tractet, ex succinctis singulorum argumentis manifestum euadet. Porro, quamquam certi nihil pronunciare possim de Auctore, quod mihi desuerint exemplaria Ms. pro Cypriano tamen facere videtur, tum voces, phrasas, & schemata quedam toti operi interiecta, tum frequens inculcatio baptismi sanguinis, & Martyrij latronis, Tract. de stella & magis, de cœna Domini, & passione Christi. Et certè cuiuscunque sit, scriptum constat aetate Cornelij & Cypriani, atque adeo eandem auctoritatem meretur. Id colligere est, non modo ex titulo & præfatione, sed & ex fine Tract. de Natiuit. Domini: Vbi certaminum non sine periculo, id est, Martyriorum fit mentio: & quod contra Nostatianos agat, de pœnitentia vera nunquam sera, Tract. de Baptismo & de passione Christi, immo & nominatim Nouatum impugnet, Tract. de cœna domini.

PRÆFATIO SEV PROLOGVS.

**S**OLENT Matres infantulis nuper editis in ipso vitæ introitu aptare vocabula, & ex aliquibus præcedentibus vel circumstantibus causis, vel ex genere, vel ex euentibus impone-re nomina; vt in ipsis primordialibus initiis quædam præfigerentur commonitoria ingrediendibus vitam, ne nomen eis esset ad ignominiam, si originalis naturæ traductio à consueto limite deuiaret, & à virtute patrum degenerans, indigna successio mōstri non hominis faciem exhiberet. Respicerēt potius ad nomina vel officia sua, quorum inspectio honestæ conuerfationis formam

eis infunderet & doctrinam, vt honorificent naturales causas & rationales disciplinas, nec in aliquo elementarias amaricarent dulcedines, vel primarias offenderent dignitates. Nam olim tumultuariè vel inconsideratè nomina rebus imponebantur: sed ex quo ad Adam adducta sunt singula, vt vocaret ea & propria imponeret nomina, prouisum est in populo antiquo & institutum, vt aliqua esset in vocabulis ratio, & interpretarentur nomina vitam, & exprimerent aliquam personæ proprietatem, secundum quam vel differret à ceteris, vel etiam communicaret. Sic in nominibus patriarcharum Abraham, Isaac & Iacob magnarum rerum extitere indicia, & præloquebantur ventura, nec deerat impositorum nominum secundum sensum suorum effectuum certitudo. Apud gentiles etiam non in nominibus, sed in agnominibus postea à viris illustribus obseruatum (vt nobilitas generis vel virtutis gloria posteros illustraret) Augusti vel Cæsaris titulo succedentem honorare progeniem, & imperatoris dignitatis hæredes primæ originis irradiare fulgoribus. Sic & philosophi & doctores antiqui tractatibus suis nomina prætexere, breui titulo grandis materix latitudinem prælibantes, & propriæ gloriæ præposito nomine suo prouidentes, vt integritatem operis & laborem auctoris tam stili quam personæ in posterum auctoritas conseruaret; & faciliè scripturæ subtilitas indicaret, si aliqua manus inuida elegantiæ tractatum elimatorum pannum rudem infueret, vel nugis suis quasi sua essent quæ alius laudabiliter dictasset, furtiua translatione infereret. Sic in capite libri sui quique auctorem se posuit, vt & stili auctori, & stilo auctor famularetur, & auctoritate altrinseca communis gloria munitur. Hoc virorum illustrium præclara meruerunt ingenia, & per hæc viuax eorum fama & gloria indelebilis perseverat. Nos vero qui vix intelligimus quæ ab eis dicta sunt, sensu & eloquentia omnino eis impares, si quid aliquando scribimus, indignum titulo iudicamus; ne fortè nobilis matetia, cuius explanationi studium adhibemus, decoloratam se potius quam ornata nostra præsumptione queratur. Verum quia solent aliquando patres nugis infantilibus arridere, & linguis balbutientibus delectari; indulgentiam meretur hui-



militas, quæ quo potest accessu sublimitatis vestrae manibus se porrigit atrectandam, non gloriam mendicans, sed gratiam. Ego quidem nec à me ipso, neque ab alio quæro nomen, neque enim aliquid me existimo esse, cum nihil sim; qui hoc à vobis maxima supplicatione quæsiui, ut non essem quod sum, & humiliter supplicavi ut ab hac flamma in qua crucior, me vestra clementia liberaret. Tentavi si possem manu vestra me sustinente, honestè descendere: quod quia non potui vrgentibus flammis, non attendi quo prosilirem dum me vorax incendium non cremaret. Sublimis materia subtilium ingeniorum exigunt tractatores: nec facilè de artibus rectè iudicat, qui artes ignorat. Exercitati in liberibus disciplinis simul ingenio cōueniente & studio philosophari possunt, & securè aggredi res abditas; eorumque conatibus se peruiam penetrata exhibet difficultas, & ænigmatibus enodatis rerum secretarum facies patet, cuius serenitatem velabat nubes opposita, & veritati superfusa caligo. Ideoque tam in diuinis, quàm in philosophorum doctrinis, nec tutum est nec honestum, ineruditos & ignaros sensuum ad litteras illas pertinentium, prosilire ad discussionem eorum quæ nesciunt: & de his sibi vsurpare magisterium quæ ignorant. Huius rei forma seraphim faciem Dei, & pedes velat; & patentibus quæ in medio sunt, principium finemque maiestatis diuinæ alarum extensio infra supraque operiēs, aditum ad se temerariis tractatoribus vel scriptoribus interdicit: nec patitur ad liquidum se videri diuinitas, quam utique inuestigatio fidelis aliquo modo odorat vel sentit, sed puram eius essentiam nec conspicit nec comprehendit. Affirmatio quippe de Dei essentia in promptu haberi non potest: neque enim diffinibilis est diuinitas, sed verius sinceriusque remotio indicat negando quid non sit, quàm asserendo quid sit: quoniam quidquid sensui subiacet, illud esse non potest, quod omnem superat intellectum. Quidquid audiri vel videri vel sciri potest, non conuenit maiestati: hebes est in hac consideratione omnis acies sensuū, & caligat aspectus. Hanc inuisibilem lucem, & inaccessibleem naturam sex aliis hinc & inde seraphim statu & volatu circumeunt & abscondunt; statu æternitatis immobilitatem monstrantes, vo-

Esai. 6.

latu verò altitudinem eius, sic in superioribus eleuatam, ut quantumlibet ad cor altum homo ascendat, exaltetur Deus, & comprehensionis importunitatem euadat. Nec tamen alæ illæ, quæ Dei velant substantiam, nostros conspectus diffugiunt, sed illæ puris mentibus se visibiles exhibent, & operum Dei ratio siue eorum quæ ex nihilo sunt, siue eorum quæ ex materia vel factæ sunt vel fiunt, se intelligibilem exponit: & quæ circa Deum & quæ sub deo sunt mundi potest cordis quoquo modo sinceritas contemplari. Prima rerum conditio sex instituta diebus fatetur artificem, & proficitur opus auctorem. Neque enim sui ipsius artifex esse, aut potuit quis nouam creare materiam, nec potuerunt multa & diuersa rerum esse principia: quia nisi ad vnum cuncta respicerent, discordia & infinitate cuncta turbata voluerentur in chaos, & repugnarent & colliderentur in se discordes materiae, nisi omnibus factoris auctoritas imperaret: & vnus monarchia potestatis, vniuersitatis causas & efficientias ordinaret. Homo itaque præposituram in inferiora accepit, sciens quis hunc honorem contulerit: nec tamen ea scientiæ perfectione illustratus est, ut eo modo cognosceret conditorem, quo eius cognitioni reliquæ creaturæ subiectæ sunt; sed distantiam maximam experiretur inter summa & infima, & ex hoc ipso esset Deo accliuus & humilis, quo auctori suo se in nullo posset conferre, cuius effugere dominium nec penetrare consilium, nec poterat vitare iudicium. Itaque qui circa ipsum sunt angelici spiritus, licet inuisibilis naturæ sint, in legationibus tamen suis se auditu manifestant & visu, & salutis nostræ ministeriales sapissimè experimur, quorum officia & nomina in scripturis sanctis habentur. Illa quidem superiora agmina nobis prædicant, non indicant Deum: & nunciant quæ iubentur, spiritualitatem iniuncti negocij peragentes, non vniuersitatis explicantes scientiam: quia ad nos numerus & mensura & pondus refertur. Deus verò his omnibus non artatur, sed excedens omnia & æternaliter antecedens potestas & virtus nil habet coæuum, nec immensitatis eius profundum vlla creatura vel cœlestis vel terrena metitur. Quæ verò sub ipso sunt, implent templum, & præsens Ecclesia cognitionem,

Psal. 63.

Gen. 1.

Gen. 30.

Joan. 1.

Rom. 11.

Sap. 11.

Esai. 6.

nitionem earum rerum assequitur, quæ ad cultum iustitiæ, quæ ad ordinem vitæ, quæ ad gradus ascensionum, quæ ad conuenientiam morum, quæ ad honestatem huius conuersationis & gratiam pertinent contemplationis: hæc aguntur & exercentur in templo præfenti & per hæc Deus quæritur, nec tamen quæritus illico inuenitur. Gustamus, delibamus, odoramus, & propè est: cumque accesseris, longius abit. Et quo modo fulgur nubes disumpit, & repentina coruscatio non tam illuminat quàm hebetat oculū: ita aliquando nescio quo modo tu tangeris, & tangi te sentis, cum tamen qui te tangit, non intueris. Dicuntur tibi quædam verba arcana intrinsecus quæ efferi non sufficis, ut dubitare non possis, quia iuxta te est, immo intra te qui te sollicitat: nec tamen sicuti est, se tibi videntem concedat. Rachel ad odorem, non ad esum, Lia mandragoras concupiscit; tu sponso fide non complexu coniungeris, tu spe concipis, donec Christus in te formetur; & deposito pondere huius cadaueris, eiusdem sint puritatis caro & spiritus, & renouata natura sobolem immaculatam parturiat. Rachel quippe visum principium sonat. Quod verbum in principio apud Deum in suo proprio esse, mihi non patet, sed quibusdam nominibus Deum inuoco & dico: iustitia, veritas, sanctificatio, charitas; & quæro aliquas species vel formas, & per quas quid sentio quoquo modo intinem. Nam quod verbum caro factum est, facilius video, si hoc sensui meo quasi esu incorporo; principium autem illud vix remotissimo odoratu quasi pertransiens sentio. Illa quidem intellectualia per visibiles creaturas, quantum fas est animæ videre vel præuidere, diuina mente à longè prospicimus; in multis per opinionum & coniecturarum pelagus circumducti, in multis veritati hærentes, in multis magnitudine rerum oppressi, exclamamus cum Apostolo: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Cordi igitur nostro se offert Deus, & aliquid sui luminis infundit inuitans & prouocans. Nisi enim aliquo modo sentiretur, nec appetendi, nec inquirendi spes esset aliqua vel facultas. Sed quia ex parte sentitur, admirationi est odor ille & sapor, nullam habens cum carnalibus dulcedinibus similitudinem, & per omnia suauitate differens;

cóque desideratur copiosius, quo cætera delectamenta excedit. Desiderium autem inquirentes purificat, & purificatio exclusis enormitatibus ad formam Dei prouehit ascendentes: atque ita in opere suo imago & similitudo Dei multis laboriosisque prouectibus propriam sibi demum indicat dignitatem. Ad hanc rerum adeo profundarum indaginem nisi incarnati verbi magisterium accessisset, humana defecissent ingenia; & nescio si & aliqui audent ad hæc tentenda conatus assurgere: sed associata carni diuinitas assumptam naturam ex parte suæ voluit esse claritatis consortem, & apertis cœlis super doctorem & Dominum nostrum ad superiora nostrum introducere aspectum: & vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à patre: & de plenitudine gratiæ & veritatis quæ in ipso est, instillata est nobis aliqua portio. Et cum Philippo audiuiimus: Qui videt me, videt & patrem. Nec tamen in hac visione plena potest esse sufficientia, donec in splendoribus sanctorum in die virtutis suæ agnoscat<sup>10</sup> ratio gignentis & geniti & procedentis: quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ad liquidum hucusque ascendit. In his omnibus quæ dicta sunt omnino sensum nostrum materiæ excedit sublimitas, & stilum repellit moles nimij ponderis, & ascensionis arduæ difficultas: sed præcepti vestri, pater excellentissimè, me coegit necessitas, ut tentarem, si fortè importunitate studij aliqua possem de sanctuarij suppellectile vellicare, & reducto in partem velamine, arto subtilique auditu propitiatorium intueri. Præsumpsit meditatio aspicerè à longè, & annos æternos inquirere, & quid ante tempora sæcularia esset indagare; si tamen sæculum vel tempus dici potest ante lucem & diem & solem; & quo modo ante causas elementarias & materiales origines illa æternitatis infinitas se haberet; si illa omnipotentia apud se solitaria esset, & ministeriales ei descendent spiritus, & maneret apud se illocaliter sempiterna diuinitas, & in quo esset sapientiæ regnum, cum non esset quod regeretur, & vsu specièque careret illa inanis antiquitas. Ab his omnibus repulsus, ad sæcularia visibilia compulsus sum redire, & vti nam me ipsum cognoscam & sciam. Quod si animæ meæ, quæ corporis mei obtinet prin-

Joan. 1.

Joan. 14.

Esai. 54.

1. Cor. 2.

Thim. 1.



capitulum, nec originem scio, nec metior quantitatem, nec qualis sit intueri sufficio; si ignota est mihi ratio quare ipsa delectetur in corpore persecutore suo; si nescio quis hanc legem membris insculperit, ut tam violenta dominatione spiritum opprimat, & melior digniorque natura deteriori succumbat; patienter me ferre oportet, si operatorem vniuersitatis non intelligo, qui in minimis operationum suarum particulis meam profiteor cæcitatem. In solubilis videtur hæc quæstio, quare homo rationalis in negata nitatur & verita, & semper illicitis delectetur. Omnino rarum est & difficile, fieri bonum, facile & primum est esse malum; & hac sine magistro, sine exemplo doctrina, statim à pubescensibus annis imbuimur & docemur. Vide in ipsis qui sanctimoniam profitentur, quæ religio manum claudat porrectis muneribus, quæ solitudo aures obserat oblati fauoribus, quæ gula communibus est contenta saporibus. Quis non se habeat vilem, si videat humilem? Quis non putet opprobrium, si se sentit inglorium? Quis enumeret voluptatum potius monstra quàm species? <sup>12</sup> quæ per concupiscentias carnis inuitam animam trahunt, clam palamque de conclauis ad forum, de lupanari ad theatrum? In primis abrasa verecundia, pudoréque conuulso, non absconditur scelus, nec nutat ratio, nec discretio reluctatur carnis affectibus; captiuus spiritus consentaneam exhibet clientelam. Hoc ipsum quod dico, carnis affectus, improprie dico; quia hæc vitia propriæ animæ sunt, quæ sentit & mouet & viuunt: cui imputatur peccatum; quia ipsi datum est arbitrium, & iudicium, & scientia, & potentia, per quæ possit improbare malum, & eligere bonum. Corpore autem sic vitur anima, sicut faber malleo vel incude in qua format omnium turpitudinum idola, <sup>14</sup> & fabricantur quælibet quarumcunque voluptatum simulachra. Non est caro dictatrix peccati, nec inuentrix malitiae, nec cogitatus format, nec disponit agenda; sed officina est spiritus, qui in ea, & per eam, quæcunque affectauerit, peragat & consummat. Quod autem ipsa insensibilis sit, spiritu recedente dinoscitur: post cuius discessum nulli apta vsui superest putredinis massa, & paludis aceruus. Quidquid enim sentit, à natura corporis alienum pro-

barur. Quod vero caro aduersus spiritum, <sup>cal. 5.</sup> & spiritus aduersus carnem contendere dicitur, & repugnare, improprie arbitror dictum, quia solius animæ lis ista est, quæ secum rixatur, & cum proprio arbitrio litigat, certior in huiusmodi quæstionibus quid bonum sit, quid malum, quàm in aliarum rerum inquisitionibus quid verum sit, quid falsum. Nam in adbitarum causarum inspectionibus & secretis naturæ potest homo errare vel decipi; quia non per omnia à fine vsque ad finem intellectus humanus attingit; sed in his quæ oculis & manibus subiacent, nulla subtilitas iudicium impedit: quia potentia à non potentibus, decora à turpibus, amara à dulcibus, dura à suauibus, & à dissonis consonantia facile discernuntur. Sed desiderij sui veno mens ebria, corpus contumeliis applicat, & iunctis complexibus ambo in mortiferas suauitates clapsi, obdormiunt. Cumque cuigilauerint, sero pœnitentiam adducit confusio, & inquinamentorum horror sædata menti occurrit. Et in cæteris omnibus quæ malignè patrata sunt, huiusmodi vitio peccatorem persequitur, & ipse libidinum labe crapulatus se conuomit. Sed auaritiæ folius & quæstus ardor nec fatiat cupidum, nec pœnitent eum cumulasse quod crescere optat, non minui: <sup>15</sup> & discolor obstinatus semper quid idolo suo immolet, sedulus coaceruat. Vnde hæc sitis diuitiarum miseris pectoribus affidet, & ambitionis fastigo bibulam animam occupat; ut per fas & nefas ad loca superiora etiam de latebris eremi nonnulli se ingerant: & de omni gradu ubi aliquis aditus patet anhelis prodeant, discurrant ad iudices, blandiantur mediatores, conducant auxiliarios, & modis omnibus elaborant, ut sedeant cum principibus; eo quæstu, ut maledicat Deus quod ipsi benedixerint, & benedicat quod maledixerint. Hæc lex peccati, quare in his & similibus legem iustitiæ opprimat, & quare eneruata ratio cum stare possit, tam miserabiliter ruat, difficile est assequi, <sup>16</sup> maximè cum defectus iste à damnationis sententiâ pendeat, & hanc inuitabilem pœnam antiqua transgressio sit sortita. <sup>17</sup> Ergo si me ipsum nescio, si animæ meæ substantiam & naturam ignoro, si eorum quæ intra me sunt rationem non intelligo; qua audacia supra me erigam oculos, ut videam principium sine princi-

principio, & finem sine fine attingam? A talibus ausibus desistendum excellentia maiestatis imperat, & ipsa impossibilitas omnes ingenij nostri conatus repellit. Ea igitur quæ licita sunt & concessa tangamus, & circa cunabula saluatoris prima infantiae eius fercula degustemus; & circūcili & loti victo diabolo, sanctitatis affectibus in cæna cum Domino recumbamus; ubi pane angelorum refecti, post illius cibi delicias surgamus ad transitum, ut de hoc mudo vehiculo crucis euehamur ad cælum; & Spiritu sancto nos replente, ut qui deinceps nos deuehat, & patefaciat quidquid in exilij huius peregrinatione moles corporis & imperfectionis lippitudo fecit obscurum. <sup>18</sup> Librum igitur quæ de cardinalibus Christi domini nostri operibus scripti, paternitati vestræ (suppresso nomine nostro) misit, in quo fons sacramentorum & discipline huius in qua stamus otigo, formam & exemplar recte viuendi nobis proponens, ab humili aduentu vsque ad gloriosum eius reditum ad patrem gradatim conscendit: quem potius in mente nostra quàm in pagina scribi desidero; & vti nam in sanctitatione vestræ conspectu, memoriam & recordationem nostri supplex mereatur affectus.

#### ADNOTATIONES in præfationem.

1. Secundum sensum suorum effectuum] *Sic lego ex coniectura pro: secundum sensum suum, & c.*
2. indulgentiam meretur humilitas.] *Itoc quoque, pro: mereretur.*
3. cum nihil sim] *Plane & istud, pro: sum. Alludit enim ad verba Apostoli.*
4. honeste descendere] *Fortè: discedere.*
5. Sublimes materia, & c.] *Quum quod latine præfatio, graece dicatur τὸ βλῶγος; cum Morelio sustuli distinctionem illam, qua hæc pars Prologus intulabatur.*
6. ignaros sensuum ad litteras illas pertinentium] *Locus pro difficultate scripturae.*
7. sed verius sinceriusque remotio indicat] *Locus obscurus.*
8. spiritualitatem iniuncti negotij peragentes] *Apud Remboldum, qui primus hoc opus edidit, potest legi: specialitatem.*
9. Sed quia ex parte sentitur, admirationi est odor ille & sapor] *Manut. & Morelius: dolor ille: sed non placet.*
10. ratio gignentis & geniti & procedentis] *En distinctionem personarum Trinitatis.*
11. cum non esset quod regeretur] *Manut. & Morelius: gereretur. At illud placet: quia procedit: regnū.*
12. per concupiscentiæ carnis vitam animam

trahunt] *Censio legendum: per concupiscentias carnis inuitam animam trahunt.*

13. quia datum est ipsi arbitrium] *Locus pro libero arbitrio.*

14. & fabricatur] *Ex coniectura Cauchij sic lego, pro: fabricantur.*

15. & discolor obstinatus] *Discolor, pro: idololatra.*

16. maxime cum defectus iste] *Ita appellat peccatum originale.*

17. Ergo si meipsum] *Hoc rursus ex coniectura Cauchij, pro: ego.*

18. Librum igitur] *Sic legendum pro: vsus censio, pro: libellum: est enim iuste magnitudinis liber. Sicut etiam paulopost lego: conscendit, pro eo quod erat: concendens, corruptè.*

#### DE NATIVITATE Christi.

##### ARGVMENTVM.

**N**atiuitatis Christi historiam pulchre dilatat, & ipsius exemplo humilitatē inculcat. Mariæ inuicem Virginis Deiparæ privilegia recenset; quod originalis peccati incendia in ipsa ita extincta sint, ut legem mentis lex carnis non infestaret; quod sine dolore pepererit; quod virgo simul fuerit & mater. Deinde, ubi pastorum laudes paucis attingit prophetiam de Christo Isaia 9. pulchre explicat, & velut aliud agēs coniugis continentiam præfert & virginitatem; hoc adiciens: Si diuinis consiliis obstiterint tentamenta, adesse Deum fortem, qui quæ mundi vicerit, suis victorias promittat militibus; at que adeo in paruuli Christi nomine, de mundo, de diabolo, de nobis ipsi victoria nos potiri posse.



**DE**ST Christi multum desiderata & diu expectata Natiuitas, adest sollempnitas incluta; & in præsentia saluatoris grates & laudes visitatori suo per orbem terrarum sancta reddit ecclesia. Gaudia nobis cælitus nunciantur, lætitia imperatur. Nox ista sacri partus conscia, nouis fulgoribus illustratur. Gloriantur in cælestibus superi, pax in terra bonæ voluntatis hominibus confirmatur. Adfunt angeli, loquuntur pastoribus; non dedignantur loqui personis humilibus, & cum ipsi sublimes sint, infimos non aspernantur. Nec luce insolita, nec angelorum terrentur pastores præsentia; sanæ & puræ fidei homines delectantur in eo quod audiunt consonas laudantium voces cælestes, gloriæ & gratiæ diuinæ preconia modulantes. Nec fatis fuit superius arcana referare cælestia, etiam



hominibus pax reddita nunciatur, & bonæ voluntatis noui muneris largitate consecratur affectus. Oportuit bonum Dominum certificare & lætificare in aduentu suo bonas expectantium voluntates: & multiplicatis testibus certa præsentia suæ dare indicia, vt iam non expectaretur quasi venturus, sed qui venerat, videretur; & essent angeli quem sibi noua Christi infantia consecratur, sancti ortus & loci indices. Vnus Gabriel virgini obumbrationem virtutis altissimi nunciat; multitudo cælestis exercitus, gratulabunda saluatorem mundi prædicat aduenisse, & reconciliata terreftria superis canit; & consilium antiquum prodiit palam nec iam secretum est; sed innotuit publice in conspectu gentium reualata Christi benignitas, & oblata mundo in nullo à nobis differens, excepto quod peccati expers fuit, saluatoris humanitas. A supernis legationibus incipit euangelium, cuius primi dictatores Angeli exiterunt. Nec iam in manibus prophetarum similitudines, & ænigmata inuoluuntur; sed angelorum iubilo, & hominum stilo, & euidenti rerum indicio constant & consonant simul promissa & data, vmbriſque remotis, lex & euangelia sunt vnita. Multiplicantur testes militia cælestis conclamat, credit pastorum cuneus & exultat. A sapientibus & prudentibus non querit testimonium, qui paruulis se reuelat. In huius doctrinæ initio statim fastus & ambitio condemnatur. Non colores rhetorum, non inductiones persuasoria adducuntur, ratio & miracula harum rerum ordinem complectuntur. In primis signa se fidei miscuerunt; & maxima in hoc efficacia dogmatum fuit, cum simul verbis & rebus actum est, vt nullum infidelium repugnantia inueniret diffugiū. Nox illa omni luce clarior; sermones angelici pacem hominibus nunciantes, designato loco Bethleem, ad quærendum puerum cohortantur. Pastores illi amplius mente quam oculis carnalibus illuminati, ad conspiciendum Emmanuel festinant: & edocti intus inuisibili magisterio Spiritus sancti, quem paruulum vident, consententur immensum; & piæ ei deuotionis affectum præsentant. Electa adest humilium personarum simplicitas, vt poneretur regula, & indissolubilis daretur forma, quod non nisi pauperibus spiritu, Christi pateret hu-

milias: nec superbos ad intuitum sui posset admittere veritas. Veniunt in Bethleem, quem prædixit Gabriel, inuenitur Emmanuel; ciuitas parua, domus paupercola, supellex exigua. Nulla domus ambitio, nisi reclinatorium in stabulo; mater in feno, filius in præsepio. Tale elegit fabricator mundi hospitium, huiusmodi habuit delicias sacræ virginis puerperium. Panniculi pro purpura, pro bysso in ornatu regio lacinia congeruntur genetrice est & obstetrix, & deuotam dilectæ soboli exhibet clientelam, atrectat, amplectitur, iungit oscula, porrigit mammam, totum negotium plenum gaudio; nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Pedissequas substantia familiaris non patitur; mancipiorum obsequia sumptus tenuis & inops mensa excludit. Nullum domus ardua diuersorium occultabat, nec secreti recessus erant illius casulæ; incrustaturam testum, & soli parietes per circuitum vestiebant. Nec locus ibi erat lauacris, quæ solent puerperis præparari, quippe nec aliqua naturæ iniuria matrem domini læserat; quoniam sine tormento peperit, quæ in conceptione caruit voluptate: & tamen consuetudinem sequens, vt legi satisfaceret, quasi cum aliis mulieribus esset ei in hoc opere ratio similis, diebus designatis recubuit, & depositi oneris lassitudinem professa oblata quieti paruit: & in diebus separationis non se à thoro Ioseph, qui eam numquam tetigit, sed ab ingressu templi & cæteris quæ lex prohibebat, continuit. Vltro maturus ab arbore baiula fructus elapsus est: nec oportuit vellicari, quod sponte prodibat. Nihil in hac re petiit vltio, nec præcedens delectatio aliquam expetiit pœnarum vsuram. Spiritu sancto obumbrante incœdium originale extinctum est; ideoque innociam affligi non decuit, nec sustinebat iustitia, vt illud vas electionis communibus lassaretur iniuriis; quoniam plurimū à cæteris differens, natura communicabat non culpa. Eratque ei proprium priuilegium, quod nulla mulierum nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quod erat simul mater & virgo singulis titulis insignita. Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & virgini abundantior gloria; quæ carnis & mentis integritate insignis, spiritali & corporali intus & extra Christi præsentia fruebatur. Ornamenta quæ

quæ decrant, etiam si adeflent, non haberent oculos inspectores: quia præsentia paruuli, sic eorum qui aderant, Ioseph, & si quis forte alius ibi erat, oculos occuparat, sic illuminauerat animos, sic corda illecebat; vt in hoc summo bono omnium bonorum vnita collectio videretur, nec opus esset euagari & mendicari per partes, quod simul in se vno fidelibus omnipotens infantia præsentabat. Angelica sane non est credendum ministeria defuisse, nec recesserat à venerabili pectore matris Spiritus sanctus ad verbum Gabrielis elapsus. Possidebat domum suam; & templum quod sibi consecrauerat adornabat. Seruabat sacramentum suum & sanctimoniam thalamum honorabat: lætificabant consolationes huiusmodi animam benedictam, & tanti habitatoris reuerentia concupiscentiarum ludibria abigebat; legem mentis lex carnis non infestabat, rebellio nulla quem spiritus affligebat. Paruulus sugens vbera pura alimonia utebatur, & fons sacri pectoris defæcatum edulium ori mundissimo infundebat. Sed & cor matris quædam dulcedines, quæ humanum superant intellectum imbuebant: eratque vtrinque miranda iucunditas, cum pia sanctæ matris & deuota humilitas, & sancti sanctorum immensa benignitas confederatis affectibus mergerentur. Extrinsecus nuda erant & egena quæ videbantur, nihil in illa paupertate videbatur diuinum, nisi his quibus reuelatum est desuper; quorum primi fuerunt supra memorati pastores, quorum innocentia & simplicitas electa est, vt laus Christi perscruteretur: quin piscatores & pastores sequentibus temporibus confunderent oratores, & à pauperibus & humilibus prædicatio paupertatis haberet initium. Execrari solent Aegyptij hoc hominum genus, & abominabiles eis sunt oues & pecora. Sed huiusmodi officium ab initio auctoritatem obtinuit: & Abel pastor munera de gregibus ouium obtulit; quæ in eo quod cælitus inflammati visa sunt, quod grata essent Deo, cunctis innotuit. Pastores Abraham Isaac & Iacob viti Deo familiares: pastores patriarchæ duodecim: pastor ipse Moses, qui in eremi recessu dum sequitur pedes, in rubo conspicit Deum, & potestate signorum collata, populi recipit principatū. Helisæus de aratro propheta constituitur: Dauid de post fetantes accipitur, & in regni

folio collocatur. Agnum quem abominatur Aegyptius, sacrificari sibi præcipit Deus, eiusque sanguinis Israelitarum postibus illitus, exterminatorem angelum repellit & abigit; nec timetur mortis periculum, vbi tantæ reuerentiæ conspicitur signum. Ad vmbra Petri languentes confurgunt; Apostolis subiiciuntur dæmonia; cedit idiotis reproborum eloquentia: prædicante Paulo captiuas complicant manus gentes & regna. Pauperes electi, superbi neglecti: nec fastus, nec altus circa Christi discipulatum aliquem obtinent locum: Christus pauper discipulos diuites aspernatur. Pauper mater, pauper filius inops hospitium, his qui in forma huius scholæ in Ecclesia militant, præbent efficacium documentum. Hunc in cunabulis adorauerunt pastores, & paruulum consententes, Deum simpliciter argumentosi in spiritu & veritate; quem adorauerunt, nouerunt. Fecerat quidem miraculum, quod apertis cælis, lux fulgoris insoliti nocte super eos fulserat, quod auditi angeli & conspecti quod ab ipsis fuerant edocti & instructi pastores. Sed licet hæc præcessissent, tamen circa infantiam pueri diuinitatis intimatæ nulla humana ratio præbebat experimentum: nec circa illius præsepj angustias, vagiente inter alligaturas infantulo, aliquod maiestatis erat indicium, sed auditui fides obtemperas, nullum apud Deum impossibile verbum credidit; & per Spiritum sanctum ad sacramentum hoc intelligendum subtilissimis est intelligentiarum accessibus introducta. Idemque spiritus qui longe ante prophetas docuerat, etiam nunc humilium mentibus se infundens, dilatabat humani intellectus angustias, & aperiebat interiores oculos; vt viderentur inuisibilia, intelligerentur ea ad quæ humanus non attingit sensus, nec rationis penetrat intellectus. Hinc est quod prædixerat Esaias: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Hoc potuit videri, huc nullum fides meritum querit. Quod autem sequitur, vocabitur nomen eius Emmanuel, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis, si clausi sint oculi mentis, exterioribus oculis nescio quid mereris. Qui nec dum loquitur, quo modo consiliarius erit? paruulus quo modo creditur omnipotens Deus? omnino infirmus, in quo videbitur fortis? nihil omnino



possidens, ad apicem regni & principatus fastigium quibus ascensionibus attinget? Sed si fidei mysterium prosequaris, in his omnibus subtilissimas & purissimas rationes inuenies, & quod omnino necesse fuit immensum fieri paruulum, & filium Dei hominis filium euidenter agnosces. Mirabitur etiam & dilatabitur cor tuum, quando intelliges profundissimum sacramentum in eo quod contemptibilis factus est admirabilis, & qui litteras non didicit, nec legibus instructus est; sufficiens sit diuinarum humanarumque rerum consiliarius: quo modo diuinitas & humanitas in vnam personam couenerunt, & ubi æstimata est infirmitas, fortitudo inuenta est; <sup>10</sup> & corporis humilitatis nostræ diuinæ claritati configuratum, non in hoc mundo, sed in cælesti gloria perpetuum habeat principatum. Ad paruulos venit Christus, & cum paruulis conseruatur, pauperes instruit, & creat, & facit. Ipse in synagoga Iudæorum in Esaïæ volumine cum legisset in sabato, complicato libro prophetiam hanc in se completam edocuit, quod à spiritu sancto vnctus sit; & ad euangelizandum pauperibus pater eum miserit. Item in euangelio gloriatur, confitetur domino cæli & terræ, gratias agens, quod reuelata sunt diuina mysteria paruulis, à quorum intellectu sublimitas huius mundi repulsa est; quæ Deo subiici non potest, dum secundum carnem & sanguinem inuisibile ipse suis regulis inuestigat. Hic est primus religionis introitus, sicut in mundum primus Christi ingressus; ut quicumque pie vult viuere, humiliter de se sentiat, neque supra se in mirabilibus ambulare præsumat. Fundamentum sanctitatis semper fuit humilitas, nec in cælo stare potuit superba sublimitas. Hanc primam gratiam ingrediens mundum noster paruulus attulit: & à cunabulis nos sibi conformes fieri volens, teneri voluit in vita, quod exhibuit in persona. Quia verò filij Dei sumus, humanitatis participatione frater noster fieri voluit, ut essemus secum beatitudinis coheredes, & haberet tota compositio hominis perfectam plenamque lætitiā, cum spiritus diuinam representaret imaginem, & caro nostra Christi corporis similitudinem, consummatæ societatis beneficium obtineremus cum nominis Christi & hereditatis consortes, & diuinæ naturæ communica-

mus per spiritum, & humanæ per corpus. Iurauit Dominus & non penitebit eum; & promissionum suarum non immemor, sicut se daturum nobis iurauerat, sic compleuit. <sup>Phil. 109.</sup> Filius datus est nobis: qui cum in forma Dei esset, splendor gloriæ & figura substantiæ eius, non est confusus se ad formam serui exinanire, ut qui de fraternitate eius gloriantur & volunt ascendere, non erubescant descendere; sed eidem scilicet cum Iacob innituntur, & cantantes canticum graduum ab imis ad superiora conscendant. O Domine quam admirabile est nomen tuum, vere tu es Deus qui facis mirabilia. Non modo mundi huius staturam admiror, non stabilitatem terræ, cum eam complectatur volubile firmamentum; non singulos dies, non lunæ defectum & incrementum, non solem semper integrum & laborem eius perpetuum; non temporum vicissitudines, in quibus quædam arent, quædam viuent, & quæ mortua modo videntur, deinceps reuiuiscunt: miror Deum in vtero virginis, miror omnipotentem in cunabulis, miror quo modo verbo Dei caro adhæserit, quo modo incorporeus Deus corporis nostri tegumentum induerit; miror in hac dispensatione tanti dispendia temporis, & tam lentos processus ad obedientiam saluatoris. In breui poterat patri negotium & poterat tantus labor abbreviari ad solum Christi verbum; sicut factus mundus, & disposita cuncta ad eius imperium. Sed elementario mundo dignior est rationabilis homo, quod ex eo quod in eius seruitium facta sunt omnia, facile creditur. In cæteris quocumque modo aliquæ satisfaciunt rationes; hic solus me complectitur stupor. Et cum Abacuc cano: <sup>Abac. 3.</sup> Consideraui opera tua & expani. Miror ieiunium, miror tentationes, miror omnipotentem in sepulcro iacentem, miror occisum & resurgentem. <sup>Hiere. 37.</sup> Hæc sunt noua mira quæ prædixerat Hieremias: Nouum faciet Dominus super terrā. Mulier circūdabit virum. Opus suum faciet, & peregrinum opus eius ab eo. Iesus Christus heri & hodie ante luciferum genitus, initium carnis sumpsit ex virgine; <sup>11</sup> quæ cæli cælorum non capiunt; qui implens omnia cum sit in omnibus, ab his tamen non capitur nec tenetur. Nouum est & inauditum, quod in materni angustia vteri circūdedit intra se fragilis caro virtutē altissimi, & ordinem rerum cursumque naturæ

turæ mutauit sapientia Dei: & vbique diuinitas dilatata, plenitudinem sui vasi infundens exiguo, sic est circumdata muliebri vtero, <sup>12</sup> ut cum vniuersa ambitet implens omnia, excedens cuncta, intra se omnia continens, extra vniuersa complectens. Quem nos paruulum, propheta nuncupat virum; insinuans ei numquam defuisse virtutem, sed semper virilis ætatis affuisse fortitudinem, quem infantilis infirmitas occultabat. Opus suum igitur fecit quod creauerat, <sup>14</sup> saluans quod perierat, ad vitam reuocans quod mortuum erat. Sed peregrinum opus fuit in Deo, quod verbum factum est caro, quod factus est visibilis & comprehensibilis, passibilis & mortalis: & peregrinum à maiestate; puer fugens vbera, panniculis inuolutus & sustinens conuicia, filius Dei in patibulo constitutus. Consiliarius quoque dictus est paruulus iste, qui & alibi dictus magni consilij angelus, eo quod secreta Dei quæ ab hominibus erant abscondita, publicæ reuelauit, & cum nemo nosset patrem, nisi filius ipse arcana Dei referans, indaginem trinitatis explicuit; loquens patri, & à patre responsum accipiens, & spiritum sanctum infundens discipulis, <sup>15</sup> generationis & processionis intimas rationes, subtiliter altrius personarum proprietates, & indissolubilis essentiæ vnitatem. Alia quoque inferiora, sed tamen necessaria consilia edocens; ut beneficia collata homo intelligat, ut in eo quod stat, gratias agat, & quod possibile est ex Dei gratia, cum ceciderit resurgat. De virginibus, ait apostolus, præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus. Vult & laudat ex imperio Domini, ut quæ nupsent, sic permaneant; quæ verò virgines sunt Dei, cumulatione castitatis integritatem exhibeant Christo: & in hunc modum quæcunque auctoritate diuina immobilia constant, sic maneant; quæ verò in alterutrum potest libertas arbitrij flexere, locum eligant priorem: quia & si bona sunt, & à Deo instituta coniugia, melior tamen est continentia, & virginitas excellentior; quam non cogit necessitas aut mādaturum, sed perfectionis suadet consilium. Quod si diuinis consiliis obuiauerint tentamenta & liberas, mentes ad carnales reuocauerint appetitus; adest deus fortis, nec spem ponat homo in homine, nec in brachio carnis suæ cōfidat,

quia qui mundum vicit, victoriam suis promittit militibus; & qui victores sunt sui, cælo vim inferunt, quoniam sicut scriptum est: Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. In paruuli huius nomine cū hoste antiquo congregimur, & fortis armatus superueniente fortiore de atrio antiquitus possessio potenter expellitur, & præsumptæ infestationis audaciæ silentium imperatur. Defectui carnis nostræ quæ à primitiuis sæcibus originalis mali infecta languerat, ex Christi carne redditur fortitudo: & sacramentorum communicatio, per quā illius corporis sinceritati vnimur, nos in tantū corroboret, ut de mundo & de diabolo, & de nobis ipsis victoria potiamur, & sacramentali gustu viuificis mysteriis inhærentes, vna caro, & vnus spiritus simus, dicente Apostolo: Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Sic hi ad quos sermo fit, dicuntur Dij, & filij excelsi, nominis, & hereditatis, & æternitatis participes, fortitudine societatis Christi subigentes tentamina; & cū homines sint ex indigniori materia, in captiuitatem redigunt, & conspuunt ligantque dæmonia. Et quidem in hoc tempore in stadio vitæ huius se exercet militia Christiana, & præeunte Christi vexillo, quem & paruulum vidimus & cognouimus Deū: & quos spiritus consilij & fortitudinis munuit, nec vinci, nec decipi possumus; quos eruditio, diuina scientia & potestate fecit insignes. Videtur autem in præsentis disciplina huiusmodi non esse gaudij, sed mæroris; eo quod non sine periculo certamina peraguntur. Bonum verò certamen certantibus pacatisimum fructum in futuro exercitatis in iustitia dabit princeps pacis æternæ, consignans sibi in beatitudine, quorum communicauit naturæ. Ipsi gloria & imperium amodo, & vsque in sempiternum. Amen.

## ADNOTATIONES.

1. & euidenti rerum indicio constant & consonant simul] Ita lego, pro eo quod corrupte legebatur: iudicio constat.

2. Tale elegit fabricator mundi hospitium] Hoc quoque lego, pro: Tale egit.

3. nullus dolor] Prorsus sic lego ex coniectura Cauchy, pro: dolus, eo quod sequatur: nulla naturæ contumelia in puerperio; præsertim quum in sequentibus latius hoc prosequatur.

4. in crustaturā rectū & soli parietes vestiebant] Magis placet hæc lectio marginalis apud Remboldum, & alibi, quàm quod in contextu est: in crustaturam.

Qq iij



5. Nihil in hac re petit vltio] *stud etiā ex conie-*  
*ctura Cauchij, pro: vltro. Facit autē hic locus pro immu-*  
*nitate D. Virginis à peccato originali, et præfert sequētia.*

6. & si quis forte alius ibi erat] *Irreserat vitio o-*  
*perarum superflua hic negatio apud Manutium.*

7. Nihil in illa paupertate videbatur diuinū ni-  
*si his] Etiam hoc recte legit Cauchius, pro: non his.*

8. quin piscatores] *Hoc Remboldus, rectius quā*  
*Erasmus: qui.*

9. haberet initium] *ita lego, pro: habet, quemad-*  
*modum etiā paulo post: Pastores Abraham, Isaac, &*  
*Iacob; pro eo quod alij: Pastor.*

10. & vt corpus humilitatis nostræ, &c. ha-  
*beat principatum] Ex Cauchio adiecit particulam*  
*vt, prorsus necessariam.*

11. Hęc sunt noua quæ prædixerat Hieremias] *Prorsus sic legendum pro: Hęc sunt, neque enim hęc verba*  
*apud Isaiam, sed apud Hieremiam reperiuntur.*

12. quem cæli cælorum non capiunt] *Omissi*  
*particulam: & quæ sensum obscurabat.*

13. vt cum vniuersa ambiret] *Locus mutilus.*

14. saluās quod perierat] *Cū Cauchio omisi adie-*  
*ctam: q; particulam.*

15. generationis & processions intimās ratio-  
*nes] Locus pro processione Spiritus sancti etiā ex filio.*

16. quæ vero virgines sunt Dei] *De his vide li-*  
*brum de disciplina & habitu virginum. Rursum autem*  
*hic locus est pro libero arbitrio. Item pro peccato originali.*  
*Et mire facit hic locus contra eos qui dicunt impossibilem*  
*continentiam.*

## DE RATIONE Circumcisionis.

### ARGVMENTVM.

**C**ircumcisionem Abrahæ mandatā, non apud  
solos tamen Hebræos, sed & apud Arabes et  
Phœnices, filiis etiā Ismael & Esau visitatā, va-  
luisse docet ad peccati originalis expiationem. Ad  
quod etsi ab Adam vsque ad Noe, & deinceps ad  
institutionē vsque huius sacramenti, efficacia essent  
sacrificia vetera; imperatā postea circumcisionem  
cum fidei tempora propinquarent, vt singulorum sa-  
crificia, singulare Christi præcederent holocaustū.  
Post quod, iam non aliam circumcisionem requiri  
quam cordis, quæ titillatorios carnis motus rationis  
auctoritate compefcimus.

**I**nter omnia testamenti veteris sa-  
cramenta nihil Circumcisione  
sollemnius antiqua celebravit, re-  
ligio, nectantum in Hebræos, sed  
etiā in Phœnices & Arabes hæc traditio  
inoleuit. Reliquæ gentes tam mandatam  
quam factum irritant, & Deo minime asse-  
runt conuenire, vt saluatoris benignitas pla-

gis infantium deletetur, & immeritos in  
ipso vitæ initio periculo mortis addicat.  
Hoc de bono Domino sentire, qui nemi-  
nem vult perire, absurdum & irrationabile  
iudicant. Nec tamen eis omnia reliqua sa-  
crificia sunt horrore, sed in multis natura-  
lem legem sequentes, expiationum reti-  
nent instrumenta, & immolant victimas,  
& incendunt adipes, & cum odoramentis  
& libaminibus fundunt coram Deo vota  
& preces. Legimus Iob Dei testimonio ap-  
probatum, iugibus sacrificiis occupatum; Iob. 1.  
nec legimus circumcisum. Et poterant  
esse eo temporum diuersis in locis multi vi-  
ri insignes, qui iustitiæ Dei subiecti, hoc  
signo carebant; licet filios Esau & Hismael  
putandum sit huius traditionis non fuisse  
expertes. Verum cum opus istud & anti-  
quitas commendat, & iubentis auctoritas;  
inquirenda est tanti mysterij ratio, quæ Gen. 17.  
Abrahæ specialiter & semini eius tanto pon-  
dere mandata est, vt quisquis in illa gente  
huius signi careret differentia, Ethnicus  
non Iudæus reputaretur, & à titulo filio-  
rum Israel abradere proscriptus. Hoc  
cum octaua die iussum sit celebrari, & no-  
men circumciso aptari, intimatum est his  
qui digni sanctorum consortio censentur  
quod eorum nomina scriberentur in cælis,  
& æternæ beatitudinis quam post vitæ hu-  
ius septimanam octaua consequitur, hære-  
des fierent & confortes, quicumque vitæ in-  
nocentia & cælibatus sanctimonia sese Do-  
mino consecrassent. Tenera itaque infantia  
huiusmodi erat imbuenda doctrina, & ante  
concupiscibiles motus, quos peccatum me-  
ruerat, miserabili pœnæ, & inuitabili vin-  
dictæ etiā in paruulis adhibenda erat seueri-  
tas: & antequam ebulliret sarrago libidi-  
num, prouisum est ventilabrum, quo refri-  
gerari posset, & extingui depopulatricis  
flammæ vagus ardor, & vniuersa perlustrās  
incēdium. Ideoque dolor voluptati, & fan-  
guini delectationis sanguis tormenti oppo-  
nebatur; vt in primis elementis discerent  
paruuli semper propriæ memores sectiōnis  
contraria curare contrariis, & ad cohiben-  
dos refrænantōsque turpitudinum appeti-  
tus necessarium esse sale corrosorio carnis  
perfricare pruritus, & semper recrudescen-  
tes deficcare putredines. Ad hoc corpus  
suum mortificabat Apostolus, non tatum  
circumcidēs illud seminarium membrum,  
sed totum se crucifigens, & omnibus extra-  
ordinariis

Ord. 2.

ordinariis motibus opponens cauterium,  
vsque adeo corpus suum redigens in seruitu-  
tem vt diceret: Viuo autem iam non ego,  
viuit vero in me Christus. Cuius facti  
amulatores erubescimus in pudendis: &  
detecto seorsūque confusionis operculo,  
quamuis conscientia testis semper nobis ex-  
ponat scaturientes intus peccati insidias,  
nec internum vitare possumus iudicium;  
viriliter tamen standum est, & rationis au-  
toritate increpandi sunt titillatorij sensus,  
& summopere vigilandum est ne sequatur  
assensus. Intra nos pudor iste aboleri om-  
nino non potest; quia nec totum hoc  
membrum, sed anterior eius portio iusta  
est circumcidi. Res sane maxima est, si  
non egrediatur foras huius contagio cor-  
ruptelæ; & insanians bestia corrupti an-  
helitus carnis ferreis in vltimis animæ re-  
cessibus alligetur, intūque fractis denti-  
bus seipsam concupiscentia captiua masti-  
get & corrodatur. Manet itaque erubescen-  
tia propter sensum; vt qui in agone con-  
tendit, sciens circumcisionis mysterium,  
ab omnibus se absteineat quæ possunt huic  
flammæ ministrare fomentum. Nec ta-  
men peremptoria est contententibus, sed  
probatoria huius sensualitatis colluctatio  
tam vetera: sed institutum est certamen  
inter spiritum & carnem, vt victor homo  
peccati & pœnæ, post triumphos solle-  
mnes coronetur in gloria, sine infestationi-  
bus deinceps, liber à peccato & pœna.  
Hanc verecundiam post præuaticationem,  
vanitati subiecta, non volens anima per-  
tulit, & vim sustinet inquietudine perur-  
gente, & inuoluntariis motibus fatigata  
infelicitatis suæ deplorat miseriam, libera-  
ri de corpore mortis huius desiderans, &  
pacifici tranquillique status à Deo postu-  
lat libertatem. Quotidiano sane conflic-  
tu spiritus & caro luctantur, & causatur  
ratio aduersus domesticum malum; quod  
ita intra se exercent regnum quasi natura sit  
vitium, & secum traxerit creatio prima pec-  
catum. Hoc utique prima non sentit con-  
dicio, sed secutum est transgressorem suppli-  
cium, & adhæsit indiuidua pœna peccato;  
de quo erubescit quicumque mundo cor-  
de regem in decore suo videre desiderat.  
Quis in tā assiduis illusionibus nō confun-  
datur? Quis non in tantis contumeliis eru-  
bescat? Fomes quippe huius mali intus in  
tenebrosis recessibus latitans, vt viderit ani-

1. Cor. 9.

2. Tim. 7.  
Gal. 5.

mam alias occupatam, & minus ad sui cir-  
cumspersionem sollicitam; irruptionibus  
vehementibus erumpit, blanditiis vene-  
na supponens pudicitie puritatem inopi-  
natis innadit assulibus. Ideoque pud-  
bundus homo nuditatem suam operit, &  
fœditatem confusus occultat. His rediui-  
uis vulneribus semper hac sanie illitis ne-  
cessaria est per omnem huius vitæ septima-  
nam iugis rescatio putredinum, & conti-  
nua circumcisio cicatricum. Et in cæteris  
quidem membra omnia imperio rationis  
obediunt, & arbitrij retinent libertatem.  
Hic vero vbi Babylonie fornax exarsit,  
& quasi pice & naphtha conspersi libidi-  
num ebullierint appetitus, inflammata ca-  
ro libertatis priuatur honore; intantum vt  
rebellia membra velit nolit in motus nefar-  
ios audacter exurgant. Præcedebant o-  
lim integumenta rerum significantia aboli-  
tionem peccati, & ad perfectionem in-  
choata tendebant. Nec hoc sacramen-  
tum consuetudini antiquæ subtrahere vo-  
luit Christus, & licet non esset in hoc tem-  
pore necessarium, tamen ne antiqua religio  
prorsus reproba videretur, in se voluit cir-  
cumcisionis aptari signaculum. Sane origi-  
nale peccatum quod à primis patribus in  
totam generis huius successionem defluxit,  
omni tempore aliquibus remediis oportuit  
expiari, licet vim plenam significantia non  
habuerint, donec ad rem ipsam ventum est,  
quæ figurarum operiebatur velamine. Et  
licet sacramentorum arcana omnibus non  
paterent, virtus tamen & effectus eorum  
ignorari non poterat; quia ab Adam vsque  
ad Noe sacrificia Deo constat fuisse acce-  
pta, quæ vsque ad illud tempus sine legis di-  
stinctione diuinitus inspirata institutione  
primi hominis celebrarent. Illa vero sacrifi-  
cia aut in animalium sanguine, aut aliarum  
oblationum incensationibus agebantur, non  
quod fumo aut mortib<sup>9</sup> peccatum delecta-  
retur Deus, sed vt intelligeretur immutabi-  
le iudicium & prolata ab initio sententia in  
peccatum, Immutabile decretū ab æterna  
lege exierat, concupiscentia affligi, & morte  
peccatorem puniri; nec poterat plagis ex-  
terioribus remediū aliquod subuenire, quin  
stimulus carnis sine vlla exceptione cola-  
phizaret infirmum, & vsque ad dissolutio-  
nem mors importuna persequeretur cap-  
tium. Et mors quidē carnis concupiscenti-  
arū interfecabat ludibria, nec poterat vt

1. Cor. 12.



tra peccare illud quod erat putredini ac dissolutioni prædestinatum & datum; sed supererat post mortem carnis animæ labor, & afflictio spiritus: nec poterat vlla ratione illa absolui damnatio, nisi morti omnium vita omnium subueniret, & pro generali morbo gratia Dei singulare propinaret antidotum. <sup>4</sup> Hoc antiquum redemptionis nostræ consilium sanctis patribus reuelauit Deus, voluitque vt paulatim assuescerent homines passioni & morti necessaria, voluntariæ mortis opponerent libamentum, & pœnam in medelam, & supplicium in remedium commutarent. Huius oblationis doctrinam sacrificia continebant antiqua: & incensiones & mortes huius consummationis gratiam præsignabant. Propter hoc cum iam fidei tempora propinquarent, imperata est circumcisio; & pars illa corporis in qua est voluptatum seminarium & libidinis officina iussa etiam in paruulis amputari, vt proprij primitias sanguinis, ei qui totum sanguinem suum oblaturus erat, offerrent, & communia singulorum sacrificia singulare præcederent holocaustum. Vbi vero Christus Dominus venit, de quo in capite libri scriptum erat, vt in morte sua patris voluntatem impleret, cessarunt sacrificia; nec iam truncationem præputij euangelium imperauit, sed circumcisionem cordis, & omnem tam membrorum quam affectionum petulantiam gladio spiritus resecati immutabili decreto mandauit. Et tantæ dignitatis illa vna redemptoris nostri fuit oblatio, vt vna ad tollenda mundi peccata sufficeret; qui tanta auctoritate in sancta introiuit in sanguine proprio, vt deinceps nulla supplicantium postulatio sanguine indigeret alieno. A diebus igitur visitationis nostræ regnum cælorum vim patitur, nec iam in expoliatione carnis circumcisio agitur, sed Spiritus sancti virtute verustatis antiquæ sanies expurgatur.

## ADNOTATIONES.

1. in Phœnices & Arabes] *Vide D. Hieron. in Hierem. cap. 9.*

2. nec legimus circumcisum] *Græuis: legibus, at prius placet.*

3. non tantum circumcidens] *Sic lego ex coniectura Cauchij, pro: non tamen.*

4. Hoc antiquum redemptionis nostræ consilium] *Græuis: antiquæ, verum prius placet.*

## DE STELLA ET MAGIS, &amp; INNOCENTIUM MORTE.

## ARGUMENTVM.

**P**rimum latissime prosequitur sollempnitatis Epiphaniæ historiam & mysteria, deinde Innocentium pro Christo Martyrium, atque adeo & baptismum sanguinis celebrat; hinc eorum beatitudinem cumulatam comprobans, quod Prothomartyres primum in ordine sanctorum locum habeant, & secretorum consij diuinorum propinquitate familiarissima, clementiam Dei pro nostris exorent laboribus, & nonnullis veniam obtineant immunitis.

**N**ATO in Bethleem saluatore, audita est in Effrata eius in terris præsentia, & vsque ad siluas campisque gentium nouæ huius natiuitatis est fama porrecta: in Iudæa à pastoribus & angelis primo sunt hæc gaudia celebrata, nec multo post Arabum fines huius rei notitia penetravit, & incolis Sabba præclari stella luminis<sup>1</sup> cælestis numen nouis splendoribus indicauit. Erant in illis regionibus viri siderum inspectionibus assueti, qui arte mathematica vim discursumque nouerant planetarum; quia ex elementorum natura rationem temporum metientes, astrorum ministeria certis expectimentis propriis didicerant effectibus assignata. Hi ex vaticinijs Balaam olim audierant, stellam oriri in Iacob, & hominem in Israel, cuius fortitudo quasi rhinocerotis, ad quem in trieribus de Italia venierent, qui superarent Assyrios, & vastarent Hebræos, quo temporum nec in Iacob idolum, nec in Israel simulacrum esset. Diu homines illi huius prophetiæ prouentum expectauerant, & ubi venit plenitudo temporis, orto repente nouo sidere, ad antiqua recurrentes volumina, tam testimonio muniti quam signo dromadis inuecti in Iudæam stella duce perueniunt. Nec potuere Palæstinæ incolas latere tanti nominis personæ, sed ubi auditum est quod stellam indicē nati in Bethleem paruuli sequerentur, Herodi noui regis inquisitio nunciatur. Euocatis itaque Magis, rei huius ordinē cum omni diligentia sciscitatur. Audit natū in Bethleem esse paruulum, quem profidentes regem & Deum, qui de Sabba venerant, adorare & venerari festinant: intimatum est ei quod ab antiquis temporibus Moabites

*Nume. 23. 24.*

*Matth. 11.*

tes propheta; licet gentilis, prædixerat: & contulit cum litteris gentium, sanctorum vaticinia prophetarum quorum scripta per omne sabbatum legebantur; de quibus nulla in populo Iudæorum ambiguitas erat, quin rata essent, quæ illi vel asseruissent præterita, vel prædixissent futura: à fortitudine eius qui quasi vnicornis obuios penetraret, in cuius obsequium vtrices de Italia trieres in Iudæa terminos aduentarent, & vsque ad finem mundi dilatarent imperium, anxius expauit & timuit. Conturbabat quoque aliud quod in Michæa scriptum est testimonium: Quoniam de Bethleem quæ est Effrata, egredietur paruulus, qui dominator esset in Israel, cuius egressus esset ab initio à diebus æternitatis. Cùmque ea quæ domestici codices continebant, cum his quæ ab alienigenis dicebantur, intelligeret conuenire; diuinis tentans reluctari consilijs, simulat perfidus religionis assensum, promittens Magis se se ad adorandum paruulum cum omni deuotione illico affuturum, cum per reuertentes certitudinem de puero accepisset. Turbatur cum Rege inaligno Hierosolyma, non latatur: expauescit & tæbescit, & negare erubescit quod scriptura testatur. Nec minus horrendum scribarum sacrilegium, quam Herodis impicitas: quia proprio Iudæi abutantes priuilegio, cum visitationi diuinæ inuenirentur ingrati causam sibi cum Herode fecere communem; cum hinc & inde impietas & infidelitas aduersus Dominum & Christum eius fremerent, & pariter in eius odio consentirent. Ecce alienigenæ à fluminibus Æthiopiæ ad paruulum Christum supplices veniunt, & filij disperforum deserunt munerera; accedunt qui longe erant, & qui prope recedunt; in loco humili & suppellectile vili Rex regum & Dominus dominantium inuenitur, cognoscitur, & ab alijs adoratur. Quia verò neminem in conspectu Dei apparere vacuum antiqua lex edocet; præuaricatoribus legis abeuntibus vacuis, primitiæ gentium sacramentalia munera proferunt de thesauris, & Domino autum & odoramenta præsentant; profidentes ex ratione munerum de eo quem adorabant quid crederent, quid sentirent. In auro regem, in ture sacerdotem, in myrrha incorruptibilem, quamuis passibilem profitentur. Oblatio ista incarnati verbi & exponit

*Mich. 5.*

*Psalm. 2.*

*Exod. 23.*

mysteria, & breui subtilique indicio vtriusque naturæ humanæ diuinæque exprimit vnitatem, quod & proprium est vnicuique singulatim distinguens. Nam Deo patri cuius regnum & imperium suis mundum replet splendoribus, in odorem suauitatis summus sacerdos & pontifex Christus se obtulit; cuius caro passionis cremata carbonibus, incensiois suæ fragrantiam transmisit ad cælos, & vsque hodie odor ille suauissimus in terrestri cælestique Ecclesia indeficiens perseuerat, Quod autem passibilitas quam obediens Deo voluntariè suscepit, incorruptione firmata sit, virtus myrrhæ obuians corruptelæ suo probat effectu, & visibilium ratione munerum immortalitatis solidæ constat euidentis argumentum. Adorato Domino Magi hilares alio tramite in suam patriam reuertuntur: quia necesse est, vt qui credunt ad iustitiam, ore etiam confessi sunt ad salutem, deinde vias eligant arctiores, & se restrictionibus mendatis obligent: quoniam per vias latas, descensusque præcipites itur ad inferos, par artas verò & difficiles reditur ad superos. Propter verba labiorum Dei religiosus quisque vias duras ingreditur, & iugulator voluptatum, stantem ex diuerso hostem securus aggreditur. Arta via est castitas, trames strictus humilitas, ieiunio affligi, & carnem in seruitutem redigere, scopulosæ sunt semitæ, sed ad patriam superiorem non nisi per meatus difficiles armati milites reuertuntur. Non est tutus ad Herodem regressus, nec expedit cum his qui oderunt Deum fœdera iungere: nec de religione cum malignantibus inire consilia, quorum familiaritas infantiam Christi studiose persequitur; & antequam formeretur Christus in nobis, in ipso piæ conuersationis initio, vt extinguatur spiritus, & suffocetur vita iustitiæ, penitus elaborat. Delusum se Herodes conuertitur, cum Magos alias comperit diuertisse: quia molestissimum est principi tenebrarum cum excogitatis laqueis tentatos quoslibet nouerit curassisse, & acriori inflammatus rabie, in neces innocetium debacchatur. Sic sanctorum persecutionibus tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere quos occidit, melioris vitæ statum eis procurat: & quod ille in perditionem molitur, hi vtuntur pro beneficio, quibus lucta vitæ perpetuæ per hæc

*Rom. 10. Matth. 5.*

*Psalm. 16.*



hæc momentanea damna celeri compendio acquiruntur. Ecce paruuli isti, quos hostis natura, pietatis inimicus, bestialis fœuitiæ, inaudita crudelitatis monstrum Herodes occidit, subito fiunt martyres & dum vice Christi, & pro Christo auulsi, à matrum vberibus detruncantur, testimonium quod nondum poterant sermone, perhibent passione; & sufficit causa testimonio, licet nondum eloquio distinguntur. Illico spiritus infantilis vasculi receptaculum deserens, iam non tenelli corporis atatisque nouitiæ tempore tenetur: sed ab illis infantilibus coagulibus anima expedita, adepta rationis & intellectus plenitudinem in occursum Christi festinat, à quo militiæ suæ quærens stipendium, ad lucis & pacis æternæ præmittitur gaudia; & 7 Epiphaniæ solemnia in cælestibus celebrat, nec in stellæ alicuius lumine, sed in ipsa claritate diuinæ præsentia gloriatur. Acta est natiuitatis solemnitas sursum iubilantibus angelis, deorsum ex ore infantium & lactantium laus est perfecta, resonantibus vsque ad cælos victoriæ tubis; & versus est paruulorum vagitus in gaudium, & iuctus in iubilum, sequente non stellam, sed agnum exercitu innocentium, & baiulante gloriosissimi triumphi solemne vexillum. Nec potuit mundus inficere nuper agonem ingressum infantilem exercitum: & pedes qui nondum lutum calcauerant, vrgens citatusque transitus non est passus vllis sordibus inquinari: sed in ipso vitæ initio tota illa innocua phalanx, sine vlllo integritatis detrimento, ad solidioris vitæ translata est gloriam. Et quæ expectari poterat annorum elapsu rationis discretio, repente nullis iam ætate illa temporibus subiecta, omnis consummationis reperit finem, & casuum accidentium mutabilitates euasit. Euigilauerunt sensus quos sopor infantia opprimebat; displosisque palpebris intuiti lucem, in momento assecuti sunt, quæ pacificis & mundo corde debentur, beatitudinem: & ascendentes per omnium virtutum gradus sine doctrinæ humanæ exercitio cumulatam inuenire mensuram: ita vt in ordine sanctorum protomartyres primum habeant locum; & secretorum conscij diuinorum, propinquitate familiarissima clementiam Dei pro nostris exorent laboribus; quos vsque hodie funestus Herodes persequitur, quorum san-

Matth. 5.

guine & morte diabolus delectatur. Hi itaque à cunabulis in cælum translati, facti sunt superni capitoli senatores & iudices, nonnullis veniam obtinentes immeritis, assistuntque miserationibus & vltionibus diuinis, sed sæpius agni, quem quocunque ierit, prosequuntur, mansuetudine, quam ira vel furore vtuntur. Hi nuper cruore lacteoloti primitias baptismi martyrio consecraverunt, tradentes posteris formam, vbi necessitatis articulus excluderet moram; nõ minus ad lauacrum animæ sanguinem efficacem, quã sanctificatas verbis solemnibus aquas; maxime cum nec sanguis hoc elemento careat, sed aquarum motu per totum corporis alueum fluat. Spiritus vero sanctus & aquis & sanguini superferretur, qui subiectos sibi fouet & abluit; quo baptizante idem occisio quodmersio operatur, qua extincta peccati vitam virtutemque emortuam vtriusque rei continet sacramentum. Ipse enim est qui vel hoc, vel alio modo quicumque est ille modus baptizat, & ad idem refertur quod pura fide agitur per Christum dominum nostrum.

Apost. 14.

Genes. 1.

ADNOTATIONES

1. Cælestis numinis] *Censeo legendum*: cæleste numen; *Ita retineri poterit hæc vox quæ sequitur*: indicauit. *Alioqui non male coniecit Cauchius reponendum iudicatur.*
2. cum his quæ ab alienigenis dicebantur] *sic recte Morel. pro eo quod erat*: cum his qui, *pesimè.*
3. quod & proprium est vnicuique] *Ita prorsus lego. pro: quid.*
4. incensionis suæ fragrantiam] *Resum hoc ex Morelio. pro: flagrantiam.*
5. stantem ex diuerso hostem] *Forre: ex aduerso.*
6. Delusum se Herodes queritur, cum Magos alias] *Accipit: alias, tum hic tum infra alicubi. pro: alia, id est, per aliam viam.*
7. Epiphaniæ sollempnia] *tam tunc igitur sollempnis erat Epiphaniæ dies.*
8. & secretorum conscij diuinorum, &c.] *Locus insignis de oratione sanctorum pro nobis.*
9. nonnullis veniam obtineant immeritis] *De quo reposui: nonnullis, pro eo quod Manus. & morelli. nonnulli.*

DE BAPTISMO CHRISTI, & manifestatione trinitatis.

ARGUMENTVM.

**P** Rincipio baptizatum ideo Christum docet, vt sacramento baptismi perennis daretur auctoritas; quippe quum baptisma Ioannis plenam non habet

haberet virtutē, sed exterius lauacrum præcederet secutum baptisma, in quo conferretur animarum ablutio & peccatorum remissio. Deinde manifestam illic Trinitatem eiusdem substantiæ latius profectus; oratione eleganti, qua nos filio obedire paratos coram Deo protestemur, tractatum concludit.



**N** ON fatis est quod angeli locuti sunt pastoribus, quod apparuit stella regibus, quod natiuitati, & personæ, & loco cõsona prophetarum oracula, perfidæ gentis indicio, Christo perhilitentia testimonium, in vnam conuenere sententiam: sublimius & perfectius testimonium profertur diuinitus, & ipse pater inuisibilis auditur & aures humanas omnipotentis Dei præclara vox penetrat, & inaudita à sæculo fidei species declaratur. Veniebat Christus ad baptismum, non egens lauacro; in quo peccatum non erat, sed vt sacramento perennis daretur auctoritas, & tanti virtutem operis nulla personarum acceptio commendaret: quoniam remissio peccatorum, siue per baptismum, siue per alia sacramenta donetur, propriè Spiritus sancti est, & ipsi soli huius efficientiæ priuilegium manet. Verborum solemnitas, & sacri inuocatio nominis, & signa institutionibus Apostolicis sacerdotum ministeriis attribuat, visibile celebrant sacramentum: rem vero ipsam Spiritus sanctus format & efficit, & consecrationibus visibilibus inuisibiliter manum totius bonitatis auctor apponit, & plenitudinem gratiæ vnctionis diuinæ pinguedo, sanctificationibus officialibus infundit, & rem sacramenti consummat & perficit. Si in Petri vel Pauli nomine baptismi gratia donaretur, posset alius alio videri sublimior: & secundum ministrorum merita hæc singularis gratia æstimari, vt melior esset baptismus eius qui sanctior videretur, & indignior esset qui ab eo acciperetur, quem non amplior æstimatio commendaret. Hæc & in alia sacramenta transferretur iniuria, vt non in eis vnitas, sed diuersitas haberetur; si cõseretur à melioribus fieri meliora, & minus haberent vtilitatis & ponderis quæ fierent ab indignis. Sic eucharistia vna alia melior, & baptismus pro ministerio vel melior, vel deterior crederetur. Absit hoc à fide catholica absit à religione christiana tantæ corruptionis fermentum. Vna nobis fides, vnus Dominus, vnus baptisma: quod si ab indigno

Matth. 3.

1. Cor. 13.

Genes. 30.

Matth. 23.

Matth. 19.

Ephes. 4.

forte fuerit consecratum, non audeat iustus iterare vel corrigere quod semel est factum: quia per quemcunque fiat, idem est; nec hoc priuilegium meritis est datum, sed gratiæ, & propriè sibi omnipotentia Dei retinet hunc effectum. Neque enim Paulus pro nobis crucifixus est, aut nos gloriamur in Paulo, sed in cruce domini gloriamur; cuius virtus omnia peragit sacramenta, sine quo signo nihil est sanctum, neque aliqua consecratio meretur effectum. Hinc omnium sanctificationum exurgit sublimitas & profundum, & longe lateque plenitudo diffunditur gratiarum. Quod ne vlla præsumptio sibi doni huius in posterum gloriam vindicaret, in hoc sicut & aliis, domini nostri Ecclesiæ suæ prouidit benignitas, vt ipse baptizaretur à seruo: ne conserui conseruorum ministerium detrectarent, vel aliquis cuiquam in hoc opere præferretur; quoniam siue Iudas siue Paulus baptizet; Christus peccatum lauat, absoluit; & delet. Sic Rachel & Lia, Balam & Zelpham maritis accommodant, & liberos accipiunt ex vteris ancillarum. Scribæ & pharisæi in cathedra Moyse sedentes, dum agunt quæ ad cathedram pertinent, per omnia plenitudine potestatis vtuntur, & officium non vita tantis effectibus honoratur. Obediunt demones exorcistis: Christum, inquirunt, scimus, & Paulum nouimus, & in nomine Christi, quem Paulus prædicat, adiurati egredimur, vos autem penitus ignoramus. Ecce in nomine suo nihil quæstuarij peragunt exorcistæ, nec se eis deferre ipsi demones profitentur, sed nomen Christi etiam per lucrorum sectatores suæ gloriæ retinet potestatem & sunt in talibus causis ministri mercenarij: fiunt naues onerariæ, quæ per pelagus euehant institores, quarum rectores potius eorum quos ducunt, pecuniis inhiant quàm salutis. Et tamen mare sæculi huius necessarios habet huiusmodi transfectores: alioqui cessabunt cõmercia, nec ex transmari-norum copia aliorum inopia habebit subsidium, nec occurrent sibi solatia regionum, si vehicula tollantur de inuio, & pelagus immeabile relinquatur. Bonis quippe sæpe malorum ministeria suffragantur. Supponit itaque ceruicem sanctam manibus hominis humilitas redemptoris, & licet plenam nõ habeat virtutem, suscipit ta-

men



men Christus baptisma Ioannis. Præparabat viam Domino Ioannes lauando exterius corpora; vt præcederet exterius lauarum fecurum baptisma, in quo conferretur animarum ablutio, & peccatorum remissio. Præcessit quod erat ex parte, vt consummatio sequeretur. Horret tamen Ioannes, & acclue sibi esse sacrum Christi caput non patitur: quia maiorem à minore benedici antiquis regulis refragatur, & criminalis ei visa est usurpatio potestatis. De plenitudine Christi omnes accepisse, & seipsum cum cæteris prædicarunt Baptista; ideòque Deo & hominem manus imponere iudicabat temerarium, lauare eum in quo non erat peccatum aestimabat superfluum. <sup>2</sup> Se ad soluendam calciamenti huius corrigiam confessus indignum, formidabat exhibere prælatum, si ipse in magistro sine causa tentaret hoc agere, quod ab ipso suscipere necessarium dignoscebat. Ideòque tremebundus, humili satisfactione postulati ministerium negat assensum; non quod obedientiam detrahat imperanti, sed quod iudicio suo seruo subdi, non competat maiestati. Tu, inquit, venis ad me, & à te debeo baptizari? Cui Dominus: Sine modo: sic enim decet nos omnem complere iustitiam. Ioannis humilitas non arguitur; nec vituperabile visum est Christo simplicitatis diffugium, quod reuerentia non importunitas suggererat. In hoc igitur omnem impleri iustitiam asseuerat, si doctrinam præcedat exemplum, & honore se inuicem præueniant, qui maiorem & qui minorem obtinent locum; & qui maior est, fiat minor, & præcessor sicut ministrator: si in vnitatem sacramentorum omnes simul conueniant, si pacis ecclesiasticæ fœdera non disrumpant. Baptizatur Christus, nec vltra Iordanis retrorsum conuertitur: aruerunt vnctiones Iudaicæ, ceremoniæ putruerunt; perpetuo lapsu baptismi gratia emanat ad posteros, nec vlla vetustate siccatur. A desse se tantis mysteriis & præsentiam suam dignosci dignata est sempiterna diuinitas; cælisque apertis in specie columbæ Spiritus sanctus ibi se ipsum ostendens, & intelligi voluit & videri, & quietissimo elapsu adueniens, super Christum quieuit & mansit. Accepit quippe familiare super hoc ab eodem spiritu Ioannes responsum: quia super quæ Spiritum sanctum sub hac specie videret,

ipse esset apud quem baptismi maneret auctoritas, qui mundi peccata tolleret, qui solus à nullo sanctificatus, & cuncta sanctificans non tam interesset sanctificationibus & sacramentis omnibus, quam patraret. Sed & vox patris audita est cælitus: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Hucusque Domine sancte pater non audiuius te loquentem, qui multifarie olim patribus locutus es in prophetis, & per angelos sanctos quibus ad diuersa sæpe mysteria à te legatio est iniuncta. Te ipsum non ita ante hoc tempus locutum audiuius; vt personaliter tibi assignetur locutio quam proferres. Hanc vocem à paternitate tua delatam nemo est qui ambigat; non est qui sibi hoc verbum audeat arrogare, non est in cælestibus agminibus qui Dominum Iesum, suum audeat filium nominare. <sup>3</sup> Certe tibi soli nota est trinitas; & solus pater scit filium, patrémque nouit filius nec à quoquam nisi eo reuelante est cognitus. In hac diuini magisterij scola pater est qui docet & instruit, filius qui arcana Dei nobis reuelat & aperit, Spiritus sanctus qui nos replet & imbuit. A patre potentiam, à filio sapientiam, à Spiritu sancto accipimus innocentiam. Pater eligit, filius diligit, Spiritus sanctus coniungit, & vnit. A patre nobis datur æternitas à filio imaginis eius cõformitas, & à Spiritu sancto integritas & libertas. In patre sumus, in filio viuimus, in Spiritu sancto mouemur & proficimus. Cõuenerunt simul sempiterna diuinitas, & temporalis humanitas, & eo renore vtriusque naturæ facta est vnitas, vt impossibile sit quod iunctum est abinuicem separari, sed verbum & caro sic sunt vna essentia, vt perfectam & integram sinceram coniunctio faciat vnitatem. Nec iniuria est, sed gratia Dei, si quod minus videtur digniori iungatur; cum inferiori natura contumeliam probrumque peccati non cõtrahat: nec est minoratio maiestatis, profectio paupertatis; nec altitudinem Dei in aliquo humilitas dispensatoria dehonestat. Hoc testimoniũ auditũ est, quia filius Dei est quæ Ioannes tenet in manibus, verus homo, verus Deus, vnicus patris, in sua natura inuisibilis, in nostra visibilis; vt fide & experimento fulciatur doctrina, dum & visu & intellectu incarnati verbi notitiam assequatur. dilectus à patre <sup>4</sup> immeritos nos dilexit, vltro

Matth. 3.  
Luce 3.  
Hebr. 1.

Matth. 3.

1. Reg. 3.  
Psal. 50.

Hebr. 4.

Acto. 17.

Ioan. 2.

Matth. 22.

vi.

visitationis suæ nobis beneficium largitus est, vltro sanauit, vltro curauit, vltro libertate donauit. Etiam ingratos prosequitur hic amor & reuocat: neque tunc odit, cum corripit & flagellat: vsque ad mortem Christum duxit dilectio, & resurgens à mortuis caros habet, quibus tantæ charitatis affectum ostendit. Duo grata vocabula, filius & dilectus, ipso Deo dictante nostris sensibus imprimuntur; vt communio nominũ nos affociet collegio munerum, & tantæ dulcedinis nomina nostrum emolliant animum accendantque deuotionis affectum. Per omnia sibi pater in filio complacuit, nec vlla in eo serpentis sunt reperta vestigia, nec sacerdotij eius poenituit Deum: quoniam sacrificium quod in cruce obtulit, sic in beneplacito Dei constat acceptabile, & perpetua virtute consistit, vt non minus hodie in conspectu patris oblatio illa sit efficax, quam ea die qua de faucibus lateris sanguis & aqua exiit, & semper reseruata in corpore plagæ salutis humanæ exigant pretium, & obedientiæ donatum requirant. Huic dilecto filio tuo tu Domine nos præcipis obedire. Loquere igitur Domine, quia audit seruus tuus. Auditui meo dabis gaudium & lætitiã, doctrinam tuam amplector: suauis est mihi eloquium tuum, viuus & efficax sermo tuus, ancipiti gladio penetrabilior, vsque ad diuisionem spiritus & animæ meæ attingens, carnales & spirituales intra me separat & sequestrat affectus; & à vilibus pretiosa distinguens, quasi flagello de funiculis contexto, de meo interiori templo quod tu inhabitas, omnem nundinationem expellit, nec patitur in atrijs tuis mercimonia columbarum, sed à sanctuario gratiæ tuæ omnem venalitem excludit. Audio te cum irasceris, audio cum misereris; siue parcis, siue flagellas, iustum & bonum te prædico: In ira te supplico, in clementia gratias ago, nec sanctis sermonibus contradico. Loquere, magister bone, libenter te audio, & cum aduersaris mihi, etiam in plagis & doloribus intelligo disciplinam: nec laet me te docente, ad siccandas corruptionum mearum putredines prodesse cauteriũ, & mundare cicatrices veteres sal disciplinæ tuæ, euangelio tuo medente infusum. Præcipis vt infundam corrupto pulmone hyssopum, & spiritus tui suauitate epota, totius malignitatis inflatio detumescat. A te, Deus bo-

ne, humilitatem discentes, quasi mansuetã animalia quieto gressu te bailamus fessorem; nequaquam sub hoc onere lassitudinem, sed quietem inuenturi: quia iugum tuum non est graue, sed leue: & lex tua, & testimonia iustitiæ & præcepta, timor & iudicia delectabilia in se retum continent sacramenta. Lex tua docet vitare peccatum, & corripit transgressores: & vt lotis mundisque pedibus in via immaculata incedant, omnia præmonstrat offendicula, & insinuat diuerticula, quibus periculosi transitus euitentur, nihil impossibile, nihil iubet austerum. In quibusdam per legem tuam promissa præmia nos inuitant: in multis poenæ propositæ, & supplicia vel damna terribiles animos à scelerum retrahunt appetitu: neque lex tua scripta à lege naturali in aliquo dissonat, sed reprobatio mali, & electio boni sic animæ rationali infixæ sunt diuinitus; vt de hoc nemo rectè cauetur: quia nulli ad harum rerum persecutionem deest scientia sine potentia; quia & quod agendum est, scimus: & quod scimus, facere possumus. Quod si impossibilia essent præcepta tua, vel tantis difficultatibus onerata, vel voluntas tua, sic abdita, vt non posset intelligi quid à nobis tua expeteret altitudo, licet inuitus nemo peccet; posset tamen ex multis excusare delictum, nisi nobis & moderatio mandati, & veritatis cognitio, & agendorum distinctio auctoritate cognoscibili prouidissent: & simul se completerentur possibilitas & facilitas, scientia & potestas. Præcipis mihi Domine Deus, vt diligam te; hoc & possum & debeo: & totum me & interius tibi esse iubet obnoxium; & de proximo iubet, vt ad meam eum mensuram complectar. Gratias ago tibi clementissime Deus, quia quod quæris à me; prius ipse donasti: & quo modo tu me dilexeris, si linguis hominum & angelorum loquar, nec digne possum eloqui, nec vniuersa complecti, quæ mihi gratiæ tuæ contulit amplitudo. Iustum est Domine vt diligamus te; quia & ipse nos diligit: & iniquum omnino est, vt te in aliquo dilecti tui offendant. Vere hoc mandatum legem complectitur & prophetas, & in hoc verbo omnium scripturarum volumina coartantur. Hoc natura, hoc ratio, hoc Domine verbi tui clamat auctoritas; hoc ex ore tuo audiuius; hic inuenit consummatio-

Matth. 22.

Matth. 22.

Rr



nem omnis religio; primum est hoc mandatum & vltimum; hoc in libro vitæ conscriptum, indeficientem & hominibus & angelis exhibet lectionem. Legat hic vnum verbū, & in hoc mandato meditetur Christiana religio, & inueniet ex hac scriptura omnium doctrinarum regulas emanasse: & hinc nasci, & huc reuerti quidquid ecclesiastica continet disciplina, & in omnibus irrium esse & friuolum quidquid dilectio non confirmat. Non pertinet Domine ad te, nec de tuis est qui te non diligit: nec diligit te, qui scienter offendit. Dilectioni tuæ detrahit, qui terminos à te positos transiit, & euangelij tui decreta transgreditur & contemnit. Non amat te qui pecuniam diligit, tibi & mammonæ nemo simul deseruit. Non pertinent ad te speciem pietatis habentes & negantes virtutem, nec militant tibi negotiorum huius sæculi traictores: non audiunt te, sed sicut aspis aures suas obturant, ne eorum corda verbum tuum penetret, quotquot peccato seruiunt & voluptati carnalium amatores. Lex tua Deus, Apostolorum & martyrum testimonio confirmata; paruulis tuis pauperibus spiritu, quibus tibi regnum tuum dare complacuit, sapientiam præstitit; & lætificauerunt animas eorum iustitiæ tuæ, in quibus per eandem legem edocti vixerunt: & hoc dilectionis præceptum ita fidelium mentes illuminauit, vt in pace & sanctimonia viuentes pacificis & mundis cordibus te viderent, & simul amor sanctus & timor castus perseverantibus tibi studiis obedirent; vsque adeo tibi ascensionibus huiusmodi propinquantes, vt fierent iudiciorum tuorum conscij, & per ipsos tua & nunc postmodum iudicia exerceres. Præcepisti Domine vt audiamus dilectum filium tuum: gratias tibi agimus, quia nos eius magisterio commendasti. Nos vero ex præcepto tuo eius doctrinæ nos tradimus informandos; & inhærentes ei, libenter eum, duce Spiritu sancto, omni tempore audiemus.

## ADNOTATIONES.

1. ne conferui conferuorum ministerium detrectarent] Ita prorsus legendum, pro: nec.
2. Se ad soluendam, &c.] Ex Græuo reposui: Se, eo quod erat: Sed, corruptè.
3. certè tibi soli nata est Trinitas] Manus. reposuit: sola, sed etiam aliter sensu constat.

4. immeritos nos dilexit] Sic legendum censeo, pro: immerito.

5. Huic dilecto filio tuo] Erasmus hic nouum sermonem faciens, falsus est cod. Remboldi qui primum hoc opus edidit. Dum enim que sequuntur littera maiuscula excusæ essent, & forte fortuna in frontis spacio pagella, videbatur illi superscriptio: de baptismo Christi, nouus esse noui sermonis titulus. Quare rectè à Morelio & Manutio prioribus sequentia coniuncta sunt.

6. Præcipis mihi Domine Deus vt diligam te, hoc & possum, &c.] Rectè sic Cauchius, Morelius & Manutius pro: vt diligam te hic, & possum.

## DE IEIUNIO, ET TENTATIONIBVS CHRISTI.

## ARGVMENTVM.

**P**vlcherrimè integram Euangelicam historiam de Ieiunio & Tentationibus Christi prosequitur: multis interim Ieiunij vim & efficaciam in impetrando quiduis à Deo prosequitur, paucis etiam agens sub finem contra ambitiosos & Simoniacos.



**A**NNO tricesimo carnis assumptæ, baptizato domino in Iordane, postquam reuelante patre, quod filius Dei esset, innotuit; non iam conueniebat eum putari filium Ioseph, vel esse subditum illi. Nec tamen repente ad signa & miracula & doctrinam vsus est potestate, sed interim auctoritatem continuit; & antequam notū se faceret mundo, exposuit se tentandum diabolo: non vt diuinitatis integritas probaretur, sed vt tentatoris confunderetur præsumptio; dum fame & lassitudine post ieiunium veritas humanitatis pateret, quæ diuinitati associata omnino peccati sensu & consensu careret. Hac ætate tempus doctrinæ insinuatum est rationabile, & ante has metas perperâ inuadi magisterium data est forma: quia non competit annis impubibus sedere in cathedra, & in primogenitis bouum lege aratio est interdicta. Iam vero cum ætatis & temporis ratio conueniret, & ad obediendum verbo Christi mandatum cœlitus aduenisset: voluit tamen sapientia Dei primo erudendos informare exemplo, & contra tentamenta proponere documenta, vt audiret & videret & sentiret humana rationalitas, quàm insuperabilis sit victrixque peccati, si libertas arbitrij libero moderamine dirigatur. Igitur desertum Christus ingreditur: Math. 4.

ibi suo, id est, Spiritu sancto duce & comite conuersatur. Locus secretus eligitur; quia solius Dei iudicio ieiunia sunt agenda, & singulariter inspectorem adiutorémque Deum volunt hæc habere certamina, neque in agonibus aliquibus periculosius militatur. Nulli religionis exercitio fraudulentius inanis gloria adulatur, nulli virtuti fauor ita blanditur. Ieiuniorum sudoribus laus importuna se ingerit: & subtilissimis aculeis penetrans animam, dum extollit, emollit; & pungit, cum vngit. Virtutem in hypocrisim vertit, & simpliciter inchoata peruertit. Quasi tinea quod integrum erat, rodit & occupat, & sanctitatis fundamenta euellit & dissipat. Subtilissimum malum proprio laqueo hypocrisim iugulat, & propriis armis sanctitatem impugnat. Castigatio carnis spiritum inflat, & macies corporis extenuatum arrogantem impinguat. Contemptus venerationem venatur, fames & calamitas laudibus saturatur. Mens hoc veneno imbuta in miseris deliciatur, & occupata hac scabie in vlcerebus gloriatur. Religio fit superstitio, & succedit ei ambitio subornata. Extincto spiritu quadruidano cadaueri solæ supersunt exuix, virtutis species exanimis & simulachrum sanctitatis. Tanta est hypocritarum dementia, vt fetoribus pro odoribus abutantur, & pretiosa vilia, & aspera suaui arbitrentur, & fauorum sapor omnium dulcedinum superet condimenta, omnisque delira sensualitas contrariis delectetur. Propter hoc solitudo carens arbitris, & eremus assentatorum satellitio vacua à ieiunante Christo eligitur, vt non cum carne & sanguine, sed cum spiritualibus nequitiis dimicaretur, & amotis minarum occasionibus homo cum diabolo colucleretur, & soli sint in palæstra Christus & antichristus, spiritus & antispiritus. Neque putet homo se euasisse pericula, cum in eremum venerit: quia quanto subtilius, tanto difficilius à tentatore inuaditur, qui cogitationum foribus assidens, omnia virtutum germina in ipso ortu strangulare molitur. Imaginem Christi delere cupiens, adulterinos colores naturali pulchritudini superducit, claritatem spiritus interpolat & obnubit. Verum liberius anima expedita obuiat impugnanti, vbi compedes impedimentorum defuerint, & aspectus irritamenta non nouerint: securiorque

est congressus, vbi singula non vellicant dimicantem, nec inebriant animum lenocinia voluptatum. <sup>2</sup> Honestius cum spiritu quàm cum carne luctamur: quia <sup>1</sup> carnis complexus fœdus exhalans nebulas, eum qui sibi adhæserit aliqua ex parte contaminat: nec libidinum morsus quicquam euasit illæsus. Flatus ille pestilens etiam longè positos inficit, & hoc certaminis genus fugam potius quàm assultum requirit. Et quia solent oratione & ieiunio dæmones edomari, munitio eremi cum huiusmodi armatura exemplo magistri <sup>4</sup> recipit Christianos: quos etsi omnes diuersorum non excipiat loci; animi tamen omnino necessaria est solitudo, vbi erecta specula, mens sibi insopita prouideat, deterisa rubigine coruscantibus armis importunum hostem terreat & repellat. Ieiuniis vitiorum sentina siccatur; petulantia marcet, concupiscentiæ languent, fugitiuæ abeunt voluptates. Extinguitur ardentis Ætæ incendium & flammiumi fornax Vulcani extincta intrinsecus, montes conterminos non adurit. Ieiunium si discretionem regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulae spoliat & exarmat. Ieiunium extraordinarios motus <sup>1</sup> in cippo claudit & artat, & appetitus vagos distringit & ligat. Ieiunium si humilitate ornetur, seruos Dei, mundi efficit contemptores. Ieiunium carnes azymas mundat & solidat: & putredines quæ ex adipe prodeunt, consumit & siccatur. Ieiunium scripturarum deliciis pascitur, cōtemplatione reficitur, gratia stabilitur, cœlesti pane nutritur. Danieli interpretatio somniorum reuelatur ieiunio, & tres pueri de Babylonia illæsi egrediuntur incendio. Dan. 2. 6.

Moyes in monte quadraginta diebus cum Domino perseverans; & Dei familiare colloquium, & legis ministerium ieiunio promeretur. Helias quoque eodem dierum numero abstinens in eremo conuersatur. Exod. 24.

Vtilitas ieiuniorum temporibus Christianis clarius patuit, & à multis frequentata in plurimos se effudit. Quotquot viros virtutum vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse: nec aliquid magnum moliri sunt, nisi prius abstinentia præcessisset. Quotiens aliquid à Deo obtinere conati sunt, ieiuniis incubuere & lacrimis, & pernoctantes in orationibus, ciliciis carni hærentibus supplices beneficia postularunt. Nec defuit



prouentus, vbi ad pedes Dei sacrificium contriti cordis offerens se prostravit humilitas; sed propè fuit inuocantibus se Deus, & portexit manum naufragis, & subuenit afflictis. Si Moysen, & Aaron, & Samuel hodie haberet Ecclesia, cum inuocarent, exaudirentur: & oratibus Iob, & Noe, & Daniele, populo parceretur. Rarus hodie Phinees, qui perfodiat impudicos: rarus Moyses, qui occidat facilegos: rarus Samuel, qui inobedientes lugeat: rarus Iob, qui pro filiorum negligentia sacrificium offerat: rarus Aaron, qui coram Pharaone comminationes diuinas edicat: rarus Noe, qui his, quibus submersio imminet, arcam bitumine litam prouideat. Flens cum Apostolo dico, inimicos crucis qui terrena sapiunt magistratus, quorum Deus uenter est; qui in his quæ dicere nefas est, impudentes lætantur & gloriantur. Venerunt periculosa tempora quæ prædixit Apostolus; in quibus volupratum amatores magis quam Dei, speciem pietatis habentes, virtutem verò abnegantes. Inueniuntur præpositi innumerabiles, qui ieiunia & orationes nec digito mouent, in quorum manibus iniquitates sunt, & muneribus eorum dextra oneratur: frustra ab his querantur miracula, frustra auxilia implerentur, non sunt idonei intercessores, domini contemptores: nec conuenienter ad placandum eum accedunt, nec conciliant quem offendunt. Efficax est oratio præcedente ieiunio, & sacris studiis antecedentibus non patitur postulatio deuota repulsam. Eligitur solitudo; vt soli Deo vacans animam cum in se per continentiam maclauerit voluptates, purgatis affectibus ad cœlestia euolet; & videns Deum oret & adoret, & dulcedinis supernæ suauitatem prægustet. Forma igitur ieiuniorum propofita fixo que exemplo, postquam quadraginta dierum abstinentiam Dominus consummauit, Satan cum esurientem videret, accessit. Retroactum tempus obtinuerat quies, & secum silentij sera opus illud eximium saluator exegerat; modo oblata famis occasione tumultuator de latebris prodians foras egreditur, & subdola professione quasi compatiens ei, subuenire periclitanti naturæ hortatur: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Nec vult fateri, nec præsumit diabolus diffiteri Christum filium dei; sed dubiè dispensaque

consulens tendiculas blandis inuectit fermonibus, vt obaudientem sibi reddat obnoxium, & se de compassionis specie reddat acceptum. Caro & lassitudo, & cætera huiusmodi hominem testabantur; virtutis integritas, & vita carens omni peccato perfectius ei priuilegium adscribebant, & diuinitas potentissima ex ipsis effectibus negari non poterat. Fuerant & ante Christum viri insignes prophetae & sacerdotes, sed in peccatis concepti & nati, nec originali nec personali caruere delicto: & inuenta est in omnibus vel ignorantia, vel insufficientia; in quibus erroris peccauerunt, & egerunt misericordia Dei, per quam edocti & restituti gratias egerunt Deo, & ad plenitudinem iustitiæ multum sibi deesse confessi sunt, & sperantes in Deo nullam sibi soliditatem attribuere præsumperunt. Non ita Christus in quo verbi carnisque sic conuenit natura, vt nulla alteri ex altero iniuria deueniret: quia in carne focia nullam diuinitus maculam reperit, nec secuta est, nec præcessit. Hæc naturarum coniunctio diabolum excæcabat: quia impossibile ei videbatur vel quòd esurire posset diuinitas, vel quòd tantæ tolerantia posset esse, tantæque potestatis corporalis humilitas. Duplicem itaque inquisitionem sinuosa calliditate orditur, vt de Christo vtrum naturalis filius Dei sit, ipso respondente certitudinem habeat: vt cum Deum confessus se fuerit, absurdum videatur quòd Deus esuriat, & in quamcunque partem se responsio verterit, necessitas conclusionis occurrat: Si filius Dei es, tibi non competit esurire. quod si esuris, manifestum est filium Dei non esse, quem violentia necessitatis communibus indigentiis intercludit. Succurre, inquit, necessitati si potes, alioqui deficies: & præsentis lapides in panis muta substantiam; sic enim fiet vt euadas periculum, & si hoc potueris, probes te Deum. Nō erat digna responsione quæstio malignantis; neque enim technas diaboli Dominus ignorabat, sed diuino cauillatori fatiscfecit eloquio, subtilissimo dogmate edocens corporis & animæ vitæ propriis alimoniis deberi subsidia, & cibum animæ: id est, verbum Dei eduliis corporalibus præponendum, & citius attentiusque menti prouidendum quam ventri. Nec opus erat vt hoc factis infidiatori innotesceret: quia nullo signo eius poterat inuidia com-

commutari, cuius incorrigibilem iniquitatem desperatio fugillauit. Superfluum igitur erat ad suggestionem eius ibi nulla pro futura miracula operari; cum satis esset diligenter consideranti, quod esurientem cibi non superabat appetitus, & desiderij motus defectio non esset, sed virtus. In nullo Christum aliqua coegit aut dominata est ei necessitas; qui propria moderamine voluntatis disposuit, & persoluit quod exegit humanitas. Sicut in ipsius voluntate fuit consecrare ieiunium, ita & in potestate fuit tempore oportuno sumere cibum: quod vtrique nec ministerio, nec consilio diaboli fuerat ordinandum; quia & abstinentiæ & refectiois penes ipsum erat & arbitrium & facultas. Itaque nihil certitudinis seductor extorsit, sed dubius incertusque dimissus est; nec obtinuit vt se proderet Christus miraculo, vel intemperanter ad cibum properans obediret seductoris consilio, quasi tunc primum quid fieri oporteret data doctrina, acceptaque sententia. Repulsus igitur auctoritate scripturæ, & propositi firmitate, defecit scrutinio: nec tamen alia aggredi via desinit, & falsis argumentis prioribus alia subiiciens, quibus ab eo consentaneas sibi responsiones aliquas extorqueret, adiecit. Eo igitur supra templi pinnaculum constituto, quem gula non potuit, vana gloria subuere nititur. A multis ambigitur vtrum fuerit hic translatio corporalis: & si de loco ad locum se Christus transferri permiserit, eo modo quo Abacuc de Iudæa in Chaldeam delatus est; & Philippus de Azoto in occursum eunuchi, qui reuertens de Hierusalem non intelligens Esaiam, codicem reuoluebat. Sed quod corporaliter eum diabolus tulerit, videtur inconueniens: quòd humeris eius saluator infederit, & pro vehiculo vsus sit quem præcipitorem sciebat; vel ei ferendum se commiserit, cuius insidias agnoscebat. Suo itaque spiritu eum credendum est ductum & in desertum, & super templum, vt vtrouique eum diabolus assumeret ad tentandum. Et localiter quidem in deserto prima fuit tentatio; sed cæteras eo modo circumducta est patientia saluatoris, quo modo Ezechiel cum super fluuium Chobar sederet, Hierosolymam raptus in spiritu ciuitatem ædificat & metitur, & muros &

templum instaurat. Hoc modo super culmen templi Christus erat in spiritu, sciens quid Antispiritus affectaret; & hosti se de vana gloria pulsaturus opportunitatem parabat. Hac igitur occasione loci hortatur & consulit, vt in vrbe sancta & frequentia populorum qua si nouus funambulus in excello pendulus, se deorsum ad spectaculum vulgi iactet intrepidus; addens ex testimonio scripturæ angelorum affutura suffragia, quæ ruentem exciperent & conseruaret illæsum. O execrabilis diaboli malicia, ô stulta nequitia, ô insensata versutia, ô præsumptio excæcata. Putabat malignus quem gula non vicerat, vana gloria superari. Experientia quippe rerum didicerat, & in multis probauerat; vitiorum victores sæpe nugis laudationum corruptos, & cognatum propinquumque esse virtutibus malum adulationem; nec faciliè quemquam posse euadere, quin libenter assentatorum canticis porrigat aures, & laudatorum modulationibus delectetur. Et sicut rarus est, aut nullus qui de se mala dici æquanimiter ferat: ita rarus est, qui non benè de se velit sentiri, & se si rectè viuunt stantem in vitæ rectitudine non diligit æstimari. Quod si opera virtutum foras exierint, rarus est qui hominum iudicia conspuat, & laudes humanas contemnat. Hoc generale malum in humano genere satan putabat ex præcedentis occasione victoriæ suggerere saluatori: vt popularibus laudibus vellet attonari: & facere sibi nomen iuxta nomen magnorum qui sunt in terra; si geminato miraculo ieiuniorum constantia innotesceret populo, & vectoribus angelis sine offendiculo sustentatus, se filium Dei tam potenti abstinentia, quam angelorum obedientia, comprobaret. Huiusmodi consiliis filios hominum satan corrumpere consueuerat, & robustis virilibusque animis etiam huiusmodi cogitatus immittit: & si ab ingressu mentis arceatur renitente consensu, aliquid tamen de spurcitia sua ibi euomēs, abominationum horrore nauseare compellit. Sic, vt aliquid poeticum inseram, temulentus Cyclops illiciti coniugij appetitor, licet à Pallade repellatur, in gremio tamē eius Eriichthonium fundit; & incorrupta Minerva, superest tamen deforme monstrum, nec omnino affectata scelera in memoria moriuntur. Nontentabis, inquit, Dominum



Deut. 6.

Deum tuum. Hoc in Deuteronomio scriptum est: Ecce lex legi obicitur, & fatan auctoritate scripturæ abutens malus legis interpret præceptiū quasi ex ratione mandati hortatur: sed intellectus fallax & falsus veritate sincera confunditur; & generali edicto interdictum ostenditur, ne dum patet in quibuslibet angustiis quilibet exitus, Deus vlla præsumptione tentetur. Alia explorator malignus argumenta conatur adducere; & ad summam cumulūque nequitia suæ, continentem & humilem oblata aggreditur potestate; & ostensa mundi huius sublimitate & gloria (quasi indignum sit tantæ auctoritatis doctorem, & insignium operum patratores, ignobili, & contemptibili schemate obumbrari) & dominatione vniuersorum vsuque animum dignum honore sollicitat; & daturum se omnia pollicetur, si ei pro tanto munere gratias agat, & procidens adoret tanti culminis largitorem. Solent viris virtutum huiusmodi præstigia se offerre, & testimonium religionis conscientia perhibente, cum ab aliis digni honoribus iudicentur, facile acquiescunt: & tam proprio quàm alieno fascino iudicio à rectitudine corruunt, euerfâque cathedra mentis, humo fractis ceruicibus colliduntur: repenteque & subito quod multis erat partum sudoribus, ambitione irruente oblitteratum est; & turbis huius impetu auulsum est, quidquid antiquæ religionis labor meruerat. Malum hoc Adam in paradiso pulsauit & strauit, cum subiectionem quam Deo debebat fastidians, appetit dominatum; & cum vellet esse sicut Deus, sine Deo se vidit & nouit: & conspectam carnis Eua abhorruit sceditatem, quam licet operiret, manens tamen perpes ibi contumelia stetit & adhæsit. Ad suasionem diaboli animam vanitati subiectâ deiecit ambitio; poteratque exterminio eius posteritas didicisse, quàm misera mutatio fuit de delitiis ad spinas & tribulos emigrasse, & rastris ligonibusque auaritiam condemnatam. Hoc malo restitit, & resistere nos saluator edocuit, vt soli Deo subiectus sit homo quantumcūque profecerit, vt in ipso, immo ipse sit substantia nostra; & pateat nobis, quod sicut <sup>14</sup> perreptoria est altitudo quæ sita, ita & periculosissima est oblata: non quod potestas quæ ex Deo est sit damnabilis, aut ordinatio diuina peccatorum sit obstetrix; sed

Matth. 4.

Gen. 3.

quod excellentiam, cuius spiritus sanctus auctor est, ita debet complecti humilitas, vt qui vocatus est superius, nesciat se sublimem, & per omnia agnoscat conditio conditorem, & gratia largitorem. Gloria bantur aliquando discipuli, & complacabant sibi in miraculis, gratulabundi quod eis etiam dæmonia obedirent: sed repressa est, increpante Domino, simplicitatis eorum præsumptio: Videbam, inquit, fatanam tanquam fulgur descendentem de cælo. His verbis eorum animis intimans; quia ante hoc temporale initium ipse in principio, immo ipse principium existens apud Deum, ante hominis conditionem superbientis diaboli ruinam vidit, & affectatæ dominationis ambitionem deiectionis eius fuisse causam: nec in hoc gaudentium esse, si quis prærogatiua celsitudinis donaretur, sed hanc esse certam stabilēque veri gaudij metam, si vocatio nostra iustificatione muniretur: & tunc demum ratum constare beatificationis prouentum, si huius ordinis scriptura in conspectu dei indelebilis seruaretur. Hoc igitur attendentes, quod non in nobis quasi ex nobis sufficientes sumus, sed ex domino sufficientia nostra est; & contentos solo Deo necesse est ei esse omnes accliuēs, cui totum debemus quod viuimus, quod mouemur, quod sumus. Qui de plenitudine sua nobis interim prout cuique opus est, donationes partitur, donec ad cumulū perueniat copia consummata; vsque adeo conferta coagitatque mensura, vt nihil vel accedat amplius, vel recedat, sed in cognitione Dei certum finem stabilēque metam omnes & animæ & corporis obtineant appetitus. Frustra itaque regna huius mundi transitoria & mutabilia immutabili & æterno regi ostendit vel promittit diabolus, cum ipse dicat regnum suum de hoc mundo non esse: non quod creationem suam remouens, dæmonum subiecerit potestati, sed quia in his qui amorem mundi Dei amori præponunt, non dignetur diuinitas sibi facere mansionem: & impossibile sit eos à Deo regi, qui se diabolo tradidit: quia Christi & Belial nulla est participatio, nec aliqua iustitiæ cum iniquitate potest esse communio. <sup>15</sup> Regnum hoc non est naturæ, sed malitiæ: persecutio est, non defensio: & tota huius potestatis virtus in mortem damnationēque eorum qui

Lucæ 10.

1. Cor. 3.

Lucæ 6.

Ioan. 18.

1. Cor. 6.

sub

Rom. 1.

sub hoc principe militant, elaborat. Regnum hoc munitur vitiis, ambitur flagitiis, turres eius sunt crimina, arma quarumcumque turpitudinum molimina. Huius regis telonarij sunt pauperum oppressores, tribuni seductores, præfecti iudiciorum peruersores. Cubiculatij eius sunt quæstum aduatores, mercimonij traiectores, ærarij sacerdotes, nummularij doctores, conductitij defensores, linguæ subdolæ vel consilij locatores, venales auxiliarij, bilingues caudidici, concinnatores mendacij, fabricatores peccati, vestiti mollibus, amicti discoloribus. In domo huius regis sunt; qui paludamentis talaribus pauimenta verrentes, capillis mulieribus se in fœminas transfigurant, & dignitate virilem non sine naturæ iniuria dehonestant. In hoc regno sunt quicunque veritatem Dei commutant in mendacium; quicunque, quasi in taberna vitiorum præcones, venales animas impurissimis dæmonibus corrumpendas exponunt. Hic auaras manus cupidi muneribus complicant; hic genu flexo concupiscentiæ suæ quisque idolum colit, & propriæ libidinis adorat simulachrum. Non hæc te Domine Iesu gloria mouet; non huius mundi tunc imperium; non horum cupidine tu cadis, aut prosterneris; non adoras malitiam, non peccato subiiceris: qui seruis tuis dæmonia subdis, & omnem huius mundi gloriationem destruis & confundis. Infanillime fatan, qua fronte, qua lingua ausus es dicere saluatori; vt ante te, qui stat inflexibilis, & immobilis, caderet? vt te damnatum, ipse qui te damnauerat, adoraret? Quis ausus, quàm impudens hæc fuit præsumptio? Quid desperate sperasti? An filium Dei putabas posse tecum apostatam fieri? Si de mundo visibili, id est, cælo & terra, & de his quæ in eo aguntur, te iactas habere dominium; nec cæli, nec terræ tu conditor, nec solem moues, nec cursum das sideribus, nec per te voluitur firmamentum: nec vides aut intelligis Deum, nec vllum tibi est cum cœlesti militia consortium, vel aliquam habes ad superioris mundi claritatem accessum. Huius inferioris mundi tua est scabies, languentis sunt vlcera, hæc scalpis, hæc impurus ablingis. Si quid vitij est, si quid corruptelæ, tu cadaueribus affides, tu contrectas putredines, tu distemperas fæces,

tu versas fœtores: tu spiritus nequam, tu in pristino sæculi huius fermentator immundus, tu sanctitatis corruptor, & simplicium perturbator, tu incēdiator libidinum, & omnium turpitudinum adinuentor: in his regnas quos inquinās, & in his quos polluis, dominaris. Fornicatores & adulteri te habent suggestorem, te habebūt tortorem; te quoque cum illis vltricia incendia concremabunt. Stultis vanisque promissionibus nullus à corde Christiano dari debet accessus, sed primis titillationibus obuiare debet abigens manu: nec foueri debet coluber, donec in draconem formetur. Mendax est diabolus, & his qui sibi obtemperant, multa se daturum promittit. Malum hoc in vniuersa Ecclesia vagatur, & communis pestilentia innumerabiles occupat; vt pro gloria huius mundi qui liberi erant, se vendant in seruos, & per vitia ad seruitia depuētur, & obligati pacto chirographum subiectionis cōscribant diabolo. Per omne nefas voluptates emuntur; & per omne scelus copiosæ libidines exquiruntur. Iudas ille proditor venditurus magistrum, prætaxatum pretium à principibus exegit sacerdotum: Quid mihi, inquit, vultis dare, & ego eum vobis tradam? Vsq̄ ad mortem Domini amor lucri se ingerit; nec vitæ saluatoris quæstus desiderium parcat. Etiam in sinu sacerdotum ambitio dormit, ibi sub vmbra recubat, in secreto thalami se fraudulenter occultat. Simon Apostolorum temporibus venalem putans Spiritum sanctum, Petrum donis aggreditur, & tentat emere potestatem, per quam plura lucretur. Hæc sacrilegij forma per omnia officia gradūque discurret, & nihil intentatum ambitio prætermittit. Nec dubitet quisquā diaboli hæc esse negotia, & nundinatores eius quicunque hæc exercent commercia; nec quidquam huiusmodi ab eo, nisi præmissa apostasia, donari. Inuerecūde tentator ambitiosos aggreditur, & cōditione perniciosâ præmissa præmia talia pollicetur, vltra quæ extendi non possit cupiditas; regnorum scilicet omnium monarchiam & vniuersitatis dominatū, vt in omnibus mundanis vna homo quasi Deus habeat potestatem, & vni omnia subiecta sint, & generale vestigal excellentiæ principali cuncta persoluant. Quid vltra cupide quæris? quid amplius auare desideras? nunquid & sic potest impleri ambitio tua, aut satiari potest

Matth. 26.

Act. 2.



fames tua, ossa huius mundi iniecta dentibus tuis, & faucibus tuis vniuersa rerum massa intrusa? Mundum habes, Deum non habes: mundus transibit; tu cum eo qui non stat, cades, transibis & rues. Peremptoria sunt hæc consilia, quæ tibi alia pollicentur, in quibus te necesse est aut vomitu, aut ruptis interire visceribus. Sed & pretium quod petitur, vt diabolum adores prostratus: & eum tibi Deum constituas, quem non dubitas seductorem, si consenseris vt concedas, casus tui te non potes excusare improvidum; cum ipse tibi casum & ruinam prænominet, & præcipitum exigat, qui tanti se facit nundinatorum culminis, & tantæ tibi promittit fastigia potestatis. Regnum Christi non est de hoc mundo: regnum cælorum tibi Deus promittit, ipsum solum adora, ipsi soli memento vt seruias, qui repulso tentatore, te quoque gloria & honore post victoriam coronabit, si in iustitiæ rectitudine steteris, nec falsis promissionibus obtemperans, ad venerationem diaboli damnationis eius factus particeps incurueris.

## ADNOTATIONES.

1. & ante has metas perperam inuadi magisterium] *Prorsus sic lego ex coniectura Cauchij, pro: nec ante, &c.*

2. Honestius cum spiritu quàm cum carne] *Adiicimus: cum secundo loco ex Grauius & Remboldo.*

3. carnis complexus fœdus exhalans nebulas] *Malim legi: fœdas.*

4. recipit Christianos] *sic lego, pro: recepit.*

5. in cippo claudit & arctat] *Metaphora à cippo instrumento, quo pedes constringuntur.*

6. Nec vult fateri, nec præsumit diabolus dif-  
fiteri] *Solus Manus, differri.*

7. dispenseque] *Nona vox.*

8. sciens quid Antispiritus affectaret] *Prorsus sic legendum, non: ante spiritus, patet ex verbis illis non procul ab initio: Christus & Antichristus, spiritus & Antispiritus.*

9. vana gloria superari] *Malim legere: superare.*

10. etsi ab ingressu mentis arcentur renitente  
consensu] *Manutius & Morelius: retinente, sed non placet.*

11. temulentus cyclops] *Hoc sumpsit ex Ouid. 2. Metamorph.*

12. & testimonium religionis cōscientia per-  
hibente] *Non dubito cruditos omnes mihi in hac lectione assensum præbituros, pro eo quod erat: prohibente, nulla sensu.*

13. poteratque exterminio eius posteritas di-  
dicisse] *Etiā hoc reponere non sum veritus ex coniectura Cauchij, pro: ex termino eius. Malim etiam legi: quam mitera mutatio fuerit, quam: fuit.*

14. peremptoria est altitudo] *Perimendo proprie hanc vocem accipit, sicut etiam infra sub finem.*

15. regnum hoc est non natura sed malitia] *Cum Grauius adicio negandi particulam.*

16. & conditione præmissa præmia talia pol-  
licetur] *Cum eodem adieci vocem: præmia.*

DE COENA DOMINI,  
ET PRIMA INSTITVTIONE  
consummantis omnia<sup>1</sup> sa-  
cramenta.

## ARGVMENTVM.

**M**Irum in modum celebrat Institutionem cō-  
summantis omnia sacramenta Sacramenti  
Eucharistiæ, iam olim à Melchisedech præfigurati,  
& à Christo instituti; quippe qui & in nouissima  
cœna & usque hodie panem communem & vi-  
num in sanctissimum & verissimum (vt eius ver-  
bis vtar) corpus suum & sanguinem mutet, creet,  
sanctificet, & benedicat. Quare & summopere  
cauendum, ne dominicæ mensæ irreuerenter aut il-  
lota conscientia cum Iuda nos ingeramus; sed si  
nos ipsos iudicemus, & à cibis communibus sacra-  
menta diiudicemus, non fore horrore defecatis ani-  
mis carnis eius edulium & sanguinis potum. Neque  
verò etiam in articulo mortis penitentiam asper-  
nandam, velit nolit Nouatus hæreticus, exemplo  
Latronis manifestum fieri.

**V**SCITATI Lazari Hierosoly-  
mis increbuerat rumor, & tam so-  
lemne miraculum ad venerationē  
Christi excitauerat populum: vnde & ei ci-  
uitatem ingredienti, cum ramis palmarum  
obuiam processerunt; sedentemque super  
asinum resonantibus laudibus gratulabundi  
introduxerunt in urbem, regem Israël con-  
sistentes, & acclamantes filium Dauid in no-  
mine Domini aduenisse, cuius æternum  
imperium prophetarum vaticinia antiqui-  
tus conclamarant. Nec latebat Dominum,  
qui sciebat omnia, quod in viæ illius confi-  
nio de torrente passionis erat bibiturus, &  
ex ea veneratione quæ impendebatur ei à  
plebe, inflammandam amplius inuidiam  
magistratum, & animos exacerbatos ve-  
hementiori insania perturbandos, & con-  
spirationis malignæ non ultra posse occul-  
tari consilia, nec differri amplius quæ de eius  
interitu cogitarant. Sed volebat pius magi-  
ster cum iam damnationis suæ dictaretur  
sententia, & prope esset vt figeretur in  
cruce, suæ dare indicia potestatis, vt qui ani-  
mam

mam Lazari reuocauerat ab inferis, & qua-  
triduo mortuo reddiderat vitam, dinof-  
ceretur virtute diuina non humana tantum  
opus patrasse: & impossibile esse suam a-  
nimam ab inferno teneri, qui alienam po-  
testatiue extraxerat: nec se necessitate, sed  
obedientia vtgeri ad mortem; & vitam  
quam aliis reddebat, ad se quoque vbi  
iuberet, illico redituram. Finem igitur le-  
galibus cæremoniis impositurus, parati si-  
bi voluit Pascha, & ex consuetudine leg-  
gis ea quæri quæ solemnitas exigebat, a-  
gnum assum, panes azymos, & lactucas  
agrestes. Non oportet esse fermentarios  
Noui testamenti ministros: puras sincerâ-  
que mentes sanctum quærit conuiuium:  
in vetu crucis boni odoris assatio omnem  
excoquat carnalium sensuum cruditatem,  
& induret solidetque mentis affectus: nec  
in Ecclesiæ sanctæ sacrificio vlla sit ma-  
cula, sed pura simplicitas & innocentia  
vitæ, in vna Ecclesiæ catholicæ domo à fi-  
delibus de Ægypto egredientibus, transi-  
to mari rubro, lotis Christi sanguine af-  
fectibus offeratur. Cœna itaque disposita  
inter sacramentales epulas obuiarunt sibi  
instituta antiqua & noua, & consumpto  
agno, quem antiqua traditio proponebat,  
inconsumptibilem cibum magister appo-  
nit discipulis: nec iam ad elaborata impen-  
sis & arte conuiuia populi inuitantur; sed  
immortalitatis alimonia datur, à commu-  
nibus cibis differens, corporalis substan-  
tiæ retinens speciem, sed virtutis diuinæ  
inuisibili efficientia probans adesse præsen-  
tiam. Significata olim à tempore Melchi-  
sedech prodeunt sacramenta, & filius A-  
brahæ facientibus opera eius summus Sa-  
cerdos panem profert & vinum: Hoc est,  
inquit, corpus meum. Manducauerant &  
biberant de eodem pane secundum for-  
mam visibilem, sed ante verba illa cibus il-  
le communis, tantum nutriendo corpori  
commodus erat, & vitæ corporali subsi-  
dium ministrabat. Sed ex quo à Domino  
dictum est: Hoc facite in meam commemo-  
rationem, hæc est caro mea, & hic  
est sanguis meus; quotienscunque his ver-  
bis & hac fide actum est, panis iste super-  
substantialis & calix benedictione solemn-  
i sacratus, ad totius hominis vitam salutem-  
que proficit, simul medicamentum & ho-  
locaustum ad sanandas infirmitates & pur-  
gandas iniquitates existens. Manifestata

est etiam spiritalis & corporalis cibi distan-  
tia, aliud fuisse quod prius est appositum &  
consumptum; aliud quod à magistro da-  
tum est & distributum. Quoad cibi illi  
qui ad diem festum erant parati à con-  
uescentibus Apostolis sumebantur, veteris  
paschæ agebatur memoria, nec dum Iu-  
das ad veterem vitam pertinens, diabolo  
inuadente & occupante animum eius egre-  
di cogebatur, sed vbi sacrum cibum mens  
perfidia tetigit, & sceleratam os panis san-  
ctificatus intravit, parricidialis animus vim  
tanti sacramenti non sustinens, quasi palea  
de area exsufflatus est, & præceps cucurrit  
ad prodicionem & pretium, ad desperatio-  
nem & laqueum. Orta fuerat aliquando,  
sicut in Euangelio Ioannis legitur, de no-  
uitate verbi huius quæstio: & ad doctrinam  
mysterij huius obstupuerant auditores, cū  
diceret Dominus: Nisi manducaueritis car-  
nem filij hominis, & biberitis eius sangui-  
nem, non habebitis vitam in vobis. Quod  
quidam quia non credebant, nec poterant  
intelligere, abierunt retro: quia horrendum  
eis & nefarium videbatur velci carne hu-  
mana; existimantes hoc eo modo dici, vt  
carnem eius vel elixam, vel assam, sectam-  
que membratim edere docerentur, cum il-  
lius personæ caro si in frustra partiretur, non  
omni humano generi posset sufficere, qua  
semel consumpta, videretur interisse reli-  
gio, cui nequaquam vltius victima su-  
peresset. Sed in cogitationibus huiusmodi  
caro & sanguis non prodest quidquam:  
quia sicut ipse magister exposuit, verba hæc  
spiritus & vita sunt: nec carnalis sensus ad  
intellectum tantæ profunditatis penetrat,  
nisi fides accedat. Panis est esca, sanguis vi-  
ta, caro substantia, corpus Ecclesia: corpus  
propter membrorum in vnum conuenien-  
tiam; panis propter nutrimenti congruen-  
tiam; sanguis propter viuificationis efficien-  
tiam; caro propter assumptæ humanitatis  
proprietaem. Hoc sacramentum aliquan-  
do corpus suum, aliquando carnem; & san-  
guinem, aliquando panem Christus appel-  
lat, portionē vitæ æternæ; cuius secundum  
hæc visibilia corporali communicauit na-  
turæ. Panis iste communis in carnem &  
sanguinem mutatus, procurat vitam & in-  
crementum corporibus: ideoque ex con-  
suetu rerum effectu fidei nostræ adiuta in-  
firmas, sensibili argumento edocta est vi-  
sibilibus sacramentis inesse vitæ æternæ ef-

Psal. 15.

Act. 2.  
Luc. 22.

Ezod. 12.

Gen. 14.

Matt. 26.  
Mar. 14.

Luc. 22.

Ioan. 12.

Psal. 109.

Ioan. 6.



fectum, & non tam corporali, quàm spiritali transiitione Christo nos vniri. Ipse enim & panis, & caro, & sanguis, idem cibus & substantia, & vita factus est Ecclesie suæ quam corpus suum appellat, dans ei participationem spiritus. Et nos quidem cum caro essemus & sanguis, corrupta & infirma corporis animæque natura, reformari non poteramus, neque ad similitudinem Dei reuerti, nisi morbo inueterato imponeretur malagma conueniens, & in curatione desperatæ infirmitatis contraria remouerentur contrariis, & similia similibus conuenirent. Panis iste quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro: & sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat diuinitas; ita sacramento visibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, vt esset religioni circa sacramenta deuotio, & ad veritatem cuius corpus & sanguis sacramenta sunt, sincerior pateret accessus, vsque ad participationem spiritus: non quod vsque ad consubstantialitatem Christi, sed vsque ad societatem germanissimam eius hæc vnitas peruenisset: Solus quippe filius patri consubstantialis est, nec diuisibilis est, nec partibilis substantia trinitatis: nostra verò & ipsius coniunctio nec miscet personas, nec vnit substantias, sed affectus confociat, & confœderat voluntates. Ita Ecclesia corpus Christi effecta obsequitur capiti suo; & superius lumen<sup>8</sup> in inferiora diffusum claritatis suæ plenitudine à sine vsque ad finem attingens, totum apud se manens, totum se omnibus commodat, & calor illius identitas ita corpori assidet, vt à capite non recedat. Panis itaque hic azymus, cibus verus, & sincerus, per speciem & sacramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, veritate Christo conformat. Et sicut panis communis quem quotidie edimus, vita est corporis: ita panis iste supersubstantialis vita est animæ, & sanitas mentis. Panem Angelorum sub Sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestius edemus in cœlis; non ministerio corporali, <sup>10</sup> sæpe repetitis actionibus ad eundem reuertentes, sed consummato sacerdotio nostro, erit & permanebit perpetua & stabili, implens & reficiens nos sufficientia, qua proferet se palam absque vllis integumentis, omnibus conspicibilis

2. Pet. 77.

summi præsentia sacerdotis. Sacramenta quidem, quantum in se est, sine propria esse virtute non possunt; nec villo modo diuina se absentat maiestati mysteriis: sed quauis ab indignis se sumi vel contingi sacramenta permittant, non possunt tamen spiritus esse participes, quorum infidelitas vel indignitas tantæ sanctitudini contradicit. Ideoque aliis sunt hæc munera odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem: quia omnino iustum est, vt tanto priuentur beneficio gratiæ contemptores, nec in indignis tantæ gratiæ puritas sibi faciat mansionem. Noua est huius sacramenti doctrina, & scholæ Euangelicæ hoc primum magisterium protulerunt, & doctore Christo primum hæc mundo innotuit disciplina, vt biberent sanguinem Christiani, cuius esum legis antiquæ auctoritas districissime interdicit. Lex quippe esum sanguinis prohibet, <sup>11</sup> Euangelium præcipit vt bibatur: in quibus mandatis hoc maxime discernere debet Christiana religio, quod sanguis animalium à sanguine Christi per omnia differens, temporalis tantum habeat viuificationis effectum, & vita eorum finem habeat, & sine vlla reuocatione terminum constitutum. Ideoque ad obtinendam æternitatem <sup>12</sup> non potest proficere, quod semel obrutum non surgit ulterius, nec aliqua ei superest virtus, quod sine vlla spe præcisæ radicibus mors penitus exsiccauit. Vita verò hominis licet aliquam habeat affinitatem cum sanguine, non tamen solo sanguine regitur: sed anima sanguini dat caloris & nutrimenti effectum, sicut & cæteris quæ in corpore sunt propria distribuit officia, & diuidit motus, & quasi talenta partitur. Nec oportuit vt sanguini humano sanguis pecudum misceretur; quia vita rationalis hominis vitæ bestiali consociari non habet: sed omnino à fidelium animis quasi sanguis impurus detergenda est hæc carnalis opinio, ne putetur vita hominis eo modo transitoria, quo vita pecudum inanescit, vel quod sanguis consubstantialis sit animæ, & necesse sit vtrumque superueniente suffocatione dissolui. Carne quidem animalibus similes sumus, sed vita dissimiles: ideoque quod commune cum eis habemus, nobis incorporare licenter possumus: quod verò dignitati nostræ non conuenit, & ab æternitate alienum videtur, à nobis subtilissimo legis iudicio separamus.

2. Cor. 3.

Deut. 12.

Ioh. 6.

ramus. Bibimus autem de sanguine Christi ipso iubente, vitæ æterthæ cum ipso & per ipsum participes; animalis vitæ peccata, quasi sanguinem impurum horrentes, & fatentes nos per peccati gustum à beatitudine priuatos & damnatos, nisi nos Christi clementia ad societatem vitæ æternæ suo sanguine reduxisset. Nobis itaque pro quibus sanguis Christi oblatus est in cruce, & quos reconciliauit Deo, omnes excedens victimas hoc sacrificium singulare, ipse Christus pincerna porrexit hoc poculum & docuit; vt non tantum exterius hoc sanguine liniremur, sed & interius <sup>13</sup> aspersione omnipotentis animæ muniremur, & penetrans omnia tanti medicinali virtus, quidquid esset intus ibi durum effugaret, & renouaret sanaretque quidquid morbi carni vel spiritui veteris vitæ adinierat corruptela. Dixerat sane huius traditionis magister, quod <sup>14</sup> nisi manducaremus eius carnem, & biberemus eius sanguinem, non haberemus vitam in nobis: spiritali nos instruens documento, & aperiens ad rem adeo abditam intellectum, vt sciremus quod mansio nostra in ipso sit manducatio, & potus quasi quædam incorporatio, subiectis obsequiis, voluntatibus iunctis, affectibus vnitis. Esus igitur carnis huius quædam auditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso, per quod sic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, vt hæreat palato nostro & visceribus sapor dilectionis infusus, penetrans & imbuens omnes animæ corporisque recessus. Potus & esus ad eandem pertinent rationem; quibus sicut corporea nutritur substantia & viuunt, & incolumis perseuerat, ita vita spiritus hoc proprio alimento nutritur: & quod est esca carni, hoc animæ est fides: quod cibus corpori, hoc verbum spiritui; excellentiori virtute peragens æternaliter, quod agunt alimenta carnalia temporaliter & finaliter. Celebrantes sacramenta commonemur, quasi vngulam findens & ruminans pecus reuocare ad fauces, & minutim commolere dominicæ institutionis exemplum, vt semper passio sit in memoria; nec terreant crucifixi hæredes mortis supplicia, sed pascant & reficiant maturatæ resurrectionis lætabunda solemnia. Quam præclarus est calix iste, quàm religiosa est huius potus ebrietas, per quam

2. Cor. 4.  
Philip. 3.

excedimus Deo, & quæ retro sunt obliti ad anteriora extendimur, non habentes sensum huius mundi, sed diuitis purpurari delicias contemnentes, cruci hæremus, sanguinem fugimus, & intra ipsa redemptoris nostri vulnera figimus linguam: quo interius exteriusque rubricati, à sapientibus huius sæculi iudicamur amentes, qui religionis huius abhorrentes mandatum, vsque hodie retro abeunt, & à secretis diuinis omnium intra se mysteriorum continentibus summam diffugiunt, & recedunt. Qui manducat ex hoc pane, ultra non esurit; qui bibit, ultra non sitit: quoniam mysterij huius sic sufficit gratia, sic reficit intelligentia; vt cuiusque tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis consummationis sine inuento Christi baiulus ipsum ferat in pectore, ipsum gerat in mente, & omni tempore habitatori suo dicta & facta iubilatione consona laudes resonent, & gratiarum actiones decantent. Hæc ebrietas non accendit, sed extinguit peccatum: in hoc vino non est luxuria, nec mouetur ad ludum post hunc potum lasciuia. Cum sopiuit obliuio cuncta carnis ludibria: mira sunt quæ sentit, magna quæ videt, inaudita quæ loquitur; <sup>16</sup> quem agnus iste Paschalis inhabitat, cuius animam meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili lætificat & delectat. Inter Dominicæ mensæ conuiuias animalis homo non admittitur; quidquid caro & sanguis dicitur, ab hoc cætu excluditur; nihil sapit, nihil prodest quidquid humani sensus molitur subtilitas: omne quidquid à suis rationibus deuium videtur, sapientes huius sæculi ad dementia referunt, & à veritate reputant alienum. Sed veritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit; & cum in sole vellet figere oculos, vim luminis non ferens, cæcata est non illuminata humana præsumptio, & aspectui eius lippitudo inhæsit. Vident hæc sacramenta pauperes spiritu, & hoc vno contenti ferculo, omnes mundi huius delicias aspernantur: & possidentes Christum, aliquam huius mundi possidere suppellectilem dedignantur. Esurientes & sitientes iustitiam cum saturati fuerint, vide quid agant, intellige quæ loquantur, quàm sancti odoris sit quidquid illa eructat plenitudo; verbum bonum, mores compositos, affectus pudicos, sensus pacificos, illa interior sinceritas vbique diffundit; ita vt postodo-



ramenta ista gratiæ huius participes discurrant, & mutuis ad inuicem affectibus complectantur, & quibus vnus est panis, vnum est corpus, & omnium vnum cor, & anima vna, vni Christo adhærens, <sup>17</sup> cætera omnia quali fermentata respuens, in vnus azymi sinceritate lætatur. Perpes est hoc sacrificium & semper permanens holocaustum: nulla panem hunc multitudo consumit, nulla antiquitate veterascit. Vna est domus Ecclesiæ, in qua agnus editur, nullus ei communicat, quem Israëliti nominis generositas non commendat. Huius panis figura fuit manna quod in deserto pluit, sic vbi ad verum panem in terra promissionis ventum est, cibus ille defecit. Per singula sabbata panes propositionis iam frigidi & duri mutari consueverant, & calidi panes eiusdem numeri in mensa proponi: Iam nulla sit panis mutatio, vnus est panis caloris continui, status integri, qui semel oblatus Deo in sapore dulcissimo, & candore purissimo perseuerat. <sup>18</sup> Nec solos sacerdotes ad panes huius dignitatis Leuiticæ prærogatiua admittit: vniuersa Ecclesia ad has epulas inuitatur, æqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus non demembratur: incorporatur non iniuriatur, recipitur non includitur, cum infirmis habitans nõ infirmatur, nec pauperum ministerio indignatur: fides pura, mens sincera hunc habitatorem delectat, neque immani & omnipotentis Dei magnitudinem pauperculæ domus nostræ angustia offendit vel artat. Panis iste Angelorum omne delectamentum habens virtute mirifica, omnibus qui digne & deuote sumunt, secundum suum desiderium sapit; & amplius quàm manna illud eremi implet & satiat edentium appetitus, & omnia carnalium saporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates. Vide quo modo his qui Christi commemorant passionem <sup>19</sup> intra sacra officia, quasi per quosdam canales de interioribus fontibus <sup>20</sup> egrediantur torrentes, & super omnes delicias lachrymis nectareis anima delectetur; quantam suauitatem animæ inquirenti vbi sit Deus suus, suspiria contemplationis eliciant. Non illos <sup>21</sup> imbres procellosæ tempestatis deponunt, ros matutinus est de celestibus stillans, & quasi vnctio spiritus mættem declinans. Gemitus illos pietas excitat,

*Exod. 12.  
Exod. 16.*

*Leuit. 24.*

*Sapient. 7.*

& inter diem & noctem retro & ante se affectio intuens, inter data condonando se diuidens, gratias agit tam vberis beneficii largitori; & se sanctam & sanctificatam agnoscens, fletibus se abluat, & lachrymis se baptizat. Verum hi qui verbo tenus corde sicci & mente aridi <sup>22</sup> sacris interfunt, vel etiam participant donis, lambunt quidem petram, sed inde nec mel sugunt, nec oleum: qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec Spiritus sancti pinguedine vegetantur, *1. Cor. 11.* nec se iudicant, nec sacramenta diiudicant: sed sicut cibus communibus irreuerentes sacris vtuntur muneribus, & Dominicæ mensæ in veste lutulenta se ingerunt impudenter, quibus melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conscientia de manu Domini buccellam accipere; qui vsque hodie hoc veracissimum & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & pie sumentibus diuidit. In huius præsentia non superuacua mendicant lachrymæ veniam, nec vnquam patitur contriti cordis holocaustum repulsam. Quotiens te in conspectu Domini video suspirantem, Spiritum sanctum non dubito aspirantem: cum intueor flentem, sentio ignoscentem. Tu si templum Spiritus sancti violas, si intra te sacrarium Dei deturbas & fœdas, si cum calice Christi de calice dæmoniorum communicas, contumelia est, non religio; iniuria, non deuotio. Idolorum seruitus & horrenda abominatio, velle simul Baal famulari & Christo. Abi retro cum sacellis tuis qui lucris inhias, & mercedes sectaris; qui opulentus in Sion quotidie crapularis, qui in lectis eburneis recubas, & in stratis segmentatis lasciuis, qui vestiris mollibus, & in terra suauiter viuentium conuersaris, cuius manus plenæ sunt sanguine; cuius lumbi discincti sunt, & sine baltei discurre ligamine. Non est tibi pars in sermone isto: quia quod Dei est, auferis Deo, & imaginem Dei consecras idolo. Pauperes quidem spiritu ad hoc mysterium <sup>23</sup> eligit & diligit Spiritus sanctus, & eorum qui pompatice & gloriose sacris se altaribus ingerunt, obsequia detestatur. Ozias licet Rex ob præsumptionem lepra *2. Para. 25* percussus, à sanctuarij ingressu repellitur, & eius oblatio quasi fordida refuratur. In cæsi odor de immundorum manibus reputatus est pro factore, & iram non gratiam præsumptio meruit: quia contra fas rem vsurpans

*1. Cor. 11.*

*Mat. 18.  
Iou. 13.*

*Psal. 29.  
Esa. 55.*

*Mat. 27.*

panis illicitam, temerarie in sancta conscendit. Sed & propter malignantium insolentiam altare solum Deus repellit, & sanctificationibus maledicit, odit sabbata, abominatur solemnia, odoramenta fœtent, displicent holocausta. In his omnibus laborate se dicit Deus, nec esse voluntatem suam in ministris impuris; indignatione districta restatur. Sed hierarcha pius quem Spiritus sanctus compungit, excitat, inhabitat, & sanctificat, eleuatione manuum crucis mysterium representans, confidenter orat pro sua & populi ignorantia, recolens pudibundi & contriti animi confessione, quod aliquando præualente aduersum se peccato fuerit derelictus, iuxta illud quod Dauid plorans ait: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Et Dominus per Esaiam: A tempus in modico derelinquam te. Verecundatur fateri, & tamen fateatur iuuentutis delicta. Sed accusatrici conscientie necesse est coram iudice respondere; nec potest ibi esse vllum diffugium, vbi ipsa testis est quæ accusat, & nihil ei potest esse occultum qui iudicat. Sed vbi cum iudice agit qui iudicatur, & ipse in partem accusatoris transiens, etiam in sua proserptione sententiam approbat condemnantis, experitur clementiam saluatoris, & lætabundus canit: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Et iterum per Esaiam audit: In miserationibus magnis congregatebo te. <sup>24</sup> Sed & in eodem articulo temporis cum iam anima festinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerferit, pœnitentiam clementissimi Dei benignitas non aspernat, nec seruum est quod verum, nec irremissibile quod voluntarium: & quæcunque necessitas cogat ad pœnitentiam; nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enocmitas (si vera contritio, si pura fuerit voluptatum mutatio) excludit à venia: sed in amplitudine sinus sui mater charitas prodigos suscipit reuertentes, & velit nolit. Nouatus hæreticus, omnitempore Dei gratia recipit pœnitentes. Ipse Dominus noster derelictorum personam gerens in cruce, se quæritur derelictum: & ne desperarent etiam in vltimis constituti, festinans in adiutorium illico adest, & re in arto posita non differt beneficium, sed repente indulgentiæ celeris documentum eiusdem statuit & exemplum, latroni iniquis,

*Esa. 1.*

*Malach. 1.*

*Psal. 29.*

*Esa. 54.  
Psal. 34.*

*Psal. 29.  
Esa. 55.*

*Mat. 27.*

Hodie mecum eris in paradiso. Latrocinium damnationem meruerat & supplicium, sed cor contritum pœnam <sup>25</sup> mutauit in martyrium; & sanguinem in baptismum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatem; & statim consummatus ciuis sanctorum & domesticus Dei: <sup>26</sup> præmissus est in regnum: reconciliationis humanæ priuilegium secum ferens ad superos; quod Deo patri tantæ legationis fungens honore, in se ipso scripturæ huius experimentum continens, libero & securo aditu penetrans, præsentauit. Quid tu Domine amplius Stephanò contulisti? quid amplius illè obtinuit dilectus tuus, qui supra pectus tuum in coena recubuit? quid amplius Pauli meruere sudores? quid labores sanctorum? quid tot annorum tormenta? quid martyrum plagæ? Vna hora huic collatum est præmium, ad quod illi per tot discrimina peruenerunt. Sic tu domine, armentarios statim facis prophetas, opiliones reges, telonarios; Apostolos, pifcatores doctores. Neque ab his quos sanas, lente læguor abscedit, sed illico quem restituis ex integro, conualefcit: quia consummatum est quod facis, & perfectum quod largiris. Hanc Dei gratiam recolens, qui de sacro calice bibit, amplius sitit: & ad Deum vitium erigens desiderium, ita singulari fame illo vno appetitu tenetur, vt deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis sapor delectamentorum carnaliu sit ei quasi rancidum radensque palatum acutę mordacitatis acetum. Ad hæc inter sacra mysteria ad gratiarum actiones conuertitur, & inclinato capite, munditia cordis adepta, se intelligens consummatum, restitutus peccator sanctificatam Deo animam quasi depositum custoditum fideliter reddit, & deinceps cum Paulo gloriatur & lætatur dicens: *Gal. 2.* Viuo iam non ego, viuit verò in me Christus. Hæc in Christi commemoratione retractantur à fidelibus, <sup>27</sup> & defæcatis animis carnis eius edulium non est horrore, sed honore, potuque sancti & sanctificantis sanguinis spiritus delectatur. Hæc quotiens agimus, non dætes ad mordendum acuius, sed fide sincera panem sanctum frangimus & partimur; dum quod diuinum, & quod humanum est, distinguimus & separamus, itémque simul separata iungentes, vnum Deum & hominem fatemur. Sed & nos ipsi corpus eius effecti, sacramento & re sacramenti capiti nostro connectimur & vni-

*Luc. 23.*

*Act. 9.  
Iou. 21.*

*Amos. 7.  
1. Reg. 19.  
Mat. 9. et  
4.*

*Gal. 2.*



lis pro catino, lachrymis pro baptismo, te-  
 tigit, lauit, & vnxit vnguento. Macerata in-  
 trinfecus anima proprium in sancta sangui-  
 nem intulit; singula suum præbuere mi-  
 nisterium, cor contritum erupit in lachry-  
 mas, fides lauit, charitas vnxit. Hæc mul-  
 ta in conspectu tuo congerens holocausta,  
 de fonte cordis fletus hausit quos protulit:  
 de penitentia pixide vnguenta quæ ob-  
 tulit, caputque pro suppedaneo strauit,  
 crinibus circumfusis pedes sacros inuoluit  
 & terfit. Nihil sibi de se retinens, totam  
 se tibi deuouit: & tu affectum potius quam  
 factum attendens, vngebas vngentem,  
 abluemas lauantes, tergebas intrinfecus  
 penitentem. Superbo oculo Simon le-  
 profus hanc clementia tuæ diligentiam  
 non poterat intueri, sed moleste ferebat  
 quod tangi se ab huiusmodi persona Do-  
 minus sustinebat. Qui si lepræ suæ te at-  
 tenderet mundatorem, non dedignaretur  
 si de plenitudine gratiæ tuæ alij accipiunt,  
 si lauas immundos, si iustificas impios, si  
 reuocas exules & abiectos. Honor tuus  
 Deus iudicium diligit, & æquum est vt  
 omnis terra adoret te, & in nomine tuo  
 omne genu flectatur: verum quod tu ante  
 figmentum tuum curuaris, quod seruis  
 pedes abluis, non competit maiestati. Ha-  
 bebat in excusatione sua zelum Dei Petrus,  
 sed non secundum scientiam: & tolerabi-  
 le aliquo modo videretur quod humilitas  
 suggererat, si non obstinatio resistere præ-  
 ceptori niteretur. Non lauabis, inquit, mi-  
 hi pedes in æternum. Ego, si oportuerit  
 me mori tecum, paratus sum. Hoc enim  
 debeo, hoc amplector. Pro te libenter  
 ceruicem porrigo percussori, sed Deum  
 meum & Dominum meum ad pedes meos  
 prostratum non patior, non audeo sustine-  
 re. Simili modo & Ioannes venienti Do-  
 mino ad baptismum tentauit resistere, sed  
 mansuetius increpat, illico obediuit: &  
 quia super hoc etiam responsum acceperat,  
 licet territus acquiescit. Sed differentiam  
 causæ huius Petrus intelligens, lauare ma-  
 gistrum & obsequi ei tolerabile iudicabat.  
 Lauati autem ab eo, & tantam humilitatis  
 eius pati deiectionem, ita videbatur indi-  
 gnum, vt omnino cogi non posset, nisi in-  
 terminatio periculosissima coartaret. Ait ei  
 Dominus: Nisi lauero te, non habebis par-  
 tem mecum. Paulatim mysterij huius de-  
 claratur necessitas, quam conditio propo-

Ioan. 13.  
Matth. 26.

Lut. 3.

Ioan. 13.

fit a ineuitabilem reddit: & si cum Christo  
 aliter partem habere non possumus, nisi  
 ipse pedes nostros abluat, quandoquidem  
 sic artatur consensus, lauet & tergat, & sa-  
 cramenti huius nobis virtutem exponat.  
 Supra diximus semel lotos baptismate, eo-  
 dem lauacro vterius non egere: sed hoc lau-  
 acrum quotidianis est excessibus institu-  
 tum, & iugis retractatio vsque ad nouissi-  
 ma veniens, omnia debet opera & cogi-  
 tatus singulos perferat, & affectus per  
 vitia discurrentes, vagam instabilemque  
 animam per inania euehentes corrigere  
 & lauare; nec quidquam in vita præter-  
 mittere indiscussum, quod gemitibus &  
 suspiriis non fuerit expiatum. Hoc cum  
 Dominus suos vsque in finem discipulos di-  
 lexisset; in fine statuit & dixit neminem  
 posse habere perfectam ablutionem, nisi hac  
 sollicitudine muniatur. Mandatum igitur  
 simul & exemplum complexus est, vt hoc  
 exemplo instructi, non dedignarentur in al-  
 terutrum agere, quod actum est à magistro  
 & mandato posteris religionis auctoritas  
 firmaretur. Vnde & subiungit: Si ego Do-  
 minus & magister laui vestros pedes, &  
 vos debetis alter alterius lauare pedes. Non  
 erubescat seruus, si facere iubetur quod  
 prius fecit dominus: nec difficile nobis esse  
 debet, si sicut ille nobis donauit, & nos in-  
 uicem condonamus: quia alter alterius o-  
 nera comportantes sic legem Christi im-  
 plemus. Quotiens igitur cohortamur pu-  
 fillanimes, & his qui Pharaoni in luto &  
 latere famulati sunt persuademus, vt exeat  
 de Ægypto, quotiens cum infirmis infir-  
 mamur & cum his qui scandalum ferunt  
 vrimur; quotiens cum afflictis gemimus:  
 totiens inhærens lutum peccatorum qua  
 possimus sollicitudine lauamus; non quod  
 nostra ablutio ex nobis sufficiat, nisi ad la-  
 uandum omni tempore nos pius magister  
 accedat. In hoc se periculo fluctuantem la-  
 borans anima in Canticis canticorum con-  
 queritur: Laui, inquit, pedes meos, quomo-  
 do inquinabo illos? Quod ablutum est, ti-  
 met iterum inquinare: sed in via lutulenta  
 vix aliquid solidum vbi pedem figat inue-  
 nit, & in quibus sæpe prouoluta est, palu-  
 dum inquinamenta formidat. Clementis-  
 sime magister, quotiens ego doctrinæ tuæ  
 transgressus sum regulas, quotiens edicta  
 tua Domine sancte contempsi: & cum di-  
 ceres mihi, reuertere, nõ sum reuersus, cum  
 minateris,

Calat. 6.

Exod. 1.

1. Cor. 11.

Cantic. 5.

minateris, non timui; cum bonus esses &  
 lenis, exasperans fui; vltra septuagies septies  
 in cælum & coram te peccaui; quis tot for-  
 des abluet? quis abrudet stercora congloba-  
 ta? Quidquid dicat Petrus, necesse est vt ip-  
 se nos abluas: neque enim lauare nos possu-  
 mus, sed in omnibus quæ agimus indulgen-  
 tiæ tuæ lauacro indigemus. Ad mensæ tuæ  
 participationem Iudas proditor est admissus;  
 sed ab hoc lauacro saltuari exclusus, lauari  
 in fine non potuit, quia Apostolatus sui ho-  
 norem detestabili cupiditate fœdauit. Quia  
 verò apud te fons vitæ est, & misericordiam  
 quæ à sæculo sunt profunditas infinita: quos  
 abluisti baptismate, quos lauisti sanguine tuo,  
 quos semper lauas quotidiana peccata do-  
 nando, transfer à paludibus sæculi huius, &  
 luto vitæ præsentis ad purgatissimum glo-  
 riæ tuæ regnum, vbi nec scabies vlla, nec lip-  
 pitudò, vbi nemo fluxum sanguinis patiens,  
 nemo immundus, vbi nullo amplius opus est  
 lauacro, configurato corpori claritatis tuæ  
 corpore nostro; secundum promissa tua, ne-  
 cesse est vt impleas, & qui incepisti in nobis  
 opus bonum, perficias solidèque per te  
 Christum Dominum nostrum.

## ADNOTATIONES.

1. vltima lauacri species] penitentiam haud du-  
 bie intelligit, nempe qua (vt paulo post inquit) ad-  
 herentes animæ sordes quotidiana satisfactione lauen-  
 tur.
2. Nam baptismum repeti, &c.] P' idè latius su-  
 pra epistolam dictam ad Cæciliam. Idipsum autem non  
 licere in sacramentis ordinis & manus impositionis, hic  
 docet.
3. ministerio derogat sacerdotum] sic Manut.  
 & Morel. alij: ministeriis.
4. ornata & honorata est Ecclesia] ita lego; pro:  
 erat. Est autem similis locus epistola ad Tubaianum; facit  
 autem quod sequitur contra Lutheranos.
5. quem (si reuerentia non patitur iterari] Ma-  
 nut. & Morel. legunt: qui, Ego autem iudico legen-  
 dum: quem, & aut prætermittendum illud. & Eucha-  
 ristiam, aut certe dictis verbis postponendum. Alioqui  
 sibi ipsi contradiceret auctor Tract. præcedenti, dum repeti-  
 tis verbis nos ad eundem panem Angelorum reuerti di-  
 cit. Superfluum autem id esse, vel ex eo colligere est; quod  
 sub finem, de Baptismo, non de Eucharistia, repetat idip-  
 sum. Nisi legamus: chrisma, pro eo quod est: Eucha-  
 ristiam.
6. mens alias raptà] alias, pro: alio sicut etiã supra  
 de stella & magis, & infra de Resurrectione Christi.
7. Neutiquam tu mihi pedes abluas] omitto ita  
 legendum, pro: abluis, iuxta Euangelistam.
8. ad purgatissimum gloriæ suæ regnum] Gra-  
 uis in margine: prægratissimum, Cauchius: pergra-  
 tissimum; sed prior lectio germana est.

9. necesse est vt impleas] Manutius: esse, at prius  
 placet.

DE VNCTIONE CHRIS-  
 MATIS & ALIIS SACRAMENTIS.

## ARGUMENTVM.

IPso die cœnæ Domini Chrisma quoque ex oleo  
 & balsamo in Ecclesia confici docet; in quo vir-  
 tus diuina, potentius in interiore homine operatur.  
 Neque enim cessantibus veteris legis ceremoniis  
 vnctionis mysterium religionem Christianam cõ-  
 tempisse, vt sicut Christus à Chrismate dictus est,  
 ita Christiani tam vnctionis quam nominis eius  
 sint participes.

**D**IEs ista multiplicibus myste-  
 riis honoratur. Hac die pri-  
 mum commendata est nobis  
 fractio panis, & mensa Eccle-  
 siæ panem Angelorum hominibus poposuit  
 ad manducandum. Hodie Christus pedes  
 lauit Apostolis, & hoc solemnè deuotione  
 omni tempore agendum instituit. Hodie  
 in Ecclesia cum cæteris vnctionibus ad po-  
 pulum acquisitionis sanctificandum, in par-  
 ticipationem dignitatis & nominis, sacrum  
 chrisma conficitur: in quo mixtum oleo  
 balsamum, regiæ & sacerdotalis gloriæ ex-  
 primit vnitatem, quibus dignitatibus ini-  
 tiandis diuinitus est vnctio instituta. Hodie  
 reconciliantur Ecclesiæ peccatores, & eiecti  
 foris ad matris vbera reducuntur, & exclu-  
 si à cœtu sanctorum, ad cõmunionem qua  
 caruerant reuertuntur: hodie patent carce-  
 res, & damnati libertate donantur. Seuerita-  
 te deposita hodie iudices mansuescunt, &  
 vndique coniugata pietatis negotia, quasi  
 abortiuas traditiones antiquas sepeliunt, &  
 Christianæ religionis parturiunt nouitatē.  
 Mortuus quippe est Moyses, & veteris lit-  
 tere putruerunt ænigmata: à facie noui olei  
 desiccatae sunt vnctiones antiquæ, tota vete-  
 ris instrumenti incompacta est strues, taber-  
 naculum demolitum, arca ab Allophylis ca-  
 pta, totus templi decor ad Assyrios est trã-  
 latus. Neque enim decebat vt Christiana  
 religio ornamentis visibilibus occupata, in  
 manufactis delectaretur: sed ipsa tabernacu-  
 li consumptio & templi ruina, & sancta in  
 rapinam exposita, excellentioris gloriæ inti-  
 marent stabilitatē: & manentia in perpetuū  
 sacramenta, cultores suos ad intuitum inui-  
 Si iij

2. Reg. 4.



sibulum informarent, & abstractum à corporalibus desiderium nostrum, cœlestis templi concupisceret & ambiret decorem; cuius nec antiquatur, nec fenescit religio, in quo lucerna inextinguibilis sine fine coluicat. Vbi sanguis animalium non infertur in sancta, nec sunt hereditariæ successiones pontificum, vel vni Leuiticæ tribui ministeria assignata: sed de omni tribu, & gente & lingua, quos dignos & idoneos diuina probat electio, secundum vitæ, non generis meritum statuit sacerdotes, quibus calicem sanguinis sui inexhaustæ plenitudinis abundantia semper refertum, conseruandum tradidit, & erogandum; cuius asperione & communionem intus & extra corda & corpora mundarentur. Hodie, vt diximus, vnguentum ad sanctificationem paratur, cuius fragrantia adolecentulæ & nouellæ animæ accedentes ad fidem illectæ delectantur, & exinanitionis eius suauitate delibetæ, diligunt & sequuntur aromatum largitorem, & vsque ad regis accubitum spiramine illo trahuntur, & post odorem illum vbique desiderio sancto perurgente scibūdæ discunt. Nihil hoc oleum commune habet cum liquoribus qui ex quorūdam fructuum pinguedine exprimuntur, nec vis eius est ex crassitudine penetratiua, quæ secundum quasdam naturales rationes emollit & temperat spissamenta humorum, quos solet intrinsecus astringere siccitas aliqua, vel corruptio conglobare. Non hæc medendis corporibus est vnctio instituta: quia sanctificatis elementis iam non propria natura præbet effectum, sed virtus diuina potentius operatur, sed adest veritas signo, & spiritus sacramento; vt & ipsis rerum efficientiis gratiæ dignitas pateat, & interiori homini quanta ex his detur auctoritas deiformi conuersatione & cœlestibus moribus innotescat. Hoc oleo antiquitus sacerdotes sacrabantur & reges, & ipsi altarium lapides delibuti, spiritalem intelligi volebant sacris mysteriis inesse pinguedinem. Et sicut oleum fluitat, & humidis quibuslibet superfertur, ita excellentia sacerdotalis & regiæ dignitatis secundum formam Dei & Christi sub se omnia continēs, regimen & munimen tam actiue, quam contemplatiue vitæ obtinet: & ex hoc humore constat descendere omnes gratiarum diuisiones, quas Spiritus sanctus prout vult, singulis distribuit & largitur. Ex huius vnctio-

nis beneficio & sapientia nobis & intellectus diuinitus datur, consilium & fortitudo cœlitus illabitur, scientia & pietas, & timor inspirationibus supernis infunditur. Hoc oleo vncti cum spiritualibus nequitias colluctamur, nec fœtoribus spuris imbui possumus, qui balsami spiritualis odore fragramus. Hoc oleum à creditorum vsuris sub Helisæo Propheta mulierem pauperulam liberauit. Hoc Helisæo tempore Sa-reptanam pauit, nec lecythus trina effusione defecit. Hoc oleo Iacob lapidem quem supposuerat capiti vnxit, & familiari mandato eruditus inter sacramenta ascensionum & descensionum, & discursus angelicos innixum scælæ sublimi videns Deum, quid virtutis hæc haberet vnctio, intellexit. Moyse hoc oleo tabernaculum & sacra vasa perunxit, & super caput Aaron tanta abundantia fudit, vt vsque in barbam eius descenderet, & super oram vestimenti manaret. Samuel quoque ad reges initiantes sine oleo non accedit, & vsque ad defectum & reprobationem carnalium ceremoniarum in populo illo huiusmodi perseueravit traditio, sed vasis Iudaicis deficientibus defecit gratia, & stetit oleum. Impletis vasis prophetis & sanctis regibus ad patres appositis, in apostasiam & discoloratum verum instabile vulgus, in se non retinuit locum quem posset Spiritus sanctus inhabitare, & vasa amurca plena non suscipere liquorem, steteruntque in summo fœces, quæ longo situ indurere; & vbi domicilium religionis fuerat sterquilinum peccati computruit. Nec tamen cessantibus his quæ ritu antiquo moleuerant, cum iam in populo Christiano circumcisio videretur damnabilis, & sacrificia idololatriæ imputarentur, vnctionis mysterium religio Christiana contempsit, sed cæteris generali sanctorum consensu damnatis, non solum in regibus & sacerdotibus vnctionis honor permāsit, sed in omnem populum catholicum effusa est huius gratiæ plenitudo. Vt sicut Christus à chrismate dictus est, eo quod singularis excellentiæ oleo vnxitur cum Deo, ita & participes eius quotquot sunt, confortes sint tam vnctionis quam nominis, & dicantur à Christo Christiani, vt sint sui Christo duce rectores & duces, & offerant Deo quotidianum sacrificium, ordinati à Deo sanctimoniam sacerdotes. Nec immerito huic diei assignata est tanti operis causa; & ex hoc

ex hoc sacramenta hæc obtinere initium; quo hodie in facameto calicis Christi Ecclesiæ vnitas, in lauacro pedum concors societas, & donans inuicē charitas & subiecta humilitas; in vnctione Christiani nominis dignitas excellentiæ spiritualis propriè data est, & confirmata filiis adoptionis perpetua auctoritas & dignitas perseuerans. Dedit itaque Dominus noster in mensa, in qua vltimum cum Apostolis participauit conuiuuium, propriis manibus panem & vinum: in cruce verò manibus militum corpus tradidit vulnerandū; vt in Apostolis secretius impressa sincera veritas, & vera sinceritas, exponeret gentibus, quo modo vinum & panis caro esset & sanguis, & quibus rationibus causæ effectibus conuenirent, & diuersa nomina vel species ad vnā reducerentur essentiam, & significantia & significantia eiusdem vocabulis conferentur. His gratiæ supernæ priuilegiis esu sanctificati panis refecti, loti, & vncti, non eam quam amiserāt, sed ampliorem & digniorem recuperāt libertatem: & eieci de paradiso nudi, ad lignum vitæ hodie reuertuntur vestiti, reddita stola & annulo prolato in mediti: & reconciliantur matri Ecclesiæ, quos inobedienciæ malum foras expulerat, & cherubin flammeum gladium ab introitu tranquilli status & innocuæ conuersationis amouit. Hodie in terra maledicta relictis rastrois & graui vomere pondere, & stimulis fatigatoriū boū cruore perfusis, deterso sudore vultus exusti caloribus, ad paternam domum exules reducuntur: & egressus obuiam reuertenti filio lætabundus pater clementiam improperio non corrumpit, nec indulgentiam fœdæ conuiciis, sed bonitatis suæ honorat magnificentiam, & hilaritate magnificat largitatem. Resonant in susceptione huius sollennis musica instrumenta, & communis iubilatio pari consonantia patri misericordiarum gratias agit; cuius imperio antiquam prædam euomūt inferi, ligantur dæmones, & diruptis ferreis nexibus diu quassati liberi reuertuntur. Hæc dies nocti illi contigua est; qua absolutionis nostræ negotium Dominus inchoauit: qua à principibus sacerdotum ad Romanum præsidem ductus iudex omnium sustinuit iudicari: passus est rex illudi, & vita occidi; descendensque ad inferos captiuam ab antiquo captiuitatem reduxit: hoc Ecclesiæ suæ hodierna traditione exemplum

relinquens, vt fieret in Ecclesia absolutio peccatorū, & hereditati redderentur cieci, & præcedentibus beneficiis quæ supra enumerauimus, libertate donarentur penitentes; qui secundū merita, nisi gratia subueniret, fuerant condēnati. Er omnino conuenit, vt eo tempore quo Christus captiuos eduxit ab inferis, reconciliati peccatores ad Ecclesiam reducantur: & quo contracta sunt infernalis repagula carceris iudiciaria feueritas mansuescat: & quo ab infernalibus tormentis cessatum est, humana supplicia crudelitatis horrorem deponant.

## ADNOTATIONES.

1. sacrum chrisma conficitur] *Latius hac de re supra diximus, epistola 70. ad Iannarium & ceteros episcopos Numidas.*
2. quibus calicem sanguinis sui, &c. seruandū tradidit] *Quia de sacerdotibus loquitur, censet reponi debere: conlecrandum. Est autem insignis locus de electione sacerdotum legis noue.*
3. quia sanctificatis elementis] *Manus. & Morelius: sanctitatis, verum illud malo.*
4. Et sicut oleum fluitat] *sic recte Erasmus, pro eo quod Remboldus: fluentis.*
5. cum spiritualibus nequitias colluctamur] *En proprium sacramenti confirmationis effectum.*
6. & super oram vestimenti manaret] *Manus. & Morelius: maneret, at prius germanum est.*
7. Vt sicut Christus] *Quia sequitur. sint, & dicantur, profus: vt, lego, pro: &c.*
8. sanctimoniam sacerdotes] *Prius egit de ordine sacerdotij, nunc de sacerdotio laici, quod accipit in baptismo per vnctionem Chrismatis.*
9. Ecclesiæ vnitas] *Prætermisit vocem: &, superfluum, sicut etiam paulo post.*

## DE PASSIONE

CHRISTI.

## ARGUMENTVM.

**P**assionis Christi primaria quæque capita profertur, & præsertim crucis supplicium, cum verbis in cruce prolatis: exemplo latronis denuo Nouatianos impugnans, ac efficaciam signi crucis aduersus dæmonia & vsum eius in omnibus sacramentis obiter indicans.

**D**OMINE Audiui auditum tuum & timui. Terruit me cū appropinquaret traditor Iudas, & immineret passionis hora, quod dixisti ad patrem. Pa-

S s iij

Luca 15.

Ephes. 4.

Abac. 3.



ter si fieri potest, transeat à me calix iste: & tristem te vsque ad mortem, præ nimia anxietate sanguineo sudore perfusus coram Apostolis es professus. Audiēs hæc ego expaui. Quis enim non timeat, si timet ille, quem omnia timent; si ille, qui pauet ille, cui omne genu curuatur; si ille, qui mors est mortis, & morsus inferni, morte propinquante pertimescit? Nonne ad hoc veneras, & ita futurū ipse prædixeras? Nonne hoc & signa, & oracula, & vaticinia prophetarum à mundi initio conclamarunt: Si voluntariè obedisti patri, & nō te vt patereris coegit necessitas; quid queris, quid causaris? Nonne tu docueras & instruxeras fideles tuos, vt non timerent eos qui corpus occidunt, quia vsque ad animam tyrannica violentia non attingit? Sed metus ille infirmitatis humanæ communem exprimebat affectum, & generalitatem omnium in carne viuentium hoc dolore vrgeri, & dissolutionem corporis spiritualisque naturæ hac molestia non posse carere; & hanc pœnam vniuersæ successioni Adam sine exceptione impositā, vt difficultas extremi transitus timeretur. Et hæc quidem molestia in eos, qui Dei iudicio rationem reddituri occurrunt, non immerito cadit: qui de eo quod beneficio vitæ & rationis, & reliquorum largitate munerum abusi sunt, accusante conscientia redarguti, examen illud in quo nullum est subterfugium timent: & ipsa auulsio spiritus carnis teneritudinem dirumpit & lædit: hanc nemo anxietatem euasit, & nemo egrediente anima sine amaritudine expiauit. Sed tu Domine, qui iudex es omnium, qui potestatiuè ponis animā tuā, & potestatiuè resumis; nec pœna te ex necessitate persequitur, nec formidabilis patris tibi potest esse cōspectus; quid anxietatis? quid tremebundus ad orationem discurre? Dormitantibus Apostolis peruigil proditorem expectas, nec tamen te abscondis; sed obuius in aduentum eorum procedis, qui te ligare veniunt, & trahere ad Pilati tribunal, quos Iudas signifer instructa malignitate præcedit. Audiui, Domine, auditū tuum & expaui, dum quæris à quærentibus quid quærant, cum noueris quod te quærant: & dixisti eis te esse Iesum Nazarenum. Inuasit illico timor tuus eos quos tu timueras, & prostrati solo iacere exanimis, & atmatam cohortem vox vnius hominis terruit; & latens in humanitate omnipotentia te discipulis pauidum, corā

persecutoribus terribilem exhibebat. Sed vt fieret voluntas patris, & sacrificium carnis à timore & tristitia inchoaret, suberant victimæ desolatorij carbones, quos obedientiæ liquefactus adeps extinxit: & cum traheretur vinculus ad præsidem; non supplicauit apparitoribus, sed Petri compescuit zelū: nec gladiatorū passus est adhiberi suffragia, immo & Herodis & Pilati contempit fastigia: nec potuit altitudo potestatum extorquere ad interrogata responsum. Iam postposito timore quasi vtens potentiori auctoritate, inter sputamenta, & colaphos, & reliqua ludibria, patientia & mansuetudine vesanas persecutorum mentes conturbat, & in eo quod inter iniurias & conuicia se malitia Iudaica sentit contemptam, vehementius exacerbatur: & de impietate & malitia suauitas pietatisque Christi triumphat. Frustra funestas iudex manus in prætorio abluis, à sanguine Domini te profitens innocentem. Tu ipse causam mortis cum diligenter inquisieris, te non inuenisse in eo fateris: ipsa coniux tua nihil tibi & iusto huic esse mandauerat, quod vtiq; per os eius dæmonia<sup>2</sup> imminere sibi iudicium sentientia testabantur: non excusas sed accusas, causam tibi facis cum Iudæis communem. Illi se proditione, tu parricidio te cōdemnas. Illi lingua, tu ferro occidis: tam te quàm illos inauditæ crudelitatis scelus inuoluit. Veniet anima tua in manus iudicis quem condemnas, fractisque tribunalibus tuis iudicaberis, & demergeris in profundum inferni: eruntque tibi & Iudæ scelerato in tenebris & gehennalibus flammis pœnæ irremediales, in cōsumptibilesignes, dolores perpetui, & tormenta æterna. Et quidem filius hominis, sicut scriptum est de illo, vadit: qui damnatus est, vt liberaret damnatos; doluit, vt sanaret infirmos; timuit, vt faceret securos; opprobria pertulit, vt impropetia detrahentium non mouerent electos. Deputatus inter impios, quorū alter assumptus, alter reprobatus est: vt daretur exemplum & forma indissolubilis manens in posteros; quia nec in vltimis Dei clementia pœnitens excludit; nec vlla hora sera est, cui cōpunctio districta occurrat; nec eos qui vitæ suæ quocunque articulo temporis veri sunt iudices iterum iudicari: quia, cum iudicis & tortoris vices non parcens peccator assumit, semetipsum persequens, dum confessionem confusione

Math. 27.

Marc. 14.  
Luc. 22.

1. Cor. 11.

sione honorat; holocausti huius incensio in conspectu Dei veniam impetrat. Neque enim bis in idipsum iudicat Deus; sed impenitentes ipse iudicat & damnat, pœnitentes vero quia à seipsis suscipit iudicatos, absoluit: neque iudicio quod pœnitentiæ humanæ seueritas protulit, aliquid iustitia cœlestis apponit. Iudicati sunt Ægyptij, cum in redeuntibus super se maris fluctibus inuoluerentur; iudicati Sodomitæ, cum subuersis eorum vrribus flammis sulphureis cremarentur: sed in eisdem subuersionibus gemerent pœnitentes, temporali pœnæ æternalis non succederet pœna, sed esset eis pro remedio supplicium, & pro absolute tormentum; nec contritos corde æternum contereret & aggrauaret iudicium. Sic in cruce latro confitens non tantum indulgentiam meruit, sed Christi familiaris effectus, præmissus est in paradisum; & factus est particeps regni, per confessionem factus collega martyrij. Illi vero blasphemo, quia de Domini desperauit potentia, nulla potuit subuenire clementia: nec potuit illi crucis prodesse consortium, cuius malitiam non expiabat pœnitentiæ lauacrum. Ascendisti Domine palmam: quia illud crucis tuæ lignum portendebat triumphum de diabolo, vel de principatibus, & potestatibus, & nequitiis spiritualibus victoriam: erantque in manibus tuis duo cornua, in quibus erant fortitudo tua abscondita, & imperium tuum super humeratum: tu ipse patibulus tui baiulus, hærebas ligno quod tuleras, euectionis & passionis anxietates sustinens & labores. Consideraui opera tua & expaui. Clavis sacros pedes terebrantibus, folsisque manibus, de vulnerum\* anxietate non loqueris; de spinis sacrum caput pungentibus non queris; sed fatagis vt innotescat posteris, quare derelictus à Deo videaris, expositus contumeliis & Iudæorum ludibriis. Causam mortis in te non esse Pilatus ipse prædixerat, & Caiphas mortem tuam pro inimico populo satis facturam, cum esset anni illius pontifex, prophetauerat. Tu de morte non agis, de opprobriis non contendis: sed hoc vis intelligi, quæ sit causa mortis, quis quæstus; vt vtraque re cognita peccatum appareat & gratia; & quanti ponderis sit, vtrumque rerū probet effectus: cum originali morti nullum nisi in Christi mor-

Nou. 1.

Exod. 14.

Gen. 19.

Luc. 23.

Abac. 3.

\*atrocita-

to

Math. 27.

Joan. 11.

te potuerit esse remedium; nec reconciliare Deo potuerit exules & damnatos quæ: liber oblatio, nisi sanguinis huius singulare sacrificium. Et sine hoc holocausto poterat Deus tantum condonasse peccatum; sed facilitas veniæ laxaret habenas peccatis effrenibus, quæ etiam Christi vix cohibent passiones, quæ vix sceleratos animos à voluptatum face auellunt. Vulneri sane tam putrido & antiquarum cicatricum foetori non inueniebatur medicamentum conueniens; nisi vnguento sanguinis huius plaga vetus liniretur, & malagmate carnis in cruce extensæ ficcarentur vena, quæ calcaneo primi hominis & omni posteritati eius serpens ille seductor antiquus infuderat. Hæc vna medela corrosit illas quæ in immensum excreuerant cicatrices: & vim suam concupiscentiarum perdidit corruptela, & deleta damnationis conscriptione nouis litteris<sup>7</sup> assignata est & restituta libertas; priuilegio dato, charta indulgentiæ, sigillo plagæ lateralis firmata. Considero opera tua, & admiror te cruci inter damnatos affixum, iam nec tristem nec pauidum: sed suppliciorum victorem eleuatis manibus triumphantem de Amalech; & quasi sanctificantem de excelso plebem, & eleuatum in sublimi, & quasi cœlo proximum superioribus inferentem consummati agonis vexillum, & inferioribus erexisse scalam in patris occursum. Ibi dolorum & conuiciorum immemor, subtiliter inuestigas & ipse exponis quare derelictus fueris, indicans anxietates illius quærimoniæ verba esse delictorum tuorum, quorum personam & causam assumpseras; in tantum vt per Moysen & per Apostolum sustineres vocari peccatum, & maledictum pro similitudine pœnæ, non culpæ: quod pro eis voluisti intelligi, qui deserti à Deo propter peccata meruerant, quorum reconciliationis agebas causam. In qua allegator subtilis proferuis seruilem nō dedignatis accipere personam: & in tantum infirmis compateris, vt nec crucifigi, ne mori dum illi viuant, & te patrocinate non pereant, nec erubescas nec formides; altitudinem tuam derelinquens, ad tempus gloriæ tuæ maiestatem euacuans, vt redeant dispersi, & respicerent derelicti. Hæc est causa quare derelictus sis, vt colligeret & reuocaret inanitione tua eos qui fuerant derelicti; & qui sine

Exod. 17.

Gal. 3.

Dent. 21.



Deo fuerant dum dominaretur eis peccatum, reducti ad iustitiam, conformes Christi, & Christi efficeretur & dij. Vnde scriptum est: Ego dixi, dij estis. Considero, Domine, te in illo patibulo ubi videbaris sine adiutorio, quo modo imperatoria potestate latronem præmittis ad regnum: & in cuius assumptione iam manifestè constat quantum apud derelictos profeceris, quorum primus iste gloria & honore coronatus, ipsa die paradisi ciuis, & domesticus curiæ coelestis efficitur. Impossibile quippe erat illam sanctam animam tuam teneti ab inferis, de qua ipse ad patrem dicit: Quia non derelinques animam meam in inferno, neque corrumpi carnem meam in sepulchro: quia ubi in præsentia illius effractis inferis est captiuata captiuitas, præsentata victrice anima in conspectu patris, ad corpus suum sine dilatione reuerfa est; & appropinquauerunt saluti, qui longè erant à salute, & inter mortuos liber morti obnoxios perpetua libertate donauit. Considero te in cruce de matre sollicitum, cui volenti loqui tecum cum euangelizares, negaueras retroactis diebus colloquium, & prætuleras matri auditores verbi, pauperes spiritu, dicens eos tibi esse pro matre & fratribus, qui voluntati patris obtemperant. Nunc materno moueris affectu, & thalamum humanitatis tuæ cubiculario dilecto commendas, & prouides sedulo benedictæ inter mulieres apostolicam clientelam, & obsequium virginis virginis discipulo tradis: <sup>8</sup> ut iam non Ioseph, tanti mysterij oneretur prapositura, sed Ioannes, quia iam exigebat ratio, ut coniugij remoueretur opinio: nec ultra pater Christi æstimaretur, qui eatenus vicem patris & coniugis tenuerat. Habebat Ioseph in hac Christi dispositione rationabilem contradictionem, cum alteri cùm daretur Maria, si se cognouisset carnalem maritum: sed quia in spiritu actum erat coniunctionis illius mysterium, passus est Ioseph æquanimiter sibi eum in hoc seruitio præponi, quem digniorem se iudicabat; & ideo maximè quia magistri electio sic negotium ordinabat. <sup>9</sup> Ad hæc sacerdotalis auctoritatis priuilegium in medio proferens, mediator inter nos & patrem oras, pro his qui ad dolorem vulnerum tuorum opprobria addiderunt; & pro inimicis impetras veniam, supplicas & obsecras, ut hæc eis ini-

Psal. 31.

Psal. 15.

Ephes. 4.

Psal. 87.

Lucæ 8.

Ioh. 19.

Math. 27.

Lucæ 23.

quitas dimittatur, & à morte tua habeantur innoxij ipsi, qui sanguinem tuum super se & super filios suos manere precantur, vsque adeo excæcati, ut scelus suum non intelligat, nec odium Christi ipsa mors crucifixi extinguat. Sed charitas tua interim suspendit iudicium, & reis ingratisque patientia tua <sup>10</sup> poenitentiae prouidet locum, tempusque reseruat, & differt punire dignos exitio; hæc orans ut aperiantur oculi eorum, & agnoscant quæ sit virtus crucis, quæ efficientia sanguinis, quæ magnitudo delicti & doni, gratiæ & peccati. Tanta erat spissitudo velaminis, & crassitudo doctrinæ, qua erant Moyses scriptura imbuti: ita erant eorum sensus hebetes, & ingenia tenebrosa, ut in verbis legis nihil diuinum saperent; nihil aliud quam exterioris vmbraculi integumenta viderent, neque ad sacramentorum secreta aliqua intellectus indagine penetrarent. Immo si quis eos veller in sancta inducere, & introducere in arcana profundaque mysteria; impium iudicabant & stultum mel è petra fugere, & de saxo, durissimo oleum e-liquare. Dimissum est ergo Christo orante peccatum, & ex parte maxima cæcitas illuminata est, & malignantium perfidia demum credidit & intellexit: & de torculari crucis mustum expressit, accepit & bibit; & in calice quod propinarat. Moyses vinum merum à facibus segregauit. Ecce plus potuit donum quam delictum, & gratia quam <sup>11</sup> peccatum: quoniam ex debito damnationis obnoxios, gratis sine vilo merito gratiæ beneficio pietatis absoluit: & iudicium imperante Christo misericordiarum dedit locum, & districtiois suæ temperamentum iustitia Domino disponente modestè sustinuit. Iam videt Hebræus, & quicumque de seruitute Ægyptia ad repromissæ patriæ libertatem anhelat, quod sanguis Christi efficacius quam sanguis agni illius, quem in Ægypto Israel immolauit, contrarias abigat potestates: cuius hodie tanta est auctoritas & potestas, ut non solum Israeliticæ limina muniat, sed etiam ab his qui Israeliticè non viuunt, solum sacramenti signum repellat dæmonia: & ubicunque conspecta fuerit, terribilis sit eis sacri nominis virtus & sanguinis nota. Denique quicumque sint sacramentorum ministri; qualescunque sint manus quæ vel mergunt accedentes ad baptismum, vel vngunt; qualescunque pectus, de quo

Psal. 68.

Genes. 4.

Eph. 19.

Psal. 146.

Psal. 93.

Lucæ 15.

Ioh. 8.

Luc. 7.

Ioh. 19.

Rom. 9.

Ephes. 3.

de quo sacra exeunt verba: operationis auctoritas in figura crucis omnibus sacramentis largitur effectum, & cuncta peragit nomen; quod omnibus nominibus eminent, à sacramentorum vicariis inuocatum. Et licet indigni sint qui accipiunt, sacramentorum tamen reuerentia & propinquiorem ad Deum parat accessum, & ubi redierint ad cor, constat ablutionis donum, & redit effectus munerum: nec alias quæri aut reperi necesse est salutiferum sacramentum. Iam sanguis tuus, Domine, non quærit vltionem, sanguis tuus lauat crimina, peccata condonat. Clamât sanguis Abel, clamant Sodomorum peccata, & parricidium & libido digna sunt vltione. Tu olim vltionum Deus, modo misereris & parcis his qui offenderunt; sanas contritos corde & alligas vulneratos; filio prodigo reuertenti non impropas luxum; mulieri adulteræ non opponis prostibulum; peccatrici publicæ non recusas seruitium; <sup>12</sup> debenti pecuniam dimittis depositum. Iudæis perfidis & dedisti gratiam, & dimisisti scelus sceletum, & peccatorum peccatum. De latere tuo fons egreditur in vitam æternam profiliens; & de eadem confubstantiali que origine diuisis limitibus aqua & sanguis, emanant, ad complementum perfectionemque totius iustitiæ, sacramenta in perpetuum duratura; & fontis illius vbertas perenni lapsu vniuersam Ecclesiam irrigat & fecundat. Ex hoc fonte non tantum ablutionis primæ, qua initiantur accedentes ad Christum, vndas haurimus: sed & compunctionum & lachrymarum perennes effluunt riuus, misericordiarum suauitas, & totius pietatis effectus emanat. Tu, Domine, sacerdos sancte, qui in tempore iracundiæ factus es recõciliatio, sancti huius sanguinis permanentem plenitudinem reliquisti, & beneficiū huius sancti liquoris in perpetuum tradidisti, & constituisti nobis in cõsumptibiliter potum viuificū; crucis signū, & mortificationis exemplum. Tu consummatis omnibus vade ad patrem, & trahes nos post te: da nobis in vita præsentis, ut simus sine angaria baiuli crucis tuæ, & cõprehendamus cū omnibus sanctis quid latitudo, quid lōgitudo, quid sublimitas, quid profundum huius ligni significet; quo conspecto nō noceat nobis, neque mordeat coluber solitudinis, sed incolumes per omnia sequamur te; tecum paruuli simus, tecū cir-

cumcidamur, tecum baptizemur, tecū, ieiunemus, tecum lotis pedibus panē angelorum edamus, tecum crucifixi mundo viuamus, tecū Spiritu sancto repleti, & corpore & spiritu in æternum maneamus. <sup>13</sup> Qui viuus, & vltra nō moreris in sæcula sæculorū.

## ADNOTATIONES.

1. Tu ipse causam mortis cum diligenter inquiseris] *Graviss:* Causa mortis, sed non placet.
2. imminere sibi iudicium sententia] *Rectè sic ille cum Remboldo, pro eo quod apud Erasmus & alibi legebatur:* sententia. *Videtur autem alludere ad formā exorcismorum.*
3. forma indissolubilis manens in posteris] *Malim legere:* manans. *Agit autem hic rursus contra Nouatianos de patientia nunquam sera.*
4. cuius malitiam non expiabat poenitentiae lauacrum] *Rectè sic Manu. & Cauchius pro eo quod alij:* malitia.
5. clavis sacros pedes terebrantibus] *Fuit igitur auctor in ea sententia, quod non unico sed duobus pedes Christi terebrati fuerint. Et certè cõfirmatur id ipsum vetustiss. picturis quibusdam.*
6. cum originali morti nullum nisi in morte Christi potuerit] *Prorsus sic lego cum Cauchio, & hic, & in eo quod sequitur, pro: potuerat, & potuit.*
7. assignata est, & restituta libertas] *Etiã hic adieci uoculam: &c.*
8. Ut iam non Ioseph] *Hinc colligere non est difficile, vixisse Ioseph in passione domini, iuxta huius auctoris sententiam.*
9. Ad hæc sacerdotalis auctoritatis priuilegiū] *Sic rectè Graviss. pro: auctoritas.*
10. poenitentiae prouidet locum] *Rursus contra Nouatianos agit.*
11. debenti pecuniam dimittis depositum] *Fortè debitum.*
12. Qui viuus & vltra non moreris] *Antea erat: & non vltra morieris, verum illum germanam esse, conuenit Remboldus.*

## DE RESURRECTIONE Christi.

## ARGUMENTVM.

Postquam Resurrectionis Christi historiam paucis perstrinxit, & Pascha vetus cum nouo cõtulit, hoc causam maioris gaudij nobis esse debere inculcat, quod non modo Christus resurrexerit primitiæ dormientium (nam qui ante resurrexerant, de nouo ad funera rediere) sed & nobis resurrectionis gloriam promiserit: ut ex clientela quam reddidit animæ caro, aliquid ei commodi in recompensatione ministerij proueniat, & sit caro post resurrectionem sine mole & pudore, agilis & mobilis, nullis clausa obstaculis, visu & auditu penetrans omnia & attingens, quocunque voluerit sine impedimento discurrens.



Math. 28.  
Marc. 16.

VAESITIS Aromatibus ad vngendum dominum Iesum in monumento positum, sacrae mulieres communicato consilio conuenerunt, & repperit ibi sine corpore sudariis, quem non inuenere, putauere sublatum. Nam & lapis reuolutus, & vacuum monumentum simplicibus animis coniecturas huiusmodi opponerant; quod corpus strictum linteis nisi translatum esset moueri loco non posset; nec lapis magni ponderis nisi vi humana, nullatenus reuolui potuisset: vnde & mane venientes quo modo posset ab ostio monumenti lapis gyrari anxie causabantur. Sed dominus qui inspirauerat ut venirent, praueuerat venientes; & egressus de sepulchro vacuum locum reliquerat, apertoque ostio ingredi volentibus liberum dederat aditum, & quasi monebat se alias quaeri, qui illis angustiis non poterat occultari. Flebant igitur sacrae feminae, quae eum cui obsequi volebant, se perdidisse putabant, & obriguerant maeritudine, eo quod deuotio sua desiderato frustraretur effectu. Habuerant siquidem eum sicut prophetam, non inferiores fide illis discipulis, qui dicebant, quod Iesus Nazarenus vir propheta fuerat, potens in opere & sermone. Et licet de resurrectione sua ipse tam Apostolos quam reliquos discipulos, in quorum societate istae esse meruerant, magister prouidus instruxisset; incusserat tamen omnibus dubietatem & terrorem supplicium crucis & mortis atrocitas: nec tamen ab eorum cordibus auelli poterat dilectio qua adhaeserant, & recordatio signorum quae viderant, & admiratio doctrinae quam audierant, & conuersationis praecipuae admirabilis sanctitudo qua fuerant informati. Nec dum firmo gressu ibant, sed lababat pes dubitantium, sed quaerebant quem amabant, nec maligne desperabant: vnde factum est ut quaestum inuentionis, dilectionis persecrancia mereretur. Illae itaque primae viderunt & cognouerunt quae ardentius dilexerunt, quae deuotius quaesierunt: illae sermocinatae cum Christo, certificatae quod ipse esset qui a mortuis resurrexisset, nunciant Petro & caeteris, quod Christus resurgens a mortuis iam non moritur. Euangelizarunt viuentem, qui mortuus putabatur: nec iam sepulturae eius odoramentis corporalibus deseruiunt; sed aromatibus firmae fidei, & certae

Luc. 24.

Ioh. 20.

spei, & charitatis sincerae regnanti domino famulantur, & virtutum fragrantiam non iudicato praesentant, sed iudici. Laetantur Apostoli, quos mundus quasi dehiscens terruerat, & quasi dissolutione elementorum quassaretur, omnia praecipiti ruina sterne- ret, minas horribiles inteterat: solidatisque & compactis caelestibus & terrenis, aeterna redemptione inuenta, gratulabundi adorant quem reliquerant; credunt, nec in aliquo haesitant; assistunt quantum possunt ei, a quo diffugerant. *Quae non fragor ille mundi terretet; quando terra tremuit, sol expalluit, & radios lucis suae sol contenebratus abscondit: Ipsa monumenta lapides sibi superpositos proiecerunt, & indignata superior & inferior plaga, tenebris & motibus & scissuris, compassionis suae & vehementis angustiae indicauerunt affectum: nec sustinuit intueri mundus perfidiae Iudaicae scelus; & visa sunt insensata elementa sensu uti abundantiore, quam homines, quibus secundum naturam ratio inerat: & crudeliores extitere feris abutentes intellectu; intantum Christi sanguinem sitientes, ut se ipsos maledictione aeterna damnarent, & in paruulos suos anathematis illius reliquias immobili stabilimento firmarent. Sed ne in eorum scelere diutius immoremur, qui repulsi sunt & destructi in sinem; quorum parricidalia vota seruitium & exterminium meruerunt, quos cum Dathan & Abiron (quos ob dissensionis flagitium terra dehiscens viuos absorbit) constat in tenebris inferi sigillatos: ne tantarum abominationum recordatio paschalem serenitatem interpolet, circa sollemnitate inclytarum gaudia deuotis & alacribus animis insistamus. Neque enim fas est, ut a nobis aliqua his diebus tristitia recitentur: sed sicut filiis Chore datum est ut semper laeta canerent & prophetarent, & omnes psalmi eorum attitulati nominibus gaudia praedicant, nec aliqua minantur aduersa: ita nos ad Christum pertinentes, cuius sanguine conspersa creditur Adam caluaria, qui sub loco quo crux Domini fixa est humatus traditur ab antiquis; eiusdem sanguinis sanctificati \* elapsu, laetetur & delectemur in Domino: nec iam amatoribus crucis mors magistri sit horrore, neque poena sit dolori, nec passio sit pudori; cum haec omnia vitae nostrae sint instrumenta: quia mors eius pro peccatis nostris*

\* effluxu.

1. Cor. 1.

Exod. 15.

Exod. 12.

Math. 16.

sacrificium fuit, & poena crucis excessibus poena dignis occurrit; labor eius onera nostra deposuit, dolor eius nos sanauit, & damnatio indebita nos a damnatione aeterna absoluit. Et si quid confusionis visa est in tempore illo pati sancta eius humilitas, rerum hodie manifestatur effectu quod Apostolus ait: stultum huiusmodi sapientius esse hominibus, & infirmum fortius omnifortitudine, per quod reprobata sapientia huius mundi, & de sapientibus & potentibus in nomine crucifixi pauperes spiritu potentissime triumphauerunt. Cantemus igitur Domino, gloriose enim honorificatus est. Liber populus egreditur de Aegypto, Moyses duce: mare sit peruium; columna flammea nocte coruscans Israeliticum antecedit exercitum; stat a dextera & leua mare suspensum, deliccato luto profundi, inoffensum abissus dat transitum: & egresso populo Dei, Pharaonem cum populo suo repentina mole illapsam pelagus intercludit. Iam praecesserat agnus quem Israel in Aegypto immolat, cuius sanguine limina rubricata percussor angelus non est ausus attingere: nec exterminatoris gladium populus formidabat, cui & de spiritalibus nequitias parabat victoriam, illud sine macula sacrificium, & mare diuinum, & totum Aegypti robur extirpatum. Primum illud antiquum pascha his miraculis coruscavit, & excluso fermento, praecipitum est ut horum dierum celebritas ageretur in azymis: nec sollemnitate huius gaudia seruilibus operibus fuscarentur, nec omnino aliqua tantae sinceritatis gloriam malignitas inquinaret. Certa data est ex lege distinctio, quae esset paschalis oblatio, & tempus, & locus, & modus; quando, vel vbi, vel quo modo sacra deberet hostia immolari. Victima, agnus, locus, vna per singulas familias domus; caro non elixa, sed assa, hora vespertina. Haec cum eo tempore fierent in figura; quod nos in veritate agimus, typice loquebantur: & dirupto in Christi morte templi velamine, verus agnus solus inter filios hominum sine macula Christus aetate vltima, in qua mundi vesperascit conditio, ab vna populi Christiani familia in vnitae Ecclesiae assus in cruce, proiectis foras haereticorum fermentis, sinceret fidei solidata compagine, inconsumptibiliter editur, creditur, & tenetur. Noua & vetera sub hoc nomine conuen-

runt: egreditur Israel de seruitute Aegypti; exit populus Dei de regno diaboli: baptizantur in nube, & mari Hebraei, & iam Spiritu sancto & sanguine Christi mundatur a peccatis populus Dei: ex diuersis familiis vna fit domus, vna fit tribus, vnus est cibus significantia & significata, res & signa + virtus inuisibilis, & visibilia sacramenta sic faciunt vnum corpus, sicut caro & spiritus, & quod videtur, & nomine & virtute Christi corpus censetur. In hac rerum conuenientia honorificatus est Christus, & gloriose laudis triumphos laetabunda hodie canit Ecclesia, in lapide angulari consocians disunctos olim parietes; quos in vnum mirabilis artifex fusco sanguine glutinauit, & reprobato diu a malignis fidei fundamento, caritatis suae nexibus diuisas copulauit macerias, & rededit partes in totum, & multa in vnum; & facti sunt vna domus confederati parietes, & stabile fundamentum. Honorificatus est Christus resurgens a mortuis, victor mortis, spolians inferos, & captiuos praemittens ad superos. Hucusque per humilitatis gradus ascendens, modo gloria & honore coronatus, nil mortale, nil passibile retinens; impassibilitatis & immortalitatis donauit nos gloria, & resurgentes in beatitudine constituit sempiterna. Resurrexerunt quidem ante Christum, sed in nomine & fide eius, sub Helia viuentem in corpore, vnus: & Heliseo viuo & mortuo, duo qui obierant: sed ad mortem quam gustauerant; iterum redierunt. <sup>7</sup> Resurrexit & Lazarus, & alij nonnulli ad imperium Christi: & aliquo tempore beneficio vitae vsi, iterum ad funera rediere. Res quidem honorabilis & dominatio potestatiua fuit ad corpus exanimae spiritum reuocare: sed resurrectionis huius, cuius sunt in Christo primitiae, incomparabilis est dignitas; quam nec sequitur corruptela, nec dissoluit antiquitas, nec aliqua mutabilitas labefactat. Mirari sumus in transfiguratione quae facta est in monte praesentibus Apostolis Petro, & Iacobo, & Ioanne, quando sicut sol resplenduit facies saluatoris, & vestimenta eius candorem omnem exuperantia Apostolorum hebetare compectum: sed momentaneus ille decor imaginem, non speciem, similitudinem, non substantiam, partem, non plenitudinem transformationis mirifice explicauit. Sed neque eandem gloriam quam ante

Eph. 2.

3. Reg. 17.  
4. Reg. 4.  
2. 13.

Ioh. 11.

Math. 17.



ostendit: sed quod videre cōsueuerant, hoc viderunt; & dilata est claritas illius quam nobis pollicitus est plenitudo, quæ in se erat perfecta, & à nobis expectatur perficienda, lucidior & sincerior, quam estimari possit ab aliquo, vel quam illa etiam claritas in timauerit, cuius primitias in Christo transfornato accepimus. Agunt in cælestibus hæc paschalia gaudia ipsi angelici spiritus, & resurgenti Domini gloriam admirantur, lætantur & delectantur in eo, quod forma serui reuerfa sit in formam Dei, & exinanitio humilitatis ad depositæ altitudinis redierit maiestatem. Sed & in hoc multiplicata sunt gaudia, quod ab his pro quibus se humiliauerat, tantæ excellentiæ beneficium dignatur esse commune, & partiri nobis suæ abundantiam voluit claritatis: vt post resurrectionem corpus non aggrauet animam, sed sit caro sine mole & pondere, agilis & mobilis, nullis clausa obstaculis, visu & auditu penetrans omnia & attingens, quocumque voluerit sine impedimento discurrens. Inerit resuscitatis corporibus nulli vanitati subiecta libertas; & quæ cogi non possit ad aliquid, in nullo laborans, iam à spe cōducta, re ipsa perfruens, nulla expectatione suspensa, & in pace quietissima confirmata; omnisque expers formidinis; in spiritalibus deliciis iugis illa permanitio refloret. Quam mirabilis est scientia tua Deus, confirmata est super nos, nec possumus ad eam attingere. Hæc sapientiæ tuæ altitudo, qua mundum non ex præcedente materia, sed solo verbi tui condidisti imperio, creaturis vero corporalibus ex mundi essentia dedisti initium suis incolis singula elementa adornans; hominem quem de mundo fecisti, cunctis in terra & aquis & aere viuentibus præficiens, ita vt suo præposito singula in suo genere ministrarent. Tu aliis vitam temporalem, aliis procurasti perpetuam; ad mirabili ordine quædam mutans & renouans: & presinito tempore metam irrationabilibus omnibus præfixisti, & terminum quem transire non possit dissolutioni conditio destinata. Homo quia ex cælesti & terrena materia compactus est, vestitus extrinsecus pelle & carnibus, tempus, accepit, quo te iubente, redderet terræ quod de terra assumpserat, & ad immaterialem originem reuenteretur spiritus, cuius natura dissolutionis non admittit iniuriam.

Argm. 8.

Psal. 138.

Corpus putredine, & caro vermibus consumenda, secundum naturæ suæ rationem æternitatis non poterat priuilegio perfrui: & quod sibi iure non competebar, à conditor nequibat exigere, neque vlla eorum interrogatio super hoc merebatur respōsum. Sed tu, optime domine, vltro gratiam volens dare spiritui, decreuisti clementius, vt ex societate & clientela quam rediderat animæ caro, aliquid ei commodi proueniret: & quæ ei vehiculum fuerat & particeps studiorum; in recompensatione ministerij; iterum dilecto accolæ consociata pudica & pacifica, rediret, nullas secum reuehens contumelias, quibus deinceps quietis internæ concueret puritatem. Sed & hoc, Domine, ad cumulum beneficij addidisti, vt inter legem carnis & Spiritus nulla postmodum esset diuersitas, nec post initum fœdus vlla iterum inter eos recrudescat rebellio; sed per manum tuam reconciliatio ordinata stabilis in perpetuum perseveret. Te igitur iubente, terra sit caro, & expulsa de domo iterum coniugatur viro, non iam ancilla, sed libera: & habitant vnus motis in domo murmurationibus consopitis, quas olim compugnantes inter se concupiscentiæ concitabant. Quis, domine Deus, considerare hæc opera tua sufficit? & quis lutum coagulare potest in carnem, quis formare potest in hominem, quis infundere animam, quis reddere vitam, quis dare æternitatem, quis addere felicitatem? Ad hunc prouentum humana laborabat creatio, hæc semper fidelium expectatio fuit. Hoc optabat rex ille humilis qui se nouerat imperfectum; vt adde- res conditioni tuæ quod deerat, & perficeres & solidares opus tuum, quod corruptibilitas & mortalitas assidue conuiciis multis solebant affligere, & variis opprobriis consueuerant infestare. Tu morti imperas, & absorpta eliditur: inanescit corruptio, vbi æger de medente sanatur. Gustasti mortem pro filiis hominum; vt qui tecum mortui erant, tecum viuerent, & participes tribulationum, etiam consolatione gauderent. Resurrectio quidem communis est, & ante tribunal Christi necesse est in corpore iustos stare & impios, Dei hoc dictante iustitia, vt pietas & impietas in operatoribus debitis stipendiis donarentur; & qui finem habere contempserunt in malis, infinita clauderentur vltione in pœnis, & qui glo-

2. Corin. 5.

qui gloriati sunt in cruce, cum crucifixo regnantes, beatæ fierent perennitatis participes. Non sunt participes huius gaudij, quos damnat ambitio: non potest futurius habens loculos paschalis sollempniis interesse. Nihil proditor & venditor magistri, fermentator profanus commune habet cum azymis: omnis immunus in anima ad esum huius agni prohibetur accedere. Nulla ad hanc lætitiā perfidia recipitur. omnis malignitas excluditur: paratus pedibus<sup>12</sup> ad euangelizandum paratus, accinctus renibus & sanctimoniam destinatus, habens baculum in manibus, & festinans vt Ægypti deferat idola, sequens Moysem, nec formidans vitæ discrimina, quisque purus & sincerus sine fraude homo verus accedat & edat: & securus quod resurgat, mortem optet, vt attingat ad æterna gaudia, in quibus est vita nostra sursum manens, & nos trahens ad bona cælestia. Qui viuunt, &c.

Exod. 12.

## ADNOTATIONES.

1. & quasi dissolutione elementorum quassaretur, omnia, &c. ] *Manutius & Morelius*: quassaretur omnia, sed prius malo. Est tamen locus obscurus, præsertim in eo quod sequitur.
2. Filiis Chore datum est, vt semper læta canerent, ] *psalmos filijs Chore attributos, videtur ipsis autoribus adscribere.*
3. Adam caluaria ] *Hierony. non satis quidem probat hanc sententiam in Matth. dicens sepultum Adā iuxta Hebron & Arbeca, sicut in libro 10 sue legitur. Præter tamen Epiphani. contra Tatianum ad cuius verba videtur alludere Hieron. Origenes Tracta. 35. in Matth. Athanasius de Passione domini. Ambro. epistola 19. Chrysost. in Ioannem cum Theophilacto ac Eutymio & Augustin. sermo. 71. de tempore idem cum hoc auctore sentiunt.*
4. virtus inuisibilis & visibilia sacramenta ] *Ita prorsus lego cum Cauchio, pro: inuisibilia sacramenta, vel ob id quod sequitur: quod videtur, & nomine & virtute Christi corpus censetur; quæ verba mire faciunt contra Caluinist. us.*
5. in lapide angulari, &c. ] *Obscurus locus, cum ecclesia adscribatur quod Christi peculiare est.*
6. nil passibile retinens ] *Manut. vitio operarum habebat. nisi.*
7. Resurrexit & Lazarus ] *Manutius & Morelius, surrexit, at prius placet.*
8. tantæ excellentiæ beneficium dignatur esse commune ] *Deprauate prius lectum: dignatus, significat asterisco suo Ma. illud ergo cum Cauchio reponimus.*
9. hæc sapientiæ tuæ altitudo, qua ] *Hoc quoque lego, pro: qui.*
10. non poterat priuilegio perfrui ] *Hoc etiam, pro: nõ poterat, quia sequitur: nequibat, & rursum:*

merebatur.

11. Ad hunc prouentum humana laborabat creatio ] *Hoc repositum ex remboldo, pro: laborat, quia sequitur: fuit, & optabat.*

12. ad euangelizandum paratus ] *sic recte Gramine & Morelius, pro: petactus.*

## DE ASCENSIONE Christi.

## ARGUMENTVM.

Ascensionem Christi miro celebrat encomio; sub finem, ad extremum iudicium stylum conuertens; & inferni supplicia, & æterna vitæ gloriam graphicè depingit.



Elebrata in cruce sollempni victoria, cum iam templum corporis sui, quod persecutio Iudæorum effoderat Dominus reparasset; noluit statim ad patrem ascendere, & glorificati corporis præsentiam inferre cælestibus: sed necessaria dispensatione discipulorum infirmitati consulens, vtiliter distulit; & quadraginta diebus in terra conuersatus, & visus est sæpe, & locutus cum Apostolis, & manducauit & bibit; & vulnera quæ ad dubietatem eorum tollendam, in corpore referuarat, & videnda & palpanda exposuit, & impleta in se quæ in scripturis erant prædicta, euidencia rerum edocuit. Ad hoc necessaria fuit huius temporis mora; vt recollectis quos in fugam timor impegerat, quos supplicium crucis terruerat, in multis argumentis apprensus, mentes quæ diffidentia titubauerant, solidaret: nec esse phantasticum, sed verum corpus quod surrexerat, tam commensationibus quàm contrectationibus probaret. Ad hoc dilata est ascensionis gloria, vt sub hoc dierum interstitio præcedens doctrina affectibus firmaretur, immo vt discipulorum desideria recessionem eius corporalem ambirent; quia spiritualis præsentia plenitudo quam diu conspectu carnis præsens aderat, aduentare non poterat: & paulatim in hoc conducti sunt, vt libenter consuetudine conuictus assueti carerent; cum inhabitator Spiritus sanctus eorum animas possidens, inuisibili accessu sinceriores eis affectus infunderet, & aperiret interiores oculos ad intuendum intellectu puro patrem luminum, & substantia rerum sperandarum propolita apparentia

Acto. 12.

Ioann. 20.

Hebr. 11.



Mare. 16.

Act. 1.

1. Tim. 2. 0.

sepeliret: nec incertitudinis scrupulus super-  
esset, cum dominus & magister, quem ve-  
rum hominem probauerant, eis videntibus  
cælum ascenderet; sed iam securi se crede-  
rent secuturos, nec esse impossibile quin &  
ipsi in carne & spiritu ad superos transfer-  
rentur. Omnibus itaque ad tam delecta-  
bile spectaculum aggregatis: Ascendo, in-  
quit, ad patrem meum & patrem vestrum,  
Deum meum, & Deum vestrum. Ho-  
rum verborum auctoritas, cum iam eorum  
virtutem Spiritus sanctus intimasset, om-  
nem poterat excludere diffidentiam, & hi-  
larescebant animi eorum paternitatis diui-  
næ illustrati honore, & fraternitatis Chri-  
sti honorati consortio, cum audirent & cre-  
derent se filios Dei & fratres Christi, in  
quo omnis excellentiæ plenitudo & suffi-  
cientia inerat. Nec iam quasi idiotæ & he-  
betes huic verbo applaudebant carnaliter:  
sed subtilissime generationem & dignita-  
tem creaturæ à voluntate & nutu creato-  
ris habuisse initium, & imaginem & simi-  
litudinem Dei in interiori homine vide-  
bant; & dinoscebant intellectu potius quàm  
visu, quam affinitatem habeant inter se  
pater & filius; & quia substantiuo & natu-  
rali filio filij adoptiuo conformes, à prima  
origine multa habeant ex natura, & multa  
ex gratia. Sane huius generositatis con-  
sortium, secundum quam simul cum Chri-  
sto filij Dei sumus, nobilitatem existentiae  
nostræ exponit & intimat: in quo hono-  
re si manserimus non degeneres, constat  
omnino non posse patrem dissidere à filiis,  
sed deformibus tutum esse ad paternita-  
tem accessum; nec posse pati, ad hæredi-  
tatem possidendam dispositos, in petiti-  
onibus diuinis repulsam: sed in quibuscun-  
que filius filialiter genitorem appellauerit,  
necesse est bonitatem largitoris iuste sup-  
plicantis prosequi voluntatem; maxime  
cum ipse pater qui largitur ista suggerat pe-  
ti, quæ non differt benigne largiri. Et qui-  
dem paterna caritas bonis filiis & hæredi-  
tibus maxime delectatur: & hoc gloriæ Chri-  
sti vnigeniti dilecti accumulatur, quod bea-  
titudinis suæ non patitur esse solitariam ma-  
gnitudinem, sed addit fratres, non qui  
inuant quasi diuisam in plures excellen-  
tiam, sed qui altitudinem diuitiarum, eius  
exornent participes & consortes. Quod  
cum ipsum qui pater est, constat esse Deum,  
& cum Deum nostrum sicut & suum filius

attestetur: in eo quod filij sumus, ipse nos  
possidet: in eo quod noster est Deus;  
quod nostrum est, ipsum cuius proprij su-  
mus, proprie possidemus. Dico igitur Do-  
mino meo: Deus meus es tu, & dicit mi-  
hi Dominus meus: Ego dominus Deus tuus.  
Homo cuius Deus est, quid amplius quærit?  
Si sufficit tu Deo, sufficiat tibi Deus.  
Bonorum tuorum Deus non indiget,  
nec conferre potes ei quippiam, nec auferre.  
Si esurierit, non dicit tibi. Eius est orbis  
& plenitudo eius, & magnitudinem eius  
cæli cælorum non capiunt. Non infirmatur,  
non eget indumento vel cibo; omnia scit,  
omnia potest, omnia continet: in ipso omnes  
vitiuimus, mouemur & sumus. Quid tu ei  
quasi indigno conferes? te solum bonitate  
non necessitate desiderat. Scriptum est,  
& ipso iubente tabulis insculptum lapideis,  
vt diligas eum ex toto corde tuo, & ex tota  
anima tua, & ex tota mente tua. Dilige,  
& diligeris: prope est merces tua, in manibus  
portigitur præmium: esto tu Dei, & erit  
tuus Deus tuus. Impar sane commercium  
pretium inæquale: sed qui pro nobis triginta  
argenteis appetiatus, intelligi voluit, quan-  
ta fuerit in pretio quod pro eo datum est,  
& in eo quod ipse dedit pro mundo, dissi-  
militudo, cum ipse exiguo argento emptus  
& venditus, tanto pretio damnatus redi-  
meret: vt dubium esse non possit, quin pre-  
tij magnitudo superaret negotium; nec æ-  
quari posset damnum, quod omnino dam-  
natio iusta meruerat, obedientiæ Chri-  
sti, quæ gratis vsque ad mortem profes-  
sa est, & vltro soluit quod non debebat. His  
intellectis Apostoli sicut filij prophetarum  
olim verum Heliam ascensurum sciebant,  
& horam illam præstolabantur gaudentes,  
nec iam anxiantur parturientes, sed exorta  
læticia parati erant prosequi recedentem:  
minime dubitantes quin & ipsi post  
modicum conuersationis huius, postquam  
de torrente passionis in via hac bibissent,  
exaltato capite & erecto, se ad cælestia  
Dominum secuturos. Eleuatis igitur mani-  
bus hæreditariam eis benedictionem relin-  
quens, non manufacto vehiculo, nec auxi-  
liaribus carpentis euectus est Christus; sed  
naturæ diuinæ propria vsus virtute, carnem  
cælo intulit, & corpus glorificatum patris  
conspexit: bus præsentauit. Non indiguit ve-  
storibus angelis, qui offendicula tollentes è  
medio

Psal. 117.

Psal. 115.

Psal. 49.

Act. 17.

Deut. 6.

Matth. 26.

4. Reg. 2.

Matth. 18.

Lucæ 2.

Philipp. 2.

1. Corin. 13.

Prouer. 25.

Pouer. 30.

Philipp. 5.

1. Cor. 15.

medio, ferrent eum in manibus; sed præ-  
cedentes & subsequentes applaudebant vi-  
sitori, & concinentes in iubilatione modu-  
labantur canticum nouum, & implebat  
cælos consonantiæ illius harmonia: throno  
& dominationibus parantibus filio iux-  
ta patrem confessum; cherubin & sera-  
phin pedes pacificos ambientibus; radian-  
tibus vndique diuinis claritatibus; & splen-  
doribus supercælestibus; quos nec ardor  
perseuerans consumit, nec turbis alicuius  
afflatus extinguit, nec interpolatio caligi-  
nis vllius abscondit. Celebrat tanti trium-  
phi magnificentiam lætabundus cælestis  
exercitus; & qui descendenti coram pasto-  
ribus Bethleemitis decantauerunt in subli-  
mi præconia; modo expressioribus cona-  
tibus, & intensioribus iubilis reuertenti ad  
patrem solemniora obsequia impendebant,  
& festiuis affectibus venerabantur homi-  
nem supra se sublimatum, quem gloria  
& honore coronauerat pater, ad dexte-  
ram suam collocatum: hoc dato ei priuile-  
gio singulari, vt in nomine eius omne genu  
flecteretur, & super omne nomen, eius no-  
men excellentius coleretur. Quanta in e-  
ius susceptione in cælis iucunditas fuerit,  
nemo sufficit enarrare: rei huius magni-  
ficentia omnem superat intellectum. Si  
linguis hominum vel angelorum quis elo-  
quatur, vel ad hoc cuiuslibet elaboret acu-  
men ingenij, vt definire velit quæ patris  
in reditu filij hilaritas fuerit: aut si forte il-  
lud sempiternum gaudium aliquod tunc  
admiserit incrementum, si stabilitatis æter-  
næ se aliquo modo mutare possit immobi-  
lis magnitudo; scrutator ille maiestatis op-  
primetur à gloria: & verendum est ne dum  
vehementius exprimit verba quam oportet,  
sanguinem pro lacte emungat. Atta-  
men inuisibilem Deum visibilem filium re-  
cepisse ad dexteram suam, manifestum est;  
& humilitatem carnis nostræ throno iudi-  
ciario honoratam, paternæ complacuisse  
altitudini; duo genera gentium ciuitati  
supernæ, de qua gloriosa dicta sunt deinceps  
assignati, & esse supra mansionarios  
homines & angelos, & beatitudinis illius  
gloriam his duobus ordinibus in perpetuum  
frequentari. Hæc merces obedientiæ Chri-  
sti, hæc crucis & mortis stipendia, hic pas-  
sionis labor promeruit, vt corpus humilitatis  
nostræ fieret corpori claritatis Christi  
conforme, & mortale hoc inducret immor-

talitatem, & corruptibile incorruptionem;  
& fierent homines cum Christo in cæle-  
stibus iudices, qui cum eo iudicia pertule-  
rant malignorum, & extiterant vsque ad  
mortem tribulationum consortes. Hac die  
primum inuenta est in cælis hæc nouitas  
inaudita; & gauisus est pater hereditate am-  
plificata, sobole multiplicata, promissio-  
nibus quas locutus fuerat in prophetis red-  
ditis & completis. Solum ad hæc quæ  
prædicta sunt, restat iudicium, & exami-  
nationi vltimæ adhuc referuant antiqua o-  
racula locum. De iudicio quippe & an-  
gustia, Christo sublato, superest post mise-  
ricordiæ tempora quæ ad finem festinant,  
vt iustitiam comitetur iudicium: & habeant  
singuli quod merentur, & honoretur ho-  
nore dignus, & contemptor confundatur  
inglorius. Hoc & duo angeli Chri-  
sto ascendente testati sunt, quia qui iudica-  
tus abibat, iudex esset terribilis rediturus;  
& videret collecta in vnum generalitas ho-  
minum, quas foderat manus, quod tere-  
brauerat latus, faciem quam conspuerat, &  
prolata in medium inflexibili sententia, oc-  
currentibus saluatori electis, remaneant im-  
pij infinitis deputati tormentis. Quan-  
ta illud edictum sequentur lamenta, illius  
vltimæ tubæ clangor quàm horribilis e-  
rit; continuus erit & superfluis illarum la-  
chrimarum decursus, stridorem illum den-  
tium flammæ inextinguibiles agitabunt.  
Immortales miseri viuent incendia, & in-  
consumptibiles flammæ nudum corpus al-  
lambent. Ardebit purpuratus diues, nec  
erit qui æstuanti linguæ stillam aquæ in-  
fundat. In proprio adipe frixæ libidines  
bullient, & inter sartagine flammæas mi-  
serabilia corpora cremabuntur: & omni  
tormento atrocius desperatio condemna-  
tos affliget. Non miserebitur vltra Deus,  
neque tunc audiet pœnitentes, sera erit il-  
la confessio: & cum clausa fuerit ianua, fru-  
stra carentes oleo, acclamabunt exclusi.  
Nullum ibi refrigerium, nullum remedium:  
semel Christus descendit ad inferos, vlti-  
rius non descendet. Non vltra videbunt  
Deum in tenebris sigillati: irregressibilis erit  
illa sententia, & immutabile iudicium, & sta-  
bit damnationis huius immobile constitutum.  
Exultabunt sane sancti in gloria, vide-  
bunt Deum & gaudebunt, lætabuntur & dele-  
ctabuntur & fruuntur gloria, & in felicitate  
iucundabuntur æterna. Ibi non gustabunt

Act. 1.

Lucæ 11.

Matth. 15.

Psal. 149.



quam suavis sit Deus, sed implebuntur & satiabuntur dulcedine mirifica: nihil eis de-erit, nihil oberit, omne desiderium eorum Christus præfens implebit. Non senescunt, non tabescent, non putrescent amplius: per petua sanitas, felix æternitas beatudinis illis sufficientiam confirmabunt. Non erit concupiscentia in membris, non ultra vlla exsurgat rebellio carnis, sed totus hominis status & pacificus, sana ex integro natura, sine omni macula & ruga deinceps permanebit. Erit denique Deus omnia in omnibus, & illius præsentia omnes animæ & corporis implebit appetitus; cessabuntque de cætero consummatas omnibus ministratori angelicarum virtutum discutis: & impleta ordinataque omnino ciuitate Dei, nec innovabitur, nec mutabitur ultra fixæ & consummatæ beatitudinis status. Et igitur, ante cuius tribunal stabimus, qui nunc vului Dei apparet pro nobis, cui de nobis tanta cura fuit, ut pro nobis vellet nasci & mori, in præfenti quæsumus, ut cura sit curandi nos, & nobis auctoritatem & potestatem iudicandi nosmetipsos & corrigendi concedat; ut in illo terribili iudicio suo inter electos asciti & congregati, liberi à seruitute & captiuitate, cælestibus ciuibus coniungamur, & fruamur bonis, quæ ipse diligentibus se repromisit, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit.

## ADNOTATIONES.

1. effoderat] Forte perfoderat.
2. maxime cum pater, qui largitur ista] Ita pro-fero lego, pro: qui largitur iusta.
3. minime dubitantes quin & ipsi] omnino solacijsus est, nisi omittatur illud: quin & ipsi.
4. ad dexteram suam collocatum] Omisi vocu-lum: & superfluum cum Cauchio.
5. duo genera gentium, & c. assignati] Hoc repo-sui, pro: assignate.
6. non ultra vlla exsurgat rebellio carnis] Non recte à Græuo omissa fuit vox: vltra, nam habet eam Remboldus.

## DE SANCTO SPIRITU.

## ARGUMENTVM.

Postquam epilogo breui repetiit summam omnium precedentium tractatum, & quæcumque ferè in scripturis sacris de Spiritu sancto scribuntur, in medium adtulit, mysteria numerorum septimi ac quinquagesimi & Pentecostes recensit;

sub finem denuo additis aliquot spiritus sancti encomiis.



Desto Sancte spiritus, & para-clesum tuam expectantibus illa-berere cælitus, sanctifica templum corporis nostri, & cõsecra in ha-bitaculum tuum; desiderantes te animas tua præsentia lætifica; dignam te habitatore do-mum compone; adorna thalamum tuum, & quietis tuæ reclinatorium circumda va-rietatibus virtutum; sterne pavimenta pig-mentis; niteat mansio tua carbuculis flam-meis & gemmarum splendoribus; & om-nium charismatum intrinsecus spirent o-doramenta: affatim balsamiliquor fragran-tia sua cubiculum tuum imbuat: & abigens inde quidquid tabidum est, quidquid cor-ruptelæ seminarium; stabile & perpetuum hoc facias gaudium nostrum, & creationis tuæ renouationem in decore immarcessi-bili solidas in æternum. Interfuiumus sac-ræ verbi infantie, & puerperio virginis obsecuti sumus, cum cælesti militia glo-riam decantauimus paruulo; confessi su-mus omnipotentem, quem in cunabulis vidimus vagientem. Circumcisionis cele-brauimus sacramenta, & truncato præpu-tio voluptatum sanctimonie didicimus mā-cipari. Interfuiumus baptismati saluato-ris, & audita patris voce de cælis, ad obe-diendum Christo traditi sumus, & instru-cti cælitus quo modo patrem & filium dile-ctio iungat & vniet; ita ut in ipsis nomini-bus intinetur distinctio personarum, & na-turæ vnitas euidentissime innotescat. Sed & Spiritum sanctum in specie columbæ inter illa mysteria vidimus, & intelleximus ex illa specie, gemitus penitentia & desi-deria contemplationis diuinæ, ex simplici-tate cordis & innocentia vitæ immacula-tæ incessanter prodire; & neminem nisi suspiriis huiusmodi præcedentibus, & in-spiratione diuina monente, posse ad cæle-stia aspirare, ut suspiratio, & inspiratio, & as-piratio à Sancto spiritu & causam habeant, & effectum, & materiam, & prouentum. Secuti quoque sumus in eremum Domi-num ieiunantem, & repulsa potenter dia-boli vidimus tentamenta. Interfuiumus cœ-næ, & de calice Domini bibimus; pedes laui-mus; mortui sumus cum Christo, & ecce viuimus: prosequimur ascendentem; & præ-stolamur promissum nobis Spiritum san-ctum

Etum, cuius vnctio nos de omnibus doceat, qui inuisibili magisterio nos doceat, & cæ-lestibus instruat disciplinis: qui carnales heberet sensus, & conterat appetitus. Hic Spiritus sanctus ab ipso mundi initio aquis legitur superfusus, non materialibus aquis quasi vehiculo egens, quas potius ipse fere-bat; & complectentibus firmamentum dabat congruum motum, & limitem præ-finitum. Huius sempiterna virtus & di-uinitas; cum in propria natura ab inquisi-toribus mundi antiquis philosophis pro-ptie inuestigari non posset, subtilissimis tamen intuiti sunt coiecturis compositionem mundi; compositis & distinctis ele-mentorum affectibus præsentem omnibus animam affuisse, quæ secundum genus & ordinem singulorum vitam præberet & motum, & intransgressibiles figeret metas, & stabilitatem assignaret & vltim. Hanc vitam, hunc motum, hanc rerum essen-tiam animam mundi philosophi vocauerunt; putantes cælestia corpora, solem di-co & lunam & stellas, ipsumque firma-mentum, huius animæ virtute moueri & regi, & aquas, & terram, & aërem huius semine imprægnari. Qui si spiritum, & dominum, & creatorem, & viuificato-rem, & nutritorem crederent, omnium quæ sub ipso sunt; conuenientem habe-rent ad fidem accessum. Sed abscondita est à sapientibus & prudentibus tantæ rei maiestas: nec potuit humani fastus inge-nij secretis interesse cælestibus, & pen-etrare ad superessentialis naturæ altitudi-nem; & licet intelligerent quod vere esset creatrix & gubernatrix rerum diuinitas, di-stinguere tamen nullo modo potuerunt quæ esset deitatis trinitas, vel quæ vnitas, vel quæ personarum proprietates. Superfere-batur quidem elemento purificatorio spi-ritus sanctificator, iam tunc baptismi vir-tutem enuncians. Iam tunc illa præfigura-bantur tempora, quibus arca Noe aquis in-uecta diluuij viri iusti familiam conseruauit il-læsam; abolita generatione adultera, qui in filiabus hominum bestiali petulantia effre-nes, imprudenter se illis commiscuerant, nec diuinos, nec humanos in flagitijs publi-cis verebantur aspectus. Arcam illam quæ typum gerebat Ecclesiæ, Spiritus sanctus, & tunc regebat, & adhuc regit, extra quam quisquis perfidus euagatur, inuolutus flu-ctibus mergitur in profundum; & impossi-

bile est eum viuere, cui non superfertur spi-ritus vitæ, cuius viuificus calor animat om-nia, & fouet, & prouehit, & fecundat. Hic spiritus sanctus omnium viuentium anima, ita largitate sua se omnibus abun-danter infundit, ut habeant omnia rationa-bilia & irrationalia secundum genus suum ex eo quod sunt, & quod in suo ordine suæ naturæ competentia agunt: non quod ipse sit substantialis anima singulis, sed in se singulariter manens, de plenitudine sua distributor magnificus, proprias effi-cientias singulis diuidit & largitur; & qua-si sol omnia calefaciens subiecta, omnia nutrit, & absque vlla sui diminutione inte-gritatem suam de inexhausta abundantia, quod satis est & sufficit omnibus, com-modat & impartit. Hic Spiritus rubri ma-ris aquas siccauit, & suspensis hinc inde ve-hementibus fluctibus, ab ollis carniū, & Ægypti pulmentariis populū ad spirita-lem eremi libertatem eduxit incolūmem; & alimoniis cælestibus pavit, manna qua-si rorem matutinum infundens gramini-bus, quod colligi iustum est ad mensuram. Aderat plena mensura per totam hebdo-madam vacante sabbari die; cui sexta præ-cedens dies consueti victus duplicans quan-titatem, octauæ præfigurabat quietem, in qua absque labore & sollicitudine in deli-tiis epulabuntur electi & saturabuntur in terra sua duplicia possidentes, corporis & animæ felici perennitate, & perennifelici-tate ditati. Hic est Spiritus sanctus, quem Magi in Ægypto tertij signi ostensione con-uidi, cum sua defecisse præstigia fateren-tur, Dei digitum appellarunt, & anti-quis philosophis eius intimarunt præsen-tiam defuisse. Et licet de patre & filio ali-qua sensissent Platonici: spiritus tamen tu-midus & humani appetitor fauoris sancti-ficationem intellectus diuini mereri non potuit: & vbi ad profunditatem sacramen-torum ventum est, omnis eorum caliga-uit subtilitas, nec potuit infidelitas sancti-tudini propinquare. Hic digitus Dei, munda-næ iudex & vindex perfidia, noui tem-pore testamenti potenter expellit dæmo-nia: nec laborat agendo, sed solo nutu per-ficit omnia: quod dicit, facit; quod iubet implet; secreta indicat, pandit occulta: re-uelat ignota, hebetat acutos, & perspicaces confutat. Hoc digito in lapideis tabulis lex primū conscripta, quinquagesimo die



Exod. 31.

post egressum Israel de Ægypto in monte Sina Moyfi est commendata: sed populus nequam & gens dura ceruicis, à quorum animis terror ille recesserat, quem mors ardens & flamma iuga, & clangor buccinæ, & lampades coruscæ, & horrenda tonitrua nuper incusserant, in Apostasiam conuersi, & de Moyfi reditu desperantes, lege diuinitus missa indigni iudicati sunt, quia in oculis eorum Moyfes frangens tabulas, tam verba quam instrumenta comminuit & deleuit. Quin etiam sceleris vltione patrata, reuersus in montem ad Dominum, quadraginta diebus ieiunans & colloquens, tandem obtinuit, vt ipse alias ex faxo ad instar priorum exciderit tabulas, in quibus eandem quæ in primis fuerat, scripturam insculperet & formaret. Factumque est mirabili dispensatione superni iudicij, vt lex quam Sanctus scripserat spiritus, deleteretur: & quam manus humana restituit, in posterum teneretur. Quod ea ratione credi potest sic actum, vt populus prior secundum carnem ambulans & viuens, diuinis colloquiis & spiritalibus mandatis ostenderetur indignus, nec posse mentes perfidas sancta percipere, nec intelligere sacramenta, quæ exemplarium tegmine velabantur. Porro testamenti noui quæ Christo euangelizante patuit veritas verbo Christi prolata, indissolubilis permansit, & solida deinde stabilitatis perpetuæ auctoritate fulcita est, eo quod oblatam gratiam humiles susceperunt, & quod filius inter pauperes spiritu inuenit sibi domum in qua caput reclinaret: & merito reprobatos visibiles tabulæ inuisibilis Dei indicant contemptores, & ampliori dignos honore incarnati verbi credulos auditores, & deuotos veneratores. Lex igitur à paschalis agni immolatione die quinquagesimo datur: & Pentecostes nomen tantæ rei solemnitas ex lege accepit, in ipso dierum numero sacramenti magni complicans rationem. Septenarius quippe numerus septies reuolutus, quinquagesimum efficit, addito monade, qui præsentis sæculi meta, & futuri initium, perpetuitatem sub octauæ nomine continens, sic præsentia terminat, vt nos ad perpetuam introducat. Sacratu hic septenarius numerus à conditione mundi auctoritatem obtinuit: quoniam in sex diebus prima Dei opera patrata sunt, & septima consecrata quieti, quasi sancta & sanctificans

Exod. 31.  
32. & 34.

solemnitate vacationis honorata, & spiritui sanctificatori attributa. Vnde & cessanti à seruilibus operibus populo iubetur vt diem sabbati sanctificet; & spiritui rectitudinis, & sanctitudinis, & fortitudinis adscribat, quod directe, quod honeste, quod viriliter incedit: quia totum ex eius constat ducatu quod deij diriguntur, quod impij conuertuntur, quod debiles confirmantur. *Psalm. 50.* Spiritus reclus, Spiritus sanctus, spiritus principalis regit, componit, consummat, & perficit quas inhabitat mentes, & corda quæ possidet: nec errare patitur, nec corrumpi, nec vinci; quos docuerit, quos possederit, quos gladio potentissimæ virtutis accinxerit. Septenarius iste ex quaternario & ternario constans, cum in se propter prædictas causas honorabilis habeatur, habet ex partibus suis excellentiam maximam: quia artificis & materiæ videtur exprimeret & distinguere primarias substantias; vt ternarius creatorem propter trinitatem enunciat, & quaternarius creaturam propter quatuor elementa, quæ rerum omnium causæ sunt & semina, sub huius numeri breuitate concludat. Spiritus sanctus à patre procedens, à patre & filio, quaternario superferitur & conditor benignus opus suum amplectitur, & diligit quod plasmauit, & creaturam suam sanctus ipse sanctificat & consoletur sibi, & caritatis nexu statuit & conquadrat. His aliisque secretioribus rationibus quas illustrium virorum subtiliora ingenia indagant, septenarius numerus in scripturis sanctis sæpe sacramentales causas complectitur; & simplex & multiplicatus, necessarios ad intelligentiam diuinorum operum parturit intellectus. In hebdomadibus apud Hebræos, dies septimus Sabbatum, id est requies appellatur: qui numerus non tam in septimanis, sed etiam obseruatur in annis, & annorum hebdomada consummata, septimus annus requiectionis est, & ipsi terræ sabbatum imperatur; nec fas est cuiquam eo anno serere vel metere quippiam, sed quæ sponte siue in terra, siue in vineis, vel in arboribus nascuntur, alimonie pauperum deputantur. Annorum quoque septimanæ apud Hebræos quinquagesimum annum faciunt, quem iubilæum appellant; in quo decreto legis (vt supra dictum est) fit terræ remissio, & seruorum libertas, & restitutio possessionum, quas eatinus distractio alienauerat & ce-

Leuit. 23.  
& 25.

Act. 2.

Ios. 6.

Math. 6.  
& 18.

Leuit. 15.

Exod. 29.

Math. 14.

Psalm. 118.

Luc. 3.

Genes. 14.

Exod. 12.  
Leuit. 23.3. Reg. 6.  
Numer. 8.

Act. 2.

& cætera huiusmodi gratis ad hæreditatis ordinem reuertuntur. De numero septenario cum multa dicta sint, plura supersunt quæ in lege & euangelio præcipue commendantur. Quinquagesimus itaque annus perficit iubilæum; quinquagesimus dies à pascha pentecosten, facit in quo vere Spiritu sancto infuso Apostolis, ad hæreditatem cælestem à quo venundati sub peccato exulabant, quos diabolo domino mendicatis & egestas subiecerat, reuertuntur. Septem sacerdotibus clangentibus tubis, Hiericho corruit: septem petitionibus orandum patrem filius docuit. Remissio peccatorum duplicato septies septenario, Petro mandatur. Leprosus septimi diei inspectione à sacerdote iudicatur; summi sacerdotis in septem diebus consecratio consummatur. Dominus Iesus Christus de septem panibus quinque milia hominum reficit: & iustus quisque Deo laudes per diem septies dicit. Ipse dominus Iesus ab Adam secundum generationes, quas Lucas commemorat, septuagesimum septimum inuenitur; vt vltionem in Lamech septuagesies septies promulgatam veniens terminaret. Septem diebus in pascha edicitur azyma; septem diebus mense septimo tabernaculorum solemnitas celebratur. In septem annis templum à Salomone constructur; septem brachiis & totidem luminibus candela adornatur. Celebramus tam nos quàm Iudæi quinquagesimum diem, sed illi in typo, nos autem in veritate, non tam significamus quàm agimus. Pentecosten igitur celebrantes, commemoramus quæ olim sub Moyse in veteri testamento sunt acta, & quæ sub Christo facta sunt. Post cuius ascensionem in cælos Spiritus sanctus visibiliter super Apostolos in linguis igneis apparuit, & ad instar prioris seculi vniuersitatem fidelium vnus labij esse voluit: vt quorum erat cor vnum & anima vna, vna esset & lingua, nec posset impedire intellectum credentium aliqua diuersitas verborum; sed euangelica doctrina propria lingua prolata ad omnium auditum eandem efficientiam obtineret, vt Græcis & Barbaris omnibusque gentibus verbum euangelij sic esset intelligibile, ac si in eorum aures linguæ in qua nati erant idiomatica resonarent. Aderant Medi, & Elamitæ, Mesopotameni, & Arabes: Hi omnes, dum Hebræa lingua Apostoli prædicarent, locutio

iudaica enunciationis suæ articulos cursu consueto euoluens, nullo exponebatur interprete, sed verbo eorum per Spiritum sanctum inerat virtus & gratia: vt habitantes Pontum & Asiam, suam esse dicerent linguam, quam audiebant; quasi primitiuæ linguæ libertas ad antiquitatis reuersa originem confusionis contumeliam euasisset. Nec tantum Apostolis collata est hæc gratia, sed multitudini credentium idem spiritus superfusus est, intus ardentibus, extra loquentibus; & complectebatur se dilectio & verbum, & de calore spiritus sermo feruebat ignitus. Iam omni timore excluso obedire, se Deo magis quàm hominibus, publice profitebantur & videbatur eis gloria, si pro Christo iniuriam paterentur. Ad hunc modum olim Moyfi iustum est, vt in viros septuaginta quos ipse presbyteros iudicaret, de spiritu suo partiretur, vt in negotiis partem gererent sollicitudinis: quibus cum imposuisset Moyfes manus, requieuit in eis Spiritus sanctus; qui non Moyfi ablatu est, quasi ipse sine spiritu remaneret, vel idem spiritus seccaretur in partes; sed secundum mensuram donationis diuinæ quæ erat in Moyse gratia singularis facta est multiplex & communis, & data est multis in eo potestas, quod prius solus Moyfi disponebat auctoritas. Sic Helisæ spiritum duplicem recepit Helisæus: non quod in duas substantias idem spiritus sit diuisus, & duos propheta sanctus habuerit spiritus; sed quod populo Christiano, cuius typum Helisæus gerebat, accepto Spiritu sancto data sit potestas in opere & sermone; & ascendentem Heliam, id est Christum, pio desiderio prosecutus, fide claruerit & intellectu, & vita & signis & miraculis fulserit & exemplis. Hic factorum ordinum distributor, reges creat & principes, sacrat pontifices, eligit sacerdotes. Hic sapientia Salomonem, intellectu Danielem, Ioseph consilio, Samsonem fortitudine, Moysen scientia, David pietate, Iob timore prosequitur: & sanctorum animas omnimodis fecundat virtutibus, in tantum affectus pacificos prouehens, vt iam in cælis nostra sit conuersatio, diffusa in nobis caritate per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hic in pudicis mentibus sibi statuit mansionem. Hic humiles cælibes habet domesticos, abominatur ararios, falsarios detestatur. Hic Giezi mercenarium lepra

Actum. 5.

Numer. 11.

4. Reg. 5.

Regim. 5.



Exod. 31.

post egressum Israel de Ægypto in monte Sina Moyfi est commendata: sed populus nequam & gens duræ cervicis, à quorum animis terror ille recesserat, quem mors ardens & flammea iuga, & clangor buccinæ, & lampades coruscæ, & horrenda tonitrua nuper incusserant, in Apostasiam conuersi, & de Moyfi reditu desperantes, lege diuinitus missa indigni iudicati sunt, quia in oculis eorum Moyfes frangens tabulas, tam verba quàm instrumenta comminuit & deleuit. Quin etiam sceleris ultione patrata, reuersus in montem ad Dominum, quadraginta diebus ieiunans & colloquens, tandem obtinuit, vt ipse alias ex saxo ad instar prior exciderit tabulas, in quibus eandem quæ in primis fuerat, scripturam insculperet & formaret. Factumque est mirabili dispensatione superni iudicij, vt lex quam Sanctus scripserat spiritus, deleteretur: & quam manus humana restituit, in posterum teneretur. Quod ea ratione credi potest sic actum, vt populus prior secundum carnem ambulans & viuens, diuinis colloquiis & spiritalibus mandatis ostenderetur indignus, nec posse mentes perfidas sancta percipere, nec intelligere sacramenta, quæ exemplarium tegmine velabantur. Porro testamenti noui quæ Christo euangelizante patuit veritas verbo Christi prolata, indissolubilis permansit, & solida deinde stabilitatis perpetuæ auctoritate fulcita est, eo quod oblatam gratiam humiles susceperunt, & quod filius inter pauperes spiritu inuenit sibi domum in qua caput reclinaret: & merito reprobatos visibiles tabulæ inuisibilis Dei indicant contemptores, & ampliori dignos honore incarnati verbi credulos auditores, & deuotos veneratores. Lex igitur à paschalis agni immolatione die quinquagesimo datur: & Pentecostes nomen tantæ rei solemnitas ex lege accepit, in ipso dierum numero sacramenti magni complicans rationem. Septenarius quippe numerus septies reuolutus, quinquagesimum efficit, addito monade, qui præsentis sæculi meta, & futuri initium, perpetuitatem sub octauæ nomine continens, sic præsentia terminat, vt nos ad perpetua introducat. Sacratu hic septenarius numerus à conditione mundi auctoritatem obtinuit: quoniam in sex diebus prima Dei opera patrata sunt, & septima consecrata quieti, quasi sancta & sanctificans

Exod. 31.  
32. & 34.

solemnitate vacationis honorata, & spiritui sanctificatori attributa. Vnde & cessanti à feruilibus operibus populo iubetur vt diem sabbati sanctificet, & spiritui rectitudinis, & sanctitudinis, & fortitudinis adscribat, quod directe, quod honeste, quod viriliter incedit: quia totum ex eius constat ducatu quòd deuij diriguntur, quod impij conuertuntur, quod debiles confirmantur. *Psalm. 50.* Spiritus rectus, Spiritus sanctus, spiritus principalis regit, componit, consummat, & perficit: quas inhabitat mentes, & corda quæ possidet: nec errare patitur, nec corrumpi, nec vinci; quos docuerit, quos possederit, quos gladio potentissimæ virtutis accinxerit. Septenarius ille ex quaternario & ternario constans, cum in se propter prædictas causas honorabilis habeatur, habet ex partibus suis excellentiam maximam: quia artificis & materiæ videtur exprimeret & distinguere primarias substantias; vt ternarius creatorem propter trinitatem enunciet, & quaternarius creaturam propter quatuor elementa, quæ rerum omnium causæ sunt & semina, sub huius numeri breuitate concludat. Spiritus sanctus à patre procedens, à patre & filio, quaternario superfertur & conditor benignus opus suum amplectitur, & diligit quod plasmauit, & creaturam suam sanctus ipse sanctificat & conficiat sibi, & caritatis nexu statuit & conquadrat. His aliisque secretioribus rationibus quas illustrium virorum subtiliora ingenia indagauerunt, septenarius numerus in scripturis sanctis sæpe sacramentales causas complectitur; & simplex & multiplicatus, necessarios ad intelligentiam diuinorum operum parturit intellectus. In hebdomadibus apud Hebræos, dies septimus Sabbathum, id est requies appellatur: qui numerus non tam in septimanis, sed etiam obseruatur in annis, & annorum hebdomada consummata, septimus annus requietionis est, & ipsi terræ sabbatum imperatur; nec fas est cuiquam eo anno serere vel metere quippiam, sed quæ spòte siue in terra, siue in vineis, vel in arboribus nascuntur, alimonie pauperum deputantur. Annorum quoque septimanæ apud Hebræos quinquagesimum annum faciunt, quem iubileum appellant; in quo decreto legis (vt supra dictum est) fit terræ remissio, & seruorum libertas, & restitutio possessionum, quas eatinus distractio alienauerat

Leuit. 25.  
& 25.

&amp; ce-

Act. 2.

Ios. 6.

Math. 6.  
& 18.

Leuit. 15.

Exod. 29.

Math. 14.

Psalm. 118.

Luc. 3.

Genes. 14.

Exod. 12.

Leuit. 23.

3. Reg. 6.  
Num. 8.

Act. 2.

& cetera huiusmodi gratis ad hereditatis ordinem reuertuntur. De numero septenario cum multa dicta sint, plura supersunt quæ in lege & euangelio præcipue commendantur. Quinquagesimus itaque annus perficit iubileum; quinquagesimus dies à pascha pentecosten, facit in quo vere Spiritu sancto infuso Apostolis, ad hereditatem cælestem à quo venundati sub peccato exulabant, quos diabolo domino mendicitas & egestas subiecerat, reuertuntur. Septem sacerdotibus clangentibus tubis, Hiericho corruit: septem petitionibus orandum patrem filius docuit. Remissio peccatorum duplicato septies septenario, Petro mandatur. Leprosus septimi diei inspectione à sacerdote iudicatur; summi sacerdotis in septem diebus consecratio consummatur. Dominus Iesus Christus de septem panibus quinque milia hominum refecit: & iustus quisque Deo laudes per diem septies dicit. Ipse dominus Iesus ab Adam secundum generationes, quas Lucas commemorat, septuagesimus septimus inuenitur; vt ultionem in Lamech septuagesies septies promulgatam veniens terminaret. Septem diebus in pascha editur azyma; septem diebus in pascha tabernaculorum solemnitas celebratur. In septem annis templum à Salomone constituitur; septem brachiis & totidem luminibus candelabrum adornatur. Celebramus tam nos quàm Iudæi quinquagesimum diem, sed illi in typo; nos autem in veritate, non tam significamus quàm agimus. Pentecosten igitur celebrantes, commemoramus quæ olim sub Moyse in veteri testamento sunt acta, & quæ sub Christo facta sunt. Post cuius ascensionem in cælos Spiritus sanctus visibiliter super Apostolos in linguis igneis apparuit, & ad instar prioris seculi vniuersitatem fidelium vnus labij esse voluit: vt quorum erat cor vnum & anima vna, vna esset & lingua, nec posset impedire intellectum credentium aliqua diuersitas verborum; sed euangelica doctrina propria lingua prolata ad omnium auditum eandem efficientiam obtineret, vt Græcis & Barbaris omnibusque gentibus verbum euangelij sic esset intelligibile, ac si in eorum auribus linguæ in qua nati erant idiomata resonarent. Aderant Medi, & Elamitæ, Mesopotameni, & Arabes. Hi omnes, dum Hebræa lingua Apostoli prædicarent, locutio

iudaica enunciationis suæ articulos cursu consueto euoluens, nullo exponebatur interprete, sed verbo eorum per Spiritum sanctum inerat virtus & gratia: vt habitantes Pontum & Asiam, suam esse dicerent linguam, quam audiebant; quasi primitiuæ linguæ libertas ad antiquitatis reuersa originem confusionis contumeliam euasisset. Nec tantum Apostolis collata est hæc gratia, sed multitudini credentium idem spiritus superfusus est, intus ardentibus; extra loquentibus; & complectebantur se dilectio & verbum, & de calore spiritus sermo feruebat ignitus. *Actum. 5.* Iam omni timore excluso obedire, se Deo magis quàm hominibus, publice profitebantur & videbatur eis gloria, si pro Christo iniuriam parerentur. *Num. 11.* Ad hunc modum olim Moyfi iustum est, vt in viros septuaginta quos ipse presbyteros iudicaret, de spiritu suo partiretur, vt in negotiis partem gererent sollicitudinis: quibus cum imposuisset Moyfes manus, requieuit in eis Spiritus sanctus; qui non Moyfi ablatu est, quasi ipse sine spiritu remaneret, vel idem spiritus secaretur in partes; sed secundum mensuram donationis diuinæ quæ erat in Moyse gratia singularis facta est multiplex & communis, & data est multis in eo potestas, quod prius solius Moyfi disponebat auctoritas. Sic Helisæ spiritum duplicem recepit *4. Reg. 1.* Helisæ: non quod in duas substantias idem spiritus sit diuisus, & duos propheta sanctus habuerit spiritus; sed quod populo Christiano, cuius typum Helisæus gerebat, accepto Spiritu sancto data sit potestas in opere & sermone; & ascendentem Heliam, id est Christum, pio desiderio prosecutus, fide claruerit & intellectu, & vita & signis & miraculis fulserit & exemplis. Hic factorum ordinum distributor, reges creat & principes, sacrat pontifices, eligit sacerdotes. Hic sapientia Salomonem, intellectu Danielem, Ioseph consilio, Samsonem fortitudine, Moysen scientia, David pietate, Iob timore prosequitur: & sanctorum animas omnimodis fecundat virtutibus, intantum affectus pacificos prouehens, vt iam in cælis nostra sit conuersatio, diffusa in nobis caritate per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hic in pudicis mentibus sibi statuit mansionem. Hic humiles cælibes habet domesticos, abominatur ararios, falsarios detestatur. Hic Giezi mercenarium lepra



4. Reg. 5.  
3. Reg. 13.  
2. Ro. 8.

lepra condemnat, & Ieroboam vendentem sacerdotia cum apostatis locat. Hic Simonem gratiæ Dei nundinatorem à sanctorum consortio exhereditat, cuius detestabiles ausus vltima ruina confundit & quassat. Hic Balaam ad maledicendum conducto silentium imponit; & per asinam redargutum, colliso ad parietem pede, vacuum pecunia, contumelia oneratum, claudicantem ad propria remisit confusum. Hic omnibus Ecclesiæ sacramentis interest, quæ ipse efficit & consummat. Hic peccata diluit, hic iustificat impios, & ad vitam reuocat mortuos. Hic discordes pacificat, & vinculo dilectionis adstringit & ligat. Hic nos cælo inuehit, & à mundi huius vanitatibus auulso superni regni constituit heredes, cuius summa est felicitas, quod corpus istud spiritali effectu cum angelis conuertabitur, nec vltra erit carnis & sanguinis aliquis appetitus, sed erit omnium plena sufficientia, cognoscibilis Deus, & inhabitator Spiritus sanctus.

## ADNOTATIONES.

1. Sed & Spiritum sanctum] *Voculum: & casu omissam apud Manuum denuo adiecit.*
2. sed in se singulariter manens] *Reposuit: sed, cum Cauchio, pro, &.*
3. cui sexta præcedens feria] *Obscurum quomodo sextâ feriam Octauæ comparat; quum de ratione Circumcisionis, recte asserat, post septimanam octauam subsequi.*
4. & antiquis philologis] *Adiecit: & , ut sensus constet.*
5. Septenarius quippe numerus &c. quinquagesimum indicat] *Sic recte Erasmus, pro eo quod deprimante erat apud Remboldum quinquagenium. Vide autem plura de septenario numero lib. ad Fortunatum cap. 11. pulchre autem explicat quadruplicem septimanam; hebdomadam nempe, dierum mensum, & annorum.*
6. Spiritus sanctus à patre procedens, à patre & filio] *Primo illud, à patre, censet superfluum.*
7. Sabbatum, id est, requies] *Prorsus sic lego, pro: idem.*
8. Pentecosten igitur celebrantes, commemoramus] *Eloc quoque pro: commemorauimus.*
9. Hi omnes, dum Hebræa, &c.] *Aut solacisimus est, aut aliquid desideratur.*

## DE ALEATORIBVS.

## ARGVMENTVM.

**A**lex ludum multis argumentis pulchre impugnat, & Christiano homine minime dignum ex eo probat, quod diaboli cum idololatria institutum sit: multo magis in Presbyteris vituperandum

quod absurdum sit, ut manus ad sacrificium dominicum admittat, quæ ad laudem domini in oraculo exurgit, quæ signum crucis per quod tuemur frontibus imprimit, quæ diuina sacramenta consummat, iterum laqueis diaboli implicetur. Porro edidit primus hunc librum Morelius & habet etiã Ms. cod. Anglicus. Cypriano vero iam olim illum adscripserunt, Landolphus à columna Camorensis in Breuiar. Hist. Antoninus Summa Hist. Philippus Bergomus in supplemento Chronic. & Tritheimius. Neque etiam magnopere repugnat Stylus, & pleraque scripturas, sicut Cyprianus alibi, citat.

**M**agna nobis ab vniuersa fraternitate cura, fidelis maxime: & rea perditorum omnium audacia, id est, aleatorum animi, ad nequitiam se in lacum mortis mergunt. Et quoniam nobis diuina & paterna pietas Apostolat<sup>o</sup> duceat contulit, & vicariam domini sedem cælesti dignatione ornauit, & originem authenticæ Apostolat<sup>o</sup>, super quem Christus fundauit Ecclesiam in superiore vestro portamus, accepta simul potestate soluendi: salutaris doctrina admonemur, ne cum delinquentibus assidue ignoscimus, ipsi cum eis pariter torqueamur. Ideo sal terræ dicimur, vt ex nobis omnis fraternitas cælesti sapientia saluatur. Nam cum dicat: Sal autem si fuerit, nihil valebit, nisi vt proiciatur foras & conculcetur ab hominibus; hoc veremur & timemus, ne in ecclesia securi, quod nobis sacerdotalis dignitas tradita est negligentes, iuxta quosdam fratres inertes reperiamur: aut dum falsam communicationem damus, id quod cum honore de dei dignatione percipimus, indignante domino & exprobrante amittamus, dicit enim scriptura diuina. Væ erit Pastoribus. Quod si ipsi pastores negligentes reperti fuerint, quid respondebunt domino pro pecoribus? Quid dicent? à pecoribus se esse vexatos: non creditur illis: incredibilis res est, pastores pati posse aliquid à pecore; magis punientur propter mendacium suum. Et alia scriptura dicit: Rectorem te petierunt, noli extolli. Esto in illis quasi vnus ex ipsis: curam illorum habe & considera. Et iterum: Existimate sacerdotem esse cultorem, & omnes esse apud eum delicias, granaria plena, & de quocunque considerauerint pabulo oues, eas saturare. Nam vt constaret nos, id est, Episcopos, pastores esse ouium spiri-

spiritualium, hoc est, hominum fidelium qui sub cura nostra constituti, ne vllum in eis scabiei vitium reperitur; quo magis à nobis quotidie perferentur, vt medicamine cælesti adhibito, vellera eis florida crescant, quæ ad naturam vestis salutaris proficiant. In Euangelio dominus ad Petrum dixit: Pisce oues meas. Et quoniam Episcopium, id est, Spiritum sanctum per impositionem manus, cordis excepimus hospitio; cohabitatori nostro ne vllam molestiam proponamus, Apostolus monet & dicit: Nolite contristare spiritum sanctum qui in vobis est; & nolite extinguere lumen, quod effulsit in vobis. Quanta autem Episcopum bene agentem & salubriter admonentem, sine tribulatione corporis, condigna maneant Martyria: quanta & in Episcopum negligentem nulla de scripturis sanctis documenta promentem, cumulentur tormenta; Apostolus nos excitat Paulus, & condigno statu Episcopos & procuratores Euangelicæ doctrinæ ponit, & dicit: Quamdiu erit infans, procuratores & actores habet; at cum creuerit, hæreditatem suam expetit. Nos etiam dispensatores & procuratores Euangelij sumus; hoc quoque inter dispensatores & procuratores quaritur, vt quis fidelis & iustus inueniatur; si ergo apud dispensatores quæritur, vt quis fidelis & iustus inueniatur; quid si oues delinquant, & delinquentibus dispensatores ignoscant? Non ipsi delinquentium se pondere onerant? Apostolus Paulus commemorat, quando ad Timotheum docendum & corroborandum in fidei firmitate, ne quid Deum fallat, & ne malignum orationibus iustorum intercedat, prouidus & sollicitus dicit: O Timothee fili commendarum serua: noli spernere donum quod in te est per impositionem manuum seniorum: accingere fortiter, & viriliter age ministerium tuum, & cum integritate supple: esto cæteris bonum exemplum; nemo tibi contradicat, nemo iuuentutem tuam contemnat: peccantem coram multis castiga, vt & cæteri metum habeant, & ne communicaueris peccatis alienis. Et iterum: Si quis frater fornicarius, aut idolorum cultor, aut avarus, aut raptor siue iniustus nominatus fuerit; cum eiusmodi quidem nec cibum capere. Et alio loco: Quicumque frater amore alienigenarum viuit, & admittit res

similes factis eorum, desine in conuictu eius esse; quod nisi tu feceris, & tu particeps eris eius. Et in doctrinis Apostolorum: Si quis frater delinquit in Ecclesia, & non paret legi; hic nec colligatur, donec penitentiam agat, & non recipiatur, ne iniquetur, & impediatur oratio vestra. Et Apostolus etiam iterum dicit: Eximite malos è medio vestri. Quod si multorum testium varia & consonanti monitione docemur, cum delinquentibus fratribus cibo ne quidem vesci, quanto magis debeat & ab sacrificio Christi arceri? Quam magna & larga pietas Dei filij, quod in futurum præsciis nobis consulat: ne quis frater incautus denuo laqueis diaboli capiatur, sollicitos esse iussit & prouidos atq; eruditos; quoniam hostis ille antiquus circuit, pulsans Dei seruos, non vno genere tentans. Multæ enim sunt tentationes eius quorum primordia sunt: idololatria, Mæchicæ, furta, rapinæ, avaritia, fraus, ebrietas impatientia, adulterium, homicidium, zelus, perfidia, falsa testimonia, eloquium falsum, inuidia, extollentia, maledictum, error, & si qua sunt similia quæ his congruunt; ex quibus est alex tabula. Præsto est diaboli laqueus manifestus, vener. un portans letale serpentis, & inductio corrumpens; quæ cum videtur nihil esse, magna amplexi operitur delectio. Quid illud est quæso fideles, vt manus quæ iam ab iniuriis humanis expiata est, & ad sacrificium dominicum admittat, & quod ad salutem totius hominis pertinet, dignatione suscipit; quæ ad laudem domini in oraculo exurgit; quæ signum crucis, per quod tuemur frontibus imprimit; ipsa quæ diuina sacramenta consummat: quid est, inquam, vt iterum laqueis diaboli, vnda exuta est, implicetur? & per ipsa damnetur? alextrices manus, libidinoso studio confueverunt, id est, alex tabulæ; quod est diaboli venabulum, & delicti vulnus insanabile. Alex tabulam dico, vbi diabolus præsto est, ad capiendum summisus, & cum ceperit de captiuo triumphum, perfidia, falsa testimonia. Tabulá alex dico, vbi demetia, & furia, & venale periurium, imperium & colloquium serpentinum. Illic rabiosa amicitia, illic atrocissimi sceleris fraternitas discordans, illic conuicia & audacia sæua, & mens insana & fera impatientia. Alex tabulam dico; vbi possessionum amissio, & pecu-



pecuniarum ingentium perditio, monstrum, & demonstrans litigiosum, furax dementia. O aleatorum noxia, sedentaria, & pigra nequitia. O manus crudeles, & ad periculum sui armatae, quae bona paterna & opes auorum sudore quaesitas ignominioso studio dilapidant: manus trux, noxia & infomnis, nocte dieque continuis instrumentorum suorum armigera: quae peccando seipsam damnauit, & post peccata non desinit ire. O nequam manus, in perniciem domini sui armata, quae sordidissimi aëris totam substantiam perdit; & cum tot essent augendae rei familiaris & multarum abundantiae opum, modo inops & pauper est. Alea est, quam lex odit: alea est, quam sequitur crimen ignobile, ubi manifesta tentatio, & poena occulta. Alea est alueus mali, & supplantatio amici, quae nec lucrum confert, sed totum consumit. Hinc deinde pauperes fiunt, hinc opes suas perdunt, hinc iam consumptis omnibus rebus suis, mutuis pecuniis se obruunt: hinc patrimonium sine vlla fori calumnia amittunt. Qualis est lis, ut quos nemo persequitur, seipsum per inuidiam persequantur? ut paternas suas hereditates sub hostium suorum multiforimi numero dispergant? Est & quando ipsi aleatores cum prostitutis mulieribus penes auctorem suum nocturnas vigilias clausis foribus celebrant: armantur aduersus se miseri, spiritu diaboli repleti; & illic duplex aut geminum crimen admittunt. Hic concrepat alea sonus, illic silentio operatur incestus: hic sine vlllo dignitatis suae respectu, sine vlla excusatione, pestifero studio cedere bonis suis cogitur; illic secreto mortale venenum bibitur. Vnde haec sacrilega meditatio, vnde hoc crimen, auctorum testimonio comprobamus: Cum enim quidam studio litterarum bene eruditus, multum meditatio hoc malum & tam perniciosum studium adiuuenit, instinctu solius Zabuli, qui eum artibus suis repleuerat, hanc ergo artem ostendit, quam & colendam sculpsit cum sua imagine fabricauit. Statuit itaque imaginem suam cum nominis sui subscriptione, suggerente sibi amico, qui ut hanc artem excogitaret in peccatore subuenit. Sic ergo se in imagine speciosa demonstrans, alto quodam loco condidit; & in sinus suos hanc aleae tabulam gestans, ut quasi ipse lusor & adiuuor huius mali-

tiae appareret, cuius nomen à Dei seruis nominari non deberet (sic enim in nomine turpis est, quomodo in factis iniquus) & quisque Dei seruus aleae tabulam amplectitur, auctoris nomine vocaretur. Ille enim cum se in statunculis, & simulacris formaret; aliud crimen adiuuenit, quo se ab imitatoribus suis colendum, & sibi sacrificandum instituit; ita ut qui vellet studio eius adherere, non ante manum in tabulam porrigeret, nisi auctori huius prius sacrificasset. Inde factum est, ut olim qui homo fuerat, & facinoris admissionis adulter, post mortem, à pronis & errantibus sub fictio nomine Dei talis coli muerit. Aleae tabula qui ludit, & maleficia nosse debet, quod à Dei seruis longe sit, sciens quoniam foris maleficus & venariarius, & iterum in iudicij diem in igne rotante torquebitur. Aleae tabula qui ludit, prius auctori eius sacrificare debet; quod Christianis non licet dicente domino: sacrificans diis, eradicabitur, nisi Deo soli, & iterum: Nolite sacrificare diis alienis ne incitetis me in operibus manuum vestrarum ad disperdendum vos. Christianus qui es, & Aleae tabula ludis; licet non sacrifices, lege huius facinoris particeps es. Et vti que dominus occurrit & dicit. Exi de ea populus meus, ne sis particeps delictorum eius. Et iterum: discedite, discedite inde, exite de medio eius qui portatis vasa domini, & immundum ne tetigeritis. Christianus quicumque es, & Alea ludis, hoc primum in loco credere debes, quia non Christianum, sed Ethnicum tibi nomen est; & illud quod ad sacrificium dominicum pertinet, in vacuum sumus, sic enim dicit: Omnis immundus non tanget sacrificium sancti. Dicit enim scriptura: Omnis vir manducans carnem sacrificij, & immunditia eius super ipsum, percat anima illa de populo meo. Aleator quicumque es, Christianum te dicis; quod non es, eo quod saeculo particeps es: nec amicus Christi potes esse, qui cum inimico Christi tenes amicitiam. Certe qualis dementia aleatorum fidelum, ubi insaniunt, & furacissimis vocibus peierant, & deorbati Zabuli caligine, inuicem sibi manus inferunt, maledicunt, se deuouent, parentum originem turbis presentibus dehonoraunt. Sonat publice aleae strepitus, festinant ad necem hereditatis suae manas: nec intelligit miser, quid sibi noceat, quando se aleae auctorat.

storat. Et qui iam saepius vincitur, rursus ad nocentius studium, Zabulo suadente animatur. O ars infesta studentibus, & studium libidinosum; quod non diuitias, sed nuditatem & inopiam praestat: manus carnis flex, manus noxia, quae nec post lucra desinit, sed adhuc post dana ludit. Christianus qui alea ludit, ad sacrificium Zabuli, immolantibus poenis auctoris, manus polluit. Et idcirco dominus ad hoc indignari dicit: Nolite, inquit, extendere manus vestras iniuste, ne exacerbetis me, & non desinat vos diu permanere super terram & iterum: Abstinet manus vestras ab iniusto, & ne feceritis quicquam mali. Et Apostolus beatissimus Paulus similiter dicit: Videte fratres, ne obfiguremini huic saeculo, & popis, deliciis & voluptatibus eius, sed continete vos ab omni iniustitia. Nam qui delinquit in deum, nulla sit excusatio, nec indulgentia vlla, & nemini venia datur. In euangelio dominus dicit: Si quis, inquit, dixerit blasphemias in filium hominis, dimittetur illi: at is qui peccauerit in spiritum sanctum, non dimittetur illi, nec hic, nec in futuro saeculo: & iterum propheta dicit: Si delinquendo peccet vir, aduersus virum, orabitur pro eo ad dominum: Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Et beatus Apostolus Palus procurator vicarius Christi, ecclesiasticam curam agens, ponit & dicit: Vos estis templum dei, & in vobis Christus habitat; si quis templum Dei violauerit, perdet illum Deus. Iterum Dominus in euangelio suo negat peccatores, & exprobrat, dicens: Recedite à me omnes qui operamini iniustitiam; nunquam vos cognitos habui. Et Ioannes Apostolus dicit: Omnis qui peccat, non est de Deo, sed de diabolo est; & scitis quoniam, ideo venturus est filius Dei, ut perdat filios diaboli. Si quis aleator Christianus es, tuus & hereditatis tuae inimicus es: quicumque es, desine ab illa dementia miser, quid te in laqueum mortis cum diabolo ultra praecipitas? quid opes & diuitias tuas sordidissimas aëris admittis? quid te laqueis saecularibus inuoluis, ut de saeculo iudicaris? quid inimicum tuum fauoribus laudando, delinquis; cum quo necesse est puniaris? Esto potius, non aleator, sed Christianus: pecuniam tuam adfidentem Christo, spectantibus angelis, & martyribus praesentibus, super mensam dominicam sparge: patrimonium tuum, quod

forfitan sauo studio perditurus eras; pauperibus diuide: diuitias tuas Christo vincenti committe: seruus cum domino tuo vocare, studio desifico obsequere, artem domini imitare, quae non perdit sed potius acquirit. Desine ab illis tuis furacissimis moribus, cohibe praecipitem nequitiam tuam; sit tibi cum pauperibus quotidianus lusus, sit tibi cum viduis frequens operatio; censum & adparatus tuos omnes ad studium Ecclesiae distrahe: aurum tuum, & argentum, & pecunias tuas in thesauris caelestibus repone; fundos & villas tuas, iusta operatione ad paradisum remoue: ut peccata donentur tibi, cleemosynis & orationibus continuis incumbere. Alea ne luseris; ubi lusus nocuus est, & crimen mortale; ubi dementia sine consideratione; ubi nulla veritas, sed mendaciorum mandra. Abscide inde manum tuam, & auerte inde cor tuum: extrahe caliginem inimici ab oculis tuis, & purifica manum tuam à sacrificiis Zabuli: abige abs te furaces mores, esto patiens & Christianus, esto tibi & vitae tuae in operationibus iustus & prouidus. Fuge diabolum persequentem, & fuge aleam inimicam rerum tuarum: studium sit tibi sapientiae, euangelij monitis erudire, puras manus ad Christum extende; ut promereri dominum possis, Aleam noli respicere, Amen.

## ADNOTATIONES.

1. Magna nobis ab vniuersa fraternitate cura] Fortè legendum: vniuersae fraternitatis cura, Est tamen adhuc planè mutilum huius libri frontispicium.
2. Et quoniam nobis] Praetermissi voculam: in, superfluam.
3. ne in ecclesia securi] Etiam hic interposita erat particula: cum, superflua.
4. indignante domino exprobrantes amittamus] Censet legendum: & exprobrante.
5. Rectorem te petierunt] Etiam hic malim: posuerunt.
6. Existimate sacerdotem] Nescio ad quam scripturam alludat.
7. ne vllum in eis scabiei vitium reperiatur] Ita lego pro eo quod erat: scabie, est tamen adhuc locus obscurus & mutilus.
8. cohabitatori nostro] Superflua: & particula, locum reddebat obscurum.
9. sine tribulatione corporis] Hic velim adiectum: etiam.
10. & cum digno statu] Proflus lego: condigno.



11. quid si oues delinquant] Ita ex Antonino, pro: omnes.
12. prouidus & sollicitus dicit] *Omnino* *Cristud* *lego*, pro: dicens.
13. & in doctrinis Apostolorum] *Pnde* *hac* *citet* *nescio*, *neque* *enim* *reperuntur* *aut* *in* *canonibus* *aut* *in* *constitutionibus* *apostolicis*.
14. cum delinquentibus] *Rursus* *omissimus*: *ne*, *particulam* *superfluum*.
15. quam magna & larga pictas domini filij] *Legō* *Dei*.
16. non vno genere tentans] *Censet* *legendum*: *tentationis*.
17. mœchia] *Prorsus* *aut* *hoc* *legendum*, *aut*: *mœchia*, *pro* *eo* *quod* *erat*: *mœchia*.
18. magna amplexi operibus deletio] *Locus* *mutuus* *&* *corruptus*.
19. manus quæ iam] *Omnino* *lego* *hoc*, *pro*: *tam*, *adiuicio* *verò*: *est*, *ex* *Antonino*.
20. ad sacrificium dominicum admissa] *Aut* *alludit* *ad* *vetere* *consuetudinem* *de* *qua* *libro* *de* *lapsis*, *aut* *(quod* *magis* *apparet* *ex* *sequentibus)* *de* *Presbyteris* *loquitur*.
21. quæ ad laudem Domini] *Sic* *rectè* *Anton.* *&* *Morelij* *quidam* *codex*, *pro*: *ipla*.
22. quæ signum crucis per quod tuemur fratribus imprimit] *Hoc* *iterum* *ex* *Antonino* *pro* *eo* *quod* *erat*: *ipla* *per* *quam* *tuemur* *signum* *crucis* *in* *frontibus* *notatum*.
23. ipsa quæ diuina sacramenta consummat] *Iuxta* *precedentem* *Antonini* *lectionem*, *non* *sum* *veritas* *interferere*: *qua*.
24. quid est, inquam] *Particulam*: *inquam*, *ex* *eodem* *Antonino* *adieci*; *quippe* *apud* *quem* *haud* *dubie* *sic* *legendum*, *pro* *eo* *quod* *habet*: *inquam*.
25. diaboli venabulum & delicti vulnus] *Hæc* *lectio* *quoque* *eius* *placet*, *præ* *vulgata*: *Zabuli* *malum* *&* *diaboli* *vulnus*. *Iuxta* *quem* *iterum* *paulopost*: *&*. *prætermisimus*.
26. vbi dementia & furia] *Antonin.* *vbi* *mentis* *furia*.
27. illic rabiosa amicitia] *Sic* *etiam* *ille*, *&* *alius* *quidam* *Morel.* *cod.* *pro*: *rabidosa*.
28. sceleris fraternitas] *Ita* *alius* *Morelij* *codex* *pro*: *immanitas*.
29. opes anorum sudore quæritas] *Alius* *Morel.* *cod.* *sudoribus*, *sic* *&* *Anton.*
30. & cū tot essent augendæ rei familiaris] *Aliquid* *desideratur*, *nempe*: *occasiones*, *aut* *simile* *quid*.
31. Alea est alucus mali & supplantatio amici, quæ] *Hoc* *rursus* *ex* *Anton.* *pro*: *laqueus* *est* *ille* *mali*, *&* *supplantatio* *inimici*, *qui*.
32. sine vlla fori calūnia] *Ex* *eodē*: *fori*, *pro*: *forti*. *Sed* *vicissim* *apud* *illū* *reponēdū*: *calūnia*, *pro*: *pecunia*.
33. in finctu folius Zabuli] *Hoc* *quoque* *ex* *eodem* *pro* *in* *stigmatu*, *qui* *etiam* *legit*: *adimpleuit*, *pro*: *repleuerat*, *sed* *hoc* *malo*.
34. in peccatorem subuenit] *Phrasis* *obscura*.
35. in sinu suos] *Fortè*: *in* *sinu* *suo*, *est* *tamen* *ad* *huc* *locus* *obscurus* *&* *mutuus*.
36. in statunculis & simulachris] *Adieci* *mus*: *&*, *antea* *desideratum*.

37. quo se ab imitatoribus colendum, & sibi sacrificandum instituit] Ita rursus ex illo, pro eo quod erat: colendum diceret, sacrificandi sibi legem terminauit.
38. sub fictio nominis Dei] *Prorsus* *sic* *lego*, *pro*: *finctioso*.
39. maleficus & venararius] *Nona* *vox*, *quantum* *apparet* *à* *venerandis* *idolis* *deriuata*.
40. Omnis vir manducans carnem sacrificij] *Prorsus* *sic* *restitui* *hūc* *locum*, *ex* *libro* *de* *Lapsis*, *vbi* *sic* *citur* *hæc* *scriptura*, *pro* *eo* *quod* *erat*: *mendicans*. *Legō* *ex* *eodem*: *immunditia*, *pro*: *immunditia*.
41. certè qualis dementia] *Anton.* *O* *qualis*, *qui* *etiam*: *perierant*, *legit*, *pro*: *perierant*.
42. & deorbati Zabuli caligin] *Anton.* *diaboli*. *Nona* *autem* *est* *vox*: *deorbati*.
43. turbis præsentibus] *Hæc* *ex* *eodem* *repositi*, *pro* *eo* *quod* *erat*: *turpibus*, *præsimè*.
44. immolantibus pœnis Auctoris] *Rursus* *obscurus* *locus*.
45. & ne feceritis quicquam mali] *Omnino* *sic* *lego*, *quia* *præcedit*: *abstinetè*.
46. Videte fratres, ne obfiguremini] *Vbi* *que* *libi* *Cyprian.* *configuremini*.
47. & nemini venia datur] *Etiam* *hoc* *lego*, *pro*: *veniam*. *Videtur* *autem* *hoc* *pertinere* *ad* *errorem* *Novatianorum*.
48. Si delinquendo peccet vii] *Istud* *quoque* *ex* *Cypriani* *aliis* *locis*, *pro*: *peccatur*.
49. quid opes & diuitias tuas] *Locus* *iterū* *obscurus*.
50. ad paradysum remoue] *Fortè*: *remitte*.
51. & crimen mortale] *Prorsus* *sic* *lego* *cum* *altero* *Morel.* *cod.* *pro*: *immortale*.
52. mendaciorum mandra] *Alius*: *mendacij* *malitia*.

## DE MONTIBVS SINA & Sion aduersus Iudæos.

### ARGVMENTVM.

**N**ihil habet hic liber peculiare, præter interpretationem mysticam montium Sina & Sion. Porro neque de hoc certi quid pronuntiare licet. Vna enim ex parte stilus & argumentum refragantur, ne Cypriani credatur, quippe qui ex Hebræo interpretationes sequi nō soleat. Ex aduersa parte, Cypriano illum ascribunt Ms. cod. Cambron. Anglicus Affligin. Dumen. & Blandin. cum veteri exc. & iam olim Trithemius, Antoninus, ac Vincentius. Cuiuscunque autem sit, ex scripturarum citatione iuxta 70. immo plerumque iuxta quod Cyprianus citat, prorsus mihi persuadeo, eadem ætate conscriptū, & ab Africano homine. Confirmatur hæc mea censura D. August. auctoritate, qui, vbi tract. 9. & 10. in Ioannem similem interpretationem nominis Adæ iuxta quatuor mundi cardines & numeros Græcis literis designatos (quæ tumis cū videat Erasmus) recensuit. Hæc (inquit) etiam

etiam ab anterioribus maioribus nostris dicta sunt. Item, quod filium Dei Spiritum sanctum nuncupet: quem errorem veteribus ascribit Diuus Hieronymus in Epistolam ad Galathas.

**R**OBATIO Capitulum quæ in scripturis deificis continentur, quæ in veteri testamento figuratim scripta sunt, per nouum testamentum spiritualiter intelligenda sunt, quæ per Christum in veritate adimpleta sunt. nobis enim per Iesum Christum spiritalis intellectus datus est, ipso Iesu dicente: Vobis quidem datum est intelligere sacramenta Dei, aliis autem in similitudinibus. Inuenimus in euangelio <sup>1</sup> *et* Ioannem scriptū: Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Quæ lex Moysi in monte Sina data est. Verum iterum inuenimus scriptum: <sup>2</sup> *De* Sion enim exiet lex, & verbum domini ab Hierusalem. <sup>3</sup> Quatenus hoc intelligere debemus: vtrum Sina mons, vbi à Deo Moysi lex data est, & Sion mons vnde lex exiuit, vnum sint; an vero alter sit Sina mons, & alter sit Sion mons. Inuenimus enim hæc nomina duorum montium esse hebraica: <sup>4</sup> verum latina interpretatio nominum differentium ab inuicem, ostendit aliud esse Sina montem, & aliud montem Sion: Hæc est interpretatio de hebraica lingua in latinam. Sina mons interpretatur tentatio æterna & odium: æque & Sion interpretatur tētatio exacerbationis & speculatio. Vides ergo in hebraica interpretatione non sibi simile, sed neque esse vnum montem, sed potius duos inuicem à se differētes gratia & honore. Præterea cū dicat Dauid propheta <sup>7</sup> in psalm. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, annuncians imperium eius: ecce quatenus montem Sion sanctum designat. Vnde manifestum est montem Sion cœlestem esse & spiritalem, <sup>8</sup> & montem Sina esse terrenum. Nihil enim potest, quod in terra est, esse sanctum, cum totus mundus mala facta habeat, & à diabolo sit maculatus, dicente Iesu: Odit me sæculum, <sup>9</sup> & ego odi illud: quia mala facta sunt illius. Ex qua re quidquid est in hoc sæculo terreno, sanctum esse non potest. Sion autem non tam ex prophético dicto constat esse sanctum & spiritalem; in quo monte <sup>10</sup> Spiritus sanctus filius Dei

rex constitutus est, annuncians voluntatem & imperium Dei, & patris sui: & Sina montem terrenum esse in arida terra constitutum, qui est in Syria Palæstina, vbi est terra Iudæa, vbi est ciuitas illa interfectrix prophetarum: ante cuius portam Christus à Iudæis crucifixus est in horto: quæ ciuitas dicitur Hierusalem per Esaiam prophetam, spiritualiter verò execrata & derelicta. <sup>11</sup> Nec immerito. Quia & Deus ex eodem monte Sina terreno, per Moysen adhuc in carne terrena primi hominis positum populo Iudæorum terreno & carnali legem à Deo accepit illis tradendam, digitis sacris, scriptam in duabus tabulis lapideis, <sup>12</sup> licet digitis sacris, tamen digitis in figura carnis) quæsi populo carnali & durissimo: sicut fuerunt tabulæ lapideæ durissimæ, in quibus tabulis legem acceperunt. <sup>13</sup> Ideo in duabus, quia significaret vnitatem populi diuidi in duas partes, partem quæ saluatur, & partem incredulam quæ perit; dicente angelo ad Rebeccam vxorem Isaac: Duæ gētes <sup>14</sup> in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. <sup>15</sup> Rebecca verò figuram portabat Ecclesiæ, sicut Isaac vir eius typum in se portabat Christi. Ergo cū dicit, duæ gentes in vtero tuo sunt: quia & de gentibus duas partes futuras designabat, <sup>16</sup> partē idololatram perditā, & partē credulā viuētem per fidem; hanc vnam partem gentium designat in vtero Ecclesiæ permanere, <sup>17</sup> in generationem æternam in figura Rebeccæ; & partem populi infidelium Iudæorum à ventre tunc Rebeccæ diuidi, & separari à natiuitate Ecclesiæ. hæc fuit præfiguratio in Genesi per angelum spiritaliter annunciata. <sup>18</sup> Hæc vero nomina montium talem habent interpretationem in lingua latina, vt demonstrat veritatem; qui sint hi duo montes Sina, vel Sion: quod quidem post paululum dicturi sumus. Ita enim hanc veritatis interpretationem <sup>19</sup> probauimus; de principio generis humani venientem. <sup>20</sup> Ita ab initio mundi & deinceps omnes homines nascentes, de tempore & facto nomina à parentibus suis accipiebant (non quidem ex se, sed à Deo mente impellebantur; qui antequam fiant præsciis est futurorum) vt quales post crementum ætatis suæ futuri essent, posteriori tempore verbis & nominibus Hebraicis designarentur; & quid singulis futurum esset, interpre-



ratio nominum designaret veritatem; sicuti tunc temporis in Patriarchis completum est, secundum primi hominis carnem <sup>20</sup> de terræ limo esse. Ex ipso protoplasto probabamus veritatem. <sup>21</sup> Nomen accepit à deo Adam. Hebraicum Adam in Latino interpretatur terra caro facta, eo quod ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit, sicut scriptum est: Palmo mensuratum cœlum, & pugno comprehendit terram, & finxit hominem ex omni limo terræ: Ad imaginem Dei feci illum. Oportuit illum ex his quatuor cardinibus orbis terræ nomen in se portare Adam. Inuenimus in scripturis, per singulos cardines orbis terræ esse à conditore mundi quatuor stellas constitutas in singulis cardinibus. <sup>22</sup> Prima stella orientalis dicitur *αὐτοπλῆ*, secunda occidentalis *δύσις*, tertia stella aquilonis *ἀριτος*, quarta stella meridiana dicitur *μεσημέλια*. Ex nominibus stellarum numero quatuor, de singulis stellarum nominibus tolle singulas litteras principales, de stella Anatole, a, de stella Dyfis, d, de stella Arctos, a, de stella Mesembria, m; in his quatuor litteris cardinalibus habes nomen Adam. Nam & in numero certo per quatuor litteras Græcas nomen designatur *ἀδμ*, ita *αμια*, <sup>23</sup> id est vnum, *δτεσσαρα*, id est quatuor. *αμια*, id est vnum, *μτεσσαρακοις*, id est quadragesima. <sup>24</sup> Fac & inuenies numerum quadragesimum senarium. Hic numerus xli vi. passionem carnis Adæ designat, <sup>25</sup> quæ carnem in se figuralem Christus portauit, & eam in ligno suspendit. <sup>26</sup> Quæ caro à Deo patre Iesu vocitata est Spiritus sanctus, qui de cœlo descendit; Christus, id est vnctus Dei viui à Deo vocatus est; spiritus carni mixtus, Iesus Christus. Hic ergo numerus 46. passionem declarat, eo quod sexto millesimo anno hora sexta passus, à mortuis resurgens quadragesimo die in cœlos ascendit: vel quia Salomon quadragesima sex annis templum Deo fabricauerit. In cuius templi similitudinem Iesus carnem suam esse dixit, dicens Phariseis: <sup>27</sup> Destruite fanum istud, & ego in tribus diebus excitabo illud, Et Pharisæi dicebant: Quadragesima sex annis ædificatum est fanum istud, & hic in tribus diebus excitabit illud? Dicebat autem Iesus fanum de corpore suo. Deinde Abel filius Adæ nomen accepit hebraicum, designans fratris interfectionem, & parentum luctum. Item

Enoch, qui ante diluuium Deo iustus <sup>con. 5.</sup> placuit, & ideo de isto mundo in carnis suæ natiuitate viuus translatus est in loco, vbi Deus scit; ex quo loco <sup>28</sup> in consummatione mundi innouari habet in hoc mundo; vnde etiam translatus est ad confundendum & reuincendum antichristum. A quo interfecti martyria sua complebunt, viuentes in æternum in sæcula sæculorum. Et ideo Enoch interpretatur innouatus. Deinde Iob iustus, qui ante diem iudicij meruit voce iudicis laudari, & ideo diabolo deuicto & superato, Iob interpretatur charissimus Dei. Æque & Abraham in sua natiuitate à parentibus suis Abram vocatus est, tentatus verò à Deo fidelis inuentus est, & à Deo benedictus pater multarum gentium constitutus est; & ideo immutato à deo nomine Abraham vocatus est, interpretatur pater multorum populorum. Ecce interim de multis probationibus pauca diximus, vt ad duorum montium nominum peruenientes interpretationes, eorum montium nominum probemus, qualiter delignata sunt ad nostram instructionem; vt ex hac interpretatione nominum, intelligamus montem Sina esse terrenum, & montem Sion esse cœlestem. Spiritually interpretatur Sina, tentatio æterna, & odiū; <sup>29</sup> & mons Sion tentatio exacerbationis & speculatio. Ita intelligitur cum dicitur mons Sina tentatio æterna & odiū, eo quod ex eo monte Moyses legem accepit populo durissimo & contumaci. Per quam legem tēti à Deo æterno, <sup>30</sup> inuenti sunt non posse eandem legem sustinere in perpetuum, exinde Deo in odium conuersi sunt. Ideo in nomine montis Sina, vnde legem acceperant, interpretatio nominis designauit populum tentatum à Deo, <sup>31</sup> & in odium æternum esse conuersos: ideo dicitur Sina tentatio æterna & odiū. Inuenimus enim in scripturis eos esse à Deo tentatos. Ita positū dicente Domino ad Moysen: Exeat populus iste, <sup>32</sup> & colligant sibi diurnum in diem, & tentabo eos an possint legem meam sustinere an non; & tentati à Deo per legem, inuenti sunt ab ea lege alieni. Exinde Deo in odiū æternum conuersi sunt, & completa est interpretatio Sina. <sup>33</sup> Manifesta vero & Moysen, per quem eos Deus per legem tentauit, in Latino interpretatur similiter, Moyses tentatio Dei, & inuentio, per quem tentati à Deo inuenti sunt

sunt alieni à legis obseruatione, ideo in æternum Deo in odium conuersi sunt. Hoc odium in ipso genere Iudæorum scriptum inuenimus, dicente Isaac de duobus suis filiis Esau maiore, & Iacob minore: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Esau verò maior pilosus fuit totus; inquit, quasi corium pilosum, in figura populi maioris, <sup>34</sup> in impietate delictorum suorum constituti. Et Iacob fuit lenis & minor, in figura populi nouellioris, qui ex dicti audientia per crudelitatis fidem <sup>35</sup> ex asprede sæculi in lenitatem conuersus est ad Christū Deum; & Dei filium. Ecce probauimus per scripturarum fidem populū maiorem & vetustiore esse Deo in odium conuersum secundum interpretationem montis Sina dicentis, tentatio æterna & odiū. Æque Sion mons ita interpretatur, tentatio exacerbationis & speculatio. Hæc verò interpretatio Latina ligni sacri passionem designat, dicente Salomone de ipsa passione dominica: Contumelia & tormento interrogemus illum, vt sciamus reuerentiam illius & probemus patientiam ipsius, <sup>37</sup> & tentemus quæ euentura sunt illi. Si enim verè filius Dei est, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum; morte turpissima condemnemus illum. Hæc cogitauerunt & errauerunt; excæcauit illos malitia ipsorum, & non intellexerunt sacramenta Dei. Ecce tentatores Iudæos. Item scriptum est: Et tentauerunt Deum in loco in aquoso. Speculum verò altitudinem ligni declarat, dicente Salomone: <sup>38</sup> Posuerunt me velut custodiam pomarij, eo quod in horto in ligno confixus inter duos latrones pendit: & de altitudine ligni ambos specularatur, in figura duorum populorum malefactorum; Gentes in sæculi mala facta iacentes, & Iudæos interfectores prophetarum. Hi sunt duo populi malefactores, quorum figuram in se portabant duo latrones, inter quos pendit innocēs. Vnus blasphemabat; alius verò confessus est, <sup>39</sup> quia innocens iniuriam patiebatur. Iesus autem ambos specularatur de ligno speculatorio, blasphemū & confessorem; confessorem saluauit, & blasphemum perdidit, sicuti de duobus populis fecit. Persecutores derelicti, qui in æternæ mortis sententia <sup>40</sup> sibi non crediderint, si sic de sæculo exierint, perient. Gentes verò ad se conuersæ fidem sibi habentes, quia filius

Dei est; <sup>41</sup> saluare videbunt in æterna sæcula sæculorum imperatorem & regem suum. <sup>42</sup> Verum in ipsa passione pendens in ligno, duas partes populi prospiciens specularatur, de alto ligno. <sup>43</sup> Pars populi, qui viderant virtutes eius mirabiles & deificas, patientem illum iniurias dolentes, plorabant: alij vero Iudæi irridentes, de arundine caput eius quassabant, blasphemantes & dicētes: Aue rex Iudæorum, vbi est pater tuus? veniat & liberet te de cruce. Exinde exacerbatus pater fecit cœlum patefieri, & tonitrua facta sunt, <sup>44</sup> & tenebræ insustinibiles; terra commota, patefacta sunt sepulchra, <sup>45</sup> & corpora sua eiecerunt, & foras à se miserunt; velum templi scissum est; & à tanto fragore cœli, & terræ motu, omnes qui stabant ante lignum; alij dolentes alij verò blasphemantes, illudentes <sup>46</sup> prostrati in facie iacuerunt, tremētes tāquā mortui. Tūc Iudæi intellexerūt se offendisse Deum & in luctū conuersi sunt, & fuit exacerbatio. Eo enim tempore quo in ligno confixus pendit, dies fuerunt azymorum, qui sunt dies festi Iudæorum. Eo die metuentes factum esse terræ motum, & cœli fragorem, <sup>47</sup> prostrati in faciem, in terra plangētes, in luctum conuersi sunt; & in ipsa sua passione compleuit propheticū dictum: Et conuertam dies festos eorum in luctum, & canticum eorum in lamentationem. Ante enim cum captiui detenti essent <sup>48</sup> in Babylone, dicebant illis Babylonijs: Cātate nobis canticum de canticis Sion, & Iudæi lamentantes captiuitatem suam dicebant Babylonijs, vt diximus, lamentantes se: Quo modo cātābimus canticū domini in terra aliena? Ecce quatenus completa est interpretatio montis Sion, tentatio exacerbationis & speculatio, vnde manifestum est montem Sion <sup>49</sup> ligni sacri regnum esse sanctitate iustificatum, dicente Dauid: Annunciate regnū Dei in gentibus, <sup>50</sup> quia Dominus regnauit à ligno, & transiit in gentibus. De quo regno ligni regalis idem propheta dicit: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, annuncians imperium eius. Quod dictum propheticū per Pontium Pilatum in sua passione pendens in ligno compleuit. <sup>51</sup> Pontius Pilatus impulsa mente à Deo accepit tabulam & titulum scripsit tribus linguis, Hebraicè, Græcè, & Latinè: Iesus Nazarenus rex Iudæorum; & in capite ligni clauis tabulam



cum nomine regis Iudæorum confixit: & tunc manifestauit propheticum dictum, eo quod spiritualiter mons Sion crux est, quæ est virtus Dei, Apostolo dicente: Crux Christi non credentibus stultitia est, credentibus autem crux virtus est Dei, & iterum dicit: Nos autem annunciamus vobis Christum, & hunc crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Iudæis & Græcis, Dei virtutem & Dei sapientiam.<sup>11</sup> Sic vero & alius propheta declarat lignum passionis dominicæ esse montem Sion sanctum, in spiritu ita dicens: Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus; dextera læuæque extensis clauis fixis, innocentiam demonstrans. Ideo dicit innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam,<sup>12</sup> & non iurauit subdole proximo suo, hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo saluari suo. Omnis passio hominum in terrâ cadet, hæc sola passio crucis<sup>13</sup> stantem demonstrat: vnde verum dicimus, montem sanctum lignum esse passionis. Inde innocens manibus & mundo corde: hoc dicto prophético Iudæos redarguebat,<sup>14</sup> qui Moyses præponunt Christo domino illius; eo quod Moyses cum in monte Sina ascendisset, vt legem Iudæis acciperet, innocens manibus & mundo corde non fuit.<sup>15</sup> Nec enim mundus corde, eo quod Ægyptium calce percussit in Ægypto,<sup>16</sup> & mortificauerit eum, & manibus suis eum in arena obruerit, Christus autem in montem sanctum ascendit lignum regni sui, vt moreretur à Iudæis, quamquam ipse aliquem hominum non mortificauerit, nisi solum diabolum<sup>17</sup> inimicum generis humani. Exinde in montem ascendit innocens & mundus corde; & ideo propheta dicit: Quis ascendet in montem Domini, & quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde.<sup>18</sup> Et declarauit montem Sion sanctum esse sanctam crucem, dicente æque propheta: De Sion exiet lex, & verbum Domini ab Hierusalem. Lex Christianorum crux est sancta Christo filio Dei viui, dicente æque propheta: Lex tua in medio ventris mei. Percussus in lateris ventre de lancea, sanguis & aqua mixtus profusus fluebat, vnde sibi Ecclesiam sanctam fabricauit, in qua legem passionis suæ consecra-

bat, dicente ipso: Qui sitit, veniat & bibat: Qui credit in me, sicut scriptum est, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Item in psalmis: Et erit velut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.<sup>19</sup> Ecce verbum propheticum, fructum resurrectionis die tertio spiritualiter<sup>20</sup> intelligendum dicentis: De Sion exiet lex, hoc est, de ligno regali, & verbum Domini ab Hierusalem quæ est Ecclesia. Caro ligno confixa emisit verbum dominicum dicens: Heli, heli. & adimpletum est propheticum spiritale ante dictum: De Sion exiet lex, & verbum Domini ab Hierusalem.<sup>21</sup> Hierusalem dicit de cælo descendentem, nouam ciuitatem, quadratam per quatuor euangelica, habentem duodecim fundamenta duodecim prophetarum, duodecim portas, duodecim Apostolorum; per quorum annunciationem Christiani in hæc ciuitatem sanctam & nouam introierunt, quæ spiritualis est Ecclesia. Ecce probauimus per omnium scripturarum deificarum fidem duos montes, Sina in terra, & Sion in cælo, duorum testamentorum portare figuram; veteris testam. & noui Sion. Ex quibus duobus montibus<sup>22</sup> videlicet duobus testamentis posteriori tempore<sup>23</sup> demonstratos & declaratos duos populos; veterem & priorem Iudæorum, & nouum & posteriorem populum Christianorum: Iudæos terrenos, qui terram promissam à Deo acceperunt carnales; & Christianos cælestes qui regna cælorum à Deo promissa accepturi sunt in futuro sæculo. Caro enim Christianorum spiritualis & immortalis erit.<sup>24</sup> Alia probatione veritatis in scripturis posita ex ea veritate cælesti spiritalem facimus figurarum comparisonem, de huius mundi conuersatione. Diximus enim, montis sancti Sion, quod lignum regale & sacrum haberet interpretationem<sup>25</sup> de Hebraico, in Græcum vel Latinum, tentatio exacerbationis vel speculatio, eo quod de ligno speculabatur ante se stantes bonos & malos. Ita inuenimus ipsam saluatorem<sup>26</sup> per Salomonem speculum immaculatum patris esse dictum, eo quod Spiritus sanctus Dei filius geminatum se videat; pater in filio, & filius in patre, vtrique se in se vident,<sup>27</sup> ideo speculum immaculatum. Nam & nos qui illi credimus, Christum in nobis tanquam in speculo videmus, ipso nos instruente & monente

monente<sup>28</sup> in epistola Ioannis discipuli sui ad populum: Ita me in vobis videte, quo modo quis vestrum se videt in aqua aut in speculo. & confirmat Salomonicum dictum de se dicens: Qui est speculum immaculatum patris. Verum etiam & vitam æternam & veram se esse dixit; patrem suum agricolam. Si ergo Christus vitis vera: vtrique constat quia & nos qui in illo credimus & ipsum induimus, sumus vitis vera, quæ est vinea Dominica, & Christus custos vineæ suæ, dicente Salomone:<sup>29</sup> Posuerunt me custodem in vinea.<sup>30</sup> Inuenimus verò in conuersatione huius mundi in similitudinem spiritalem figuratè esse vineam, habentem Dominum & possessorem suum.<sup>31</sup> Tempore verò maturo prope dies vindemiarum positum in vineam custodem puerum<sup>32</sup> in alto ligno media vinea confixo; & in eo ligno faciunt speculum quadratum<sup>33</sup> de arundinibus quassatis, & per singula latera quadraturæ speculi faciunt cauernas ternas, quæ faciunt cauernas duodecim: per quam quadraturam cauernarum custos puer<sup>34</sup> omnem vineam perspicit custodiat, cantans; ne viator ingrediens vineam dominicam sibi assignatam vexet, vel fures vnam vineam conculcent. Quod si importunus fur egens in vineam voluerit introire & vnam demerere, illic puer sollicitus de vinea sua deintus de speculo dat vocem maledicens & comminans, ne in vineam viator fur audeat accedere, dicens, rectum ambula. Fur autem timens vocem pueri sibi comminantis refugit de vinea, speculum videt, vocem audit, puerum intus in speculo sibi comminantem non videt,<sup>35</sup> & timens post viam suam vadit.<sup>36</sup> Hæc conuersatio secularis simulatur gratiæ spirituali. Ita est enim & in populo deifico sicut in vinea terrena. Vineam dominicam & spiritalem plebs est Christianorum, quæ custoditur iussu Dei patris à puero Christo in ligno speculo exaltato. Quod si viator diabolus, perambulans viam seculari, ausus fuerit<sup>37</sup> de vinea spirituali hominem de plebe dominica separare & vexare; statim à puero<sup>38</sup> cælesti voce correptus, & spiritualibus flagris emendatus, exulans ad desertum effugit in locis aridis & desertis. Hic est custos puer filius dominicus; qui vineam suam sibi à patre commēdatam saluandam & reseruandam accepit: de quo Esaias propheta canit dicens: Ecce puer meus dilectissimus, ponam super eum spiritum

meum, & iudicium gentibus nunciabit, non clamabit neque contendet. Arundinem quassatam non confringet,<sup>39</sup> & linum fumigans non extinguet, quoad usque expellat in cōtentione iudicium; & in nomine eius gentes credent & sperabunt.

## ADNOTATIONES.

1. Probatio capitulorum, &c.] *Mutilum est atque adeo obscurum huius libri frontispicium, quod tamen legunt omnes excusci, & Ms. cod. præter Cambrensem, qui sic habet: Quod probatio capitulorum, &c. verum neque ille satisfacit.*
2. ipso Iesu] *Cambren. Christo.*
3. I] *Ioannem] Hoc ex codi. Cambren. Marchin. Dunen. & Affligin. ad marginem cum Morelio, pro eo quod Afflig. in ipso contextu & vet. excusci. iuxta, ceteri verò: secundum.*
4. De Sion enim exiet lex] *Etiam hoc cum Morelio ex tribus Ms. pro: exibat, nam accedit & Camb. illud prodiet.*
5. Quatenus hoc intelligere debemus?] *Adieci interrogandi notam cum vet. excusci. Grauius & Cauchio. & cum nulli eam legerent Ms. particulam: an, loco submovimus, ubi erat: an vnum.*
6. Verum Latina interpretatio] *Manutius: Latina verò. Et illud genuinum est.*
7. in Psalmo. 2.] *Profusio sic lego, non: primo; cum etiam Cyprianus supra lib. Testimon. 1. cap. 29. secundum nuncupet hunc psalmum, hæc verba citans, non primum.*
8. & montem Sina] *Adicio: montem, ex Camb. cod. Ex eodem reposui illud: cum totus mundus mala facta habeat & à diabolo, pro eo quod erat: cum totus mundus propter mala facta à diabolo.*
9. quia & ego illud] *Camb. amisso: quia, legit: & ego odi illud, neutrum placet: quia longe aliter Euangelista: quia ego testimonium perhibeo de illo.*
10. Spiritus sanctus filius Dei] *De hac veteri loquendi formula, vide supra librum, Quod idola dy non sint. Quare nihil mouere debent lectorem, aut iste aut duo similes infra loci. Neque enim ante hærefes de spiritu sancto exortus, tam caute scripserunt veteres.*
11. nec immerito. Quia & Deus] *Adieci: Quia ex Camb. cod.*
12. licet digitis sacris, tamen digitis in figura carnis] *Manutius omisso voce: licet, & semel tantum recitans voces illas: digitis sacris, paulo prius cetera posuit. Verum vulgate lectioni consentiunt Ms. nostri, & si parenthesi hæc includantur, sensus erit perspicuus.*
13. Ideo in duabus, quia significaret] *Hoc vnum ex Cambren. pro eo quod alij: Ideo in duabus significans.*
14. Rebecca verò figuram portabat Ecclesiæ] *Etiam istud ex illo, pro: portat.*
15. partem idololatram perditam] *Elegantius quidem est quod reposuit Erasmus idololatram dedita. Sed priorem vet. excusci. & Remboldi, genuinum esse patet ex Ms.*
16. in generationem æternam] *Optimè sic Camb. cod. pro eo quod alij obscurissimè: generationem in æternum.*
17. Hæc verò nomina montium talem habet



interpretationem in lingua latina, vt demonstrat veritatem] *Omissimus cum Cauchio vocem: eorum, superfluam, & reposuimus ex tribus Ms. cod. & excus. vet. vt demonstrat, pro: demonstrantem. Aliter longe legit Cambron. Hæc verò nomina qualem habeant, & c. demonstrans veritatem. quive sint hi montes Sina & Sion, post paululum dicemus. At prius placet.*

18. probauimus] *Malim legi: probatus, nisi refragarentur Ms. cod.*

19. Ita enim omnipotens Deus, & c.] *Locum hunc deprauatissimum ex codic. Ms. partim Affigin. Dunen. March. & vet. excu. partim Camb. ita restitui: Ita ab initio mundi & deinceps omnes homines nascetes, de tempore & facto nomina à parentibus suis accipiebant (non quidem ex se, sed à Deo mente impellebantur; qui antequam fiant, præsciens est futurorum) vt quales post crementum ætatis suæ futuri essent, posteriori tempore verbis & nominibus Hebraicis designaretur, & quid singulis futurum esset, interpretatio nominum designaret veritatem.*

20. de terra limo esse] *Rursum hoc Cambron. cod. pra: ex terra & limo esse, iuxta quem nouam periodum ibi auspicamur: Ex ipso proroplato.*

21. nomen accepit à Deo Adam] *Ita rursum ex varia codicum lectione.*

22. Prima stella, & c.] *Synechdochicās stellas vocat, nomina plagarum seu cardinum mundi.*

23. id est, vnum, & c.] *Tum hoc tum quæ sequitur: id est, quatuor, & c. id est, vnum, & rursum: id est, quadraginta, adscripta erant in Ms. cod. Dunen. ad interpretationem Græcarum vocum, in aliis Ms. & vet. excu. omnino desiderantur. Ad intellectum tamen maiorem putauimus retinenda.*

24. Fac, & inuenies numerum quadragenarium fenarium. Hic numerus x l v i. passionem carnis Adæ designat] *Ex Ms. denuo hanc lectionem reposuimus pro eo quod legebatur duntaxat: Ex quibus resultat numerus quadragenarius fenarius, passionem carnis Adæ designans.*

25. quam carnem in se figuralem] *sane & caute hoc intelligendum, recte adnotauit Manut.*

26. Quæ caro à Deo patre, & c.] *Locus similis superiori, in quo filius spiritus sanctus nuncupatur, sed corruptus. Nos quantum licuit ex Ms. & Manutio sic restituumus. Quæ caro dominica, à Deo patre Iesu vocitata est spiritus sanctus, qui de cælo descendit; Christus, id est, vnctus Dei viui à Deo vocatus est, spiritus carni mixtus Iesus Christus. De sexto autem millesimo anno, vide supra librum ad Fortunat. de exhortatione marty.*

27. Destruite fanū istud] *Graviss: phanum, & hic & bis postea, verum illud constanter Ms. omnes; & non Festus modo, sed & Varro de lingua Latina lib. 5. & Lucretius 1. dec. lib. 10. à fando dictum fanum volunt.*

28. in consummatione mundi] *Addimus: in, ex Cambron. c. d.*

29. & mons Sion tentatio exacerbationis] *Addebant alij: æternæ, verum recte omissi Manutius cum Cambron. cod. quia supra non legitur.*

30. inuenti sunt] *Ex auctoritate eiusdem cod. omisi*

particulam: & superfluam.

31. & in odium æternum esse conuersos] *Cauchius: conuersum, sed obstant Ms. cod.*

32. & colligant sibi diurnum in diem] *Ex Ms. omnibus cum Morelio addimus: sibi.*

33. Manifesta verò & Moyser, & c.] *Locus usque adeo corruptus vt mederi ex Ms. non licuerit. Ex illis enim quatuor consentiunt cum excusis vulgaris, sicut etiā vetus excus. præterquam quod legat: Moyles, quomodo & Morelius legens etiam: Manifestat, Cam. ronen. cod. verò longe aliter: Manifesta verò Moyfi & Aaroni, per quos eos Deus per legem tentauit, in Latino interpretatur. Similiter in monte tentati à Deo, inuenti sunt alieni, & c.] *Fortassis ita legendū: & completa est interpretatio Sina, manifesta Moyfi & Aaroni, per quos eos Deus per legem tentauit, omnis ceteris omnibus; quandoquidem prius eadem verba sint posita, atque adeo hic videantur superflua.**

35. in impietate delictorum suorum constituti.] *Hoc rursum ex Ms. Cambron. & Cauchio, pro eo quod erat: constitutus, desiderata etiam voce: in.*

36. ex alpredine sæculi] *Manut. asperitate, verū illud habent tres Ms. & cum aliis excusis omnibus, reperitur etiam ea vox apud Cornel. Celsum lib. 5. cap. 27. neque placet quod habet Cauchius, & Cambron. cod. asperitudine, nisi legas: aspritudine, nam etiam hoc reperitur ter apud eundem Celsum.*

37. & tentemus quæ euentura sunt illi] *Iterum istud ex Camb. cod. pro: quæ vettura sunt, est enim Græce apud 70. τὸ ἐν ἐκβεσσει. Omitunt verò Ms. voculam: & paulo post.*

38. posuerūt me velut custodiam pomarij] *Ms. Cambronen. pomarij, at prius placet. Infra tamen sub finem legit: posuerunt me custodem in vinea.*

39. quia innocens iniuriam patiebatur] *Istud denuo ex Cambron. codice & Cauchio, pro: patitur.*

40. sibi non crediderunt] *Voces: sibi, & se, vsurpat pro illi & illum.*

41. saluata videbunt & c. imperatorem & regem suum] *Prorsus sic legendum, pro: saluati, cum Ms. omnibus, quorum Cambron. cum Cauchio longe aliter: viuent, & c. cum imperatore & rege suo, Eligas vtrum velis.*

42. Verum in ipsa passione] *Genuinam hanc esse lectionem, constat ex vet. excus. pro eo quod erat ex mendo cod. Remboldi: Verum ipsam passionem.*

43. pars populi] *sic recte primus Cauchius, nam consentiunt tres Ms. Antea erat: partem.*

44. & tenebræ insustinibiles. Ita constanter Ms. & vetus excus.

45. & corpora sua eiecerunt & foras à se miserunt] *Locum mutilum sic suppleuimus ex Cambronensi & Cauchij cod. vulgati habebant duntaxat: & corpora à seipso, pro quo non male Manut. cum aliis Ms. & corpora foras emisit.*

46. prostrati in faciem] *Hoc habeo ex omnibus Ms. pro: prostrati facie.*

47. in Babylone] *Ex camb. cod. adiciamus: in, iuxta eundem legimus: Babylonijs, pro: Babylones.*

48. ligni facti regnum esse] *Voculam: esse, ex tribus aliis Ms. adicio.*

49. quia Dominus regnauit à ligno] *Adnotatu digna hæc lectio 70.*

50. Pontius Pilatus impulsa mente] *Cum codex Remboldi negligentia operarum haberet: impoluta, non male reposuit ex coniectura Erasmus: infusa, at illud genuinum est.*

51. Sic verò & alius propheta] *Manutius: Verū & alius, sed illud habent Ms. nostri. Mirum autem est quod alium prophetam dicat, quum idem David id pronuntiarit.*

52. & non iurauit subdole] *Quum sic legat alibi Cyprianus, hoc malo cum tribus Ms. & excusis vulgaris, quam: in dolo, cum Cambronen. vel: sub dolo, cum Manut.*

53. Stantem demonstrat] *Cambronensis, stat & demonstrat.*

54. qui Moyser præponunt Christo] *Istud denuo ex Cambronensi, pro: præponerent, quod Auctor agat contra Iudæos.*

55. Nec enim mundus corde] *Manut. nec ore enim mundus, nec manu, sed corde, at non placet, nisi legatur: nec corde.*

56. & mortificauerit eum] *Irreperat hic paulo post: mortiferant, & paulo post: mortiferaret, vitio cod. Remboldi: sed illud habet utrobique Ms. & vet. excus.*

57. inimicum generis humani] *Solus Manutius: generi humano, legimus autem: ascendit, pro: ascendens, iuxta Cauchium & Cambronensem codicem.*

58. in loco sancto eius] *Omissit Remboldus: sancto, & post eum ceteri omnes.*

59. Et declarauit] *Cauchius: Ecce, at illud habent Ms. cod.*

60. intelligendum dicentis] *Camb. cod. intelligendum ostendit dicens.*

61. Hierusalem dicit] *Quod adiecerat Erasmus, vt sensus constaret: de qua dicitur in Apocalypsi: Vidi, nulli habent Ms. sed prius cum illis legunt veteres excusis codices.*

62. videlicet duobus testamentis] *Rursum vitio cod. Remboldi lectum est hætenus: vide duo Testamentamta, his.*

63. demonstratos & declaratos] *Ms. omnes præter Cambron. & vet. exc. cum Remboldo: & depalatos, at nescio an sit vox Latina.*

64. alia probatione veritatis in scripturis posita ex ea veritate cælesti, spiritalem facimus figurarum comparisonem] *Hoc ex Cambron. cod. addita particula: in, legentes: cælesti, pro: cælestē, ac: figuratum, pro: figuratam; quemadmodum etiam illud: de huius mundi conuersatione, pro eo quod ceteri: de huiusmodi conuersis, siue: conuersione, quod cōfir-*

matu his verbis sub finē: Hæc conuersatio secularis.

65. de Hebraico in Græcum vel in Latinum] *Istud ex tribus aliis Ms. pro eo quod erat: de Hebraico, vel: Hebræo, in Græco vel Latino, tamen locus adhuc obscurus. Quæ verò sequuntur sane intelligentia sunt, sicut supra.*

66. per Salomonem] *Et hic & antea adscribit Salomoni quoque sapientie librum.*

67. ideo speculum immaculatum] *Mirari satis nequeo constantem trium Ms. vet. excus. & Remboldi lectionem, tum hic tum paulo post: speculum immaculatus.*

68. in Epistola Ioannis discipuli sui] *Nusquam tale quid habent Ioannis Epistolæ Catholice, videtur itaque reponendum: Iacobi, vt alludat ad illud: Hic comparabitur viro consideranti vultum suum in speculo. Quo magis miror, quod legat Cambronen. ad Paulum.*

69. posuerunt me custodem in vineam] *Cambron. cod. cum Cauchio: vinea, solus verò Manutius adiciit: meam.*

70. Inuenimus verò in conuersatione huius mundi] *Vel ex sequentibus pater, hanc Cambron. cod. lectionem esse genuinam; pro eo quod alij: in conuersis, siue: conuersione huiusmodi.*

71. Tempore verò maturo] *Locus mutilus.*

72. in alto ligno media vinea confixa] *Ita constanter Ms. quare non placet illud Manutij: in altum lignum media vinea crucifixum.*

73. de arundinibus] *Tres Ms. harundine.*

74. omnem vineam percipiens] *Cambron. cod. percipiens.*

75. & timens] *Ex eodem adicio. & c.*

76. Hæc conuersatio secularis similitur] *Sic lego cum Cambronen. aut saltem: similitur, cum aliis tribus Ms. pro eo quod alij pessimè: simulatur; placet etiam denuo .vox: conuersatio, pro: conuersus, siue: conuersio*

77. ausus fuerit] *Cum Cauchio ex Ms. sustulimus voculam: si, superfluam.*

78. de vinea spiritali] *Solus Manutius: spiritalē.*

79. cælesti voce] *Adicio: voce, ex Ms.*

80. & linum fumigans non extinguet] *Ex iisdem hoc reposuimus, pro eo quod erat corruptissimè: collocabit.*

81. & in nomine eius gentes credent & sperabunt] *Etiā hoc ex iisdem; quod miror, quum & apud Isaiam & apud Mattheum non aliud habeatur, quam: sperabunt, Græce & Latine, neque etiam Cyprianus supra Testimonior. libr. 2. cap. 13. aliud legat quam: credent.*



# CAECILII CYPRIANI NI GENESIS.

ARGUMENTVM.

*Prima quatuor Genesis capita eleganter Heroico carmine reddidit Auctor, mea certe sententia Cyprianus. Nam illi adscribuntur Genesis & Sodoma, non modo à Georgio Fabricio inter Poetas Christianos & à Morelio, sed etiam à Ms. codice quem vidisse me memini in Bibliotheca Victorina apud Parisios, Phrases etiam aliquot sunt Cyprianicae. Sixtus tamen Senensis Tertulliano ascribit.*

**P**RINCIPIO Dominus Caelum Terramque creauit: Genes. xi  
Nanque erat informis fluctuque abscondita tellus;  
Immensusque Deus super æquora vasta meabar,  
Dum chaos & nigra fuscabant cuncta tenebræ.

Has dum disungi iussit de cardine, fatur:

<sup>1</sup> Lux fiat, claro & nituerunt omnia mundo.

Cum Dominus primi compleisset facta diei,  
Condidit albentem nebulis nascentibus axem;

Accipit immensus verrentia littora Pontus,  
Multiplices rapiens validis cum tractibus amnes.

Tertia lux faciem terrarum fulua retexit,  
Arida mox posito narratur nomine terra;

Florea ventosis consurgunt germina campis,  
Pomiferique simul procuruant brachia rami.

Quarta dies generat Solis cum lampade Lunam,  
Et Stellas tremulo radiantes lumine fingit;

Hæc elementa dedit subiecto insignia Mundo,  
Tempora quæ doceant varios mutanda per ortus.

At quinta accipiunt liquentia flumina pisces,  
<sup>2</sup> Et volucres varias suspendunt aëre pennas.

Sexta prægelidos in spiras lubricat angues,  
Quadrupedumque greges totos diffundit in agros;

Cunctaque multiplici mandauit crescere passim  
Germine, & immensis errare & pascere terris.

Hæc vbi constituit diuina potentia iussu,  
Rectorem inspiciens mundanis defore rebus,

Hæc memorat: Nostris hominem faciamus <sup>3</sup> ad vnguem  
Vultibus ad similem, toto qui regnet in orbe;

<sup>4</sup> Et licet hunc vno posset componere verbo;  
Ipse tamen sancta dignatus ducere dextra,

Inspirat Brutum diuino in pectore pectus.  
<sup>5</sup> Quem postquam effigie formatum ceu sua vidit,

Metitur solum mordaces voluere curas.  
Ilicet irriguo perfundit lumina somno,

Mollibus vt vulsa formetur fœmina costa.  
Atque artus mixtu gemino substantia firmet.

Inditur

<sup>6</sup> Inditur & nomen vitæ, quod dicitur Eua.

Quapropter nati linquunt de more parentes,  
Coniugibusque suis positis cum sedibus hærent.

Septima, quando Deus factorum sine quieuit,  
Sacrata statuens venturi gaudia sæcli,

Ilicet exhibitis animantum ex ordine turbis,  
Virum cunctis nomen quod permanet, indit

<sup>7</sup> Adami à Domino donata Prudentia solers.

Quem Deus adloquio, iunctam dignatur & Etam:

Crescite multimodo ventura in tempora partu,  
Vt polus & plenæ vestro sint germine terræ;

Hæredesque mei, varios decerpente fructus,

Quos nemora & pingui reddunt de cespite campi.

Hæc vbi disseruit, lata paradus in aula

Instruitur, primique aspectat lumina Solis.

Gignitur hæc inter pomis lætalibus arbor,

Coniunctum generans vitæ mortisque saporem.

Ædibus in mediis puro fluit agmine flumen,

Quod rigat insignes liquidis de fluctibus ortus,

Quadrifidusque secat vndante ex fonte meatus.

Phison auriferis prædiues fluctuat vndis,

Conspicuasque terit rauco de gurgite gemmas;

Præsinus huic nomen, illi est carbunculus ardens;

Perspicuusque vadis terram prælambit Euilat.

Post hunc Æthiopus Geon ad lapsus opimat.

Tertius est Tigris, Eufрати adiunctus amœno,

Assyriam celeri discretim flumine sulcans.

Hic positus custos Adamus cum coniuge fida,

Atque opifex, tali formatur voce tonantis:

Ne trepidate simul licitos præcerpere fructus,

Quos nemus in tonsum ramo frondente creauit;

Solliciti ne forte malum noxale legatis

Quod viret ex gremio discreta ad munia succo.

Nec minus interea cæcos nox alta tenebat,

Ac modo formatos vestis nec texerat artus.

Has inter sedes, & baccis mitibus ortus:

Spumeus astuto vincens animalia sensu,

Serpebat tacite spiris frigentibus anguis,

Liuida mordaci voluens mendacia sensu,

Fœmineo tentat sub pectore mollia corda:

Dic mihi cur metuas felicia germina mali?

Nunquid poma Deus non omnia nota sacrauit?

Equeis si studeas niellitos carpere victus,

Aureus astrigero remeabit cardine mundus,

Illæ negat, veitiosque timet contingere ramos;

Genes. 3.



Sed tamen infirmo vincuntur pectora sensu.  
 Ilicet vt niueo iam mitia dente momordit,  
 Adfulsit nulla maculatum nube serenum:  
 Tum sapor illecebram mellitis faucibus indens,  
 \* Compulit infueto munus deferre marito.  
 Quod simul ac sumpsit, deterfa nocte nitentes  
 Emicuerè oculi, mundo splendente sereni.  
 Ergo vbi nudatum prospexit corpus vterque,  
 Cumque pudenda vident; ficulis frondibus vmbraunt.  
 Forte sub occiduo Domini iam lumine Solis  
 Agnoscunt sonitum, trepidique ad deuia tendunt.  
 Tum Dominus Cæli mæstum compellat Adamum:  
 Dic vbi nunc degas? Respondit talia supplex;  
 O Domine adfatus pauido sub corde tremisco  
 Magne tuos, nudusque metu frigente fatigor.  
 Tunc Dominus; Quis poma dedit noxalia vobis?  
 Tradidit hæc mulier, dum dicit lumina promptim  
 Candenti perfusa die, liquidumque serenum  
 Adfulsisse sibi, Solémque & sidera Cæli.  
 Protinus ira Dei turbata terreat Euam,  
 Auctorem vetiti dum quærit maximus acti.  
 Illa sub hæc pandit: Serpentis suasa loquentis  
 Accepi, fallente dolo, blandoque rogatu;  
 Nam sua vipereis intexens verba venenis,  
 Hæc mihi præ cunctis, narrauit dulcia pomis.  
 Ilicet Omnipotens condemnat gesta draconis,  
 Præcipiens cunctis inuisum visere monstrum,  
 Pectore mox fuso prorepere, <sup>2</sup> tum sola morfu  
 Mandere: mansuro quæcunque in tempora bello,  
 Humanos inter sensus, ipsulumque labantem;  
 Vertice vt abiecto pronus post erura virorum  
 Serperet, vt calcet dum labens comminus instat.  
 Fœmina fraudigeris misere decepta loquelis,  
 Præcipitur duro discrimine ponere partum,  
 Seruitiumque sui studio perferre mariti.  
 Tu verò cui visa fuit sententia verax  
 Coniugis, immitti cessit quæ victa draconi,  
 Deflebis miserum per tempora longa laborem.  
 Nam tibi triticeæ surget pro germine messis  
 Carduus, & spinis multum paliurus acutis,  
 Vt cum visceribus lassis & pectore mæsto,  
 Plurima sollicitos præstet suspiria victus;  
 Donec in occiduo venientis tempore mortis,  
 Vnde geris corpus, terræ reddare iacenti.  
 His actis Dominus trepidis dat tædia vitæ,

Deie-

Deiectusque procul sacratis dimouet hortis,  
 Obuersusque locat, mediòque eliminat igni;  
 In quo perceleri Cherubin euoluitur æstu,  
 Dum calidus deferuet apex, flammæque volutat.  
 Queis Dominus, pigro ne frigore membra rigerent,  
 Confuit euulsas pecudum de viscere pelles,  
<sup>10</sup> Operiens nudos calidis de vestibus artus.

Genes. 4.

Ergo vbi coniugio sese iam fidus Adamus  
 Esse virum sensit, nomen genetricis amata  
 Exhibet vxori; bino qui germine factus  
 Continuo genitor, diuersis nuncupat orsis.  
 Atque Cain hic nomen habet, cui iunctus Abelus:  
 Innocuas huius seruabat cura videntes,  
 Ast alius curuo terram vertebat aratro.  
 Hi cum perpetuo ferrent sua dona tonanti,  
 Dissimiles fructus sensu suadente dedere.  
 Nam prior vberibus fuerant quæ profata glebis  
 Obtulit: ast alius miti se deuouet agno,  
 Extâ manu sincera gerens adipemque niuaem;  
 Confestimque placet Domino pia vota tuenti.  
 Quod propter gelida Cain incanduit ira.  
 Quem Deus adloquio dignatus, talibus infit:  
 Dic mihi, si rectum viuas, & noxia cernas,  
 Degere non possis contracto à crimine purus?  
 Desine mordaci fratrem disperdere sensu,  
 Qui tibi ceu Domino subiectus colla daturus.  
 Nec tamen his fractus, fratrem deducit ad arua;  
 Atque vbi deprensus deserto in gramine vidit,  
<sup>11</sup> Elidit geminis frangens pia guttura palmis.  
 Quod factum Dominus <sup>12</sup> Cælo speculatus ab alto,  
 Disquirat, quonam terrarum degat Abelus?  
 Ille negat positum custodem se fore fratris.  
 Cui Deus effatur: <sup>13</sup> Numnam vox sanguinis eius  
 Ad me missa sonat, celsumque descendit ad axem?  
 Nosce igitur mansura tibi pro crimine tanto  
 Nam modo quæ maduit germani sanguine terra,  
 Inuiso maledicta tibi commissa negabit  
 Semina, & adsumptis fructum non proferet herbis.  
<sup>14</sup> Torpidus vt multo collidens membra tremore.

ADNOTATIONES IN GENESIN.

1. Lux fiat, claro] Sic Fabricius, pro eo quod Morelius: clare, rectius mea sententia.
2. Et volucres varias suspendunt aëre pennas] Ita lego cum Cauchio, pro: suspendunt corpore.
3. ad vnguem Vultibus ad similem] Hoc cum eodem Fabricio, pro in vnguem.

4. Et licet huc vno] Prætermisim<sup>o</sup> cū Fabricio vocem solo superfluum; additā quantū colligere est ex margine.
5. Quem postquam effigie formatum ceu sua] Corruptus versus, aut ablatius: sua, corrigitur contra artem metricam in vltima syllaba.
6. Inditur & nomen vitæ] Fabricius: vitæ, verum illud placet.

Xx



7. Adami à domino donata prudentia] *Fabricius ut carmen constet: Adami à domino data quæ prudentia, verum sensus est obscurior.*

8. Compulit infueto munus deferre marito] *Cauchius conicit legi debere: infueto.*

9. tum sola Morfū mandere] *Prorsus sic lego cum Cauchio, pro: Pandere.*

10. Operiens nudos] *Fabricius & Cauchius: operiens, addita altera littera: p, ut carmen constet, at qui aliam significationem ea vox habet.*

11. Elidit geminis frâgēs pia guttura palmis] *Et coniectura sic omnino legendū censeo, pro: fraudans.*

12. Cælo specularus ab alto] *Sic recte Morelius, pro eo quod Fabricius: cello.*

13. Numnâ vox sanguinis eius] *Contra sic rectius Fabricius, et ex cōiectura Cauch. quâ Morel. nonne.*

14. Torpidus vt multo collidens membra tremore] *Quæ prorsus nullus sit hic finis huius carminis, suspicor cætera quoque Genesios capita ad euersionem vsque Sodoma, metro à Cypriano conuersa.*

## EIVSDEM CYPRIANI

## SODOMA.

## ARGUMENTVM.

**P**lchre & latè integrâ historiam euersionis Sodoma: profequitur. Hoc inter cætera memoratu dignum, quod sua ætate adhuc statuam illam salis in quam vxor Loth conuersa est, durasse scribat, & si quis eam mutilauerit, statim vulnera denuo compleri, & in singulos menses menstrua pati, Bituminis quoque & Asphaltidis lacus vim & miracula paucis recenset.



**A**M Deus omnipotens, primæui tempora sæcli  
Vindice diluuiio cunctis aboleuerat vndis,  
Quas cælum sparsit terræ, maris expuit æquor:

*Genes. 7.*

<sup>2</sup> Hactenus haud liquido pœnas decernere pactus

*Genes. 9.*

Excidio; quoties hiemes induceret aër,  
Frenandis varium pluuiis mandauerat arcum,  
Purpureo & viridi signantem nubila limbo;  
Iridis huic nomen; propria est quæ fibula nimbis.  
Sed recidiua hominum pariter cum gente secunda  
Impietas, iterumque mali noua pullulat ætas;  
<sup>3</sup> Excidio iam non imbres sortita, sed ignes,  
Sic Sodomum meruit tellus <sup>4</sup> ardentibus vri  
Flammis, & finis portendere signa futuri.  
Efferat luxuries illic inimica pudoris  
Instar legis erat, fugeret quam præscius hospes;  
Ante vel ad Scythicas, vel apud Busridis aras,  
Exoptans per sacra necem, cæsusque cruorem  
Fundere Bebrycium, & Libycas satiare palestras;  
Antequæ vel Circea nouas per pocula formas  
Sumere, quam læsum Sodomis amittere sexum.  
Pulsabant Cælum inuidia connubia mixta,  
Incestu parili generis natura rebellis  
In sese, læsumque viri cum corpore nomen.  
Tempore sed certo Deus omnia prospiculatus,  
Iudicat iniustos; <sup>5</sup> patiens, vbi criminis ætas,  
Cessandi spacium vis nulla coegerit iræ.

*Genes. 18.*

Iamque dies vltix aderat: duo de grege missi  
Angelico, forma iuuenes qui spiritus ambo  
Diua ministerio Domini mandata ferebant,

*Genes. 19.*

Succedunt

Succedunt Sodomis. Illic de stirpe piorum  
Transuena Loth aderat, sapiens iustique colonus  
<sup>6</sup> Vnus erat meminisse Deum; solet vtilis arbor  
In syluis latitare feras velut hospita fructu.  
Is tunc pro porta residens (vix mœnia adibant  
Cælicolæ) quanquam diuinos nescius, vltro  
Aduocat, adpellat, patrio veneratur honore,  
Hospitiôque vocat, longe stabulare parantes;  
Enifus longis precibus, pia pignora mensa  
Officiis que probis studio dispungit amicos:  
Nox requiem dederat, lux soluerat altera noctem,  
Et Sodoma in foribus strepitat<sup>7</sup> conquesta rudendum.  
Loth contra supplex: Ne vos nunc pacta libido  
Incendat iuuenes ipsam fœdare iuuentam;  
Quo luxus genitura vocat? quo semina frustra?  
Quo nullæ nuptant animæ; non lustra colentes,  
Non stabulis reduces, non vndis subter hiantes,  
Nec quæ pennarum modulis prope nubila pendent,  
Nec quæ per terram <sup>8</sup> pertracto corpore reptant.  
Omne genus luxu genus est, sed fœmina coniux  
Omnibus, & nunquam cuiquam nisi fœmina mater.  
Nunc si fas iuuenilis habet vastare pudorem,  
Sunt intus natæ biiuges mihi, nubilis ætas,  
Virginitas in flore tumet, iam dedita messi;  
Digna cupido viris, tulerit quam vestra voluptas:  
<sup>9</sup> Dedo, pater, proque hospitibus pensabo dolorem.  
Vulgus ad hæc demens: quisnam tu, quantus, & vnde,  
Qui nobis domineris, ait, legesque recondas?  
<sup>10</sup> Transuena num rector Sodomorum, vt ingerat iras?  
Nunc igitur tute ipse lues, quod nostra cupido est,  
Pro natis, proque hospitibus; satis vnus in omnes,  
Dicta & facta simul: vulgi nulla mora ferentis.  
Turbidus hiberno vt dum voluitur impete torrens,  
Riuorum numeros vno pede <sup>11</sup> fertur in omnes;  
Si qua illic arbor rapidis offenditur vndis,  
Haud manfura diu; quantum radice licebit  
Crinitas durare moras, vbi subter adesam  
Perdit humum <sup>12</sup> circumfosso iam caudice pendens,  
Huc illuc certam differt incerta ruinam:  
Haud aliter Loth in media vertigine vulgi  
Nutabat vinci prope iam; sed diua potestas  
Subuenit Angelici iuuenes de limine raptum  
Restituunt tectis; demens sed vulgus ibidem  
Pœnarum auspiciis <sup>13</sup> multatur lumine diro.

Xx ij



Tunc decreta Dei referant, dignam adfore pœnam  
 De Cœlo Sodomis, ipsum meruisse salutem  
 Iustitiæ titulo: Quin ergo accingeris istinc  
 Festinare fugam, pariterque educere si quid  
 Gentis habes: nos exitium iam inducimus vrbi  
 Loth generos citus adloquitur: sed dura hominum mens  
 Credere despexit monitum, risitque timorem.  
 Tempore mox quo lux tenebras conscendere tentat,  
 Et bicolor cœli facies de nocte diéque est,  
 Instabant iuuenes <sup>14</sup> Chaldeam educere gentem  
 Ex Sodomis, iustamque domum donare saluti:  
 Eia age Loth exsurge, tuamque adsume iugalem,  
 Et natus duplices, atque hinc exterminus ito;  
 Præueniens Sodomum pœnas; Manibus quoque amicis  
 Producent trepidos, <sup>15</sup> atque hæc ibi cætera mandant:  
 Serua Loth animam; ne visum in terga retrorsum  
 Vertere forte velis, cœptum vel sistere gressum;  
 In montem propera. Timuit Loth ardua tardo  
 Ereptare gradu, cœlestes ne prius iræ  
 Opprimerent: alios igitur deposcere portus  
 Adgreditur, paruam quam contra aspexerat, urbem.  
 Huc, inquit, contendo fugas; vix mœnibus extat,  
 Nec longe, nec magna. <sup>16</sup> Illi fauere precanti,  
 Urbis & ipsius pariter gessere salutem;  
<sup>17</sup> Segor inde loco nomen vox Barbara nouit.  
 Tunc Loth ingreditur Segor, simul exoritur sol,  
 Vltimus ille quidem; in Sodomamque incendia feruens  
 Infert, nam totos radios armauerat igni:  
 Æmula subseritur caligo, <sup>18</sup> includere lucem  
 Cœptans, atque globos confuso intexere Cœlo:  
 Fumantes coeunt nubes, nouus irruit imber;  
 Sulfura cum flammis flagrantibus æstuat æther,  
 Exustus crepitat <sup>19</sup> liquidis ardoribus ær.  
 Hinc habet in falso de vero fabula famam,  
 Solis progeniem currus optasse paternos,  
 Nec valuisse leuem puerum frenare superbos  
 Iouis equos, arsisse orbem; tunc fulmine raptum  
 Aurigam illicitum, planctum mutasse sorores.  
<sup>20</sup> Viderit Eridanus, si qua illic populus albet,  
 Aut si quis plumat senio modulatiores ales:  
 Hic aliter versæ mœrent miracula formæ.  
 Namque comes coniux <sup>21</sup> heu me, male tum quoque legis  
 Fœmina non patiens, diuina ad murmura Cœli  
 Audaces oculos ne quicquam sola retorfit,  
 Non habitura loqui quod viderit; & simul illic

In fragilem mutata salem, stetit ipsa sepulchrum;  
<sup>22</sup> Ipsaque imago, sibi formam sine corpore seruans;  
 Durat adhuc etenim nuda statione sub æthram,  
 Nec pluuiis dilapsa situ, nec diruta ventis.  
 Quinetiam si quis mutilauerit aduena formam,  
 Protinus ex sese suggestu vulnera complet;  
 Dicitur & viuens alio iam corpore, sexus,  
 Munificos solito <sup>23</sup> dispungere sanguine menses.  
 Nusquam sunt Sodomis, nusquam illorum impia lucent  
 Mœnia, cum Dominis domus omnis inops ita nusquam:  
 Tota rogos regio est; hinc atro horrore fauilla,  
 Hincque situ cano cineres incendia signant.  
 Occidit illa prior feritas (quam prospiciens Loth)  
 Nullus arat frustra piceas fuligine glebas.  
 Semiperempta etiam si qua illic iugera, lartas  
 Autumni conantur opes; <sup>24</sup> facile optima sese  
 Promittunt oculis, pira, perfica, <sup>25</sup> & omnia mala,  
 Donec carpantur: nam protinus <sup>26</sup> indice tactu,  
 Soluitur in cinerem, fit vana fauillaque pomum.  
 Sic igitur cœlo pariter terraque sepultis  
 Nec mare viuit ibi, mors est maris illa quieti;  
<sup>27</sup> Quod nullus animat per anhela volumina fluctus,  
 Quodque etiam patrio nusquam suspirat ab austro;  
<sup>28</sup> Quodque nequit proferre aliquam de gurgite gentem  
 Squamigeram, læuive cuti vel cortice septam,  
 Vel crispam concham, aut duplici compagine clausam.  
 Solum illiè propria mentitur fruge bitumen,  
 Exusti siligo maris; quod viuendus ardor  
 Subter stagna coquens de sulfuris & salis æstu,  
 Temperat, inque picem dat terræ hæerere marinam:  
 Inuehitur proprio cum tempore <sup>29</sup> pingue crematæ  
 Virus aquæ, spumisque cutis super æquora nigra  
 Textitur. Adpellunt queis est ea captio mercis:  
 Adclinant laterum læues libramine lembos,  
<sup>30</sup> Vt semel impositam doceant conscendere venam:  
 Nam se sponte leuans adnabit inertis ad ora  
<sup>31</sup> Nauigij, pressumque dabit præ munere largo,  
 Ni plaga contigerit quam mensis fœmina vestit.  
 Ecce aliud monstrum pelagi de clade notatur:  
 Cuncta illic immissa natant; natura recessit  
 Mergendis data corporibus; si denique testæ  
 Luciferam narem sistens qua spiritus igni est  
<sup>32</sup> Velificauit apex, flammæ si flamma perempta est,  
 Ibit subter aquas destructio naufraga lucis.



Hæ Sodomum & Gomorum signatæ in sæcula pœnæ  
Gentibus iniustis, quis peccata dura timorem  
Deseruere Dei, cœlestia iura tueri,  
Inque vnum rerum Dominum sperare docebunt.

ADNOTATIONES IN  
SODOMAM.

1. Vindice diluio] *Recte sic Morelius, pro eo quod Fabricius: iudice diluio.*
2. Hactenus haud liquido] *Contra hoc Fabricius, quam Morelius. Hactenus &c, quia commemorat pactis Dei de non excidendo posthac orbe per diluuium.*
3. Excidio iam non imbres] *Morelius rursus ita melius, quam alter: imbrem.*
4. ardentibus vri Flammi] *Hoc denuo Fabricius, ut carmen constet, pro: facibus; Cauchius censet legendum: fascibus, non male.*
5. patiens vbi criminis ætas] *Videtur desiderari versus vnus.*
6. Vnus erat meminisse Deum] *Gracisimus.*
7. conquesta rudendum] *Obscurus est hoc, quomodo & illud: pacta libido, pro libidine sodomica; item versus ille: Quo lux genitura vocat, &c.*
8. protactio corpore reptant] *Pulchre sic Morelius, pro eo quod Fabricius: manant.*
9. Dedo pater] *Fabricius: cedo, vtrum vis eligas.*
10. Transuena num rector Sodomorum vt ingrat iras] *Fabric. Transuena corrector Sodomorum duplicat iras, at illud placet.*
11. fertur in omnes] *Optime sic Fabricius, pro: vehitur in omnes.*
12. circumfosso iam caudice] *Placet contra hoc Morelij, pro eo quod Fabricius: cum caudice.*
13. multatur lumine diro] *Ita Fabric. pro eo quod Morel. interdum lumine multant; Quid non displiceret, si legatur: interdum.*
14. Chaldæam educere gētem] *Fabr. Chaldæū educere saluum, sed illud est elegantius, & sequens versus apud illum desideratur.*
15. atque hæc vbi cætera mandant] *Fabricius: atque hæc tibi cætera mando, verum non placet.*
16. Illi fauere precanti] *sic ex varia lectione hunc locum restitui. Fabricius habet: Illi fauere petenti, Morel. vero: mihi fauere precanti.*
17. Segor inde loco nomen] *Fabric. Inde Segor vico; perinde est, vtrum legas.*

18. includere lucē Cœptas] *Fabr. luce, nō recte.*
19. liquidis ardorib⁹ aēr] *Fabricius: æther, vtrubi⁹.*
20. Viderit Eridanus] *Optime sic Morel. pro eo quod Fabricius: Videris heu dirum, Praterquā enim quod: Viderit, Cypriano familiare sit, in Eridanum decidisse Phæontem de quo loquitur, ferunt poetarum fabula.*
21. heu me, male tum quoque legis Fœmina non patiens] *Recte & istud Morel. pro eo quod alter: heu lethum, metāque legis.*
22. Ipsaque imago, sibi formam sine corpore seruans] *Contra hoc rectius Fabricius, quam ille: Ipsa & imago sibi forma sine carne seruans.*
23. dispūgere sanguine mœces] *Rursus hoc rectius Morel. quā alter: depūgere, Nā et supra dixit: dispūgit amicos, & est phrasīs Cypriana. (quā prospiciens Loth) Etiam hic videtur versus vnus desiderari.*
24. facile optima sese Promittūt oculis] *Placet et hæc lectio Morelij, præ illa Fabricij: facile esse te opima.*
25. & omnia mala] *Itidem & istud, pro eo quod Fabricius: mella.*
26. indice tactu] *Forte legi oportet: tactum.*
27. Quod nullus animat per anhela volumina fluctus] *Fabric. Idque animat nullus, &c. Verū prius genuinū videtur quia sequitur: Quodque, producerunt enim veteres nonnunquam: s. in sine dictionis, quare neque placet vt cum Morelio legatur: nullos.*
28. Quodque nequit proferre] *Fabric. Quodq; cauet, minus recte.*
29. pingue crematæ Virus aquæ.] *Elegantior est & hæc Morelij lectio, quam alterius: crematum.*
30. Vt semel impositam doceant conscendere venam] *Fabric. imposita vena.*
31. adnabit inertis ad ora Nauigij] *Placet & hoc Morelij, pro: annabit mercis ad ora. Hoc autem significat ita herere bitumen nauigij, vt solui nō possit nisi menstruo fœmineo, cuius rei locuples testis est Ioseph de bello Iudaico lib. 5. cap. 5.*
32. Velificabit apex] *Cauchius censet legendū: Velificabit, sed neque hoc locum perspicuum reddit.*
33. Quis peccata dura timorē Deseruere Dei] *Hoc ex coniectura Cauchij, pro: corpora dura.*

## AD SENATOREM EX CHRISTIANA RELIGIONE AD IDOLORVM Seruitutem conuersum.

## ARGUMENTVM.

Senatorem grauiter increpat, quod antea Christianus & Consul, Isis seu matris Deum sacerdos fieri non sit veritus. Hortatur itaque, vt saltem in senectute respiciat. Porro cuiuscumque sit, vetusti Auctoris esse patet, quod adhuc tunc vigerent Isis illa sacra: fortassis etiam Tertulliani.



Vum te diuersis iterum vanisque viderem  
Inseruire sacris, prisco que errore teneri,  
Obstipui monitus: quia carmina semper amasti,

Carmine

Carminē respondens, properaui scribere versus;  
Vt te corriperem, tenebras præponere luci.  
Quis patiat̄ enim, te matrem credere magnam  
Possedeam dici, rursusque putare colendam,  
Cuius cultores infamia turpis inurit?  
Nāque sacerdotes tunicis muliebribus idem  
Interiorum ritum cultu interiore fatentur,  
Idque licere putant, quod non licet: vnde per orbem  
Leuiter incedunt, mollita voce loquentes,  
Lapsatōsque tenent extenso pollice lumbos,  
Et proprium mutant vulgato crimine sexum.  
Cūque suos celebrant ritus, his esse diebus  
Se castos memorant: at si tantummodo tunc sunt  
Vt perhibent, casti reliquo iam tempore quid sunt?  
Sed quia coguntur saltem semel esse pudici,  
Mente fremunt, lacerant corpus, funduntque cruorem.  
Quale sacrum est verò quod fertur nomine sanguis?  
Nunc etiam dicis, quod te non fecerit ætas,  
Sed tua religio caluum: caligāque remota  
Gallica, sit pedibus molli redimita papyro.  
Res miranda satis deiectāque culmine summo,  
Si quis ab Isia Consul procedat in orbem,  
Risus oris erit: quis te non rideat autem,  
Qui fueris Consul, nunc Isis esse ministrum?  
Quodque pudet primo, te non pudet esse secundo;  
Ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos  
Respondente tibi vulgo & lacerante Senatu.  
Tēque domo propria pictum cum fascibus ante,  
Nunc quoque cum sistro faciem portare caninam.  
Hæc tua humilitas, sed humilitatis imago est.  
Ædibus illa tuis semper monumenta manebunt.  
Rumor & ad nostras peruenit publicus aures,  
Te dixisse: Dea erraui, ignosce, rediui.  
Dic mihi si valeas, cū talia sæpè rogares,  
Et veniam peteres: quæ tecum, verba locuta est?  
Verè mente cæres, sequeris qui mente carentes.  
Hæc iterum repetis, nec te delinquere sentis.  
Quid mereare vide: minus esses fortè notandus,  
Si tantum hoc scires, & in hoc errore maneres:  
At cum vericolæ penetraueris ostia legis,  
Et tibi nosse Deum paucis accesserit annis,  
Cur linquenda tenes, aut cur retinenda relinquis?  
Nilque colis, dum cuncta colis; nec corde retractas  
Vera quid à falsis, quid ab vmbribus lumina distent.

X x iiii



Philosophum fingis, cum te sententia mutet:  
 Nam tibi si stomachum popularis mouerit aura;  
 Et Iudæus eris, totusque Incertus habebis.  
 Indulge dictis, sapientia non placet alta:  
 Omne quod est nimium contra cadit: vnum operantur,  
 Et calor & frigus: sic hoc, sic illud adurit;  
 Sic tenebræ visum, sic sol contrarius aufert,  
 Et pariter lædunt gelidum feruensque lauacrum,  
 Escæ alitur corpus, corpus corrumpitur escæ:  
 Vnque suam minuit, si quid protenditur vltra.  
 Denique si fedetas, requies est magna laboris;  
 Si multum fedetas, labor est. Maro nanque Poeta  
 Pro pœna posuit: sedet, æternumque sedebit  
 Infelix Theseus; semper nocet vtile longum,  
 Prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant:  
 Sic nimium sapere stultum facit improba secta.  
 Me dea sic docuit, moderamen amabile dixit.  
 Sed tu nec sectam modo, nec moderamina curas,  
 Mens autem stabilis nullo peruertitur æstu,  
 Ipsaque simplicitas nunquam mala cogitat vlla.  
 Hinc sincera fides æterna fide fructur:  
 Et contra dolus longo cruciabitur igni.  
 Elige quid velis, vt digna piacula vites.  
 Sic tamen hanc veniam mereatur creditor inquam.  
 Vt leue crimen erit, si nolis noscere veras:  
 Non leue crimen erit, si cognita vera relinquas.  
 Sed te correctum forsân matura senectus  
 In melius reuocat fatiatum erroribus istis:  
 Tempus enim mutat mala, digerit omnia tempus.  
 Tunc igitur cum te consulta reduxerit ætas,  
 Dilce Deo seruare fidem, ne fortè bis vnum  
 Incurras lapsum, quia verè dicitur illud:  
 Qui pedis offensi lapidem vitare secundo  
 Nescit, & incautus iterum vexauerit artus:  
 Imputet ipse sibi, nec casibus imputet vllis.  
<sup>8</sup> Corrige delictum fidamine, corrige mentem.  
 Suffecit peccare semel, desiste vereri:  
 Non erit in culpa quem pœnitent ante fuisse.

## ADNOTATIONES.

1. Obstipui monitus] *Lego: monitus, pro eo quod erat: motus; mallem etiam legi: Obstupui, nisi alibi legeretur apud Cyprianum: mens obstipuit.*  
 2. Nanque sacerdotes tunicis muliebribus idē] *Obscurus locus & quantum apparet corruptus.*  
 3. Sed quia coguntur saltem semel] *Puto ex vitio operum legi: saltem, apud Morelium.*  
 4. Quale lacrum verè est quod fertur nomine sanguis] *Etiam hoc carmen obscurum.*

5. Hæc tua humilitas] *Etiam hic auctor more veterum: h, pro consonante utitur, de quo vide Bedam de arte metrica, nisi fortè legendum sit: hæc non humilitas.*  
 6. Sedet, æternumque sedebit infelix Theseus] *Prorsus ita legendum, nam ita legitur apud Maronem quem citat, Aeneid. 6.*  
 7. Nec casibus imputet vllis] *Etiam hoc lego ex coniectura pro: illis.*  
 8. Corrige delictum fidamine] *Nota vox.*

## H Y M N V S C Y P R I A N I

### DE PASCHA DOMINI.

## A R G V M E N T V M.

**V**bi Crucis, Resurrectionis, & Ascensionis mysteria paucis attigit; baptismum in hebdomada Paschæ celebrari consuetum, pulchris metaphoris concelebrat. An autem Cypriani sit, dubitare me faciunt Ms. cod. Dunensis & Cornelij Gualteri, quorum hic prorsus ascribit Victorino, ille verò sic habet sub hymni finem; Cælij Cypriani Episcopi & Martyris hymnus de pascha Domini nostri Iesu Christi explicit, aut certe secundum quosdam Victorini Pictabionensis Episcopi. Ex quorum etiam utroque & Anglico codice titulum descripsimus: DE PASCHA; pro eo quod Morelius: DE CRUCE, inseribit, & Fabricius: LIGNVM VITAE.



ST locus ex omni<sup>1</sup> medium quem credimus orbé,

Golgotha Iudæi patrio cognomine dicunt:

Hic ego, <sup>2</sup> de sterili succiso robore lignum  
 Plantatum, memini fructus genuisse salubres,

<sup>3</sup> Non tamen hos illis qui se posuere Colonos  
 Præbuit, externi fructus habuere beatos.

Arboris hæc species vno de stipite surgit,  
 Et mox in geminos extendit brachia ramos;

<sup>4</sup> Sicut plena graueis antennæ carbasæ tendunt,  
 Vel cum disunctis <sup>5</sup> iuga stant ad aratra iuuenis.

Quod tulit hoc primo, maturo semine lapsum  
 Concepit tellus: Mox hinc mirabile dictu,

Tertia lux iterum terræ superisque tremendum  
 Extulerat ramum vitali fruge beatum.

<sup>6</sup> Sed bis vicinis conformiter ille diebus.  
 Creuit in immensum, cælumque cacumine summo

Contigit, & tandem sanctum <sup>7</sup> caput abdidit alto.  
 Dum tamen ingenti bis senos pondere ramos

Edidit, & totum spargens porrexit in orbem;  
 Gentibus vt cunctis victum vitamque perennem

Præberent, mortemque mori qui posse docerent.  
 Explicitis etiam mox quinquaginta diebus

Vertice de summo diuini nectaris haustum  
 Detulit in ramos <sup>8</sup> cælestis spiritus aura:

Dulci rore graues manabant vndique frondes.  
 Ecce sub ingenti ramorum tegminis vmbra

Fons erat: Hic <sup>9</sup> nullo casu turbante serenum,  
 Perspicuis illimis aquis: <sup>10</sup> & gramina lætos

Fundebant circum vario de flore colores.  
 Hunc circum innumeræ gentes populique coibant;

Quam varij generis, sexus, ætatis, honoris,  
 Innuptæ nuptæque simul, viduæque nurisque,

Infantes, puerique, viri, iuuenesque, senesque,  
 Hic vbi multigenis flexos incumbere pomis



Ceruebant ramos, auidis attingere dextris  
 Gaudebant madidos cœlesti nectare fructus.  
 Nec prius hos poterant<sup>1</sup> cupidis decerpere palmis,  
 Quam lutulenta viæ vestigia fœda prioris  
<sup>12</sup> Detererent, corpûsque pio de fonte laurent.  
<sup>13</sup> Ergo diu circumspaciantes gramine molli,  
<sup>14</sup> Suspiciunt alta pendentes arbore fructus:  
 Tunc si quæ ex illis delapsa putamina ramis,  
 Et dulces multo<sup>15</sup> ro rantes nectare fructus.  
 Vescuntur, veros optantes sumere fructus.  
 Ergo vbi cœlestem cœperunt ora saporem,  
 Permutant animos,<sup>16</sup> & mentes perdere auaras  
<sup>17</sup> Incipiunt; dulcique hominem cognoscere sensu.  
 In solito multis stomachum mouisse saporem  
 Vidimus; & fellis commotum molle venenum,  
 Reiecit bonos turbata mente sapes:  
 Aut auide sumptum non dilexisse, diuque  
 Et male potatum tandem euouisse saporem  
 Sæpe quidem multi renouatis mentibus ægros  
 Restituere animos, & quæ se posse negabant,  
 Pertulerant, fructumque sui cœpère laboris.  
<sup>18</sup> Multi etiam sanctos ausi contingere fontes,  
 Discessere iterum subito, retroque relapsi,  
 Sordibus & cœno mixti voluntur eodem.  
<sup>19</sup> Multi vera bono portantes pectore, totis  
 Accipiunt animis, penitusque in viscera condunt.  
<sup>20</sup> Ergo quique sacros possunt accedere fontes,  
<sup>21</sup> Septima lux reparans optatas sistit ad vndas,  
 Tingunt in liquidis ieiunos fontibus artus  
 Sic demum illuuiem mentis, vitæque prioris  
 Deponunt labem, purasque à morte recidunt  
 Illustres animas,<sup>22</sup> cœlique ad lumen ituras.  
 Hinc iter & ramos, & dulcia poma salutis:  
 Inde iter ad cœlum per ramos arboris altæ.  
 Hoc lignum vitæ cunctis credentibus.<sup>23</sup> Amen.

ADNOTATIONES IN  
 Hymnum de Pascha.

1. medium quem credimus] *Anglicus cod. cum Fabricio: medius, at prius habent Dunensis & Cornelij Gualteri codices & placet magis, Fabricius vero solus legit: cernimus.*  
 2. de sterili succiso robore] *Neque hoc placet quod habet Fabricius: succisum.*  
 3. Non tamen hos] *Contrario arridet hæc eius lectio, pro eo quod alij: hoc, vel; hic, aliud censeo de eo quod legit: colonis, cū Dunensis cod. in margine, pro: colonos.*

4. Sicut plena grauis antennæ] *Istud habeo ex varia lect. legentibus Angl. cod. & Fabricio: graues aillis vero: grauis; pro sicut, Gualt. cod. min<sup>9</sup> recte: Sic vbi.*

5. iuga sunt ad aratra] *Fabric. stant, Anglicus cod. ab arante, sed illud placet.*

6. Sed bis vicinis conformiter ille] *Anglic. cod. confirmato ille, Fabr. Firmatus & ille.*

7. caput abdidit alto] *Rectius hic Fabric. quàm cæteri: alte.*

8. cœlestis spiritus aura] *Istud contra rectius alij quàm Fabric. auræ.*

9. nullo casu turbante serenū] *Sic optimè Angl. & Gualt.*

*& Gualt. cod. pro eo quod alij: sereno, & Fabric. serenus.*

10. & gramina circum fundebant lætos] *Angl. cod. & gramina lætos fundebant circum.*

11. cupidis decerpere palmis] *Rursus hic cod. Gualt. auidis.*

12. Detererent] *Anglic. cod. detegerent.*

13. Ergo diu circumspaciantes gramine molli] *Idem: circumspaciantes gramine mali, sed non placet.*

14. suspiciunt] *Optimè sic idem cod. pro: suscipiunt.*

15. ro rantes nectare fructus] *Fabricius minus recte: frondes.*

16. & mentes perdere auaras] *Quum ex verbis his satis constet, desiderari versum saltem unum atque alterum; non dubito quin genuini sint versus sex sequentes quos solus habet Fabricius, hoc initio:*

17. Incipiunt, dulcique hominem cognoscere sensu. Pertulerant] *solus Morelius: Pertulerunt.*

18. Multi etiam sanctos ausi contingere fontes] *cod. Gualt. sacros.*

19. Multi vera bono] *Ita Morelius; quod malo, quam id quod habent alij: Multi vero.*

20. Ergo quique sacros] *Fabric. & Anglic. cod. qui sed quique, pro: quicumque, veteribus usitatum.*

21. Septima lux reparans] *Optimè sic Anglicus codex pro eo quod Morel. Et quos septima lux, aut Fabr. Septima lux illos.*

22. cœlique ad lumen ituras] *Sic Ms. omnes pro eo quod est: lumen, apud Morel. & Fabric.*

23. Amen] *Dunensis & Gualt. cod. Amen*

ORATIO CYPRIANI  
 pro Martyribus.

ARGUMENTVM.

**O**rationis breuitas ita restatum facit argumentum, vt pluribus non sit opus; Cypriano autem constanter hæc ascribunt non modo Manuij & Morelij Ms. cod. sed etiam Anglicus, Affliginensis, Marchinensis, ac Dunensis: quorum tamen nullus adicit: **P R O M A R T Y R I B V S.** Certè etiam stilus à Cypriano non est alienus.

**H**AGIOS, Hagios, hagios, sancte sanctorû, pater patrum nostrorû, Deus Abrahâ, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus Apostolorû, Deus prophetarû, Deus virginum, Deus bene uentium, Deus credentium, Deus & pater domini nostri Iesu Christi filij tui; te inuocamus supplices, pariter & deprecamur<sup>1</sup> filij v-nigenite, qui ex ore altissimi procreatus es ante mundi dispositionem, & ex Mariæ sanctæ virginis ytero per mysteriû editus; oratibus nobis, sancti desiderij spiritale incre-

mentum, & integritatem cordis præstare dignare, vt lauacro salutari recreatum pectus<sup>2</sup> à delictis carnalibus incolume persistat. Petimus fide illibata, mente incorrupta, deuotione robusta, operatione, seu dilectione continua; vt in Ecclesia sancta tua nos florere permittas: quoniam tibi flectimus genua, & curuamus ceruices, cui angeli & archangeli, millia millium martyrum, chorus Apostolorum, & prophetarû gloria exultant, cui omnes aues canût laudes, linguæ confitentur cœlestium, terrestrium & infernorum: tibi omnes aquæ in cœlo, & sub cœlo confitentur; te insensibilia sentiunt: tu es solus, & præter te<sup>3</sup> & extra te nemo. Te quæsumus Domine pater omnipotens, qui soli filio cōspicibilis es, cuius angeli & archangeli obtemperant tibi Domine pater: te oramus, vt tribuas nobis mentem integram, innocentiam puram, sinceritatem deuotam, conscientiam sanctam, puram, sobriam, castam, contra omnes insidias sæculi gloriosa fide degentem: contra diaboli minas, & carnales illecebras munitum pectus concedas; ne violenti & cruenti hostis leralibus laqueis implicemur, vt signû salutis æternæ incolume perferamus. Pelle à nobis omnem sæculi illuuiem, omnemque diaboli persuasionem. Laqueetur, concidat, & superetur à nobis, & amoueat, sicut à Sarra famula tua Asmodeus dæmon nequissimus, extinctus per angelum tuum sanctum Raphael. Et sicut Tobia affuisti, ita mihi adesse digneris. Et vt tribus pueris in camino, & Danieli misericordiâ prestitisti: sic circa nos famulos tuos facere digneris. Qui mortuos suscitasti; cæcos illuminasti; surdis auditum<sup>4</sup>, mutis eloquia, claudis gressum, leprosis sanitatem dedisti: ita & da famulis tuis, qui te tota virtute mentis credimus natum, passum, venturum iudicare viuos & mortuos. Assiste nobis, sicut apostolis in vinculis, Teclæ in ignibus, Paulo in persecutionibus, Petro in fluctibus. Qui sedes super septem thronos ad dexteram patris, respice nos & libera nos de æternæ mortis interitu: vnus in vno, pater in filio, filius in patre, spiritus sanctus, per quem, & cum quo est tibi in sancta Ecclesia honor, virtus, claritas, maiestas, potestate, benedictio, immortalitas, & nunc & in æternum, semper & in omnia sæcula sæculorum, Amen.

Tob. 8.

Dan 3. 6.  
 & 14.



ADNOTATIONES IN orationem pro martyribus.

1. Deus bene viuentium] *Et adieci ex Morelio, in ceteris desideratur.*
2. filii vnigenite] *Ex eodem & istud. In ceteris lectionem vulgatam & Ms. nostrorum retinimus, pro eo quod ipse legit: & sapientia patris quæ ante omnia sæcula ex corde patris nata es, & ex tempore carnem sine peccato induisti, ex virginali utero & Sanctis. Beatæ & gloriosæ virginis Mariæ, da supplicantibus nobis. Reposuimus tamen ex eodem quod sequitur: sancti desiderij spiritale incrementum, pro eo quod vulgo legitur duntaxat: desiderium animæ:*
3. a delictis carnalibus] *Cum Cauchio adiecimus particulam: a.*
4. cui omnes aues canunt] *Sic tres Ms. nostri. & Cauchius, pro: cantant.*
5. & sub cælo] *Ex istdem adicio: &.*
6. & extra te] *Istud addidi ex Morelio, ubi tamen vitio operarum legitur: neque.*
7. soli filio conspicabilis es] *Ms. omnes & vet. exc. conspicabilis, verum illud placet, quod similiter dixerit Prudentius: coram refultat ore conspicabili.*
8. cuius angeli & archangeli obtemperant tibi] *Placet hac Ms. cod. lectio, pro vulgata: cui angeli & archangeli obtemperant, & tibi.*
9. innocentiam puram] *Morelio rursus acceptam debemus vocem: puram, & paulo post vocem: hostis, ubi legitur: cruenti hostis, alibi desideratus.*
10. vt signū salutis æternæ incolume perferamus] *Iisdem penè verbis utitur etiamnum Ecclesia in ceremoniis baptisimi.*
11. omnemque diaboli persuasionem. Laqueum] *Gravius legit: omnisque diaboli persuasio liquecat. Verum illud habent Ms. cum veteri excusf.*
12. Et superetur à nobis] *Rectè & hoc Morelius, pro: separetur, Consensit Dunen. cod. in margine.*
13. carcos illuminasti] *Cū Ms. omifim' particulā: &.*

ORATIO CYPRIANI QUAM SVB DIE PASSIONIS suæ dixit.

ARGVMENTVM.

**N**Equè hic argumento est opus, Cypriano verò ascribunt hanc orationem eodem titulo Ms. cod. Anglicus, Affligiensis, March. ac Dunensis cum veteri excusf. Consensaneus est etiam, immo idem est vtriusque Orationis stilus, & Orationis in actu passionis fit.

**D**OMINE Sancte pater hagiis, Deus hagiæ, & hagiæ Deus meus, quis enim maior te? tibi gratias & laudè refero: Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum, Deus Apostolorum, & Deus propheta-

rum, & Deus martyrum, qui fuisti ante mundi dispositionem, Deus viuorum, venturus iudicare viuos & mortuos: qui es Deus verax, qui sedes super Cherubin & Seraphin sedem honoris tui, & prospicis abyssos: qui vides cuncta priusquam nascantur; qui habes potestatem occidere & rursus restituere; qui habes potestatem de arido viride facere. Tu omnium Dominus dominator, libera me ab hoc sæculo, & exaudi me orantem, sicut exaudisti filios Israel de terra Ægypti, & non tibi crediderunt, nec famulo tuo Moyfi. Væ peccatis meis. Cum eleuaueris confringere terram, sub qua fissura petrarum ne absconditur sum? ab ante virtutem tuam? Cui monti dicturus sum, cade super me; & cui colli, tege me ab ante metum Domini, cum te leuaueris confringere terram. Rogo, Domine, subueni mihi: noli secundum actum meum me iudicare: nihil enim in præceptis tuis parui. Exaudi me orantem; sicut exaudisti Ionam de ventre ceti; sic exaudias me, & eiicias me de morte ad vitam. Sicut Niniuitæ induerunt cinerem & cilicium, & pœnitentiam egerunt ante dominum. Exomologesin faciēti ante conspectum tuum pro vniuersis peccatis meis, qui es amator pœnitentiæ, miserere mei. Sed & David dicit: Domine propter nomen tuum dele peccatum meum. Et ego deprecans maiestatem tuam; dele vniuersa peccata mea, & exaudi me orantem, sicut audisti tres pueros de camino ignis, Ananiam, Azariā, Misaclem: & misisti angelum tuum cum nimbo rotis, & confusus est Nabuchodonosor præpositus regni: quoniam tu es rex regnantium, & Dominus dominantium, qui solus habes immortalitatem, & lucem habitas inaccessibilem, quam nemo hominum videt, nec videre potest. Exaudi me orantem, sicut exaudisti danielem de lacu leonū: & misisti Abacuc prophetam, & attulit ei prædium & dixit: Prande prædium, quod tibi misit Deus. Et dixit Daniel: Non relinquet Dominus querentes se. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Tobiam & Saram dum orarent in atrio domus suæ: tunc obtulit pro eis Raphael angelus orationes eorum: sic & tu exaudias preces meas, & admittas ad aulam sanctam tuam orationes meas, & cōrinenter mittas angelum tuū, qui doleat vniuersa delicta mea, sicut delicti spiritum immundum à Sara filia Raguel: & illumines cor meum, sicut illumina-

nasti oculos Tobiz Exaudi me orantem, sicut exaudisti Susannā inter manus seniorum, sic me liberaes ab hoc sæculo, quia tu es amator puræ conscientie. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Ezechiam regem Iudæ & delesti ab eo infirmitatem: sic & à me auferas infirmitatem carnis, & augeas mihi ad fidem, sicut illi auxisti annos quindecim ad vitam. Libera me de medio sæculi huius, sicut liberaisti Teclā de medio amphitheatro, libera me ab omni infirmitate carnis meæ. Te deprecor pater maiestatis, qui in fine temporum miserus es nostri, mittens nobis Iesum Christum filium tuum Dominum Deum saluatorem nostrum, natum ex Maria virgine de Spiritu sancto, annunciante Gabriele angelo, per quem nos liberaisti de periculo mortis imminētis. Et te deprecor filium Dei viui, qui fecisti tanta mirabilia, qui in Cana Galilææ de aqua vinum fecisti, propter Israel, qui cæcis oculos aperuisti; qui surdos audire fecisti; qui paralyticos ad sua membra reuocasti; qui soluisti linguas blesorum; dæmonio vexatos sanasti; claudos currentes fecisti velut ceruus: mulierem de profluuio sanguinis liberaisti; mortuos suscitasti; super aquam pedibus ambulasti; qui Petro labenti manum tradidisti; qui mare fundasti, & terminum ei posuisti, & dixisti: Huculque venies, & hic te confringes in virtute tua. Te deprecor filium Dei viui propter vniuersa commissa mea, qui es in cælis filius in patre & pater in te in sempiternum, qui sedes super Cherubin & Seraphin sedem honoris tui. Tibi assistunt angeli, archangeli, numerus innumerabilis, timentes & pauentes honorem & virtutem tuam, clamantes voce magna & dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Tu ipse nobis testamentum fecisti: Petite, & accipietis; pulsate, & aperietur vobis. Quodcunque à patre meo petieritis in nomine meo, ego à patre peto vt accipiatis. Ego peto vt accipiam; quero vt inueniam; ego pulso, vt aperiat mihi; ego in tuo nomine peto, vt tu à patre petas, & detur mihi. Paratus sum propter nomen tuum victimam sanguinis fundere, & quodcunque tormentum sustinere. Tu es, Domine, auditor meus & defensor: defende me ab aduersario meo. Angelus tuus lucis protegat me, quoniam tu dixisti; quod credentes petieritis per orationem, dabitur vobis. Omnis

homo mendax, tu es verax. Sicut tu repro-misisti, potestatem habes, Domine, dare mihi omne sacramentum tuum cæleste, vt dignus sim faciem sanctorum tuorum videre. Spiritus in me operetur, voluntas tua in me fiat: quoniam tibi sponondi omnibus diebus vitæ meæ, qui passus es sub Pontio Pilato bonam confessionem, qui crucifixus descendisti, & conculcasti aculeum mortis. Deuicta est mors, denictus est inimicus diabolus. Tu resurrexisti à mortuis, & apparuisti Apostolis tuis, sedes ad dexteram patris: qui venturus es iudicare viuos & mortuos. Tu dominaberis, libera me de manu querentis animam meā. Per nomē tuū libera me ab aduersaria potestate, vt opem des vincendi inimicum meum: quoniam tu es potens assertor & aduocatus precum, & petitionum nostrarum animarum. Die ac nocte interpelles pro peccatis meis, orationem meam perferas ad patrem tuum. Et tu Domine sancte pater digneris respicere super preces meas, sicut respexisti super munera Abel. Digneris me liberare ab igne & pœna perenni, & ab omni tormento quod parasti iniquis: per bonum & benedictum Iesum Christum saluatorem nostrum, per quem tibi laus, honor, virtus, gloria, in sæcula seculorum, Amen.

ADNOTATIONES IN orationem Cypriani, quam sub die passionis suæ dixit.

1. Domine sancte pater] *Gravius sic legit: Domine sancte Deus hagiis pater ad te leuavi animam meam Deus meus tibi gratias & laudes refero verum vulgatam lectionem habent veteri excusf. & Ms. vni illud placet vt legatur: refero pro eo quod erat: gero.*
2. Deus Abraham] *Premittit idem Gravius: Deus patrum nostrorum, quod vulgo postponitur. quantum apparet, quia sic fere vbiq; scriptura, sed nobiscum legit Ms.*
3. ante mundi dispositionem] *dem habet constitutionem, at prius legitur orat. preced. & in Ms. ac vet. excusf. cod.*
4. sedem honoris tui] *Istud adicio ex Gravius*
5. & prospicis abyssos] *Morel. & Dunensis cod. per spicis.*
6. qui habes potestatem occidere] *Adicio occidere, cum Morel. ex Ms. Adicit autem præterea Gravius qui habes potestatem mortificare & rursus viuificare, sed nō placet, alioqui enim bis id ipsum repetitur. Ex ipso tamen addidi illud: & de viridi aridum.*
7. ab ante] *Mirum est, constanter legere illud: ab. Ms. omnes vtrouique.*



8. nihil enim in præceptis tuis parui] *Morel. non habet: in.*

9. ante dominum] *Hoc rursus ex Cravio. Omisimus vero cum Ms. paulo post vocabulum: & superfluum.*

10. & confusus est Nabuchodonosor] *Cravio non male: confessus] At illud habent Ms.*

11. in atrio domus suæ] *Antiqui quidam codices Morel: in cubiculo.*

12. & continenter mittas] *Cravio, continuo, sed contra Ms. cod. fidem.*

13. & delecti ab eo infirmitatem] *Crav. in margi. ne; eruiti.*

14. Sicut liberaſti Teclā de medio amphitheatro] *Priori oratione, ignium Tecla hic Amphitheatri meminit, sancta enim Tecla Apostoli Pauli discipula, primum ignes, deinde leones in Amphitheatro, solo crucis signo euasit illa, postmodum tamen martyrium Leonij passa. Vide Metaphrasen.*

15. qui recisti tanta mirabilia] *Morel. quidam codi- magnalia.*

16. Sedem honoris tui] *Ex Morel. adiecimus: sedem omne sacramentum tuum cæleste] Hic adicio ex Ms. tuum.*

17. die ac nocte interpellas] *Solus Manutius: interpellas.*

### DE SINGULARITATE Clericorum Origenis iuxta quosdam.

#### ARGUMENTVM.

**S**ingularitatem Clericorum, hoc est, vitam singularem seu solitariam sine consortio vnius femine, ex reuelatione diuinitus sibi facta, & scripturis compluribus inculcat; tum propter periculum incontinentiæ, tum ad euitanda scandala. Atque adeo & in conuentu sacrorum & in visitationis ac exhortationis munere apud feminas obeundo, seueritatem & omnem honestatem clericis visitatam esse debere. Frustra vero eos in sui patrociniū adferre exempla Helie, Christi, ac Apostolorum; quæ ad sanctitatem eorum non perueniant: & certe si nō alia familiaritate cū feminis quam illi videntur, nihil esse periculi. Turpe proinde esse & indecorum, quod cum sepe mariti cum vxoribus continētiā voueant, clerici sine feminis habitare nolint. Non alias igitur in domū a clericis vult ascisci feminas, quam matrem, filiam, sororem, vel cognatam. Cæterum Origeni librum hunc adscribit, teste Morelio, Landolphus a Columna in Breuiario historiali, Laxardus Cælestinus, & Antoninus cum Vincētio Bellouacensi in Sēma hystor. Immo ne quis de alio libro illos loqui opinetur, ipsa verba prolixè citant. Accedit, quod disertis verbis auctor mentionem facit, nec omnino videtur improbare eos, qui seipſos venera castrant propter regnum Dei. Quod ab ipſo factum, locuples testis est Euseb. Ecclesiast. hist. libr. 6. ca. 6. ac cum secutus Niceph. libr. 5. cap.

8. Ioannes etiam Zonara Annalium Tom. 2. ad imperium Seueri. Pro eodem faciunt Græcissimi frequentissimi, qui ex Græco translātū arguunt. Quare recte censuit Erasim. Cypriani non esse; ego tamē translātū cenſeo iam inde ab ea ætate, ob schemata & phrasēs quasdam eius ætatis.

**R**OMISERAM quidem vobis ante tempus epistolam, filij carissimi, quæ omnium morum instituta de lege commendans, summam omnia etiam contineret, quæcunque vniuersis clericis generaliter ad dirigendam regulam competunt disciplina: sed quia nūc de feminarum commoratione vulgariter inter vos quidam ad ignominiam deuoluti sunt, etiam de hac re specialiter vobis, domini correptione scribere cōpulsus sum: qui miserum me pro vestra negligētia cum seueritate corripiens, mandare præcepit, ne clerici cum feminis commorentur. Et licet hæc admonitio sola litterarum mearum auctoritate sufficeret, tamen ne me somniantorem irrideat quisquam, sicut Ioseph fratres irriserunt, scripturarum addimus firmitatem; vt omnes sciant hoc etiam modo per reuelationem Dominum iubere, quod litteris cognoscitur ante iussisse; nec nos esse adulterantes verbum Domini, aut volentes iactanter de reuelationibus gloriari, sed sic ante conspectum Domini referendo non mentiri quod loquimur; sicut à Domino confidimus nos non audisse mendaciū, præsumentes vocem Apostoli Pauli protestantis: Non enim sumus, inquit, sicut pluri-  
mi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo coram ipſo in Christo loquimur, In dolore itaque maximo constituti de quibusdam putrefactis membris corporis nostri, & in gemitu iacturam lamentantes Ecclesiæ, quæ per segnitiem nostram redigitur per dies singulos ad nimiam paucitatem; credimus nos ex parte aliqua subleuari, quod diligentia nostræ negligentia quorundam obesse non possit, quibus nunquam nostræ litteræ defuerunt, quæ per absentiam nostram frequentiam omnibus pensauerunt dissimulationis suæ: vt vnusquisque cōtempтор reum semet ipsum conscribat, nos autem libera fronte contemptoribus exclamemus, quod Salomon cōfidēter exprobrat: Quoniā quidē vocabā, inquit, & nō obaudiebatis: & extēdebā verba mea, & nō intēdebatis, sed irrita faciebatis mea

tis mea consilia, meis autem increpationibus non interdebatis: itaque & ego vestræ perditioni supertridebo. Gratulabor ergo aduersum vos; cum aduenerit vobis interitus, & cum aduenerit vobis subito tumultus: euersio autem simul & procellæ, & cum aduenerit vobis pressura & expugnatio: Erit enim cum me inuocaueritis, ego autem non exaudiam vos: Quærent me mali, & non inuenient: oderunt enim sapientiam. Verbum autem Domini non assumpserunt, neque vouerunt meis consiliis intendere. Spreuerunt enim meas correptiones: ideoque edent viæ suæ fructus, & sua impietate satiabuntur. Ad vos nunc mea exhortatio conuertitur, quos nolumus experiri talia præcipitia ruinarum. Metuite quantum potestis eiusmodi casus exitia: & in ista subuersione, labentium vos experientia perterreant. Nimium præceps est qui transire contendit, vbi alium conspexerit cecidisse: & vehementer infrenis est, cui non incutitur timor alio pereunte. Amator vero est salutis suæ, qui euitat alienæ mortis incursum. Et ipse est prouidus, qui sollicitus sit claudibus cæterorum: sicut Salomon approbat dicens: Astutus videns malum puniri vehementer erudietur. Et iterum: Cadentibus impiis iusti vehementer terrebutur. Aduersaria est confidentia, quæ periculis vitam suam pro certo commendat. Et lubrica spes est, quæ inter fomenta peccati saluari se sperat. Incerta victoria est, inter hostilia arma pugnare. Et impossibilis liberatio est, flammis circumdari, nec ardere, quod Salomon non negat, dicens: Quis alligabit in sinu suo ignem, vestimenta autem sua non comburet? Aut quis ambulabit super carbones ignis, pedes vero non comburet? Sic qui introierit ad vxorem proximi sui, non erit immunis: neque omnis qui tangit eam. Credite quæso vos, credite diuinæ fidei, quinimo quam nostræ: quia omne quidquid pollicetur non potest fallere, dicente Domino: Facilius est, inquit, cælum & terram præterire, quam de lege vnum apicem cadere. Et iterum: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Ipsi ergo nos fallimus, quotiens in ordinaliter credimus, æstimates per fidem nostram legis præcepta mutari: vt inter masculos & feminas speremus passim castitatem immobilem custodiri.

Difficile quis venenum bibit, & viuere. Vendum est dormienti in ripa ne cadat, cum dicat apostolus: Qui se putat stare, videat ne cadat. In hac parte expedit plus bene timere, quam male fidere. Et vtilius est infirmum se homo cognoscat, vt fortis existat, quam fortis videri velit, & infirmus emergat. De qua re præsumptores obiturgat Apostolus dicens: Si quis putat se aliquid esse; cum nihil sit, seipsum implanat. Pro certo implanator proprius suam animam decipit, qui non cauendo contraria, noxiis rebus semet ipse commiserit. Ille autem tutius sibi consulit, qui circa malos semper infidus species quascunque noxias extimeſcit: quorum distantiam Salomon differuit, dicens: Sapiens timendo declinabit ab omni malo: insipiens autem confidens sui miscetur iniquo. Magnum sapientiæ diuinæ consilium inuentum est, vbi timoris auxilio liberemur. Magna compendia prouidentia, vt aliquando fiat virtus & victoria per timorem. Magna remedia Dominus cōtulit ad salutem, vt habeat & timidus laudem, sicut Salomon repetit, dicens: Beatus vir qui veretur omnia per metum. Inæstimabilis Domini misericordia, quæ vniciuique homini suam contulit gloriam: & incomprehensibilis pietas, quæ secundum pugnas dedit & palmas: vt confitendo masculorum fauitiam superemus, & timendo feminarum blandimenta vincamus; dummodo & de virtute & de infirmitate super nos Dominus glorias operetur: vt in omnibus & per omnia omnipotentem semet ipse tēstetur, diuidens differentias triumphorum; vt tam consiliis quam viribus à nobis bella vincantur, ne si vicerimus folius fidei fortitudine, contra Salomonem vacua essent opera sapientiæ. Nunc igitur sapientiæ arma gestāda, vbi feminei & virilis sexus certamē indicitur. vnde Salomon sic instruit, dicens: Prudentiā, inquit, fac notam tibi, vt tēseruet à muliere aliena & pessima. Videte nūc prudentiā in isto bello, non fidem nobis datam esse vetricē, quæ nos timiditatis remedio liberasset: & contemplamini quæ sunt modo arma sumenda, si vultis habere legis auxilia. Estote timidi, vt sitis intrepidi: & licet timor in certamine infirmitas esse videatur tamen secundum verbum Apostoli, virtus in infirmitate perficitur. Separamini deprecor, separamini contagione pestiferæ  
Yy ij



ra. Quantumcunque fuerit vnusquisque longius ab aduersis, tantum non sentit aduersa. Minus voluptatibus stimulat, qui non est, vbi frequentia est voluptatum. Et minus auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non videt: si admittimus<sup>15</sup> Apostolum pollicentem: Qui volunt, inquit, diuites fieri, incidunt in tentationem<sup>16</sup> & in mulcipulas, & desideria multa, & inutilia & noxia, quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum. Non aliter tentationibus subiacet, qui iunctus est femina; in qua nihil est aliud nisi quod feriat proximitatem, aculeus peccati facta est forma feminea; & mortis condicio non aliunde surrexit, nisi de muliebri substantia.

Quod Salomon ad nostram sollicitudinem memorat, dicens: A muliere factum est initium peccati, & propter hanc omnes morimur. Inde mortales tenemur,<sup>17</sup> nec timemus. Quid si iam immortales essemus? Per mulierem liberauit nos equidem Christus: sed vnde adhuc morimur formidare debemus. Tunc liberatio ipsa constabit in femina, si à nobis mors reuincatur, quæ per feminam venerat. Cæterum si adhuc per mulierem circa nos scandala dominantur, liberationis Christi fecimus pro certo dispendium. Siquidem in futurum spes ista libertatis manet, quam fidei nostræ Christum credimus contulisse: vt tunc nobis omnino mulier non noceat, cum & ipsa mors fuerit euacuata. Nam si modo putamus nos intentabiles esse muliebribus iaculis; quid ergo restat cælestibus regnis? Non immerito tales sensus Apostolus increpat, dicens: Iam satiati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis, & vtinam regnetis. Tempus ergo luctaminis adhuc geritur, & mors per feminam adhuc vsque grassatur. Mentior, si non videmus exinde interitus plurimorum. Quanti & quales episcopi & clerici simul & laici, post confessionum victoriarumque calcata certamina, post magnalia & signa vel mirabilia vsquequaque monstrata, noiscuntur cum his omnibus naufragasse; cū volunt in naufragili nauigare? Quantos leones domuit<sup>18</sup> vna muliebris infirmitas delicata, quæ cū sit vilis & misera, <sup>19</sup> de magnis efficit prædam?

Quod Salomon loquitur dicens: Pretium meretricis tantum est vnus panis, mulier autem pretiosas animas capit. Ante nos ista tractantur, & nullis terroribus coerchemur,

quid faceremus, si opinionibus tantummodo gestas historias audiremus? Sed hæc est semper incredulitas humanæ duritiæ, vt non solum audiendo, sed etiam videndo non credat alteros inserisse, nisi & se ipsam viderit interire; <sup>20</sup> nec sociorum mortibus quatitur, <sup>21</sup> dum illos promeritos aut inualidos opinatur. Se autem multum mereri, aut multum valere fiducialiter putat, nesciens præberi cunctis exempla, cum fuerint quibusdam irrogata supplicia, sicut Dominus in euangelio proponit & dicit: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis fuerint peccatores, qui talia passi sunt? Non, dico vobis nisi penitentiam habueritis, similiter perietis, sicut illi supra quos cecidit turris <sup>22</sup> in Syloa, & occidit eos. Putatis quoniam & ipsi debitores fuerunt præ omnibus hominibus habitantibus in Hierusalem? Non, dico vobis: si non penitueritis, similiter perietis. Miramur si Adam per Euam seductus est, quem nulla morientium exempla præcesserant, nisi iussio vna contrinxerat, cum modo nos nec innumerabiles mortes, nec infinita iussa compescant? Quibus conuenienter dicitur secundum increpationem Domini: Si Adam vidisset mortes, quæ factæ in vobis; olim in cilicio & cinere penitentiam egisset. Dico autem vobis, quoniam Adæ tolerabilis erit in die iudicij, quam vobis. Longe sit pestis ista & lues, & clandestina pernicies. <sup>23</sup> O quam inordinabilis femina propinquitas iaculatur, cuius vicinia est delictorum latrocinium. Non est in hac societate sinceritas approbabilis, quæ collisiones habet velut quibusdam fluctibus turbulenta. In hac familiaritate non habitat amica concordia: quoniam non nisi discordantes inimicitias creat. Fecit equidem viro Dominus mulierem adiutricem, sed serpentis inuidia personam sumpsit hostilem. Quod si illa de viro suo nata, vsque hodie ipsum cui iungitur tentat: quanto magis illa quæ copulatur, nulla lege coniuncta? Et si illi qui duo sunt in carne vna concreti, <sup>24</sup> tentionibus muruis inuicem pungunt, quid facient hi qui in vna carne nec nati nec iuncti sunt? præsertim quia nec Deum iam inuocare permittitur, qui caritate alterius auocatur; nec finitur cogitare diuina, qui sibi quæsiuit cui exhiberet domesticam curam. Propter quod sic Apostolus consulit dicens: Volo vos sine sollici-

sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quo modo placeat Deo: qui autem habet vxorem, cogitat quæ sunt huius mundi, quo modo placeat vxori. Quid est nunc quod in hac coniunctione delectet, in qua sunt solæ pugna: aut quæ utilitas fauet, vbi non sunt officia coniugalia, quando nec ipsa possunt esse sæcura? <sup>25</sup> Causale est omne quod femina est; & copulatio eius semper infesta est. Fœdere suo magnas molestias præstat; & cui adhæserit contra fas, insanabilem ingerit plagam. De carbonibus scintillæ dissiiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aspides sibilant, & mulier fundit concupiscentiæ pestilentiam, quam Salomô sic comparat dicens: De vestimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Volo scire quæ sit affectio ista communis, quæ morbi disensio semper ambigua, quæ propositum suum nutantibus cõsiliis impugnanter conturbat. Vt quid sibi adhibuit mulierem qui ducere contempsit vxorem? <sup>26</sup> Omnis qui non manducauerit carnem; vt quid habitationem suam carnis apparatus replet? Et qui non biberit vinum, <sup>27</sup> quid videndi oblectatione perfruitur? Quasi non aliquotiens <sup>28</sup> videndo nec gustando copia esculentorum animus pascitur, & vini odoriferi sola fragrantia suscitatur sapius animus. Quid per hypocrisim vult, ab hominibus abstinens dici, & in secreto carnibus & ebrietate distendi? Habent multi diuitias quas suis vsibus negant, sed pro cupiditate conseruant; quibus si nulla cupiditas inhæsisset; nec cupiditatis insignia possiderent. At verò quia cupiditate possessi sunt, perfruuntur animo quod vsu non tangunt. Ita is qui despexit vinculum nuptiarum, & aliter vinculis femineis obligatur; quamuis nullo concubitu misceatur, desiderio tamen, visu, colloquio, coniunctione semper oblectatur. Nam si desiderium femina non haberet, numquam feminam suis oblectamentis assumeret. Immo verò insuper mihi <sup>29</sup> suspectum placitum dedit: qui non legitimam duxit, & legitimam recusauit: nisi fallor, in publico argumentatus est hominibus promittere sanctitatem, & in occulto sine vxore non esse. Duo argumenta sanctitatis & libidinis hinc & inde miranda sunt, quæ vtraque inuicem tegunt, & vtraque inuicem produunt. Ingeniosus eunuchus & mæchus inuidet sibi dū consulit, & dum quærit vt inque, neutrum

facit; vt sanctus minime deputetur, qui non vera coniunctione perfruatur, cū Paulus Apostolus dicat: Alligatus es vxori? ne quæseris solutionem. Solutus es ab vxore? ne quæseris vxorem. Sed consensio non esse castitatis huius pudicitiam violatam: suspiciosus tamen malam porrigit famam; & pudicitia bonum frustra intrinsecus laborioso agone custodit; <sup>30</sup> qui illud forinsecus efficit infamari, destruens magisterium Pauli prouidentis pariter & momentis. Vt quid, inquit, libertas mea iudicatur ab infideli conscientia? Si ergo gratia participo, vt quid blasphemor pro eo quod gratias ago? <sup>31</sup> Peius est quam mæchia, continentiam ducere criminofam, & infamem facere sanctimoniam. <sup>32</sup> Blasphemiam ingerit religioni quam colit, qui quod confitetur, non ante omnes impleuerit; ne Christianitas credatur esse fallacia, & mæchatio videatur esse sanctitatis velamento vestita. Propter quod Dominus in euangelio sic præmonet dicens: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videntes opera vestra bona, magnificent patrem vestrum qui in cælis est. Hoc sequitur & Paulus Apostolus dicens: Non ergo blasphemetur bonum vestrum. Et iterum: Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et alio loco: Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et estote sine scandalo Iudæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo. Sed opponitur forsitan, quid est quod ipse iterum dixerit? Si hominibus placere vellem Christi seruus non essem. Numquam se quacunque dicta legis excludunt, sed certis locis responsa vniuersa defixa sunt. Illic placere hominibus non licet, vbi voluntas hominum non capit Domini voluntatem. Vbi vero acceptant homines, quod ad gloriam proficit Dei; innotescere omnibus ipse Paulus Apostolus præcepit. Vnusquisque inquit, nostrum, proximo suo placeat ad bonam ædificationem. Quale ergo præmium sanctitatis expectat, qui non solum blasphemiam sanctitatis ab infidelibus pronocat, sed etiam fidelibus perniciosum præbet exemplar; vt infirmi sub prætextu dilectionis subtiliter fornicentur, & pudicus impudicissimæ castitatis præbeat magisterium, destruens quod Paulus Apo-



stolus comminatur: Perit, inquit frater infirmus in tua conscientia, propter quem Christus passus est: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Et quidem non hoc iuuenibus tantum, sed & senibus congruit, fratrum imbecillitati consulere; ne senectus perire prouocet iuuentutem, ex qua debent omnia salutaria documenta procedere: sicut Eleazarus in libro Machabæorum proficitur & dicit: Præmitti malo in infernum, quàm patrias leges deserere. Non enim ætatem nostram dignum est fingere; ut multi adolescentium arbitrari Eleazarum nonaginta annorum, transiisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum & corruptibile tempus vitæ, per me seducantur, & odium ac maculam senectutis meæ acquirant. Ille maluit vitam suam tormentis obicere, quàm cuiquam magister perditionis existere: & nos ubi nulla tormenta sunt,<sup>33</sup> fluxibus solis, nolimus saluandos fratres anteponere: nec contenti sumus sine vllis cruciatibus tam nobis prodesse, quàm cæteris,<sup>34</sup> cum ille noluit viuere moriturus: sicut ferius profectus est dicens: Quamobrem fortiter vita excedens,<sup>35</sup> senectute dignus apparebo, adolescentibus quidem exemplum forte relinquam, ut prompto animo ac fortiter pro grauibus & sanctis legibus honestæ morti succedant. Cum hoc etiam laicos deceat, ne aut extraneis occasio- nem blasphemandi, aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponant; tum maxime clericos vehementer<sup>36</sup> necessitas ista constringit; quibus aut religio blasphemata, aut fraternitas perdita penas duplices irrogabit. Nec inuenient in iudicio Domini vllum omnino solatium, qui alienigenis & fratribus peccandi fomitem ministrarunt. Propter quod sic Paulus Apostolus Titum instruit dicens: Te ipsum bonorum factorum præbens exemplum in doctrina, in integritate, in grauitate, in verbo sano atque irreprehensibili: ut aduersarius reuereatur, nihil habens de nobis dicere mali. Et iterum: Omnibus, inquit, fidem bonam ostende, ut bonam doctrinam saluatoris Domini nostri præferant in omnibus. Sic & ad Timotheum scribit, dicens: Forma esto fidelibus in sermone, in conuersatione, in caritate, in fide, in castitate. Quod & Petrus Apostolus hortatur dicens: Conuersatio, in-

2. Mach. 6.

1. Tim. 2.

1. Tim. 4.

1. Pet. 1.

quit, vestra in gentibus bona sit, ut in eo quod detrahunt de vobis tanquam de male factoribus, de bonis operibus vestris glorificent Deum. Et iterum: Quoniam sic est, inquit, voluntas Dei, ut beneficientes obmutescere faciatis stultorum hominum ignorantiam. Nec quisquam sibi proponat & dicat, habere volo quod vincam: hoc est enim dicere, viuere desidero sub ruina. Quis tam stultus qui artari cupiat ad laborem, cui offertur delicatus triumphus? neque enim duplex triumphus est sub feminae præsentia probari victorem, quam est<sup>37</sup> in singularitate seruare integram sponsonem sanctimonie. Et cum sit vnus titulus gloriarum; hoc loco vnus fortis est, qui satis laborat: & cum illo qui parum laborando vicet, pariter muneratur. Quid quod ille<sup>38</sup> quinimo consummatus adscribitur, qui se omni tempore femineis affectibus ostentat abscessum? Quia eum Dominus in euangelio perfecte tum vocat, qui totum suis vltibus amputauerit patrimonium.<sup>39</sup> Certe etiam soli cuiquam, quotidiani triumphum pro castitate non desunt; quia nunquam desideris carnalibus spiritum cessat infestare corpus humanum, quod Apostolus affirmat dicens: Caro inquit concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim inuicem aduersantur sibi, ut non quæcunque vultis, illa faciatis. Habes nunc carnem tuam, quam superes semper: Quid tibi vis alteram velle conducere? Nemo super vnâ febrem cupit adhibere peiorem; ne incipiat<sup>40</sup> hemitricæ insanabili laborare, cui nullus valeat medicus subuenire. Neque aliquis super onus proprium tollit in super alienum; ne oneribus duobus oppressus, vsque ad inferos demergatur. Vnde sic Hieremias propheta docet sanctitatis pondus singulariter sustinendum. Bonum est, inquit, viro cum portauerit iugum graue in iuuentute sua; sedebit singulariter & silebit, quoniam tulit super se iugum graue.<sup>41</sup> Sed quisquam malignus obsecutor ad dictum Apostoli Pauli confugiet dicentis: Onera vestra sustinete inuicem, & sic implebitis legem Christi: Non hæc sunt onera, quæ Paulus Apostolus imperat subuehenda; sed ut tolerantibus nosmetipsos discordia nulla discernat; & in tentationibus constitutis fratribus mutua præbeamus auxilia: non ut ipsi nobis tentamenta per feminas procu-

Math. 19.

Galat. 5.

Thren. 3.

Galat. 6.

remus, sed ut tentamentorum magis pondera subleuemus; cum sciat quale sit sanctitatis iugum, quod vix singulare portetur. De quo non solum ipse, sed & Dominus<sup>42</sup> noluit certum definire præceptum dicens: Non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est: Et iterum: Qui potest capere, capiat. Si ergo difficile singulariter magnitudo istius ponderis toleratur quo modo tolerabitur, si geminatis ponderibus prægrauetur? Et si singulares præne omnes vix durant carnales insidias sustinere: quid faciunt illi, qui ex utroque latere gladiis impendentibus non cuntantur incubere? Plus dico. Si mariti & vxores desideria coniugalia quotidie gerentes, sibi non sufficiunt; quid agunt illi qui ad augendas impugnationes feminis sociantur?<sup>43</sup> Ex improviso vel transeunter ad horam femineus aspectus occurrens velut sagittas alienis oculis iactat. Quando libera non est simplex reuerentia; quid illic geritur ubi libertatis sumit mulier in contubernialitate constantiam? quando in domesticis negotiis nunc sacertos ac femora lanificis operibus nudat, nunc æstuans detegit membra; nunc fatigata iactatur,<sup>44</sup> aut in vsu aliquando dissoluitur; nunc blanditias exhibet, & quod est venenosius super cuncta psallere delectatur, aut canere? Cuius cantu tolerabilius est audire basiliscum sibilantem. Contra quàm Salomon sic nos cautos efficit dicens: Cum saltatrice noli assiduus esse, nec audias illam, ne forte dispereas in efficacia eius. Tacco reliqua, quæ magis pudenda sunt quam dicenda: solum hoc dico, in dolore vel in ira<sup>45</sup> mulierem frangi conspiceret, iam non est sine mulcedine. Quid dicimus si videas iucundantem, aut quod est deterius blandientem? Semel dixerim, omnis inconueniens sodalitas mulierum, gluten est delictorum,<sup>46</sup> & viscum toxicatum, quo diabolus aucupatur. Incongrua est sodalitas feminarum: quæ si sodalitate ita nos rursum Salomon docet in omnibus præcauere. Cum aliena, inquit, muliere ne sedeas omnino, & ne alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem. Postremo si animum nostrum confidimus in hac communitate durare semper, vel illud apud nos debet esse suspectum; ne ipsæ quæ nobiscum conueniunt, in nos ipsos forsitan moueantur, aut in alteros amores

Math. 19.

Eccles. 9.

Eccles. 9.

pre rapida ætate incitamentis furialibus stimulentur: & erit nobis causa quod peius est sine causa, ut fornicatio nos maculet aliena, apud quos suggeritur cæteris occasio lupanaris; & crimine alieni reatus absorbebitur, cui nos ipsi subornamus immunditiæ lenocinium. Propter quod Apostolus Paulus de similibus ita nos instruit dicens: Si propter escam frater tuus scandalizatur, iam non in caritate ambulas. Noli esca tua illum perdere, propter quem Christus mortuus est. Et iterum: Bonum est non manducare carnem, neque bibere vinum,<sup>47</sup> neque ostendere in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Et alio loco: Hoc, inquit, iudicate magis, ne ponatis offendiculum aut scandalum fratri. Et de semet ipso sic ait: Propter quod si cibis scandalizat fratrem meum, iam non manducabo carnem in æternum, ne fratrem scandalizem. Cum ergo nos pulsat coniunctionis huius molestia detestabilis; & si adulteros non potest facere, facit tamen peiores adulteris & incestis. Quis enim cordis alterius scrutator qualitatem vnus cuiusque perpendat; & pro altera persona contra satanam repugnator, circa Deum vero idoneus fideiussor esse præsumat? De semet ipso mens est, qui aliquid pollicetur, ne dicam si etiam pro femina sponsonem ponere videatur; cum Paulus Apostolus sic de se pronunciet dicens: Non quia iam accepi, aut iam iustificatus sum, aut iam perfectus sum: sequor autem si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo. Fratres ego me non arbitror comprehendisse: vnum tamen, posteriora quidem obliuiscens, ad ea quæ sunt ante pedes, ad regulam sequor, ad palmam supernæ vocationis Domini nostri Iesu Christi. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Mihi, inquit, pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico, qui autem iudicat me, Dominus est. Et alio loco: Beatus, inquit, qui non iudicat semet ipsum, in quo probat alium. Quamuis ergo nos nec de nostra stabilitate certum aliquid habeamus, qui sine cessatione concurrimur, inter fluctus seculi sustinentes procellosos incursumus: tamen si alicui tanta fiducia est de immobilitate propriæ firmitatis; saltem sollicitus reformidet, ne ipse sit scandalum visibus alienis, sed ter-

Rom. 14.

1. Cor. 8.

Philipp. 3.

1. Cor. 14.

Rom. 14.



*Matth. 18.* reatur voce Domini comminantis: Væ, inquit, huic mundo ab scandalis: verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit. Si has Domini comminationes religioso corde metuemus & veremur, plus de aliis quam de nobis extimescimus periculum nostrum, qui mutuis<sup>18</sup> (ab Apostolo Paulo) vtilitatibus obligamur: Non quæ sua sunt, inquit, singuli cogitantes, sed quæ aliorum. Et iterum: Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Sed aliquis arripens de ipso Paulo quod opponat: Vnusquisque, inquit, vestrum pro se rationem reddet Deo: & vnusquisque suam sarcinam portabit. Qui non vult ergo pro altero reddere rationem, nec cauis etus, nec negotiis debet particeps illicitus interesse: & qui liber vel immunis circa sarcinas alienas conatur existere, nihil alienum contraria conditione teneat infra se. Nam necesse est vt rationi alterius subiiciatur, qui negotium tractauerit alienum. Oportet eum damno pestringi vel dispendio sarcinarum, apud quem sub intuta custodia fratris sarcinæ perierunt, quia quidquid in domo nostra sub minus idonea tutela perditum fuerit, aut latrones effregerint, nostrum est; & à nobis exigitur quidquid per inertiam nostram male commissum custoditur. Tunc vero ab inuicem liberi sumus, si nihil apud nos de re alterius referetur. Forssim aliquis dicat: Ergo nec ad domum orationis debemus pariter conuenire, ne aliquis aliquem scandalizet. Hæreticæ professionis est ista cōtradictio calumniosa, quæ de bonis præscribit, vt asserat mala; & de sanctitate præiudicat, vt immūditiam subtiliter introducat; de licito calumnias facit, vt obtinere illicitum possit propter quod Apostolus Paulus hæresi huic ante præscribit dicens: Veruntamen neque mulier sine viro, neque vir sine muliere in Domino. Absit, absit, vt vbi que feminæ præscribantur, aut vbi que permissio tribuatur. Habent loca sua circa maritum, circa filios, circa fratres, circa parentes; circa seruos; & in domo orationis tantummodo iuxta cunctos clericos. In mansione autem vna<sup>19</sup>, sine cognatione competenter non habent socios. Hæc est libera quæ stat. Stare vero non potest quidquid inclinauerit libera, dicente scriptura: Non declinabis in dexteram, neque in sinistram. Et Dominus in euangelio:

Quod amplius est, à malo est. Disce nunc *Matth. 5.* temperantiæ modum, qui per licentiam quæris excessum. Ama feminas inter sacra solemnia, & odio habe in communiōne priuata; si vis Salomonis tenere doctrinam: Tempus, inquit, amandi, & tempus odiendi. Tunc ergo cauenda sunt feminæ participia, quando geritur carnalium curarum continua vnanimiter frequentia: quoniam inter curas suas caro semper incitamenta cupidinis prouocat & illic parit fomenta peccandi, vbi pertractans commoda sua temporalis vitæ cogitationibus senserit paululum relaxari; sicut Salomon asserit dicens. Deprimat terrena cogitatio sensum multa cogitantem.<sup>20</sup> In conuentu vero sacrorum, vbi spiritus dominatur, ancilla semet ipsam cognoscens, perdit suæ voluptatis vium; perdit & luxum dum tractantur cælestia, dum celebrantur sancta mysteria; tota humanitas occupatur, vbi non humana, sed diuina sunt omnia: vbi veneratio vel tremor & terror incutitur; animis vniuersis sepulta est perfecte substantia carnalis. Inter ipsa fere carnis mercimonia multi voluptatem corporis negligunt, scilicet quando à legionibus exercitia meditantur armorum, aut crepat litibus forum, aut resonant litteris auditoria, aut negotiatores commercii instanter incumbunt, aut artifices in artificia ipsa propensi sunt: quanto magis vbi non carnale opus hominum, sed spirituale geritur angelorum? Nihil illic impugnationes possunt, vbi & ipsi demones cedunt; & nulla sexus alicuius permittitur considerari distantia, vbi nec ætas, nec dignitas, sed sola æqualitas regnat: atque vt plenius dicam, omnes illiciales sensus accipiunt; & vt ipsa coniugalitas ignoretur, vbi Christus loquitur, auditur, attenditur, & per omnia & in omnibus solus est totum, testante Apostolo & dicente: Vbi non est, inquit, *Colos. 3.* Iudæus & Græcus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, masculus & femina, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. Hunc plane conuentum gloria est celebrare cum feminis, in quo nulla est discretio qualitatis, vbi tantum licet omnes æquare sine aliqua differentia: vt nec in ipso baptisinate cuiusquam nuditas erubescat, vbi Adæ & Euxæ renouatur infantia; nec exponit, sed potius accipit tunicam. Quod si & illic sit aliquis diabolus peior,

lo peior, qui feminarum aspectibus feriat; de nullo tamen congregatio vestra culpari, quæ propter cælestia, non propter terrena colligitur. Veruntamen si quis illic luxuriosis obtutibus fuerit, nullo modo alterum lædit, qui non ad hominem, sed ad Christum pro salute processit. Quinetiam de suis contradictionibus contradictores excludam, vt non meis, sed suis propositionibus cedant. Si inter festa sancta potest communis conuentio scandalizari, vbi tenator ipse diabolus tremat; quis illic stabilem se esse promittit, vbi tentator audenter occurrit? & si illic periclitamur, vbi Dei præcepta nos congregant, quid agimus vbi Dei iussa nos separant? & si turbamur illic, vbi Dei voluntate munimur; quanto magis vbi non solum diabolus, sed etiam Dominum habemus aduersum? Cum sacrosanctis enim iussis nobis diuina protectio ministratur, sicut Esaias ait: Legem, inquit, in adiutorium dedit; sine iussionibus vero diuinis nullam potest esse præsidium. Aliud est quod Deus imperat facere, & aliud voluntati eius obistere. cuius ita sunt mandata seruanda, vt si aliquid iusserit quod secundum homines iniustum esse videatur, iustum credatur & fiat; & si iustum iusserit, iustum reputetur & fiat: cum sine iustitia non potest esse quod mandat, qui potens est iniustitiam iustificando vocare iustitiam, & iustitiam reprobando iniustitiam probare transuersam, cuius voluntas est sola & vera iustitia. si enim totum quod gerimus, ad hoc tantummodo gerimus, vt Domino placeamus; profecto hoc solum erit iustum quidquid voluerit, & iusserit, & probauerit Deus cui placere gestimus. Nam cum serui non possint à semet ipsis scire quid suis dominis placeat nisi dominorum sequantur imperia; & vtique homines hominum similibus sibi non valeant voluntates agnoscere, nisi acceperint quod obseruent: multo magis mortales nesciunt immortalis Dei iustitiam comprehendere, nisi ipse iustitiarum suarum dignetur indicia demonstrare, sicut Salomon approbat dicens: Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentia nostræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum mul-

ta cogitantem. Difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore; quæ in cælis autem sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis scit, nisi tu dederis ei sapientiam, & miseris Spiritum sanctum de altissimis? Et si correctæ sunt semitæ eorum qui in terra sunt: & quæ tibi placent, didicerint homines, & per sapientiam sanati sunt; ambulantes in tenebris sibimet ipsis lumen non possunt ostendere, nisi vltro eum se ipsum non videntibus offerat lumen. Ita humana cæcitas ad Deum non dirigit viam nisi ipse lucernam legis ostendat. Vnde David sic loquitur dicens: Lucerna est, inquit, pedibus meis verbum tuum, & lux semitis meis. Et iterum: Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Hoc est ergo luciferum quodcumque fuerit à Deo intimatum: & hoc Deo dignum, quod ipse Deus voluntati suæ fatetur acceptum, vt exerceat per omnia dominatum. Alioqui nec nos serui adscriberemur, nec ipse Dominus haberetur; si secundum voluntatem nostrammitteremur impendere seruitutem, & arbitrio nostro non Dei eligeremus exercitamenta iustitiæ. Tales Paulus Apostolus vanificat dicens: Ignorantes, inquit, Dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti: Tollantur nunc è medio ambages istæ tam vanæ, & quærimoniæ inaniter calumniosæ. Ad spirituales actus cum feminis, Deo iuuante, non metuemus adunari, qui per Dei iussionem iustitiam nos credimus operari, ex qua nobis scimus munimenta supponi. Priuatim vero, continentibus quamplurimum clericis & virginibus, hospitia separanda sunt: quia quod Deus iniquum iudicat, iustum esse non potest. Contubernium tamen & si nulla in ipso contubernio turpis consuetudo noscatur, accendit; quia impossibile est integritatem ad victoriam peruenire, quæ contendit contra Dei iussa pugnare. Quantum enim lex obedientibus suggerit adiutorium, tantum inobedientibus incitat peccatum, dicente Apostolo: Virtus, inquit, peccati lex. Qui nos ergo iussit vt in sacris suis cum feminis triumphemus, ipse iubet vt priuatim pugnas femineas caueamus. Sunt equidē necessitates aliæ, quæ nos quoque priuatim feminas videre compellant, sed etiam ipsæ diuini operis vel præceptim-



pti imperant efficaciam, vt visitemus, vt solatia præbeamus, vt hortamenta vitalia salubriter intinemus: nec tamen & in his officiis minor cura agenda est pro moribus nostris, vt clarescant in nostra operatione indicia puritatis. Seueritas non desit, quæ sub clerico feminam possit astringere, <sup>57</sup> vt ipsam consolationem nostram suscipiat cum tremore, & ita sentiat visitationis affectum, vt clericum veneretur. Ac ne tardius sit euagari per singula totum quidquid agimus, honestum esse potest, si semper in nobis signa honestatis e-luceant: sicut Paulus Apostolus vniuersa complexus est dicens. Omnia vestra honeste fiant. Et iterum: <sup>58</sup> Sicut præcepimus, inquit, vobis, vt honeste ambuletis. Nō bene succedit quidquid agitur passim: & sanctum non est quod geritur sanctum, nisi sancte quod sanctum est peragatur, sicut Salomon asserit dicens: Qui enim custodierint iuste iusta, iustificabuntur. Sinceriter ergo sinceritas ipsa seruanda est; <sup>59</sup> & omne quod voti est, etiam in actu signandum est, ne aliud vota commendent, & aliud actus insinuent. Vndique probanda est institutio voluntatis, & vndique consummandus est cursus vniuersiuiusque certaminis; ne minus sit aliquid ad triumphum, si non plenius dimicetur. Hinc Paulus Apostolus introducit documenta certaminum: Sed & qui in agone, inquit, certat, non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et iterum: Nescitis, inquit, quoniam qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. sic currite, vt comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, vos autem incorruptam. Plenitudo est ergo sanctitatis <sup>60</sup> & palma perfecta, vt ex omni parte secum non habeat quod recusset; ne quod profiteretur odisse, tenendo videatur amare. Quod si aliquis dicit: Captiuum teneo aduersarium meum, cui semper insultem, videat ne forte aduersus eum captiuus incipiat præualere. Numquam securus cum thesauro latro tenetur inclusus: nec intra vnam caueam habitans cū lupoturus est agnus. <sup>61</sup> Ipse se voluit superari, qui hostem proprium in suas portas induxit; & intestinum gladium sibi ipse supposuit, qui locum habitationis suæ aduersarij ingressibus reserauit: & qui fretus est con-

1. Cor. 14.  
1. 7. hebr. 4.

Sapient. 6.

2. Timot. 2.

3. Cor. 3.

uersari cum scandalo, <sup>62</sup> sine causa dicit: pacatus volō esse cum diabolo; contra Apostolum dicentem: Nolite locum dare diabolo. Omni ergo modo muniendus est locus, vbi fuerit thesaurus absconditus, ne per vnam cauernam totum parietem latro suffodiat. Nam si deforis expugnans vix murus expellitur, quantum valebit si intra muros acceperit habitaculum? & si illi qui contra eum claudunt, aliquotiens ab eodem capiuntur; quanto magis ille, qui vltro illi patefecerit ingressum, decipitur? cum dicat Salomon: Si iustus vix saluus sit, iniustus vbi parebit? Omnes ergo rimæ, ne dicam portæ, claudendæ sunt, ne per vnum foramen castra omnia penetrentur: & vniuersa componenda sunt munimenta, ne per modicum non munitum tota ciuitas ruat, sicut Salomon repetit dicens. <sup>63</sup> Qui spernit modica, paulatim cadet. <sup>64</sup> Sic stupido autem huius peruersitatis arbitrium, vt à clericis ad communitatem femina magis quam masculus eligatur. Numquid tantum mulier vtilior est commodis clerici, quantum prodest masculus continens, vel puer masculo continenti? aut ipsa erit decens vtilitas, quam indecens communitas facit? & vbi erit quod Salomon ait: Omne animal diligit simile sibi? Et iterum: Volatilia ad sibi similia conueniunt. Sed & si femina vtilior existimatur, non oportebat carnalia emolumenta præponere vtilitatibus spiritalium commodorum: & expediebatur qualemcunque virum inutilem sustinere pro existimatione munienda, <sup>65</sup> quam bonos effectus mulieris cum existimatione turpissima. Quod Salomon comparat dicens: Melior est, inquit, iniquitas viri, quam benefaciens mulier. Artificialia sunt itaque semper diaboli veneficia, quibus ingenium suæ calliditatis exercens, sanctimoniam deditis dolosis commoditatibus iuuat vt perdat: & inter continentes quasi necessaria emolumenta mutuis adiuuaminibus subministrans, <sup>66</sup> agit prius masculum & feminam pariter conuersari; vt postquam inseparabiles fecerit per alterutra solatia, possit occidere dantes simplices animos ad castitatis vota seruanda: & impugnationis suæ arma subducens interim, quasi placidus fautor suggerit sanctitatis argumenta, donec diutius inter ambos inimicam nutrij concordiam. Facit affabiles sibi inuicem & deservire, & assentator infestus impedimenta remo-

Ephes. 4.

Prouer. 11.

Eccles. 19.

Eccles. 13.

1. 7.

Eccles. 4.

ta remouens vniuersa, commodis eorum gaudet efficaciam commodare, vt tota eos sibi met ipsis necessitate commendans, exhibere eos possit in alterutrum solita consolatione pendere. Non vult eos in aliquo impedire, ne separet tam spiritaliter quam carnaliter. Inconcuissos efficit viuere, ne ipsa societatis initia immaturo tempore foedera capta conturbent. vsque adeo illos videntibus cunctis ad perfectum sanctitatis inuitat, fouet, subleuat: vt Dei esse computent beneficia ipsa contraria, quibus inducuntur vt pereant; nescientes numquam Deum iuuare quod vetat. Quibus in tantum diabolus blandiens securitatem præparat sanctimoniam, vt coniunctos se magis æstiment quam disinctos, immobiles circa libidinem perdurare: quos cum omni tranquillitate deducens, nullis procellis aut fluctibus inquietat; & velut in medio mari minus cautos inducit relaxare vela, nec quæretate gubernacula, vt subita tempestate concitatos, naufragos ex insperata commotione submergat. Hanc primo exhibet lenitatem, vt duas naues oblectet adiuuicem conuenire; quas cum fecerit iunctas, repentinis turbinibus <sup>67</sup> in semet ipsas elidere possit & frangere: & his vitur blandimentis, vt subtractis omnibus iaculis compescens aduersa suggerens prospera tam diu sopitum <sup>68</sup> ignem sine vllis flammis occultet, donec duas faculas iungens, simul ambas accendat: & tam diu cessat sæuitiæ suæ tela supponere, donec sicut peritus venator quos occisurus est, laquei sui vinculis alliget. at vbi indissolubili catena deuinctos adtrinxerit; velut lanista protinus duos gladiatores aduersus inuicem compellit armari; & subinde stimulans membra, statim gladios aptat, statim succendit insaniam, & vulnificos amplexus impingens, vtrumque simul vno ictu mortificat. Sic explicat quod ante præstare videretur, sic de simplici caritate amorem constat illicitum, sic per sanctitatem sibi inducit interitum; dum contentus est cedere, sic valet forti<sup>9</sup> occupare; <sup>69</sup> & dū summissus patitur semet ipsum præbere deuictum, sic plenius deuincere gloriatur. cuius versutias Paulus Apostolus sic intelligit dicens: Non enim ignoramus, inquit, astutias eius. Male itaque in hac participatione pacati sunt, qui ad bella pacificante diabolo perducuntur, & non bene in sanctitate

1. Cor. 10.

proficiunt, quibus ad detrimentum profectus ipse inimici artificio subornatur; nec recto cursu moliantur continentiam scalas ascendere, quos vt de alto præcipitet, elaborat ad culmen aduersarius protelare. Sed necesse est caducis lapsibus elidantur, qui viam lubricam tenuerunt, de qua Salomon sic prædicat dicens: Est via quæ videtur apud homines recta esse, nouissima autem eius veniunt in profundum inferorum. Sed aiunt: Si de hac coniunctione clerici denorantur, notandi sunt etiam sancti plerique nobiscum. Sicut Helias, qui mansit apud viduam: siue Apostoli, qui mulieres secum comites circumducebant: vt Ioannes, qui matrem Domini assumpsit, eodem Domino delegante; aut ipse Dominus; cui de suis facultatibus alimenta præstabant aliquæ mulieres religiosæ, cui etiam Martha ministrabat ad mensam, & qui singulariter locutus est ad puteum sedens cum alienigena muliere Samaritana, vel cui recumbenti femina lacrimis pedes lauit, & capillis extersit. Callidi argumentatores & irrisperiti fallaces: qui dum cupiunt præuaricari <sup>70</sup> controuersias actionesque causarum, etiam ipsa iura transeuertunt; & cum nolunt competentibus exerceri iussionibus legum, ad illudendos iudices inconuenientibus exemplis velut similes coniecturas iuris obiciunt: qui per Salomonem ipsius legis sagacitate produntur: Peccator, inquit, homo euitat correptionem, & ad voluntatem suam inuenit comparationem. Tales ergo non per orationem, <sup>71</sup> sed per correctionem potius reuincendi sunt, vt non ante interpretatis orationibus instruantur, quam admiserint quod ad defensionis solatium repererunt; sicut nos aduersus huiusmodi homines Salomon edocet dicens: Noli, inquit, respondere insipienti ad ipsius insipientiam, ne similis fias illi, sed responde insipienti contra ipsius insipientiam, vt non videatur sibi sapiens esse. Re vera magni homines qui se comparant sanctis, & eximia conuersatio nostra, quæ prophetis vel Apostolis videatur æqualis. Ad occasionem luxuriæ nostræ in peruersum sanctos volumus imitari; <sup>72</sup> & in cæteros actus vestigia iustorum volumus sequi. In quibusdam infirmos nos excusamus ad imitanda facta maiorum; & in aliis nos <sup>73</sup> æquales maioribus protestamur: cum Helias ipse in angustia constitutus

Prouer. 14.

3. Reg. 17.

1. Corint. 9.

Ioan. 19.

Luca 8.

Ioan. 12.

Ioan. 4.

Luca 7.

Eccles. 32.

Prouer. 26.



tutus, imparem se patribus suis ante Deum fateatur. Numquid, inquit, melior sum patribus meis? Hoc Helias de antecessoribus suis in infirmitate sua cogitur exclamare: & nos Helias vel prophetis, & Apostolis, & domino virtutem nostram non dubitamus æquare? <sup>74</sup> Video plane sic apud vos calcari auaritiam, sicut Apostoli propria cuncta dimiserunt. Video crapulam & ebrietatem sic vestris conuiujs abesse, sicut Apostoli nihil habentes frequenter coacti sunt esurire. Cognosco taliter in nobis ieiunia, sitim, famem, nuditatem propter instantiam doctrinæ solius ubique pollere, sicut in Apostolis legimus triumphasse; & approbantur apud nos eadem exercitia feruere virtutum, quibus Apostoli omnia vitia tremuerunt. Plane quadraginta dierum ieiunium domini meditamus, & orationes excubiatur quibus ille per solitudines etiam nocturna silentia rumpebat. Nūquid similes agones frequentamus contra luctamina vitiorum, & sic agimus rigore, auctoritate, vigilijs, passionibus, labore, necessitate, afflictione, abstinentia, quibus peccata calcantur, vt nemo de nobis mali aliquid suspicetur? Per quæ Paulus Apostolus conscientiam suam innotuisse omnibus gloriatur: In omnibus, inquit, commendantes nosmetipsos quasi Dei ministros, in sustentatione multa, in pressuris, in tentationibus, in tribulationibus, in angustijs, in plagis, in custodijs, in carceribus, in seditionibus, in inuocationibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in Spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Ad has imitationes infirmi sumus, & ad mulieres circumducendas possibilitatem nobis comparandæ imitationis asciscimus, quod si etiam cuncta illorum quisquam se implere iactasset; me tamen nullius suadela poterat inclinare, vt alios nunc apostolos crederem, contra Apostoli Pauli professionem: Numquid, inquit, omnes Apostoli, numquid omnes propheta? Si Christus se ipsum comparare ausus est Deo, qui ait: Pater maior me est: aut si Apostoli coæquare semet ipsos ausi sunt Christo: nos hodie Apostolis æquales facit consimilis fortitudo. Misera humanitas in hac æqualitate non times fulminari, quæ de filio Dei,

aut de filiis tonitru, non cunctatis peccatis tuis exempla velut similia mutare? cum superbiæ sit elata iactantia, etiam minimis Ecclesiæ quemquam comparabilem velle conscribi; cum Paulus moneat & dicat: Alter alterum superiorem sibi existimantes. Et inferius addidit dicens: Hoc sentite de vobis quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æquale Deo, sed semet ipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Minus itaque de nostris viribus sentiendum est, nec fortitudini sanctorum nostra infirmitas comparanda est, sicut nobis Apostolus Paulus de semet ipso magisterium proponit, & dicit: Non enim audemus, inquit, comparare nos aut conferre quibusdam qui se ipsos commendant, sed ipsi in nobis ipsis nosmet ipsos nobis commendantes: non supra mensuram gloriantes, sed ad mensuram gratiæ, quam nobis mensus est Deus. Etenim contemplamur quod iterum dixit: Plus ab illis omnibus laboravi, nihil melius, nihil aptius mihi proponitur, vnde vincam, nisi vt de ipso de quo mihi præscribitur, ego ipse præscribam. Certe plus omnibus ipse laborauit, & tamen ad mulieres circumducendas collegas suos inueniri contremuit, ne se ad interitum subiiceret tentationi carnali. Vnde ipse rationem sic reddidit dicens: Ego, inquit, sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi acrem cædens, sed affligo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicans, ipse reprobis inueniar. Huic ergo te compara, qui te Apostolum iactas; & ex ipso discere quid metuas, qui clamat & dicit: Oro vos imitatores mei estote. Noluit itaque de mulieribus circumducendis habere fiduciam; qui non ignorabat quantum aliæ virtutes ab alijs virtutibus differant, & aliam claritatem solis, & aliam lunæ, aliam vero stellarum, de charismatibus ecclesiasticis similitudinem comparans intimaucrat. Sed nos contra de Apostolica nobis coæquatione blandimur, non intendentes penitus quid Apostoli & sancti omnes inuicta virtute gesserunt, & difficilem rumpere quærimus viam, cum per facillia planior sit nobis apposita; contra Salomonem dicentem: Non te credas, inquit, viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum. Nec vllus considerat, quoniam vnus securus

securus in lubrico graditur, & alius qui impar est, labitur: vnus per rupes cursu motes ascendit, alius si se coartrauit, cadit. Vni contingit per tempestates nauigia feliciter explicare, & alteri talis felicitas non potest euenire; quod <sup>76</sup> Paulus Apostolus decernit dicens: Vnusquisque, inquit, proprium donum habet ex Deo, vnus quidem sic, alius verò sic. Sed qui mihi de sanctorum exemplo præiudicat, <sup>77</sup> quid aliud exemplum nolunt contemplari, quod metuant <sup>78</sup> & qui Apostolis coæquare contendit, quare non magis presbyteros auditeros apud Daniele ad formidinem sibi ipse proponit? Hæc autem non ideo propono, vt quasi Apostolorum imitatoribus contradicam, sed vt illos confundam, qui se sanctis exæquent. Nec nego ipsos esse sectandos, quos doctores accepimus cuncti; sed aduersus eos contendendo, qui cupientes ad mala sua bonorum historias deprauare, legem Dei sibi æstimant suffragari; sicut omnes qui perire festinant, & sub obtentu sanctorum decora sua volunt esse celata, vt sub imitatione maiorum contraria quæque committant, quos Apostolus Paulus prodit & publicat dicens: Quod autem facio, & facturus sum, vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem; vt in eo in quo gloriantur, tales inueniantur quales & nos sumus. Nam & huiusmodi pseudoapostoli sunt operarij dolosi, transfigurantes se in Apostolos Christi. Hoc addunt ad cumulum perditionis cumulandum, vt bonos infamēt, quorum exemplo vtuntur ad malum; quibus vtile esset satis & salubre, si cuiuscunque historie se ipsos magis crederent non intellexisse rationem, quam aliquid inhonestum arbitrarentur in lege: quos Apostolus Paulus corripit & confundit dicens: Non intelligentes neque de quibus dicunt, neque de quibus affirmant. Et iterum. Si quis putat se scire aliquid, <sup>79</sup> necdū cognouit quemadmodum eum oporteat scire. Vacant itaque præiudicia petulantium, quos ingenia suæ peruersitatis errabunda transducunt; & quærunt competentes suis sensibus historias quas exponant, qui malè agentes mutuunt legalia patrocina. Bene agentibus bona sunt omnia, quæcunque scripta sunt, qui bene dicta bene suscipiunt; sicut Paulus Apostolus pollicetur: Scimus quoniam bona est lex, si quis ea

legitimè vtatur. Obtinimus confundendo contradictores. Conuertamur subinde eisdem quos vicimus insuper erudire, ne aut vt sanctos remanere patiamur in crimine, aut ignari deputemur in reddendo ratione; vt publicè victi pœnitentiam gerant: aut si noluerint, nos expunximus, quod ad nostram pertinet diligentiam; vt quo modo satisfecimus supradictæ sententiæ Salomonis, ita satisfaciamus Paulo Apostolo conuocanti: Seruum, inquit, Domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, cum omni modestia corripientem eos qui resistunt veritati; ne fortè det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum eius voluntatem. Omne quidquid ab auctoribus nostris gestum est, rationaliter gerebatur: vt posteris nobis aduersus præuaricatores munita vndique auctoritas traderetur, propter hæresim amputandam quam superius taxauimus, de assumendis feminis; quam siue per semet ipsum, siue per seruos suos Dominus paululum relaxauit, ne nimio rigore in totum Domini fabrica damnaretur. Præuidebantur à Domino hæretici, qui nuptias auferunt, & quos Dominus iunxit, contra naturæ principium, & contra euangelium separate contendunt. Quibus interdicens iam tunc auctoritas parabatur, ne maritalitatis mulieres accedere vetarentur ad Christum, cui in præsentia seruierunt. Sed non sine moderamine fuit etiam ipsa permissio procurata, quæ non sibi operabatur quod gerebat, sed ceteris. Nam sic allocutus Dominus Samaritanam, ad horam docuit & recessit, nec defensionem continuandis excessibus fecit. Ad horam quoque Martham passus est ministrantem. Sed quid erat aliud Domino; nisi regni cælestis prædia ministrare? Numquid sub Domino non fuere conuiuia? aut sub maiestate eius erat alius cibus aut potus, quam disciplina tantummodo quæ pascebat? testante ipso Domino ac dicente: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Sic Apostolos mulierum comitatus decebat; non vt perderent, sed vt discerent reuerentiam, & propter humanitatis exhibendum ministerium sequebantur, sicut in euangelio de Domino & de ipsis pariter memoratur: Et factum est, inquit, post hæc & ipse iter facie-



bat per ciuitates & castella euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres quae erant curatae à spiritibus immundis & infirmitatibus, Maria quae vocatur Magdalene, de qua daemonia septem exierant, & Ioanna vxor Chuzae procuratoris Herodis, & Susanna, & aliae multae quae & ministrabant ei de facultatibus suis. Numquid adhaerebant singularibus singularibus, aut indisciplinatae commorantes, perseverabant illecebroso consortio conuersantes? <sup>24</sup> Vbi tota Ecclesia propemodum videbitur, vt non ad conuiuiones improbas, sed ad discenda bonae conuersationis studia sequerentur. <sup>25</sup> Ideo non inde scribitur, quod nostris conuiuationibus coaequebatur, non risus, non iocus dicitur affuisse. Nec sicut apud quosdam nunc vsque assolent fieri, chorus psallentium virginum aures venenosus cantibus asseritur demulsiisse. Et vt de Apostolis breuiter probem, quantum illis fluxa familiaritas potuit displicere, qui compulsi sunt & de ipso Domino loquente cum femina dubitare, nisi eos maiestatis notitia probata compesceret, sicut euangelista refert dicens: Inter haec, inquit, venerunt discipuli eius, & mirabantur quod cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit illi: quid quaeris, aut quid loqueris cum ea? Quid autem loquar accessum feminae ad pedes Domini prouolutae, cuius luctus & plandus ad defensionem lasciuiae suae non erubescunt improbi flagitare? Vsque adeo illos propria caecitas rapit, vt nec de similibus causis audeant reluctari, de quibus Salomon excacauit, inquit, eos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei. Ioannes autem matrem Domini suscepisse videtur, sed matrem cuius mores maternum indicat nomen. <sup>26</sup> Tamen non possum & alias Christi matres admittere, nec aquanda est mulieribus cunctis, quae genuit maiestatem. Helias quoque iussus est à Domino relinquere solitudinem & ingredi tabernaculum viduae. Pro imperio Domini laborauit vt in domo mansisset, cui solitudo solatium praestabat & requiem. Occasionem illi Dominus obtulit ad magnalia facienda, vt magis famis tempore tam ipsi viduae quam pupillis eius sufficientia tribueret alimenta, qui ieiuniis vsquequaque afflictus tolerauerat indigentiam; <sup>27</sup> & qui nihil viderat pasci, pascus quinimo con-

ferens miseris, miserias egestatis fecit excludi. Et hoc non potest cuiusquam fauere luxuria; cum nulla fuerit opportunitas scandali, vbi transeunter quod peius est <sup>28</sup> egestosam habuerit mansionem: quam quicumque hospes effugeret. At hic apud quos hospitatus est, impleuit & rediit; qui etiam si moraretur suspectus esse non potuit. Qualis illic fuit communis effectus, vbi non erat victus? Et qualem ad viduam habuit Helias introitum, cui fames dedit hospitium? Quisquis es qui te vis Heliae de commoratione viduae vocari discipulum, prius solitudinis afflictiones, & quadraginta dierum tolera <sup>29</sup> ieiunij exitum; & aut non quaeres feminam, aut non erit qui cum femina commoretur, & tamen si valueris tibi serua. Nobis autem in spiritu & virtute Heliae non alium quam Ioan- <sup>30</sup> nem solum angelus, & Dominus Christus insinuat. Pro dolor, dolere cogimur quod docemus; qui vsque ad hoc venimus, vt in comparatione fluxorum, de sanctorum tremendis virtutibus disputemus. Parce iam parce proteruitas, nunquam tibi sancti constantiunt; qui religiosa modesta, veneranda, pudica, pudorata cum feminis negotia peregerunt. Aut si adhuc per sanctos cauillationis anfractus contendis exquirere; nos tamen <sup>31</sup> amicos Dei non nouimus, nisi ad venerationem tantummodo memorari, quod Dauid docuit dicens: Mihi autem vehementer honorificati sunt amici tui Deus. Eant nunc praedones pudoris, & plagiarij castitatis, mulierculis suis exponere molestias querelarum. Apud sanctos nostros non habent omnino suffugium; quibus misceri Ecclesiae auctoritate Pauli Apostoli prohibetur: Et hos, inquit, deuota, ex his enim sunt qui repit in domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur variis desideriis. Post hoc edictum vinam confidant sibi angelorum exempla conducere. Nos iam non valent <sup>32</sup> fletere, qui nouimus & angelos cum feminis cecidisse. Ab ipsis equidem bene patrocinia mutuantur, sed nos nullum angelum audimus contra Paulum Apostolum: Et si, inquit, ego aut angelus Dei aliter euangelizauerit vobis, praeterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Insaniunt prorsus, ardent desiderio feminarum, quotquot huic interdictioni non cedunt; & obsecrationibus inhiantes, malunt mori, quam contenti

contenti sint à lateribus mulierum aliqua disunctione diuelli: vt ad explendam <sup>33</sup> suae auiditatis ingluuiem etiam puncto temporis non sint sine feminae voluptate: & hunc habent in mulieribus fructum, vt in illis semper defixa intentione, desideria satient oculorum, ne vel momentum aliquod trahat; <sup>34</sup> quando indigeant quod affectat. Sic inter eos integritas emoritur; vbi omnis commoratio, siue conuiuendo, siue commorando corruptis affectionibus inquinatur. Quos sanctus Petrus Apostolus designauit dicens: In conuiuuiis suis luxuriantes, oculos habentes plenos mœchationibus, & incessabilibus delictis, capientes animas infirmas. Hos etiam ita Salomon denotat: Abominatio est, inquit, coram Domino deficiens oculus. Plane contra, purum oculum testatur se habere Iob, qui ait: Et, si oculis consensit cor meum. Verum enimvero ille potest suis oculis obnoxius non teneri; cui nolenti repentinus occursum mulieris scandalum mouerit, quod protinus mens quod nolebat expellit. Ille autem commotionem sui visus non meretur eadere, qui apud se scandali materiam tenet, qui vult intentionis suae affectibus frui, qui affectat habere quod oculis offensionem ingerat; quorum auiditas inexplebilis inter offendicula continua nullo modo potest omnino compesci; quod Salomon approbat dicens: Infernus & interitus non satiantur, similiter oculi hominum insatiabiles sunt. Et in alio loco: Non satiatur oculus videndo. Et iterum: Nequis oculo quid creatum est? Hac castigatione non compuncti, diuina interdicta nefandae familiaritatis obstinatione contemnit, & adhuc insuper de charitate causantur; qui secundum verbum Esaiæ amaritudinem pro dulcedine deuorantes, nudam foeditatem velamento boni nominis tegunt, dum apud eos sub falsa dilectione, vera dilectio violatur. Sed exclamat charitas & appellat, tales ego non iunxi, <sup>35</sup> falsa altera est quae me simulando confinxit. Nunquam Dei praecipis obisto, nunquam fluxis faueo, per me sanctitatem non opto culpam. Calumnias mihi auersa germanitas facit, pericula & ego inter falsos fratres incurri. Succurre meus praeco, succurre Paule Apostole, dic testimonium meum, ne quod de me annuncias peruertatur. Finis autem praecipii est charitas de corde puro, &

conscientia bona, & fide non ficta. Dilectio deputabitur, per quam sanctitatis iniuria criminationibus appetitur? Aut illorum erit sincera fraternitas aestimanda, de quibus filiae matris Ecclesiae perducitur in culpam? <sup>36</sup> Si talis Christiana charitas adnotatur, indubitanter odia meliora sunt, quae dum separant, neminem maculant. Haec autem parricidalis dilectio fratres persecutores adunare consuevit, qui libenter patiuntur de suo consortio filias Ecclesiae fornicarias diffamari, contra charitatem quam Paulus Apostolus docuit dicens: Dilectio proximi malum non operatur. Egregia probatio charitatis, quae non tantum noxia germanitate officio proximo, sed etiam subiecta non vult esse praescriptionibus Apostolica iussionis. Confundantur assertores dilectionis huiusmodi; quos iudicant illi; qui pro communibus commodis etiam consanguineam deserunt charitatem. In omni mundo poenè totum iunctum est genus humanum, & vbique cognatio naturalis <sup>37</sup> alterna peregrinatione discernitur. Possunt parentes, possunt filij, possunt fratres, possunt & ipsi quod plus est coniuges à deo concessa sibi naturae vincula dirumpere; & clerici Deo non concedente, insuper prohibente, mulierum nexibus ancillatam non valent recusare charitatem? Optanda semper cognatis absentatur affinitas proximorum; & peregrinari ab extraneis feminis clerici reluctantur? quibus faciendum fuerat, etiam si peculiariter aliquid vel inconfectum Dominus imperasset; qui ad explicanda impossibilia habent Spiritum sanctum, quem mundani homines non habent. Vnde Ioannes Apostolus sic admonet dicens: Filioli vincite illos, quoniam maior est qui in vobis est, quam qui in hoc mundo. Nunc vero possibile est etiam gentibus (non dicam Christianis) & leue prospicitur, & apud clericos sine vllis effectibus euacuatur; vt parum sit eis Dei mandata despiciere, nisi aliud dedecus habeant quod nec sectantur, non dicam vincunt omnium gentium consuetudinem: quibus Dominus per Ezechielem exprobrat & dicit: In legalibus meis non ambulastis & iustificationes meas non fecistis. Sed neque secundum iustificationes gentium, quae sunt in circuitu vestro, fecistis. Pudendum nescio quid dilectio ista significat, quae extorqueri contra naturam putat.



tur.<sup>93</sup> Adhuc habeo quid mirari: Cum videam de Christianis plerosque maritos pariter & vxores continentiam destinantes, domicilia singularia magis eligere, vt consensu communium votorum sine irritatione presentiae & concordanteseffectu valeant obtinere:<sup>99</sup> & eunuchi nostri non durant sine feminæ sodalitate dormire? Apud illos<sup>100</sup> amor coniugalis continentiae amore pensatur; & apud spadones cohabitatio feminæ nunquam potest habere fastidium. Dicat eunuchorum charitas, dicat, ne fortè in hac secessione magis coniugalis charitas peccet; vt Apostoli Pauli consilium videatur coniugibus insinuassee diuortium: Tempus, inquit, quod restat, breuè est. Reliquum est vt & qui habent vxores, sic<sup>101</sup> quasi non habentes esse nitantur, & qui non habent, quasi habentes esse glorientur. De his ipse Apostolus ait: Gloria in turpitudine ipsorum. Dilectio est, inquit. O dilectio quæ inuidet sibi. O charitas quæ cupit se in vituperatione laudari. Grande miraculum, vt virginum charitas virgines faciat velut coniuges credi: & coniugum charitas cõiuges faciat velut virgines estimari. Ecce vera dilectio, quæ in coniugalitate diuidit, vt in castitate coniungat. Ecce sancta dilectio, quæ cõiugalibus ad communem laudem inducit absentiam. Hi pro certo sese inseparabiliter diligunt, qui vt triumphos sibi inferant, à se ipsis discedunt; quibus nec crimè, nec natura, nec lex, nec Dominus, nec Apostolus<sup>102</sup> potestatem vnus interdixit aut tulit, sed pro tuendis paribus votis, semota vanitate absentari charitas persuasit. Illi vero viderint quid sit charitas quæ nouerunt, qui nec crimini, nec naturæ, nec legi, nec domino, nec Apostolo, nec ipsi coniugalitati succumbunt; quos tantum virginitas probrosa condemnat, quantum illos coniugalitas castrata glorificat, quibus sufficiat ad supplicium dedecorosum, quod spadones à coniugibus iudicantur. Ad quorū increpationem non tacendi sunt etiam filij Israel, qui apud Esdram vxores & filios contra diuina iura susceptos<sup>103</sup> non cunctati sunt pellere, nec contra Domini charitatem conati sunt excusare.<sup>104</sup> Verū fatear, si permittet. Qui nunc pro dimittendis feminis, alienis adhærent; quid facerent si liberos & vxores proiicere iubeantur? Aut quando valebunt pro Christo renunciare

cognatis, qui mulierculas non suas præponunt, Christi præceptis:<sup>105</sup> Dico eos facilius pro iisdem mulierculis parentes proprios abnegare, quam propter Christum ipsas mulierculas relinquere posse; despicientes quod in euangelio ipse Dominus dixit: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut fratres, & sorores, & animam suam, non potest meus esse discipulus. Si de abiiciendis parentibus dubitantes, indigni sunt Christo; quid sibi promittunt, quos contemptores exhibet Christo non parentalis affectio? Ac per hoc illorum meritis euacuantur, quos vident contemplatione Christi<sup>106</sup> nullas personas excipere cognatorum.<sup>107</sup> Nec minus eos, sed peius etiam illi confundunt; qui merentes non tantum cum aliena, sed etiam cum sua carne luctari amputatis genitalibus abscedunt: De quibus modo examinationis suspensio, sententiam relinquens alia disputatione promendam.<sup>108</sup> Secundum confusionem spadonum; non dubito meliores asserere, qui nec sibi parcunt quidem, non dicam feminis audent tentamenta porrigere. Respondeant spirituales eunuchi, quis furor in dilectione mulierum, vel quod sit in contubernalitate feminæ mysteriū, vt in perniciem suam alienis membris indulgeant, cum illi sua quoque incunctanter<sup>109</sup> abscindant? Hi confirmatos in se artus abiiciunt; & illi aduersariis artibus glutinantur. Hi pro integritate spiritali cum tormento non integri corporis dimicare non dubitant; & illi sine tormento, integri esse sine feminarum dimidietate detrectant. Sed aduersus illos comparatio nulla est facienda de nostris; ne consolentur addicti quibuscunque iudiciis Christianis. Peiores sunt & aliqui memorandi, vt maior pena sit à damnato damnari. Iudæos considerent vsque hodie pro legis imperio carnis suæ partem circumcisione truncare; & sciant quid mereantur, qui Euangelio iubente, dissimulant circumcisi mulierum presentia peragere Domini voluntatem, non intelligentes quod ipse Dominus dixerit: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum,<sup>110</sup> non intrabitis in regnum cælorum. Puto etiam<sup>111</sup> de Gallis suis nobis idololatricæ exprobranter insultent. qui abscindentes semet ipsos libenter excruciant,<sup>112</sup> dum modo cum damno status sui, simula-

mulachrorum dissimulationibus pareant. Clerici autem nostri, ad lucrum magis corporis proprii, damnatum volunt mulierum secum commorantium sustinere; quas etiā de substantia propria euellere oportebat, si cum illis nasci contingeret, ne comparari idololatricæ & sacrilegis, erubescerent. De quibus & Dominus contemptores arguit dicens: Prudentiores sunt filij sæculi huius, filiis lucis. Ergo nostris clericis talium profana deuotio est præponenda, quibus<sup>113</sup> cum tantis exitiis amabilia sunt turpia sacerdotia. Clerici verò pro dignitate sacerdotij cœlestis non sanguinem fundunt, non tolerant ferrum, non est aliquod vulnus, non est aliquis cruciatus; sed solus contra Dominum<sup>114</sup> feminæ tener aspectus. Sic in feminas ruunt, sic feminas amant, vt non sperent manifestari dilectionis suæ quandoque posse<sup>115</sup> impura myteria; sicut per consimiles eorum turpiter publicata sunt & detecta; tunc Paulus Apostolus præuiderat, iam tunc dicens: Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem<sup>116</sup> & sua subsequuntur. Similiter autem & facta bona manifesta sunt, & quæcunque aliter se habent abscondi non possunt. At contra & ipsi dicunt: Nonnulli de contemptoribus nostris similiter feminas habentes in domibus,<sup>117</sup> martyrium consecuti sunt, vt illorum innocens conscientia probaretur. Nolo mihi de martyrio quisquam moueat actionem; quia sæpius & mœchi, & sanguinarii, & ebriosi, & omnium scelerū rei, reperta pugna occasione cõuersi,<sup>118</sup> meruerunt ad martyrij veniam peruenire. Ideo enim martyrium appellatur tam corona, quam baptisma;<sup>119</sup> quia baptizat pariter & coronat. Age nunc, si licuerit quibusdam inuiolata feminarum societate martyrium promereri;<sup>120</sup> sine indulgentia quoque illis martyrium ipsum non fuit, quos reatus prohibita contubernalitatis non absoluit. Nec innocentes in ipsa innocetia potuit approbare; quibus contemptum legis & conuersationis illicitæ sceleratam, & quod est grauius super omnia<sup>121</sup> crimè Ecclesiæ cernitur ignouisse. Etenim noxia est innocentia, quæ sponsæ Christi officit famæ. Et cum Christus agnus innocens, immo ipse cœlestis innocetia, quod est verius, totum se contempserit pro Ecclesia, vt eam sine macula vlla vel ruga redderet illibatam; qualis est clericus

cui ad hoc sponsa Christi committitur, vt pro vnus feminæ amore culpari tota Ecclesiam patiatur.<sup>122</sup> Audemus dicere, à Deo patre missus est filius de sinu patris, & regno absens esse duravit, vt ecclesiam faceret innocentem; & clericus mulieris latus deferere non potest, ne Christi Ecclesiam reddat infamem? Sed aiunt: In martyrio ignoscitur nobis, sicut indultum est parentibus. Hoc ergo & nos omnes de peccatis nostris confidamus; vt qui agere bene laboramus, inter luxurias euagemur, & discurremus per semitas peccatorum, retinacula dimittamus; & fræna laxemus: Eamus nos<sup>123</sup> quacunque mundus abstulerit, & vbi-cunque nos diabolus inuitauerit, libere fornicemur, inuideamus, rapiamus, fraudemus, omnia mala securi committamus, martyrium subueniet & euademus. Sic enim Paulus Apostolus pollicetur: Faciamus mala vt veniant bona: quorum damnatio iusta est. Huic martyrio spem tradant, quos mathematici docuerunt habere de craftino præscientiam; & has coronas expectent, qui super angelos & Christum per astrologos didicerunt scire tempora, quæ pater in sua posuit potestate; vt vel tunc recordentur, ante martyrij tempus bene agere debuissent, cum diem Domini senserint sicut furem. Sed credamus super illos martyrium iam iamque pendere. Interim priusquam martyres fiant, legibus subiaccant; vt iudicio subiacciantur, nisi armis exarmentur. Audaciæ nefas est, illis aduersus auctoritatem Domini parentum personas obiicere, quibus ipse Dominus contradictionis huius abstulit vocem. In legalibus, inquit, patrum vestrorum nolite ambulare, & iustificationes eorum nolite custodire, & studiis eorum nolite committere, & nolite inquinari. Ego Dominus Deus vester. In præceptis meis ambulate, & iustificationes meas custodite. Sciant nunc adempta sibi esse parentalia patrocina, qui huc atque illuc recurrentes contradictionum latebras quærunt, ne vnquam feminis careant: & quia vndique defensionis suffragio deseruntur, nouissimis cunctis argumentis exhaustis sententiam Pauli Apostoli opitulari sibi opinantur, & dicunt: Tu quis es, qui de seruo alieno iudices? Agnoscit equidem Paulus Apostolus constitutionis suæ verba prolata; sed constitutionarios & prolatores ipsos ignorat. Illis



enim contulit defensionem, qui nullam partem legis impugnant; & ipsis tribuit patrocinium, qui ex voto suo aliquid faciunt, nec quidquam ecclesiastici iuris impediunt.<sup>125</sup> Ius tractat viuendi, & non edendi; arbitrium vniuscuiusque confirmans. De similibus neminem iussit iudicari, quæ voluntati singulorum auctoritas diuina concedens, in vtraque parte faciendi & non faciendi clementer indulgit. Illos autem Ecclesiasticis tribunalibus subdidit, quos<sup>126</sup> transgressores ordinariæ transgressionis nulla impunitas excusauit; vt qui passim (Tu qui es, quis de seruo alieno iudices?) aduersus nos veluti libellum contradictorium proferunt,<sup>127</sup> rationabile simul & certum recognoscant quod accepimus ab eodem Paulo Apostolo repulforium: Præcipimus, inquit, vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt separetis vos à fratribus ambulantibus inordinatè, & non secundum traditionem quam accepistis à nobis. Euasimus vt opinor tanta ligamina quæstionum, quibus amatores eunuchos amplexus feminei ligauerunt: qui peruersis interpretationibus decreta legalia demutare coguntur; & malunt audiri proponentes vana & fabulosa commenta, quàm ipsi quæ vera sunt audiant: quos Paulus Apostolus annunciat dicens: A veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Quidquid volunt adhuc exquirant, vt obfistat pro mulieribus veritati. Victoriæ non habent, apud quos contra Efram mulier potius quàm veritas vicit. Vos autem filij charissimi non tantum persuasione, sed potestate conuenio. Tale deliramentum despiciate, quorum quæstiones Paulum Apostolum scitis vbique damnasse, sicut ad Romanos scripsit dicens: Rogo vos, fratres<sup>128</sup> diligenter obseruare eos qui dissensiones & offencicula præter doctrinam quam vos didicistis, aut dicunt, aut faciunt, & declinate ab ipsis. Sic & Timotheo delegat: Noli, inquit, verbis contendere, nihil enim vtile est, nisi in subuersionem audientium. Sollicitè cura te ipsum probabilem exhibere Deo operarium irreprehensibilem, rectè tractantem verbum veritatis. Stulta autem & inania eloquia deuota: multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum sicut cancer serpit. Atque vt ostenderet, clericis disponendis, ad euacuandas quæ-

2. Thim. 3.

2. Tim. 4.

3. Esdr. 4.

Rom. 15.

2. Tim. 2.

stiones quæ sit doctrina continens; etiam ad Tim. 2. Tito sic insinuat dicens: Tu autem loquere quæ conueniunt sanæ doctrinæ, maiores natu sobrios esse, prudentes, sanos in fide, in charitate, in patientia sincera. Ergo auditiones simplices obedientia vestra suscipiet, & versipellem contradictionum vitæ fallaciam. Purum iter vestris gressibus mundatè<sup>129</sup> & super spinas & tribulos nolite seminare vel calcare, ne bonum semen non possit vobis propter spinæ fructes sanctitatis fructus afferre. Vnde propheta Hieremias sic hortatur & docet, dicens: Nolite, inquit, serere in spinis. Circumcidite vos Deo vestro, circumcidite præputium cordis vestri. Abscindenda sunt ergo de agro nostro cuncta quæ pungere & lacerare consueuerunt; ne animus agricultoris in possessione sua malignis sentibus inseratur. Et amputanda sunt omnia nobis, quæcunque igniferi fomitis<sup>130</sup> sulphurantibus flammis scatens fornax ebullientis carnis exæstuat; ne vel tenuis quidem scintilla seruata maiora confleret incendia. Quod Salomon manifestat dicens: Ab scintilla vnâ augetur ignis. Eccl. 11. Auertite occasiones impuras, quibus interiora pectoris penetrantur, vt liquida in vobis perspicuitas honoretur. Contenti estote singularitatem laboriosam pro pudore seruando potius sustinere, quàm sine labore ad dedecus peruenire. Contemplamini quid sit populo sancto præesse, & considerate quale sit diuinis sacramentis insistere.<sup>131</sup> Alteris placere debent, qui alteris viuunt, & talis conuenit cura sinceritatis sacratis, qualia sunt sacra ipsa quibus exhibet officia seruitutis; ne circa Dominum offendant ipsi quod tractant, aut circa populum incipiant impedire quod prædicant. Propter quod Paulus Apostolus sic testificatur: Et omnia, inquit, sustinemus, ne quod impedimentum demus Euangelio Christi. Et iterum: Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur<sup>132</sup> ministerium nostrum. Hac igitur institutione vobis quam plurimum laborandum est,<sup>133</sup> de iis quibus ad manifestandam grauitatè<sup>134</sup> singularitas magis quàm pluralitas testis vera est. Respicite quanta mala conuersatio pluralitatis huius acquirat; quæ non nisi corruptionem seminat, pullulat vitia, cupiditatem cõcipit, ignominiam parit, rabiem concitat,<sup>135</sup> porrigit furiam, lasciuiam pascit, petulantiam

Hier. 4.

Eccl. 11.

2. Cor. 6.

Coloss. 3.

petulantiam nutrit,<sup>136</sup> casus exaltat, ruinas ædificat, ripas eripit, præcipitia instruit, periculis nauigat, naufragiis velificat, perditione gaudet, interitum fouet, confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accusationes inflammat, & catenatim semel in fascem glomerans numerosas indagines captionum, per infinita dedecorum,<sup>137</sup> multiplices mortis inuehit in perniciem perditorum. Tor itaque & tantas strages calamitatis<sup>138</sup> & pessimæ conuersationis nemo prosternit, nemo calcatur, nemo funestat, nisi singularis castitas sola: quæ munimen inuictum est sanctimoniam, & expugnatio fortis infamiam; fortitudinis firmitas, & lasciuia petulantiam infirmitas; probitatis præsidium, & improbitatis excidium; animæ victoria, & corporis præda; vberras gloria,<sup>139</sup> & sterilitas criminum; pronuba sanctitatis, & repudium turpitudinis; sinceritatis indicium, & abolitio scandalorum, exercitium continentiam, & euacuatio tota luxuriæ; pax secunda virtutum, & debellatio inquieta bellorum; puritatis culmen, & libidinis carcer; honestatis portus, & ignominiam naufragalis locus; virginitatis mater, & hostis immunditiæ; lorica pudoris, & spoliū probrofitatis;<sup>140</sup> corruptionis exitium, murus rigoris, & destructio vulgaritatis;<sup>141</sup> seueritatis gladius, triumphator & dissolutionis occisor; armatura virium, &<sup>142</sup> exarmatura fluxorum; integritatis dignitas,<sup>143</sup> & fornicationis addictio; claritatis fastigium, & dedecoris præcipitium:<sup>144</sup> voluntas honorum operum, & afflictio vitiorum; refrigerium pudicitiam, pœna petulantiam; acquiratio triumphorum, & facinorum detrimentum; requies salutis, & perditionis exilium; vita spiritus, & carnis interitus; status qualitatis angelicæ;<sup>145</sup> funus humanæ substantiæ. Huius retinaculis omnis obscœnitas frenatur, & compedibus eius calces furentis libidinis statuuntur.<sup>146</sup> In hanc velut in scopulos franguntur impetus qualescunque sanguinis inundantis; & in illa sedatur spumans humoris insania corporalis. Quæ dum sibi subtrahit adminicula concupiscentiæ, mortua membra sua cognoscitur baiulare: de quibus Apostolus Paulus præmonet dicens: Mortificate ergo membra, quæ sunt super terram; fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & aua-

ritiam, quæ est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei. Ab his omnibus non nisi splendido singularitatis cultro castratur humana natura, vt illibatos spadones ad conuiuium sanctitatis dispensante circumfusione introducat. Cui sanctitas ita promittit annuli sui nuptiale signaculum, vt sine ipsa virginitas resignetur, quæ se sola contenta cupidinem domat, mentemque reedificat, concupiscentiam subigit, desideria ardoris extinguit, artus debilitat, corpus ancillar: & ita carnalia crucifigit; vt tam masculus quàm femina videatur in conuersatione mentiri, dum illos vtriusque sexus operatione abscondit: aut neutrum faciens de duobus, tertiam formam conferre gloriatur ambobus, vt ante resurrectionem resurrectionis imaginem, ad instar angelorum meditari noscatur.

Quod promittens Dominus futurum: qui Luc. 20. digni, inquit, habentur sæculi illius & resurrectionis à mortuis, non nubent, neque nubentur, neque enim moriuntur. Nam sunt similes Angelis Dei: quia resurrectionis filij sunt.<sup>147</sup> Hoc exigit sancta singularitas clericorum, vt antequam transfiguraretur, iam transfigurata cernatur in Angelicæ claritatis aspectum, quæ omnia sibi amputans concupiscentiæ certamina deprædatur; cuius laudes Salomon exequitur dicens: Melius est esse sine filiis cum claritate.<sup>148</sup> Immortalitas est enim in memoria illius; quia & apud Deum nota est, & apud homines. Cùm præsens est, imitantur illam, & desiderant eam cum se abduxerit; & in perpetuum coronata triumphat, incoquinatorum certaminum prælium vincens. Non est sine filiis cum claritate, nisi singularitas sola, quam non solum conscientia sua nullis fordibus maculat, sed etiam nullæ opinionones<sup>149</sup> suspectæ pluralitatis infamant. Nam si castitas, quod est difficile, masculum & feminam pariter in virginitate conseruet,<sup>150</sup> non habet claritatem; quam communitas ipsa non potest nisi quibusdam probrofitatem tenebris obscurare. Singularitas verò ita clara est omnibus & exerta, vt cunctis splendore sui candoris pura manifestetur & lucida. Vnde sic nos Apostolus edocet dicens: Sicut Ephes. 5. filij lucis ambulate: fructus enim luminis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes quod beneplacitum sit Deo. Et iterum: Omnia, inquit, facite sine Philip. 2. Z z iij



murmuratione & hæſitatione, vt ſitis irreprehenſibiles & ſimplices ſicut filij Dei immaculati in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo. Sic vbique ſingularitas ſplendet, vt omnes pro illa ſplendere non dubitent: & ita ſanctitatem in ſemetiſa clarificat, vt laudem ſibi ab ipſis quoque inimicis extorqueat. Quod maxime de præpoſito quocunq; Paulus Apoſtolus mandat dicens: Oportet autem eum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat & laqueum diaboli. Hanc igitur amate, hanc tenere, quæ ſola poteſt fœminas debellare: cum adhuc concupiſcentia nulla peccus impuſar; & dum adhuc ſimplicitas incorrupta permanet vel quieta; ad ſecretæ ſingularitatis tutelam cito concurrite, ne poſtmodum non valeatis effugere. Præoccupandus eſt aditus cunctis inſidiis, ne hoſtilitas prior obrepens occurrat improuidis. Salutare remedium eſt præuenire potius quàm præueniri: & anticipare potius quàm anticipari, viribus fortibus congruit. Vbiſcunq; fuerit prouidentia, fruſtrantur vniuerſa contraria; vbi autem prouidentia negligitur, omnia contraria dominantur. Ante famem certamus, ante inopiam laborando fatigamus. Sic per omnia calamitatibus cunctis tollimus locum, dum gerimus prouidentiam temporum futurorum. Quanto magis ante præuenienda eſt omni prouifione calamitas fœminarum; cuius cupido ſi admittitur incipere, nunquam proſus accipit finem? Cuius comparationem Salomon explicat dicens: Infernus, & amor mulieris, & terra quæ non fatiatur aqua, & ignis non dicit: ſufficit. Vnuſquiſque itaque qui ſecurus eſt quia necdum tentatur, timeat; quia nihil de illo dicitur, proſpiciat ne dicatur: homines ſumus, fragilitatem noſtram carne portamus. Sic iam vndique nos circumſpecta viuacitate circumdare debemus & cingere, vt non ſit pars aliqua quæ vacillet. Accipimus quidem fortitudinem ſpiritalem, per quam ſubſtantie noſtræ fragilitas roboretur. Sed ita nobis ſpiritualis fortitudo collata eſt, vt prouidos non vt præcipites tueatur: vt illos muniat qui renunciant importunitatibus delictorum, non eos qui ſe magis importunis delictis immergunt. Custos nobis datus eſt

ſpiritus, ſed vt contraria declinantibus aſſiſtendo ſubueniat, non vt contraria eligentibus faueat; nec vt voluntarios & proſonos in aduerſa confortet, ſed vt ab aduerſis nitentes ſeparari confirmet. Nam quicunq; pernicioſis conatibus audet exercere virtutem, iuuamen non habet Spiritus ſancti, qui neminem vult vtroneum virum fortem ad fraudulentas victorias coartari: nec protegit eum, quinimmo ſed deſerit, quem periculis irruentem per illicitos euentus exquirere triumphos agnouerit; ſicut ipſe iam tunc per Salomonem locutus eſt dicens: Amans periculum, in ipſo periet, Ordine ſuo igitur, non noſtro arbitrio virtus Sancti Spiritus miniſtratur, & ſecundum inſtitutum eius prælia proſperantur. Nunquam niſi præcipitatus exercitus cecidit, qui auidus fortiter facere ducis vel imperatoris ſui diſpoſitiones irrupit; multo magis perpetam erogat fortitudinem, qui ſine armis doctrinæ magiſtri ſpiritus præſumpſerit triumphare: cum dicat: Væ qui per præſumptionem ſuam aliquid faciunt, non per Deum. Si qua igitur in vobis eſt fiducia virium ſpiritualiū, quid ſpiritales deceat recordemini: & ſi creditis vos ſpiritualiter militare, agnoſcite quod docemus non eſſe carnale, ſicut Paulus Apoſtolus loquitur dicens: Si quis putat ſe Prophetam eſſe, aut ſpiritalem, cognoſcat quæ ſcribo vobis. Non eſt quod vobis in hac perſuaſione deceptoriam blandiamini, vt quia ſpirituales eſtis, velitis inter flagitioſorum armamenta verſari, nec vos inhables eſſe pro clericatus dignitate: quia maiores maioribus conſueuerunt conſiſtiones occurrere. Acrius diuitibus quàm pauperibus inuidetur, & non inopes, ſed locupletes inquietat infeſtatio ſæua latronum. Plus duces & principes quàm milites ab hoſtibus appetuntur in pugna: & violentibus propuſtantur ventis & turbiniſus culmina, quæcunq; ſunt altiora. Ideo magis magiſque quo plus cæteris vnuſquiſque poteſt, ſciat eſſe ſibi metuendum ne in aliquo minoretur, propter quod Salomon ſic admonet dicens: Qui gloriatur, inquit, in diuitiis, paupertatem vereatur. Rogo vos quantum valeo, & vltra quam valeo, hæc ſint ſtudia omnium clericorum, vt ſingularitatis inaccuſabilis ſecefſione fungantur: ne aut ipſi per fœminas, aut fœminæ per illos ad ignominioſa ludibria prouocentur.

Si quis

Si quis habet matrem, vel filiam vel fororem, vel coniugem, vel cognatam, ſic habeat, vt nulla ancilla interſit, neque aliqua ingrediatur extranea; ne ad hoc videatur tenere proximas ſuas, vt ipſarum cauſa libere ſibi adhibeat alienas: quod ſi non poſſint ipſæ quæ ſunt proximæ ſine familiarum miniſterio, vel ſine amicorum eſſe ſolatio; expedit vt migrent ad aliud domicilium, quam propter illas perſonæ contrariæ teneantur. Humanum eſt enim, vt nec clericus illas neceſſariis fœminis fraudet, nec ipſæ clericum per importunas fœminas fordident. Assignari poſſunt ſanctis mulieribus, cum quibus viuant, dummodo cum clerico fœmina nulla commaneat. Non deſpecta, non vetula ſine affinitate, peculiariter ſuſcipienda ad domesticum obſequium: quia magis illicito delinquitur, vbi ſine ſuſpitione ſecurum poteſt eſſe delictum; maxime quia cupidini nulla deformitas, nulla deſpectio ſaltidij, vel vilis exiſtit, ſed diabolus pingens ſpecioſum efficit, quidquid fœdum vel horridum fuerit. Si quis autem modo profeſſione cogente, apud fratres, vel apud extraneos hoſpitatur, vbi mulieres interſunt; omnino ſe ardet, ne paſſibilitate aliqua vitietur. Semotus ac ſecretus Deo vacet & ſibi, ne intus capiatur à diabolo; & qui foris capi non potuit, apud ſuos cadat. Qui hoſtes effugit, ad tempus pro ſalutaribus cauſis procedat ad faciem, & iterum cito diſcedere de conſpectu ſeſtinet. Vbiſcunq; ſtandæ eſt cum mulieribus, non continuanda præſentia, ſed quaſi tranſeunter fœminis exhibenda eſt acceſſio quodammodo fugitiua. Proteruitatis enim iam cœpta ſunt repræſentari ſemper in mediū; & perditionis meditatio eſt, frequentatiuum inter mulieres celebrare proceſſum. De qua re nobis Salomon moderamen impoſuit dicens: In medio mulierū noli aſſiduus eſſe. Sic igitur ambulate, ſic agite, vt ſemper in clericis Eccleſiæ ſenatus candidus conſtet. Seueritas in vobis circa fœminas vigeat, auctoritas polleat, vigor teneatur, grauitas veneretur. Vt ſemel omnia colligamus ad clauſulā, breuiarium relegimus vobis, quod ad compendioſam plenitudinē redigens Paulus Apoſtolus inſinuat: De cætero fratres quæcunq; ſunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; iuſta, quæcunq; ſancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, ſi

qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ accepſtis, & didicſtis, & audiſtis, & vidſtis in me. Hæc agite, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Amen.

### ADNOTATIONES in librum de ſingularitate Clericorum.

1. Sed quia nunc de fœminarum commoratione] *Manutius & Morel. cum Landulpho de columna: commemoratione, verum prius habet Antoninus cum vet. excuſ. & argumento libri magis conuenit. Niſi verò etiam Landulphus legeret illud: dē, ſuperfluum putarem, & omitterem cum Antonino.*
2. ad ignominiam deuoluti ſunt] *Ex vitio codicis Remboldi legebatur: ignominia, duntaxat; quod cum non placeret, reſpoſuit Eraſmus, ignominioſe, at illud legunt Antoninus & vet. exc.*
3. Domini correptione] *Manut. & Morel. correptionem, verum prius placet obſequentia: præſertim ſi legamus cum Antonino: corripiens, pro: conueniens.*
4. iacturam lamentantes Eccleſiæ] *Rurſum ex mendo Remboldi, erat antea: lamentantis.*
5. reum ſemetipſum conſcribat] *Etiam hic Rembold. reſpoſuit: verum, corruptiſſimè, nam illud habet vet. excuſ. Grauius & Morel.*
6. & non obaudiebatis] *Solus Manu. audiebatis, at illud veteribus uſitatum eſt.*
7. cum aduenerit vobis interitus] *Neque vet. excuſ. neque Remboldus hoc habent. ſed eſt apud 70. quare recte quoque ex coniectura Cauchij adieciimus: & illi quod ſequitur.*
8. & vehementer infrenis eſt] *Hinc caſtigandus Antoninus pro eo quod habet: infirmus. Legit autem ille paulo poſt: caſu aliorum, pro eo quod nos: claudibus cæterorum.*
9. Aduerſaria eſt confidentia] *Ita etiam ille reſtituit, quàm vulg. aduerſa.*
10. quinimo quàm noſtræ] *Accipit: quinimo, pro: potius, nam illud: plus, neque habent, vet. exc. neque Remboldus, ſed prius Eraſmus addidit.*
11. quam fortis videri velit] *ſic quoque caſtigandus Antoninus, pro: foras.*
12. quæ vnicuique homini ſuam contulit gloriam] *Remboldus vitio operarum habebat: ſuo; quod quò non quadraret, reſpoſuit Eraſmus: vndique, pro: vnicuique, at prius genuinum eſt.*
13. quæ ſecundum pugnas] *Librarius Eraſmi, pro eo quod Remboldus habebat: ſecundum, reſpoſuit: ſcilicet, non rectè.*
14. vt ſitis intrepidij] *Vet. Excus. & ſed illud placet.*
15. Apoſtolum pollicentem] *Solus Manutius: dicentem.*
16. & in mulcipulas] *Omiſimus vocem: diaboli, quod neque vet. exc. neque Remboldus habeant, neque alibi Cyprianus; qui tamen ubique: mulcipulam, legit.*
17. nec timemus] *Interiecerat Eraſmus: teneti, ſed non eſt opus.*
18. vna infirmitas muliebris] *Adicio: muliebris: ex quodam vet. excuſ. Morelij.*



19. de magnis efficit prædam] Antoninus addit: eius, pro: suam, antiquus verò alter cod. Morelij longe aliter legit. de magnis tatum & fortibus suam mixtam efficit prædam.

20. nec fociorum mortibus] Recte sic Erasmus, pro eo quod erat: motibus.

21. dum illos promeritos aut inualidos opinat] No male etiam Erasmus: emeritos, nisi sequeretur: Si autem multum mereri, quare illud ex vet. excus. & Remboldo reposuimus.

22. in Syloa] Primus Erasmus: Syloc, at illud placet.

23. O quam inordinabilis] Sic etiam Antonin. Verus excus. verò & Remboldus: inordinalis, locus obfcurus. Coniicit autem Grauius legendum: lenocinium, pro: latrocinium, sed nec hoc fitis facit.

24. tentationibus mutuis inuicem pungunt] Vitis Remboldi hætenus lectum: punguntur.

25. causale est omne quod fœminæ est] Erasmus: causale, at illud habet vet. excus. & Remboldus. Alludere videtur ad illud: Semper habent lites alternaque iurgia lectus.

26. omnis qui non manducauerit carnem] Videtur ea atate clerici à carnibus & vino abstulisse.

27. quid videdi oblectatione perfruitur] Sic lego cum vet. excus. pro: vini, neutrum habet Remboldus.

28. videndo nec gustando, copia esculentorum animus pascitur] Ita lego ex varia cod. lectione. Ret. enim exc. habet: Videdi nec gustadi copia esculenter, Rêbol Videdo nec gustado copia esculenter, Erasmus: habendo nec gustado copia esculentis.

29. suspectum placitum] Placitum, pro: decretum, solus enim Manut placidum.

30. qui illud fornicans efficit infamari] Ita ex Antonino & quodam Morelij codice, pro: quod fornicans, Legit etiam ille codex: permittit, pro: efficit.

31. Peius est quam mæchia] Erasmus: mæchari. Item primus ille: ferre, pro: facere.

32. Blaphemiam ingerit religioni quam colit] Sic optime quidam Morelij cod. pro: contulit.

33. fluxibus solis] Nescio quid velit.

34. cum ille noluit] Et excus. & Remboldus: voluit, at illud placet.

35. senectute quidem dignus] Ex illis adiucimus: quidem, nam legitur in Machabæis.

36. necessitas ista constringit] Ex isdem & istud lego pro: constringat.

37. in singularitate] singularitate & in titulo & in toto opere accipit pro vita solitaria sine consortio mulierum.

38. quinimo cõsummatus] Prorsus sic lego cõ More. pro: qui minimo; quia supra hæc vocẽ habuimus eadẽ significatione & cõsentunt vet. excus. cod. & Remboldus.

39. Certe etiã soli cuiusq;] Adicio ex isdẽ vocẽ: soli.

40. hemetriteo insanabili laborare] Hemetritea febris est iuxta Remboldum tertiana vna & dimidia.

41. Sed quisquam] Omisimus voculum: si Interiecitam iuxta cod. vet. & Rembold.

42. noluit certum definite præceptum] Male Erasmus, & alij enim secuti: voluit.

43. Ex improviso vel transeunter] Antoninus: in transitu, sed illud bis terne infra reperitur.

44. aut in vsu aliquando dissoluitur] Remboldus legebat: in ritu, pro quo Erasmus rectius: in ritum, sed

illud habet vetus excus.

45. mulierem frangi] Sic quoque vetus excus. & Erasmus in margine, pro eo quod idem in contextu: ang.

46. & vicium toxicatũ] Etiam hoc illius placet, pro eo quod Eras. viscus, nam consentit Rembold. & Anto.

47. neq; ostendere] Nõ est istud hodie apud Apostoli.

48. ab Apostolo Paulo] Eras. Testate Apostolo, at illud arripet, quia est in veteri excus.

49. sine cognatione] Videtur hinc de illarũ seminarum consortio loqui, quæ cognatione iuncte non sunt.

50. In conuẽtu sacrorum, &c.] Pulcher locus pro sacris Ecclesiæ, quippe ubi dicit tractari cœlestia, celebrari sancta mysteria, opus spiritale angelorum geri, eo Dei præcepta nos congregare & colligere.

51. Cum sacrosanctis enim iussis, nobis diuina ptectio] ex cod. vet. exc. reposuim: iussis, pro: et iustis, & adiecimus: diuina.

52. cum sine iustitia non potest esse] Phrasis est Auctoris. vet. exc. & Rembold. legunt: sine victoria, sed non placet.

53. voluntates agnoscere] Hoc rursus ex vet. excus. pro eo quod Remboldus, & alij: vilitates.

54. indicia demonstrare] Ita Remboldus & vet. excus. pro: iudicia.

55. Cogitationes enim mortaliũ] Recte sic Grauius & Morel. pro eo quod alij: cogitationes immortalũ, nam sic habet liber Sapientia, quem salomonis titulo citat, quomodo & paulo post librum Ecclesiasticum.

56. tamen si nulla in ipso contubernio turpis consuetudo nascatur, accedat] Sic vet. excus. & Rembold. alij: Contubernium tamen, etsi nulla, &c. consuetudo nascatur, accendit, quod magis probatur, si legatur: enim, pro: tamen.

57. vt ipsam consolationem nostram suscipiat] Vetus excus. ac Remboldus, & hoc & sequentia plurali numero legunt, sed præcedit: fœminam.

58. Sicut præcepimus vobis] Erasmus: Sic precipimus, at illud habet Apostolus.

59. & omne quod voti est] Confirmatur hinc votum tacitum castitatis adnexum celibatus clericorum, de quo paulo post apertius.

60. & palma perfecta] Hinc apparet, ante etiã legi debere: vnus accipit palmã, sicut ubiq; legit Cyprianus.

61. ipse se voluit superari] Vetus exc. & Rembol. penetrari.

62. sine causa dicit] Et exc. nõ dicit, sed prius placet.

63. Qui spernit modica, paulatim cadet] Eras. male: cadit, nam prius habet Ecclesiasticus.

64. Sic stupeo autem huius peruersitatis arbitriũ] Hoc Eras. placet, pro eo quod erat: at bitrio.

65. quam bonos effectus mulieris] Erasmus. affectus, minus recte.

66. agit prius masculum & fœminam pariter conuerlati] Remboldus omiserat: conuerlati, & Eras. legebat: adicit. Illud uerò habet vet. excus.

67. in semetip[s]as elidere] Genisa legendũ, illidere.

68. ignem sine vllis flammis occultet] Recte sic Morelius ac Grauius cum vet. exc. & Rembol. pro eo quod alij: occultat.

69. & dũ summis] Adicio: dum, ex vet. excus.

70. controuersias, actionesq; causalũ] Genuine quoque est hæc lectio, illius, & Rembold. pro eo quod reposuit,

posuit Erasmus: controuersas actiones, quæ causalium.

71. sed per correctionẽ] Placet & ista, pro: correptionem.

72. & in ceteros actus] Etiam hæc, pro: inter.

73. æquales maioribus] Illi: moribus.

74. Video plane sic] Et hic & paulo post adiecit negationem: non, Erasmus, sed non est opus. Est enim ironia, sicut & in eo quod sequitur: cognosco, &c. Idem est iudicium de bis adiuncta ab illa negatione, ad illam sententiam: si Christus seipsum, &c. præsertim si legamus cum illis: facit, pro: facit.

75. vnus per rupes] Vetus excus. & Remboldus: ripas.

76. Paulus Apostolus decernit dicẽs] Adicio, dicens, ex vet. excus.

77. quid aliud exemplum nolunt] Ex eodem cõ Morelio sic lego, pro: volunt.

78. & qui Apostolis] Solus Manut. Apostolicis.

79. necdum cognouit] Primus Erasmus: nondũ.

80. quos dominus iunxit] Aut sic legẽdum cum Erasmo, aut cum vet. exc. & Remboldo: quod dominus iunxit, prius tamen arripet magis.

81. ipsa permissio] Vitis cod. Rembold. legebatur: promissio.

82. Sic Apostolos mulierum comitatus decebat] Vetus excus. Apostolos, &c. docebat.

83. non vt] Sic prorsus lego pro: vt non.

84. Vbi tota Ecclesia propemodũ videbitur] Locus prorsus obscurus. Vetus excus. verò & Remboldus legunt: coniuuaciones improbrofias, pro: coniuuaciones improbas, non recte.

85. Ideo non inde scribitur] Hoc ex cod. vet. excus. pro quo Remboldus: adeo, Erasmus verò: ad ea bene describitur, Morel. Adeo non bene.

86. Tamen non possum] Istud rursus ex illorum utroque, pro eo quod Erasmus: possum.

87. & qui missus venerat pasci] Item & hoc, pro: iustus.

88. egestofam] Sic rectius Morelius, Remboldus, & vetus excus. quam alij: egestofam.

89. ieiunij exitum] Optime sic etiam Rembold. & vetus excus. pro: exitum.

90. Pro dolor, dolore cogimur quod docemus] Sic recte etiam cum illis Morelius, pro: docemur.

91. amicos Dei non nouimus, nisi ad venerationem] Locus insignis pro veneratione sanctorum.

92. qui nouimus & angelos cum fœminis cecidisse] Etiam hic auctor filios Dei Gen. 6. angelos interpretatur.

93. suæ auuditatis ingluuiem] Vetus exc. & Rembol. illuuiem, neutrum displicet.

94. quando indigeant] Hoc certe ex illo reposuimus, pro: cum.

95. falsa altera est] Non male adiecit Erasmus: falsa.

96. si talis Christiana caritas adnotatur] Re- Etius sic vet. exc. & Rembold. quam alij: aduocatur.

97. alterna peregrinatione] Vetus excus. altera.

98. Adhuc habeo quid mirari] Nõ placet quod reposuit Erasmus: quod mirari non valco, nisi addatur: latis, certe illud habent vet. excus. & Rembold. Est autem locus insignis de voto continentia coniugum.

99. & eunuchi nostri non durant] Neque hic arripet lectio Erasmi: & eunuchi dubitant.

100. amor coniugalis] Habet vet. exc. confœminæ, & paulo post: pro: fœminæ, legit: iugalis.

101. quasi non habentes esse nitatur] Etia hæc illorũ lectio est, pro eo quod Erasmus duntaxat: sint.

102. potestatem vnus] Adiecerat Erasmus: cõuersionis, sed superfluo.

103. nõ cõtati sunt pellere] Hoc rursus ex vet. excus. cõ Grauius & Morelio, pro eo quod corrupte Rembold. & ceteri: contati, Manut. vero: contenti.

104. Verum fatear, si permittor] Etiam hæc Morelij & illorum genuina lectio est, pro eo quod Eras. fateor, si permittat.

105. Dico eos facilius] Vitis cod. Remboldi legebatur: facile.

106. nullas personas excipere] Etiam hoc Morel. & vet. exc. pro: accipere.

107. nec minus eos, sed peius illi etiam cõfundunt] Mendum cod. Remboldi hic quoque remansit hætenus in excus. nec minus eos, sed pœnis.

108. Secundum confusionem] Rursus sic Morel. cum vet. exc. pro: sed in confusione.

109. abscondant] Vetus cod. abscondat, & paulo post: abscondentes, pro: abscondentes, rursus sic postea: abscondit.

110. non intrabit in regnum cœlorũ] Rêbol. legebat: intraueritis, pro quo Erasmus: intratis.

111. de Gallis suis] Galli (vti vere adnotauit Rêbol.) erant sacerdotes Cybelles à Gallo fluuio sic dicti.

112. dummodo cum damno status sui] Vetus exc. legit: conditione, Rembold. utrunque omisit.

113. cum tantis exitiis] Minus recte Erasmus: exercitiis.

114. fœminæ tenet aspectus] Sic prorsus lego, pro: terret.

115. impura mysteria] Iterum vitio cod. Rembold. legebatur hætenus: pura.

116. & sua subsequuntur] Prætermiserat idem uoculam: sua.

117. martyriũ cõsecuti sunt] Eiusdẽ mendum erat: secuti sunt, quare recte hoc Morelius cum vet. excus.

118. meruerunt ad martyrij veniã] Reposuit Eras. palmam, sed quia de peccatoribus loquitur, qui ipso martyrio veniam impetrabant, illud illorum placet.

120. quia baptizat] Manut. vitio operarum: qui.

121. sine indulgentia quoque illis martyrium non fuit] Optime sic Erasmus pro eo quod vet. excus. & Rembold. illi quorum martyrium.

122. crimen Ecclesiæ cernitur ignouisse] Grauius in margine: Ecclesiæ, sed illud placet, quia sequitur culpam totam Ecclesiam patiatur.

123. Audemus dicere] Hoc quoque genuinum est, pro: ausim.

124. quacunque mundus abstulerit] Etia istud, pro: quocunque.

125. Ius tractat viuẽdi & nõ edẽdi] Obscurus locus.

126. Transgressores ordinariæ trasgressionis] Recte sic Eras. pro eo quod illi: ordinari.

127. rationale] Et hic & supra alicubi vet. excus. & Rembold. rationale,

128. diligenter obseruare] Recte etiam hoc Eras. pro eo quod illi: obseruate.



129. & super spinas & tribulos nolite seminare vel calcare] *Adiecit Erasmus: seminare vel, non male, quia sequitur: nolite serere in spinis. Superfluum tamen est quod interiecit: seminantes.*
130. sulphurantibus flammis scatenens fornax] *Non placet etiam quod ipse reposuit: candēs, quare recte illud Morel. cum vet. exc. & Rembold.*
131. Alteris placere debent, qui alteris viuunt] *Hac quoque gemina horum duorum lectio, pro eo quod non male Erasmus: Altaribus placere debent, qui de altaribus viuunt.*
132. ministeriū nostrū] *Profus sic legendū cū iisdē & Morel. pro: vestrum, quia consentit Apostolus.*
133. de iis quibus] *Non habent illi: iis.*
134. singularitas magis quam pluralitas] *Omniō sic legendis cum vet. exc. & Erasmo ad marg. & iterum: pluralitatis, pro eo quod corruptissime primus Remboldus: parilitas, & parilitatis, nam opponit singularitati pluralitatem, sicut antea communitatem.*
135. porrigit furiam] *Manut. & Morel. corrigit, minus recte.*
136. casus exaltat] *Male Erasmus: casus, Neque verò etiam placet, quod reposuit ipse: rapinas exigit, pro eo quod illi peritæpoginæ, & rapas eripit.*
137. simplices mentes inuclit] *Sic vet. excu. Remboldus verò & alij plerique: simplices mortes, pro quo Gratius & Manut. mores, Morel. autem: multiplices mortes, quod placet maxime.*
138. & pessimæ conuersationis] *Interiecit Remboldus demus: strages, sed non est opus.*
139. & sterilitas criminū] *Hac lectio vet. exc. gemina est, quia precedit: ueritas, pro qua cum Rembold. legeret: cupiditas, reposuit Erasmus. captiuitas.*
140. corruptionis exitium] *Aliquid desiderari uidetur.*
141. seueritatis gladius] *Corrupte primus Erasmus. seueritas.*
142. exarmatura fluxorum] *Male Rembold. primus: fluxarum.*
143. & fornicationis additio] *Hactenus ex Erasmo castigatione legebatur: abdicatio, sed prius habet uetus excusus & Rembold. & optime conuenit. Additionem enim bonorum facere Ciceroni est bona proscribere.*
144. uoluntas bonorum operum] *Censet legendum: uoluptas.*
145. funus humanæ substantiæ] *Eleg. inter etiam istud vet. excu. pro eo quod Rembold. finis, & Erasmus. cū ceteris: summus, Quare & Antoninus sic castigandus pro eo quod legit: fauus.*
146. In hanc uelut in scopulos] *Rectius quoque hoc uetus excusus, quam ceteri: in hac uelut in scopulo, Neque uerò etiam placet, quod reposuit Rembold. tumoris, pro: humoris.*
147. Hoc exigit sancta singularitas clericorū] *Corruptissime Remboldus: meritorum, quare & Erasmus. recte illud in margine.*
148. Immortalitas est em̄ in memoria illius] *Cōtra nō recte hic reposuit Eras. Immortalis est em̄ memoria illius, quia illud reperitur ad uerbum græce. Recte tamen ipse: quia, pro: quæ. Græce enim est: ὅτι.*
149. suspensæ pluralitatis] *Rufinus hic legebatur mendo cod. Rembold. parilitatis.*

150. non habet claritatem] *Ego negationem superfluum censeo.*
151. Ut omnes pro illa splendere non dubitent] *Mura phrasia efficit, ut responderet Erasmus. pondere.*
152. hanc tenete] *Idem hoc recte, pro: timete.*
153. omni prouisione] *Sic vet. exc. cum Rembold. pro eo quod alij: prouisione.*
154. Sic iam] *Mura unde in reserit: eam.*
155. ut prouidos nō ut præcipites tueatur] *Adiecit cum Morelio ex vet. excu. & Rembold. ut, ommissa tamen uoce: nos, cum iisdem.*
156. fortiter facere ducis uel imperatoris sui dispositiones] *Cum iisdem addimus: fortiter.*
157. multo magis perperam] *Hactenus corruptissime ex uirio cod. Remboldi legebatur: per perituram.*
158. quid spiritalis deceat recordemini] *Rembold. demus corrupte: recordetur, pro quo Erasmus. recordemur, at illud genuinum est.*
159. inter flagitiorum armamenta] *Reposuerat Erasmus. arma.*
160. singularitatis inaccessibilis secessione] *Idē hic reposuit: luccessione, non recte.*
161. Si quis autē modo perfectione cogente] *Sic Morel. & illi duo, pro eo quod Erasmus. uitæ perfectione.*
162. discedere de conspectu festinet] *Hoc quoque illi, pro: sustinet.*
163. Proteruitatis enim iam cæpta sunt] *Etia hoc illi, pro eo quod Erasmus. proteruitas enim iam cæpta sunt.*
164. Ut scilicet oia colligam] *Uetus excusus, similis.*

### EXPOSITIO IN SYMBOLUM APOSTOLORUM RUFINO AQUILEIENSI PRESBYTERO AUCTORE.

#### ARGUMENTVM.

Expositionem Symboli Apostolorum à nominis definitione aspiciat Rufinus, latissime singulos illius articulos explicat, ac utriusque testamenti Prophetis scripturisque pulcherrimè confirmat, ita ut non immeritò mihi uideatur Gennadius (catalogo script. illustr.) primas illi hac in re tribuere. Vnum est, in quo non probatur, quod nempe sapientiam Salomonis, Ecclesiasticum, Tobiam, Iudith, & duos Machabeorum libros ualere neget ad auctoritatem fidei confirmandam: quò contra sex illi libri, in canone sacrarum scripturarum recensentur, à D. D. Augusti. libr. 2. de Doctrina Christi. cap. 5. Innocentio 1. Epistola ad Exuperium cap. ult. ac Cœcilius Carthaginiensi. 3. Romano Gelasii Papæ tempore, Florentino, ac Tridentino. Quare recte Isidorus cap. 1. lib. 7. Etymol. & Hieronymus cap. 1. lib. 5. de uinioso, scripturas distinguunt in canone Hebræorum & Ecclesie canonem, in quo omnes illos comprehendere afferunt; facientes libros utriusque testamenti 72. At qui à ueteribus quoque citatos illos frequenter etiam ad fidei

fidei confirmationem, supra de aliis comprobauimus ac infra hoc ipso libro de Iudith. Ceterum Rufini titulo iam olim editum est hoc opus inter opera D. Hieronimi. & illi id ascribunt præter Gennadium, Vincentius Bellouacensis, Antoninus & Trithemius.

**M** I H I Quidem, fidelissime Papa Laurenti, ad scribendum animus tam non est cupidus, quam nec idoneus; scietis nō esse absq; periculo, multorum iudicii ingenium tenuē & exile committere. Sed quoniam, ut cum ueniatui dixerim, tement in epistola tua per Christi me sacramenta, quæ à nobis maxima cum reuerentia suscipiuntur, astringis, ut aliquid tibi de fide, secundum symboli traditionem rationemq; componam, quamuis supra vires nostras sit pondus præcepti ( Non enim me latet sententia illa sapientium, quæ probe admodum dicit, quia de Deo dicere etiam uera, periculosum est) Tamen si expositionis à te impostæ necessitatem orationibus iuues, dicere aliqua obedientiæ magis reuerentia, quam ingenij præsumptione tentabimus; quæ quidem non tam perfectorum exercitiis digna uideantur, quam ad paruulorum in Christo & incipientium libentur auditum. Et quidem comperi nonnullos illustrium tractatorum aliqua de his pie & breuiter edidisse, Photinum uerò hæreticum scio eatenus conscripsisse, non ut rationem dictorum audientibus explanaret, sed ut simpliciter & fideliter dicta ad argumentum sui dogmatis traheret; cum in his uerbis Sanctus spiritus prouiderit, nihil ambiguum, nihil obscurum, nihil à reliquis dissonans poni: quia in his uere completur prophætia qua dicitur: Verbum enim consummans & breuians in æquitate: quia uerbum breuiatum faciet Dominus super terram. Nos ergo uel simplicitatem suam uerbis Apostolicis reddere & assignare tentabimus, uel quæ omissa uidentur à prioribus adimplere. Sed ut manifestius fiat argumentum uerbi huius (ut diximus) breuiati, causam qua hæc traditio ecclesiis data est, ab origine repetemus. Tradunt maiores nostri quod post ascensionem Domini, cum per aduentum Sancti spiritus super singulos quosque Apostolos igne lingue sedissent, ut loquelis diuersis uariisque loquerentur, per quod eis nulla gens extera; nulla lingue barbaries

inaccessa uideretur & inuia; præceptum eis à Domino datum, ob prædicandum Dei uerbum, ad singulas quemque proficisci nationes. Discessuri itaque ab inuicem normam prius futuræ prædicationis in commune constituunt: ne forte alius ab alio abducti, diuersum aliquid his qui ad fidem Christi inuitabantur, exponerent. Omnes ergo in vno positi, & Spiritu sancto repleti, breue istud futuræ sibi, ut diximus, prædicationis indicium, conferendo in unum quod sentiebat unusquisque, componunt, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt. Symbolum autem hoc multis & iustissimis ex causis appellare uoluerunt. Symbolum enim Græce, indicium dici potest & collatio, hoc est, quod plures in unum conferunt. Id enim fecerunt Apostoli in his sermonibus in unum conferendo quod unusquisque sentit. Indicium autem uel signum iccirco dicitur: quia illo tempore sicut & Paulus Apostolus dicit, & in Actis Apostolorum refertur, multi ex circumcisus Iudæis simulabant se esse Apostolos Christi, & lucri alicuius uel uentris gratia ad prædicandum proficiscebantur; nominantes quidē Christum, sed non integris traditionum lineis nunciantes. Iccirco ergo istud indicium posuere, per quod agnosceretur is qui Christum, uere secundum Apostolicas regulas prædicaret. Denique & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt: quoniam & armorum habitus par, & sonus uocis idem, & mos unus est, atque eadem instituta belandi, ne qua doli subreptio fiat, symbola discreta unusquisque dux suis militibus tradit; quæ Latine uel signa, uel indicia nominantur: ut si forte occurrerit quis de quo dubitetur, interrogatus symbolum, prodatur si sit hostis, an socius. Iccirco denique hæc non scribi chartulis atque membranis, sed retineri cordibus tradiderunt, ut certum esset, neminem hæc ex lectione quæ interdum peruenire etiā ad infideles solet, sed ex Apostolorum traditione didicisse sufficeret. Discessuri ergo, ut diximus, ad prædicandū, istud unanimitatis & fidei suæ indicium Apostoli posuere: non sicut filij Noe discessuri ab alterutrum turrem ex latere cocto & bitumine constuentes, cuius cacumen pertingeret usque ad cælum; se munimenta fidei quæ starent aduersum faciem inimici ex lapidibus uinis, & margaritis domini-



cis ædificantes; quæ neque venti impellerent, neque flumina subuerterent, neque tempestatum ac procellarum turbines permouerent. Merito ergo illi ab inuicem separandi turrem superbiam ædificantes, linguarum confusione damnati sunt, ut ne vnusquisque posset aduerrere proximi sui loquclam. Isti vero qui turrem fidei construebant, omnium linguarum scientia & agnitione donati sunt; ut illud peccati, hoc fidei probaretur indicium. Sed iam nobis etiam de ipsis aliquid contrectandum est margaritis; in quibus primo in loco <sup>15</sup> fons & origo omnium bonorum ponitur, cum dicitur: <sup>16</sup> Credo in Deum Patrem Omnipotentem. Verum priusquam incipiam de ipsis sermonum virtutibus disputare, illud non importune <sup>17</sup> commonendum puto; quod in diuersis Ecclesiis aliqua in his verbis inueniuntur adiecta. In Ecclesia tamen vrbs Romæ hoc non deprehenditur factum, quod ego propterea esse arbitror, quod neque hæresis vlla illic sumpsit exordium: & mos ibi seruetur antiquus, eos qui gratiam baptismi suscepturi sunt, publice, id est, fidelium populo audiente symbolum reddere, & vtique adiectionem vnus saltem sermonis, eorum qui præcesserunt in fide non admittit auditus. In cæteris autem locis quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addita quædam videntur, per quæ nouellæ doctrinæ sensus <sup>18</sup> crederetur excludi. Nos ramen illum ordinem sequimur, quem <sup>19</sup> in Aquileiensis Ecclesia per lauari gratiam suscepimus. <sup>20</sup> Credo, ergo primum omnium ponitur, sicut & Paulus Apostolus ad Hebræos scribens dicit: Credere enim <sup>21</sup> primo omnium accedentem oportet ad Dominum, <sup>22</sup> quia est, & credentibus in se remunerator sit. Sed & Propheta dicit: Nisi credideritis, non intelligetis. Ut ergo intelligentiæ tibi aditus pateat, recte primo omnium te credere profiteris: quia nec nauem quis ingreditur, & liquido ac profundo <sup>23</sup> vitam committit elemento, nisi se prius credat posse saluari. nec agricola femina sulcis obruit, & pro frugibus spargit in terram, nisi crediderit venturos imbres, affuturum quoque solis teporem, quibus terra confortata, <sup>24</sup> segetem multiplicata fruge, ac ventis spirantibus nutriat. Nihil denique est quod in vita geri possit, si non credulitas ante præ-

Exlv. 11.

Esa. 4. 7.

cesserit. Quid ergo mirum si accedentes ad Deum, credere nos primo omnium profiteremur, cum sine hoc nec ipsa exigi possit vita communis? <sup>25</sup> Hoc autem iccirco in principiis præmissimus, quia pagani nobis obicere solent, quod religio nostra, quia quasi rationibus deficit, in sola credendi persuasione consistat. Et ideo ostendimus nec agi nec stare aliquid posse, nisi præcesserit <sup>26</sup> vis credendi. Denique ideo & matrimonia contrahuntur quia creditur successura posteritas: & pueri discendis artibus traduntur, quia magistrorum in discipulos transfundenda creditur disciplina: Imperij quoque insignia vnus suscipit, dum credit sibi vrbes & populos, armatum etiam exercitum parituros. Quod si hæc singula nisi prius crediderit futura, nullus aggreditur, quo modo non multo magis ad agnitionem Dei credendo veniatur? Sed videamus quid iam <sup>27</sup> breuius hic Symboli sermo proponat. <sup>28</sup> Credo (inquit) in Deum Patrem Omnipotentem. Orientes Ecclesiæ omnes, ita tradunt: Credo in vnum Deum patrem omnipotentem. Et rursus in sequenti sermone, vbi nos dicimus: Et in Iesum Christum vnicum filium eius Dominum nostrum, illi tradunt: Et in vnum Dominum nostrum Iesum Christum vnicum filium eius. Vnum scilicet Deum & vnum Dominum secundum auctoritatem Pauli Apostoli. profitentis. Sed de hoc <sup>29</sup> in competentibus locis repetemus. Nunc interim quod ait: In Deum patrem omnipotentem, videamus. <sup>30</sup> Deus secundum quod opinari potest humana mens, naturæ ipsius vel substantiæ, quæ est super omnia, est appellatio. Pater vero arcani & ineffabilis sacramenti vocabulum est. Deum cum audis, substantiam intellige sine initio, sine fine, simplicem, sine vlla admixtione inuisibilem, incorpoream, ineffabilem, inestimabilem; in qua nihil adiunctum, nihil creatum sit. Sine auctore est enim ille, qui auctor est omnium. Pater cum audis, <sup>31</sup> filij intellige patrem, qui filius supra dictæ sit imago substantiæ. Sicut enim nemo dicitur dominus, nisi habeat vel possessionem, vel seruum cui dominetur, & sicut nemo magister dicitur, nisi discipulum habeat: ita & pater nullo pacto quis dici potest nisi filium habens. Hoc ergo ipso nomine quo Deus pater appellatur; cum patre pariter

pariter subsistere etiam filius demonstratur. <sup>32</sup> Quo modo autem Deus pater genuerit filium, nolo discutias, nec te curiosius ingeras in profundum huius arcanum: ne forte dum inaccessæ lucis fulgorem pertinacius perscrutaris, exiguum ipsum qui mortalibus diuino munere concessus est, perdas aspectum. Aut si putas in hoc omni indagacionis genere <sup>33</sup> nitendum, prius tibi propone quæ nostra sunt: quæ si consequenter valueris expedire, tunc à terrestribus ad cælestia, & à visibilibus ad inuisibilia properato. Expedi primo si potes, & explana, quo modo mens quæ intra te est, generet verbum, & quis sit in ea memoriæ spiritus: quo modo hæc cum diuersa sint rebus & actibus, vnum tamen sint substantia vel natura; & cum è mente procedant, nunquam tamen ab ipsa separantur. Sed hæc quamuis in nobis & in animæ nostræ substantia habeantur, tamen tanto nobis occulta videntur, quanto & aspectui corporeo inuisibilia. De apertioribus requiramus. Fons quo modo ex se generat fluuium? quo autem spiritu rapidum fertur fluentum? quod quidem cum vnum & inseparabile sit, & fluuius & fons, tamen nec fons fluuius, nec fluuius fons intelligi aut appellari potest, & tamen qui viderit fluuium videt & fontem. Exerce te prius in horum explanatione, & discute si potes quæ habentur in manibus; & tunc <sup>34</sup> ad horum sublimiora veniemus. Nec putes, quia te statim de terra suadeam ascendere super cælos; sed prius te si placet ad istud firmamentum quod oculis patet, educam, & ibi si potes naturam huius visibilis luminis discute. Quo modo ignis iste cælestis generat ex semetipso splendorem lucis? quo modo etiã producit vaporem? & cum sint tria in rebus, vnum tamen sunt in substantia. Quod, & si hæc singula inuestigare potueris; scito adhuc diuinæ generationis mysterium tanto esse differentius & eminentius, quãto creator creaturis potentior, quanto artifex opere suo præstantior, quanto ille qui semper est, eo qui ex nihilo cœpit esse nobilior. Credendus est ergo Deus, pater esse vnici filij sui Domini nostri, non discutiendus: neque enim fas est seruo de natalibus Domini disputare. Contestatus est pater de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Pater ipsum dicit esse filium suum, & ipsum au-

Matth. 17.

diri iubet. Filius dicit: Qui me videt, videt <sup>35</sup> Ioh. 14. & patrem. Et: Ego & pater vnum sumus. Et: Ego à Deo exiui, & veni in hunc mundum. Quis est qui inter has patris & filij voces <sup>36</sup> medium se discussorem interferat, & deitatem diuidat, affectum separet, & substantiam rumpat, spiritum secet, neget esse verum quod veritas dicit. Est ergo Deus pater verus veritatis pater, non extrinsecus creans, sed ex eo quod ipse est filium generans; id est, <sup>37</sup> quia sapiens sapientiam, quia iustus iustitiam, quia sempiternus sempiternum, quia immortalis immortalem, quia inuisibilis inuisibilem, quia lux splendorem, quia mens verbum. Quod autem diximus: Orientis ecclesias tradere <sup>38</sup> vnum Deum patrem omnipotentem & vnum Dominum, hoc modo intelligendum est, vnum non numero dici, sed vniuersitate. Verbi gratia: Si quis dicit vnum hominem, aut vnum equum; hic vnum pro numero posuit. Potest enim & alius homo esse & tertius, vel equus. Vbi autem secundus vel tertius non potest iungi, vnus si dicatur; non numeri, sed vniuersitatis est nomen. Ut si exempli causa dicamus vnum solem, hic vnus ita dicitur, ut alius vel tertius addi non possit; vnus est enim sol. Multo magis ergo Deus cum vnus dicitur, vnus non numeri, sed vniuersitatis vocabulo nuncupatur; id est, qui propterea vnus dicatur quod alius non sit. Similiter & de Domino accipiendum est, quod vnus sit dominus Iesus Christus per quem Deus pater dominatum ouium tenet, vnde & sequens sermo omnipotentem pronunciat Dominum. Omnipotens autem ab eo dicitur, quod omnium teneat potentatum. Teneat autem omnia pater per filium, sicut & Apostolus dicit: Quia per ipsum creata <sup>39</sup> Coloss. 1. sunt omnia, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, & iterum ad Hebræos scribens dicit: Quia per ipsum sæcula instituit, & ipsum constituit vniuersorum hæredem. <sup>40</sup> Constituit autem quod ait; genuit, intelligitur. Quod si per ipsum sæcula instituit pater, & per ipsum creata sunt omnia, & ipse est hæres omnium per ipsum; ergo & potentatum omnium tenet. Quia sicut lux de luce, & veritas de veritate: ita & de omnipotente omnipotens natus est. Ut in Apocalypsi Ioannis de Seraphin scriptum est: Et requies <sup>41</sup> Apoc. 4. non habebant die ac nocte, dicentes: San-



ctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus<sup>39</sup> sabaoth, qui erat, & qui est, & venturus est omnipotens. Omnipotens ergo dicitur qui venturus est. Et quis est alius qui venturus est, nisi Iesus Christus filius Dei? His additur<sup>40</sup> inuisibilem & impassibilem. Sciendum quod duo isti sermones in Ecclesie Romanae symbolo non habentur: constat autem apud nos additos, hæreseos causa Sabellij, illius profecto quæ à nostris Patripassiana appellatur; id est quæ patrem ipsum vel ex virgine natum dicit, & visibilem factum, vel passum affirmat in carne. Vt ergo excluderetur talis impietas de patre, videntur hæc addidisse maiores, & inuisibilem patrem atque impassibilem dixisse.<sup>41</sup> Constat enim filium non patrem in carne & ex carne natum, & ex natiuitate carnis filium visibilem & passibilem factum. Quantum autem spectat ad illam deitatis immortalem substantiam, quæ vna ei eademque cum patre est; ibi neque pater, neque filius neque spiritus sanctus visibilis aut passibilis creditur. Secundum vero dignationem carnis assumptæ filius & visus & passus in carne est. Quod & propheta prædixerat ubi ait: Hic Deus noster, & non reputabitur alter ad eum. Inuenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.<sup>42</sup> Sequitur post hæc: ET IN CHRISTVM IESVM VNICVM FILIVM EIVS DOMINVM NOSTRVM. Iesus Hebræi vocabuli nomen est, quod apud nos saluator dicitur. Christus à chrismate, id est, ab unctione appellatur. Legimus enim in libris Moyse, quod Aules Naue filius cum electus esset dux populi, cōmutato nomine Aule, Iesus cognominatus sit. Quo scilicet ostendetur hoc esse nomen quod principibus & duobus conueniret, iis duntaxat qui salutem sequentibus se populis darent. Itaque & ille Iesus appellatus est, qui eductū de terra Ægypti populum, & de erroribus eremi liberatū in terram repromissionis induxit. Et hic Iesus dicitur, qui populū de ignorantie tenebris eductum, & de mundi erroribus euocatum introduxit ad regna cælorū. Christus quoque vel pontificale, vel regium nomen est. Nam prius & pontifices vnguento chrisimatis consecrabantur & reges: sed illi velut mortales & corruptibiles vnguen-

Bapuch. 3.

Num. 13.

to materiae corruptibilis vnguebantur; hic vero Sancto spiritu perunctus, Christus efficitur, sicut scriptura de eo dicit: Quem vnxit pater Spiritu sancto misso de cælis. Et Esaias præsignauerat, dicens ex persona filij: Spiritus Domini super me propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Quia ergo ostendimus quid sit Iesus qui populum saluet, & quid sit Christus qui pontifex factus sit in æternum: nunc ex consequentibus de quo dicantur ista, videamus.<sup>44</sup> Et in vnicum filium eius (inquit) dominum nostrum. Per hoc docet nos, quia Iesus iste de quo diximus, & Christus de quo exposuimus, vnicus filius sit Dei & noster Dominus. Ne forte putes quod humana ista vocabula terrenum te aliquid doceant, ideo subiungit vnicum hunc esse filium Dei dominum nostrum. Vnus enim de vno nascitur: quia & splendor vnus est lucis, & vnum est verbum cordis. Nec in numerum pluralem defluit incorporea generatio, nec in diuisionem cadit; ubi qui nascitur, nequaquam à generante separatur. Vnicus est, vt menti sensus, vt sapientia sapienti, vt cordi verbum, vt forti virtus. Nam sicut solus sapiens pater ab Apostolo dicitur, ita & solus filius sapientia nominatur. Vnicus ergo filius est: & cum sit gloria, sempiternitate, virtute, regno, potestate, hoc quod pater est, omnia tamen hæc non sine auctore sicut pater, sed ex patre tanquam filius, sine initio, & æqualis habet; & cum ipse sit omnium caput,<sup>45</sup> ipsius tamen caput est pater. Sic enim scriptum est: Quia caput Christi Deus, ipsius tamen auctor est pater generando sine initio. Quia nec pater præcedit filium, nec filius sequitur patrem in faciendo quasi adoptiuum, sicut nos. Filium sane cum audis, nolo cogitationem carnalis natiuitatis assumas, sed memento hæc de incorporeæ dici substantiæ natura simplici. Si enim, vt supra iam diximus, vel in eo quod cor generat verbum, vel mens sensum, vel lux ex se parit splendorem, nihil horum requiritur, nec vlla in tali generatione fragilitas cogitatur; quanto purius & sacratius de horum omnium creatore censendum est: Sed fortasse dicas, ista quam memoras, insubstantiua est generatio. Neque enim lux substantiuum profert splendorem, aut cor substantiuum generat verbum. Filium autem Dei substantialiter asseritur generatus. Ad

Act. 10.

Esai. 61.

Rom. 10.

1. Cor. 1.

1. Cor. 12.

<sup>46</sup> Ad hoc primo omnium illud dicimus quod etiam in cæteris rebus, cum proferrunt exempla, non per omnia similitudinem seruari possunt rei illius cui præbere putantur exemplum, sed vnus alicuius partis, pro qua videntur assumpta, similitudinem tenent, Verbi gratia, vt cum in euangelio dicitur: Simile est regnum cælorum fermento, quod abscondit mulier in farinae mensuris tribus, Numquid putabimus regnum cælorum sic per omnia simile esse fermento, vt & substantia illa palpabilis sit ac fragilis, vt acida fieri possit & corrupta? Sed ad hoc solum exemplum istud videtur assumptum, vt ostenderetur, ex parua prædicatione verbi Dei, humanas mentes fidei fermento posse coalescere. Similiter & cum dicitur: Simile est regnum cælorum reti misso in mare, quod ex omni genere piscium attrahit: & in hoc numquid putandum est, quod naturæ lini quo rete aptatur, ac nobis quibus maculæ nechtuntur, regni cælorum substantia per omnia conferatur? Sed ad hoc solum videtur assumpta comparatio vt ostenderet, quia sicut rete de profundo maris pisces adducit ad litus, ita de profundo huius sæculi errore, humanæ animæ regni cælorum prædicatione liberantur. Ex quibus constat, exempla non in omnibus his quorum eadem essent omnia, iam non exempla dicerentur: sed ipsæ potius res, de quibus agitur, viderentur. Deinde etiam illud dicendum est, quod nulla creatura talis esse potest qualis creator eius? Et ideo sicut sine exemplo est diuina substantia,<sup>47</sup> ita & sine exemplo est diuina maiestas. Tunc etiam illud addimus, quia omnis creatura ex nihilo est.<sup>48</sup> Si ergo insubstantiua scintilla quæ ignis est, ex se creaturam, quæ ex nihilo facta est, gignit, & conditionē in hoc seruat originis suæ: cur illius æternæ lucis substantia, quæ semper fuit, quia insubstantiuum in se nihil habuit, insubstantiuū ex se splendorem proferre non potuit. Et ideo recte vnicus dicitur filius. Vnicus enim eo solus est, quia natus sit. Nec comparationē aliquā potest habere quod vnicū est. Nec similitudinem substantiæ<sup>49</sup> cum facturis suis habere potest ille, qui factor est omnium. Hic ergo Iesus Christus filius vnicus Dei, qui est & Dominus noster vnicus, & ad filium referri & ad Dominum potest. Vnus est filius, vere

Math. 13.

filius, & vnus vere Dominus Iesus Christus. Cæteri quippe, licet dicantur filij, adoptionis tantum gratia dicuntur, non veritate naturæ. Et si dicitur alij Domini, concessa non ingenerata potestate dicuntur: hic vero solus est vnicus filius, & solus vnicus Dominus, sicut & Apostolus dicit: Vnus pater Deus, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Igitur postea quam propositus ordo fidei, ineffabile sacramentum filij de patre natiuitatis exposuit; nunc ad humanæ salutis dignationem dispensationemque descendit. Et hunc quem supra dixit vnicum filium Dei, & Dominum nostrum nunc dicit.

QVI NATVS EST DE SPIRITV SANCTO EX MARIA VIRGINE. Hæc iam inter homines dispensationis natiuitas est, illa diuinæ substantiæ; hæc dignationis est, illa naturæ. De Spiritu sancto ex virgine nascitur. Et iam hoc loco mundior auditus requiritur, & purior sensus.<sup>50</sup> Huic enim quem dudum de patre natum ineffabiliter didicisti, nunc à sancto Spiritu templum fabricatum intra secreta vteri virginis intellige. Et sicut in sancti Spiritus sanctificatione nulla sentienda est fragilitas: ita & in partu virginis nulla est intelligenda corruptio. Nouus enim huic sæculo datus est hic partus, nec immerito: qui enim in cælis vnicus filius est; consequenter & in terra vnicus est, quia & vnice nascitur. Nota sunt omnibus & in Euangelij decantata de hoc scripta Prophetarum qui dicunt, quod virgo concipiet & pariet filium. Sed & partus ipsius mirabilem modum Ezechiel propheta ante formauerat; Mariam figuraliter portam Domini nominans, per quam, scilicet, Dominus ingressus est mundum. Dicit ergo hoc modo: Porta autem quæ respicit ad Orientem clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit<sup>51</sup> per eam, quoniam dominus Deus Israel transibit per eam, & clausa erit. Quid tam euidentis dicit<sup>52</sup> de conseruatione virginis potuit? Clausa fuit in ea virginitatis porta, per ipsam introiuit dominus Deus Israel, & per ipsam in hunc mundum de vtero virginis processit: & in æternum porta virginis clausa, seruata virginitate, permansit. Igitur Spiritus sanctus refertur dominicæ carnis & templi eius creator. Incipit hinc iam intelligere etiam sancti spiritus

Ephes. 4.

Esai. 7.

Ezech. 44.

Ezech. 44.



maiestatem. Contestatur enim & euangelicus sermo de ipso, quod cum loqueretur angelo ad virginem & dicenti: quia paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic enim saluum faciet populum suum à peccatis suis: illa respondisset: Quo modo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Dixerit ei Angelus Dei: Spiritus sanctus veniet super te & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et ideo quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei: <sup>11</sup> Vide ergo cooperantem sibi inuicem trinitatem. Spiritus sanctus venire dicitur super virginem & virtus altissimi obumbrare ei. Quæ est autem virtus altissimi, nisi ipse Christus qui est Dei virtus & Dei sapientia: Cuius autem hæc virtus est? Altissimi, inquit. Adest ergo altissimus, adest virtus altissimi, adest Spiritus sanctus. Hæc est trinitas ubique latens, ubique apparens, vocabulis personisque discreta, inseparabilis vero substantia deitatis: Quamuis solus filius nascatur ex virgine, adest & altissimus, adest & spiritus sanctus, vt & conceptus virginis sanctificetur & partus. Verum hæc quia ex scripturis prophetis asseruntur, possunt forte Iudeos quamuis sint infideles & increduli confutare. Sed pagani solent ridere nos cum audiunt prædicari à nobis virginis partum: propter quod paucis & eorum obrectationibus respondendum est. Omnis partus, vt opinor, ex tribus constat. Si adultæ ætatis sit femina, si virum adeat, si non sit <sup>14</sup> illius vulua vitio sterilitatis obclusa. Ex his tribus in hoc partu quem prædicamus, vnum defuit, vir; & hanc partem (quia qui nascebatur, non erat terrenus homo, sed cælestis) per cælestem spiritum dicimus, salua virginis incorruptione, completam. Et tamen quid mirum videtur si virgo conceperit; cum Orientis auem quam Phœnicem vocant, in tantum sine coniuge nasci vel renasci constet, vt semper & vna sit, & semper sibi ipsa nascendo vel renascendo succedat? Apes certe nescire cōiugia, nec <sup>15</sup> fetus nixibus edere, omnibus palam est. Sed & alia nonnulla deprehenduntur <sup>16</sup> vt huiusmodi forte nascēdi. Hoc ergo incredibile videbitur diuina virtute ad totius mundi redintegrationem factum; cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur? Et tamen mirandum cur hoc gentilibus impossibile videatur, qui credunt Miner-

Luce 1.

uam suam de cerebro Iouis natam: quid ad credendum difficilius? aut quid magis contra naturam? Hic femina est, hic naturæ ordo seruat, hic conceptus & partus temporibus suis editur. Ibi nusquam femineus sexus, sed vir solus & partus. Qui illa credit, cur ista miretur? Sed & Liberum de femore eius asserunt natum. Ecce aliud portentum genus, & tamen creditur. Venerem quoque, quam aphroditem vocant, de spuma maris (sicut etiam nominis ipsius compositio ostendit) credunt esse progenitam; de ouo natos Castorem Pollucemque confirmant; ex formica Myrmidones: & alia mille sunt, quæ contra rerum naturam venientia, ipsis tamen visa sunt credibilia: vt Deucæleonis & Pyrrhæ lapides iactos, & hominū ex his segetem natam. Et cum hæc tot & talia signa crediderint, <sup>17</sup> vnum eis verbum impossibile videtur, quod adolescens femina diuinum germen, non hominis vitio, sed Deo inspirante conceperit. Qui vtique si ad credendum difficiles sunt, illis tot & tam turpibus monstris fidem nequaquam commodare debuerant. Si vero faciles sunt ad credendum, multo promptius hæc nostra tam honesta & tam sancta recipere, quam illa tam indigna & tam fœda credere debuissent. <sup>18</sup> Sed dicet fortassis, quia possibile quidem fuerit Deo vt virgo conciperet, possibile etiam fuerit Deo vt pareret; sed indignum videri vt tanta illa maiestas per genitales feminæ transiret egressus: vbi quamuis nulla fuerit ex virili admixtione commixtio, fuit tamen ipsius puerperij obscenæ atrectationis iniuria: pro quo paulisper eis secundum sanctum suum respondeamus. Si quis videat paruulum in profundo cœni necari, & ipse cum sit vir magnus & potens, extremis, vt ita dixerim, plantis ingrediatur cœnum; vt paruulum morientem liberet; pollutus ne à te accusabitur hic vir, quod paruulum luti calcauerit? an vt misericors laudabitur, quod vitam contulerit morituro? Sed hæc etiam de communi homine dicta sint. Redeamus nunc ad naturam eius qui natus est. Quantum putas natura solis eo inferior est? quantum creatura sine dubio creatore. Intuere nunc solis radios, <sup>19</sup> si in cœni alicuius voragine demittantur, numquid inde iam aliquid pollutio- nis acquirunt? aut obscenorum illustratio <sup>20</sup> solis ducitur in iniuriam? Ignis quoque natura

natura quanto est inferior his de quibus sermo est? Et nulla materia vel obscena, vel turpis adhibita ei, ignem polluisse creditur. Cum ergo hæc ita esse in rebus materialibus constet; tu in illa supereminenti & incorporea natura, quæ super omnem ignem, & supra omne lumen est, pollutio- nis aliquid putas, aut obscenitatis incidere? Tum deinde etiam illud aduerte: Nos hominem à Deo creatum de terræ limo dicimus; quod si obscenitas Deo reputatur opus suum requirenti, multo magis ei reputabitur opus illud ab initio fabricanti; & superfluum est dicere cur per obscena transierit cum non possis dicere, cur obscena condiderit. Et ideo obscena hæc esse non natura, sed obseruantia docuit. Cæterum omnia quæ sunt in corpore ex vno eodemque luto formata, vltibus tantum & officiis naturalibus distinguuntur. Sed nec illud quidē <sup>21</sup> ab absolute vacare huius quæstionis omitam; quod substantia Dei quæ per omnia incorporea est, inferi corporibus, vel capi ab eis principaliter non potest, nisi aliqua media sit substantia spiritalis, quæ capax esse diuini spiritus possit. Verbi gratia, vt si dicamus: Lux omnia quidem membra corporis illustrare potest, <sup>22</sup> à nullo tamen eorum nisi à solo oculo capi potest, solus enim oculus est qui capax sit lucis. Et filius ergo Dei nascitur ex virgine, non principaliter soli carni sociatus, sed anima inter carnem Deumque media generatus. Anima ergo media, & in secreta rationabilis spiritus arce verbum Dei capiente; absque vlla quam suspicaris iniuria Deus natus est ex virgine. Et ideo nihil ibi turpe putandum est, vbi sanctificatio spiritus inerat, & anima quæ erat Dei capax, particeps fiebat etiam carnis. Nihil ibi dicas impossibile, vbi aderat virtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites, vbi plenitudo inerat deitatis. **CRUCIFIXVS SVB PONTIO PILATO, <sup>23</sup> ET SEPVLTVS, DESCENDIT IN INFERNAM.** Docet Apostolus Paulus illuminatos debere esse oculos cordis nostri ad intelligendum <sup>24</sup> quæ sit altitudo, latitudo & profundum: altitudo ergo & latitudo & profundum descriptio crucis est. Cuius eam partem quæ in terram defixa est, profundum appellauit; altitudinem vero illam quæ in aerem porrecta sublimis erigitur: latitudinem quoque illam quæ distenta <sup>25</sup> in dexteram læuamque

Ephes. 2.

protenditur. Cum ergo tot species mortis sint, quibus de hac vita exitus dari hominibus solet; vult nos Apostolus illuminatos corde scire rationem, cur ex his omnibus crucis potius species ad mortem delecta sit saluatoris. Vnde sciendum est, quod crux ista triumphus erat; triumphus enim insigne est trophæum, trophæum autem deuicti hostis indicium est. Quia ergo adueniens Christus, sicut Apostolus dicit, tria pariter sibi regna subiicit, hoc enim indicat vbi ait: Quia in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & hæc omnia sua morte vincebat: conueniens mysterio mors quæ sita est; vt in aerem sublimatus, & aereas subiugans potestates, victoriam de his superioribus & cælestibus traderet; <sup>26</sup> expansas autem manus tota die (sicut sanctus propheta dicit) tenderet ad populum incredibilem, qui est in terra, vt incredulos contestaretur & inuitaret credentes; ea vero parte quæ sub terram demergitur, inferna sibi regna subiiceret. Etenim vt breuiter aliqua etiam de secretioribus perstringamus, ab initio Deus cum fecisset mundum, præfecit ei & præposuit quasdam virtutum cælestium potestates, quibus regeretur, & dispensaretur mortalium genus. Quod ita factum <sup>27</sup> Moyse indicat in Deuteronomij cantico, vbi dicit: Cum diuideret excelsus gentes, statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei; sed horum nonnulli, sicut & ipse qui princeps appellatus est mundi, datam sibi à Deo potestatem non his quibus acceperat legibus temperarunt, nec humanum genus diuinis obedire præcepit, sed suis parere præuaricationibus docuerunt. Et hinc aduersum nos peccatorum chirographa scripta sunt, quia, vt propheta dicit, peccatis nostris venundati sumus. Pretium namque animæ suæ vnusquisque consequitur, cum concupiscentiæ satis fecerit. Istud ergo vnusquisque chirographum ab illis rectoribus pessimis tenebatur, quod Christus detraxit adueniens, & hac eos potestate nudauit; idque sub ingenti mysterio Paulus indicat, cum dicit de eo: Delens quod aduersum nos erat chirographum, & affigens illud cruci suæ, traduxit principatus & potestates, triumphans eos in semet ipso. Rectores ergo illi quos humano generi præfecerat Deus, in tyrannidis contumaciâ verfi, impugnare commissos sibi homines

Philip. 2.

Esaiæ 65.

Deuter. 32.

Iohann. 12.

Esaiæ 52.

Colos. 2.



aggressi sunt, & peccati proeliis debellare. Sicut Ezechiel propheta mysticis designat eloquiis, cum dicit: In illa die procedent angeli festinates exterminare Æthiopiam, eritque inter eos perturbatio in die Ægypti, <sup>67</sup> quoniam ecce venit. Recte ergo eos omnipotentia nudatos Christus dicitur triumphasse, ablatamque ab eis potestatem hominibus tradidisse. Sicut ad discipulos suos dicit ipse in euangelio: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Illos itaque qui accepta potestate male abusi sunt, subiectis quondam suis subiicit crux Christi. Nos vero, hoc est, humanum genus edocet primo omnium usque ad mortem resistere aduersum peccatum, & libenter interitum pro pietate suscipere. Tum deinde & obedientiam nobis in hac eadem cruce proponit exemplum, sicut illis qui aliquando rectores nostri fuerant posuit <sup>68</sup> contumaciae penas. Audi ergo quo modo Apostolus vult per crucem Christi obedientiam nos docere: Hoc, inquit, sentite in vobis quod & in Iesu Christo, qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus se esse aequalem Deo, sed semet ipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu repertus ut homo, factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quia ergo ille magnus magister est qui fecerit & docuerit, <sup>69</sup> ideo obedientiam que piis morte etiam suscepta seruanda est, docuit ipse prius pro hac moriendo seruari. Sed fortasse terreatur aliquis in huiusmodi doctrina, quod quem paulo ante cum Deo patre diximus sempiternum, ac de eius substantia esse progenitum, quem que regno, aeternitate & maiestate vnum cum patre esse docuimus, nunc de eius morte tractemus. Sed nolo terrearis fidelis auditor, paulo post istum quem audis mortuum, rursus videbis immortalem, mors enim ab eo mortem spoliatura suscipitur. Nam sacramentum illud susceptae carnis, quod supra exposuimus, hanc habet causam, <sup>70</sup> ut diuina filij Dei virtus, velut hamus quidam habitu humane carnis obiectus, & (sicut ante Apostolus dixit) habitu repertus ut homo, principem mundi inuitare possit ad agonem: cui ipse carnem suam <sup>71</sup> velut escam tradidit, ut hamo eum diuinitatis intrinsecus teneret insertum, & effusione im-

Ezech. 30.

Luc. 10.

Philip. 2.

Matth. 5.

Ibidem.

maculati sanguinis, qui peccati maculam nescit, omnium peccata deleret, eorum dumtaxat qui cruore eius <sup>72</sup> postes fidei suae signassent. Sicut ergo <sup>73</sup> hamum escam conceptum si piscis rapiat, non solum escam cum hamo non remouet, sed & ipse de profundo escam alius futurus educitur: ita & is qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in mortem corpus Iesu, non sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum, sed ubi deuorauit, haesit ipse continuo, & disruptis inferni claustris, velut de profundo extractus traditur, ut escam caeteris fiat. Quod ita futurum sub hac eadem figura & Ezechiel dudum signauerat dicens: Et extraham te in hamo meo, & extendam te super terram, campi implebuntur de te, & constitutam super te omnes volucres caeli, & saturabo ex te omnes bestias terrae. Sed & Propheta David dicit: Tu confregisti capita draconis magni, dedisti eum in escam populi Æthiopum. Et Iob de eodem mysterio similiter protestatur, ait enim ex persona Dei loquentis ad se: <sup>74</sup> Aut adduces draconem in hamo, & pones capistrum circa nates eius? Non ergo damno aliquo, aut iniuria diuinitatis Christus in carne passus est; sed ut per infirmitatem carnis operaretur salutem in medio terrae Diuina natura in mortem per carnem descendit, non ut lege mortalium detineretur a morte, sed ut <sup>75</sup> per se resurrecturus ianuas mortis aperiret: velut si quis rex pergat ad gentem in qua proprios habeat captiuitatis vinculo alligatos, deuictaque carcerem intret, in quo vincisti detinebantur, <sup>76</sup> & ingressus aperiat ianuas, resoluat catenas, vincula, seras, & claustra comminuat, & vincos in remissionem educat, & eos qui sedent in tenebris & in umbra mortis luci ac vitae restituat. Ergo dicitur rex fuisse quidem in carcere, non tamen ea conditione qua caeteri qui tenebantur inclusi: sed illi quidem ut poenas soluerent, hic vero ut absolueret poenas. Cautissime autem qui symbolum tradiderunt, etiam tempus quo haec sub Pontio Pilato gesta sunt, designauerunt, ne ex aliqua parte velut vaga & incerta gestorum traditio vacillaret. Sciendum sane est quod in Ecclesiae Romanae symbolo non habetur additum: Descendit ad inferna, sed neque in Orientis ecclesiis habetur hic sermo: vis tamen verbi eadem videtur esse in eo quod sepultus dicitur. Sed quoniam tibi

erga

erga scripturas diuinas amor & studium subiaceret, sine dubio dicis mihi oportere haec magis euidentibus scripturae diuinae testimonijs approbari. <sup>77</sup> Quanto enim, maiora sunt quae credenda sunt, tanto idoneis magis & indubitatis testibus indigere, vera est & consequens propositio. Sed nos tanquam scientibus legem loquentes, testimoniorum sylvam breuitatis causa reliquimus, pauca tamen ex multis, si etiam hoc requiritur, adhibemus; scientes studiosis quibusque in scripturis diuinis latissimum testimoniorum pelagus patere. Primo ergo omnium sciendum est, quod ipsa ratio crucis non omnibus, vna eademque est, sed aliud gentibus aliud Iudaeis, aliud credentibus sapit, sicut & Apostolus dicit: Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis vero vocatis Iudaeis & Graecis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Et alibi: Verbum enim crucis <sup>78</sup> pereuntibus quidem stultitia est, his vero qui salui sunt virtus Dei est. Iudaei ergo quibus ex lege traditum fuerat, Christum in aeternum mansurum, scandalum patiebantur de cruce eius; quia resurrectionem eius recipere noluerunt. Gentibus autem stultitia videbatur, Deum mortem suscepisse, quia ignorabant mysterium carnis assumptae. Fideles vero qui & natum in carne receperant, & a mortuis resurrexerunt, merito virtutem Dei credebant esse, quae vicerat mortem. Primo ergo hoc ipsum, quod Iudaei quibus prophetae haec praedixerant, non essent credituri, sed illi qui nunquam haec a prophetis audierant: audi quo modo <sup>79</sup> prophético sermone signatur. Quibus non est, inquit, annunciatum de eo videbunt: & qui non audierunt, intelligent. Quod autem his qui meditabantur legem Dei a pueritia usque ad senectutem non credentibus, <sup>80</sup> ad gentes esset omne mysterium transferendum, Esaias hoc modo praedicat: Et faciet inquit, Dominus, deus sabaoth omnibus gentibus in monte isto inueniri latitiam, bibent vinum, vngentur vnguento. Trade haec omnia gentibus. Hoc enim consilium Dei omnipotentis super omnes gentes. Sed dicent fortasse nobis illi qui se iactant in scientia legis: Blasphematis, qui sic dicitis Dominum corruptioni mortis subiectum & passioni crucis fuisse. Legite ergo quod scri-

1. Cor. 1.

Esai. 52.

ptum habetis in lamentationibus Hieremiae ubi dicit: Spiritus vultus nostri Christus dominus, comprehensus est in corruptionibus nostris: in quo diximus, sub umbra eius viuemus in gentibus. Audis quo modo propheta dicit Christum dominum comprehensum esse, & pro nobis, id est, pro peccatis nostris corruptioni traditum. In cuius umbra quoniam populus ille qui permansit incredulus, abiectus est, dicit, quia viuemus non in Israel, sed in gentibus. Quod si operosum non videtur, quam possumus breuiter, singula quae in euangelis referuntur, qualiter in prophetis praedicta sunt designemus; ut hi qui prima fidei elementa suscipiunt, testimonia haec habeant <sup>81</sup> in corde descripta, ut nulla eis vnquam de his quae credunt ambiguitas inimica surripiat. \* Edoce-  
euangelium quod Iudas vnus de amicis  
& conuiuii Christi, tradiderit eum; audi  
quo modo hoc praenunciatur in psalmis:  
Qui manducat, inquit, panes meos am-  
plabit aduersum me supplantationem. Et  
alibi: Amici mei, & proximi mei aduersum  
me appropinquauerunt & steterunt. Et  
iterum: Molliti sunt sermones eius super oleum,  
& ipsi sunt iacula, Vis videre quo  
modo molliti sunt? Venit, inquit, Iudas ad  
Iesum, & dixit ei: Aue rabbi, & osculatus est  
eum. Per molle ergo osculi blandimentum,  
execrabile iaculum prodicionis infixit. Vnde  
& Dominus ad eum dixit: Iuda osculo  
filium hominis tradis? Triginta argenteis  
audis eum appetiatum esse cupiditate proditoris.  
Audi & de hoc propheticam vocem. Et dixi, inquit, ad eos: Si bonum est in  
conspetu vestro, date mercedem meam  
aut abnuite <sup>82</sup> & post haec: Et accepi, inquit,  
triginta argenteos, & misi eos in domum  
Domini in constatorium. Nonne hoc est  
quod in euangelis scribitur, quia Iudas poenitentia ductus reportauit pecuniam &  
proiecit eam in templo & dicebat: Bene  
autem mercedem suam dicit, <sup>83</sup> velut imputatis & exprobrantis affectu. Etenim tam  
multa opera bona apud eos egerat: Caecos eorum illuminauerat; claudis pedes, paralyticis gressum, mortuis quoque reddiderat vitam. Pro his ergo omnibus bonis mercedem restituunt ei, mortem triginta argenteorum aestimatione pensatam. Refertur item in euangelis quod vincus sit. Praedixit hoc sermo propheticus per  
Esaiam  
dicens:

Thren. 4.

\* Edoce-

mur.

Psalm. 40.

37. &amp; 54.

erant.

Matth. 26.

Luc. 22.

Zach. 11.

Matth. 27.

Esai. 3.



dicens: Væ animæ ipsorum, quia cogitauerunt cogitationem pessimam aduersum seipfos, dicentes: Alligemus iustum, quia inutilis est nobis. Sed dicet aliquis: Numquid hæc de Domino intelligenda sunt? numquid Dominus ab hominibus teneri poterat, & in iudicium protrahi? Et de hoc te idem propheta conuincet, dicit enim his verbis: <sup>85</sup> Ipse Dominus in iudicium veniet cum senioribus & principibus populi. Iudicatur ergo ipse Dominus secundum prophetæ testimonium, & non solum iudicatur, sed & flagellis cæditur, & palmis in faciem verberatur & conspuitur, & omnem pro nobis perfert indignitatis iniuriam. Et quia hæc stupenda erant omnibus cum prædicarentur ab Apostolis iccirco etiam ex persona ipsorum propheta exclamat & dicit: Domine quis credidit auditui nostro? Incredibile enim est vt Deus Dei filius ista perulisse dicatur <sup>86</sup> & prædicetur. Et ideo prædicantur per prophetas, ne qua credituris dubitatio nasceretur. Ipse ergo ex sua persona Christus dominus dicit: Dorsum meum dedi flagellis, & maxillas meas ad palmas, & faciem meam non auerti à confusione sputorum. Scribitur etiam illud inter cæteras passiones eius, quod alligantes eum duxerunt ad Pilatum: præsignauit etiam hoc propheta vbi dicit: <sup>87</sup> Et alligantes adduxerunt eum xenium regi Iarim: nisi si obiiciat aliquis & dicat, sed Pilatus non erat rex. Audi ergo quid sequentibus euangelium refert: Audiens, inquit, Pilatus eum esse de Galilæa, misit eum ad Herodem, qui erat tunc rex in Israel. Et bene addidit nomen Iarim, quod est siluester. Nō enim erat Herodes de domo Israel, nec de illa vinea Israelitica, quam eduxerat Dominus de Ægypto, & plātauerat in cornu in loco vberi: sed erat siluester, id est, ex silua alienigenarum. Et ideo siluester appellatur, quasi qui de Israeliticæ vitis nequaquam palmitibus pullulasset. Sed & quod ait propheta, xenium, conuenienter aptauit. Tunc enim Herodes & Pilatus (vt euangelium testatur) ex inimicis in concordiam reuocati sunt. Et velut reconciliationis suæ xenium, <sup>88</sup> vinatum sibi inuicem mittebant Iesum. Quid interest dummodo Iesus vbiq; <sup>89</sup> vt saluator dissidentes reconciliet, pacem reparet, concordiam reddat? Vnde etiam de hoc scriptum est in Iob: Dominus reconciliat cor-

da principum terræ. Refertur item quod cum Pilatus vellet eum dimittere, <sup>90</sup> omnibus populus clamauerit: Crucifige crucifige eum. Prænunciat hoc Hieremias propheta dicens ex persona Domini ipsius: Facta est, inquit, hæreditas mea mihi sicut leo in silua. Dedit super me vocem suam, propterea exofus sum eam. Et propter hoc, inquit, dereliqui domum meam. Et iterum alibi dicit. Super quem aperuistis os vestrum, & aduersus quem relaxastis linguas vestras. Cum iudicaretur, scribitur tacuisse. Multæ de hoc scripturæ testantur, in psalmis dicitur: Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo increpationes. Et iterum: Ego autem sicut surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum: & iterum alius propheta: Sicut agnus coram tondeute se, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. <sup>91</sup> Imposita ei scribitur corona spinea. Audi de hoc in Canticis Canticorum, super iniquitates Hierusalem mirantis de iniuria filij patris vocem, & dicentis: Exite & videte filia Hierusalem coronam qua coronauit eum mater sua. Sed de spinis ita alius propheta commemorat. Et expectaui vt faceret vna, fecit autem spinas, & non iustitiam, sed clamorem. Verumtamen vt mysterij secreta cognoscas: <sup>92</sup> oportebat eum, inquam, qui peccata mundi venit aufere, etiam terræ maledicta purgare; quæ protoplasto peccante, sententiam præuaricationis acceperat, dicente Domino maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos producet tibi. Propterea ergo spinis coronatur Iesus vt prima illa condemnationis sententia solueretur. Ad crucem ducitur, & in signo totius mundi vita suspenditur. Vis & de hoc propheticis testimoniis confirmari? audi Hieremiam dicentem: Venite, & iniiciamus lignū <sup>93</sup> in panem eius, & conteramus eum de terra viuientium. Et iterum: Moyse velut desseus eos dicit: Et erit vita tua suspensa ante oculos tuos, & timebis per diem & noctem, & non credes vitæ tuæ. Sed transcurrendum nobis est, iam enim propositæ breuitatis excedimus modum & breuiatum sermonem longa disertione distendimus, pauca tamē addemus, ne penitus quod cepimus præterisse videamur. Scribitur Iesus in latere percussus, aquam simul & sanguinem profudisse. Hoc quidem mysticum est,

Ioann. 7.

est, ipse enim dixerat, quia flumina de ventre eius procedent aquæ viuæ. Sed produxit & sanguinem, quem petierant Iudæi venire super se & filios suos. Produxit ergo aquam, <sup>94</sup> quæ credantes diluat: produxit & sanguinem, qui condemnet incredulos. Potest tamen etiam intelligi quod duplicem gratiam baptismi figurauerit, vnam quæ datur <sup>95</sup> per aquæ baptismum: aliam quæ per martyrium profusione sanguinis quaeritur, vtrumque enim baptismum nominatur. Quod si & hoc quaeris cur non ex alio membro, sed ex latere potius produxisse dicatur aquam & sanguinem. Videtur mihi in latere per costam mulier indicari, quia fons peccati & mortis de muliere prima <sup>96</sup> quæ fuit primi Adam costa, processit, fons redemptionis ac vitæ de secundi adam costa, producitur. Scriptum est quod in passione eius ab hora sexta vsque ad horam nonam tenebræ factæ sunt. <sup>97</sup> Accipe & de hoc prophetæ testimonium dicentis: Occidet tibi sol meridie. Et iterum Zacharias propheta: In illa, inquit, die non erit lux, sed frigus & pruina erit in vno die, & dies ille notus Deo, & neque dies neque nox, & ad vesperam erit lux. Quid tam euidens à propheta dici potuit? Vt iam tum hæc non tam futura prædici quam narrari præterita videantur, etiam pruinam & frigus prædixit. Propterea enim Petrus calefaciebat se ad ignem, quia frigus erat, & frigus patiebatur, non solum temporis, sed & fidei. Addidit etiam: Et dies illa nota domino, neque dies, neque nox. Quid est, neque dies neque nox? Nonne aperte de inferis diei tenebris, & reuocata rursum luce disseruit? Non fuit illa dies, neque enim cepit ab ortu solis: neque integra nox fuit, non enim peracto diei cursu, <sup>98</sup> spatia sibi debita vel ab initio suscepit, vel ad vltimum terminata perduxit, sed fugata per impiorum facinus lux reparatur ad vesperam. Post horam enim nonam depulsis tenebris sol redditur mundo. Et iterum alius de hoc ipso testimonium dicit: Obscurabitur super terram in die lux. Docet euangelij prædicatio quod etiam milites diuiserunt sibi vestimenta Iesu, & supra tunicam eius miserunt sortem. Hoc etiam curæ fuit Spiritui sancto prophetarum vocibus protestari, cum dicit: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Sed nec de illa quidem veste quam di-

cuntur milites illudentes induisse eum, id est, de veste coccinea propheta siluerunt. Audi enim quid dicit Esaias: Quis est iste qui venit de Edom, rubor vestimentorum eius <sup>99</sup> ex Bosor? Quare rubicunda sunt vestimenta tua, & indumentum tuum <sup>100</sup> tanquam à torculari calcato? Vnde & ipse respondit: <sup>101</sup> Torcular calcaui solus filia Sio. Solus est enim qui peccatum non fecit, & abstulit peccata mundi. Si enim, potuit per vnum hominem mors introire: quanto magis per vnum hominem qui & Deus erat, potuit vita restitui? Refertur etiam quod aceto <sup>102</sup> potatus sit, vel vino myrrhato, quod est amarius felle. Audi quid de hoc propheta prædixerit. Et dederunt, inquit, in esca mea fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Atque respondens iam tunc Moyses dicebat de populo illo: Ex vineis Sodomorum vitis eorum, & palmes eorum de Gomorrha. Vna eorum vna fellis, botrus amaritudinis ipsis. Et iterum exprobrans eos dicit: Populus stultus & non sapiens, hæc Domino retribuisti? <sup>103</sup> Sed & in Canticis Canticorum eadem prænunciatur, vbi etiam hortus in quo crucifixus est designatur, dicit ergo: Intraui in hortum meum, soror mea sponsa, <sup>104</sup> & vindemiaui myrrham meam. Vbi euidenter vinum myrrhatum quo potatus est declaratur. Spiritum post hæc scribitur reddidisse. Prænunciatum fuerat & hoc per prophetam dicentem ex persona filij ad patrem: In manus tuas commendo spiritum meum. Sepultus quoque perhibetur, & lapis magnus positus ad ostium monumenti. Accipe etiam de hoc quid propheticus per Hieremiam sermo prædixerit: <sup>105</sup> Mortificauerunt, inquit, in lacu vitam meam, & posuerunt lapidem super me. Euidētissima hæc sepulturæ eius indicia propheticis vocibus designata sunt; accipe tamen & alia: A conspectu, inquit, iniquitatis ablatus est iustus, & erit in pace locus eius. Et alibi: <sup>106</sup> Et dabo malignos in sepultura eius. <sup>107</sup> Itē alius: recubās dormiuit vt leo, et vt catulus leonis: quis suscitabit eū? Sed & quod in infernum descendit, euidenter prænunciatur in psalmis vbi dicit: Et in puluerem mortis deduxisti me, Et iterum: Quæ utilitas in sanguine meo <sup>108</sup> dum descendero in corruptionem? Et iterum: Descendisti in limbum profundi, & non est substantia. Sed & Ioannes dicit: Tu es qui venturus es, an alium expectamus

Ibidem.

Esaiæ. 53.

Thren. 3.

Luc. 23.

Ibidem.

Hierem. 12.

Esaiæ. 57.

Psalm. 37.

Esaiæ. 53.

Cantic. 5.

Esaiæ. 5.

Genes. 3.

Hierem. 11.

Deut. 28.

Amos 5. Zach. 14.

Ioan. 18.

Psalm. 114.

Math. 27.

Psalm. 21.

Esaiæ. 63.

Psalm. 68.

Deut. 32.

Cantic. 5.

Psalm. 30.

Thren. 3.

Isaiæ. 53.

Genes. 49.

Psalm. 21.

29. et 58.

Math. 11.



expectamus? Vnde & Petrus dixit: Quia Christus mortificatus carne, viuificatus autem spiritu.<sup>109</sup> In ipso (ait) eis qui in carcere inclusi erant, descendit spiritibus predicare, qui increduli fuere in diebus Noe, in quo etiam quid operis egerit in inferno, declaratur. Sed & ipse Dominus per prophetam dicit, tanquam de futuro Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem: quod rursus propheticè nihilominus ostendit impletum cum dicit: Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Sequitur post hæc: TERTIA DIE RESURREXIT<sup>110</sup> A MORTUIS: Resurrectionis quippe gloria in Christo, omne quod infirmū & fragile videbatur,<sup>111</sup> absoluit. Si tibi paulo ante non videbatur esse possibile vsque ad mortem venisse immortalem; aspice nunc quia qui deuicta morte resurrexisset dicitur, non potest esse mortalis: sed bonitatem in hoc intellige creatoris, quia<sup>112</sup> eoufque ille miserando descendit, vsquequo tu peccando deiectus es.<sup>113</sup> Nec creatorē omnium Deum impossibilitatis accuses vt ibi putes opus eius caduco lapsu potuisse concludi, quo ille<sup>114</sup> id reparaturus peruenire non posset: inferna & superna nobis diuidentur, qui certa corporis circumscriptione conclusi, intra præscriptæ nobis legis terminos continemur. Deo autem qui vbi que est, & nusquam deest,<sup>115</sup> quod infernum est, aut quod supernum, patet. Verumtamen in assumptione corporis etiam ista cōplentur. Resuscitatur caro quæ deposita erat in sepulchro, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam: Quia non dabis sanctum tuum videre corruptionem.<sup>116</sup> Rediit ergo victor à mortuis, inferni secum spolia trahens, eduxit enim eos qui tenebantur à morte, sicut & ipse prædixerat, vbi ait: Cum exaltatus fuero à terra, omnia ad me traham. Attestatur autem euangelium de hoc cum dicit: Quia monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum dormientium resurrexerunt & apparuerunt multis, & ingressi sunt sanctam ciuitatem illam de qua Apostolus dicit: Quæ autem sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater omnium nostrum:<sup>117</sup> Sicut & ad Hebræos dicit: Decebat enim propter quem omnia, & per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem,

auctorem salutis eorum,<sup>118</sup> per passiones consummari. Igitur consummatam passionibus<sup>119</sup> carnem humanam, quæ in mortem ceciderat per protoplasti lapsum, resurrectionis virtute reparatam, in dextera sedis Dei altissimi collocavit.<sup>120</sup> Vnde & Apostolus dicit: Qui simul confuscitauit nos, simulque sedere fecit in cælestibus, hic enim erat figulus, qui (vt Hieremias docet propheta) vas de manu sua collapsum & confractum, rursus eleuauit manibus suis, & reformauit sicut placuit in conspectu eius.<sup>121</sup> Placuit autē ita, vt corpus quod mortale & corruptibile susceperat, de sepulchri petra leuatum, & immortale atque incorruptibile effectum, iam non in terrenis, sed in cælestibus & in patris dextera collocaret.<sup>122</sup> Plenæ sunt de his sacramentis scripturæ veteris testamenti. Nullus super his propheta, nullus legislator aut psalmographus siluit, sed omnis pæne sacra de his loquitur pagina: & ideo superfluum videtur immorari nos ad congreganda testimonia: pauca tamen & admodum pauca ponemus, ad ipsos fontes diuorum voluminum remittentes eos, qui<sup>123</sup> potare abundantius cupiūt: dicit ergo statim in psalmis: Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi, quoniam Dominus suscepit me. Et iterum in alio loco: Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Et alibi sicut iam superius diximus: Domine, eduxisti de inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum. Et in alio: Quoniam cōuersus viuificasti me, & de abyfso terræ iterum reduxisti me. Euidētissime autem in octogesimo & septimo psalmo de eo dicitur: Et factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Non dixit homo, sed sicut homo. Sicut homo enim erat, quia etiam descenderat in infernum: sed inter mortuos liber erat, quia à morte teneri non poterat. Et ideo in vno natura humanæ fragilitatis, in alio<sup>124</sup> diuinæ potestatis maiestatis ostenditur: Osee autem propheta etiā de tertia die manifestissime prænunciat hoc modo:<sup>125</sup> Sanabit nos, inquit, post biduum: in die autem tertia resurgemus & viuemus in conspectu eius. Hæc autem ex persona eorum dicit, qui cum ipso die tertia resurgentes, de morte reuocantur ad vitam: & ipsi sunt qui dicunt: die tertia resurgemus, & viuemus in conspectu eius

eius. Esaias vero aperte dicit: <sup>126</sup> Qui educit de terra pastorem magnum ouium. Sed & mulieres quod visuræ essent resurrectionem eius, scribis & pharisæis & populo non credentibus, etiam hoc prædixit Esaias his verbis: Mulieres quæ venitis ab spectaculo venite: non enim est populus habens intellectum. Sed & de illis quæ post resurrectionem perrexisse<sup>127</sup> ad sepulchrum dicuntur & quæsiisse eum, & non inuenisse: sicut Maria Magdalena refertur venisse ad monumentum ante lucem, & non inuenit eo flens dixisse ad angelos qui aderant: Quia tulerunt Dominum, & nescio vbi posuerunt eum: etiam de hoc ita prædicitur in Canticis Canticorum: In cubili meo quæsiui quem dilexit anima mea, in noctibus quæsiui eum, & non inueni eum. De illis quoque quæ inuenierunt eum, & tenuerunt pedes eius, prædicitur in Canticis Canticorum: Tenebo eum, & non dimittam eum quem dilexerit anima mea. Hæc interim pauca de multis; breuitati enim studentes plura coaceruare non possumus.

ASCENDIT IN CÆLOS, SED ET AD DEXTERAM PATRIS: INDE VENTURUS EST IUDICARE VIVOS ET MORTUOS.<sup>128</sup> Consequenti breuitate in fine sermonis hæc continentur; in quibus quod dicitur quidem palā est, sed requiritur quo sensu intelligi debeant quæ dicuntur. Nam ascendisse & sedisse, & venturum esse, nisi secundum dignitatem diuinitatis intelligas, aliquid per hæc humanæ fragilitatis videbitur indicari. Consummatis etenim his quæ in terra gerebantur, & animabus de inferni captiuitate reuocatis, ascendere memoratur ad cælos, sicut propheta prædixerat: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus Illa scilicet dona, quæ Petrus in Actis Apostolorum de Spiritu sancto dicebat: Exaltatus ergo dextera Dei, effudit hoc donum quod vos auditis & videtis. Donum ergo Spiritus sancti hominibus dedit: quia captiuitatem, quam prius diabolus per peccatum deduxerat in infernum, Christus per mortis suæ resurrectionem reuocauit ad cælum. Ascendit ergo ad cælos, non vbi verbum Deus ante non fixerat: quippe qui erat semper in cælis, & manebat in

patre; sed vbi verbum caro factum<sup>129</sup> ante non sederat. Denique quia nouus iste ingressus portarum cæli æditus & principibus videbatur, videntes naturam carnis cælorum secreta penetrantem, dicunt ad inuicem, sicut Dauid plenus spiritu sancto enunciat: Tollite portas principes vestras, & cleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Quæ vox utique, non propter diuinitatis potentiam, sed propter nouitatem carnis ascendens ad dexteram Dei ferebatur. Dicit & alibi idem Dauid: Ascendit Deus in iubilatione, Dominus in voce tubæ. In voce enim tubæ,<sup>130</sup> motis victorum est redire de prælio. De ipso quoque<sup>131</sup> & aliâ dicitur: Qui ædificat in cælo ascensum suum. Etiam alibi: Qui ascendit super cherubin & volauit, volauit super pennas ventorum. Sedere quoque ad dexteram patris, carnis assumptæ mysterium est: neque enim incorporeæ illi naturæ conuenienter ista absque assumptione carnis<sup>132</sup> aptantur: neque sedis cælestis profectum diuina natura, sed humana conquirat. Vnde & dicitur de eo. Parata sedes tua Domine ex tunc à seculo tu es. Parata ergo à seculo sedes est, in qua sessurus erat is in cuius nomine omne genua flectitur, cælestium, terrestrium & infernorum. Et omnis lingua confitebitur ei, quia dominus Iesus Christus in gloria Dei patris est. De quo & Dauid ita refert: Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Quæ tamen dicta Dominus in euangelio differens, dicebat ad pharisæos: Si ergo Dauid in spiritu<sup>133</sup> Dominum eum vocat, quo modo filius eius est? Per quod se ostendit secundum spiritum Dominum, secundum carnem filium esse Dauid. Vnde & ipse Dominus iterum dicit: Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei. Et Petrus Apostolus dicit de Christo:<sup>134</sup> Qui est in dextera Dei, sedens in cælis. Sed & Paulus ad Ephesios scribens: Secundum operationem, inquit, potentie virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans eum à mortuis, & sedere faciens in dextera sua. Quod autem veniat iudicaturus viuos & mortuos, multis quidem diuinarum scripturarum testimoniis



edocetur: sed priusquam prophetis hæc eloquiis prædicta doceamus, illud necessario arbitror admonendum, quod ista fidei traditio quotidie nos vult de aduentu iudicis esse sollicitos; vt actus nostros ita præparemus, velut reddituri imminenti iudici rationem. Hoc enim erat quod & propheta dicebat de viro beato: <sup>136</sup> Quia disponet sermones suos in iudicio. <sup>137</sup> Quid autem dicitur iudicare viuos & mortuos, nisi quod alij viui, alij mortui ad iudicium veniant? sed animæ simul iudicabuntur & corpora, in quibus viuos animas, corpora mortuos nominauit. Sicut & ipse Dominus in Euangelio dicit: Nolite timere eos qui corpus possunt occidere, animæ autem nihil facere possunt: sed timete potius eum qui potest animam & corpus perdere in gehannem. Nunc iam paucis si videtur etiam per prophetas hæc prædicta esse doceamus. Plura autem testimonia cum volueris, ipse tibi de scripturarum latitudine congregabis. Dicit ergo Malachias propheta: Ecce venit dominus omnipotens, & quis sustinebit diem aduentus eius, aut quis sustinebit aspectum eius? quia ipse ingreditur <sup>138</sup> sicut ignis conflatorij, & sicut spuma lauantium: & sedebit conflans eos, & purgans sicut argentum & sicut aurum. Vt autem euidentius agnoscas quis sit iste dominus, de quo hæc dicuntur, audi quid & Daniel propheta prænunciat. <sup>139</sup> Videbam, inquit, in visu noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniens, & vsq; ad vetustum dierum perueniet, & in conspectu eius oblatas est: & ipsi datus est principatus, & honor, & regnum: & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. & potestas eius potestas æterna, quæ non petibit: & regnum eius non corrumpetur. Ex his ergo edocemur, non solum de aduentu & iudicio, sed & de potestate eius & regno, quia potestas eius æterna sit, & sine corruptionis sine sit regnum sicut in Euangelio dicitur. Regni eius non erit finis. Vnde valde alienus à fide est, qui regnum Christi dicit aliquando finientum. Scire tamen debemus, quod salutarem hunc Christi aduentum conabitur inimicus ad decipiendum fideles quosque callida fraude simulare, & pro filio hominis qui expectatur venturus in maiestate patris, sui, filium perditionis in prodigijs & signis mendacibus præparare, vt pro Chri-

sto, mundo huic introducat Antichristum. De quo & ipse dominus in Euangelijs prædixit Iudæis: Quia ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me: alius veniet in nomine suo, & ipsum recipietis. Et iterum dicit: Cum videbitis abominationem desolationis <sup>140</sup> stantem in loco sancto, sicut dicit Daniel propheta: Qui legit, intelligat. Daniel ergo de aduentu erroris istius plenius & latius in suis visionibus edocet: ex quibus valde operosum est exempla nunc ponere, quia satis amplis narrationibus dilatantur. Et ideo scire de his plenius delectantem, ad ipsas magis recensendas remittimus visiones. Sed & Apostolus de eo dicit: Ne quis vos seducat vilo modo: quoniam nisi discessio venerit primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur <sup>141</sup> & extollit se super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Et paulopost: Et tunc reuelabitur, inquit, inimicus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & euacuabit illuminatione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum opera satanae, in omni virtute, signis & prodigijs mendacibus. Et iterum paulopost: Et ideo mittere illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati. Propterea ergo prophetis & euangelicis atque apostolicis vocibus nobis prænunciatur hic error, <sup>142</sup> ne quis pro aduentu Christi aduentum credat Antichristi. Sed & ipse dominus dixit: Cum dixerint vobis, ecce hic Christus, aut ecce illic, nolite credere: venient enim multi pseudochristi & pseudoprophetae, & seducunt multos. Sed quo modo demonstrabitur iudicium veri Christi, videamus: Sicut fulgur, inquit, de Oriente resplendet vsque ad Occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Cum enim aduenerit verus dominus Iesus Christus, sedebit, & iudicium statuet: sicut Euangelium dicit: Et segregabit oves ab hædis, & iustos ab iniustis. Sicut & Apostolus scribit: Quia omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria operis sui, prout gessit siue bona, siue mala: iudicabimur autem non solum pro gestis, sed & pro cogitatis secundum quod & ipse Apostolus dicit: Inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut

aut etiam defendentibus in die quo iudicabit Deus occulta hominum: sed de his ista sufficiant. Post hoc ponitur in ordine fidei: <sup>143</sup> ET IN SPIRITVM SANCTVM. Ea quæ in superioribus paulo latius de Christo sunt tradita, ad incarnationis vel passionis eius mysterium pertinent. Quæ dum media intercedunt <sup>144</sup> personæ ipsius\* cooptata, Sancti spiritus commemorationem paulo longius reddiderunt. Cæterum si solius diuinitatis ratio habeatur, eo modo quo in principio dicitur: <sup>145</sup> Credo in deum patrem omnipotentem, & post hæc: In Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum; ita iungitur: Et in spiritum sanctum. Illa verò omnia quæ de Christo memorantur ad dispensationem carnis, vt diximus spectant: igitur Sancti spiritus memoracione adimpletur mysterium trinitatis. <sup>146</sup> Sicut enim vnus dicitur pater, & alius non est pater: vnus dicitur & vnigenitus filius, & alius vnigenitus non est: ita & Spiritus sanctus vnus est, & alius non potest esse Spiritus sanctus. Vt ergo fiat distinctio personarum affectionis vocabula feceruntur; quibus ille pater intelligatur, ex quo omnia, & ipse non habeat patrem; filius verò tanquam qui ex patre natus sit; & Spiritus sanctus, tanquam de Dei ore procedens & cuncta sanctificans. Vt autem vna eademque in trinitate diuinitas doceatur; sicut dictum est, <sup>147</sup> in Deum patrem credi <sup>148</sup> adiecta præpositione, in: ita & in Christum filium eius, ita & in Spiritum sanctum memoratur. Sed vt manifestius fiat quod dicimus, ex sequentibus approbabitur. Sequitur namque post hunc sermonem: <sup>149</sup> SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM, REMISSIONEM PECCATORVM, HVIVS CARNIS RESURRECTIONEM. Non dixit: in sanctam Ecclesiam, nec in remissionem peccatorum, nec in carnis resurrectionem. Si enim addidisset, IN, præpositionem, vna eademque vis fuisset cum superioribus. <sup>150</sup> Nunc autem in illis quidem vocabulis, vbi de diuinitate fides ordinatur; in Deum patrem dicitur, & in Iesum Christum filium eius & in spiritum sanctum; in cæteris verò vbi non de diuinitate, sed de creaturis ac mysterijs sermo est, IN, præpositio non additur, vt dicatur, in sanctam Ecclesiam, sed Sanctam Ecclesiam credendam esse, non vt in Deum, sed vt Ecclesiam Deo

congregatam: & remissionem peccatorum credendam esse, non in remissionem peccatorum; & resurrectionem carnis, non in resurrectionem carnis. Hac itaque præpositionis syllaba creator à creaturis secernitur, & diuina separantur ab humanis. <sup>151</sup> Is ergo Spiritus sanctus est, qui in veteri testamento legem & prophetas, in nouo verò euangelia & Apostolos inspirauit. Vnde & Apostolus dicit: Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum. Et ideo quæ sunt noui ac veteris instrumenti volumina, quæ secundum maiorum traditionem per ipsum Spiritum sanctum inspirata creduntur, & ecclesijs Christi tradita competens videtur in hoc loco evidenti numero, sicut ex patrum monumentis accepimus, designare. Itaque veteris instrumenti primo omnium Moyfi quinque libri sunt traditi, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: post hos Iesu Naue, Iudicum simul cum Ruth: quatuor <sup>152</sup> post hæc <sup>153</sup> Regnorum libri, quos Hebræi duos numerant; Paralipomenon, qui dierum dicitur liber, & Esdræ libri duo, qui apud illos singuli computantur, & Hester: prophetarum verò Esaias, Hieremias, ezechiel, & Daniel: præterea duodecim prophetarum liber vnus: Iob quoque & psalmi David singuli sunt libri: <sup>154</sup> Salomonis verò tres ecclesijs traditi, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica canticorum. In his concluderunt librorum numerum veteris testamenti. Noui vero quatuor euangelia, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis: Actus apostolorum, quos descripsit Lucas: <sup>155</sup> Pauli apostoli epistolæ quatuordecim: <sup>156</sup> Petri apostoli epistolæ duæ Iacobi fratris Domini & apostoli vna: Iudæ vna: Ioannis tres: Apocalypsis Ioannis. Hæc sunt quæ patres intra canonem concluderunt, ex quibus fidei nostræ assertiones constare voluerunt. Sciendum tamen est, quòd & alij libri sunt qui non canonici, sed ecclesiastici à maioribus appellati sunt: vt est Sapientia Salomonis, & alia Sapientia quæ dicitur filij Syrach, qui liber apud Latinos hoc ipso generali vocabulo Ecclesiasticus appellatur, quo vocabulo non auctor libelli, sed scripturæ qualitas cognominata est. Eiusdem ordinis est libellus Tobia, & <sup>157</sup> Iudith, & Machabæorum libri. In nouo vero testamento libellus, qui dicitur <sup>158</sup> Pastoris siue Hermatis, <sup>159</sup> qui appellatur duæ viæ, vel iudiciū Petri, quæ omnia legi quidem in



ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam. Cæteras verò scripturas apocryphas nominant, quas in ecclesiis legi noluerunt. Hæc nobis à patribus, ut dixi, tradita opportunum visum est hoc in loco designare, ad instructionem eorum qui prima<sup>160</sup> sibi Ecclesiæ ac fidei elementa suscipiunt, ut sciant ex quibus sibi fontibus verbi Dei haurienda sint pocula. Tenet deinde traditio fidei sanctam Ecclesiam. Causam iam superius diximus,<sup>161</sup> cur non dixerit etiam hic in sanctam Ecclesiam, sed sanctam Ecclesiam. Hi ergo qui supra in vnum Deum credere docti sunt sub mysterio trinitatis, credere etiam debent, vnam esse Ecclesiam sanctam,<sup>162</sup> in qua vna est fides, & vnum baptisma, in qua vnus Deus creditur pater, & vnus Dominus Iesus Christus filius eius, & vnus Spiritus sanctus. Ista est ergo sancta Ecclesia, non habens maculam aut rugam. Multi enim & alij ecclesias congregarunt, ut Marcion, ut Valentinus, ut Hebion, ut Manichæus,<sup>163</sup> ut Arius, & cæteri omnes hæretici. Sed illæ Ecclesiæ non sunt sine macula aut ruga perfidia. Et ideo dicebat de illis propheta: Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. De hac autem Ecclesia quæ fidem Christi integram seruat, audi<sup>164</sup> quid dicat Spiritus sanctus in Cantico Canticorum: Vna est columba mea, vna est perfecta genetricis suæ. Qui ergo hanc fidem in Ecclesia suscepit, non declinet in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introcat. Concilium namque vanitatis est, quod ait Marcion, qui negat patrem Christi Deum esse creatorem, qui per filium suum fecerit mundum. Concilium vanitatis quod Hebion docet, ita Christo credi debere, ut & circumcisio carnis, & obseruatio sabbati, & sacrificiorum sollempnitas cæteræque omnes obseruationes secundum litteram legis teneantur. Concilium est vanitatis quod Manichæus docet. Primum, quod se paracletum nominavit, tum deinde quod mundum à malo factum dicit; Deum creatorem negat: testamentum vetus repudiatur vnam bonam, aliam malam naturam sibi inuicem aduersantes asserit,<sup>165</sup> coæternas Deo animas hominum secundum Pythagoricos in pecudes & animalia & bestias redire per diuersos nascendi circulos adstruit, resurrectionem carnis nostræ negat; pas-

Ephes. 5.

Psalm. 25.

Cantico. 6.

sionem Domini & natiuitatem non in veritate carnis, sed in phantasiis fuisse confirmat. Concilium vanitatis est, quod Paulus Samosatensis<sup>166</sup> & post eius successor Photinus asseruit, Christum non fuisse ante sæcula natum ex patre, sed ex Maria cœpisse: & non cum Deum hominem natum, sed ex homine Deum existimat factum. Concilium vanitatis est, quod Arius atque Eunomius docuit, qui filium Dei non ex ipsa patris substantia natum, sed ex nihilo creatum volunt,<sup>167</sup> & filium Dei habere initium, & minorem esse patre: sed & Spiritum sanctum non solum minorem esse sed & mittendarium asserunt. Concilium vanitatis est & quod illi aiunt, qui filium quidem de substantia patris fatentur, sanctum verò spiritum separant & secernunt; cum vtiq; vnam eandemque virtutem & diuinitatem ostenderit trinitatis saluator in euangelio, cum dicit: Baptizate gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et est aperte impium separari ab homine quod diuinitus iungitur. Concilium vanitatis est & hoc, quod olim congregauit pertinax & praua contentio, asserens quidem Christum carnem humanam suscepisse,<sup>168</sup> non tamen & animam rationalem: cum vtiq; & carni, & animæ & sensui, & menti vna eademque salus à Christo collata sit. Sed & illud concilium vanitatis est, quod Donatus per Africam traditionis Ecclesiam criminando contraxit,<sup>169</sup> & quod Nouatus sollicitauit, lapsis penitentiam denegando, & secundas nuptias cum forte inireas necessitas exegerit, condemnando. Has omnes ergo velut congregationes malignantium fuge, sed & eos qui illi sunt, qui dicuntur asserere, quod filius Dei non ita videat, vel nouerit patrem sicut ipse nocitur, & videtur à patre: vel regnum Christi esse finiendum, vel carnis resurrectionem non integra naturæ suæ substantia reparandam: futurum Dei iustum erga omnes negare iudicium:<sup>170</sup> diabolus debita absoluere damnatione penarum. Ab his, inquam omnibus fidelis declinet auditus: sanctam vero Ecclesiam teneat; quæ Deum patrem omnipotentem, & vnigenitum filium eius Iesum Christum dominum nostrum, & Spiritum sanctum concordia & consona substantiæ ratione profiteretur, filiumque Dei natum ex virgine, & passum pro salute humana, & resurrexisse à mortuis in eadem carne qua

Matth. 28.

qua natus est credit, eundemque venturum iudicem omnium sperat, in qua & remissio peccatorum, & carnis resurrectio prædicatur; Verum de remissione peccatorum sufficere deberet sola credulitas. Quis enim causas aut rationem requirat,<sup>171</sup> vbi indulgentia principalis est? Et tamen cum terreni regis liberalitas discussione non sit obnoxia, ab humana temeritate discutitur diuina largitio? Solent enim cum irrisione dicere aduersum nos pagani, quod ipsi nos decipiamus, qui putamus crimina, quæ opere commissa sunt, verbis posse purgari, & aiunt: Numquid potest qui homicidium commisit, homicida non esse? aut adulter non videri, qui adulterium perpetravit? Quo modo huiuscemodi criminum reus, sanctus vobis<sup>172</sup> effici subito videtur & purus? Sed ad hæc, ut dixi, melius fide quam ratione respondeo. Rex enim est omnium qui promissit, terræ cælique Dominus est qui hæc pollicetur. Vis ut ei qui me hominem ex terra fecit, non credam quod ex criminoso me faciat innocentem: & qui me cum essem cæcus, fecit videre; cum essem furdus audire me fecit, qui mihi claudo reddidit gressum, innocentiam mihi perditam non poterit reparare? Et tamen veniamus ad ipsius naturæ testimonium. Occidere hominem non semper criminofum est; sed malitia non legibus occidere criminofum est. Non ergo factum me in talibus, quia interdum & recte fit, sed animus male consulens damnat. Si ergo animus in me, qui criminofus effectus est, & in quo origo fuit vitij corrigatur; cur tibi non videar posse innocens effici, qui prius fueram criminofus? Si enim, ut supra ostendimus, constat quod non in facto, sed in voluntate sit crimen: sicut mala voluntas, auctore malo dæmone, peccato me & morti fecit obnoxium, ita<sup>173</sup> in bonum voluntas mutata auctore bono Deo, innocentiam me reddit & vitæ. Similis causa & in cæteris criminibus. Et hoc modo fides nostra non inuenitur naturalibus rationibus aduersari, dū remissio peccatorum non gestis quæ mutari non possunt, sed animo quem de malo in bonum verti posse, certum est, deputatur.<sup>174</sup> Sed & vterius iste fermo, qui resurrectionem carnis prænunciat summam totius perfectionis succincta breuitate concludit. Quamuis etiam de hoc non solum à gentilibus, sed etiam ab he-

reticis fides impugnetur Ecclesiæ. Nam Valentinus resurrectionem carnis omnimodo negat, & Manichæus, sicut superius ostendimus. Sed & isti, qui Esaiam<sup>Esai. 26.</sup> prophetam dicentem quidem: Resurgent mortui, & suscitabuntur qui in monumentis sunt, audire noluerunt; nec Danielem sapientissimum omnium prophetantem: Quia tunc resurgent qui sunt in terræ puluere; hi quidem in vitam æternam; hi autem in opprobrium & confusionem æternam.<sup>175</sup> Inde vel in euangelis quæ recipere videntur, discere debuerunt à Domino saluatore nostro Saducæos docente dictum: Quod autem resurgant mortui, non legistis quo modo dicit Moyses in rubo: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob? Deus autem non est mortuorum sed viuentium. In quo etiam quæ sit & quantitas resurrectionis gloria, in superioribus memorauit, cum dixit: In resurrectione autem mortuorum neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei. Resurrectionis ergo virtus angelicum hominibus cōfert statum, ut qui de terra resurrexerunt, non iterum in terra cum pecudibus, sed in cælo cum angelis viuant; quos tamen ad hoc ratio vitæ prioris admiserit: illos scilicet,<sup>176</sup> qui iam non carni seruiunt, sed animæ suæ, carnem castis pudicitie frenis in obedientia Sancti spiritus subiugaauerunt, & omni eam vitiorum labe tenuatam, & ad spiritalem gloriam sanctificationis virtute mutatam, Angelorum quoque meruerunt consortiis inferre. Sed infideles, reclamant & dicunt: Quomodo potest caro quæ putrefacta dissoluitur, aut in puluerem vertitur,<sup>177</sup> maris etiam interdum profundò sorbetur fluctibusque dispergitur; recolligi rursus & reintegrari in vnum, & corpus ex ea hominis reparari? Ad quos primam interim responsionem sermonibus Pauli faciamus, dicentes eis: Inspiens tu, quod seminas non viuificabitur nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum tritici, aut alicuius cæterorum seminum: Deus autem dat illi corpus prout vult. Quod ergo in seminibus quæ tu in terram iacis, per annos singulos fieri vides; hoc in tua carne,<sup>178</sup> quæ Dei lege seminatur in terra, futurum esse non credis? Cur, quæso te tam angustus & inualidus diuinæ potentie estimator es,

Esai. 26.

Danie. 12.

Exod. 3.

1. Cor. 15.



vt dispersum vniuscuiusque carnis puluerem in suam rationem colligi & reparari posse non censeas; cum videas quod etiam mortale ingenium demersas in profundum terræ metallorum venas rimatur, & artificis oculus aurum videt, in quo imperitus terram putet? Nec tantum quidem concedimus ei qui fecit hominem; quantum homo qui ab ipso factus est, assequi potest? Et cum auri esse propriam venam, & argenti aliam, æris quoque longe disparem, ferrique & plumbi diuersas in terra species terræ latere, mortale deprehendat ingenium: diuina virtus inuenire posse ac discernere non putabitur vniuscuiusque carnis proprium sensum, etiam si videatur esse dispersum? Sed adhuc tentemus animas quæ deficiunt in fide, naturalibus rationibus adiuuare. Si quis diuersa semina in vnum permisceat, & hæc indiscreta seminet vel passim spargat in terram; nonne vniuscuiusque seminis quocumque loci fuerat satio, competenti tempore secundum naturæ suæ speciem germen producit, & culmum suæ formæ sui que corporis reparat? Ita ergo & vniuscuiusque carnis substantia quamuis variè & diuersè dispersa sit, ratio tamen ipsa quæ inest vnicuique carni immortalis est. Tempore quo seminatis in terram corporibus primum verbum Dei voluntate cum arriserit, collectum de terra, & attractum substantiæ suæ sensum reddit ac reparat in illa specie, quam mors aliquando dissoluerat. Et ita fit vt vnicuique animæ non confusum, aut extraneum corpus, sed suum quod habuerat reparatur: vt consequenter possit pro agonibus præsentis vitæ cum anima sua caro vel pudica coronari, vel impudica puniri. Et ideo satis cauta & prouida adiectione<sup>181</sup> fidem symboli Ecclesia nostra docet, quæ in eo quod à cæteris traditur, carnis resurrectionem, vno addito pronomine tradit: Huius carnis resurrectionem. HVIVS sine dubio,<sup>182</sup> quam, is qui proficitur, signaculo crucis fronti impolito contingit; quo sciat vniuscuiusque fidelium, carnem suam si mundam seruauerit à peccato, futuram vas esse honoris, vtile Domino ad omne opus bonum paratum: si vero contaminata fuerit in peccatis, futuram esse vas iræ ad interitum. Iam vero de ipsa resurrectionis gloria, & de promissionum magnitudine si quis plenius scire desiderat, omnibus pene diuinis vo-

2. Tim. 2.  
Rom. 9.

luminibus inuenietur indicari; ex quibus nos commonitionis tantummodo gratia, pauca in præsentis loco memorantes, finem iniuncti à te opusculi faciemus. Igitur Apostolus Paulus<sup>183</sup> quod resurgant mortui, talibus asserit argumentis, dicens: Quod si resurrectio mortuorum non est, ergo nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vacua est & fides nostra. Et paulo post: Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur,<sup>184</sup> ita & in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisque autem in suo ordine: initium Christus, deinde hi qui sunt Christi in aduentu eius, deinde finis. Et in consequentibus addit etiam hæc: Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Sed & ad Thessalonicenses nihilominus scribens dicit: Nolo autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Nam si credimus quia Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum illo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: quia nos qui viuimus, qui relictii sumus in aduentu Domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, in voce Archangeli, in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui viuimus, qui relictii sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & ita semper cum Domino erimus. Verum ne exilimes hæc Pauli solius prædicatione<sup>185</sup> quasi nouella signari: audi quid etiam Ezechiel propheta olim per Spiritum prælocutus sit: Ecce, inquit, ego aperiam sepulcra vestra, & educam vos de sepulcris vestris. Iob quoque mysticis redundans totus eloquiis, audi quæ euidenter resurrectionem prædicet mortuorum: Est, inquit, arbori spes: si enim abscisa fuerit, iterum pullulabit, & virgultum eius nunquam deficiet: quod si senuerit, in terra erit radix eius. Si autem in petra mortuus fuerit truncus eius, ab odore aquæ reflorescit

1. Cor. 15.

ibidem.

1. Thes. 4.

Ezech. 37.

Iob. 14.

florebit, & faciet fruticem quasi nouella. Vir vero si mortuus fuerit, abiit: & mortalis si ceciderit, ultra iam non erit? Non tibi videretur in his cum quodam pudore arguere homines & dicere: Ita ne est stultum hominum genus, vt cum uideant exscisse arboris truncum iterum pullulare de terra, & lignum emortuum iterum vitam recipere; ipsi nec lignis simile aliquid de semet ipsis, nec arboribus opinentur? Vt autem scias quod velut interrogantis modo, legendum sit quod dixit: Mortalis autem cum ceciderit, non resurget: de consequentibus probat, subiungit nanque statim: Si autem mortuus fuerit homo, viuet. Et paulo post dicit: Expectabo vsque quo iterum fiam. Et iterum idem dicit: Qui resuscitaturus est super terram pellem meam, quæ hæc nunc haurit. Hæc quidem dicta sunt ad comprobationem professionis nostræ, qua consistemur in symbolo huius carnis resurrectione. Quod enim adiunctum est, H V I V S, vide quam consonum sit omnibus his, quæ de exemplis diuinorum voluminum memorabamus. Quid enim aliud indicatur in dictis Iob, quæ superius exposuimus, cum dicit: Qui resuscitabit pellem meam quæ hæc nunc haurit, id est, quæ ista tormenta perperitur, nonne aperte huius carnis dicit resurrectionem futuram? huius, inquam, quæ tribulationum & tentationum cruciamenta nunc sustinet. Sed & Apostolus cum dicit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: numquid non corpus suum quodammodo contingentis, & digito palpantis est vox? Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus est, resurrectionis gratia incorruptibile erit, & hoc quod nunc mortale est, immortalitatis virtutibus induetur, vt sicut Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, neque mors ei ultra dominabitur: ita qui & in Christo resurgunt, nec corruptionem sentiant ultra, nec mortem, non natura carnis abiecta, sed conditione eius & qualitate mutata. Erit ergo corpus quod resurget à mortuis incorruptibile & immortale, non solum iustorum, sed etiam peccatorum. Iustorum quidem, vt semper possint permanere cum Christo: peccatorum vero, vt absque internicione sui debitas luant penas. Quod autem iusti semper cum Domino Christo

Iob. 19.

1. Cor. 15.

Roma. 6.

permaneant iam & in superioribus edocui-  
mus, vbi ostendimus quia Apostolus dicit: Deinde nos qui viuimus, qui relictii sumus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & ita semper cum Domino erimus. Nec mireris si sacrosancta sanctorum corpora in tantam gloriam resurrectionis mutabuntur, vt in occursum Domini suspensa nubibus & aere vectata rapiantur; cum ipse Apostolus exponens quantum conferat Deus his qui diligunt eum, dicat: Qui transformabit corpus humilitatis nostræ, conforme corpori fieri claritatis suæ. Nihil ergo absurdum est, si sanctorum corpora dicantur nubibus in aera sustolli, cum ad formam corporis Christi quod in dextera Dei sedet, dicantur esse reformanda. Sed & hoc sanctus Apostolus, vel de se, vel de cæteris sui loci, vel meriti addit & dicit: Quia coexistauit nos cum Christo, simulque fecit sedere in cælestibus. Vnde cum hæc & horum similia quam plurima in re promissionibus habeat resurrectio iustorum, non erit iam difficile credere etiam illa quæ Prophetæ prædixerunt: quod iusti fulgebunt sicut sol, & sicut splendor firmamenti in regno Dei. Cui enim difficile videbitur, eos fulgoris solis habituros, & siderum ac firmamenti huius splendore decorandos, quibus vel vita & conuersatio angelorum Dei paratur in cælis, vel conformandi dicuntur ad gloriam corporis Christi? Ad quam gloriam saluatoris ore promissam respiciens sanctus Apostolus dicit: Quia seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si enim verum est, sicut certe verum est, quod iustos quosque & sanctos angelorum consortiis sociabit diuina dignatio, certum est quod & corpora eorum in spiritualis corporis gloriam vertat. Nec hoc tibi contra naturalem corporis rationem videatur esse promissum. Si enim secundum ea quæ scripta sunt, quod accipiens Deus limum terræ plasmavit hominem, credimus, & hæc est natura corporis nostri, vt voluntate Dei terra verteretur in carnem; quid tibi aut absurdum aut contrarium videtur, si eisdem rationibus, quibus lutum profecisse dicitur in corpus animale, rursum corpus animale, in corpus proficere spiritale credatur? Hæc quidem atque his similia multa inuenies in scripturis diuinis de resurrectione iustorum. Dabitur autem & pecca-

1. Thes. 4.

Philip. 3.

1. Cor. 15.

Sapient. 3.

Matth. 13.

1. Cor. 15.

Genes. 2.



toribus, vt supra diximus, incorruptionis & immortalitatis ex resurrectione conditio: vt sicut Deus iustis ministrat ad perpetuitatem gloriae, ita peccatoribus ad prolixitatem confusionis ministrat & poenae. Sic enim propheticum definit eloquium, cuius & paulo ante meminimus, vbi dicit: Et multi resurgent de terrae puluere: hi quidem in vitam aeternam, hi autem in confusionem & opprobrium aeternum. Si ergo intelleximus qua veneratione Deus omnipotens pater dicitur; quoue sacramento Dominus noster IESVS CHRISTUS vnicus filius eius habeatur; & qua perfectione sanctus Spiritus eius nominetur, <sup>200</sup> vtque sancta Trinitas vnum sit per substantiam sed affectu personisque discreta: quid etiam partus virginis, quid verbi in carne natiuitas; quid sacramentum crucis; quae utilitas diuini ad inferna descensus; quae resurrectionis gloria, & animarum de infernis reuocata captiuitas; quid etiam ascensus ad caelum; & venturi iudicis expectatio: sed & sanctae Ecclesiae aduersum congregationes vanitatis, qualis haberi debeat agnitio; qui sacrorum voluminum numerus; quaeue haereticorum vitanda conuenticula: <sup>201</sup> vtque in peccatorum remissione diuinæ libertati nequaquam ratio naturalis obsistat & vt carnis nostrae resurrectionem non solum diuinæ vocis, sed & ipsius Domini & saluatoris exemplum & consequentia naturalis rationis assignet. Si, inquam, hæc secundum traditionis supra expositae regulam consequenter aduertimus; deprecemur vt nobis & omnibus qui hæc audiunt, concedat Dominus, fide quam suscepimus custodita, cursu consummato expectare repositam coronam iustitiae; & inueniri inter eos qui resurgunt in vitam aeternam, liberari vero à confusionem & opprobrio sempiterno: per Christum dominum nostrum, per quem est deo patri omnipotenti cum sancto Spiritu gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen.

### ADNOTATIONES in expositionem Symboli Apostolorum.

1. Mihi quidem, fidelissime Papa Laurenti, Episcopus quisquam fuit iste Laurentius, tunc enim (vbi epistola 2. diximus) omnes episcopi Papam nuncupabantur.

2. vt cum venia tui dixerim] Sic prorsus lego cum Morelio & Frobeniana editione operum Hieronymi. Legebant enim vulg. vt conueniat quæ dixerim, Manu. vt conueniat iis, & c. vtrique corrupti, ex eadem adieciimus paulo post: tua.

3. componam] Etiam hoc Froben. placet, pro: componamus, quia precedit: me attingis.

4. Non enim me latet] Cum Morelio & Froben. hic adieciimus: me, viciſſim apud hunc non recte legitur: petitionis pro: expositionis; legendum est etiam ibi: quæ quidem, pro: ne quidem.

5. Photinum vero haereticum] De hoc vide August. haer. 45. & Epiph. haer. 71. fuit autem multo recentior Cyprianus.

6. rationem dictorum] Hoc nunc cum Morelio & Froben. pro: traditionem.

7. super singulos quoque Apostolos] Froben. supra.

8. nulla lingua barbarica inaccessa videretur & inuia] Stud non modo habet Froben. sed & vet. Hieronym. exc. cod. pro eo quod erat: nulla lingua barbarica inaccessa videretur & inuia, aut: in via, quod pessime habent excu. præter Morel. viciſſim apud Froben. castigandum: o b. pro: ab.

9. ad singulas quemque prouincias] Sic illi rursus, pro: singulas quasque.

10. prius futura] Hoc quoque ex Froben. hic desideratum, & ex eodem cum Morelio legitur: inuitabantur, pro: mutabantur.

11. in vnum conferendo] Contra rectius hoc nostri, quam Froben. in vno.

12. vt si forte occurrerit] Iterum hoc ex iisdem Morel. & Froben. pro: occurreret.

13. neminem hæc ex lectione] Etiam istud. Iuxta quos etiam omitimus verbum: sufficeret, superfluum.

14. Sed munimenta] Econtrario castigandus sic Froben. pro: monumenta.

15. fons & origo omnium bonorum] Adiecienda apud eundem vox: bonorum.

16. CREDO IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM. Ita nos quoque cum Morel. & Froben. qui antea locus esset mutilus; præterquam quod Morel. in ablatiuo hæc legat, quomodo & Cauchius. Verum quia legunt alij & plures in accusatiuo, certe magis placet vt in accusatiuo legantur omnia præsertim quum sic legant non modo Froben. & vet. excu. cod. Hieron. sed & vetustior adhuc, ex prima editione, quam primum innotuit ars Typographica, quem vidi in Bibliotheca Thosana. Accedit, quod tria illa cetera Symbola Tomo 4. operum Hieronymi. & ipse Hieron. dialog. contra Lucifer. præterquam vno in loco, d. etiam Augustin. vbi que, in accusatiuo omnia legant. Et hæc semel dicta sufficiant.

17. commendandum] Etiam hoc ex illis, pro: commendandum. Iterum & illud: quod ego propterea esse arbitror, quod neque hæresis vlla illic sumpsit exordium. Locus adnotandus pro ecclesie Romanae fide. Non habet etiam Froben. apud. Legunt etiam illi recte: publicè, pro: publico. Lego etiam cum Frobenio: adiectionem, pro: adiectiones. viciſſim tamen hinc ille in veteri castigandus est.

18. crederetur excludi] Rursus hoc illi placet, pro: cæteris videatur.

19. in Aquileiensi Ecclesia] Rembold. & vet. Hieron. cod. Aquileiensi.

20. CREDO ergo] Maiuscula prorsus litera hoc lego cum Morelio.

21. primo omnium] Adiecio: omnium, ex Froben. cum eodem.

22. quia est] Prorsus adiecio: est, primus ego; quia Apostolus id habet.

23. vitam committit] Froben. scilicet. Iterum: fruges, vbi nos: pro frugibus; minus recte.

24. segetem multiplicata fruge producat] Hoc illius placet, pro eo quod nos: segete multiplicata frugem.

25. Hoc autem] viciſſim lego ex vet. editione Hiero. pro hæc. Item: quia, pro: quæ.

26. vis credendi] Idem cod. ac Rembold. ius.

27. breuiatus hic sermo] Hanc germanam lectionem habeo ex Froben. pro eo quod alij: breuiatis, Manu. verò breuis. Alludit ad id quod superius dixit verbum breuiatum.

28. CREDO (inquit) IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM, & c.] Non modo accusatiuo pro ablatiuo hic reposuimus, sed & locum mutilum ex Frobenio cum Morelio suppleuimus.

29. in competentibus locis] Hoc ex solo Froben. pro eo quod cæteri duntaxat: in locutionibus; reposuimus vero: repetemus, cum Morel. & Froben. pro: repetamus.

30. Deus secundum quod opinari potest] Sic vtraque editio Hieronymi, pro eo quod nostri: Deus enim quod inopinari, minus recte. Neque enim: inopinari, latina vox est.

31. filij intellige patrem] Ita etiam lego cum Froben. & Morelio. Ex illo vero & vet. edit. lego, qui filius supradictæ sit imago substantiæ, pro: ut supradictus.

32. Quomodo autem] Placet & hoc illorum, pro: sane. Legunt etiam: ingeras, pro: inferas, & pro: in profundo huius arcanum, habent: in profundo arcani, pro quo ego legendum censeo: in profundum huius arcani.

33. nitendum] Illi: vtendum, illis autem adieciendum: & explana.

34. ad horum sublimiora veniemus] Froben. venies. Paulopost pro: educam, Cauchius adducam.

35. medium se ditulorem] Ita Morel. & Cauchius pro eo quod alij omnes ditulorem.

36. quia sapiens, sapientia, & c.] vbi que sic Morelius cum illis, pro: quafi.

37. vnum Deum] Prorsus hoc adieciendum cum iisdem, quum prius id habuerit, sed vox: verum, omittenda. Castiganda est etiam vtraque Hieronymi, editio & legendum: hoc inodo intelligendum, pro: hoc non, & numeri, pro: vnitatis.

38. Constituit autem, & c.] Totæ hæc perodus in illis quoque supplenda. Item paulopost illud: de Seraphin.

39. Sabaoth, qui erat.] Hoc viciſſim nos ex illis recens adieciimus, quia reperitur & in Apocalypsi.

40. Inuisibilem & impassibilem] Etiam istud ex illis, pro eo quod vulg. inuisibile & impassibile, ac Morel. inuisibili & impassibili.

41. Constat enim filium non patrem in carne & ex carne natum] Sic nos ex Cauchio, pro eo quod il-

li: incarnatum & ex carne natum, cæteri verò in carne natum, duntaxat.

42. Sequitur post hæc: ET IN IESVM CHRISTVM VNICVM FILIVM EIVS DOMINVM NOSTRVM] Locum hunc antea mutilum sic suppleuimus ex vtraque Hiero. editione, neque enim etiam Morel. aliud habebat: quam: & in Christo IESV. Putet autem præmittendum nomen Iesu, non Christi, quia prius illud explicat.

43. sequentibus se populis] Ex iisdem & Morelio adiecio: sequentibus.

44. Et in vnicum filium eius (inquit) Dominum nostrum] Sic quoque illi, in nostris desiderabatur: inquit; neque vero maiuscula littera hæc scribi debent viciſſim apud illos legendum: per hoc, non: Post hoc. Minus etiam recte illi: splendor vnius, quam nos: vnus. Illis quoque adieciendum: sine initio & æqualis.

45. ipsius tamen caput est pater. Sic enim scriptum est: Quia caput Christi Deus.] Hæc ex iisdem recens adieciimus haud dubie germana. Videtur tamen etiam hoc aut simile quid adieciendum: cumque filius sit omnium Auctor, & deinde subiungendum: ipsius tamen auctor est pater, & c. vique ad illud filium sane; quæ omnia illi non habent.

46. Ad hoc primo omnium illud dicimus] Hoc quoque ex illis reposui, pro: Ad hæc & c. dicemus.

47. Ita & siue exemplo est diuina maiestas] Illi diuinitas.

48. Si ergo in substantia scintilla quæ ignis est ex se creaturam, & c. gignit, & conditionem, & c. cur illius æterna] Locum hunc antea mutilum sic ex iisdem suppleuimus, & ante nos quoque Morel. præterquam quod legat minus recte: si ergo in substantia sit illa quæ ignis est, & c.

49. Cum facturis suis] Etiam hoc ex illis, pro: in.

50. Huic enim] viciſſim illi sic castigandi sunt, pro: hunc.

51. per eam, quoniam dominus Deus Israel tribuit per eam] Prorsus istud cum Morelio, ex illis adieciimus; quia est apud Ezechiel, & in sequentibus repetitur.

52. de conseruatione virginis] Et si cum nostris legat edit. vet. de consecratione, magis tamen illud Froben. ardet. Placet etiam quod ille paulopost habet: dixerit, pro: dixit.

53. Vide ergo cooperantem sibi inuicem trinitatem] Corruptissime antea erat: simplicem trinitatem.

54. illius vulua] Adieciimus hoc ex iisdem cum Morelio. Item: & hanc partem, pro eo quod erat corrupte, & hoc patet.

55. fetus nixibus edere] Sic quoque recte cum illis Grauius & Morel. pro: sexibus.

56. vti huiusmodi forte nascendi] Hoc restitui ex veteri edit. pro eo quod nostri: in huiusmodi, Frobenius vero: sub huiusmodi.

57. vnum eis verbum impossibile videtur] Non habet vtraque Hieron. editio: verbum; & legunt spirante, pro: inspirante.

58. Sed dicent fortassis quia possibile quidem fuerit] Contra rectius sic nostri, quam Froben. cum Morel. sed dicunt, quia possibile si fuerat, aut vet. edit. possibile quidem fuerat.



59. si in cœni alicuius voraginem demittantur] Ita lego ex coniectura Cauchij & ex Froben. pro: dimittantur, quæquam legat iste omnia hæc in singulari numero cum vet. edit.

60. folis ducitur in iniuriam? ] Stud ex iisdem, pro: ducetur iniuriis.

61. ab absolutione ] Non habent illi: ab. 62. à nullo tamen eorum ] Ex iisdem istud reposuimus, pro: nullo tamen hoc.

63. ET SEPULTVS ] Prorsus hoc adiciendum cum illis patet, tum ex eo quod infra dicit: vis tamen verbi eadem videtur esse in eo quod sepultus dicitur, tum quia D. Augustinus. lib. de Fide & Symbolo, & vrsamlib. 2. & 3. ad Catech. de Symbolo, id legat & exponat.

64. quæ sit altitudo ] Adicit cum illi Morel. diuinitatis, verum neque habet Apostolus, neque huic loco conuenit. Rectè tamen illud addunt: Altitudo ergo & latitudo & profundum, descriptio crucis est. Et deinde legunt: cuius, pro: cuius.

65. in dexteram læuamque protenditur ] Superfluo habent illi: manus. Contra apud illos locus ille mutilus: Triumphum enim insigne, &c.

66. expensas autem manus, (sicut sanctus Propheta dicit) tenderet ad populum incredibilem ] Itarectè restituit hunc locum Cauchius antea corruptissimum: ut in nostris quam illis edit. Similiter & id quod sequitur: ea vero parte quæ sub terram demergitur, inferna sibi regna subiiceret.

67. quoniam ecce venit ] Adiciamus: ecce, ex Morelio. Pro quo illi: rectitudo, verum illud habent 70.

68. contumaciæ pœnas ] Sic illi cum Morel. pro: contumeliæ.

69. ideo obedientiam & c. Longe aliter Froben. & vet. edit. ideo quæ prius etiam sulcepta morte seruanda docuit, ipse hæc primus moriendo seruauit.

70. vt diuina filij Dei virtus ] Hunc locum antea corruptissimum ex illis restituumus, omnisque vocibus: erat, ergo, vt, & legentes: possit, pro: possit.

71. velut escam tradidit, & c. ] Froben. velut escam tradens, hamo cum diuinitatis intrinsecus teneret insertus, ex profusione immaculati sanguinis (solus est enim qui peccati maculam nescit) omnium peccata delcuit. Vt. editio rectius: velut escam tradens hamo diuinitatis intrinsecus teneretur inserta, & profusione immaculati sanguinis, & c. omnium peccata deleret, verum nostra placet.

72. postes fidei suæ ] Ex illis adicio: suæ.

73. hamum escæ confectum ] Illi: contactum, non male.

74. Aut adduces ] Illi: adducis, & ponis. Sed repugnant. 70.

75. per se resurrecturus ] Manut. vitio operarum: resurrectiois.

76. & ingressus aperiat ianuas ] Hoc adieci ex illis, quibus scum etiam & cum Morelio lego: resoluat cathenas, vincula, feras, et claustra comminuat.

77. Quanto enim maiora sunt ] Hoc cum Morelio ex iisdem, pro: magna, adieci etiam vocem: magis.

78. percuntibus quidem ] Ricissim illis adiciendum: quidem, quia id habet Apostolus.

79. prophetico sermone signatur ] Ex illis hoc reposui, pro: signatur.

80. ad gentes esset omne mysterium transferendum ] Sic etiam ex illis, pro: trassatum.

81. in corde descripta ] Et hoc ex iisdem, pro: scripta. Pro: surripiat, autem, censet legedi Cauchius: surrepat.

82. & ipsi sunt iacula ] Illi: stant. Legit etiam Froben. audire, pro: videre, quod tamen etiam habet vetus editio.

83. aut abnuite. Et post hæc: Accepi (inquit) triginta argenteos & nihil ] Rectè sic illi cum 70. quos scilicet Morel. praterquam quod retinuerit, abite, pro: abnuite, non rectè.

84. velut impurantis & exprobrantis affectu ] Item & hoc, pro eo quod vulgati codices habebant: impugnantis, & c. affectum Morel. vero: affectus.

85. ipse dominus in iudicium Veniet ] Illi: ad.

86. & predicetur ] Hoc denuo ex illis adieciimus.

87. Et alligantes adduxerunt eum xenium Regi Iarim ] Prorsus sic legendum cum illis, pro eo quod alij ad xenium Regis. Non potui autem reperire unde hoc sumptum sit. Est haud dubie iuxta 70.

88. vincum sibi inuicem mittebant ] Contra sic illi castigandi, pro: iustum.

89. Vt saluator ] Ex iisdem denuo hoc adicio.

90. omnis populus clamauerit ] Illi: iucclamauerit. Et paulo post: supra, sed neutrum placet.

91. Impolita ei ] Adieciimus ex illis: ei.

92. oportebat eum (inquam) sic lego prorsus, pro: inquit, neque enim scripturam citat.

93. in panem eius ] Hoc rursus ex illis, pro: in pane.

94. quæ credentes diluat ] Legimus etiam: quæ, cum iisdem, pro: vt.

95. per aquæ baptismum ] Illi cum Morelio: aquam baptismi, minus rectè. Legendum etiam prorsus apud illos: martyrum, pro: mysterium

96. quæ fuit primi Adam costa ] Rectè sic illi, pro: prima. Supplement ex iisdem etiam Morelius, quod hic dicitur.

97. Accipe & de hoc ] Ex iisdem adicio: &. Quomodo & paulo post: tum.

98. spatia sibi dedita ] Etiam voculam: sibi. Et rursus perduxit, cum Morel.

99. ex Bofor ] Illi: Bofra. at illud habent 70.

100. tamquam à torculari calcato ] Idem in torculari calcatum. Verum illud habent 70. & ex Greco ad verbum Cyprianus supra epistola 63. & vestimenta tua velut à calcatione torcularis pleni & percalcati.

101. torcular calcaui solus filia Syon ] Quomodo istud non sit reperire apud 70. sed in versione Hierony. praterquam illud: filia Syon; videtur mihi hic alludere Resynus ad illud Thren. 1. Torcular calcavit dominus virgini filia Iuda. Atque adeo non rectè legunt illi: filij.

102. potatus sit ] Ex illis etiam hoc pro: potus.

103. Sed & in Canticis Canticorum ] Non habent illi: Canticorum.

104. & vindemiaui myrrham meam ] Prorsus sic cum ipsis & Morel. lego, quia Græce est: σμυγνὰ μού, pro: vineam meam, & alioqui non conueniret exemplum.

105. Mortificauerūt in lacu ] Illi: lacū, at prius habent

bent. 70.

106. & dabo malignos in sepultura ] Illi pro Morel. in sepulturam.

107. item alius ] Rectius sic illi, quam nos: alias.

108. dum descendero in corruptionem ] Item & istud, pro: descendo.

109. In ipso (ait) eis qui in carcere inclusi erant descendit spiritibus prædicare, & c. Ita hunc locum mutilum & addita: &, coniunctione obscurum, partim ex illis, & Morel. partim ex coniectura emendauimus, vt: in ipso sit id ipsum quod vulgo legitur in Epistola Petri: in quo, pro quo tamen longe aliter illi: qui in ipso habitat.

110. A MORTUIS ] Etiam hoc ex illis cum Morelio item & illud: quippe.

111. absoluit ] Traque illa D. Hierony. editio clarificauit.

112. eousque ille miserando ] Rectius hoc nos quam illi: eousque te sequendo.

113. Nec creatorem omnium Deum ] Rectè nos hoc nunc, pro: de hoc.

114. id reparaturus ] Illi: salutem operaturus, sed minus placet Contra rectius illi: certa, quam: certe.

115. quod infernum est, aut quod supernum patet ] Illi non aliud, quam: quid infernum est aut quid supernum. Legunt etiam: reposita, pro: deposita.

116. Redit ] Ex iisdem hoc habeo, pro: Redit. Item: enim pro: etiam, adicio quoque paulo post: &.

117. Sicut & ad Hebræos ] Placet vt hic adiciatur potius illud: &, quam: iterum.

118. per passionem ] Prorsus hoc cum illis lego tum quia Græce est: διὰ πάθηματων; in quod sequatur: passionibus.

119. carnem humanam, quæ in mortem ceciderat per protoplasti lapsum, resurrectionis Virtute reparatam ] Item & hoc ex iisdem cum Morel. antea locus erat mutilus.

120. Vnde & Apostolus ] Male illi: vt &.

121. Placuit autem ita ] Adicio: ita, ex iisdem.

122. Plenæ sunt de his ] Illi non habent: de. Rectius autem nos: super his, quam illi: super hoc.

123. potare ] Vetus editio Hieron. potati. Traque verò soporatus sum, pro: somnum cœpi.

124. diuinæ potestas, maiestatis ] Adicio ex illis: potestas, & lego: manifestissime, pro: manifeste.

125. sanabit nos ] Vetus edit. sanauit, sed supra Cyprianus lib. Testim. 3. cap. 1. item 70. & Hebraei in futuro legunt.

126. Qui educit ] Illi: eduxit. Vtra lectio sit verior nescio, quum neque Esaiæ 40. quod adnotarunt in margine Manut. & Morel. neque alibi hanc scripturam reperire poterimus; sicut nec illud quod sequitur: Mulieres quæ venitis, & c. Nisi forte illud ita translatum fuerit ab Aquila, Symmacho, aut Theodotione illo loco ubi legitur Esaiæ 40. Qui educit in numero militiam eorum, & hoc Esaiæ 32. ubi est: Mulieres opulente, & c.

127. ad sepulcrum ] Ex illis etiam hoc adieci, & Magdalene, item: ad monumentum. Quibus & illud acceptum debet: etiam de hoc ita prædicitur, pro: etiam hoc dicitur. Rursum addidi ex iisdem: quem dilexit anima mea, in noctibus quasi eum. Quem admodum & illud cum illis lego: breuitati e-

nim studentes; plura coaceruare non possumus.

128. consequantia breuitate, & c. continentur ] Illorum etiam hæc magis placet lectio quam vulgata: consequantia breuitatis, & c. continet. Ex quibus etiam lego: nisi, pro: si, & per hæc, pro: per hoc.

129. ante nõ federat ] Etia hoc rectius illi quæ vulgati: sedebat. E quibus & paulo post adieciimus: sancto.

130. moris victorum est ] Contra sic illi restituendi:

131. & alias ] Illi: & aliud, Verum supra de Cardina libus Christi operibus accipitur etiam: alias, pro: alibi.

132. aptantur ] Iterum hoc ex illis, pro: additur. Et profectum, pro: perfectum.

133. Dominum cum vocat ] Adieci ex eadem vtraque editione eum, & paulo post: sc.

134. à dextris virtutis Dei ] Prorsus legendum cum illis: virtutis Dei, non: filij Dei, quia sic Euangelistæ, & alioqui absurdus esset sermo.

135. Qui est in dextera Dei sedens in cælis ] Refertur Froben. Quod, atqui posteriores duas voces hodie non habet Epistola Petri.

136. Quia disponet ] Et Frobenius & vetus editio: disponit, sed illud placet, quia Græce est, διονομήσει

137. Quod autem dicitur, & c. non ideo dicitur, quod alij, & c. sed quod animæ; sic illi pro eo quod nos duntaxat: Quid autem dicitur, & c. nisi quod alij, & c. sed animæ. Et videretur illa lectio genuina, nisi reuiceret communem expositionem de viuis & mortuis.

138. sicut ignis conflatorij ] Omnino sic legendum cum illis & Morelio, non: conflatoris, quia Græce est: χαυεύτης. Ex quibus etiam adieci vocem: iste.

139. Videbam (inquit) in visu noctis ] Cum iisdem & Morelio addimus: noctis, quia habent 70. Omitimus vero quod habent illi: liber, quod 70. non legunt. Legimus tamen cum ipsis & Morel. iuxta 70. omnes populi, et: seruiant, pro: omnis populus, ac: seruiat. Adieciimus etiam cum iisdem paulo post: &, ubi contra: Chiliastus agit.

140. stantem in loco sancto ] Ex Frobenio & vet. edit. Hieron. addimus: stantem, quod id habet Euangelistæ. Ex quibus etiam paulo post legimus: magis, pro: magnas.

141. & extollit se ] Illi: & extollitur, perinde est.

142. ne quis & c. credat ] Idem: ne qui & c. credant. vt recipiat vnusquisque propria operis sui ] Legunt illi: corporis, quomodo & Græce & Latine Apostolus; fortassis alia versione vsus est Rufinus. Cõfirmat tamen tum iste tum supra Cyprian. lib. Testim. 2. cap. 22. & Ambr. in comment. lectionem vulgati nostri interpres qui videtur legisse: τὸ ἴδιον, pro eo quod est hodie: τὸ αὐτὸ.

143. ET IN SPIRITVM SANCTVM ] Sic ex illis, pro eo quod alij legunt: SPIRITV SANCTO.

144. personæ ipsius coaptata ] Etiam hoc, pro: cooptata.

145. Credo in Deum patrem omnipotentem, post hæc: In Iesum Christum filium eius, vnicum Dominum nostrum; ita iungitur: Et in Spiritum sanctum ] Rursum hæc cum illis sic lego, quæ prius erant, in ablatiuo.

146. Sicut enim vnus dicitur pater ] Vocè: vnus



ex iisdem adiecimus.

147. in Deum patrem, &c. Quum primus ubique illi hoc & similia in accusativo legant, non recte hoc loco ablativus apud illos reperitur; quare & hoc pacto castigandum duximus, non hic modo sed & postea ubique.

148. adiecta præpositione: in ] Prorsus cum illis adicienda particula: in.

149. SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM ] Ex iisdem adiicio CATHOLICAM, quanquam mirer non explicari eam vocem ab auctore. Viciisim autem apud illos adicienda prorsus vox: HV IVS.

150. Nunc autem ] Recte sic coniecit legendum Manutius, quum illi sic legant.

151. Is ergo ] Illi: Hic igitur.

152. post hos ] Sic lego cum Costerio, pro eo quod illi post hæc, alij: post hoc.

153. Regnorum libri ] Placet hæc illorum & Moreli lectio, præ alia: Regum; quia illa veteribus magis est usitata. Ex quibus etiam paulopost, & adiicio.

154. Salomonis vero tres ecclesiis traditi ] Frobenius apud D. Hieron. legit: Salomon vero tres Ecclesiis tradidit, sed illud habet etiam editio illa vetus.

155. Pauli Apostoli Epistolæ ] Etiam hæc illorum lectio, ut omnia sequentia in nominativo non in accusativo legantur placet magis.

156. Petri Apostoli epistolæ duæ: &c. ] Locus diligenter adnotandus quod epistolam Pauli ad Hebræos (nam alioqui tredecim tantum essent epistolæ Pauli) utramque Petri, Iacobi unam, & Iude unam, Iohannis tres indubitato inter Canonice scripturas iam ab ætate sua Resinus numeret, quodque Petro & Iacobo Apostolis inscribat. De quarum auctore plura hic statueram adscribere, sed ne sim prolixior, lectorem remitto ad Iohannem Driedonem libr. 1. ecclesiasticæ dogmæ. Melchiorum Canonum libr. Locorum Theologicorum 2. & Sextum Senensem libr. 1. Bibliotheca sanctæ; quod opus non ita pridem prodit, dignissimum profecto, quod omnium studiorum teratur manibus.

157. Iudith ] Quam non recte hic sentiat Resinus de ceteris hic commemoratis scripturæ libris, supra alicubi suis locis tractauimus. Ut id ipsum autem faciamus de hoc libro Iudith; imprimis non modo cum aliis recensatur in Canone scripturarum locis in argumento citatis, sed & (vel ipso D. Hieronymo teste in prologo) Synodus hunc Nicæna inter sacras scripturas computavit. Deinde citant tanquam scripturam Canonicam Origenes in cap. ultim. libr. Iulicum, Chrysof. de variis locis in Matth. hom. 10. Ambros. Offic. libr. 3. cap. 3. epistola 83. de virginitate libr. 2. de inst. virgin. cap. 2. ac libr. de viduis latissime etiam eum sua expositione dignatus pro non exigua sui parte; Cyrillus in Iohannem libr. 7. cap. 20. Fulgentius epistola 2. de statu viduarum. Ipse denique Hieronymus, epistola ad Saluinam. Omitto Bellatorem presbyterum, D. Isidorum Hispalensem, & Erabanum nostrum, qui in illum commentati sunt. Certe D. Hilarius Prolog. in P. scilicet, etiam libros Iudith & Tobie annumerari dicit canonice scripturarum, ut xxiiij. libri constituentur veteris Testamenti.

158. Pastoris siue Hermatis ] Legunt illi cum Morelio: Hermes, Costerius: Hermetis. Sed magis placet illud; quod apud Origenem in epistolam ad Romanos

Hermes sed Hermas nominetur; quum tamen utriusque Apostolus Paulus meminerit. Damascus etiam in cathologo Pontificum Herman vocat, & Eusebius libr. 3. ecclesiast. histor. cap. 3. (ipso Resino interprete) Hermæ libellum nuncupat. Hic autem etsi apud veteres Clementem Alexandr. Irenæum, & Ithanasium, citetur etiam ad dogmatum confirmationem, postea tamen à Profero nullus auctoritatis indicatus, & à Gelasio reprobatum est; quippe ex quo tum Casianus suum errorem, tum Arriani suam hæresim comprobare niterentur.

159. qui appellantur duæ viæ, vel iudicium Petri ] An illud qui appellatur duæ viæ, ad librum Pastoris referendum sit, an ad iudicium Petri incertum est. Verisimiliter tamen sit, quod ad iudicium Petri; tum ex veteri editione Hierony. ubi duobus punctis distinguitur à præcedentibus, & sequenti istud ungitur sine ulla interpunctione, ut omittam particulam: vel; tum quod opus illud Hermæ tribus dumtaxat libris distinguitur, quorum primus Ecclesiis inscribitur, secundus Pastor & tertius Similitudinum. Quod tamen si sequamur, censæ præponendam: & particulam: Iudicij autem Petri meminerunt etiam Hieron. & Sophronius in catalogo virorum illustrium.

160. sibi ecclesiæ ac ] Adiecimus hæc ex utroque D. Hier. exemplari.

161. Cur non dixerit etiam hic ] Ex iisdem adiicimus particulam: hic. non placet aut quod habent: dixerint, quia prius ubique singulari numero loquutus est Auctor.

162. in qua ] Ita illis rectius quam alij: in quo. Iterum: aut, pro eo quod alij: ac.

163. Vt Arius ] Hoc in illis adiciendum, legunt vero constanter: & pro: vt. Item paulopost: odi, pro: odium. Pulchre autem deducit singularum istorum hæreses.

164. quid dicat ] Ex ipsis hæc reposuimus, pro: dicit.

165. coæternas Deo animas ] Illis adiecimus vocem: Deo, immo hoc modo castigandus uterque aliqui corruptissime.

166. & post eius successor Photinus ] Non male vetus Hieronymi editio: & eius post hæc successor; pro quo corrupte Froben. post hunc. Atqui recte illi: Photinus, pro: Fotinus, quia & Epiph. in 1. hæres. 7. et Augusti. hæres. 45. sic illum cum aliis veteribus nuncupant.

167. & filium Dei habere initium, &c. ] Hæc in illis desiderantur, atque adeo & supplenda sunt.

168. non tamen & animam ] Viciisim ex illis suppleuimus particulam: & paulopost recte nos: traditionis ecclesiam criminando, pro eo quod illi: traditionem ecclesiæ. Rygebant enim Donatista traditionem codicum.

169. & quod Nouatus sollicitauit ] Recte ita loquitur, nam auctor hæresis fuit nouatus, assertor Nouatianus. Atqui magis placet illorum lectio: & secundas nuptias, cum forte iniri eas necessitas exegerit, condemnando, quam aliorum: & secundas nuptias, iniri eas etiam si necessitas exigit, condemnando, quia alioqui vox iniri, non habet cui respondeat. Quum autem & D. Augustin. hæres. 38. & Epiph. 19. Nouatianis hanc errorem impingant, mirum est nusquam eius meminisse Cyprianum.

170. diaboli debita absoluerit damnatione peccatum ] Hic viciisim illi non recte: absolui. Atqui veluti digito Origenem (quod mirum est Auctor notat: vbi in-

171. vbi indulgentia principalis est ] Froben. adit: causa, sed non est necesse, nec illud habet etiam vetus editio; que tamen legit: principaliter. Vtriusque autem adiciendum ut sensus constet: Et tamen.

172. effici subito videtur ] Ex illis adiicio: subito, et in viciisim adiciendum: & purus.

173. in bonum voluntas mutata ] Idem hoc rectius cum Morelio quam alij: bona voluntas. sane est autem intelligendum quod dicit: auctore malo demone, Ex iisdem adiecimus: & ac paulopost: est.

174. Sed & viciisim sic vetus editio, pro eo quod alij: Sed vltimus. Et videtur illud castigatus, quia sequitur in Symbolo: ET VITAM AETERNAM. Quod tamen, nisi forte tacite, non explicat auctor; Ex utroque vero adiecimus: carnis, cum Morelio. Retinimus autem: Manichæus, pro eo quod habent illi: Manichæi, quia prius etiam sic locutus est.

175. Inde vel ] Illi: Tamen vel. Cum Morelio autem ex ipsis adiecimus: sed videntur.

176. qui iam non carni seruiunt, sed animæ ] Vetus editio Hierony. qui iam conseruiam animæ, sed non placet. Verū ex eodem reposui: meruerunt conseruiam, in ferre, pro eo quod erat: meruerunt conseruiam misceri.

177. maris etiam interdum profundo forbetur ] Illorum hæc lectio placet, pro: soluitur. Ex quibus etiam cum Morelio legimus: redintegrari, pro: reintegrari.

178. quæ lege Dei seminatur in terra ] Prorsus ex illis adiecimus Morelio: terra. Cum iisdem tribus lego: tam, pro: nunc, & æstimator, pro: existimator.

179. ferriq; ] Hoc ex veteri excusio, pro: ferri quoque.

180. vniuersi cuiusque seminis quocūque loci fuerit ratio, &c. ] Illi longe aliter: vniuersi cuiusque seminis granum quocūque loci iactum fuerit, & ceterum germen produceret, ut statum suæ formæ, &c. repararet. Quæ vero sequuntur, tam sunt corrupta, ut sine modo, mederi sit impossibile. Vetus enim editio longe aliter legit, cui consentit Froben. omiſſa unica voce: est. Sic nempe: ratio tamen ipsa quæ inest vniuersi carni, est immortalis: quia immortalis animæ caro est, ex eo tempore, quo seminatis in terrâ corporibus primæ veri Dei voluntati arrisit, collectum, &c. ac reparat illa specie. Verū non minus & hoc obscurū est.

181. fidē symboli ] Ex illis: fidē, adiecimus, sed viciisim in ipsis adiciendum: cauta & prouida adiectione.

182. quæ is, &c. signaculo crucis fronti imposito contingit ] Prorsus sic lego cum Costerio, pro: contigit. Ille vero neutrum sequunt, sed: quam habetis, &c.

183. quod resurgant mortui ] Illi: quod resurgat mortalis caro.

184. ita & in Christo omnes viuicabuntur ] Sic ex illis, adiecto: &, pro: viuificantur, quia exemplaria Apostoli & latina & græca sic legunt.

185. Omnes quidem resurgemus ] Adnotanda est hæc lectio conformis nostro interprete, præsertim quum præcedentia fere iuxta græcum Apostoli exemplar legantur. In cuius confirmationem, latius D. Hieron. epistola ad Minerium & Alexandrum.

186. Nam si credimus ] Hic erat particula: & superflua, & paulopost desiderabatur.

187. qui relictus sumus ] Illi utrobique & rursum postea, qui relictus sumus; perinde est.

188. quasi nouella ] Ex ipsis adiecimus: quasi.

189. Est (inquit) arboris spes ] Hoc quoque ex iisdem pro: arboris. Viciisim autem apud illos & Morel. legendum deficit, non: deficiet, quia græce est ἐν δέντρῳ. Rursum ex iis: ab, adieci & interrogandi notam. Atqui corrupte vetus editio: abierit, pro: abiit, quia græce est. ἄνεβ. Est autem adnotatu dignum, quod hæc dicat interrogantis modo legenda, contra quam hodie fit in latinis & græcis exemplaribus. Mirum est viciisim, quod utrobique legat: cum ceciderit, quandoquidem græce sic priori loco τὸ ἐπιπέλας, & posteriori τοὶ μὲν δέξ.

190. excisæ arboris truncum iterum pullulare de terra, & lignum emortuum iterum vitam recipere ] Rursum hæc ex illis, pro eo quod erat dumtaxat: abscillæ arbori vitam redire. Cum iisdem omniſſimus quo vbi pestime legebatur: quo modo.

191. iterum iam. Et iterum idem dicit: Qui resuscitatus est super terram pellem meam, quæ hæc nunc ] Omnia hæc antea desiderata cum Morelio ex illis adiecimus. Vnde & manifestum est, paulopost etiam debere legi: Qui resuscitabit pellem meam, quæ hæc nunc haurit, pro eo quod erat corruptissime: Quia resuscitabit, &c. quæ hæc non haurit.

192. & hoc quod nunc mortale est ] Etiam hæc ex illis, pro: Et nunc quod, quem admodum etiam paulopost: resurgit, pro: resurrexit. & iterum: non, pro: nec, omiſſa etiam cum illis particula: de, superflua.

193. abique intereccionem ] Illi: interemptionem.

194. Quod autem iusti semper cum Domino Christo permancant, &c. ] Et si disertis verbis non explicet vltimum symboli articulum: satis tamen hic vget vitam eternam.

195. Nec mireris, si sacrosancta sanctorum corpora, &c. ] Prorsus etiam ex illis reposuimus: nec mireris, si, pro: Nec mora, qui aliter etiam legunt quod sequitur: caro sanctorum in tantam gloriam, &c. mutabitur, vt &c. ac re veta rapiatur.

196. conforme corpori fieri ] Rectius hoc illi cum Morelio, quam alij: corporis filij. Græce est enim: ἐν τῷ γενέσθαι αὐτῷ σύμμορφον τῷ σώματι. Adiecimus cum iisdem paulopost voculam: &.

197. Quia coexcitauit, &c. simulque fecit ] Contra hic non placet illorum lectio: confuscitabit, et: faciet; quia repugnant & græca & latina Apostoli exemplaria.

198. Cui enim ] Iterum hoc ex illis, pro: Quid. Item: cōformandi, pro: confirmandi, & corum, pro: sanctorum.

199. Nec hoc tibi ] Adiecimus ex iisdem: tibi, & paulopost hæc verba: rursum corpus animale. Item vocem autem. Cumque ipsi legimus: ex, pro: de. Adiecimus etiam deinde voces: Deus, &: minillret.

200. vt que sancta Trinitas ] Prorsus etiam cum illis sic legimus, pro: atque; item: affectu, pro effectū, & paulopost bis quæ, pro: quid.

201. vt que in peccatorum remissione diuinæ liberati nequaquam ratio &c. Optime sic vet. edit. cui consentit & Froben. præterquam quod legat: & quod; pro eo quod alij corruptissime: atque in peccatorum remissione qui ad libertatem diuinam in ea quæ ratio. Ex utroque autem paulopost adiecimus: &.



AD VIGILIVM DE IV-  
DAICA INCREDVLITA-  
te seu potius Celsi cuiusdam  
in altercationem Iasonis  
& Papisci, Præfatio.

ARGVMENTVM.

**P**refatur latius Auctor in Altercationem Iasonis Hebraei Christiani, & Papisci Iudæi Alexandrini, à se ex Greco translata in Latinum, eamque Vigilio Episcopo dedicat, Martyrium illi prædicans; sui que ut meminerit in caelesti gloria multis verbis rogat. Atqui Altercationis ipsius meminit D. Hieronymus in Genesim, & eius argumentum his verbis Origenes libr. 4. contra Celsum indicat: Quod si quis (inquit) equiore animo Iasonis & Papisci scripta perlegerit profecto comperiet, non irridendum esse librum; in quo Christianus ex Iudaicis scriptiombus cum Iudæo describitur disputans, & plane demonstrans, quæ de Christo exstant Vaticinia, Iesu ipsi congruere. Solus autem Morelius hunc & sequentem Tractatum edidit.

**S**ed si plurimos gentilium scio Vigilii sanctissime, ab ordine atque ratione veritatis auersos, quo minus Dominum noscant, cæcitate mentis errare: tamen magis Iudaicæ plebis insaniam noui aduersus nomen Domini, pertinaciam etiam nunc duritia cordis, ingenita patrum iniquitate, perstare, aduersantis veram salutem, nec inquirentis vitæ æternæ datorum, ut qui delictis stirpis antiquæ sint pari merito nequitiæ genitalis obnoxij, saltem vel sero credentes possint conuersi ad Domini timorem satisfactione omni pænitentia ab iniquitatibus liberari: sed perstat & durat adhuc & semper adusque progeniem succidaneam innata patrum irreligiosa perfidia; quæ aduersum odium nominis domini incredulitatis infamia roborata, nec ad noscendam veritatem potest corrigi, nec ad timorem Dei ipsius monitis doceri atque suaderi. Cum autem doceat Dominus, & ostendat dicens: Ego sum lumen sæculi, qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ: quæ, malum, ratio est, ostensum diuinitus vitæ lumen ommittere, & mentis cæcitate malle tenebras mortis eligere, ut ostendat damnationis suæ propriæ voluntatis libertam & illicitam per-

JOH. 8.

ditionem, contra Deum etiam illa nolle quæ profunt. Secundum quod & per Domini vocem increpatam Hierusalem quod colligi noluerit, Domino illam volente colligere, loquitur spiritus sanctus, & bonitatem Dei manifestat peccatoribus subuenite iugiter velle: Hierusalem Hierusalem, quæ interficis Prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui colligere filios tuos, sicut gallina colligit filios suos sub assellis suis, & noluit. Ad deo Dei voce manifesta, perfidi populi contumacia denotatur, ut etiam salutem propriam suam semper aduersus clementem misericordiam Domini spreuisse doceatur. Propheta item alius, beneuolentiam Dei exhortatione offerens, prædicatione insinuans, proclamat & suadet dicens: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos dicit Dominus. Alias quoque similiter misericordiam suam Deus sempiternam manere demonstrans, addidit dicens: Nolo mortem morientis, quantum ut reuertatur & viuat, dicit Dominus. Quid est ergo reuerti, quam in Christum credendo, per eum qui est via veniendi ad patrem, Deo reconciliatum posse saluari? Quomodo autem reuerti ad Deum possunt, qui ei per quem est agnitio, & reuertio ad Deum, voluntatem Dei prædicanti credere noluerunt? aut quomodo Deum satisfactione placare potuerunt, qui eum qui est satisfactio & placatio pro nobis apud patrem, sacrilega impugnatione persequi maluerunt? Si enim aduocatum Christum habemus apud deum patrem seruare ea quæ nos docuit & monuit, quæque ad patrem locuturus est, sollicito timore facere debemus. Igitur nos qui mente in domini metum prona, mandatorum eius monitis insistimus, & religiosi ac venerabilis cordis fide credulitatem de eius timore concipimus; quid aliud sequi, quid cupere, quid magis velle ac tenere debemus, quam ut omni à nobis mentis antiquæ nocte discussa, & caligine vitæ prioris absterfa, mandatorum domini salutarium memores, ac vitæ æternæ promissa retinentes, ad eius monita vertamur, & in ipsius lumine quod ostendit, firmata credulitate gradiamur; ut qui ignari aliquando salutis futuræ, in erroribus implicati vitæ prioris, ac tenebris aberrauimus, illuminati nunc eius veri luminis claritate

Math. 23.

Zach. 1.

Exech. 18.

1. IOH. 3.

ritate, & ostenso nobis atque parefacto melioris vitæ limite, domini mandata sequenda & gerenda teneamus. Hoc lumen nobis vitæ salutaris exortum, hoc in reparationem hominis natum, de dei patris procuracione ac miseratione, præsidium. Magi primi ab Orientali parte venientes, & stella eius duce, Iudæorum regem palam præscia prædicatione quærentes, adferentes etiam munera, testificata omnibus inquisitione monstrant. Et ne aliquibus, quis ille, esset absconditum; inuentum puerum procidentes genibus adorarunt; sicut testificatur Evangelium, dicens: Cum autem natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt in Hierosolimam dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente & venimus adorare eum; testificantes scilicet veritatem de eo, etiam stellam sibi signum atque indicium natiuitatis ipsius esse monstrant, qua indice natum illum Magis prædicantibus & adfirmantibus, Hierosolymis crederent. Simeon quoque iustus qui in cæcitate constitutus, diuino monitu audierat, se non ante moriturum quam vidisset Christum; cum in templum omni populo præsentem infantem secum inferret mater, & in spiritu natum esse Christum sensisset, acceptum in manus puerum vidit, & benedicens Deum, in conspectu & auditu omnium dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Symeon quod cæcus audierat, euidenti veritate perfectum est; & veritatem quam accepto lumine viderat, benedicens palam, deum populo prædicabat. Ad hoc enim viderat ut referret, & reuelatione sua quod Christus natus fuisset, ostenderet; & perfidi populi initia prima incredulitatis instrueret. Nec hoc solum testimonium de eo scripturarum cælestium veritas perhibet, verum & per prophetas ante spiritus sanctus aduentum eius in hunc mundum futurum, palam mente omnium consciente prædicauit. Nec est obtentus excusationis incredulis, vel ignorasse dei filium Christum, vel nescisse futurum saluatoris aduentum; sicut David manifestat dicens: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scien-

Math. 2.

Luc. 2.

Psal. 18.

tiam; non sunt sermones nec verba, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiit sonus eorum, & transfines terræ fines eorum. In sole posuit tabernaculum suum, id est, in manifesto, in luce, palam seipsum venisse monstrauit; & prædicatione per prophetas, sui ostensione quodammodo, omnibus suam præsentiam probauit. Hoc etiam Isaias, per quem dominus præsentiam suam clara annunciationis manifestatione monstrauit, propheta & dicit: Ipse qui loquebar veni, id est, qui per prophetas ante aduentum mei futuri præloquens fueram, is propria nunc atque præclara voce præsentiam meam testis mei ipse manifesto. Quid euidentius? quid luce præclarus? quid verius potest dici? ut oculis quodammodo perspectus esset, ostendit venisse ipse qui fuerat venturus, antequam veniret; & incredulitate mentes populi perfidi obstruente, venientem nemo cognouit. Sicut idem Isaias in prima increpatione populo proclamat dicens: Cognouit bos possessorem suum & asinus præsepium domini sui; Israel autem me nesciit, & plebs me non intellexit. Palam cunctis sicut ipse prædixit apparuit, & sedentibus in tenebris manifestum vitæ lumen effulsit, & iustitia: perfidorum pectus obfessum, postposita propria ac reiecta salute tenebras potius cæcitate cordis elegit. Frequentatur vbique atque manifestat prophetatio cunctorum, qui sancto Spiritu præmonente, aduentus domini metatores esse soluti sunt; hoc lumen sæculo datum, & diem nobis salutis exortum, viuificandis quoque in eum credentibus destinatum. Docet hoc in psalmis spiritus sanctus & ostendit dicens: Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: à domino factum est istud, & est admirabile in oculis nostris: iste dies est quem fecit Dominus, ambulemus & iucundemur in eo. In hoc die nos ambulare Paulus quoque Apostolus præcipiens & docens ac præmonens dicit: Nunc enim propius est nobis salus quam cum credimus: nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus, id est, in Christo & mandatis eius, cuius lumine ac monitis luminati & in claritate diei eius inuenti, pro-

Isai. 1.

Psal. 117

Rom. 13.



xinam nobis salutem credulitatis in eum mente conspicimus. Solem quoque esse Christum cunctis timentibus eum Malachias propheta testatur & promittit dicens: Vobis autem timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ, & sanitas in alis eius, ostendens ex nullo nobis salutem posse conferri, nisi in passione crucis eius, qua extendens manus cuncta sæculi saluaturus amplexus est. <sup>7</sup> Conuerso ergo ad eum timore credamus, & ad æternitatem vitæ spe futuri regni eius animemur. Quis enim tam stolidus ac demens, quis sic ab intellectu suæ salutis alienus; qui tot & tantis veritatis testimoniis incredulus, <sup>8</sup> non aduersus, in meram fidem obduratum pectus intellectu veritatis emolliat, & tenebris vitæ quondam mortalis exutus, in lumine præceptorum cælestium gradiens, ad diuina monita & Domini salutaria gerenda mandata, illuminato corde, tota mentis ac fidei credulitate conuertat: vt quem Prophetæ prædicauerunt, Deum noscat; vt Christum qui se palam mundo venisse monstrauit, intelligat; vt scripturis diuinitus testificantibus, Dei filium & Deum credat. Sicut ipse, quæ sit vita æterna, manifestat dicens: Hæc est autem, ait, vita æterna, vt cognoscant te solum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum; docens atque ostendens, nihil aliud esse Deum nosse, quam credere & oculos cordis in dominum prona, immo tota pectoris fide deuotæ mentis aperire. Inde iam fit vt credendo intelligas, intelligendo quod credis, in sensu deum illuminato corde conspicias; sicut idem ipse dominus & per Esaiam antemonet dicens: Si non credideritis, nec intelligetis. Tam facili & præstas & larga est atque abundans de domini pietate clementia; vt si quis semel sese in eum toto timore conuerterit, ad cæleste munus admissus; iam eius non nisi ad diuina mens pateat, & ad cælum ac superna oculos cordis ad tollens, Christi lumen parte iam salutis aspiciat. Exemplum ac documentum nostri timoris & fidei, ex ipsius Abraham patriarchæ fidei credulitate monstratur, qui repromissioni Dei mente simplici statim credidit, & ideo ad iustitiam deputati ei condigna remuneratione committitur. Hoc Deus diligit, hoc adpetit hoc in seruis suis benignus remunerat, & honorat simplicitatem mundi cordis; quo

Ioan. 17.

Esai. 6.

Genes. 15.

quidem eius cernimus timorem dilectionis domini, quo probamur: credulam fidem mentis, qua iustitiæ deputamur. Hanc fidem sequi, hunc Dei timorem seruare nos conuenit; qui custodientes verba cælestia, & sperantes promissa diuina, filij Abraham meruimus nuncupari. Quod Apostoli Pauli, qui Dei voce vas electionis est dictus, contestatione firmatur dicitur: Sic Abraham credidit Deo, & accepto latum est ei ad iustitiam. Cognoscite ergo, quoniam qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraham. Hoc Iudaicus populus, cui à primordio legis monita loquebantur, incredulæ mentis duritia, & perfidi cordis insania seruare noluit; & ideo pro diffidentia merito, filiorum nomen amisit: non tamen omnium perfidæ gentis, aduersus nomen domini, quo minus intelligerent veritatem, odio durata mens est. <sup>10</sup> Etiamque spiritus sanctus, id est, Christus dominus noster profectus ex deo patre, venit vt saluum faceret quod perierat Israelis: qui maior ac fortior ad subigenda contumacium colla in timorem sui nominis & potestatem, eos qui aduersus lumen sui claritatem, obstinata etiam mens mentis cæcitate durabant, ad notitiam claritatis & gloriæ suæ tam facile conuertit; quam vt omnes saluos faceret prouidentia suæ diuinæ misericordiæ dignatus aduenit. Nam vt duri cordis tunc & impiæ plebis ad dominum metum ipso domino euangelizante conuersas mentes sileam; vt Apostolorum eius prædicatione multiplicatum in toto orbe & reuersum credentium populum cõtitescam; illud præclarum atque memorabile gloriosumque <sup>11</sup> Iasonis Hebræi Christiani, & Papiæ Alexandrini Iudæi, disceptationis occurrit: Iudaici cordis obstinatum duritiam, Hebræa monitione ac leni increpatione mollitam; victicem in Papiæ corde, Iasonis de Spiritu sancti infusione doctrinam. Qua Papiæ ad intellectum veritatis admissus, & ad timorem domini ipso domino miserante formatus, & in Iesum Christum filium Dei credidit, & vt signaculum sumeret deprecatus, Iasonem postulauit. Probat hoc scriptura concertationis ipsorum, quæ collidentium inter se Papiæ aduersantis veritatis, & Iasonis asserentis & vindicantis dispositionem et plenitudinem Christi, Græci sermonis opere signata est: ad cuius translationem, ad intellectum latinum

Roman. 4.

tinum, animante dei ope, & fidei uiuentis firmitate, seruata verborum proprietate, in trepidus accessi; & his qui ab intellectu Græcæ docilitatis alieni sunt, interpretata, integra significatione verborum, & intellectus omnis ac veritatis manifestatione patefacta, Romani sermonis ratione discussa, disserui, cuius laboris probationem tibi carissime, <sup>12</sup> qui vtriusque linguæ instructione fundatus es, impensa petitione committo; vt qui sancti spiritus veneratione verecundus es, collata vtriusque operis lectione; audaciam verecundæ temeritatis explores; & examine iudicij tui, quæ minus à nobis vel improprie forte digesta sunt, auctoritate spiritus sancti, qui in pectus tuum inundatione gratiæ cælestis influxit, comprobes & emendes: Sitque ad te de ista lectione ab humilitate nostra mandata legatio, & insinuanda tibi in nos prima dilectionis petitio; vt paruitatem fidei meæ, cum discipulorum tuorum instructione atque eruditione coniungas; & me quem in alia parte huius prouinciæ constitutum propter visendos vultus tuos non itineris longinquitas terruit, nec senium ac difficultas fatigati ac fessi iam corporis retardauit, sed animante stimulo domini, & urgente festinata cupiditate properandi, contempta quoque omni tribulatione inopiæ atque penuriæ, quantacunque virium facultate veniendi, sanctimoniam tuæ celebris huc fama perduxit, ad permixtam <sup>13</sup> dilectionis tuæ caritatem, cum vniuersitate fraternitatis admittas; & amore tuo quem discipulis suis dominus hereditatis titulo reliquit, coniungas pariter & adsciscas. Expertum pariter cum fratribus in apertione oris tui splendorem gratiæ luminis Christi sequar; in tractatibus tuis lumen vitæ, quod Dominus ostendit, quod Christus adueniens æternam vitam esse monstrauit. Certe quam mihi lata illa, quam exoptabilis dies est, cum misericordiæ domini fauore accersitione dilata, senectam istam meam proferre contigerit; vt & orationibus sanctorum impense & iugiter deprecantium dominum, Christi martyrem videam, vt coronam iustitiæ, quæ tibi penes dominum deposita est, portare conspiciam. Nec putaueris autem martyrij tibi, secundum præfens votum fidei nostræ, gloriam tribui: tunc inde felicitatis huius collata digna-

tio est; tunc iudicio suo iusto dominus elegit destinatum martyrem, cum te exemptum de iustorum grege atque adsumptum sibi, inopinato constituit altari sacerdotem. Præclara profus & gloriosa vocationis electio, & de domini dignatione noua atque inaudita & mira felicitas; transmarinæ peregrinationis necessitatibus occupatum, ad destinatum tibi munus, ignarum ac nescium repente venisse: atque ita regressus tui tempus ad hoc esse libratum, vt in sperata celeritate veniendi, intelligeres atque dignosceres honorem sacerdotij cælestis inter ceteros tibi potissimum destinatum; & quod iussione domini expectatus venires atque occurreres, referuatus vt ecclesiæ suæ dominus tota miserationis pietate consuleret. <sup>14</sup> Dimicationis plebis mora, quem potius eligeret Episcopum; te quærenti populo suo Christus inopinatum repente obtulit, & complacitum sibi cælestis prouidentia, manifeste aduentus tui improuisa occurrence monstrauit: documentum repentini ac perennis occursum, procurationem dei voluntatis ostendit; vt quod difficili expeditione potuisset occurrere, facili celeritate perfectum sit, urgente domini iussione; & vt prius te in ecclesia dei episcopum stare conspiceres & stuperes, quam venisse dignosceris. Inde dilectionem iam tecum suam dominus initiata charitate firmavit; inde amicitiam tecum, quam discipulis suis cum triumpho crucis suæ tradidit dedicauitque, dicens: Si feceritis quæ mando vobis, iam non dico vos seruos, sed amicos, <sup>15</sup> inde martyrium, inde sacerdotij electionem signauit. Amicitia est, per quam ad Christi vultus admitteris, extraordinaria hostia peruenis. Sic eliguntur iusti, sic probantur religiosi, ac simplices in Christum timore electi; vt autem remunerationi fidei destiteris, autem præmio deuotæ mentis in domino dignus habearis, quam venerit hora decreti, quam exceperis, sententiam Christi, probatam te & paratam hostiam electio cælestis inueniat. Etenim ille te, qui non mendax deus, qui episcopum plebi suæ de improuiso constituit, ille plena dilectione suæ voluntatis te coronabit. Tantum tunc vt nostri memineris petimus, & oramus, cum pudicitia adlectionis domini probata atque immaculata hostia, ante Christi tribunal adstiteris, cum gloriam

Ioan. 15.



gratiæ dei, præmio deuotæ mentis ac remunerationis exceperis; memoriæ hæreat & teneas, vt in sensibus tuis maneat, quam nobis impertire dignaris, dilectio caritatis; vt orationibus tuis peccata nostra veniam consequantur, vt meritis iustitiæ tuæ, vitæ nostræ delicta purgentur. Etenim martyrij instar esse confido, peccatorem iusti martyris petitione meruisse saluari: <sup>16</sup> & vt, cum ipse pro te promouere quod precibus tuis minus possis, martyris meritis libereris. Sic Job iustus pro amicorum trium peccatis à deo rogaturus & impetratus, ostenditur, & probatio timoris eius & fidei domini voce teste signatur. Cum ergo in die liberationis tuæ carissime, repræsentare te Christi vultibus cæperis, cum in aternitatem perpetuareque viuendi regnare cum Christo feliciter successeris, in domini misericordia, <sup>17</sup> in mente iam habes puerum tuum Celsum sanctissime.

AD NOTATIONES IN altercationem Iasonis & Papisci.

1. Etsi plurimos gentiliū scio Vigili sanctissime] *Optime quidem quæ de hoc Vigilio postea narrat, conuenient in D. Vigiliū episcopum Tridentinum & martyrem, sed videtur Auctor iste vetustior, etiam si Ambrosij ætate vixisse illum dicamus.*
2. A deo Dei voce manifesta] *Prorsus ex coniectura sic lego, pro eo quod erat: à Deo, dei voce; quod alioqui superflua erat eiusdem repetitio. Sic etiam paulo post: exhortatione offerens, prædicatione insinuans, pro eo quod legebatur: exhortatione, prædicatione offerens, insinuans.*
3. vt omnia nobis] *Etiā hoc restitui, pro: vt omnia nobis.*
4. Symeon quoque iustus qui in cæcitate constitutus] *Mirum est quod etiam secundo repetit, Symeonem hunc cæcum fuisse; neque enim id apud quenquam me legisse memini.*
5. mntes populi perfidi obstruente] *Rursus hoc reposui, pro: mentis.*
6. perfidorum pectus obfessum] *Vox quæpiam hic desiderari videtur.*
7. conuerso ergo ad eum, &c. & spe futuri regni eius animemur. Quis enim] *Prorsus etiam hoc lego, pro eo quod erat: cōuerso ad eum, &c. spem, &c. Quis ergo.*
8. non aduersus in meram fidē] *Locus corruptissimus. Sic etiam paulo post mira est congeminatione: cordis, peccatoris, mentis.*
9. quo quidem eius cernimus, &c. *Etiā hic locus obfessus est & corruptus.*
10. Etiamque Spiritus sanctus, id est, Christus dominus noster] *De hac veterum phrasi, quæ etiam Christum spiritum sanctum vocabant, vide supra libros: Quod idola dij non sunt, & de montibus Sina & Syon. Atque*

tab. 42.

*hinc videtur conscripta hæc præfatio ante hæresim Arianam. Immo ex stilo, iam ætate Cypriani, conticiscam] Rursus hoc restitui, pro: conticiscam.*

11. Iasonis Hebræi Christiani & Papisci Alexandrini Iudæi] *Vel hinc & ex eo quod sequitur: ad cuius translationem, &c. pater, non aliud esse hoc scriptum quam præfationem, vt latius in argumento diximus. Quamquam etiam iste locus videatur mutilus. Porro Iason iste Thessalonicensis fuisse dicitur, cuius Roman. 16. & Actuum. 17. fit mentio, quemque Dorotheus Tyrius in Synopsi. postea fuisse scribit Troadis primum episcopum:*

12. qui vtriusque lingue instructione fūdatus es] *Hæc & sequentia optime in D. P. igil. quadrarent, quippe qui & Athenis studuerit, & inde reuersus statim ad episcopatum raptus sit, ac postea ad martyrium, qui etiam quosdam tractatus conscripserit; sed sicut iam diximus, vetustior fuisse auctor videtur.*

13. dilectionis tuæ caritatē] *Omniō sic lego, pro eo quod erat corruptissime: dilectus tui. Non male etiam legas: dilectioni.*

14. Dimicationis plebis suæ mora] *Fortē: Dimicantis.*

15. Inde martyriū] *Etiā hoc lego, pro: martyrem. Tantum tunc vt noui meminetis, &c.] Prorsus simile est sed luculentius Epiphonema, illi Cypriano de habitu Virginitatis & de bono pudicitie, mire confirmans inuocationem sanctorum.*

16. & vt cum ipse pro te] *Iterum mutilus aut corruptus est hic locus.*

17. in mente iam habe puerum tuum Celsum] *Hinc patet Auctorem huius translationis, non Cyprianum sed Celsum quendam; nisi forte velit quis legere: Cæcilium. Porro obstat ætas senectutis, in qua transulisse hæc auctorem constat. neque enim est verisimile Cyprianum in episcopatu suo hæc scripsisse, vt omittam quod martyrio prohibitus videatur, ne ad senectutem perueniret.*

ADVERSUS IUDÆOS QUI INSECVTI SVNT dominum nostrum Iesum Christum incerto auctore.

ARGVMENTVM.

Iudæos Auctor multis scripturis impugnat, quod Dominum Iesum non agnoscerent. Atque Cypriani nō esse, stilus satis cōvincit, Auctoris tamen vetustatē indicat citatio scripturarum iuxta 70.

**A**D TENDITE sensum & intelligentiā vestrā & in spiritu sancto, vt non tantum auribus audiatis, sed etiam oculis cernatis diuinum Christi sacramentum. Cernitis autem per fidem vestram: audire enim necessitatis est, credere sollicitudinis. Aurium officium est, indifferenter

differenter pariter vana atque vtilia perspicere; fidei autem, nisi quæ probauerit credere. Neque enim quicquam prodest libenter audire, nisi credulitas auditum confirmet. Fidei oculi sunt spiritus, per quem videntur spiritalia. Si ergo vos estis spirituales, intelligite cælestia. Similia enim sui familia recognoscunt: etiam muta animalia de vocis sono inuicem se intelligunt, leones fremitum, tauri mugitum & miles tubam. Quanto ergo verius spiritalia spiritalia intelligunt, cælestes & hæredes patris sui præcepta, & ea quæ testamento patris cauta sunt: Vos ergo cum scitis Christi hæredes, intelligite testamentū eius. Quod si quis per ætatem minus docibilis est, ad intelligendum, habet spiritum sanctum interpretem, illum sequatur, illo duce & magistro facillime poterit noui testamenti iura virtutemque cognoscere, quod hæreditas gentibus contributa est, hoc modo.

Genes 1. & sequ. cap.

Deus & pater in principio fecit hominem sua manu, eumque posuit in paradiso, data certa conditione præceptorum vitæ legis & testamenti. Ille autem contemptis patris præceptis, expulsus est paradiso in suam terrigenam natiuitatem, in qua etiam defunctus est: sed deus suscitauit genus iustum de semine Adæ, quod semen conseruauit in populum, super filium Noe, & hæredes eius. Ex illo genere inuenit hominem iustum, cui imperauit, vt faceret fabricam in modum machinæ, capacitatis certæ mēsurarum compagibus; vt illa conditus cum suis filiis Noe, seruaretur per illud genus: sed iusserat deus, propter iniustitiam hominum, orbem terræ aquis inundantibus deperire. Igitur postea saluus factus est cum suis Noe, cui constituit & deus præcepti sui testificationem dicens: Omnes res cibis vobis, quasi pabulum olerum; excepta carne in sanguine vitæ: & posuit huius testificationis signum in arcu. Post hæc rursus dominus deus testificatus est Abraham in Isaac, hoc modo dicens: Tibi dabo hanc terram & semini tuo, & faciam te patrem multarum gentium. Et exinde increuit semen in multitudinem populi, & diuisum est in duodecim patriarchas. Sed etiam illis quoque dominus testificationem posuit in monte Choreb per Moysen, de quo loco expulsis gentibus, constituit illic populum quem accepit & possedit promissa sibi hereditate: quibus etiam pleraque signa &

Genes 9.

Genes 17.

Exod 3.

miracula ostendit deus, quasi charissimo filio; Sed idem populus perceptis tot tantisque beneficiis, aduersatus est patri & dereliquit deum viuum. Dereliquit enim Israel dominum, ostendens ei terga, & non faciem: nam faciem suam conuertit ad idola; & interficiendo missos ad se prophetas, qui de Christo prædicabant, exinde consuevit Israel persequi Christum: non tantum in corpore aduenientem, sed etiam cum à Prophetis adnunciaretur. Vniuersos etenim vates persecuti sunt, ex quibus quosdam lapidibus insectati, alios indigne excruciendo, peremerunt non tantum ipsos, sed & per eos dominum Christum. Quæ enim huius probatio? scilicet eo quod insimulatos & infidos, & perfidos, & mendaces, & contrarios Christi susceperint; veros autem & fidei plenos impugnaverint. Moysen maledicebant, quoniam Christum prædicabat: Dathan amabant, quoniam Christum non prædicabat. Aaron repudiabant in sacerdotio, quoniam Christi similitudinem præferabat: Abiron constituebant, quoniam Christo contradicebat. Dauid oderant, quoniam Christum canebat: Saul extollebant, quoniam Christum non loquebatur. Samuel respuebant, quoniam Christum loquebatur: Agag seruabāt, nihil enim de Christo loquebatur. Hieremiam lapidabant, Christum vaticinantem: Ananiam diligebant Christo aduersantem. Isaiam secabāt, Christum vociferantem: Manasse magnificabant, Christum persequentem. Ioannem interimebant, Christum demonstrantē, Zachariam trucidabant Christum diligetem: Iudam diligebant Christum tradentem. Videtis quemadmodum Christum qui diligunt, odiuntur: qui odiunt amore flagrant apud indignam plebem. O pertinaciam persecutionis dignam vsque ad mortis extinctionem. non enim tantum modo testes domini impugnaverunt, sed & ipsi domino perfidi coloni, cōtumeliam fecerunt patri in filio. Quid igitur digni fuerunt pati ad hoc admissum? scilicet fugari de regno, abdicari hereditate: & ita factum est, & ita euenit, digna dignis obtigerunt. Pater enim contumeliam passus in filio, filius perpeffus in Prophetis tempore quo moriebantur; in suo tempore coactus est in indignatione scribere nouum testamentum, adhibitis testibus cælo & terra, & angelo de templo as-

Hiere 3.



*Esai. 1.*

sistentibus Moyse & Helia . Hos enim testes adhibuit , cum pateretur in Israel; hæc ita facta prædixit per prophetas, his verbis : Audi cælum & præbe aurem terra , quoniam dominus locutus est : Filios genui & exaltaui ; ipsi autem me spreuerunt . Has voces effudit dominus in Israel , vociferans & dicens : Vos me noluitis , alij me recipient , qui nondum nec mentionem mei audierunt . Vos nuptias meas spreuistis , alij ibunt qui non sunt vocati . Vos meum rus & vineam meam colere recusastis , unde fructus iustitiæ proueniunt , alij colent & fructus capient in deo . Quæ est ista tam dira mens & execranda cogitatio ? Interficere ergo potuistis regem & sponsum ? propter hoc testes sunt cælum & terra , & quæ in illis sunt elementa : Insuper omnis creatura testis est in mortem Christi . O nouam crudelitatem : <sup>6</sup> commota est omnis natiuitas in domini passione ; populus mansit immobilis sine trepidatione . Angelus in pœnitentiam conciso velamine refugit ; plebs autem sine pauore , integra veste permansit . Conuersa sunt elementa & confusa ; Israel securus durauit . O duritia noua , ô audacia singularis , ô perfidia cruenta . Pilatus exteræ gentis , iudex secularis , potestate tēporalis , purificauit manus & abluuit scelus necessitatis , dicens : Innocens & immunis sum ab huius sanguine ; plebs autem nec alienum nec exterum imitata est , & insuper adclamabat ; Adfige in cruce , tolle : sanguis huius super nos & super filios nostros . Violenta crudelitas , & plebs inhumana : & corda obtusa , & oculi reclusi , interfecerunt bene merentem suum nec lacrymas profuderunt . Lugebant Apostoli , & populus gloriabatur : tremebat terra , & plebs lætabatur ; iudicabatur Dominus , & Israel exultabat : patiebatur Christus , & impij exclamabant : <sup>7</sup> cruciabat dominus ; & plebs lætabatur : suspendebatur dominus ; & plebs epulabatur : hac ignominiosa sua sollempnitate iniqua consilia consignauerunt , delicto crudelitæque sua . Dic mihi & loquere impie Israel talem hostiam obtulisti , patri immolando suum filium ? talia profudisti libamina , sanguinem pignoris acceptissimi Deo ? ducebas choreas Hierusalem , cum interficeretur Christus ; factis vocibus cantus dabas cum diceres : Adfige , suspende . Propter hoc in fame & in ægritudine : Popule Is-

*Esai. 1.*

rael ( quæritur de te dominus ) neomenias , ait , sabbatum & diem magnum non patior ; ferias & ieiunium execratur anima mea , nec immerito deus odiuit cæremonias vestras , in quibus vnicum & primarium filium eius peremistis . O diem durum , & horam flebilem , & sollempnitatem lugubrem , & terram infaustam , & ciuitatem profanam , & populum domini necè cruentum . Interfecerunt enim dominum , & latronem liberauerunt .

Ob hanc ergo causam coactus est dominus nouum facere testamētum , <sup>8</sup> consignatum septem signaculis , teste Moyse & Helia in monte ; vbi præcepit ne paterefet scripturæ sacramētum , nisi filius hominis resurrexisset à mortuis : sed mox ut surrexit dominus die tertio , aperuit testamentum nouum testamentum vitale , atq; ita dixit : Venite exteræ gentes hæredes mei ; Israel enim non obaudiuit : quapropter ite discipuli in vltimam vsque terram , & prædicare per orbem his verbis : Venite vndique patriæ gentium , introite , introite in æternam hæreditatē . Israel enim noluit . Ne dubitetis : nulla hic exceptio est , nec ingenuitatis , nec dignitatis , nec conditionis , nec positionis , nec formæ , nec ætatis : licet dignitate magnifici , licet nobiles , licet senes , licet iuuenes , licet pauperes , diuites , boni malique , domini atque serui , æqualiter introite in hæreditatē : & si pedibus captus esset , copore deformis , etsi maculis turpis , & capite defectus , etsi oculis defectus videatur , vniuersis libere licet discumbere in conuiuio , & epulari nuptias sponsi . Ne hominem pudeat nec ætatis , nec humilitatis , nec valetudinis , nec conditionis , consuevit enim dominus huiusmodi hominem sustinere . Nam & cæcis oculos restituit , & claudos ambulare fecit , & mutis sermonem reddidit , & maculosos emundauit , & mortuos suscitauit . Ne timeatis qui peccastis : priores ad vitam venite , nec qui homicidium fecerit pauet , quia fecerat ; nec qui furatur aliena , desperet quia inuolauerat ; nec publicanus timeat , quia concusserat . omnibus enim remissio peccatorum statuta est , & tales dominus desiderat humilitate abiectos , & specie indecoros , & valetudine fractos , & seruitute depresso . Beati enim & gloriosi & magnifici , & potentes & diuites & fortes , noluerūt acquiescere domino , neque introire in nuptias sponsi ; insuper in-

*Math. 17.**Math. 19.*

per indignissime peremerunt . Propterea factus est altissimus quisque eorum , humilissimus ; & fortissimus , inualidus & ; prudens stultus ; & nobilis & diues , pauperissimus & heres abdicatus : quoniam quidem ipsi abdicauerunt regem modestissimum & benignissimum , dicentes : Ignoramus quis sit hic ; non enim est Rex noster ; habemus alium regem Cæsarem , propterea habent quem petiuerunt . Tunc completa est prophetiæ vox , quæ prædixit illis : Vos noluitis aquam Siloam quæ vadit silentio , sed magis voluistis aquam Rassin . Quapropter induco vobis regem Assyriorum , qui montes vestros in planum dabit , & introibit terras vestras . Atque ita factum est . Repudiatus enim Christus à populo , misit tyrannum quem voluerunt ; qui ciuitates eorum diruit , & plebem captiuitate damnauit , & spolia accepit , & ad solitudinem Sodomæ patriam eorum redegit : Nam dominus ex indignatione abstulit ab Hierusalem ; virtutem panis & aquæ fortē gigantem hominem & bellatorem , iudicem , prophetam , destinatorem & senem laudabilem , conciliatorem & peritum architectum , & prudentem adiutorem . Hæc omnia autem auxilia munitionis propugnaculo transtulit ad gentes , & omne regnum suum infixit signo ; inhabitauit in illis , & castra metatus est liminis , & ibi constituit virtutis exercitum , ibique regnavit . Non est iam regnum Hierusalem , sed in nobis : Hic castra , hic exercitus , hic dux , hic virtus , hic sponsum , hic nuptiæ , hic Rex , hic Christus , hic vita , hic suscitatio , hic æternitas ; hic est qui ab initio figuratus est , & à prophetis honoratus , & in visceribus corporatus , & in Iordane tinctus , & à populo contemptus , & in ligno suspensus , & in terra sepultus . Hic est qui rupit verum suum testamentum , & scripsit nouum , quo gentes <sup>9</sup> ad possessionem bonorum suorum vocauit : ideoque nos gentes humeris nostris crucem domini nostri gestamus , crucem quam confessus est Israel dominus ; qui eos placide adloquebatur his verbis : Venite ad me omnes qui sub onere laboratis , & ego vos reficiam . est enim iugum meum placidum , & onus leuissimum ; & responderunt : non audiemus ; sed gentes nostræ exaudierunt , & crediderunt verbo salutari , quo patefactæ sunt aure eorum , & oculi illuminati cæcorum , &

*Math. 11.*

elocutæ linguæ impeditorum , claudi profilierunt velut fera lasciuiens . Christus enim cum suo regno sedem posuit illis ; plebs autem derelicta , nuda , deserta , viduata regno cælesti atque terrestri ; nam a cælesti abiecti sunt , consecuti omnia instrumenta quæ possederunt , lychnum sepem luminum , & machinam testamenti , & vasa ærea & tubas , & panem de cælo , & terram sanctam lacte & melle profluentem ; hac hæreditate priuatus est Israel , & nunc derelictus in omni sua terra sine alimento , sine luminis auxilio . Auxilium enim & præsidium interemisti , & lumen persecutus es , & protectorem repulisti , & sponsum adfixisti , & regem suspendisti : propterea exules de patria tua , oberrans circa gentium flumina , <sup>10</sup> voce supplicum precem fleuisti dicens : Expulsus sum miser de propriis sedibus meis , hospes & advena factus sum alienæ possessionis , sine domo , sine tecto , miserere deserti & impij & indigne victi . Hæc pœna in Israel est , hæc condicio in Hierusalem ; & nisi conuerterint mentes , & dixerint : Viuit dominus in sæcula , non poterunt intrare in domini vitam . Viuit etenim , & viuunt hæreditates eius ; & viuunt quem interfecistis impie in Hierusalem : & tamen non tibi totam spem denegauit dominus , dedit enim veniam penitentiae , si quo modo possis pœnitere . Quis tam bonus , quis tam pius , tam misericors ? Accipe , inquit , salutem , licet me occideris : hæres esto cum virgine licet non merearis . Ignosco si te pœnitet . Ergo si fas est , sic capite mentem bonam vel sero vel tarde intelligite testamentum nouum . Eia vos gentes , absoluite illis scripturas suas , & dicite : Adorate dominum pro meritis suis , <sup>11</sup> quod manus eius extenderis , licet exaggeres orationem tuam non exaudit , manus enim tuæ plenæ sunt sanguine . Lauamini , mundi estote , & venite colloquamur , dicit dominus deus ; eluite sanguinem ex vobis , & emundabit corda vestra super niuē , & animas vestras super lac . Accedite huc , scripturis credite , hic est salus de Sion dei , exiet verbum de Hierusalem , iudicabit in medio gentium , & corripiet plebem multam . concidant gladios suos in aratra , & frameas suas in falcibus commutent : non sumet gens contra gentem gladium , desinent enim belligerare . Et tu domus Iacob , venite eamus in lumine domini ;

*Esai. 1.**Esai. 2.*



domini; remisit enim plebem suam: completa est regio tua praelagiis alienis, & filij alienati sunt. Tua enim ipsa terra est, & exterum factum est genus domini. Venite ergo, intrate, & esto quasi vna gens: <sup>12</sup> misere erratum: equum est honorificati sententia dei, qualiter magnifici prostrati sunt, & humiles alleuati; fortes, debilitati, infirmi confirmati, diuites ad paupertatem redacti, hereditati dominantes serui, <sup>13</sup> dominatui subiecti ad regnum vocati; videntes orbi, orbi illuminati; prudentes ad stultitiam, stulti ad prudentiam conuersi. Etenim qui quondam vecordes, & indocti spiritu, nunc scripturas docent, & sciunt, & intelligunt: qui autem ab initio docti & periti & legis disciplinam scientes, nesciunt legem, nesciunt legere, nec intelligunt spiritalia: & qui ex illis prudentibus cupiens videre venit, intelligit, rogat puerum, aut paruulum, aut anum, aut viduam, aut rusticum; dicens: Viuere cupio, dux esto mihi in Sion: enarra mihi nouum testamentum, reconcilia me domino: ecce trado me tibi discipulum, interpretare mihi legem, quae acta sunt in Choreb, disere praecpta quae in Sion, & intellige sine litteris. Differit scripturas eis, & puer docet senem, & anus persuadet diferto. Correptus ergo Israel sequitur iniecta manu ad lauacrum, & ibi testificatur quod credit, & accepto signo purificatus per spiritum, rogat accipere vitam per cibum gratiae panis qui est in benedictione & fit mirum spectaculum: & qui Leuitae offerebant, & sacerdotes immolantes, & summi antistites libantes assistunt puero offerenti discum; <sup>14</sup> Docentur qui olim docebant, & iubetur eis qui precipiebant, & intinguntur qui baptizabant & circumciduntur qui circumcidebant: sic dominus florere voluit gentes. Videtis, quem admodum vos Christus dilexit.

## ADNOTATIONES.

1. Attendite sensum & intelligentiam vestram &c. Videtur alludere ad illud Philipp. 4. Pax Dei, custodiat sensus & intelligentias vestras, &c.
2. cum filiis suis ] Prorsus sic legendum, pro: fratribus. Neque enim Noe arcam ingressus est cum fratribus, sed cum filiis. Similiter paulo post: arca, pro: arca. Posuit enim testimonium federis Deus in arca cali suae iride.
3. in monte Choreb ] Sicuti alios omnes, sic & haec scripturam iuxta 70. citat; qui: Choreb, legunt, pro: Oreb.

4. Agag seruabant ] Etiam hunc locum sic restitui, pro eo quod erat Acham; neque enim vspiam seruasse Acham leguntur iudaei, sed 1. Reg. 15. refertur peperisse Saul & populus Agag regi Amalech.
5. in indignatione scribere ] Adieci ex coniectura in.
6. commota est omnis natiuitas ] Natiuitas pro creatura. Est autem mirum quod dicit: Angelus in penitentiam conciso velamine refugit.
7. cruciabatur Dominus. Adidi & vocem Dominus, prorsus necessariam.
8. conignatum septem spiritibus ] Quum alludere videatur ad librum (de quo Apocal. 1.) signatum signaculis septem, prorsus legendum censeo: septem signaculis, nisi quis malit legi: a septem spiritibus, quippe quorum etiam Apocal. 1. fiat mentio.
9. ad possessionem bonorum suorum ] Ex coniectura sic quoque hunc locum restitui, pro: ad passionem,
10. voce supplicum precem fleuisti ] Mira est phrasus, aut certe locus mutilus. Sic & illud nescio quid sibi veliteres esto cum virgine.
11. quod ad manus eius extenderis ] Legendum censeo: quum manus tuas extenderis. Hoc enim legunt 70. Esaiæ 1. unde sumpta sunt sequentia.
12. miserere errantium ] Rursus videtur hic locus mutilus.
13. dominatui subiecti ] Etiam hoc lego, pro dominati. Videtur autem rursus mutilus locus, aut certe sollicitus, ubi legitur paulo post: interpretare mihi legem quae acta sunt in Choreb.
14. Docentur qui olim docebant ] Omnino adieci: Docentur, antea desideratum; quod alioqui sensus non constaret.

## TRACTATUS DE REVELATIONE CAPITIS Beati Ioannis Baptistae incerto Auctore.

## ARGUMENTVM TRACTATUS sequentis.

TRACTATUS iste late tractat, tum officium D. Ioannis Baptistae translationem ex Sebaſte Alexandriam, tum capitis eiusdem & reuelationem & translationem in Gallias sub Pipino Galie rege Caroli Martelli filio. Atque ad hoc recte Auctor, non tam sentit Decolationis festum dici debere quod celebratur IIII. Kalend. Septembris. quam aut Collectionis aut Inuentionis. Quod ipsum asserunt Martyrologia, Bedae, Adonis, & Vuarati, tum ad dictum diem, tum ad VII. Kalend. Martij. Atqui luce meridiana clarius est, Cypriani non esse, quum (uti recte adnotauit Erasmus) inter Cyprianum & Pippinum immensum sit annorum interuallum. Quisquis autem sit, est Vincentio Bellouacensi vetustior, quippe qui ad

verbis

verbum fere haec transcripserit; & fortassis etiam Segeberto, qui etiam translationis huius capitis meminit.

**N**

ARRAT Iosephus vincitum fuisse abductum Ioanem Baptistam in Castellum Macherota, ibique caput eius truncatum fuisse: narrat historia Ecclesiastica sepultum in Sebaſte ciuitate regionis Palaestinae, quae quondam Samaria est appellata. Post longum vero tempus monumentum eius pagani inuaserunt, & ossa per campi planiciem dissipauerunt, rursumque collecta igne concremauerunt, & postea per agros cremata proiecerunt. Postea vero aduenerunt quidam monachi religiosi viri de Hierosolymis ad locum eiusdem monumenti, audientes ea quae Ioanem acciderant, & quidquid potuerunt ex ossibus illius colligentes, ad patrem suum Philippum detulerunt Hierosolymam, & ille transmisit ea cum aliis viris religiosis Athanasio Alexandriae pontifici fidelissimo. Ibique miro modo fuerunt seruata, usque ad tempus Theophili eiusdem urbis episcopi. Qui Theophilus iubente Theodosio principe omnia idolorum fana in illa regione Christo fauente destruxit, & ecclesiam mirae magnitudinis construxit, & in honorem eiusdem sancti Ioannis Baptistae consecrauit, & illius ossa quae sibi direxerat suprascriptus Athanasius, in eadem ecclesia congregatis ibi vicinis pontificibus ex omni parte cateruatim, omnibusque ordinibus clericorum & populorum, honorifice constituit. Igitur accedente Paschali festiuitate decollatus est Ioannes Baptistae imperante nequissimo Herode, qui dari saltanti puellae caput eius iussit; & multo post decollationem eius, accedente illo anno quo constructa est Ecclesia in nomine eius, & ossa eius ibidem collocata a Theophilo pontifice, iubente Theodosio principe, in honore eius consecrata est quarto Kalendas Septembris. Sollemnitas namque eius mirifice est consecrata in dedicando. Caput autem illius tunc temporis repositum adhuc erat in loco, quod illud in absconso vxor Herodis deposuerat, nemine sciente postquam a filia in disco suscepit. Si quis omnia plenius voluerit scire, chronica Marcellini principis legat, & ibi reperiet, duos monachos ab Oriente in Hierosolymam venisse causa orationis in tempore Marciani Imperatoris. Quibus monachis in visione angelica dictum est: Ite ad palatium Herodis, qui quondam hic fuit perfidus princeps introeuntes perspicite diligenter, & vbi fumum e terra ascendentem videritis, fodientes ibi caput Ioannis Baptistae incunctanter inuenietis. Et ita fecerunt, & cum magno honore claculum secum Hierosolymam deportauerunt. Et non multo post a latronibus raptum est: qui mittentes in quendam specum ibidem dimiserunt, donec idem Ioannes Christo auxiliante cuidam viro religioso nomine Marcello sacerdote, qui in eodem specu morabatur vt eremita, reuelauit dicens: Accipe caput meum, quod in hoc specu depositum est a latronibus, & defer illud Iuranno episcopo, qui nunc praest Alexandriae ciuitati post Theophilum Deo carum, vbi reliquiae corporis mei requiescunt. Et sic fecit Marcellus Christo annuente. In eadem igitur sollempnitate collectionis reliquiarum illius & translationis & ecclesiae consecrationis, allatum est caput Ioannis Baptistae ad ciuitatem Alexandriae a Marcello presbytero, & datum Iuranno episcopo, quarto Kalendas Septembris. Et Iurannus suscepit illud collocans mirabiliter in eodem loco perpetim custodiendum. Et ideo hodierna festiuitas collectio beati Ioannis Baptistae, non decollatio nominanda Christo annuente; & inuentio ac reuelatio capitis eius. Iamque idem vir domini Iurannus episcopus, & Marcellus sacerdos feliciter ad Dominum ex hoc mundo in pace migrauerant. Annis euoluentibus non plurimis cuidam viro religioso sacerdote ac monacho Felici nomine, qui orationis gratia ab occidentali parte in illis diebus Hierosolymam adierat, angelica visione dictum est: Felix surge concitus & perges ad ciuitatem Alexandriae inuenies ibi ecclesiam in honorem sancti Ioannis Baptistae consecratam, vbi caput eius cum tribus paruulis innocentibus reconditum est. Quod accipiens transfer in partibus Galliarum in regione Aquitaniae in locum quem tibi ostendero. De qua visione certus & expers factus reverendus senex gaudio amplissimo repletus; pergens illico vbi iussus fuerat, sicut ei dictum fuerat, cuncta reperiens, rectori sui itineris grates innumeras rependit, properansque ad locum, thesaurum

rum



rum sibi à Deo destinatum in vnus sportellæ conclusit sinu: Statimque retro iter arripiens, iunctis sibi sociis septem fratribus suis, qui cum eo abierant, vallansque clam omnem regionem illam, perueniens ad littora maris inuenit nauem cum remigiis ac gubernaculis à Deo paratam; quam ingressus est cum thesauro & magni pretij margaritis. Igitur fratres & socij eius descendentes cum eo in navi, gratias agentes in hymnis, & laudibus Deum benedicentes, alta petunt æquora. Cùmque in mare iter agere cœpisset, Felix eleuatis oculis ad cælum palmas tetendit dicens: Domine Iesu Christe qui fecisti cælum & terram; mare & omnia quæ in eis sunt, & profundum abyssi intueris, qui super vndas maris siccis pedibus ambulasti, & Petrum mergentem manu erexisti, & Paulum ter de naufragio liberaisti libera nos <sup>11</sup> de magnis fluctibus huius pelagi, vt viuentes benedicamus nomen tuum in sæcula sæculorum. Mittere etiam domine dignare sanctum angelum tuum de cælis, vt sit dux itineris nostri, sicut fuit quondam patribus nostris, quando eduxisti eos de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu tua valida, & perduc nos recto itinere ad locum opratum, ad sanctas & preciosas margaritas collocandas. Hæc & his similia orante beato Felice, ecce nubes lucida descēdit supra nauem, & de medio nubis egressa est columba ad instar niuis candida, & super puppim nauis immobilis perstitit, tam in die quam in nocte, vsque dum in partibus Aquitaniæ ad litus maris Oceani pertingerent. Cùmque non longe à terra se esse cognouissent, diuertunt ad portum qui appellatur Angolismensis, qui est situs in pago Alniensi. Ibi que cuncte de navi ad terram, paulisper requiuerunt. Mouentes autem ex eodem loco, duobus miliaris peractis, inuenerunt eminus corpora mortuorum, <sup>12</sup> regem videlicet Vandalorum cum omni exercitu suo iacentem super faciem terræ, vt opinor quasi viginti millia virorum. Quoniam egressus fuerat isdem populus cralla ceruice <sup>13</sup> de \* vagina sua per mare cum classe magna, & ventus vehemens irruit in eos, & tranſiuit in partes occidentis in supradictum portum Angolismensem. Nunciaturumq; est Pipino regi Aquitanorum, quod gens Vvandala regnum eius inuaderet.

\* regione

Misitque in omnes terminos Aquitanorum ac Xanctonicæ, nec non Angolismæ, siue omnes terminos eorum, vt contra eos pergerent ac dimicaret: quia isdem rex Pipinus tunc morabatur in territorio Alniense <sup>14</sup> super fluium Vultonæ, in palatio qui vocatur Engeriacus, inter medios fines Pictanorum ac Xanctonicæ. Denique cum isdem rex Pipinus cum omni multitudine armatorum occurreret hostibus suis, fecit dominus salutem magnam omni exercitui suo, ita vt nullus euaderet ex hac multitudine, qui non cæde vastaretur. Supradictus autem rex videns sibi à Domino auxilium de cælo fuisse præstitum, & vltionem de inimicis, ita vt non minuerentur de exercitu suo, <sup>15</sup> nisi viginti viri quos præ cæteris valde diligebat. Quos accipiens, singulis deposuit feretris. Latus pro victoria, mœstus pro amissorum funeribus exercitum reuocat, pergere cupiens ad propria. Cùmque ab hac cæde quasi quatuor miliaribus disuncti essent, figere tentoria imperat, pressusq; somno stratum suum parari in papilionibus iubet. Tunc pro lassitudine somno ingruente vox diuina oblata est, dicens ad eum: Cur te piger somnus ita pressit? Noueris magni viri Ioannis Baptistæ caput ex transmarinis partibus ab oriente cum tribus paruulis innocentibus ad hunc pagum deferri, & propter eius meritum in hoc prælio diuinitus victoriam tibi à Domino esse collatam. Respondit ei Rex Pipinus in visione dicens: Si tanta beneficia propter eius meritum in me vigent, indica mihi quid agam: aut quemadmodum inuestigare vel inuenire potero eum. Respondit ei vox diuina, dicens: Ecce post tergum tuum sequuntur te septem fratres in habitu peregrinorum, & vnus qui cæteris præesse videtur Felix vocatur. Vade <sup>16</sup> in occursum eorū cum paucis, & in humilitate cordis benigne suscipe: adornatæque preciosissimas margaritas, pacifice tecum ducere coneris, & videbis magnalia Dei. Vir autem Domini Felix visa tanta multitudine caſorum corporum, pauore perterritus, tamē de adiutorio Dei confisus, confortat socios, & vt paulisper iter agerent, admonet. Diuertentesque ex aduerso, paruulum sibi statuerunt habitaculum, vt eadem nocte vsque mane in eodem permanere potuissent. Prædictus autem rex Pipinus à somno cuigilans

cuigilans, intra semetipsum cogitare tacitus cœpit ex visione quam viderat; quid agere deberet, recogitans quia in antiquis est sapientia, & multorum peritorum prudentia. Mittensque concitus accersiri iubet virum prudentem, ac bonis operibus pollentem nomine Felicem, vt de tanta manifesta visione dominum pulsarent, vt eis salubre consilium suggerere dignaretur. Igitur consilio inuentum est, vt exutis vestibus & calciamentis suis in cinere & cilicio nudis plantis incedentes, sicuti oraculo diuino admonitus fuerat, obuiam famulis Dei procederent: Cùmque se mutuo conspexissent; iacentes, tam ipse quam omnes qui aderant, proni in terram; tam diu adorauerunt, quo adusque famuli Dei ad locum vbi iacebant, pertingerent. Cùmque Dominum benedixissent, & se inuicem salutassent, osculum pacis sibimet dederunt. Leuantesque se à terra, lachrimabiliter interrogabant se inuicem, qua causa hæc quæ viderant & audierant, accidissent. Vir autem Domini Felix cuncta intelligens à deo esse manifestata, retexit historias quem admodum Hierosolymam adierat orationis gratia, & thesaurum suum absconditum diuina misericordia ei reuelauerat. <sup>17</sup> Et facta oratione cum omnes respondissent: Amen; eleuatis Felix preciosissimis margaritis, capite scilicet Ioannis Baptistæ & reliquiis sociorum eius beatorum martyrum innocentium; cum hymnis & laudibus psallentium dirigit chorū. Quo audito cunctus exercitus qui in castris erat, quasi vnus vir ei obuiam processit numero triginta millia virorum. Exequias vero mortuorum qui in prælio corruerant, secum deferentes, petebant auxilium de cælo à domino per præcurforem suum Ioannem, vt cuius reliquæ deportarentur diuina gratia manifestare dignaretur; promittentes se tantam fidem habere, vt quidquid peteretur, sanctus Ioannes domino annuente tribuere posset. Apprehendentemque sportellam, in qua beati Ioannis Baptistæ caput continebatur, singulis feretris imposuerunt, mortuos tangentes. Miro atque inæstimabili modo mox vt tetigit ossa iacentium, vita per mortuum mortuis reddita est. Surrexerunt autem eadem hora ab officio funeris viginti viri tam celeriter ac si à somno essent excitati; & qui à flentibus amicis portabantur ad tumulandum,

isdem gaudentibus ad vitam redeunt. Videns autem Rex Pipinus & cunctus exercitus magnalia quæ circa eos Dominus gesserat per præcurforem suum Ioannem Baptistam; plaudentes manibus benedicebant dominum, qui fecit mirabilia in cælo & in terra. Vir autem domini Felix & socij eius gaudio repleti, vna cum Rege Pipino & exercitu eius leuantes caput beati ac præcellentissimi præcurforis Christi Ioannis Baptistæ, & beatorum innocentium, cum gaudio & lætitia iter agere cœperunt. Cùmque nulla mora fieret in eundo, peruenerunt <sup>18</sup> ad quandam villam, quæ appellatur Vultronia. Cùmque ibidem paulisper quiescissent, obuius eis quidam cæcus factus est, qui statim sanus effectus est per beatissimi præcurforis merita. Cùmque de eodem loco eis moueri placuisset, arripiunt iter per viam quæ ducit ad paludem <sup>19</sup> cognomine Matheuallis. Cùmque eis aliquantulum ibi requiescere placuisset, ecce quidam debilis pedibus qui se erigere omnino nequibat, rependo se trahens obuiam eis processit. <sup>20</sup> Qui inuocans meritum beati Ioannis, ita redditus est sanitati, vt firmus & stabilis sine dolore incederet cum turbis. Iamque propinquantes ad locum quo tendebant, super fluium Vultonæ ad palatium nomine Engeriacū peruenerunt. Audiens autem omnis populus à maximo vsque ad minimum, à viro vsque ad mulierem, omnes simul in vnum conglobati obuiam eis processerunt. Cùmque ibidem ante palatium regis Pipini peruicissent, in basilica beatissimæ & gloriosissimæ semper virginis Mariæ, cum magno feruore & studio, illico ad custodiendum deposuerunt. Lætatusque est vniuersus populus lætitia magna, & celebrauerunt sollempnitatem huius diei quarto Kalendas Septembris, & reuersi sunt vnusquisque ad habitacula sua. Igitur beatus Felix & socij eius cum venerando rege inter cætera dominum deprecabantur, vt eis salubre consilium suggereret, quoniam in loco sancta membra locarent. Edificantemque basilicam, & in ea <sup>21</sup> concauum ciborium cum sex columnis marmoreis mirifici operis bene compositis non longe à Vultonæ littore, <sup>2</sup> sed vt arbitror cæcum stadiis. In quo cum aromatibus <sup>22</sup> & plurimos bonis odoribus condentes caput beati Ioannis Baptistæ almi præcurforis Christi, & beatis



rum trium innocentium corpora simul in hoc ciborio concluderunt, bituminéque sigillato munierunt. Domino autem auxiliante hoc ædificium completum est feliciter. Fecit etiam idem rex fontem ductorium, qui à duobus fere miliaris per profundissimos terræ meatus ad palatium eius ductus decurreret, & in ipsam basilicam per ferrum & æs introduceretur, ac subter ciborium per concavam marmoream columnam ebulliret: ibique sacri baptismatis ablutio fieret: sicque iterum ad primos aditus reflecteretur. Cōuocans igitur Rex Pipinus & beatus Felix pontifices & sacerdotes, omnésque patriæ nobiles; benedicentes Ecclesiam, atque in honore eiusdem Ioannis Baptistæ dedicando mirifice consecrantes, prædiis ac possessionibus suis à progenitoribus sibi dimissis eam nobiliter dotauerunt. Ordinatisque omnibus necessariis, monachos ibidem Deo in perpetuum seruituros statuerunt, postmodum multa Domino mirabilia operante per famulum suum Ioannem Baptistam. Tandem verò metam narrationi ponentes, oremus immensitatem bonitatis Christi, ut sua potenti dextera suffultos nos ad æternæ quietis stationem perducatur: qui uiuit & regnat cum patre & Spiritu sancto per omnia sæcula.

#### ADNOTATIONES IN tractatum de reuelatione capitis Ioannis Baptistæ.

1. Narrat Iosephus ] *Libr. nempe 18. Antiqu. cap. 10. seu iuxta nouam versionē 7. Quod ipsum ex illo repetit Euseb. lib. 1. hist. ecclesiast. cap. 13. seu iuxta Græcū exemplar 11. & postea Beda in ca. 14. Marci; ubi quum isdem uerbis utatur, atque adeo illinc hæc transcripta ad uerbis uideantur, non sum ueritas reponere: in Castellum Macheronta abductum, pro eo quod erat duntaxat: in Castello Macheronta.*
2. narrat historia Ecclesiastica sepultum, &c. ] *Cum eodem profus etiam sic lego, pro eo quod erat: ac de nio sepultum. Quia nullam huius rei facit mentionem Iosephus, sed historia ecclesiastica libr. 11. cap. 28. auctore Rufino in sua ad Eusebium appendice.*
3. Post longum uerò tempus ] *Tempore nempe A. postate Iuliani, inquit Beda cum Rufino; qui etiam re etiam narrat, adfuisse tunc, quum dispergerentur ossa Baptistæ, monachos, non postea aduenisse. Ex quibus etiam omnino legendum cenfeo: Philippum, pro: Iosephum; præsertim consentientibus Petro Trecenti in historia Scholastica, ut omittam: M. quendum de hac re tractatum) et Adone in Martyrologio ad 1111. Kalend. septem. qui cum*

Rufino missa dicunt hæc ossa: Athanasio per Iulianum diaconum.

4. congregatis ibi vicinis Pontificibus ] *Profus etiam hoc lego, pro: sibi, et rursum: collocata, pro: collata. 5. Chronicam Marcellini Principis ] Antea mendose legebatur: Marcelli. Citat enim etiam Beda loco citato Chronica Marcellini comitis. Is enim ad chronicon Eusebii & Hieron. Appendicem scripsit, & produxit ad tempora usque Iustiniani, quæ excusa est cum fastis Consularibus Omphrij Panuuij.*

6. qui mittentes in quendam specū ] *Etiam hunc locum sic ex coniectura castigauit, pro eo quod legebatur duntaxat, mittentes in quodam specu. Atqui quod auctor à latronibus, Marcellinus Comes & Symeon Metaphrastes à sigulo quodam raptum dicunt sacrosanctum Baptistæ caput. Atque hinc factum puto, ut maluerit Beda tum loco citato, tum in homilia de Decollatione seu Natali D. Ioannis Baptistæ, nō aliud scribere quam incuria culpa deperditum. Quod de uerbo ad uerbum etiam transcriptum est, in Beda & Adonis Martyrologio ad VI. Kalend. Martij, quem Peritium uocat Metaphrastes. Quibus locis, uti & apud V. suardum, legendum esse: Eusebium seu potius Eusebium Phœnicie ciuitatem, non Edeffum; patet tum ex Marcellino, Metaphraste, & Petro Trecenti; tum ex dicta narratione, & Martyrologio D. Donatiani M. & ipsius Adonis chronicis.*

7. & defer illud Iuriano episcopo qui nūc præest Alexandria ] *Beda legit: Iulioramo, Petrus Trecenti: Iuliaramo, illud accidit magis ad ueram lectionem Metaphrastes, qui cum M. cod. legit: Vranio præsertim quum Marcellinus comes legat: Iulioranio. Qui tamen non Alexandrinus sed Eusebii episcopus fuisse ab illis omnibus perhibetur; atque adeo uidetur auctor memoria lapsus, dum Alexandria episcopum facit & successorem Theophili, neque enim inter Alexandrinos episcopos Vranus recensetur aut Iulioranus.*

8. Felici nomine ] *M. liber: Felicio, & postea ubique similiter.*

9. ad ciuitatem Alexandria ] *Etiam hic sui oblitus uidetur auctor, fortassis ex eo, quod apud Alexandria, (ut prius dixit) ossa D. Baptistæ essent recondita, et in eius honorem edificata ecclesia. Nam etiam pro aliis facit quod habet Sigebertus in chronico ad annum domini 761. Caput Ioannis Baptistæ ex Edeffo, (nam sic legendum cenfeo pro eo quod est: in) ciuitate transfertur. Nam de Translatione in Gallias, id intelligi patet ex Vincentio Bellouacensi, Petro Trecenti, & Antonino, item ex chronico quodam M. Guilhelmi, uerum incerti Auctoris.*

10. in locum quem tibi ostendero ] *sic lego ex M. cod. pro: in loco. Adde etiam ex eodem paulopost: &c. Item: abierant, pro: ibi erant. Adicio etiam: clam, Rursum legit ille: remigibus, pro: remigibus.*

11. de magnis fluctibus huius pelagi ] *M. cod. de fluctibus huius pelagi magni. Ex quo adiecti uocem: sæculorum. Item: candida. Rursum cum illo lego: duobus miliaris peractis, pro: quasi miliaria duo.*

12. regem uidelicet Vandalorum, &c. ] *Intellegendum est istud, aut de fratre Chilxingi Erucnensis & Amingi Pictauensis Comitum, quale quid indicat Sigebertus, qui in auxilium uenerant duci Aquitanie contra Pipinum; aut de ipsa cæde V. asfarij ducis seu Regis, interfecti apud Petragoricæ iuxta Adonem & Almoimium*

moimium: ut Vandalos illos nuncupet, quod à V. asconibus, atque adeo & Vandalis orti essent. Aut certe reliqua quepiam Vandalorum rursum Gallias tunc instarunt, quemadmodum eos fecisse scribit Robertus Gaguius pauloante, regnante Carolo Martello Pipini patre.

13. de vagina sua ] *Vincenius: de regione sua.*

14. super fluuium Vultonna ] *Hoc rursum ex M. cod. pro: Vultonna, & hic & postea. Ex coniectura uero paulopost: Vultionem, pro: Vltorem.*

15. nisi xx. viii ] *Vincenius: triginta.*

16. in occursum eorum ] *Iterum hoc ex M. cod. pro: in occursum, & ex coniectura: adornatæque preciosissimas margaritas, pro eo quod longe aliter M. de precatisque sanctorum meritis. Iuxta quem etiam lego: ac bonis operibus pollentem, pro: ac in omnibus operibus. Item: manifestata, paulopost, pro: manifesta, & Hierosolymam adierat. ac: reuelauerat: pro: Hierosolymis iuerit, ac: reuelauerit.*

17. Et cum omnes respondissent: Amen ] *Profus & hoc lego ex coniectura, pro: tamen, M. uero codex legit: Deo gratias. Adicio uero ex eodem: de celo, & lego: redeunt, pro: redierunt.*

18. ad quamdam uillam quæ uocatur Vultronia ] *M. cod. Vultrona.*

19. cognomine Mathuallis ] *Idem coniecturam meam hanc confirmat, pro: cognomen; legit tamen: Mareuallis.*

20. Qui inuocans meritum, &c. ] *Ex eodem integram hanc periodum adieci, & paulopost reposui: peruenissent, pro: uenissent.*

21. concauum ciborium ] *Adicio ex M. codic. concauum.*

22. sed vt arbitror centum stadiis ] *Longe aliter M. vt arbitror cubitis centum ratione Geometrica.*

23. & plurimis bonis odoribus ] *M. codi. vnguentorum odoribus, & pro: corpora. legit: pignora. Qui recte etiam adiecit: bituminéque sigillato munierunt.*

#### DE DVPLICI MARTYRIO AD FORTVNATUM AUCTORE NEOTERICO.

##### ARGUMENTVM.

DVplex Martyrij genus multis profequitur, alterum per quod sanguine Christum confitemur: alterum, quo bonis operibus Christo Testimoniū reddimus. Adqui Cypriani non esse pater, quod in eo Diocletiani Imperatoris & belli Cæsarei contra Turcas fiat mentio; sed Neoterici cuiusdam esse censeo; & H. Grauius ipsius Erasmi esse iudicat. Et si enim subinde quædam schemata & sententiam unam atque alteram ex Cypriano transscripsit, atque adeo etiam anni 240. a Christo passo, & Africæ meminerit, ut fucum faceret; stilus tamen & alia quædam, de quibus in Adnotationibus latius, auctorem produunt.

**M**ULTIPHARIAM Multifque modis ago gratias, Fortunate mihi in Domino charissime, diuinæ benignitati, quod & tuam pietatē excitauit ad extimulandum officium meum, ut vnico libello commilitonibus nostris materiam subministrarem; unde sibi gratia spiritus opitulante, munimenta telæque fabricarentur aduersus persecutionum incurfus: & mihi quod petebas conanti, non de dignata est adesse: & quod utiulque nostrum operam non passa est esse sterilem, hoc est quod mei Fortunati priū desiderium bene fortunauit, & ministri sui officium uoluit esse gregis sui beneficium. Scribis enim ex eo libro multum roboris & alacritatis accessisse strenuis, timidioribus autem & infirmis tantum animorum esse additum, ut ex his quoque per Dei gratiam certam uictoriam nobis promittere debeamus: eoque libentius obræperauit posterioribus tuis litteris, quibus orat tua caritas, ut quoniam hoc auspiciis domini nostri Iesu Christi bene successit, addā uolumen alterum de duplici martyrij genere: quorum vnum exhibetur, cum sicut tortorum immanitas: alterum occultius quidem est, sed nihilo minus fortem animum postulat, multaque diuinitus armatura communitum. Utinam & hoc munus Christi spiritus per me fratribus & commilitonibus nostris largiri dignetur, & quod dedit bene profperare. Quemadmodum enim nihil sanctum nisi illo sanctificante, nihil potens nisi illo corroborante: ita nihil felix, nihil auspica-tum, nisi illo prosperante. Sane & uestris precibus, & Domini bonitate fretus aggrediar. Martyr (ut iis quoque notum est qui Græce nesciunt) testem sonat. Quatiuan autem post exortam euangelicæ ueritatis lucem, ecclesiastica consuetudo cognominis huius honorem proprie tribuere cœpit iis, qui in tormentis usque ad mortem perdurarunt in professione nominis Iesu Christi, & euangelicum instrumentum sanguine suo uelut obsignarunt apud incredulos: omnis tamen piorum uita testimonium reddit Deo. Nō quod ille cuiusquam egeat testimonio, qui ex se fons est æternæ gloriæ, ut nec ullis hominū honoribus fieri possit honoratior, nec ullis mortalium ignominis obscurior. Sed tamen ita uisum est æterno illius diuinique consilio, ut suam boni-



tatem, sapientiam ac potentiam apud homines per homines velit illustrari; sicut mundum gubernari voluit per angelos, cum angelorum ministerio non egeat multaque hominibus per homines largiatur, quæ per se dare poterat, qui quidquid vult, nutu potest, & cui voluisse, fecisse est. Et quanquam, vt dixi ad illam ineffabilem maiestatem nulla pertingit ignominia, tamen in scripturis ita loquitur, quasi per nos honoretur, vel ignominia afficiatur. Nam in Deuteronomio cum Moyse exposcitur, quod apud populum ob laticis penuriam murmurantem in Cades deserti Sin, ad aquas contradictionis non sanctificavit ipsum inter filios Israel, & ob hanc offensam non est illi nec Aaroni datum ingredi terram promissam, ac tot annis expectatam, sed tantum è montis vertice procul aspice-re licuit. Porro quod dictum est sanctificare pro glorificare, qui litteras Hæbræorum callent, affirmant esse sermonis illius proprietatem; quod ipsum tamen ex aliis scripturarum locis liquere potest, si minus illorum testimonio fidimus, quandoquidem & in oratione dominica: Sanctificetur nomen tuum, dictum est pro glorificetur siue clarificetur nomen tuum. Sic & Corinthios exhortatur, vt glorificent ac baulent Deum in corpore suo. Sicut enim nomen Dei glorificatur vita piorum hominum, in quibus ipse per spiritum suum operatur quidquid faciunt boni: ita è diuerso polluitur & infamatur malefactorum qui se Dei cultores profitentur. Quemadmodum & militis virtus, aut serui probitas redundat in gloriam ducis, aut heri: ita militis ignavia, aut serui nequitia, dedecori est duci aut hero, propterea, quod horum mores magna ex parte pendent ab illorum moribus, in quorum potestate sunt. Qui etiam si prorsus absunt ab omni culpa, tamen popularis exstimatio solet dominorum mores ex seruatorum moribus æstimare. Vnde etiam hic videmus diuinam scripturam frequenter iuxta mortali-um affectus loquentem, velut in Leuitico de eo qui de semine suo dedisset idolo Moloch, dicit: Quia polluit nomen sanctum meum. At quod ab hominibus sanctificatum est, pollui potest: Dei vero nomen in se semper est gloriosum, apud homines tantum contaminatur, quemadmodum mendax infamia non polluit virum inte-

grum. Sic & apud Ezechielem clamat <sup>Ezech. 36.</sup> nomen suum fuisse pollutum inter gentes impiis moribus Israelitarum. Quin & beatissimus Paulus scribens Romanis ex <sup>Roman. 2.</sup> auctoritate prophetæ dicit, appellans Iudæos legem profitentes, sed ea quæ lex vetat facientes: nomen Dei per vos blasphematur inter gentes. Et in oratione dominica, sicut attigi modo, ex auctoritate redemptoris, oramus vt sanctificetur nomen Dei patris, hoc est, vt inclaretur & illustretur apud homines, vtique per homines, vel potius in hominibus. Illustratur autem, si spiritus illius regnet in nobis, & si illius volutati obtemperetur in terris, quemadmodum in cælis nulla est rebellio. Quoniam autem homines ex se nihil habent virtutis, quidquid per nos recte geritur, credit in gloriam Dei, & ideo thesaurum diuinæ potentiae promittit interdum ex vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Ergo quanquam omnis pi-<sup>3.</sup> rum vita martyrio suo glorificat Deum & Christum filium eius, nullum tamen est illustrius testimonium apud homines, quam sanguinis, hoc est vitæ propter Deum contemptæ, & mortis fortiter toleratæ. Reddiderunt & miracula testimonium diuinæ potentiae, præsertim apud incredulos, nam his proprie data sunt signa, quemadmo-<sup>1. Corin. 14.</sup> dum scribit beatus Apostolus: sed semper efficacius fuit sanguinis profusi testi-<sup>3.</sup> monium. Quot morbos insanabiles verbo sanarat Dominus? quot cæcos illustrat? quot mæcos, paralyticos ac debiles restituerat? quot exanimas ad vitam reuocarat? Et tamen pauci credebant in eum, & audiebat: In Beelzebub eiecit dæmonia. <sup>Lucæ 11.</sup> Cæterum vbi ventum est ad sanguinem; ibi deiectum est Satanæ regnum, ibi sub-<sup>1. Ioan. 5.</sup> actus est mundus. Commemorat & Ioannes euangelista triplex in terra testimonium, spiritus, aquæ & sanguinis: quod efficacis-<sup>Matth. 3.</sup> simum est, postremo recensens loco. Spiritum in columbæ specie descendentem super Iesum videre meruit Ioannes baptista, an alij viderint incertum. Certe hoc testi-<sup>1. Cor. 12.</sup> monium Ioanni datum est, quo desineret dubitare de domino Iesu, an ille esset qui baptizaret spiritu & igni. Aquæ testimonium vidit Ioannes euangelista, nec satis constat, solus ne viderit, an cum multis. Erat quidem hoc ingens mysterium sacri lauacri quo de-<sup>Matth. 27.</sup> letur peccata: sed vidit àquam simul effue-

re

re cum sanguine, qui nisi adfuisset inefficax erat aqua. Quid enim prodest aboleri peccata, nisi succedat vita iustitiæ quam confert sanguis? Quanquam hi tres vnus sunt: vnus enim Deus est, qui per spiritum, aquam, & sanguinem declarat hominum generi virtutem ac bonitatem suam: aut ideo dicitur vnus esse, quoniam vndique sibi constat testimonium, nec vlla ex parte dissonat: quemadmodum quos artificissima iungit amicitia, propter summum animorum consensum, vnus animus esse dicuntur. Ac iuxta sensum crassiorum, hæc tria præcipua sunt in homine vitæ argumenta, atque etiam instrumenta. Quamdiu enim pulmonis officio attrahitur vicissim ac redditur halitus, certum vitæ indicium est: vnde loquendi consuetudine, spirare dicitur qui viuunt, & expirasse qui vitam finiunt. Quin & anima Latinis flatu dicitur, ad Græcæ vocis imitationem, qui ventum anemon vocant. Super hæc, sunt in ipso homine subtilissimi spiritus, à corde vbi fontem habent sparsi per vniuersum corpus, sed præcipue per arterias commeantes, licet & aliis partibus omnibus mixti: hi si subito euolent, mortem præsentem adferunt: sin includantur, lenta ægrotatione consumunt hominem. Adest & humor quidam naturalis, quem (vt arbitror) medici phlegma vocant, sparsus & ipse per vniuersum corpus. Huius vsum nunquam sentimus euiden-<sup>1. Cor. 12.</sup> tiam quam in sensu gustus: nisi enim hic admixtus sit inter linguam & palatum, nullum erit palati iudicium. Et tamen hæc sic mixta sunt in homine, vt non sit sanguis absque spiritu & phlegmate, & pariter ad tuendam vitam conferunt omnia. Videmus quoduis animal mori simulatque sanguis effluerit; & consumpto humore, quem medici radicalem vocant, non aliter moritur homo, quam extinguitur lucerna consumpto oleo. Sed nimum diu moramur in contemplatione naturæ; quod tamen non inutiliter factum opinor à nobis, vt dilucidius fiat charitati vestræ mysterium, in cuius contemplatione ideo versamur lubentius, quia salubrius. Nam iuxta naturæ considerationem tunc ista magnam vim habent, cum in viuo corpore sua munia peragunt: ac iuxta mysticam philosophiam, tunc demum plurimum valent, cum corpus relinquunt. Nemo miratus est Dominum humano more spi-

rantem ac respirantem: sed cum in cruce clamore valido emisisset spiritum, simul intellectum est, illum & verum fuisse hominem, & verum Deum: hominem, quod iuxta naturæ ordinem, & vbi vitalem flatum emisisset, desit viuere; Deum, quod simul cum ingenti clamore mortuus est, declarans se volentem ac spontaneum deponere vitam, quod humanarum virium nemo nescit non esse. Sensit efficax testimonium spiritus vicinus Centurio, sic enim narrat beatus Marcus: Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic expirasset ait: Verè hic homo filius Dei erat. Quid morte abiectus iuxta carnem? sed nihil morte potentius iuxta spiritum. Erat & illud præter naturæ cursum quod è latere exanimati corporis, sanguis & aqua profuit, vt absolueretur triplex testimonium. Totum effudit spiritum vt nos respiraremus: quidquid erat humoris aquei reliquum, expressit vt nos ablueremur: quidquid resederat in corde sanguinis, emisit vt nos confirmaremur. Atque haud scio an perperam faciam hæc tria inter se conferens; cum sint vnus, non natura, sed in mysterio. Si qua tamen est discretio, sanguis in testimonium ratione potissimum celebratur, quod in hoc scriptura testatur esse vitam animantis, & ob id à cibus submouebatur edicto legis: præterea magis est expositus hominum oculis sanguis quam spiritus aut aqua. Vita Domini qui summus fuit martyr, quique & hodie pugnat & vincit in martyribus, plurimis fuit offendiculo: non iam loquor de pharisæis & Scribis, ipsis etiam cognatis ac fratribus fuit detestabilis, cum dicerent illum in furorē versum: sed mors illius non solum piis, sed impiis etiam fuit admirabilis, nec alibi magis verum fuit, quod Dei virtus in infirmitate perficitur. Ibi fracta est Satanæ tyrānis, ibi deuicti sunt inferi, ibi triumphatum est de diabolo, ibi deiectus orcus, cælum apertum. Nimirum hoc erat quod instante mortis tempore deprecabatur Dominus: Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Quid homine mortuo contemptus? Quis enim vel Cæsarem mortuum metuat? Sed Christi morte quid efficacius? Velum templi scissum est à summo vsque ad imum, terra concussa est, saxa discissa sunt, aperta sunt monumenta, reuixerunt sepulcorum cor-

Ddd iij



pora, sol medio die obrexit faciem suam. Nunquam per omnem vitam magis declarauit potentiam suam: mox re fractis omnibus mortis repagulis viuum se discipulis exhibuit. Nimirum hoc est effica x illud sacrosancti sanguinis testimonium, qui solus potuit dirimere mace riam, quæ Deum ab hominum genere se parabat: solus potuit vnica litura de lere totum illud chirographum quod e rat contra nos, & satanæ in nos ius vin dicabat. Neque enim sanguis hircorum aut vitulorum potuit abolere peccatum, vmbra erant illa & typi futurorum. Nec vllus hominis sanguis poterat tollere pec catum mundi, præter vnici illius agni san guinem, cui Baptista tribuit testimonium dicens: Ecce agnus Dei, <sup>7</sup> ecce qui tollit peccatum mundi. Plus est tollere peccatum quam peccata: & peccatum non huius aut illius, sed mundi. Corpus enim peccati mundum vniuersum occupat: hoc per Christum esse sublatum, sanguis ipsius per nobis effusus reddit evidens testimonium, melius pro nobis loquens, vt inquit Apo stolus, quam sanguis Abel. Si quidem ille clamans de terra loquebatur vindictam: at Christi sanguis de cruce clamans, pacem loquitur & reconciliationem. Quin idem sanguis quoniam à nobis bibitur, si modo digne bibitur, clamat in cordibus nostris verba pacifica & solatij plena. Et illic tri plex est testimoniū, licet spiritali quodam modo. Clamat spiritus, qui nobis arrhabo nis loco datus est: Abba pater, testificans quod sumus filij Dei. Clamat aqua per quam renati sumus, quod condonata sunt nobis omnia peccata; & si quis adhuc dubi rat, accedit sanguinis testimonium claman tis: quid adhuc hæsitas, quid adhuc pauitas tyrannum satanæ? ecce pretium quo te re demit Dei filius. Nisi te saluum voluisset Deus, non tradidisset vnigenitum suum in mortē. Nemo maiorem charitatem habet, quam vt animam suam ponat pro amicis suis. Si non est maius eximie beneuolentia testimonium, quam si quis vitam impar tiat amico; grauius est dominici sanguinis testimonium, qui pro inimicis effusus est. Effusus pro inimicis, fecit amicos ac filios Dei: atque vt consideremus hanc fore per petuam amicitiam, reliquit nobis edendam carnem suam, reliquit bibendum sangui nem; vt per eadem aleremur, per quæ su-

Ephes. 2.

Coloss. 2.

Ioan. 1.

Heb. 12.

Rom. 8.

Ioan. 15.

mus redempti. Sanguinis aspersione cōfir matum est vetus testamentum, quemad modum Hebræis scribens præclare docet beatissimus Paulus: Christi sanguine cōsi gnatum & corroboratum est nouum testa mentum, hoc est testamentum & pactū gra tiæ & remissionis peccatorum, per sangui nem agni immaculati, qui in se recipere di gnatus est totius mundi peccatum, quod omnes ex Adam contrahunt qui prodeunt in hanc vitam, & cuius contagio peccant quicunque peccant. Tanta autem est Chri sti sublimitas, vt fortasse nō oporteat quen quam cæterorum hominum cum illo con ferre, nisi ipse nobis tātā fiduciā præbui set; qui non dedignatus sit discipulos suos vocare amicos, seruos suos vocare fratres & cohæredes. Quis madmodum igitur ille suo mirabili testimonio clarificauit patrem in hoc mundo, atque etiam in cælis: ita testimonium illius quodammodo consum matur testimonio sanctorum, quasi sit vna passio domini & seruatorum. Id ne quis exi stimet parū religiosè dictum, beatus Paulus nobis patrociniatur, ita scribens Colossens. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vo bis, & adimpleo ea quæ defunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Quis enim nescit, fratres, quam vberem prouentum effudit Eccle siæ seges, Apostolorum ac cæterorū mar tyrum sanguine irrigata? Quo plus san guinis effusum est, hoc magis ac magis effloruit multitudo fidelium: hoc latius sparsit suas propagines illa beata vitis à Christo stirpe surgens, & occupans orbem vniuersum, quacunque patet ab oriente ad occidentem, ab aquilone vsque ad au strum. Ecce, fratres dilectissimi, à domini redemptoris temporibus anni fluxerunt plus minus ducenti quadraginta; iamque huius vitis palmites penè lacus se spar serunt quam Romanum imperium, effe ras etiam nationes inusto spiritus inebrian tes, & quos nulla ferri vis domare potuit, emollit sanguis illius agni candidi. Qui na turæ causas scrutantur, narrant adamantiem nullæ chalybis duritiei cedentem: hircino sanguine maceratum, ictu malleorum dis silire: nullus autem adamas corde saxeo pec catorum durior. Hoc igitur cor ferreū, cor saxeam, cor plus quā adamantinum, emol lit sanguis Christi, & huius martyrum, qui supplerunt quod illius passionibus deerat.

Hoc

1. Petri. 5.  
Ioan. 10.

Coloss. 1.

Roman. 15.

Hoc argumento summus ille pastor, & vt Petrus ait, princeps pastorum testificatus est se esse pastorem bonum: quia animam suam posuit pro ouibus, nobis exemplum præbens, vt qui pro nostra qualicunque portione <sup>10</sup> vices illius gerimus, parati si mus & ipsi pro grege dominico sanguinem fundere, nisi malum videri mercenarij quam pastores. Domini verbis congruunt verba discipuli. Cum enim dixisset se gau dere in passionibus, quibus consumma ret passiones Christi, perperens & ipse pro corpore Christi, quod est Ecclesia, qualia passus erat Dominus; causam adiecit cur ea libenter pateretur: Cuius, in quit, factus ego sum minister secundum di spensationem Dei, quæ data est mihi in vo bis vt impleam verbum Dei. Et alio quo dam in loco scribit se repleuisse Euange lium. Sicut ergo mortibus martyrum con summantur passiones Christi, ita sangui ne pastorum confirmantur promissa Chri sti. Nullum enim instrumentum in dubi tabilius, quam quod tot martyrum san guine signatum est. Hoc nimirum est im plere verbum Dei, hoc est replere Euange lium. Sed interim grauius dolor ob oritur animo meo, dilecti, dum mecum reputo, <sup>11</sup> cum adhuc recens ille Christi sanguis feruere debeat in cordibus fide liū, tam multos esse in quibus refrixit charitas: atque hoc grauius discrucior, quod tales non paucos pastores habeat Ecclesia qui, non solum non opponunt corpora sua ad uersus luporum incursum, verum etiam ipsi lupos agunt, dum mactant ac perdunt ani mas simplicium, ipsi ventri suo, quæstui, & ambitioni seruietes, adeoque non im plent verbum Dei, vt illud cauponentur porius & impiis dogmatibus adulterent; nec cogitant quod ille pastorum princeps feuerissimo iudicio reposcet singulas oues, pro quibus redimendis sanguinem suum fuderat, de manibus eorum. Sed illos suum manet supplicium: nunc melius est vt omi sis querelis, nos inuicem ad officium quod Christo debemus exhoremur. Triplex à Christo testimonium accepimus, triplex il li testimonium reddamus oportet. <sup>12</sup> Rudimenta fideliter tradamus baptizandis, per fectiora baptizatis. Confirmemus illos fru ctibus spiritus ad cælestem vitam prouo cantes, & si res postulet, libenter etiam vi ram commisso nobis gregi impendamus,

nostraque morte vicissim Deum clarifice mus. Et ne cui videatur mirum, morte hominum glorificari Deum, audi beatum Ioannem in Euangelio de Petro, cui do minus prædixerat fore, vt vbi tenuisset, ab alio cingeretur & duceretur quo nollet: ita loquentem: significans qua morte esset glo rificaturus Deum. Quotquot igitur ab or be condito propter Deum; propter iusti tiam ac pietatem mortui sunt, morte sua glorificauerunt Deum. Nam eleemosy nas, ieiunia, preces, aliaque pietatis exercitamenta simulant etiam hypocritæ: mortem nemo suscepit alacriter, nisi qui certo persuasum haberet, nihil aduersi posse accidere iis qui persistunt in caritate Dei. Neque tamen statim martyr est, qui occi ditur: occiduntur & sicarij & piratæ: <sup>13</sup> non supplicium facit martyrem, sed causa. Quod si qui leguntur sibi fortiter consci uisse necem, aut infirmitas erat morte quarens dolorum finem, aut ambitio, aut de mentia. Nec hoc est testimonium præbere Deo, id facere quod & Deo displicet, & gentium etiam legibus prohibetur. Pluri mum interest inter barbaricam immanita tem, & martyrum modestissimam constan tiam in se imbecillem, in Christo fortem. Sunt qui certis artibus corpus stupefaciant, ne sentiant cruciatu: hoc modo se quidem malefici muniunt aduersus carnificum ma nus. Sunt & affectus impotentes, qui sen sum adimunt animo, ita vt vel mortem impauidi perferant. Sed placidum illud ac mansuetum, illud humiliter sublime & su blimitate humile, non videmus nisi in Chri sti martyribus. Non obtuentur trucibus oculis carnificem, <sup>14</sup> non minitantur ty ranno: magis dolent de illorum cæcitate, quam de suis afflictionibus. Scilicet clamat & in illis Christus: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non aliud spectant, quam in cælum, vbi spem omnem habent repositam. Sic ipse Dominus velut agnus sine voce ad mactationem ductus est: & si quam edidit vocem, ea magis declarauit animum mitem ac placidum, quam vllum potuisset silentium. Quam blanda oratio ne compellat Iudam proditorem? quam placide respondit cæsus alapa? quam nihil ferocius loquitur Annæ & Caiphæ? quam tranquille respondit Pilato? Denique cum Pharisei veluti victores mouerent capita sua, amarissimis conuiciis in illum debac-

Ddd iij



chantes, ille mitissimus clamat: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non igitur mori per se, testimonium est; sed *Actum 7.* sic mori, est testimonium præbere Deo. Stephanus iuuenis inter homicidas, agnus inter lupos, stabat placido angelicòque vultu, & ad Domini exemplum orat pro lapidantibus, nec alibi habet oculos quam in cælum. Illic videre meruit, cuius præsidio superior erat persequentibus. Qui verò timet Deum, non metuit hominum sæuitias. Qui ex animo diligit vitam cœlestem, facile vilem habet animam; atque illi, cum beato Paulo, Viuere Christus est, mori lucrum. An non ingens lucrum est, hanc & breuem & innumeris malis contaminatam vitam cum sempiterna felicitate commutare? Hic Dominus quemadmodum & in cæteris omnibus se se formam nobis exhibuit. Quum enim instaret extremus actus martyrij, quem aiunt in fabulis oportere esse optimum, secessit, abiicit se se in terram, prolixè atque etiam frequenter, ac sanguineo sudore madescens, nostræ naturæ in se expressit imbecillitatem, ante testatus animi tædium, ac tristitiam vsque ad mortem, ne nos in desperationem caderemus, si cum omnia mortem præsentem intentant, horrorem naturæ senserimus. Nisi enim adesset sensus dolorum, nihil haberet admirabile martyrium: sed superare dolorem, corona dignum est. Horrere mortem, naturæ est: vincere naturam animi fortitudine, gratiæ est. *Philipp. 4.* omnia potest Paulus, sed in eo qui ipsum corroborat. Sed quibus præsidii vincitur naturæ infirmitas? si nos totos humi prosternamus, hoc est, si nihil omnino tribuamus viribus nostris; si vigilemus & oremus instanter; si nostram voluntatem diuinæ voluntati submittamus, dicamúsque illa ex animo, ex toto corde: Transeat hic calix si fieri potest, sed fiat non sicut ego volo sed sicut tu vis. Noui ego ac fleui quosdam magna animi fortitudine præditos; qui iam coronæ proximi defecerunt, & quem diu professi fuerant, abnegarunt. Quid fuit in causa? Dimouerant oculos suos ab eo qui solus robur dat infirmis: intermiserant orationem, ac cœperant ad humana præsidia respicere. Contemplabantur suæ naturæ viticulas, considerabant aculeos, vngulas, candentes laminas, ferrum & ignem, reliquumque carnificinæ apparatus, etiam

aspectu horrendum, & cruciatuum atrocitatem cum suis viribus conferebant, & ideo victoriam amiserunt de manibus. Vbi quis ita cogitat: hoc possum, illud perpeti non possum; nunquam feliciter peraget martyrium. Sed qui se totum tradit diuinæ voluntati, non alio spectans quam ad illius opem, is demum firmus est & inuictus. Hoc autem fieri non potest, nisi adsit vera ac viuida fides, nihil hæsitans, nihil disquirens: ne cogitaris quanta sit tyranni sæuitia, quanta hominis imbecillitas, sed quanta sit Domini virtus, qui certat ac vincit in membris suis. Ergo ut à digressionem reflactamus ad id quod erat constitutum; quemadmodum Domini mors potentior erat quam vita, ita voluit martyrum suorum mortem esse potentem. Quid enim infirmis quam vinciri, damnari, cædi, cruciari, occidi, & ad carnificis arbitrium præbere corpus? Hęc species interdum misericordiam mouet etiam sæuissimis tyrannis. Verum ubi iam ad monumenta martyrum pelluntur morbi, rugiunt demones, terrentur monarchæ, coruscant miracula, concidunt idola: tum apparet quam sit efficax ac potens martyrum sanguis. Præsentia infirma, epistolæ graues, audiuit beatissimus gentium doctor; hoc & ad martyres recte accomodabitur; vita infirma & contempta, mors grauis ac potens. Iam non est par omnium martyrum in tormentis alacritas, quemadmodum nec omnes eodē genere mortis defunguntur. Tres illi beati pueri in mediis flammis inuenere refrigerium, & septi innocuo elemento, velut in conclauis canebant hymnum Domino. Daniel item citra noxam, leonum sodalicio est vsus. *Daniel. 3.* *Daniel. 6.* *14.* Beat⁹ Andreas, <sup>16</sup> ut habet humana quidem historia, sed satis probatæ fidei gaudēs sibi gratulans ibat ad crucem. Alij diutinis ac variis cruciatibus subinde moriuntur, nec tamen morte datur finire dolorem. Est igitur & illud veri martyris, hoc quoque totum arbitrio Dei committere. Nouit ille quid expediat nobis, & quid ad ipsius gloriam maxime conducibile sit. Tantum illud assidue cogitandum est: Sive viuimus siue morimur, Domini sumus. Nec sibi quisquam displiceat, si corpore pariter & animo sentiat grauem ac diutinam molestiam: tantum fidat ei cui certat, is non patietur quenquam tentari supra id quod potest, sed faciet etiam cum tentatione prouentum.

uentum. Quosdam electos interdum patitur in tormentis deficere, ut agnoscant imbecillitatem suam, atque eisdem post fortissimos reddit in certamine. Hac dispensatione Petrus ter abnegauit Dominum, ut edoctus quam nihil posset suis viribus, confirmaret fratres suos. Quo modo autem confirmaret? ut sibi diffusi, fiduciam omnem collocarent in domino. Sed iam tempus est, ut de altero martyrij genere disseramus caritati tuæ, de quo etiam accuratius est disputandum, quod occultum sit & omnium temporum commune neque enim semper sæuiunt Nerones, <sup>17</sup> Diocletiani, Decij, ac Maximini: nunquam tamen cessat diabolus exercere Christi militiam professos. Et fortassis erunt post-hac donante Christo tempora, quibus nullæ tyrannorum persecutiones affligent Ecclesiam: numquam tamen defutura sunt certamina, nunquam martyria quibus homines pij glorificent deum. Ecclesia quidem adhuc in hoc exilio militans, peculiaribus gaudiis applaudit iis, qui in professione nominis Iesu animas suas fideliter deposuerunt, & ad horum memorias magna cum alacritate cōcurrunt: sed cæleste theatrum, angelorum myriades & iustorum cum Christo regnantium innumerable populis applaudunt omnibus, qui sinceram fidem, & caritatem inuictam, quam habent erga Dominum Iesum, integritate & innocentia vitæ testificantur. Nec solum professione fidei, quæ iuxta Paulum, ore fit ad salutem, glorificatur Deus: verum etiam confessione commissorum. Hęc ne temere ex nobis ipsis loqui videamur, adducenda sunt scripturarum testimonia. Ergo nisi piorum vita cederet in gloriam Dei, Christus non diceret in Euangelio: Ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. <sup>18</sup> Nec Paulus Apostolus scriberet Galatis. Et in me glorificabant deum. Confirmatur hoc & per repugnantiam ex his quæ diximus. Etenim si nomen Dei polluitur ac dehonestatur impia vita sui populi; utique bona illius vita cohonestatur. Damnatur apud Apostolum & philosophorum impia sapientia, qui cum Deum cognouissent, non tamen eum ut Deum glorificauerunt. Sapientiam profitebantur, & summam exhibebant stultitiam. Itaque cum Deum esse profiterentur, tamē turpiter viucentes & idolis sacrificantes, sal-

so testimonio quodammodo obscurabant Dei gloriam, quasi nec iustus esset nec verax: aut quasi non vnus esset, sed multi: aut quasi saxi esset ad similes. Id autem euidentius etiam testatur beatissimus Paulus, scribens ad Corinth. Empti, inquit, *1. Corin. 6.* estis pretio magno; glorificate & portate Deum in corpore vestro. Ideo Deus redemit nos pretio sanguinis sui, ut semel à peccatis expurgati, deinceps vitam ipso dignam ageremus. Ac symbolum imperatoris gestamus impressum frontibus nostris. Quid sigerens signum Christi, præstet opera Belial, nonne dedecoratur ille cuius insignia gerimus? Contra sicut imperator sibi placet de milite præstrenuo, sic existimans illius virtutem ipsi decori & ornamento esse: sic deus gloriatur in his quos redemit, quos lauit, quos sanctificauit, quos spiritus donatio dignatus est, si vitæ sanctimonia declararint, domini gratiam in ipsis non fuisse vacuum. Si Paulus gloriatur in discipulorum pietate, gaudium & coronam suam illos appellans, qui nihil erat nisi dispensator alieni muneris: an non Dominus magis gloriatur, super his pro quibus mortuus est? Iam quod in libro Iob ad hunc modum satanæ loquitur Dominus: Num animaduertisti seruum meum Iob, quo modo non sit ei similis super terram, homo simplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malitia? nonne sermonem profert de suo cultore gloriatus? Beatus autem Paulus splendidiore etiam verbo vsus est, scribens secundam ad Corinthios epistolam: Deo autem gratia, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo. Melius est nomen bonum super vnguenta pretiosa. Scriptura gloriosam famam appellare solet odoramenta. Non tamen Deus gloriatur hominum more, sibi placens ac gestiens, sed nostram salutem suam ducit gloriā, & ideo subiecit Apostolus: In his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Quo modo glorificatur Deus in his qui salui fiunt? quoniam in illis illustratur illius misericordia. Quo modo in his qui pereunt? quoniam in his declaratur illius iustitia. Nunc ipse sermonis cursus nos eodē duxit, ut doceamus & peccatorum confessione glorificari Deum. Hic occurrit protinus ex libro Iesu Naue <sup>19</sup> Achan, qui



quoniam contra diuinum edictum sustulerat ex anathemate pallium coccineum insignitum, ac ducentos siclos argenti, ac linguam auream siclorum quinquaginta, populus Israel terga vertit hostibus. Itaque Iosue dixit Achan: fili mi da gloriam domino deo Israel & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Confessus, dedit pœnas, & auersus est furor Domini. Ea confessio clarificauit Dei iustitiam ac sapientiam. Sapientiam, quod illius oculis nihil esset abstrusum: iustitiam, quod non sine causa passus esset hostes aduersus Israel inualescere, quodque leges ipsius nullus hominum impune violat. Nihil erat magni quod suffuratus erat Achan: magnum tamen erat documētum vniuerso populo, quantum periculum sit Dei iussa negligere, cique velle imponere quasi quidquam illum fugeret, aut quasi faueret præuicatoribus. Atque ille quidem cum esset Iudæus ob vnicum peccatum, quod ipsi leue videbatur, seuerissimas pœnas dedit, lapidatus ab vniuerso populo, corporis interitu salutem animæ redimens. Non enim iudicat Deus bis in idipsum. Sed quæ pœna manet in illos, qui post tantam Euangelij lucem & gratiam, postea quam semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum cælestis & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt æque bonum Dei verbum veritatemque sæculi venturi, in multa atque immania crimina relabuntur, crucifigentes sibi met ipsi filium Dei, & ostentui habentes? Qui hoc sunt etiam miserabiliores, quod cum tales sint, asperrantur tamen pœnitentiæ salutis remedium, contemnunt Ecclesiam maternum gremium offerentem, & ad sanitatis instaurationem inuitantem. Eiusmodi defectio quantam putas ignominiam inurit Ecclesiæ? nec ea ignominia non potest pertinere ad Christum qui est caput Ecclesiæ, & per omnia suum esse ducit, quod est corporis ac membrorum ipsius. E diuerso, quanta totius Ecclesiæ exultatio, cum qui lapsus est, per pœnitentiam Ecclesiæ reconciliatur? Ac ne putemus hoc gaudium apud nos tantum esse, Dominum audiamus in euangelio<sup>10</sup>

*Lucæ. 15.* *227.2.* Lucam loquentem: Ita dico vobis, quod gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Nam hæc clausula finit parabola-

lam de pastore, qui relictis nonagintano- uem ouibus, vnam quæ à grege aberrauerat multo labore quæsitam ac tandem inuentam, imposuit humeris suis, & caula restituit. Simili sententia claudit parabolam de muliere, quæ dragmam perditam inuenerat. Ita dico vobis gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Nec tamen hoc sic accipiendum est, quasi Deo & eius angelis gratius sit post lapsum redire ad pietatem, quàm citra lapsum perseverare in innocentia: sed scriptura suo more loquitur secundum affectus humanos, illud testatum esse volens, Deo gratissimam esse peccatorum conuersionem. Non enim quærit mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Atque interdum piorum hominum lapsus quamuis enormes, diuina dispensatione vertuntur in summum Ecclesiæ profectum. Sic lapsus est Apostolorum princeps: sic Paulus gentium doctor: sic Maria Magdalene, quibus nunc Ecclesiæ præcipue gloriatur, quorum lapsus cesserunt in stabilimentum ac solatium domus Dei. Præterea non hic loquitur de vere iustis, sed de iustitia pharisaica, quemadmodum a libi dicit: Non est opus sanis medico sed male habentibus. At non erant sani quibus hoc dicebat Dominus; sed legis qualicunque obseruatione tumidi, sibi videbantur sani, & ideo non desiderabant medicum. Hæc cum ad hunc habeant modum, desiderate frater, conemur assiduis exhortationibus excitare fidelium animos, vt tota etiam vita martyrium, hoc est, testimonium reddat Deo; quod adeo negligendum non est, vt nisi ea præcesserit, martyrium quod sanguine perhibetur, non sit martyrium. Frustra enim ceruicem præbueris carnifici, nisi prius occideris membra quæ sunt super terram, hoc est, affectus qui militat aduersus spiritum, odium, inuidiam, auaritiam, superbiam, libidinem: quibus quicumque seruit, Deum quodammodo abnegauit; & Christum ore profitens, vita satanam Deum confitetur. Nec hic sermo debet cuiquam videri durior, cum sit verax ac salutaris: quidquid homo quiuis Deo anteponit, sibi Deum facit, nec possumus duobus seruire dominis: vnus enim est Deus ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus diligendus. Quisquis igitur ore dicit: credo in vnum Deum, & seruit auaritiæ

auaritiæ, aut libidini, aut luxui, sibi mentitur, sibi que repugnat; aliud lingua sonans, aliud animo celans, voce tantum testimonium perhibens Deo, cum vita satanam celat. Efficacius autem est vitæ, quàm linguæ testimonium. Non omnis qui dicit: Domine Domine, intrabit in regnum, sed qui facit voluntatem patris cælestis. Habent & opera suam linguam, habent suam facundiam, etiam tacente lingua. Ideo Dominus in Euangelio<sup>11</sup> Iohannem ita loquitur: Opera quæ dedit mihi pater vt perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibent de me. Quemadmodum igitur bona opera profitentur Deum: ita mala quodammodo loquantur: non est Deus, nec est scientia in excelsis. Quis non contremiscat, quis non inhorrescat, quis non laceret vestimenta sua, quis non obturet aures suas, si tales voces audiat ex Christiano? Quantus horror, quantus dolor occupat animos nostros; cum quis victus tormentis, iussus abnegare Christum, abnegat, & ad Iouis staruam tus adoleret: Quum trepidamus metuentes ne Deus iratus fulmen in nos vibret iræ suæ, ne terra dehiscens nos absorbeat: vt interdum vnus impietas, supplicij consortio multos inuoluat; & sunt scelerata tam immania, vt vidisse quoque aut audisse sit detestabile. Sed cur alias in simili crimine tam sumus conuiuentes? Cur & nobis adeo blandimur & aliis. At vide quid de talibus loquitur Apostolus scribens Tito: Profitentur se nosse Deum, factis autem negant. Idem in priore ad Timotheum de vidua quæ negligit familiam: Si qua autem fuorum, maximè domesticorum, curam non habet; fidem negauit, & est infideli deterior. Si fidem negauit, quæ negligentius habet suam familiam; quid dicturum putas de his qui se totos dederunt mammonæ & ventri? De Christianis vtique loquitur Paulus scribens Philippensibus, cum ait: Quorum finis interitus, quorum Deus venter est. Quos eisdem taxat scribens Romanis: Huiusmodi Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. Seruire, iuxta scripturarum consuetudinem dixit, pro colere. Ventrem colunt, cum quem habent pro Deo. Iam de auaritia manifestius etiam pronunciat scribens ad Colossenses, Mortificate, inquit, membra vestra quæ sunt super terram, fornicatio-

nem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus. Execramur eos qui procumbunt ad Dianæ simulacrum: quanto iustius eos execramur, qui roto pectore seruiunt mammonæ, qui illi quotidie sacrificant? Et si auarus est idololatra, qui pecuniæ studio tenetur, qui quod hæreditate obuenit, aut industria partum est recondit, nec erogat in egenos; quid censendum est de his, qui lenocinio, qui fenore, qui rapto, qui fraude, qui calumniis, qui opprimendis pauperibus rem accumulanti? Atque hæc idolorum seruitus non solum inuenitur inter Christianos, verum etiam, quod gemendū est, inter episcopos. Porro temulentia adeo communis est Africæ nostræ, vt propemodum non habeant pro crimine. An non videmus ad martyrum memorias Christianum à Christiano cogi ad ebrietatem? An hoc leuius crimen esse ducimus, quàm hircum immolare Baccho? Mihi videtur multo grauius, si rem recta ratione velimus expendere. Cum tyrannus dicit: Abnega Christum, & immola Ioui, & esto amicus noster, aut morere: sepe lingua negat, corde reclamante: & manus adoleret tus, cum animus intus adoret Christum: quanquam hoc quoque grauissimum est crimen, tamen aliquam impietatis culpam eleuat humanæ naturæ imbecillitas. Ibi satanas tibi loquitur voce tyranni: at quid tibi dicit idem per tuam concupiscentiam? Abnega Christum, & esto diues: Sacrifica Mammonæ, & Christo nuncium remittito. Quid est quod pollicetur? aurum & argentum, inutilem materiam nisi exerccas. Nec dicit morere, sed oblecta oculos; immo potius hoc dicit: Luctare pecuniam ad breue tempus habiturus, & perde in æternum animam tuam. Et tamen hic sponte submittit genua satanæ, & abnegato Christo, te totum illi mancipas. Quid autem Christus? Meus esto, & viue in æternū: contemne diuitias istas temporarias, & ego tibi centuplum reponam in hoc sæculo, & vitam æternam in futuro. Relinque terram, & accipe cælum. Ac Deus ista pollicēs deseritur; & diabolus tam nihili res, eaque falso promittens adoratur. O foedam defectio- nem. O turpem idololatriam. O iniquam permutationem. Quo præmio sollicitauit humani generis primos auctores? Ostendit pomum, & dedit mortem. Menda-



cio sefellit: Non moriemini, sed eritis sicut dii, scientes bonum & malum: Atque illi delusi, qualem dominum deseruerunt, & ad quem defecerunt? A qua felicitate exciderunt, & in quas ærumnas semet coniecerunt? Sed idem ille tenebrarum princeps qui Euæ locutus est per serpētem, nobis loquitur per satellites suos ac ministros, per lenas & lenones, per eos qui pellicunt ad amorem pecuniæ, ad ambitionem, ad voluptatem, auocantes à sinceritate quæ est in Christo Iesu. Idem ille loquitur nobis per concupiscentias nostras, quæ uiuunt in membris nostris. Nec dicit quod homo tyrannus: aut mihi obtempera aut morere, nec ostentat <sup>22</sup> carceres, catenas, vincinos, sartagines, aut caminos incensos, non cruces, laqueos aut gladios; sed tantum: contemne Deum, renuncia vitæ cœlestis hæreditati, & committe adulterium, & capies voluptatem. Sed qualem? Momentaneam & corporis tantum, quot autem amaritudinibus conditam? infamia, periculo, super omnia verò secreto conscientia cruciatu. Hæc est esca diaboli, hoc auctoramentum. Stipendium porro quale est? Dicat maiore cum fide beatus Apostolus: Stipendium peccati, mors est. Quæ mors? Corporis, quam solam minuitur & inferre potest tyrannus homo? Non, sed mors gehennæ, quæ finem nescit. Plus potest homo tyrannus, quam diabolus. Ille quodam modo cogit hominis naturam, hic nihil aliud potest quam sollicitare: deiicere non potest, nisi assentiaris, contempsisse vicisse est. Maior itaque venia debetur, Christum in tormentis abneganti, quam sponte assentienti diabolo; cui credidisse, est Christum abnegasse. Ille mendax est, & omnis mendacij pater, & illius promissa, quantumcunque fronte blandiantur, nihil aliud sunt quam præstigie pellicientes in exitium. Ne quis itaque sic sibi blandiatur: Sum peccator, amo pecuniam, seruo libidini, studeo honoribus, indulgeo vindictæ, deditus sum voluptatibus: sed Christum non abnegavi. At reclamationem tibi Paulus: Factis abnegasti; reclamationem tibi Dominus ipse: Non potes duos dominos colere. Et interim horres abominandum <sup>23</sup> turificati aut libellati cognomen, ipse fortasse turificatis aut libellatis deterior. Illos humanus metus violentior, quàm vt hominis

Rom. 6.

Tit. 1. Mat. 6.

natura possit vincere, eo compulsi, vt impias voces promant lingua, reclamante conscientia; tu tam vili mercedula sollicitatus, sponte deficiis ad eum, à cuius tyrannide te Christus suo sanguine redemit: cuius iam totus es factus, quemadmodum ait Apostolus: Empti estis pretio magno, & iam non estis vestri. Huius militiam professus es ad salutare lauacrum, huic dedisti nomen, huius sacramentis initiatus es, accepisti donarium & pignus spiritus <sup>24</sup> ne quid dubitares de promisso stipendio, simulque diabolo denunciaisti perpetuas inimicitias, renunciaisti omnibus illius pompis ac voluptatibus; exufflasti, exhibilasti, iurasti in verba redemptoris: cumque tot vitiiis seruias, tibi places quod nondum sis turificatus aut libellatus. Si quis miles iuratus in verba Cæsaris profugeret ad Turcam, & ex illius arbitrio faceret ea quæ sciret ingratißima Cæsari; nonne comprehensus ad supplicium, raperetur vt desertor, vt periurus, vt perfuga? Quis autem audiret eum ita se defendentem: non sum desertor, non abnegavi Cæsarem? An non mox audiret, quid refert si lingua tacuit? re ipsa abnegasti, & plusquam abnegasti; qui non solum desueris militiam, verum etiam ad tyrannum & hostem imperatoris tui irreconciliabilem transfugeris. Meritò fidelium aures abominantem apostatæ vocabulum: verum hoc non ibi tantum execrandum est, cum incenso tusculo, aut scripto libello renunciatu professioni nominis Christi; sed vbicunque contemptis Christi legibus, obtemperatur fatenæ. Nec enim refert quid sonet lingua; quæ si sonet Christum, cum animus sit deditus criminibus, non est professio, sed hypocrisis; abnegatura Christum si metus vrigeat, qui premiturificatos aut libellatos. Atque in his rebus quæ sic inter se pugnant, vt neutra ferat alterius consortiū; quotiens hanc amplectimur, illam abdicauimus; quotiens vnam reiecimur, alteram agnoscimus. Cuiusmodi sunt lux & tenebræ, bellum & pax, mors & vita, Deus & Belial; quemadmodum testatur & beatus Paulus in secunda ad Corinthios: Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Ad hæc si Belial, est abnegasse Christum, <sup>25</sup> vt cunque lingua aut habitu Christum profitearis. De hoc si quis simpliciorum

1. Cor. 6.

2. Cor. 6.

rum dubitabit; dabo argumentum crassum & euidentem. Fingamus tyrannum ita loqui Christiano: Incende tus Ioui; nihil addentem nec exigentem vt Christum abneget: si adoleuerit, nonne eunctis manifestum erit, illum hoc ipso Christum abnegasse, quod Ioui fecerit thymiama, etiam si nihil proferat impium in Christum? Quemadmodum qui magicis artibus vtuntur (<sup>26</sup> à quo malo nos Domini misericordia liberauit; sicut à cæteris omnibus, quibus iuxta veterem hominem quondam ambulantes tenebamur) tacite Christum abnegant, dum cum dæmonibus habent foedus. Iam si <sup>27</sup> Machabæi fratres vna cum matre maluerunt tot cruciatibus exanimari, quam carne sua vescei, sic existimantes, eum Deum legis auctorem negare, quisquis sciens ac volens legis præcepta violat: quo pacto sibi blanditur, qui in luxu, temulentia, auaritia, rapinis, adulteriis aliisque criminibus consenscunt, quæ gentium etiam leges noluerunt esse impunita? Et cum tot modis Christum abneget, cum toties immolent dæmonibus; pro Christianis haberi postulant? Atque in his sunt, qui palam ista committunt, ac propemodum etiam gloriantur in rebus pessimis; adeo non pudet aut piget admittorur: & tamen audent venire in ecclesiam sanctorum, audent misceri gregi dominico. Tales interdum tolerat ecclesia, ne prouocati magis etiam perturbent populum Dei: sed quid prodest non eiici cætu piorum, si merueris eiici? Nam eiici remedium est, & gradus ad recuperandam sanitatem: eiectionem meruisse, summa malorum est. Ac frustra miscetur cætu sanctorum in templo manufacto, si submotus est à consortio Dei & ab vniuerso corpore mystico Christi. Oportet autem & illud considerare, quantum opere Christiani abhorrent ab idolochyris, & ab ingressu sanctorum, atque ab ipsis etiam simulacris. Cum Beatus Paulus clamer, neque idolum esse aliquid, neque idolochyrum; multo minus sanum ex lapidibus constructum, est aliquid: & tamen plurimorum animus ea religione tenetur, vt mortem oppetant citius, quam gustent idolis immolatum: & inexpiabile piaculum esse ducant, si ingrediantur sanum Iouis aut Apollinis aut Dianæ, seque purent contactu simulacri vehementer contaminari. E-

2. Mach. 7.

1. Corin. 8.

quidem probo talium religionem, si sibi cõstet in omni re. Nunc, pro dolor, videre est quosdam in his pæne superstitione trepidos; in aliis vbi grauior erat metuendi causa, nimium esse securos. Per se non inquinat animam contactus idoli, nec ingressus fani, nec esus idolochyris: sed per se polluit conscientiam amor pecuniæ, incestus, rapina, hypocrisis, & his similia monstra. Quam verò congruit; horrere fani ingressum, nec horrere in templo sancto spiritui consecrato victimas immolare dæmoniis? Clamat sanctus Paulus scribens Corinthiis: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Rursus in eadem epistola: An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Sancti spiritus qui in vobis est, quem habetis à Deo & non estis vestri? Quod si Christianorum pectora sibi consecrauit Deus vt in illis inhabitet per spiritum suum; <sup>28</sup> illic deliciatur & inambulatur, illic amat sibi offerri victimam puram in omni loco. Et qui in hoc templum Deo sacrum, eiectione Sancto spiritu, inducit abominaciones quas in mystica visione conspexit Ezechiel; qui illic sedem facit Mammonæ, Veneri, Commo, Baccho, aliisque portentis; qui ibi dæmonibus immolat spurcissimas hostias, veretur ingredi sanum gentium ne contaminetur; <sup>29</sup> Proinde nemo sibi frustra blandiatur, Deus non iridetur; constet sibi nostra religio, nec alios detestemur, ipsi grauioribus obnoxij criminibus: nec alibi sumus religiose timidi, alibi impudenter impij. Sed Christum semel professi, tota vita reddamus illi testimonium, & vndique glorificemus illum, obediētes illius præceptis; vt in hoc cognoscant homines quod vere fidimus illi, quod ex animo diligimus illum, & quod non simulate ad sacrum lauacrum addiximus nos illius militiæ. Beatus Apostolus prædixit, nulli pie viuere volenti in Christo Iesu defuturam persecutionem. Si deest tyrannus, si tor-tor, si spoliator; non deest concupiscentia, martyrij materiam quotidianam nobis exhibens. Postremo hæc ipsa mala quæ secum defert vita mortaliū, quæque piis cum impiis communia sunt, martyrij coronam nobis parabunt; si placide, si cum gratiarum actione pertulerimus. Neque priuati sunt martyrij gloria quicunque violenta morte

1. Corin. 6.

Ibidem.

Ezech. 8.

Calat. 6.

1. Tim. 3.



morte consummati non sunt. Quis autem ausit vel Abraham patriarcham, vel huius filium Isaac, vel beatum Iob eximere è Martyrum numero? Quæ carnificinæ grauius torserunt corpus, quam patriarchæ mentem torquebant naturæ affectus; cum incunctanter ad Dei iussum appareret immolare filium vnicum & vnice carum, in quo tota spes erat illi posteritatis? Quid defuit Isaac martyrio, qui nihil obmurmurans, passus est se colligari & imponi busto? nec expauit in ceruicem vibratam machæram? Cuius autem martyrium audebimus conferre cum his quæ passus est Iob? Quod si quis adhuc diffidit sermoni nostro, certe beati Pauli verbis non poterit diffidere. Is scribens ad Hebræos orsus ab Abel vsque ad Gedeonem, ingentem sanctorum catalogum recenset, in quo plures sunt qui non defuncti sunt morte violenta; immo pauci sunt qui sic mortui sunt; & tamen de omnibus pronunciat: Et hi testimonio fidei probati inuenti sunt, perspicue declarans etiam vita bona peragi martyrium fidei. <sup>12</sup> Ecclesiæ quidem vsus discernit illos cognominibus martyres appellans eos, qui violenta morte decesserunt; confesores, qui constanter in cruciatibus ac minis mortis professi sunt nomen Domini IESV, parati mortem oppetere, vel potius martyrij supremam coronam ambientes. Apud Deum tamen quicunque carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentiis, quicunque Christo vere commortui sunt, eique in baptismo consepulti sunt, vt iam non sibi uiuant, neque mundo cui semel mortui sunt, sed ei, qui pro ipsis est moruus; martyres sunt, nec martyrum corona fraudabuntur: in primis autem monachi, qui vere monachi sunt, ac virgines quæ vere virgines sunt. <sup>13</sup> Neque enim locus desertus, fæccus pro veste, legumen pro cibo, neque ieiunia, neque chameuniæ munachum absoluunt; sub his inuolucris interdum latet aniuus valde mundanus. Quod ita deprehenditur, si ad manus aliquod ecclesiasticum vocentur: ibi videas quosdam ex illis facillime vinci deliciis, impatientiores iniuriarum, appetentiores vindictæ quam quiuis alius sit ex media plebe. Quid causa est? Quoniam corpus exercuerunt magis quam animum; cum beatus Pau-

lus doceat, quod exercitatio corporalis ad modicum vtilis sit, pietas ad omnia valeat. Non hæc dixerim, quod improbandi sunt qui talibus modis castigant corpus suum, & in seruitutem redigunt: sed quod satanas mille instructus artibus, nonnunquam illudit incautis, transfigurans se in Angelum lucis, & ex huiusmodi corporum exercitamentis inducit illis falsam sanctimonix persuasionem; cumque intus mudeant spiritalibus vitiis, & sibi, & alijs, habentur pij. Talis erat iustitia Phariseorum, cui prælata est iudice Christo publicani iniustitia. Ita sunt & virgines fatuæ; quæ solidam existimant pietatem corpus habere viro intactum, cum animus auaritia, superbia, inuidia & obreftatione sit corruptissimus. Sunt & falsò viduæ, quæ dum viuunt in deliciis, Christo mortuæ sunt. In summa tamen, quisquis vere Christianus, cuiusque status aut ordinis habet certamina sua, habet crucem suam; quam si patienter tollit, si constanter sustinet, testimonio suo glorificat Dominum, tantum ne sibi vindicet laudem bonorum operum: hoc enim non est glorificare Deum, sed clarificare se ipsum. Habet vnusquisque fidelium agones suos, habet aduersarium diabolum, habet agonotheram Deum, habet theatrum non solum Ecclesiæ & Angelorum, sed & infidelium; quemadmodum dicit Paulus ad Corinthios: Spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus. Si vincimus; gloriantur Angeli, gloriantur & fidelium Ecclesiæ, gloriatur & ipse Christus in membris suis. Sin vincimur ignauia nostra, triumphat satanas cum angelis suis, insultant nobis increduli, ac Deum contumelias afficiunt, dicentes: Ecce qui iactant se redemptos à tyrannide satanæ, qui prædicant se mortuos mundo, nihilo minus vincuntur à cupiditatibus suis quam nos, quos dicunt adhuc teneri sub regno satanæ. Quid prodest illis baptismus, quo dicunt exui veterem hominem cum actibus suis, & indui nouum qui secundum Deum creatus est? Quid prodest illis Spiritus sanctus, cuius arbitrio dicunt se temperari? Cui semper in ore habent; Euangelium, Euangelium; cum tota vita discrepet ab Euangelij præceptis? Quanto creditis pudore suffunditur Ecclesia, cū hæc ingeruntur ab hostibus, nec habet quo refellat opprobria? Nonne

Nonne videmus totum Ecclesiæ cœtum demittere vultus atque erubescere, quotiens aliqua virgo quæ Christo nupserrat, dilapsa ex angelico contubernio defecit ad stupram, aut coniugium? Quantus mæror occupat omnium nostrum animos, sed præcipue pastorum, si quando Christi miles tormentis inferior, renunciauit imperatori suo? Quantus autem ex aduerso satanæ triumphus? Itaque, fratres dilectissimi, si vere diligimus Deum, si quotidie petimus ex animo: Sanctificetur nomen tuum; summo studio aduigilemus, necubi polluamus nomen illius, sed & morte & vita glorificemus illum, iuxta beati Pauli monita: Viuentes sine querela vt simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos luceamus sicut luminaria in mundo verbum vitæ continentibus ad gloriam Christi IESV Regis & agonotheræ nostri, qui suum esse ducit quidquid in membris ipsius geritur. Patiamur cum illo vt cum illo glorificemur in die Domini. Nos hic illum clarificemus apud homines, vt ille nos clarificet claritate sua coram Angelis suis. Cum, vt inquit beatus Paulus, venerit glorificari in sanctis suis. Nemo coronatur nisi legitime certauerit. Et hi, qui corruptibilem coronam ambiunt, ab omnibus se abstinent, nihil non facientes quod ad victoriam conducit: quid nos facere conuenit, vt assequamur illam immortalis vitæ coronam incorruptibilem & immarcescibilem in cælis? Hic si quis roget, quo pacto quis possit esse martyr sine sanguinis effusione: quisquis hoc animo sequitur iustitiam, vt mortem citius admittitur sit, quam velit à iustitia deflectere: huic prompta voluntas pro martyrio deputabitur. Deus enim non æstimat quemquam ex eventu rerum, sed ex affectu. Cur enim ille fraudetur martyrij gloria, per quem non stetit quo minus martyrium peregerit? Vt contra, mercedem Apostolatæ feret; quisquis hoc animo viuunt, vt Christum negaturus sit, si iactura bonorum, aut corporis cruciatus, aut mors sit accipienda. Qui ob paululum pecuniæ peierat; an is verebitur abnegare Christum, si tota res periclitetur, si intenter infamia, carcer & mors? Qui ob febriculam ad incantatricum remedia confugit; an is malit cruciatus morte

tristiores perferre, quam Christo renunciare? Immo qui totiens ob breuem carnis delectationem, ob momentaneam gloriam defecit à Christo; vitam habebit vilem pro Christo? Nec hunc tyrannus fecit Apostatam, sed ad tyrannum accessit Apostata. Vt autem est similis certandi ratio: ita iisdem armis fratrum animi communiendi sunt ad has pugnas quibus ostendimus confirmandos ad martyrium. Fides est, quæ pugnat & superat in martyribus: nec quisquam defecit in tormentis, nisi fidei defectu. Orandus igitur assidue Deus, vt fidem in nobis augeat: est enim Dei donum, & illi debetur omnis victoriæ gloria. Ingeramus illorum animis & ingamus, quam horrendum crimen sit omnis idololatria, quam seuerè punita sit à Deo sub lege veteri: quot milia trucidarit Moyses ob vitulum aureum. Deinde proponatur comparatio manifestæ idololatriæ, cum immolatur simulachris: & occultæ, cum contempto Deo obeditur per concupiscentiam satanæ. Deinde conferantur inter se Deus fons omnis boni, & diabolus omnis malitiæ princeps. Ostendatur & inæqualitas contubernij: in altera parte sunt filij Dei, conciuēs Angelorum, & hæredes beatæ immortalitatis; in altera filij Belial, societas omnium dæmonum, & hæredes gehennæ. Conferatur & impar malitiæ genus, comparantur diuersa stipendia. Hæc si prius fuerint persuasa, & intimis infixata visceribus, facilis erit victoria. Nunc fides multis narat in labijs, cum in corde aut nulla sit, aut vehementer langueat. Quis enim non profiteretur, quod in Deuteronomio legimus: Audi, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est? Et; Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues? Quis non quotidie recitat ore: Credo in Deum patrem omnipotentem? At non credit in Deum, qui non in eo solo collocat <sup>14</sup> totius felicitatis suæ fiduciam: nec vnum habet Deum ac Dominum, qui per scortationem, per luxum & auaritiam satanæ facit imperata, nec illi soli seruit, qui seruit ventri, qui deditus est huic mundo, qui totus in prauo positus est. Ethnici putant plures esse deos, & hoc tibi videris perfectus Christianus, quod persuasum habes vnum esse Deum? quid magni facis? Idem credunt Iudæi qui quotidie blasphemant

Genes. 22.

Iob 1. &amp; 2.

Hebr. 11.

1. Tim. 4.

2. Corin. 11.

1. Tim. 5. 15.

1. Corin. 4.

Philipp. 2.

2. Thess. 1. 11.

2. Tim. 1.

1. Corin. 9.

Exod. 32.

Deuter. 6.

&amp; 10.



phemant filium Dei in Synagogis suis: im-  
 credunt dæmones & contremiscunt  
 Si vere credis in Deum, crede iustum &  
 veracem: iustum in remunerandis piis, &  
 puniendis impiis: veracem in promissis.  
 Crede non esse spem salutis, nisi per filium  
 eius quem pro nobis omnibus tradidit in  
 mortem: crede nihil accidere mali posse  
 iis, qui se totos illius voluntati tradiderunt  
 & in illo perseverant. Hoc est credere in  
 Deum patrem, hoc est credere in filium  
 eius, hoc est credere in Spiritum sanctum,  
 vnum Deum, & Ecclesiam sanctam my-  
 sticum Christi corpus; extra quam, non  
 est salus, & in qua non est pernicies. Quis-  
 quis in tali petra pedes animi fixerit, ad-  
 versus omnes tentationum incurfus stabit  
 immobilis. Exempli gratia: Lacesitus es  
 conuicio, suggerit tibi caro vindictæ. cu-  
 piditatem; prius quam respondeas, sic co-  
 gita tecum: Hunc maledicum hominem  
 subornavit diabolus, vt me deiciat, ac  
 deicetum perdat, sed ausculta quid suadeat  
 imperator tuus cui militas: Beati, inquit,  
 mites, quoniam ipsi possidebunt terram.  
 Et; Mea est vindicta, & ego retribuam.  
 Quid suadeat fortissimus ille Christi dux  
 Paulus: Non nosmet ipsos vindicantes cha-  
 rissimi, sed date locum iræ. Diabolus di-  
 cit: Fruere vindicta, & perde vitam æ-  
 ternam. Deus dicit. Vince in bono ma-  
 lum, & noli resistere malo; & accipe cum  
 filio meo possessionem regni cælestis. Mox  
 dispice, vtri potius expediat obtemperare.  
 Dicit tibi per concupiscentiam tuam dia-  
 bolus: Mœchare, & fruere temporaria cor-  
 poris voluptate, & esto meus seruus, &  
 cohæres gehennæ. Audi potius quid di-  
 cat tibi Deus: Spernæ temporariam volu-  
 ptatem, & accipe centuplum bonæ con-  
 scientiæ gaudium in hoc sæculo, & vitam  
 æternam in futuro: & expende vtri potius  
 sit auscultandum. Suggestit tibi per carnis  
 affectum veluti per Euam sathanas: Viue  
 genialiter. Ex aduerso dicit Christus: Beati  
 qui lugent, quoniam ipsi consolationem  
 accipient. Ad eundem modum de cæteris  
 tentationibus, obiice tentatori clypeum  
 scripturatum, in quibus tibi loquitur Deus  
 non minore fide, quam si tibi coram ore  
 ad os loqueretur. Ex historrentibus su-  
 me tibi lapides, quibus deicias superbum,  
 Goliath. Habes exemplum à Domino tuo,  
 sic ille prostravit diabolum: nec deicias

Math. 5.

Deut. 23.

Roma. 12.

Math. 5.

1. Regum.

Math. 4.

animum si sapius invadat, ac subinde ma-  
 ioribus machinis aggrediatur: nihil potest  
 aduersus eum qui tecum est. Dic illud  
 Ioannis: Maior est qui in nobis est, quam  
 qui in isto mundo. Succurrat illud Do-  
 mini dictum: Confidite quoniam ego vi-  
 ci mundum. His orationibus si Christi  
 miles fuerit exercitatus ad conflictum; in-  
 dies comperiet suum antagonistam debi-  
 liorem. Nec tamen remittendæ sunt excu-  
 biæ, si quando hostis simulabit tranquilli-  
 tatem; sed obseruans illius insidias, dicat  
 cum beato abacuc: Super custodiam meam  
 stabo & gradum figam super petram, om-  
 ni custodia seruans cor meum, ne qua  
 pateat aditus obambulanti quærentique  
 quem deuoret. Tutissimum autem cordis  
 munimentum est sobrietas cum instanti o-  
 ratione, iugique scripturarum meditatio-  
 ne. Omnis enim scriptura diuinitus inspi-  
 rata, utilis est ad docendum, ad arguen-  
 dum, ad corripiendum, ad erudiendum in  
 iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad om-  
 ne opus bonum instructus. Ex hac igitur  
 colligendæ sunt sententiæ, quas ad manum  
 & velut in procinctu habeas, vt his protin-  
 us serpentem caput erigentem deicias.  
 Nullus est enim animorum morbus, cui  
 nõ præsens remedium diuina scriptura sup-  
 peditaret. Hinc comparanda sua exempla  
 priorum, sed præcipue Christi, quibus se  
 quisque vel animet vel consoletur. Venio  
 nunc ad illa mala quæ vel ipsam naturam  
 hominis comitantur, vel fortuitu viden-  
 tur inferri. Hæc quoque pius animus, &  
 ad pugnandum instructus. sibi verret in ma-  
 teriam coronæ. Exemplo faciam, quod  
 dico, clarius. Excutitur aliquis facultati-  
 bus suis, siue bello, siue naufragio, siue ra-  
 pina. Ne protinus hic cogitet laqueum,  
 aut rationem malis artibus sarcindi quod  
 periit; sed ita secum loquatur: Dominus  
 est qui tentat me, an diligam ipsum ex to-  
 to corde. Ipse dedit, ipse abstulit, sit no-  
 men Domini benedictum. Gratias agat  
 quod acceperit ex Domini benignitate: ag-  
 gat gratias quod amiserit ad probationem  
 fidei. Si hæc dixerit eo animo, quo dixit  
 sanctus Iob; cum illo mercedem accipiet.  
 Nec enim Dominus æstimat, quantum quis  
 perdat, sed quam patienter: quemadmo-  
 dum nõ respicit, quantum aliquis largiatur  
 egentibus, sed quo animo. Habet aliquis  
 filium vnice charum, eo te mors orbat præ-  
 matura

1. Ioan. 6.

1. Ioan. 17.

Abacuc. 3.

1. Tim. 3.

Deut. 6.

Iob. 1.

matura, pestilètia spoliat te carissimis, spon-  
 sa, liberis, amicis; ferro patienter, & dic: Do-  
 mino ita visum, & sic fortassis & nobis ex-  
 pediebat, & nostris; Sit nomen Domini be-  
 nedictum. Sunt & morbi qui non minus a-  
 troces habent cruciatus, quam vlla potest  
 inferre tortorum sæuitia: veluti pleuritis,  
 ischiasis, podagra, paralytis, calculus, renum  
 & vesicæ exulceratio. Tale si quid accide-  
 rit, ne mens exasperetur ad impatientiam,  
 ne lingua erumpat in voces blasphemias, sed  
 cum beato David & Heli sacerdote dicat  
 Dominus est, faciat quod bonum est in o-  
 culis ipsius. Ita mala quæ non inferuntur ob  
 Christi professionem, vertemus nobis in co-  
 ronam, & Christo in gloriam. Ac fiet for-  
 tasse, vt Dominus nostra tolerantia propi-  
 tarius, aut auferat afflictiones, aut mitiget;  
 quod si non fit, tamen hac ratione facie-  
 mus, vt quod animo impatienti fuisset in-  
 tolerabile, fiat paciètia mitius. His atque hu-  
 iusmodi argumentis non desinemus nos  
 inuicem exhortari, ad illustrandam Domi-  
 ni gloriam, cuius titulum & insignia gerim-  
 us. Præstemus illi martyrium in suo quis-  
 que statu & ordine, non solum in aduersis,  
 verum etiam in prosperis. In aduersis agnos-  
 camus amorem patris flagellantis nos ad  
 correctionem, & gratias agamus caritati  
 qua diligit nos, vt filios, quos abdicare non  
 vult, sed emédatos recipere. In prosperis æ-  
 que gratias agamus illius bonitati, qua con-  
 solatur nos vt tentationum pondus possi-  
 mus sustinere: ita fiet vt tota vita nostra  
 nihil aliud sit quam testimonium, declarans  
 apud credentes & incredulos sapientiam,  
 bonitatem, misericordiam ac veritatem dei  
 patris, & filij illius Iesu & Spiritus sancti.  
 Amen.

2. Reg. 15.  
1. Reg. 3.

20.

ADNOTATIONES.

1. quod mei Fortunati pium desiderium bene fortunauit] Quamquam hic vt Cypriani esse persuaderet hunc librum, alterius libri ad Fortunatum meminerit, tamen ipse stylus repugnat; neque enim veteres patres vnquam voce fortunare vsi sunt, ne fortuna viderentur aliquid tribuere.
2. qui in tormentis vsque ad mortem perdurant] Quam diuersa significatione accipiat Martyres Cyprianus, supra abinde diximus; præsertim Tom. 1. Epistola 9.
3. ob laticis penitiam] Non recte Manut. & Morel. laticis, neque vero sic etiam alicubi Cyprianus, cui etiam heri nomen ignotum est.
4. aut ideo vnum dicuntur esse &c.] Nimum cõsentit hæc expositio Adnotationibus Erasmi in hunc epi-

- stole Ioannis locum; ipse vero Cyprianus longe aliter, de vniuersitate patris filij, & Spiritus sancti interpretatur libr. de vniuersitate ecclesiæ, sic etiam alij veteres.
5. Vita domini qui summus fuit martyr] Non existimo, apud veteres Christum martyrem nuncupari.
  6. & Satanæ in nos ius vindicabat] Negligentia operarum apud Manut. erat: iudicabat.
  7. ecce qui tollit peccatum mundi] Lugdunensis editio & Manut. legit: peccata, sed illud habet utraque Frobenij & Grauij editio, & genuinum esse constat ex interpretatione Auctoris, quæ eadem est cum illa, quam habet Erasmus in Adnotationibus in Ioannem, ita vt vbi hinc confirmetur coniectura H. Grauij.
  8. anni fluxerunt plus minus ducenti quadraginta] Hoc addidit Auctor vt putaretur vetustum opus, sed ipse sibi hac periodo contradicit, dum iam ea ætate laticis sparsam dicit fidem quam Romanum Imperium; neque enim id ante tempora Imperatoris Constantini verum fuisse, satis constat.
  9. nulla chalybis duritie cedentem] Prorsus sic lego, pro eo quod alij: nulla chalybis duritie, seu: duritiei. Item: dissilire, non: dissiliri, quod habent quidam.
  10. vices illius gerimus] Et hoc rursum auctor addidit, vt Episcopus putaretur.
  11. cum adhuc recens ille Christi sanguis, &c.] Etiam hoc ad subornationem pertinet. Neque vero vsquam Cyprianus malos pastores lupos nuncupat, sed solos iuxta scripturam hereticos.
  12. Rudimenta fideliter tradamus] Solus Manut. tractamus, at non placet.
  13. non supplicium facit martyrem, sed causa] Sumpsit quidem hoc ex D. Cypriano; sed quod ille contra hereticos, ista aduersus eos qui mortem sibi conciscunt, & maleficos, in medium adducit.
  14. non minitantur tyranno] Non per omnia hoc verum esse, patet vel ex solo Prudentio, vbi & Laurentius & Romanus martyres contra faciunt, in iunio & Machabei martyres non erunt, si huic auctori credendum sit. Caute itaque hic locus legendus, ne fauere videatur vñdem martyribus nostri sæculi.
  15. iam non est par omnium martyrum in tormentis alacritas] Morelius & Manut. martyrium, verum non placet.
  16. vt habet humana quidem historia] Hæc quoque phrasis veteribus est incognita, qui non humanas sed ecclesiasticas huiusmodi historias nuncupant.
  17. Diocletiani] Morel. conicit legendum: Valeriani. Perum etsi id fiat, plura sunt alia, quæ Cypriani non esse conuincunt. Neque vero vsquam de altero hoc martyrij genere apud illum sermo est.
  18. nec Paulus Apostolus scriberet Galatis] Recte sic Manutius, pro: Corinthiis.
  19. Achan] Morel. Achar, & sic etiam 70. sed ver- sio hæc mixta est ex vulgata editione Hieron. & 70. Hoc autem mirum, quod penitentiam lapsorum martyrum quoddam facere videatur.
  20. [Lucam] Manutius quidem & hic & postea reposuit: secundum, verum quod illud Cyprianicum sit, puto auctorem sic ex instituto scripsisse. Est autem etiam præter veterum sententiam huius loci expositio.
  21. Porro remulencia adeo cõmunis est Africæ nostræ] Quod præmissis de episcopis habet ex libro Cy-



Priani de Lapsis. Hoc vero ex D. Augustini epistola ad Auxilium, ut putetur Africanus esse.

22. carceres, cathenas, vincinos] *Omnino sic legendum, antea erat: vincinas, corripite.*

23. turificati aut libellati nomen] *Hoc iterum ex D. Cypriano, qui tamen libellaticos nuncupat.*

24. ne quid dubitares] *Nimis saepe inculcat hanc certam in Deo fidem.*

25. utinamque lingua & habitu Christum profitearis] *Certe hoc legendum.*

26. (à quo malo nos dominus liberavit, &c.) *Hoc etiam addidit, ut Cypriani videretur hic liber quippe quem magicas artes professum fuisse (quanquam perperam) quidam tradunt.*

27. Machabai] *Recte sic Manut. pro eo quod erat Maccabai.*

28. illic amat sibi offerri victimam puram in omni loco] *Atque detorqueat hanc Malachia scripturam auctor.*

29. Proinde nemo sibi frustra blandiatur] *Hoc rursum mutat<sup>o</sup> est ad verbum ex libro Cypriani de Lapsis.*

38. Ecclesie quidem vltus, &c. *Non per omnia Cyprianicam esse hanc Martyris & Confessoris differentiam Tomo I. epistola 9. satis ostendimus.*

31. Neque enim locus desertus, &c.] *Plane sunt hæc Erasmi, atque adeo & caute legenda.*

32. dimittere vultus] *Quidam non recte: dimittere.*

33. Qui ob febriculam ad incantatricum remedia confugit] *Nescio quæ remedia incantatricum intelligat.*

34. totius felicitatis suæ fiduciam] *Corrupte & hic quidam: infelicitatis: qui etiam paulo post omiserat vocem: es, est etiam hoc caute legendum.*

35. quoniam ipsi consolatione accipient] *Est etiam hæc Erasmi verso.*

36. veluti pleuritis] *Magis placet hoc Morelij, quam quod habebant prius excusi: pleuretis, aut Manutius: pleurefis.*

## DE DVODECIM ABUSIONIBVS SAECVLI PERPERAM Cypriano adscriptis.

### ARGVMENTVM.

**A**rgumentum ex ipsis in titulis capitum satis superque licet deprehendere. Etsi autem & Gratianus & Ivo alicubi, & Ms. Anglicus, Dunensis & Colonensis codices, D. Cypriano ascribant Stilius tamen, ipso Trichemio teste, & scripturae citatae iuxta versionem D. Hieronymi, non iuxta 70. satis arguunt, neque ipsius esse, neque etiam D. Augustini; cui ascribitur Tom. 9. Si quid in re incerta conicere licet, aut Ebrardi cuiuspiam est, cuius nomen ad marginem apud D. Augustini, ascriptum reperio aut quia Gratiano & Iuone vetustior, Iohannis Chymaci. Nam apud D. Augustinum inscribitur iste liber: DE XII ABUSIO-

NVM GR ADIBVS. Atqui simili titulo librum ille edidit de 30. Gradibus.

### CAPVT PRIMVM.

**P**rimus abusionis gradus est, si sine bonis operibus sapiens & prædicator fuerit, qui quod sermone docet, actibus explere negligit. Auditores enim doctrinae, dicta facere contemnunt, cum prædicatoris opera à prædicationis verbis discrepare conspiciunt. Numquam enim fit effectus operis cordi adfixerit audientis, præsertim cum & ipse doctor, si in vitiorum amorem delapsus fuerit, alterius doctoris medicamentum suis vulneribus adhibere parvipendit. Vnde & ipse Dominus in Euangelio de doctrina pariter & bono opere instruere volens discipulos, qualem in his cautelam haberent admonebat; dicens: Quod si sal euauerit, in quo salietur? Hoc est, si doctor errauerit, in quo iterum doctore emendabitur? Et si lumen, quod in te est, tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quantæ erunt? Si namque oculus, à videndi officio deserit; quis à manu, vel à pede, vel à reliquo corpore illud ministerium exiget? quapropter doctores cogitent, ne ampliori vindictæ subiaceant, si plurimis perditionis occasionem abundantius præstent. Nam & ipse Salomon dum multæ sapientia transgressionem incurrit, totius Israeliticæ plebis regni dispersionem solius sui merito præstitit. Quibus ergo committuntur multa, maiora perdunt; si non recte dispensauerint Rectoris sui munera, quæ perceperunt. Cui enim plus committitur, ab eo plus exigitur. Et seruus qui Domini sui voluntatem intelligens non facit, actionibus flagellis grauioribusque vindictis vapulabit.

### CAPVT II.

Secundus abusionis gradus est, si sine religione senex esse inueniatur. Cui cum membra exterioris hominis veterascunt, vires animi, id est, interioris hominis membra, incrementa robotis non capiunt. Plus enim omnibus religioni operam dare senibus competit, quos præsentis sæculi flori da ætas transacta deseruit. Sicut namque in lignis ipsa reproba arbor comparet, quæ post flores fructus optimos cultori suo non exhibet

exhibet: sic & in hominibus ipse reprobus est, quem flos iuuentutis deserit, & tamen in sui corporis senectute, bonorum operum maturos fructus proferre parvipendit. Quid enim stolidius fieri potest, si mens ad perfectionem festinare non contendat, quando totius corporis habitus senectute confectus ad interitum properat? Dum oculi caligant, aures grauius audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arefcit, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos & pedes tumor inflat; etiam homo interior, qui non senescit, his omnibus adgrauatur. Et hæc omnia iuuenturam iamiamque domum corporis cito prænunciant. Quid ergo superest; nisi ut dum huius vitæ defectus adpropiat, nihil aliud quam cogitare, quomodo futura habitatio prospere comprehendatur, quicquid senex adperat: Iuuenibus enim incertus huius vitæ terminus instat, senibus vero cunctis maturior ex hac luce exitus breuiter concordat. Cauendæ enim sunt homini duæ particulae, quæ in illius carne non veterascunt, & totum hominem secum ad peccatum pertrahunt; cor videlicet & lingua: quia cor nouas semper cogitationes machinari non desinit lingua impigre loquitur, quodcunque machinari consenserit. Caueat ergo senilis ætas, ne istæ iuuenescences particulae totam sui harmoniam decipiant, & per res ineptas reliqui corporis grauitatem ne illudant. Vnicuique enim considerandum est, quid ætate eminenti dignum sit; ut hoc agat, quod nec vitam, nec ætatem, nec ministerium vile reddat.

### CAPVT III.

Tertius abusionis gradus est, si adolescens sine obedientia deprehenditur; quo mundus à recto rationis ordine deprauatur. Qualiter namque in senectute aliis ministerium imperabit, qui in adolescentia se senioribus obedientem exhibere contemnit? Vnde & in proverbio apud veteres habetur, quod Dominari nequeat, qui prius alicui seruitutem præbere denegat. Propter quod & Dominus Iesus in temporibus suæ carnis, dum adhuc ad legitimam ætatem doctoris non perueniret, obedienter ministracionem parentibus suis præstitit. Sicut ergo in senibus sobrietas,

& morum perfectio requiritur: ita etiam in adolescentibus, obsequium, & subiectio, & obedientia rite debetur. Quapropter & in mandatis legis primum in his quæ ad homines pertinent, patris & matris honor imperatur: quia quamuis carnalis pater non superuixerit, aut indignus fuerit, alicui tamen patri digno & viuenti, paternus honor vsque ad dignam ætatem à filiis præbendus esse ostenditur.

Quatuor etenim modis per scripturas diuinas patres vocantur; hoc est, natura, gente, admonitione, & ætate. De patre namque naturali Iacob ad Laban loquitur: Nisi timor patris mei Isaac adfuisset, tulisses omnia quæ mea sunt tibi. Gente vero pater dicitur, quando Dominus de rubo ad Moysen loquebatur: Ego sum,

inquiens, Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Ætate autem & admonitione pariter pater dicitur, cum Moyses in cantico Deuteronomij loquitur: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.

Quod si ergo naturalis pater superstes non fuerit, aut indignus fuerit; admonenti tamen seniori adolescentis obedientia præbenda erit. Quomodo ergo honoratus in senectute adparebit; qui disciplinae laborem in adolescentia non sustinuerit? Quodcunque etenim homo laborauerit, hoc & metet. Omnis namque disciplina in præsentis non videtur esse gaudij, sed mœroris; postea vero fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.

Sicut ergo fructus non inuenitur in arbore, in qua pappinus aut flos prius non adparuerit: sic & in senectute honorem legitimum adsequi non poterit, qui in adolescentia disciplinae alicuius exercitatione non laborauerit. Disciplina igitur absque obedientia, qualiter fieri potest? Adolescens ergo sine disciplina, adolescens sine obedientia, est: quoniam & ipsa obedientia, quæ omnium disciplinarum mater est, magna exercitatione indiget; quæ sui normam studij in Christo Domino sumpsit, qui obediens patri vsque ad mortem, mortem autem Crucis, ignominiam libenter sustinuit.

### CAPVT IIII.

Quartus abusionis gradus est, diues sine Eleemofyna; qui superflua usus sui quæ custodienda in posterum recondit, indi-

### Ecc ij



gentibus & nihil habentibus non distribuit: per quod efficitur, ut dum in terra quaesita diligenti cura custodit, caelestis patriæ perennem thesaurum amittat. Ad quem thesaurum Dominus Iesus adolescentem diuitem, qui eum de perfectione intetrogauerat, ita respondens inuitauit: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in caelo. Quem thesaurum nullus vnquam hominum habere potest, nisi qui pauperibus solatia praestat, aut qui per seipsum pauper est. Non ergo dormiat in thesauris suis, qui pauperes dormire non sinit. Diues namque etsi multa congregauerit, his frui solus nequaquam poterit; quia vnus hominis natura multis rebus non succurrit: Quid ergo stultius est, quam propter vnus hominis victum & vestitum, totam regni caelestis perdere perennem iocunditatem, & æternos inferni cruciatus, absque consolationis praestolatione subire? Quod igitur aliquando per necessitatem amittendum est, pro æterna remuneratione sponte distribuendum est. Omnia enim quæ videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna sunt. Quamdiu nanque temporales sumus, temporalibus temporalia deferuiunt; & cum hinc transferimus, æternis æterna solatia praestabuntur. Idcirco non debemus diligere ea, quæ non semper habebimus; praesertim cum expertem rationis auarum diuitem, thesauri & sui agri, & omnia, quæ habet, ostendant; quia toto cordis intaitu illas res amat, quæ nunquam se diligunt. Si etenim aurum & argentum, & agros, & vestimenta, & cibos, & metalla, & bruta animalia quis dilexerit, hæc omnia vicem sibi amoris rependere non posse, ipsa rerum natura ostendit. Quid ergo à ratione longius est, quam diligere, quod te amare non valet, & negligere illum, qui suæ \*ditioni cum dilectione omnia praebet? Propter hoc igitur non diligi mundus, sed diligi proximus à Deo praecipitur; quia proximus vicem sui amoris potest rependere, quod mundus non potest, vel minime non posse dubitatur. Sic enim inimicum esse diligendum Dominus praecipit, ut illa dilectio amicum illum ex inimico efficiat. Quisquis ergo diues cupidus, qui vult æternas habere diuitias, distribuendo egenis praestet interium

non manuras. Si enim quod diligit, non vendit, nemo potest emere quod cupit. Auari nanque ideo in iudicio à rectissimo iudice nuncupantur maledicti, quia cum praeteribant eorum habitacula non dicebant: Benedictio domini super vos, "benediximus vobis in nomine domini. Infelices ergo sunt auari diuites, qui propter res transitorias, in æternam damnationem dilabuntur; & è contrario: Beati sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Felix est ergo misericors, dum in hac virtute non substantiam, sed adfectum Deus requirit.

## CAPVT V.

Quintus abusionis gradus est, femina sine pudicitia. Sicut enim omnes bonos mores procurat & custodit in viris prudentia; sic & in feminis cunctos honestos actus nutrit & fouet & custodit pudicitia. Pudicitia namque castitatem custodit, auaritiam refrenat, lites deuittat, iram mitigat, libidinem occupat, cupiditatem temperat, lasciuam castigat, ebrietatem cauet, verba non multiplicat, gula concupiscentias purgat, furtum omnino damnat. Quid plura? Omnia vitia restringit; & omnes virtutes, & quicquid coram deo & bonis hominibus laudabile est nutrit. Impudica namque vita, nec laudem ab hominibus in presenti sæculo, nec remunerationem à deo expectat in futuro. Pudica vero vita, famam bonam inter homines habet, & de spe futuræ beatitudinis gaudet. Praesentibus semet ipsam imitabilem facit, posteris memoriam amabilem relinquit. Bonis semper moribus delectatur & consentit, & assiduis scripturarum meditationibus & eloquiis animam vegetat. Bonorum praecedentium exempla custodit, & inseparabilia perfectis contubernia necitat. Duobus ergo modis constat veræ pudicitiae exercitatio, id est, corporis habitu & superficie, & animi adfectu interno. Per exteriorem modum, iuxta Apostolum, coram hominibus exempla; per interiorem modum coram deo, prouidemus opera bona. Pudicitia namque corporis est, alienas res non adpetere, & omnem immunditiam deuittare; ante horam congruam non gustare velle, risum non excitare, verba vana & falsa non loqui; habitum per omnia ordinatum, compositionemque conuenientem tam capillorum quam vestium

stium sicut decet habere; cum indignis contubernia non inire; supercilioso intuitu neminem adspicere, vagari oculos non permittere; pompatico & illecebroso gressu non incedere; nulli inferior in incepto bono opere adparere; nulli contumeliam aut ruborem incutere, neminem blasphemare; bonis non inuidere, senes non irridere, meliori non controuersari; de his quæ ignoras non tractare, & ea quæ scis non omnia proferre: Hæc enim proximis amabilem hominem reddunt, & Deo acceptabilem faciunt. Pudicitia enim animæ est, plus propter Dei oculos, quam hominum, omnia bona facere; adpetitiones turpium cogitationum compescere; omnes meliores se esse aestimare, nemini inuidere; de semetipso nihil confidere, dei semper auxilio res omnes committere, ante dei oculos semetipsum constituere; hæretica prauitate sensum non maculare, catholicis per omnia consentire; Deo soli adherere; castitatem æternæ mentis deo Christo offerre; "omnia cæpta opera bona mortis tantum termino finire, praesentes tribulationes animi fortitudine negligere, paruipendere; in terra praeter proximos nihil amare, cuncti amoris sui thesaurum in caelo constituere, & pro omni bono actu mercedem à deo in caelestibus sperare. Pudicitia ornamentum nobilium est, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo debiliū, prosperitas laborantium, solamen mœrentium, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, defensio criminum multiplicatio meritorum, creatoris omnium dei amicitia.

## CAPVT VI.

Sextus abusionis gradus est, dominus sine virtute. Quia nihil proficit dominandi habere potestatem, si dominus ipse non habeat virtutis rigorem. Sed hic virtutis rigor, non tam exteriori fortitudine, quæ & ipsa sæcularibus dominis necessaria est, indiget; quam animi interiori fortitudine, bonis moribus exerceri debet: sæpe enim dominandi per animi negligentiam perditur fortitudo, sicut in Heli sacerdote factum fuisse comprobatur. Qui dum seueritate iudicij peccantes filios non coercuit, in eorum vindictam, dominus, velut consentienti, ferociter non pepercit. Tria ergo necessaria hos qui dominantur habere oportet; terrorem scilicet, & ordina-

tionem, & amorem. Nisi enim ametur dominus pariter & metuatur, ordinatio minime constare illius potest. Per beneficia ergo & adfabilitatem, procuret ut diligatur; & per iustas vindictas, non propriæ iniuriæ, sed legis dei, studeat ut metuatur. Propterea quoque dum multi pendunt in eo, ipse deo adherere debet, qui illum in ducatum constituit; qui ad portanda multorum onera, ipsum veluti fortiorem solidauit. Paxillus enim nisi bene forte firmetur, & alicui fortiori adherat, omne quod in eo pendet cito labitur, & ipse solutus à rigore suæ firmitatis, cum oneribus ad terram delabitur. Sic & princeps nisi suo conditori pertinaciter adhererit, & ipse, " & omne quod continet, cito deperit. Quidam nanque per dominandi officium plus deo adpropinquant, quidam imposito sibi dignitatis honore deteriores fiunt. Moyses nanque accepto populi ducatu, familiaris dei locutionibus utebatur; Saul vero filius Cis, postquam sceptrum regni suscepit, per inobedientiæ superbiam Deum offendit. Rex Salomon postquam patris sui Dauid sedem obtinuit, Deus illum ultra omnes mortales velut ad numerosi populi gubernationem sapientiæ munere ditauit. Econtrario vero Hieroboam seruus Salomonis, postquam regni domus Dauid occupauit partem; ad idolorum culturam, decem tribus Israel, quæ erant in parte Samariæ, " deuerterat. Per quæ exempla euidenter ostenditur, quosdam in sublimiori statu ad maiorem perfectionem crescere, quosdam vero per supercilium dominationis ad deteriora defluere. Per quod utrunque intelligitur; eos qui ad meliora condescendunt, per virtutem animi & Dei auxilium posse id facere; & eos qui ad deteriora deuertuntur, per mentis imbecillitatem pariter & negligentiam errare. Vnde & dominum absque virtute fieri non decet, qui virtutem sine Dei auxilio nullatenus habet. Qui etenim multa tuetur, si non habet fortitudinem animi, non valet id agere, quoniam magna magnis infestationibus, vel aduersitatibus solent laborare. Omnis ergo qui praest, hoc primus animi tota intentione procutet, ut per omnia de Dei adiutorio omnino non dubitet. Si nanque ceperit in actibus suis auxiliatorem habere dominum dominorum, nullus hominum cōtemptui poterit habere eius dominatum:

Math. 19.

2. Cor. 4.

\* dilectio. ni.

Psal. 122.

Math. 5.

Exod. 33.

1. Reg. 15.

3. Reg. 3.

3. Reg. 12.

1. Reg. 1.



Rom. 13.

Psal. 112.

Luc. 1.

1. Corint. 2.

non enim est potestas nisi à Deo. Ipse enim eleuat de stercore egenum, & sedere facit cum principibus populi sui: & depouit potentes de sede, & exaltat humiles; vt subditus fiat omnis mundus Deo, & egeat omnis gloria Dei.

## CAPVT VII.

Septimus abusionis gradus est, Christianus contentiosus: qui cum participationem nominis Christi per fidem & baptismum suscepit, contra Christi dicta & propositum; mundi caduca delectamenta diligit. Omne enim de quo contenditur; aut propter propriam eius rei dilectionem de qua agitur; aut propter alterius amorem, quæ sub odiosa specie later, adpetitur. Quemadmodum verbi gratia, bellum animoso copugnantium conflictu cum odiosa res sit, propter amorem victoriæ & libertatis peragitur; & multæ aliæ dilectæ species, sub odioso labore vel formidine, satis contentiose expetuntur. Vnde patenter intelligitur, nihil contendere posse, nisi propter dilectionem; speratam scilicet & subsequenter amabilem remunerationem. Qui igitur de mundo præsentem ex quacunque causa cõtendit, perspicue ostendit quod illum diligit.

1. Tim. 2.

Quo modo ergo mundum diligi per Iohannem Spiritus sancti sermones interdicit; qui ait: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Mundi enim amor & Dei, pariter in vno corde cohabitare non possunt; quemadmodum iudem oculi, caelum pariter & terram nequaquam conspiciunt. Sed requirendum est, si vere in mundo aliquid sit quod amari debeat, & quis sit ille mundus, quem diligi diuina eloquia vetant. Terra ergo cum nascentibus ex ea, & metallis, & animantibus, & pulchritudine vestit, & oblectationibus ciborum, & iis quæ ad hæc pertinent, non diligi præcipitur: sed proximus, propter quam hæc omnia facta sunt, hic amari iubetur. Hæc enim omnia prædicta, velut non mansura, ad caelestem patriam pergentes concomitari nequeunt. Proximi vero, velut mansuri regis coheredes, semetipsos licenter diligunt. Quod ergo semper in mundo non manet, & cum mundo pariter deficiet. Ipse mundus non amari præcipitur, proximus autem qui est pater regni caelestis, in terra & inter ima elementa, à regni caelorum adpetitoribus non incongrue amatur; dñi in suprema illa patria in æternum coheres habetur.

Propterea vero mundus præsentis non diligi imperatur, ne à Dei dilectione alienus, sæculi dilector quisque efficiatur. Non ergo debet contendere, quod non licet amari. Igitur Christianus, qui nominis Christi similitudinem tenet, morum quoque eius similitudinem habere debet. Christianus enim nemo recte dicitur, nisi qui Christo moribus coæquatur. De Christo vero per Prophetam ita scribitur: Ecce filius meus quem elegi, electus meus, complacuit in illo sibi anima mea; ponam spiritum meum super eum. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in platea vocem eius. Ecce Christus non contendit, neque clamat: & tu si morum Christi, similitudinem tenere cupis, ne contendas, ne abusus in Ecclesia Christianus existas. Suis enim sectatoribus Christus præcepit: Nolite vocari Rabbi, vnus enim magister vester, qui est Christus; & patrem nolite vocare super terram, vnus est enim pater vester, qui in caelis est. Omnes enim vos fratres estis, quibus ad supplicandum imperauit, cum diceret: Sic autem orabis: Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Frustra ergo contendit patrem se habere in terra, qui patrem & patriam profitetur se habere in caelo. Cuius patriæ nemo possessor efficitur, nisi qui de terrenæ patriæ contentione securus habetur.

Esai. 42.

Math. 12.

Math. 23.

Math. 6.

## CAPVT VIII.

Octauus abusionis gradus est, Pauper superbus; qui nihil habens, in superbiam extollitur; cum econtrario diuitibus sæculi non superbe sapere per Apostolum Paulum imperetur. Quid ergo stolidius potest fieri; quam illum, qui per infamam miseriam velut in terram abiectus, extremus & humilis incedere & contristari debuerat, supercilioso superbiæ tumore inflatam mentem contra Deum erigere? Per quod vitium lapsi corruerunt, qui in summo caeli conditi erant culmine. Quid ergo vult quasi potens in terra superbire; qui præ omnibus hominibus debuérat humilis adparere? Sed ne de paupertate sua tristitiam habeat, quid à Deo recepturi sint, pauperes attendant: ipse enim inquit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Recta namque dispensatione misericors iudex caeli regnum illis committit, quibus regni terrarum participationem inter mortales abstulit; vt ipse diues in caeli sede adpareat,

1. Tim. 6.

Math. 5.

adpareat, qui in terra penitus nihil procurat. Cauendum ergo pauperibus est; ne dum per egestatem & necessitatem terrenum regnum prætereunt, per mentis etiam imprudentiam caelorum regna amittant. Cum enim Dei dispensatione paupertatem necessariam acceperint, in ipsorum arbitrio pendet, vtrum pauperes spiritu sint. Non enim quibuscunque pauperibus caeli regna promittuntur, sed his tantummodo, in quibus diuitiarum inopiam animorum humilitas comitatur. Pauper enim humilis, pauper spiritu adpellatur; qui cum egenus foris cernitur, nunquam in superbiam eleuatur: quoniam ad adpetenda regna caelorum plus valet mentis humilitas, quam præsentium diuitiarum temporalis paupertas. Etenim humiles qui bene diuitias possessas habent, possunt pauperes spiritu adpellari: superbos autem, nihil habentes, haud dubium est beatitudine paupertatis privari. De quibus vtrisque sancta scriptura ita loquitur: Est quasi diues nihil habens, & est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. Quali pauper ergo in multis diuitiis, est diues humilis spiritu; & nihil habens quasi diues, est pauper superbus mentis adfectu. Nobilis ergo inopia est mentis humilitas, & ineptæ diuitiæ sunt animorum enormitas. Prouidendum ergo est pauperibus, vt semetipsos, quales sint, intelligant; & quia rebus consequi, quod cupiunt, non valent, mentis tumore superbire desinant.

## CAPVT IX.

Nonus abusionis gradus est, Rex iniquus. Etenim regem non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet. Inde in semet ipso nominis sui dignitatem custodire debet: nomen enim Regis intellectualiter hoc retinet, vt subiectis omnibus rectoris officium procurat. Sed qualiter alios corrigere poterit; qui proprios mores, ne iniqui sint, non corrigit? Quoniam in iustitia regis exaltatur solium, & in veritate regis solidantur gubernacula populorum. Iustitia vero regis est neminem iniuste per potentiam opprimere; sine personarum acceptione, inter virum & proximum suum iuste iudicare; aduenis & pupillis, & viduis defensorem esse: furta prohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & periurantes viuere non sinere; Ecclesias

Pronet. 16.

defendere, pauperes elemosynis alere, iustos super regni negocia constituere, senes & sapientes & sobrios consiliarios habere; magorum & ariolorum, phytionissarumque superstitionibus non intendere; iracundiam differre, patriam fortiter & iuste contra aduersarios defendere, per omnia in Deo confidere, prosperitatibus animum non eleuare, cuncta aduersa patienter tolerare; fidem catholicam in deum habere, filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas cibum non gustare. Væ enim terræ, cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedunt. Hæc regni prosperitatem in præfenti faciunt, & Regem ad caelestia regna meliora perducunt. Qui vero regnum non secundum hanc legem dispensat, multas nimirum aduersitates imperij tolerabit. Iccirco enim pax sæpe populorum rumpitur, & offendicula etiam de regno sulcitantur; terrarum quoque fructus deminuuntur, & seruitia populorum præpediuntur; multi & varij dolores prosperitatem regni inficiunt, carorum & liberorum mortes tristitiam conferunt, hostium incurfus prouincias vndique vastant, bestiarum armentorum & pecorum greges dilacerant; tempestas aeris & hyemis turbata rerum fecunditate, maris ministeria prohibent; & aliquando fulminum ictus, segetes & arborum flores, & pampinos quosque exurrunt. Super omnia vero Regis iniustitia, non solum præsentis imperij faciem obfuscat, sed etiam filios suos, & nepotes, ne post se regni hereditatem teneant, obscurat. Propter piaculum enim Salomonis, regnum domus Israel Dominus de manibus filiorum eius dispersit. Et propter iustitiam David Regis, lucernam de semine eius semper in Hierusalem reliquit. Ecce quantum iustitia regis sæculo valet, intuitibus perspicue patet. Est enim pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terræ fecunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibi metipso spes futuræ beatitudinis. Attamen sciat Rex; quod sicut in throno hominum primus constitutus est, sic & in pænis, si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est. Omnes namque, quoscumque peccatores sub se in præfenti, habuit, supra se

Eccles. 10.

3. Reg. 12.

Ecc. 15.



modo implacabili in illa poena futura habebit.

## CAPVT X.

Decimus gradus abusionis est, Episcopus negligens: qui gradus sui honorem inter homines requirit, sed ministerij sui dignitatem coram Deo, pro quo legatione fungitur, non custodit. Primum namque ab Episcopo, <sup>27</sup> quid sui nominis dignitas teneat, inquiratur: quoniam cum Episcopus Græcum nomen sit, speculator interpretatur. Quare verò speculator ponitur, & quid à speculatore requiritur, Dominus ipse denudat; cum sub Ezechielis prophetæ persona, Episcopo officij sui rationem denunciatur, ita inquit: Speculatorem dedire domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, nunciabis eis ex me. Si autem videris gladium venientem, & tu non annunciaueris, vt reuertatur impius à via sua; ipse quidem impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris, & ille non fuerit reuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, sed tu animam tuam liberaisti. Decet ergo Episcopum, <sup>28</sup> qui omnium speculator positus est, peccata diligenter adtendere, & postquam adtenderit, sermone, si potuerit, & actu corrigere; si non potuerit, iuxta Evangelij regulam scelerum operarios declinare. Si enim, inquit in Evangelio Dominus, peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solum. Si te audierit, <sup>29</sup> lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos testes, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum; si illos non audierit, dic Ecclesie; si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Tali ordine expellendus est, quicumque doctore vel Episcopo adhærere noluerit. Et qui tali ordine expulsus fuerit, ab alio aliquo doctore vel Episcopo non debet recipi. De sacerdote namque scriptum est in lege: Viduam aut repudiatam non accipiat vxorem. Qui ergo illum excommunicatum à catholico, illo non permittere, sibi iungit: iurafacerdotij sancti, <sup>30</sup> quod Christianorū genus electum est; excedit. Hac ratione Episcopum, ad eos quibus in speculatione positus est, esse oportet. Cæterum vero, qualis in semetipso esse debeat, Paulus Apostolus exponit: vt ad gradum Episcopi veniens

sit sobrius, prudens, castus, sapiens, modestus, hospitalis, filios habens subditos cum omni castitate, testimonium habens bonum ab his qui foris sunt, proferens doctrinæ fidelem sermonem; <sup>31</sup> antequam Episcopus sit, non plures habens vxores quam vnam. Non percussor, non bilinguis, non ebriosus, non neophytus; & per hæc ipse ostendat in opere, quod alios docet in sermone doctrinæ. Caueant ergo negligentes Episcopi, quod in tempore vindictæ Dominus per prophetam conqueritur, dicens: <sup>32</sup> Pastores multi demoliti sunt populum meum, & non pascebant gregem meum, sed pascebant semetipsos; sed potius procurent hi, quos constituit Dominus super familiam suam, dare illis cibum in tempore suo mensuram tritici, puram scilicet & probatam doctrinam; quatenus veniente Domino mereantur audire: Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisi fidelis, supra multa te constituam: intrain gaudium Domini tui.

## CAPVT XI.

Vndecimus abusionis gradus est, plebs sine disciplina; quæ cum disciplinæ exercitationibus nõ seruit, communi se perditionis laqueo constringit, iram etenim domini absque disciplinæ rigore non euadit. Atque idcirco psalmistæ vocibus, in disciplinæ plebi prædicatur: Apprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus. <sup>33</sup> Disciplina vero morum est ordinata correctio, & maiorum præcedentium regularum obseruatio; de qua disciplina Paulus Apostolus ita loquitur dicens: In disciplina perseuerate, tanquam filiis vobis offert se Deus. Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti estis: omnes enim adulteri & non filij estis. Qui ergo adulteri, sine disciplina sunt, & cælestis regni hereditatem non capiunt: si filij autem paternæ disciplinæ correctiones ferunt, & hereditatem quandoque recipere posse non desperent. De qua etiam disciplina Esaias quidem in disciplinæ plebi prædicat, dicens: Quiescite agere peruersæ, discite benefacere. <sup>34</sup> Et ad eandem psalmista consona voce compellit, dicens: Declina à malo & fac bonum. Intelix ergo est, qui abiicit disciplinam. Audet enim extra milites aliquid, qui dominum crucifigentes, non eius sciderunt tunicam, qui Ecclesie Christi scindit disciplinam. Sicut enim tunica totum corpus præter caput tegitur:

gitur: ita disciplina, omnis Ecclesia, præter Christum qui caput est Ecclesie & sub disciplina non est, protegitur & ornatur. Ipsa enim tunica contexta desuper fuerat per totum; quia eadem disciplina Ecclesie à domino de cælo tribuitur & integratur. De qua Dominus cum ad patrem ascendisset, postquam resurrexit à mortuis ad Apostolos suos loquebatur, dicens: Vos autem sedete hic in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto. Tunica ergo corporis Christi, disciplina Ecclesie est: qui autem extra disciplinam est, alienus est à corpore Christi. Non scindamus igitur illam, sed fortiamur de illa cuius sit, id est, non soluamus quicquam de mandatis domini, sed vnusquisque in eo in quo vocatus est, in eo permaneat apud Dominum.

## CAPVT XII.

Duodecimus abusionis gradus est, Populus sine lege; qui dum Dei dicta & legum scita contemnit, per diuersas errorum vias <sup>35</sup> eundem perditionis laqueum incurrit. De quibus viis sub persona præuaricatoris populi, humanum genus propheta ita deplangit: Nos autem sicut oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit; de quibus viis <sup>36</sup> etiam sapientia loquitur per Salomonem: Multæ viæ videntur hominibus rectæ, & nouissima earum deducunt ad mortem. Quæ vtique multæ perditionis viæ tunc inceduntur; cum vna regalis via, lex Dei videlicet, quæ neq; ad dexteram neq; ad sinistram declinat, per negligentiam deseritur. De qua scilicet dominus Iesus Christus, qui est finis legis ad iustitiam omni credenti denunciatur: Ego sum via, veritas, & vita; nemo venit ad patrem nisi per me. Ad quam viam omnes homines communiter inuitat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quia non est personarum acceptio apud Deum; vbi non est ludæus, nec Græcus, masculus & femina, seruus & liber, barbarus & Scythia, sed omnia in omnibus Christus: omnes enim vnum sunt in Christo Iesu. Dum ergo Christus finis legis est; qui sine lege sunt, sine Christo fiunt. Igitur populus sine lege, populus sine Christo est. Abutiuum ergo, in temporibus Evangelij populum sine lege fieri, quando Apostolis in rectas gentes licentia prædicationis data est, quando tonitruum euangelij per cunctas sæculi partes insonuit; quando gentes quæ non

sectabantur iustitiam, adprehenderunt iustitiam; quando qui de longe fuerant, facti sunt prope in sanguine Christi; qui aliquando nõ populus, nunc autem populus Dei in Christo; quando est tempus acceptabile & dies salutis, & tempora refrigerij in conspectu altissimi; quando vnaquæque gens habet testem resurrectionis; quando ipse dominus protestatur dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumptionem sæculi. Non itaque simus sine Christo in hoc tempore transitorio, ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro.

## A D N O T A T I O N E S

IN LIBRVM DE DVO-  
decim abusionibus sæculi  
falsò Cypriano ad-  
scriptum.

- actibus expleri] *Augustinus*: complere. cap. j.
- in quo salietur] *Ms. 1010.*
- solius sui merito] *Augustinus*. solo suo.
- Cui cum membra] *Augustinus cum Augustino et cap. ij.*  
*Ms. cod. vocem: multa, ex Augustino etiam lego: deser-*  
*uit, pro: deserit.*
- quæ in illius carne] *Hic quoque prætermisimus*  
*voculam: & cum Ms.*
- aliis ministerium imperabit] *Aug. ille mini-*  
*strari sibi sperabit.* cap. iij.
- Vnde & in prouerbio] *Hoc ex Ms. cod. pro: in*  
*prouerbiis.*
- admonenti tamen [seniori] *interferunt Ms. cod.*  
*voculam: aut.*
- æternis æterna solatia præstabuntur] *Augustinus*  
*hoc ex Ms. cod. pro: præstabunt.* cap. iij.
- in dilectioni] *Augustinus*. ditioni.
- benediximus vobis] *Eriam hoc ex Ms. cod. pro:*  
*benedicimus. Illud enim legitur in salmis.*
- Pudicitia namque castitatem custodit] *Istud*  
*ex Augustino, pro: castitatem habet. Cuius etiam istud*  
*paulo post placet: animam vegetat, pro eo quod erat: ani-*  
*imum figit.* cap. v.
- Pudicitia enim] *Augustinus*. vero.
- omnia cæpta bona opera] *Sic Ms. pro eo quod*  
*Augustinus: intercepta, & Morelius: accepta. Sic*  
*postea, vbi Morelius: mærentiam, illi legunt: mærito-*  
*rum.*
- quæ & ipsa] *Hoc ex Ms. pro: ipsis.* cap. vj.
- & omne quod continet] *Rectius sic Augustinus,*  
*quam alij: & omnis qui contentit vitio.*
- deuertat] *Augustinus*. diuertit, & paulo post:  
*diuertuntur: pro: deuertuntur. Verum vtrumque La-*  
*tine dicitur, & consentiunt Morel. Ms.*
- & quis sit ille mundus] *Verum hoc ex Ms. pro.*  
*quid sit, & paulo post ex Aug. concomitari, pro: co-*  
*mitari.* cap. vij.
- abutiuis] *¶ Hinc videtur comprobari titulus Cam-*  
*bronien cod. De XII. abusiuis Sæculi, quæ vox à Cy-*  
*priano, vti & alia pleraque, est alienissima; postea tamen*  
*Ecc v*



- denuo repetitur sub finem.
20. frustra ergo] *Restum sic Ms. quam alij: enim.*
- cap. viij. 21. recepturi sunt] *Ita Aug. pro sunt, qui etiam legit. accepturi.*
22. terrenum regnum pretercunt] *Aug. in mar. perdūt. Ex quo etiam paulo post. adiecitur particula: in.*
- cap. ix. 32. Ecclesias defenderunt] *el hinc patet Cypriani no esse, neque enim tunc Reges erant Christiani eodem pertinet illud: fidem catholicam in Deum habere. Citant tamen hinc quaedam Ivo lib. 8. & Gratianus 23. quæst. 5. cap. Rex.*
24. imperij faciem obfuscat] *sic Augustinus, alij fuscat.*
25. in Hierusalem] *Ms. in seculum, sed illud placet.*
26. modo implacabili] *Etiam hoc ex Augustino, pro plagali.*
- cap. x. 27. quid sui nominis dignitas teneat] *Iterum hoc ex eodem, pro: tenet.*
28. qui omnium speculator positus est] *Ms. omnium quibus in specula positus est. Ex quo repofuit: sermone pro eo quod erat corrupte: sermonem.*
29. lucratus eris] *Ms. es. Ex eodem adieci vocem: testium. Cyprianus certe aliter etiam hanc & alius scripturas citat.*
30. quod Christianorum] *Ms. in quo.*
31. antequam Episcopus in] *Ms. & Augustinus; ante Episcopatu. In libro autem explicat auctor illud: viuis vxoris virum.*
- cap. xj. 32. Pastores multi] *Aug. mei.*
33. Disciplina vero] *Longe aliter desinit disciplinam Cyprianus.*
34. Et ad eandem Psalmista consona voce compallit] *Ita hunc locum ex Ms. restitui, pro eo quod erat: ad eadem, & c. psallit, nullo sensu. Ex eodem etiam paulo post: loquebatur, pro: loquitur.*
- cap. xij. 35. eundem perditionis laqueum] *Aug. prauaricationis, at illud conuenit precedentibus.*
36. etiam sapientia loquitur per Salomonem] *Omni cum Ms. vocem: eadem, male interiectam. Est autem mirum quod legat: Multæ viæ, quum non aliud habeatur Frauerb. 14. quam: Est via, & c. tam apud 70. quam vulgatum interpretem.*

### COENA CYPRIANO falso etiam inscripta.

#### ARGUMENTVM.

Quisquis tandem sit auctor huius libri, studio illi fuit in compendium quoddam redigere gesta historica vtriusque Testamenti, sub schemate coene cuiusdam: verum ita infelicitate, ut non satis seruauerit decorum personarum, & multa ridicula immiscuerit. Habent tamen præter Moyseum hunc libellum Ms. Dunensis, & S. Nicolai Tornacensis, sed falso Cypriano inscribunt. Videretur Italus quispiam fuisse auctor, quod tam sibi cognita habuerit omnis generis Vna Italica.

**V**IDAM rex nomine Iohel, nuptias faciebat in regione Orientis, in Chana Galileæ; Is inuitauit plures, ut cenam eius confrequerent. Igitur qui temperius loti in Iordane, adfuerunt in conuiuio. Tunc comundauit Naaman, aquam sparsit Amos, Iacobus & Andreas adtulerunt scenum, Matthæus & Petrus strauerunt, mensam posuit Salomon, atque omnes discubuerunt turba. Sed cum iam locus recumbentium plenus esset; qui superacniebāt, quisque prout poterat, locum sibi inueniebat. Primus itaque omnium sedit Adam in medio, Eua super folia, Cain super aratrum, Abel super vulgarium, Noe super arcam, Iapheth super lateres, Abraham sub arbore, Isaac super aram, Loth iuxta ostium, Iacob super petram, Moyse super lapidem, Helias super pellem, Daniel super tribunal, Tobias super lectum, Ioseph super modium, Benjamin super saccum, Dauid super monticulum, Ionas super terram, Pharaon in arena, Lazarus super tabulam, IESVS super puteum, Zacchæus super arborem, Matthæus in scamno, Rebecca super hydriam, Raab super stuppam, Ruth super stipulam, Tecla super fenestram, Susanna in horto, Abessalon in frondibus, Iudas super loculum, Petrus super cathedram, Iacobus super rete, Sampson super columnam, Heli super sellam, Rachel super sarcinam. Patiens stabat Paulus, & inuimurabat Esau, & dolebat Iacob, Iob solus sedebat in stercore. Tunc porrexit Rebeckā pallium, Iudith cooperitorium, Agar stragulum, Sem & Iapheth cooperuerunt. Recumbentibus illatus est gustus cenæ, & accepit cucubitas Ionas, olus Esaias, betas Israel, morum Ezechiel, sycomorum Zacchæus, citrium Adam, lupinos Daniel, pepones Pharaon, carduum Cain, ficus Eua, malum Rachel, prunum Ananias, bulbos Lia, oliuas Aaron, ouum Ioseph, uas Noe, nucleos Symeon. Dedit acetum Ionas, accepit oxygarum Iesus Christus. Deinde superuenit Iacob cum filiis suis, & Laban cum filiabus suis, & sederunt super lapides. Venit & Abraham cum domesticis suis, & Moyse cum cetera turba, & federunt foris. Tunc respiciens rex inuitatos suos, sic ait: Quisque uoluerit vestrum venire in vestiariū meum, dabo singulis singulas cenatorias vestes: tunc aliqui ierunt, & acceperunt. Primus itaque

itaque omnium accepit Zacharias albam, Abraham passerinam, Loth sulphurinam, Lazarus lineam, Ionas ceruleam, Tecla flammeam, Daniel leoninam, Ioannes trichinam, Adam pelliceam, Iudas argirinam, Raab coccineam, Herodias cardinam, Pharaon marinam, Enoch cælinam, Agar variam, Dauid neruinam, Helias æriam, Eua arborinam, Iob biplagam, Esaias mesotropam, Maria stolam, Susanna castalinam, Moyse conchylinam, Abel purpuream, Leui spartacinam, Thamar colorinam, Azarias carbasinam, Arō murrinam, Iudith iacinthinam, Cain ferrugineam, Abiron nigram, Anna persicinam, Isaac natiuam, Paulus tharsicam, Petrus operariam, Iacob alcehinam, IESVS columbinam.

3. At ubi diuisit vestes, Rex respiciens eos, sic ait: Non ante cenabitis, nisi singuli singulas vices feceritis: atque ita sibi præcepta diaconia consummauerunt. Primus itaque omnium ignem petiit Helias, succendit Azarias, lignum porrexit Sara, collegit Iephte, adtulit Isaac, concidit Ioseph, puteum aperuit Iacob, hyssopū porrexit Sephora, ad lacum stabat Daniel, aquam adtulerunt ministri, hydriam portabat Rebecca, vinum protulit Noe, utrem portabat Agar, adtulit argentum Iudas, vitulum adduxit Abraham, adligauit Raab, resticulum porrexit Iesus, pedes copulauit Helias, ferum tradidit Petrus, elisit Daniel, occidit Cain, supportauit Abbacuc, suspendit Abessalon, pellem detraxit Helias, ventrem aperuit Hermocrates, mediana suspendit Tobias, sanguinem effudit Herodes, stercus proiecit Sem, aqua adiecit Iaphet, clauit Helixæus, partes fecit Phalech, numerauit Aules, salem misit Moleffadon, oleum adiecit Iacob, in focum imposuit Antiochus, coxit Rebecca, prior gustauit Eua. Explicitisque omnibus, omnes locis suis re-federunt. Tunc intulit panes Saul, fregit Iesus, tradidit omnibus Petrus, intulit lentem Iacob, solus manducauit Esau; intulit intritam Abacuc, totum comedit Daniel, fabam intulit Amelhad, prior gustauit Misael. Sed quoniam Hædum coctum comederat Isaac, & piscem assum Tobias, cepit tumultuari Æglom. Valde esuriebat Daniel, panem petebat Hermocrates, non manducauit Iohannes, nihil gustauerat Moyse, ieiunus fuit Iesus, micas colligebat Lazarus. Ceteri autem partes suas tenebant, quas ex variis venationibus acceperant. Abraham vitulinam, Isaac ceruinam, Abel agninam, Noe arietinam, Sampson leoninam, Eliseus vrsinam; maiorem tamen partem tenebat Benjamin. Postmodum dedit panes Pharaon, omnibus diuisit Ioseph, discū adtulit Herodes, partes composuit Rebecca, intulit Iacob, distribuit omnibus Noe. Primus ergo sustulit Iohannes caput, cerebellum Abessalon, linguam Aaron, maxillam Sampson, auriculam Petrus, oculos Lia, ceruicem Holofernes, artérias Zacharias, collum Saul, armora Agar, interanea Ionas, fel piscis Tobias, cor Pharaon, tenalia Esaias, latus Adam, costam Eua, ilia Maria, ventrem Sara, vuluam Elizabeth, adipem Abel, scemora Abraham, caudam Moyse, crura Loth, pedes Iacob, ossa collegit Ezechiel. Item Iacobus & Andreas intulerunt pisces: sustulit itaque asellum Iesus, labconem Moyse, lupum Benjamin, mugilem Abel, murænam Eua, pellamidem Adam, locustam Iohannes, gladium Cain, capitonem Abessalon, polypum Pharaon, turpitudinem Lia, auram Thamar, scarum Agar, cantaridem Dauid, halesem Ioseph, saxatilem Hieremias, vmbra Lazarus, soleam Iuda, hiru-dinem Tobias, argentillum Iudas, sepiam Herodes, carnutam Esau, glauculū Ionas, aloidam Iacob, salpam Moleffadon, denticeum Esaias, araneum Tecla, coracinum Noe, rubellionem Rebecca, lacertum Gollias, mænam Maria, & leonem Sampson. Posuit & Ionas acetum, Moleffadon salem misit, prior intinxit Cain. Explicitisque omnibus, dedit adipem Abel, mel Iohannes, lac Abraham, consperxit Sara, dulcia fecit Iesus, omnia perminittrauit Paulus. Sed quoniam aliquot genera vini habebant, passum bibebat Iesus, Marsicum Ionas, furrentinum Pharaon, pellinum Adam, gaditanum Moyse, creticum Isaac, adrianum Aaron, arbutinum Zachæus, arsinum Tecla, albese Iohannes, campanum Abel, signinū Maria, florentinum Rachel. Saturatione vini sopitus iacebat Adam, ebrius obdormiuit Noe, satis biberat Loth, stertebat Olofernes, somnus tenebat Ionas, vigilauit prope gallum Petrus, suscitabatur Iesus, surgere quærebat Iacob, prior surrexit Laban. Tunc miscuit scyphum Benjamin, intulit Martha, prior bibit Petrus. Sed quoniam vinum subdlexerat Amelhad, & male miscuerat Ionas, murmurabat Hermippus, aquam bibebat



bibebat Ioannes; vinum petebat Maria, non consentiebat Susanna, plenam ampullam ferebat Martha, sitiebat Ismael, ire volebat Tobias, alienum calicem bibere volebat Iacobus. Sublatisque omnibus, aequam ad manus petebat Pilatus, tradidit Iudas, ministrabat Martha, effudit Hermocrates, <sup>14</sup> lintheum porrexit Martialis, intulit lucernam Esaias, gratias egit Simeon, benedixit Anna, intulit coronas Rachel, Dauid hyssopum porrexit, dedit unguentum Maria, perunxit Martha, poma intulit Adā, fauam porrexit Sampson, cytharam percussit Dauid, tympanum Maria, psalterium duxit Iubal, choros duxit Iudith, cantauit Afael, saltauit Herodias, laudes dedit Azarias, magia lusit Mambres, risum fecit Isaac, osculum porrexit Iudas, vale fecit Lothor. Et cum vellent discedere, respiciens eos rex, sic ait: Nunc, per omnia diem nuptiarum celebrate, & frequentate, & demutate habitus, velut pompas facientes; sic ite in domos vestras. Placuit vero omnibus voluntas Regis: <sup>15</sup> atque ita primus omnium procedit in magistro Iesus, in custode Ioannes, in retiario Petrus, in securatore Pharao, in <sup>16</sup> venatore Néroth, in delatore Iudas, in hortulano Adā, in exodiario Eua, in latrone Cain, in paltore Abel, in cursore Iacob, in sacerdote Zacharias, in rege Dauid, in cytharædo Iubal, in piscatore Iacobus, in coco Anriochus, in aquario Rebecca, in furnitore Ananias, in bestiario Tecla, in stupido Moleffadon, in religioso Salomon, in ministra Martha, in mltite Vrias, in infano Herodes, in famulo Cham, in medico Tobias, in ebrio Noe, in risiculo Isaac, in tristi Iob, in iudice Daniel, in fabro Ioseph, in prostruta Thamar, in formosa Rachel, in odibili Lia, in domina Maria; in impio Loth, in aduersario Amalech, in structore Sem, in rusticulo Esau, in forti Goliath, in pistore Hieroboam. Sed quoniam contendeat Dina, aquam effundebat Aaron, & nudus erat Ionas; tunc solem petebat Aufes <sup>8</sup> vt siccaretur Bersabee. <sup>17</sup> Quo facto iussit eos Rex, ad se venire, qui venerunt (altera die) & munera ei obrulerunt. Primus itaque omnium obrulit arietem Abraham, taurum Tecla, ouiculā Noe, camelum Rebecca, leonem Sampson, ceruum Esau, vitulum Iesus, iumentum Iacob, currum Helias, vestem Iudith, <sup>18</sup> crines Bersabee, ligna Isaac, frumentum Ioseph, resinam Ru-

ben, pecuniam Abimelech, strobilos Leui, caplam Moyfes, fauam Petrus, copias Abigea. Sed quoniam ante diem conuiuij, <sup>9</sup> quædam de conuiuiio subducta fuerant, iussu regis <sup>19</sup> inquirebantur ab eis. Inuoluerat enim stragulum multicolorium Agar, sigillum aureum Rachel, speculum argenteum Tecla, scipium bibitorium Beniamin, annulum signatorium Thamar, <sup>20</sup> coopertorium subfericum Iudith, lanceam regiam Dauid, alienam vxorem abduxerat Abimelech. Tunc iussit rex, vt omnes qui fuerant in conuiuiio ducerentur ad tormenta. Quo facto, <sup>21</sup> primus innocens decollatur Ioānes, occiditur Abel, foras proicitur Adam, timēs obmutescit Zacharias, fugit Iacob, quæritur Enoch, turbatur Abimelech, immutatur Nabuchodonosor, deprecatur Abraham, trāsferitur Helias, supprimitur Dina, includitur Noe, <sup>22</sup> impingitur Loth, suffigitur Iesus, dānatur Daniel, accusatur Susanna, adligatur Ioseph, occiditur Martha, tollitur Abbacuc, bestiis datur Tecla, in fornacem mittitur Ananias, vinculis constringitur Sampson, punitur Vrias, flagellatur Paulus, tenditur Esaias, expoliatur Ionas, lapidatur Hieremias, excæcatur Tobias, nō credebāt Moyſi, subducitur Abirō, suspenditur Abesalō, confunditur Rebecca, trāducitur Agar, arguitur Pharao, relinquatur Israel, abducitur Dathan, <sup>23</sup> deprimitur Chore, copulatur Isaac, mittitur Nathan, cōuincitur Amelech, male dicitur Iudas, de honestatur Mambres, cogitur Loth, interficitur Phinees, dimittitur Ofni, timens moritur Heli, comprimitur Dina, decipitur Esau, substringitur Saul, dolet de facto Iob, interrogatur Eua, hescio clamat Cain, tenetur & negat Petrus. Sed quoniam multorum conscientia erat in furto, quod <sup>24</sup> erat suspiciens Raab; quærebat Laban, infamabatur Susanna, arguebat Ioannes, negabat Rachel, docebat Moyfes, plorabat Triphæna, obseruabat Maria, attendebat Onesiphorus, tristis erat Iob, iurabat Iacob, non credebatur Pharao, mentiebatur Hieroboam pauebat Susanna, erubescibat Rebecca, plangebat Hieremias. Postmodum scrutatis omnibus, inuentum est furtum apud Beniamin, quod erat in conscientia Ioseph. <sup>25</sup> Sed posteaquam probatū est Regi, quod Achar filius Carmi, solus esset reus furti, iussit eum mori, donauitque eum omnibus. Tunc occasione accepta, primus omnium calce

calce eum percussit Moyfes, abiit in complexum Iacob, vestem detraxit Tecla, ad terram elisit Daniel, lapide percussit Dauid, virga Aaron, flagello Iesus, medium aperuit Iudas, lancea transfixit Eleazar. Tunc iussit, vt qui mortuus esset sepeliretur; <sup>26</sup> & vendidit agrum Laban, emit Abraham, Ioseph monumentum fecit, & ædificauit Nachor; aromata imposuit Maria, clusit Noe, superscripsit Pilatus, precium accepit Iudas: quo facto gaudens clamat Zacharias, confunditur Elizabeth, stupet Maria, ridebat de facto Sarra. Explicitisque omnibus domos suas repletierunt.

## ADNOTATIONES.

1. Tunc commendauit Naaman ] Sic restitui ex Ms. pro: Neeman.
2. Ruth super stipulam ] Hoc ex eisdem adiecti, & iuxta eosdem vbique lego: Abessalon, pro: Abfalon. Fortassis legendum: Iudas super loculos, pro eo quod est: loculum.
3. Recumbentibus illatus est ] Etiam hoc ex illis; antea erat corruptissime: Recumbentes illatus est.
4. oliuas Aaron, vuas Noe, ouum Ioseph, ] Ita etiam profusus ex Ms. pro eo quod erat: oliuas Noe, ouum Ioseph, vuas Aaron.
5. dabo singulis singulas ] Adicio ex iisdem: singulas. Lego etiam ex illis: Dauid neruinam, ubi erat: pro-uernicam. Idem legunt: Susanna castilinam, pro: castalinam, & Aaron myrrinam, pro: murrinam.
6. Iacob aletinam ] Ms. Iohannes pseudo allechinam ] Coniunctio legendum: Ioseph halecinam, eo quod postea sequatur: Ioseph halecem.
7. tibi præcepta diaconia compleuerunt ] Ms. præceptas diaconias.
8. porrexit Sara ] Iursum hoc ex Ms. adicio, & lego paulopost clauit Heliseus, pro: lauit, & habent iidem: Moleffadon, pro: Moleffadon, & Arioehus, pro: Antiochus, tum hic tum postea.
9. fabam intulit Amelſad ] Ms. vnus: Melſad, alter: Melſat.

10. discum attulit Herodes ] Ita lego ex iisdem, quia: paulopost sequitur intulit.
11. fel pitcis Tobias ] Ms. Sycotum Tobias. Legunt etiam paulo post: politum, pro: polypum, sed non placet. Contra rectius legunt: (carum), quam alij (caurum).
12. carnutam Esau, glauculum Ionas ] Ms. legunt: cornutam, & conchulam. Item: Iob, ubi est: Iacob.
13. Saturaione vini sopitus ] Priores duas voces adiecti etiam ex Ms. & reposui paulopost: Laban, pro: Lazarus, intulit Martha ] Ms. Maria.
14. lintheum porrexit Martialis ] Ms. Petrus, at non placet. Rectius vero illi paulopost: choros, quam alij: choreas. Sive autem legas: cantauit Afael, sive: Dauid, perinde est.
15. atque ita primus procedit ] Ms. prodit.
16. in venatore Nemtoth ] Ms. huc placet. Dum, cod. lectio ad marg. & Ms. Tornac. quam aliorum Mambres.
17. Quo facto ] Mor. pramittebat: pro, Ms. sub, sed utrumque superfluum est. Non habent autem Ms. illud altera die.
18. crines Bersabee ] Addit. uterque Ms. Agar, sed desideratur munus quod obtulisse dicatur, si legi debeat, fortassis adicienda vox: amphoram.
19. inquirebantur ab eis ] Ex Ms. sic lego, pro: inquirebatur. Item: Inuoluerat, ex Ms. Tornac. pro: Inuoluerat.
20. coopertorium subfericum ] Uterque Ms. scricum.
21. primus decollatur Ioannes ] Omisimus cum Ms. omnium.
22. impingitur Loth ] Profusus sic etiam lego: cum iisdem postea enim sit mentio: Agar. Legunt iidem: Maria, pro: Martha.
23. Deprimitur Chore ] Etiam hoc restitui ex Ms. pro eo quod corrupte erat: Corcb. Legunt iidem: demonstratur Mambres, pro: dehonstatur.
24. erat suscipiens Raab ] Item & hoc, pro: suspiciens.
25. sed posteaquam ] Iursum & hoc, pro: Et tunc Achar, pro: Agar. Legunt udem: Elitcer, pro: Eleazar, & vt is, pra: vii.
26. & vendidit agrum Laban ] Ms. uterque, Eimmon, forte legendum: Ephron.

FINIS TERTII TOMI OPERVM  
DIVI CYPRIANI.

Ex commissione Reuerendissimi Domini Episcopi Brugensis approbata  
& comperta habere plurimum vtilitatis ac eruditionis.

Ita testor Franciscus vanden Heede,  
Canonicus Ecclesie Brugensis.


OPERVM



# OPERV M TERTII TO-

## MI INDEX ALPHABETICVS.

- |  |  |
|--|--|
| <p>De Aleatoribus.<br/>         De Cœna Cypriano falso inscripta.<br/>         Ad Cornelium, de Cardinalibus o-<br/>         peribus Christi.<br/>         De Christi Natiuitate.<br/>         De Circumcisionis ratione.<br/>         De Christi Epiphania, seu stella &amp;<br/>         Magis.<br/>         De Christi Baptismo.<br/>         De Christi Ieiunio, &amp; tentationibus.<br/>         De Cœna Domini.<br/>         De Christi ablutione pedum.<br/>         De Chrismatis Institutione.<br/>         De Christi Passione.<br/>         De Christi Resurrectione.<br/>         De Christi Ascensione.<br/>         De Spiritu sancto.<br/>         De Disciplina &amp; bono pudicitia.<br/>         De Duodecim Abusionibus Sæculi.<br/>         Ad Fortunatū de duplici Martyrio.<br/>             Genesis.<br/>             Hymnus de Pascha Domini.</p> | <p>De Iudaica Incredulitate ad Vigi-<br/>         lium.<br/>         Aduersus Iudæos qui infecuti sunt<br/>         Dominum nostrum Iesum Chri-<br/>         stum.<br/>         De Laude Martyrij.<br/>         De Montibus Syna &amp; Syon.<br/>         Ad Nouatianum.<br/>             Oratio pro Martyribus.<br/>             Oratio Cypriani quam dixit in<br/>             die passionis.<br/>         De Reuelatione capitis Beati Ioan-<br/>         nis Baptista.<br/>         Ad Senatorem ex Christiana Reli-<br/>         gione ad idolorum seruitutem<br/>         conuersum.<br/>         De Spectaculis.<br/>             Sodoma.<br/>         De Singularitate Clericorum Ori-<br/>         genis.<br/>         Symboli Apostolorum expositio<br/>         Rufini.</p> |
|--|--|



### Errata quædam corrigenda.

**P**agina i. columna i. linea 10. ab vltima ipfus. col. 2. lin. 18. ab vlt. strepentis. pag. 4. col. 2. lin. 12. fafces. pag. 6. col. 2. lin. 10. necessi-  
 tatem. & li. 6. ab vlt. ac à Tert. pagin. 7. col. 2. lin. 23. adolentium. pag. 8. col. 2. lin. 18. à diuerfis. pag. 9. col. 1. lin. 33. possent. pag. 12.  
 col. 2. lin. 22. ab vlt. Quam. pag. 26. col. 2. lin. 9. ab vlt. exomologesin & sequent. pag. 37. col. 1. lin. 11. ab vlt. affectio. pag. 36. col. 2.  
 lin. 10. ab vlt. dele. 2. lib. 2. pag. 40. col. 2. lin. 7. illius. pag. 11. col. 1. lin. 14. pro eo. pag. 64. col. 1. lin. 26. vt magiste. & lin. 12. ab vlt. pref-  
 byterij. col. 2. lin. 19. & ex historia. & li. 22. Maximo. pag. 82. col. 1. lin. 10. fed. pagin. 100. col. 1. lin. 34. cluderetur. pag. 104. col. 1. lin. 18.  
 obtineant. pag. 127. col. 1. lin. 16. ab vlt. id. pag. 131. col. 1. lin. 30. lingua. & col. 2. lin. 16. releuemus. pag. 137. col. 1. lin. 9. ab vlt. dolore. &  
 3. lenonum. pag. 140. col. 2. lin. 17. interminatione. pag. 142. col. 1. lin. 8. minus malum. & col. 2. lin. 9. ab vlt. contristati. pag. 144. col. 1.  
 lin. 5. ab vlt. languis. 148. col. 2. lin. 37. species. pag. 186. col. 2. lin. 10. ab vlt. Tom. 2. pagin. 195. col. 1. lin. 12. ab vlt. Cuius m. f. pag. 200.  
 col. 1. lin. 1. effect. pag. 201. col. 2. lin. 19. affuerer. pag. 202. col. 2. lin. 7. ab vlt. quid aliud. 209. col. 1. lin. 13. a personem. pagin. 211. col. 2.  
 lin. 12. corqueatur. pag. 212. col. 2. lin. 34. nemini. pag. 214. col. 2. lin. 27. Minutius Felix. pag. 216. col. 1. lin. 8. ab vlt. dilectissimi. pagin.  
 219. col. 2. lin. 13. ab vlt. Deo. pag. 230. in margine reponere bis. impignatione. pag. 237. col. 2. lin. 21. qua nititur. pagin. 238. col. 2. lin. 21.  
 fraudes. pag. 279. col. 1. lin. 23. destillar. 27. fuerint. & col. 2. lin. 3. ab vlt. aërem. pag. 292. col. 2. lin. 6. ab vlt. effect. pag. 293. col. 2. lin. 4. ab  
 vlt. fuit. pag. 315. col. 1. lin. 8. ab vlt. irrogans. pag. 319. col. 1. lin. 18. vulg. subcidua. & lin. seq. succidua. pag. 330. col. 2. lin. 7. exhibebis.  
 pag. 347. col. 2. lin. 21. ceruice. pag. 354. col. 2. lin. 9. ab vlt. preliabantur. pag. 366. col. 2. lig. 19. Qui estis. pagin. 377. col. 1. lin. 16. ab vlt.  
 prætar. pag. 361. col. 1. lin. 33. an aduersariorum. pag. 392. col. 1. lin. 23. inuenietis. pag. 421. col. 1. lin. 29. patre. pag. 428. col. 1. lin. 13. ab  
 vlt. candentes. pag. 457. col. 1. lin. 29. attributa. pa. 499. col. 2. lin. 14. esse in. pag. 518. col. 1. lin. 7. ab vlt. sic mencio. pag. 536. col. 1. lin. 14.  
 qui. pag. 541. col. 1. lin. 10. ab illo. pag. 544. col. 2. lin. 9. ab vlt. Patrem. pag. 545. col. 1. lin. 35. omnium. 547. col. 2. lin. 9. ab vlt. dicit. 572. col.  
 1. lin. 15. impetraturus. pag. 576. col. 2. lin. 11. ab vlt. adeo rectè sentit. Auctor non tam Decolationis. pag. 579. col. 2. lin. 3. ab vlt. pluri-  
 mis. & 2. condicentes. 588. col. 1. lin. 27. mane. illos. pag. 590. col. 2. lin. 18. deferueris. pag. 592. col. 1. lin. 8. ab vlt. mundanus.

